LEXICON

MANVALE

HEBRAICVM ET CHALDAICVM

IN

VETERIS TESTAMENTI LIBROS

POST

EDITIONEM GERMANICAM TERTIAM

LATINE ELABORAVIT

MVLTISQVE MODIS RETRACTAVIT ET AVXIT

GVIL. GESENIVS

PHILOS. ET THEOL. DOCTOR HVIVSQVE IN ACADEMIA HALENSI P. P. O. BORVSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATV SACRO ACADEMIARVM REGIARVM BORVSSICAE ET INSCRIPTIONVM LITTERARVMQVE HVMANIORVM PARISIENSIS AD EPISTOLARVM COMMERCIVM SOCIVS, SOCIETATVM ASIATICARVM PARISIENSIS ET LONDINENSIS, SOCIETATIS PHIL. CANTABRIGIENSIS, HIST. THEOL. LIPSIENSIS SODALIS.

Dies diem docet.

LIPSIAE CIƆIƆCCCXXXIII

SVMTIBVS TYPISQVE FR. CHR. GVIL. VOGELII.

Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.

Dictum Servatoris *ἄγραφον*, Clem. Alex.
Strom. I. p. 354.

VIRIS ILLVSTRIBVS

PETRO A BOHLEN

LINGVARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA REGIOMONTANA P. P. O.

ANDREAE THEOPHILO HOFFMANNO

THEOLOGIAE DOCTORI ET IN ACADEMIA JENENSI P. P. O.

MAGNO SAXONIAE DVCI A CONSILIIS ECCLESIASTICIS

HERMANNO HVPFELD

THEOLOGIAE DOCTORI EIVSQVE ET LINGVARVM ORIENTALIVM

PROFESSORI IN ACADEMIA MARPVRGENSI

AEMILIO ROEDIGERO

PHILOSOPHIAE ET L. L. O. O. PROFESSORI HALENSI

OLIM AVDITORIBVS NVNC COLLEGIS ET AMICIS

DE LITTERIS ORIENTALIBVS ET SCRIPTIS ET
INSTITVTIONE EGREGIE MERITIS

MVNERA LITTERARIA SIBI PVBLICE OBLATA

AMORIS OFFICII ET GRATI ANIMI SIGNIFICATIONE

REMVNERATVRVS

HVNC LIBRVM

D. D. D.

AVCTOR.

GVIL. GESENIVS

LITTERARVM HEBRAEARVM CVLTORIBVS

S.

Ne ignores, benevole lector, quae potissimum causa fuerit Lexici nostri manualis nunc latino etiam sermone edendi, scire Te volo, fuisse iam ante hoc triennium litterarum hebraearum cultores fautoresque apud exteros, in Anglia, Batavia atque (ubi indies laetiora incrementa capiunt litterae sacrae) in America septentrionali, qui et a redemtore, viro honestissimo, et a me ipso talem huius libri editionem postularent, quae operae nostrae in his studiis collocatae summam et prius quam completa esset Thesauri editio *), et interpretationibus, quae ex prima et secunda editione factae sunt, anglicis **) emendatius latino sermone

*) Thesaurus philologicus criticus linguae hebraeae et chaldaeae Veteris Testamenti. T. I. fasc. I. (ג — א). Lipsiae sumtibus typisque Vogelii 1829. 4. maj. (et fol.).

**) A Hebrew Lexicon .... by Wilhelm Gesenius. Translated from the german by Christopher Leo. Cambridge 1825. 2 Voll. 4. A Hebrew and English Lexicon of the old testament. From the german works of Gesenius. By Josiah W. Gibbs. Andover 1824. 8. maj.

traderet. Quanquam intelligebam, operis maioris editionem hoc novo labore suscepto magis etiam retardatum iri, nolebam tamen optimorum virorum desiderio deesse, nec plane importuna erat totius Lexici inter ipsum interpretandi negotium et emendandi et retractandi sive occasio sive necessitas. In me recepi igitur munus delatum et frigentibus interea Thesauri prelis triennii lucubrationibus assiduis, quanquam aliquoties interruptis, hanc editionem ita adornavi, ut non desperem fore, ut ad ipsas litteras hebraeas promovendas aliqua utilitas inde redundet.

Qua ratione quum maiorem in molem excreverit liber, haud visum est nunc in limine eius repetere, quae in Prolegomenis ad secundam et tertiam editionem germanicam de Lexici hebraei fontibus, subsidiis eorumque usu uberius disputata sunt, sed praecipuas modo, quas in hac editione elaboranda secuti sumus rationes, paucis commemorasse satis habuimus.

Ac *primum* quidem in tribus primis alphabeti litteris maioris operis latini, quod Thesaurum inscripsimus, epitomen dedimus ad litterarum ordinem digestam: in reliqua libri parte raro in verbis germanicis latine reddendis acquievimus, sed alia auximus et virorum doctorum magis quam tironum usibus accommodavimus, alia plane de integro

retractavimus, saepe etiam commentarios copiosiores in usum Thesauri elaboratos inseruimus paucioribus verbis comprehensos, omissis quae ab hoc instituto aliena viderentur. *Deinde*, quod editione tertia coeperam, ut radicum hebraearum internam et nativam potestatem, ex qua reliquae translatae tanquam ex fonte profluxerunt, quoad eius fieri posset, penitus indagarem, id strenue persecutus sum magna cum voluptate in eo ingenium exercens: eaque in re, ut dicam quod sentio, linguis cognatis (quarum loquendi usus saepius ex hebraeo utpote antiquiore pendere videtur, quam contra) non magis adiutus sum, quam et elementorum et radicum mutua necessitudine subtilius observata, radicibus trilitteris ad stirpes bilitteras, easque magnam partem onomatopoëticas, revocatis, et significationum notionumque in linguis semiticis nexu magis magisque cognito atque perspecto. Contigit nobis hoc pacto, in multo pluribus, quam editione tertia, radicibus significationis diversitatem ad unam notionem primariam revocare: quanquam negari non potest, passim etiam alienae originis vocabula iisdem litteris scribi. Neque mediocrem in hoc labore fructum attulit radicum indogermanicarum (sanscritae, persicae, graecae, latinae, gothicae, et quae his finitimae sunt) comparatio, quarum cum *radicibus* semiticis (utut magna fuerit

grammaticae rationis diversitas) necessitudinem nunc indies magis agnoscunt quicunque ex scholarum hebraearum graecarumque umbra ad totius Asiae linguas illustrandas evolarunt, quamque multo latius patere, quam vulgo creditur, etiam hoc nostro libro ostendisse nobis videmur. *Tum* assiduam curam impendi variis vocabulorum significationibus (sunt autem, quibus permagna est significatuum varietas) de integro digerendis, prout vel linguae latinae rationes postulabant, vel dialectica quaedam in dispescendis notionibus subtilitas, quam in prima huius libri descriptione minus curaveram, frequentiorum notiorumque vocabulorum significationes constituisse, collegisse, exemplis firmasse, et populari quodam modo descripsisse satis habens, in rariorum incertorumque vera potestate exploranda atque in erroribus avitis eliminandis praecipuam fere laudem ponens (v. praef. ad Lex. maj. ed. I. T. I. II.). In quo digerendi negotio quum et diligenter et feliciter nuper elaborasse viderem Winerum V. V. ***), hunc in significationum ordine (ut hic nos in ipsis significationibus definiendis et colligendis) saepe secuti sumus, nisi forte, quod haud raro factum, significatio nativa a me

***) Io. Simonis Lex. manuale hebr. et chaldaicum. Post Eichhornii curas denuo castigavit cet. Geo. Ben. Winer. Ed. IV. Lips. 1828.

aliter definita alium ordinem postulabat. *Denique*, quem iam editione tertia accuratius et copiosius tractaveram, locum de particulis (et pronominibus), eum pro huius libri modulo auxi et emendavi, examinatis maxime his, quae in hoc genere disseruit Winerus, magnam partem subtiliter et ingeniose, passim tamen artificiosius disputata, in iis maxime, quae ex linguarum semiticarum indole et usu potius quam ex ingenio et ex graecae latinaeque linguae analogia iudicanda erant.

Caeterum et in elaborando hoc libro et in speciminibus typographicis castigandis (qua in re egregiam operam nobis navavit Roedigeri nostri perspicacitas et exquisita doctrina) id egimus, ut a vitiis etiam minutis, quae ex una editione in alteram, ex uno libro in alios transire solent, purgata haec editio prodiret: quanquam communem humanitatis sortem etiam nos expertos esse animadvertimus.

Faxit autem Deus O. M., ut hic quoque studiorum, in quibus per quinque fere lustra habitavimus, fructus in litterarum sacrarum et ecclesiae christianae commodum cedat!

Dabamus Halae, Cal. Novembr. MDCCCXXXII.

Potiores libri manuscripti, quos in hoc opere concinnando consuluimus et passim laudavimus, hi sunt:


Abulwalidis (ابو الوليد) s. *R. Jonae* liber radicum (كتاب الاصول), ms. Oxoniense, v. Uri Catalog. codd. orient. bibl. Bodlejanae no. 456. 457.

Tanchum Hierosolymitani Comment. arab. in prophetas priores, ms. Oxon., cuius apographum Schnurrerianum penes me est.

Bar Bahluli Lexicon syriaco-arabicum, ms. Oxon.

Litteris hebraeis maximis exscriptae sunt radices s. vocabula nativa, sive verba sunt, sive nomina. *Cifris romanis* vel vocabulis vel singulis significationibus praemissis diversa eorum origo declaratur. In nominibus propriis virorum et mulierum ignobiliorum eo usi sumus compendio, ut *n. pr. m.* poneremus pro *n. pr. viri*, *n. pr. f.* pro *n. pr. mulieris*, singulos autem homines idem nomen proprium gerentes numeris arabicis apposito S. S. loco designaremus.

א

Nomen huius elementi, ut reliqua elementorum nomina, phoeniciae originis *bovem* significat i. q. hebr. אֶלֶף, teste iam e veteribus scriptoribus Plutarcho (Quaest. Sympos. IX, 2), qui Aleph litteram caeteris praeponi scribit διὰ τοὺς Φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν. Ductum est nomen a forma huius litterae in alphabeto antiquissimo, quae capitis bovini elementa rudius referebat, et hodieque in scriptura phoenicia comparet: . Ubi numeri nota est, *unitatis* numerum, binis vero punctis superne appositis (א̈) *millenarium* significat.

Ex litteris gutturalibus Aleph lenissimam habet pronunciationem, et leni gutturis, vel potius pulmonis, halitu profertur, ut Graecorum spiritus lenis, Gallorumque *h* in voculis *habit*, *homme*, quem nostrates, quoniam elocutione assequi non possunt, plane praetermittere solent. Atqui quum ex communi quadam linguarum imprimis semiticarum consuetudine (vide, quae ea de re disputavit Ewaldus in Gramm. hebr. §. 31) litterae fortiores et asperiores temporis decursu paulatim emollitae sint et lenioribus cesserint, vides, cur in Aramaismo, in Hebraismo sequiore et in Arabismo litterae paullo fortiores ה et ע saepe emolliantur in א v. c. הִתְקַטֵּל, ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠ; הִקְטִיל, ܐܰܩܛܶܠ, אַקְטֵל; אָמוֹן Jer. 52, 15 pro הָמוֹן copia; הַל arab. ال cet. Sed vicissim etiam א nonnunquam transiit in ה et ע, et universe hae litterae, utpote pronuntiatione sibi admodum vicinae, saepissime inter se permutatae sunt. Cf. הֵיךְ in sequiore Hebraismo pro vulgari אֵיךְ; אָבִיב arista, cf. syr. ܗܒܳܒܳܐ flos; כָּאָה et כָּהָה, לָאָה et לָהָה; it. אָגַם et עָגַם tristis fuit; אוּד et עוּד verti (utrumque etiam in lingua Aethiop.); גָּאַל et גָּעַל polluit, maculavit; תָּאַב et תָּעַב detestatus est; גָּמָא et גָּמַע ligurrivit, bibit; פִּתְאֹם subito, a פֶּתַע temporis momentum cet.

Ubi magis etiam emollienda est haec littera, transit in quiescibiles ו et י, ut אָחַד et יָחַד univit; אָלַף ܝܶܠܶܦ didicit; רְאֵם, רֵים bubalus; lus; בּוֹר pro בְּאֵר puteus. Quo factum est, ut complura verba פא significatu congruant cum verbis עו (cf. Gramm. §. 66, 3) אָדַשׁ et דּוּשׁ; אָנַשׁ syr. ܢܳܫ aegrotavit.

Ad *vocum conformationem* quod attinet, notandum est 1) Hebraeos saepius א vocali carens ab initio vocum abjicere per aphaeresin, velut אֲנַחְנוּ, נַחְנוּ nos; אֲשֶׁר seriori tempore שֶׁ qui, quae, quod; אֶחָד et חַד unus (Ez. 33, 30); הָסוּרִים pro הָאֲסוּרִים (Eccl. 4, 14) cf. Lehrgeb. p. 135. 136. — At iidem etiam 2) saepenumero praeponere solent ab initio vocabulorum א prostheticum (cf. Lehrgeb. §. 35, 1.) Vide אֲבַטִּיחִים, אֲגַמִּים, אֲבַעְבֻּעֹת, אֲדַרְכּוֹן. Idque tum potissimum fieri solet, ubi vocabulum a duabus consonantibus, Sch[illegible] ili tantum distinctis incipit [illegible]

סְגוֹל, אֶשְׁכֹּל aram. אֶזְרוֹעַ brachium; uva (in quibus utraque forma usu venit), it. אֶפְרוֹחַ pro פְּרוֹחַ proles; אֶגְרֹף (pro גְּרֹף) pugnus; אֶתְנָן (pro תְּנָן) donum; אַכְזָב (pro כְּזָב) mendax. Cf. Graecorum χθές et ἐχθές heri, ac similia quaedam in sermonis latini ad francogallicum transitu: *spiritus, esprit; status, état.* Ex Syrorum more א praefigitur etiam litterae Jod, ut יִשַׁי et אִישַׁי Isai (1 Par. 2, 12).

אָב *constr.* אֲבִי, cum suffix. אָבִי, אָבִיךָ, אֲבִיכֶם, 1 pers. אָבִי (ab אב) Plur. אָבוֹת, *constr.* אֲבוֹת c. suff. אֲבֹתֵי, אֲבוֹתֵיכֶם, אֲבֹתָם et אֲבֹתֵיהֶם m. *pater*, nom. primitivum (v. not. 1.) omnibus linguis semiticis commune (arab. أَبٌ, constr. أَبُو, أَبَا, أَبِي, chald. et syr. אַבָּא ܐܒܳܐ).

Sed patris vc. saepe latius patet (v. Fesselii Adv. sacra VI, 6), dicitur enim 1) *de quovis ex maioribus* (Ahn, Ahnherr) 1 Reg. 15, 11. 2 Reg. 14, 3. 15, 38. 16, 2 cet., ut de avo Gen. 28, 13. 31, 42. 32, 10. 37, 35, proavo Num. 18, 1. 2. 1 Reg. 15, 11. 24 cet. Jes. 43, 24: אָבִיךָ הָרִאשׁוֹן חָטָא collective: *maiores tui antiquissimi peccarunt.* Saepissime ita in Plur. אָבוֹת maiores Gen. 15, 15. Ps. 45, 17. De formula נֶאֱסַף אֶל־אָבוֹת v. sub voc. אָסַף.

2) de *conditore, auctore gentis* Gen. 10, 21. 17, 4. 5. 19, 37. 36, 9. 43. Jos. 24, 3. Huc referas Gen. 4, 21: *pater omnium, qui citharam tibiamque tractant* i. e. musicorum familiae conditor, inventor artis musicae.

3) de *auctore* rei, spec. de creatore Iob. 38, 28: *num pluviae est* [illegible] i. creator. Et hoc quidem sensu Deus vocatur *pater hominum* Ies. 63, 16. 64, 7. Deut. [illegible] 2, 27. — Hae omnes [illegible] ab originis notione proficiscuntur: accedunt aliae ab amore et cura patris, ab honore ei debito cet. ductae. Namque

4) *pater* dicitur etiam de *altore, nutritore,* qui parentis more beneficiis de aliis meretur. Iob. 29, 16: *pater eram egenis.* Ps. 68, 6: *pater orphanorum.* Jes. 22, 21: *pater incolarum Hierosolymae* (ita Eljakimus dicitur praefectus palatio). Jes. 9, 5 Messias dicitur: אֲבִי עַד *pater* (populi) *sempiternus.* (Cf. *pater patriae* ap. Romanos). Ex eadem metaphora Deus vocatur pater piorum regumque terrae, qui utrique etiam filii Dei vocantur 2 Sam. 7, 14. 1 Par. 17, 13. 22, 10. Ps. 89, 27. 28. Quoniam patris est, instituere liberos,

5) dicitur de *magistro* 1 Sam. 10, 12 atque hinc sacerdotes et prophetae, utpote magistri divina auctoritate instructi, patris nomine honoris causa salutantur, etiam a regibus 2 Reg. 2, 12. 5, 13. 6, 21. 13, 14. (cf. 8, 9.) Iudd. 17, 10: *sis mihi pater et sacerdos.* 18, 19. (Sic Rabbini etiam אָבוֹת vocabantur; neque aliter intelligendi sunt *patrum* ecclesiae, *papae*, *sanctissimi patris* cet. tituli honorifici). Eodem fere pertinet, quod

6) spec. *Pater regis* dicitur is, qui regi est a consiliis supremis, quem hodie *Wesirum* appellant Orientales. Gen. 45, 8: וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה *constituit me patrem Pharaonis.* Ita Hamanus dicitur δεύτερος πατὴρ Artaxerxis (Esth. 3, 13. LXX.) cf. 1 Macc. 11, 32 et turc. اتابك h. e. pater princeps, it. *Lala* pater, de Wesiro dictum v. *Iablonskii* Opuscc. ed. te Water T. I. p. 206. et *Barhebraei* Chron. syr. p. 219. lin. 15. Hoc ipsum intelligebant veteres nonnulli interpretes, quos Lutherus quoque secutus est, אַבְרֵךְ (Gen. 41, 43) explicantes *patrem regis* vel *terrae, regni.*

7) Adhibetur denique *intimae*

necessitudini significandae Iob. 17, 14: לַשַּׁחַת קָרָאתִי אָבִי אָתָּה *foveae* (sepulcro) *dixi, tu pater meus es:* in altero hemist. *et mater sororque vermibus*, cf. Ps. 88, 19.

8) Apud Arabes et Aethiopes patris vc. etiam ad *possessorem* transfertur, et dr. de eo, qui aliqua re pollet, eaque praeditus est ex. gr. ابو شام pater odoris i. e. arbor odorifera. Ita apud Hebraeos tantummodo in nomm. pr. v. c. אַבְשָׁלוֹם pater pacis i. e. pacificus.

Not. 1. Nomen illud licet forma sua grammatica analogiam verborum לה sequatur, ut quasi pro אָבָה dictum putes (Lehrgeb. §. 118), certissime tamen primitivum habendum est. Etenim vocabula אָב pater, et אֵם mater, simplicissimos infantis balbutientis sonos labiales imitantur, sicuti πάπας (παππάζω) *papa, pappus, avus,* persic. بابا. — Pro usitata status constr. forma אֲבִי antiquitus etiam dictum est אַב, adeoque אֲב (ut יַד, יָדְכֶם), neque vero nisi in nominibus propriis compositis אַבְשָׁלוֹם, אַבְרָהָם, אֶבְיָתָר, quamquam in his quoque saepius invenitur אֲבִי, ut אֲבִימֶלֶךְ, אֲבִיעֶזֶר. Semel (Gen. 17, 4. 5), ut nominis אַבְרָהָם etymon statim in oculos incurreret, אַב in ipso contextu positum.

Not. 2. Dubiae interpretationis est Iob. 34, 36: אָבִי יִבָּחֵן אִיּוֹב Vulg. *pater mi, probetur Iobus* cet. Quodsi enim אָבִי pro Dei compellatione habes, sententia languet. Haud male Chaldaeus: *velim exploretur Iobus*, אָב vel אָבָה *voluntatem* s. desiderium vertens, a rad. אָבָה, quamquam huius formae nullum aliud vestigium exstat. Non displicet Willmeti coniectura אַךְ תִּבָּחֵן legentis.

אַב, c. suff. אֲבִי (1 pers.), אֲבוּךְ, אֲבוּהִי plur. אֲבָהָן (littera ה inserta est, cf. אַמְהָן) chald. *pater* i. q. hebr. אָב Dan. 2, 23. Esr. 4, 15. 5, 12. De avo fort. dr. Dan. 5, 2.

אֵב (a rad. אָבַב) m. *viror,* de herba. Iob. 8, 12: עֹדֶנּוּ בְאִבּוֹ *adhuc illud* (gramen) *in virore suo,* i. e. adhuc viret. Cant. 6, 11: אִבֵּי הַנָּחַל *virores vallis.* Vulg. *poma,* ex usu loquendi Chaldaeorum. Arab. أَبّ pabulum viride.

אֵב chald. (a rad. אָבַב) *fructus.* Cum suff. אִנְבֵּהּ (ubi Dagesch forte resolutum in Nun) Dan. 4, 9. 11. 18. In Targg. saepe pro פְּרִי.

אָבַב radix Hebraeis inusitata. Chaldaeis in *Pa.* אַבֵּב est *fructus protulit,* maxime primos et praecoces, Syris ܐܒܒ *flores produxit.* Arabibus pariter atque Hebraeis virendi et progerminandi vim habuisse videtur, vide derivata אֵב (viror) אָבִיב (arista). Primariam potestatem fuisse putem *protrudendi,* cum impetu progerminandi, germ. *treiben,* unde אֵב *junger Trieb,* ut vicinum sit radd. אָבָה, יָאַב, אָהַב desiderii, studii vim habentibus, v. אָהַב.

אֲבַגְתָא n. pr. pers. eunuchi in aula Xerxis. Esth. 1, 10. (De etymo v. בִּגְתָא).

אָבַד fut. יֹאבַד et (in fine incisorum) יֹאבֵד 1) pr. *amissus est, sich verlieren, sich verloren haben,* impr. de ove amissa et oberrante (arab. أَبَدَ aufugit fera in desertum, ibique qs. evanuit, *sich in der Wüste verlieren*). שֶׂה אֹבֵד ovis amissa et oberrans Ps. 119, 176. cf. Jer. 50, 6. Ez. 34, 4. 16. De hominibus Jes. 27, 13: הָאֹבְדִים בְּאֶרֶץ אַשּׁוּר *qui in Assyria oberrant,* exulantur. Deut. 26, 5: אֲרַמִּי אֹבֵד *Aramaeus oberrans;* nec non de rebus, ut de rivis in deserto evanescentibus Iob. 6, 18; et metaph. de sapientia exstincta Jes. 29, 14. — Hinc 2) *periit, interiit* (Syr. Sam. id. Arabes hoc sensu usurpant vicinum

بَادَ), de hominibus aliisque animantibus intereuntibus (Ps. 37, 20. Iob. 4, 11), interdum adiectis verbis מֵעַל הָאָרֶץ Deut. 4, 26. 11, 17. Jos. 23, 13. 16; it. de terra domibusque, quae vastantur Jer. 9, 11. Am. 3, 15; metaph. de spe, voto, desideriis, quae irrita cadunt Ps. 9, 19. 112, 10. Prov. 10, 28. 11, 7. Ez. 12, 22. Constr. sq. לְ pers. 1 Sam. 9, 3. 20; it. sq. מִן Deut. 22, 3. Iob. 11, 20: מָנוֹס אָבַד מִנְּהֶם *refugium periit iis.* Jer. 25, 35. Ps. 142, 5. Ez. 7, 26: תּוֹרָה תֹּאבַד מִכֹּהֵן וְעֵצָה מִזְּקֵנִים *lex peribit sacerdoti et consilium senibus.* cf. Jer. 18, 18. 49, 7. Hinc Deut. 32, 28: גּוֹי אֹבַד עֵצוֹת *gens, cuius consilium periit,* Vulg. consilii expers. Jer. 4, 9: יֹאבַד לֵב הַמֶּלֶךְ *peribit cor regis* (prae metu et terrore). Iob. 8, 13: וְתִקְוַת חָנֵף תֹּאבֵד *et* (sic) *perit spes improbi.* Ps. 9, 19. 112, 10. Prov. 10, 28. — 3) *perditus, miser, infelix fuit.* Part. אֹבֵד miser. Iob. 29, 13. 31, 19. Prov. 31, 6.

Pi. אִבַּד 1) *pro amisso habuit (verloren geben)* Eccl. 3, 6. — 2) *oberrare fecit, dispersit* (gregem) Jer. 23, 1. — 3) *perire fecit, perdidit.* Eccl. 7, 7: וִיאַבֵּד אֶת־לֵב מַתָּנָה *largitio perdit* i. e. corrumpit *animum.* Seq. מִן exstirpavit ex aliqua re Jer. 51, 55. Spec. a) *vastavit,* de rebus inanimatis, 2 Reg. 19, 18. Num. 33, 52. Deut. 12, 2 אִבַּד הוֹן dilapidavit rem familiarem Prov. 29, 3. b) de hominibus: *occidit, necavit, exstirpavit* Esth. 3, 9. 13. 2 Reg. 11, 1. 13, 7.

Hiph. הֶאֱבִיד i. q. Pi. *perdidit, delevit,* ut homines populosque Deut. 7, 10. 8, 20; interdum additis verbis מִקֶּרֶב הָעָם Lev. 23, 30, מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם Deut. 7, 24, it. vastavit terram Zeph. 2, 5, ademit spem Iob. 14, 19. — Rarissime א in 1 fut. quiescit, אֹבִידָה pro אַאֲבִידָה Jer. 46, 8. Vocabula derivata statim sequuntur omnia.

אֲבַד, fut. יֵאבַד, chald. *periit.* Jer. 10, 11.

Aph. הוֹבֵד fut. יְהוֹבֵד, inf. הוֹבָדָה *perdidit, occidit* Dan. 2, 12. 18. 24. *Hoph.* (Hebraeorum more formatum) הוּבַד 7, 11.

אֹבֵד m. 1) *miser, infelix,* v. verbum no. 3. 2) nom. participiale (v. Lehrgeb. p. 488) *interitus* Num. 24, 20. 24.

אֲבֵדָה f. (cum Zere impuro) 1) *res perdita, amissa,* Ex. 22, 8. Lev. 5, 22. 23. 2) i. q. אֲבַדּוֹן *locus exitii, vorago* (de orco) Prov. 27, 20. in Chethibh.

אֲבַדּוֹן m. 1) *exitium* Iob. 31, 12. — 2) *locus exitii, barathrum,* ut fere synon. sit voc. שְׁאוֹל Iob. 26, 6. 28, 22. Prov. 15, 11.

אַבְדָן m. verbale Pihelicum pro אַבְּדָן *occisio, caedes* (eamque ob caussam Daleth habens raphatum) Esth. 9, 5.

אָבְדַן *st. constr.* אָבְדַן id. *exitium, interitus* Esth. 8, 6.

אָבָה fut. יֹאבֶה pr. adspiravit, cf. radd. ut forma ita significatione vicinas אָוָה, יָאַב, תָּאַב, it. אָהַב, חָבַב lat. *aveo,* inde 1) *propensus, proclivis, pronus fuit, voluit,* praeter Jes. 1, 19. Iob. 39, 9 ubique cum negandi particula. Constr. c. inf. vel nudo Deut. 2, 30. 10, 10. 25, 7. Jes. 30, 9. vel cum praefixo לְ, quod quidem posterius magis pedestris orationis est. Lev. 26, 21. 2 Sam. 13, 14. 16. Exod. 10, 25: לֹא אָבָה לְשַׁלְּחָם *noluit eos dimittere,* Iob. 39, 9: הֲיֹאבֶה רֵים עָבְדֶךָ *an volet bubalus tibi servire?* Legitur etiam c. acc. Prov. 1, 25 et absolute, Jes. 1, 19: אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם *si faciles vos praebetis et obeditis.* Prov. 1, 10. C. dat. pers. *facilem se praebuit alicui, obtemperavit, obsecutus est* (saepe cum synonymo שָׁמַע לְ) Ps. 81, 12. Deut

13, 9. Prov. 1, 30. — 2) *desideravit, cupivit, eguit,* quae significatio comparet certe in nominibus derivatis אֶבְיוֹן ,אֲבוֹי, אֲבִיּוֹנָה. — 3) Apud Arabes vim habet plane contrariam *nolendi, recusandi, fastidiendi,* ut respondeat Hebraeorum לֹא אָבָה. Cave vero, ne hanc significationem plane contrariam putes. Etenim inclinandi potestas (*sich neigen, geneigt seyn*) apud Hebraeos relata est ad *propensionem* bonamque voluntatem (*Zuneigung*), apud Arabes ad *declinationem* (*Abneigung*), animum alienum et fastidium; unde مأق aqua palustris, putida, pr. fastidium movens, أباءة arundo palustris (cf. אַגְמוֹן ,אָגַם.) V. אֵבֶה, et reliqua derivata no. 2.

אֵבֶה m. *arundo, papyrus,* i. q. arab. أباءة collect. أباء (v. rad. *no.* 3, quanquam vc. hebraeum etiam simpliciter ab arundinis capite declinato, demisso dictum esse potest, cf. Jes. 58, 5). Semel obvium. Iob. 9, 26: אֳנִיּוֹת אֵבֶה *navigia arundinacea,* ex papyro nilotica contexta, quorum frequentissimus apud Aegyptios atque Aethiopes usus erat (cf. Comment. meum ad Jes. 18, 2), propter insignem nimirum, qua super aquas ferebantur, velocitatem. Alii cum Symm. vertunt *naves desiderii* i. e. summo desiderio ad portum deproperantes. Quam exhibent 44 libri MSS. lectionem איבה, haud dubie illa cum Syro interprete efferenda est אֵיבָה atque explicanda de navigiis hostilibus, praedatoriis, quae velocissimo impetu per mare feruntur ac satis commode in altero hemistichio aquilae iunguntur in praedam irruenti. Sed idem illud potest significari scriptura vulgari, modo pro אֵבֶה scribitur אֵבָה.

אֲבוֹי (a rad. אָבָה *no.* 2) *paupertas, miseria,* vc. semel obvium Prov. 23, 29, formae קְטוֹל, sine dubio effictum, ut paronomastice respondeat vcc. אוֹי et הוֹי, cf. Lehrgeb. 374, not. 1. et Jes. 15, 4. 17, 1. 59, 13. Sic *Abulwalides* quem nos sequi non dubitamus. Kimchio, quem plurimi recentiorum sequuntur, est idem quod אוֹי et הוֹי interiectio dolentis.

אֵבוּס (a rad. אָבַס), ex Syriasmo pro אֵבוּס, unde st. constr. אֵבוּס Jes. 1, 3. Plur. אֲבוּסִים m. *locus, ubi saginatur pecus, stabulum* (Job. 39, 9), et, in quo asservatur pabulum (Prov. 14, 4). Stabuli significatio quadrat etiam in Jes. 1, 3, ubi tamen *LXX* et Vulg. *praesepe* reddunt, quod et h. l. et Job. l. c. non minus aptum est ac probabile. Cf. arab. أرِيّ, chald. אוּרְיָא stabulum et praesepe. Ita אבוס etiam in Talmude usurpatur.

אבח radix dubia, fortasse i. q. arab. أبخ pro وبخ reprehendit, *minatus est.* Inde

אִבְחָה vel **אִבְחַת** f. semel obvium (modo sana est scriptura) Ez. 21, 20: אִבְחַת חָרֶב *comminatio gladii* i. e. gladius minax. Castellus (Heptagl. p. 10) confert arab. أباحة exterminium, laudato 2 Macc. 26, 6, sed إباحة (sic enim scribendum erat) est a rad. باح Inf. conj. IV et *licentiam* denotat. Ut dicam quod sentio, scriptura in illo Ezechielis loco mihi laborare videtur, sic restituenda: טִבְחַת חֶרֶב *mactatio gladii.* Firmant coniecturam *LXX* σφάγια ῥομφαίας, *Chald.* קְטָלֵי חַרְבָּא, et quae consequuntur: *vae, redditus est coruscus et exacutus ad mactandum* (לְטֶבַח). Cf. v. 14. 15. Saepenumero vocabulis graecis σφάγιον, σφαγή exprimuntur hebraea טֶבַח ,טִבְחָה ,טִבְחַת.

אֲבַטִּחִים (a rad. בָּטַח transp. pro טָבַח, طبخ coxit) m. plur. *melones* Num. 11, 5. Respondet arab. بَطِّيخ transp. pro طَبِّيخ a طبخ coxit, maturuit, ut gr. *πέπων (Pfebe)* a *πέπτω*, cf. בָּשַׁל. Hebraei addiderunt א prostheticum. Ex vocabulo, quod laudavimus, arabico Hispani fecerunt *budiecas*, Galli *pastêques*.

אֲבִי n. pr. f. mater Hiskiae 2 Reg. 18, 2, quae in loco gemino 2 Par. 29, 1 plenius rectiusque אֲבִיָּה dicitur, quod etiam 2 Regg. in nonnullis libris legitur.

אֲבִי־עַלְבוֹן (pater roboris i. e. robustus, a rad. غلب praevaluit) n. pr. unius ex heroibus Davidis 2 Sam. 23, 31, qui idem אֲבִיאֵל dicitur 1 Par. 11, 32.

אֲבִיאֵל (pater roboris i. e. robustus) n. pr. m. 1) 1 Par. 11, 32, vid. אֲבִי־עַלְבוֹן. 2) avus Sauli regis 1 Sam. 9, 1. 14, 51. In stemmate, quod legitur 1 Par. 8, 33. 9, 39, Nerus Sauli avus fuisse dicitur, secundum 2 Sam. 14, 5 potius pro patruo eius habendus. Ita enim se habet genuinum eius stemma:

Abiel

Kisch Ner

Saul Abner.

אֲבִיאָסָף (pater collectionis i. e. collector) n. pr. Levitae e familia Korachi Ex. 6, 24, qui idem 1 Par. 6, 8. 22. 9, 19 אֶבְיָסָף vocatur.

אָבִיב (a rad. אָבַב) m. *arista, spica* Lev. 2, 14. Ex. 9, 31: (הַשְּׂעֹרָה אָבִיב) *hordeum* erat *in arista* i. e. aristis instructum erat. (Cf. ad syntaxin Cant. 2, 13). חֹדֶשׁ הָאָבִיב mensis spicarum, seriori tempore נִיסָן dictus, a novilunio Aprilis (Martii de sententia Rabbinorum) ordiens, primus veteris anni mensis. Ex. 13, 4. 23, 15. Deut. 16, 1.

אֲבִיגַיִל (cuius pater exultatio) n. pr. f. 1) uxoris Nabalis, postea Davidis 1 Sam. 25, 3. 14, quae eadem contr. אֲבִיגַל (cf. arab. أَشّ pro أَيْش quid?) dicitur comm. 32 et 2 Sam. 3, 3 Chethibh. — 2) sororis Davidis 1 Par. 2, 16, quae eadem אֲבִיגַל dicitur 2 Sam. 17, 25.

אֲבִידָן (pater judicis) n. pr. phylarchae Benjaminitarum tempore exitus ex Aegypto. Num. 1, 11. 2, 22.

אֲבִידָע (pater scientiae i. e. sapiens) n. pr. filii Midianis Gen. 25, 4.

אֲבִיָּה (i. q. אֲבִיָּהוּ cuius *pater Jehova* est) n. pr. A) virorum 1) filii Samuelis, natu secundi 1 Sam. 8, 2. — 2) 1 Par. 7, 8. — 3) 1 Reg. 14, 1. — 4) 1 Par. 24, 10. Neh. 10, 8. — 5) i. q. אֲבִיָּהוּ rex Judae, v. infra. B) n. pr. mulieris 1 Par. 2, 24.

אֲבִיָּהוּ (cui pater est Jehova) et אֲבִיָּה (id.) n. pr. *Abija*, rex Judae, Rehabeami filius ac successor 2 Par. 13, 1 sqq., in libris Regg. constanter אֲבִיָּם scriptus 1 Reg. 14, 31. 15, 1. 7. 8 (*pater maris* i. e. vir maritimus).

אֲבִיהוּא n. pr. (cui *Ille* i. e. Deus *pater* est) *Abihu*, filius Aharonis, ob sacra contra legem facta igne a Deo interfectus Lev. 10, 1 sqq.

אֲבִיהוּד (cuius pater Juda i. q. אֲבִי יְהוּדָה) n. pr. m. 1 Par. 8, 3.

אֲבִיהַיִל (forsan corrupte pro אֲבִיחַיִל) n. pr. 1) uxoris Rehabeami 2 Par. 11, 18. 2) m. 1 Par. 2, 29.

אֶבְיוֹן adj. 1) *egenus, pauper*, ab egendo dictus (v. rad. אָבָה no. 2) Deut. 15, 4. 7. 11. *Filii egeni, pauperis* pro egenis Ps. 72, 4, vd. בֵּן. — 2) *oppressus, miser*, addito saepius synonymo עָנִי Ps. 40, 18: וַאֲנִי עָנִי וְאֶבְיוֹן *et ego* (sum) *afflictus et miser*. 70, 6. 86, 1. 109, 22. — Speciatim, pariter atque עָנִי, dicitur de eo, qui imme-

rita patitur, quamquam pius Dei cultor (unde Am. 2, 6 צַדִּיק et אֶבְיוֹן iunguntur), etiam de tota gente miseriis succumbente, ut de Israelitis in exilio versantibus Jes. 41, 17 cf. 25, 4. Eodem significatu *Ebionitarum* secta sibi hoc nomen ascivit, videlicet τῶν πτωχῶν, ὧν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν (Mat. 5, 3).

אֲבִיּוֹנָה f. pr. appetitus, *concupiscentia* (a rad. אָבָה no. 1), deinde *bacca capparis*, quae et appetitum et Veneris concupiscentiam provocare dicitur (Plut. quaest. symp. 6, 2. Plin. H. N. 13, 23. 20, 15) Eccl. 12, 5. Capparim transtulerunt LXX. Vulg. Syr. Rabbinis pluralis אֲבִיּוֹנִין non cappares solum, verum etiam aliarum arborum minutos fructus, ut myrtos, olivas cet. designat.

אֲבִיחַיִל (pater fortitudinis, i. q. fortis) n. pr. m. 1) Num. 3, 35. 2) 1 Par. 5, 14. 3) pater Estherae Esth. 2, 15. 9, 29.

אֲבִיטוּב (pater bonitatis) n. pr. m. 1 Par. 8, 21.

אֲבִיטַל n. pr. mulieris ex uxoribus Davidis 2 Sam. 3, 4.

אֲבִיָּם vid. אֲבִיָּהוּ.

אֲבִימָאֵל m. Gen. 10, 28. 1 Par. 1, 22 n. pr. viri ex posteris Joctani in Arabia, probabiliter patris conditorisve gentis cuiusdam arabicae מָאֵל dictae, cuius vestigium Bochartus (*Phaleg* 2, 24) ap. Theophrastum (hist. plant. 9, 4) indagavit, qui nomine *Μάλι* eandem probabiliter gentem in Meccae hodiernae vicinia oberrantem significat, quae Straboni dicitur *Minaei*, *Μειναῖοι*.

אֲבִימֶלֶךְ (pater regis, vel pater Rex) *Abimelech*, n. pr. 1) complurium regum in terra Philistaeorum, ac diversis quidem temporibus Gen. 20, 2 sqq. 21, 22 sqq. 26, 1 sqq. Ps. 34, 1. Quum autem idem iste rex, qui Ps. l. c. vocatur Abimelech, 1 Sam. 21, 11 appelletur *Achis* (אָכִישׁ), commune fere illud horum regum nomen titulusve fuisse videtur, ut پادشاه *Padischach* (Pater Rex) regum persicorum, et اتالیق *Atalik* (*Pater*, propr. *paternitas*) Chanorum bocharicorum. — 2) filii Gideonis Iudd. 8, 31 sq. 9, 1 sq. 2 Sam. 11, 21. — 3) 1 Par. 18, 16, ubi vero prob. legendum אֲחִימֶלֶךְ, ut 2 Sam. 8, 17.

אֲבִינָדָב (pater nobilis vel nobilitatis) n. pr. m. 1) filii Isai 1 Sam. 16, 8. 17, 13. — 2) filii Sauli 1 Sam. 31, 2. — 3) 1 Sam. 7, 1. — 4) 1 Reg. 4, 11.

אֲבִינֹעַם (pater amoenitatis vel gratiae) n. pr. patris Baraci herois Iud. 4, 6. 5, 1.

אֲבִינֵר (pater lucis) n. pr. m. 1 Sam. 14, 50. alibi אַבְנֵר q. v.

אֲבִיעֶזֶר (pater auxilii, ut germ. Adolfus, ab *Atta* pater et *Holf*, i. e. auxilium) n. pr. *Abieser* 1) filius Gileadi Jos. 17, 2 et meton. de eius posteris Iud. 6, 34. 8, 2. Nomen patronymicum est אֲבִי הָעֶזְרִי Iud. 6, 11. 24. 8, 32. Inde decurtatum est אִיעֶזֶר Num. 26, 30 et nom. patronym. אִיעֶזְרִי ibid. — 2) unus ex heroibus Davidis 2 Sam. 23, 27. 1 Par. 11, 28. 27, 12.

אָבִיר (a rad. אָבַר) subst. *fortis*, *validus*, non nisi in formula אֲבִיר יַעֲקֹב, אֲבִיר יִשְׂרָאֵל *fortis* s. *heros Israelis*, *Jacobi*, de Deo Gen. 49, 24. Jes. 1, 24.

אַבִּיר adj. (a rad. אָבַר) 1) *fortis*, *validus*, dicitur de hominibus plerumque subst. ut *heros* Iud. 5, 22. Thren. 1, 15. Jer. 46, 15. Ps. 76, 6: אַבִּירֵי לֵב *animo valentes*. Poetae κατ᾽ ἐξοχὴν dicunt a) de *tauro* Ps. 22, 13: אַבִּירֵי בָשָׁן *fortes* h. e. tauri *Batanaeae*, 50, 13 et metaph. de *principibus* Ps. 68, 31. b) de *equo* non nisi apud Jeremiam 8, 16. 47, 3. 50, 11. (cf. Gramm. §. 111, not. 2). — 2) *potens*, *nobilis* Iob. 24, 22. 34, 20. לֶחֶם אַבִּירִים

cibus nobilium s. principum, i. e. cibus delicatior, exquisitus Ps. 78, 25 cf. Iud. 5, 25. — אַבִּיר הָרֹעִים *princeps pastorum* 1 Sam. 21, 8. — 3) אַבִּיר לֵב *contumax, pervicax*, obfirmati animi homo Jes. 46, 12 cf. חֲזַק לֵב.

אֲבִירָם (pater altitudinis) n. pr. m. 1) Num. 16, 1. 12. 26, 19. — 2) 1 Reg. 16, 34.

אֲבִישַׁג (pater erroris) n. pr. Davidis concubina 1 Reg. 1, 3. 2, 17.

אֲבִישׁוּעַ (pater salutis) n. pr. m. 1) 1 Par. 8, 4. — 2) 6, 4. 5. 50. Esr. 7, 5.

אֲבִישׁוּר (pater muri) n. pr. m. 1 Par. 2, 28. 29.

אֲבִישַׁי (pater doni) n. pr. m. Davidis sororis filius idemque praefectus militum, Joabi frater 1 Sam. 26, 6 sqq. 2 Sam. 2, 18. 24, aliquoties אַבְשַׁי dictus 1 Sam. 10, 10.

אֲבִישָׁלוֹם (pater pacis) n. pr. m. socer Rehabeami 1 Reg. 15, 2. 10. At 2 Par. 11, 20. 21 legitur אַבְשָׁלוֹם.

אֶבְיָתָר (pater abundantiae pro אֲבִיָּתָר) n. pr. filii Ahimelechi sacerdotis, amicitiae vinculo Davidi coniunctissimi, quem una cum Zadoco summi sacerdotis dignitate condecoravit Davides, privavit Salomo 1 Sam. 22, 20 sqq. 23, 6. 30, 7. 2 Sam. 15, 24. De loco 2 Sam. 8, 17 vd. אֲחִימֶלֶךְ.

אָבַךְ rad. ἅπαξ λεγομ. prob. *volvit, convolvit*, it. *implicuit, wälzen, wickeln, verwickeln*. Vicinae radices sunt בּוּךְ بَاكَ implicuit, perplexus, intricatus fuit, נָבַךְ ebullivit, *aufwallen, aufquellen*, it. duriores הָפַךְ أفك convertit.

Hithp. convolutus est, de fumo, qui denso volumine in aërem se extollit, non aliter atque aqua e fonte ebulliens. Jes. 9, 17: וַיִּתְאַבְּכוּ גֵּאוּת עָשָׁן *ut convolvantur elatione fumi, dafs es in Rauch aufwalle (das Dickicht)* cf. *Vulg. Syr.* Syr. ܐܬܒܟ a Grammaticis explicatur superbivit, superbe incessit, pr. fortasse provolutus est, de incessu hominis obesi, *sich fortwälzen.*

I. **אָבַל** fut. יֶאֱבַל *luxit* sequ. עַל Hos. 10, 5. Am. 8, 8. Arab. Syr. id. Propria significatio esse videtur *languendi, capite demisso incedendi* (cf. radd. vicinas אָמַל, אָפַל, it. בָּלָה, נָבַל, נָפַל, quae cunctae sunt a stirpe bilittera *bal, fal*, cadendi potestatem habente, cf. σφάλλω, *fallo*, germ. *fallen*) quod faciunt lugentes; transfertur autem a habitu cultuque lugentium ad vocem et eiulationem (v. אֵבֶל). Poet. de rebus inanimatis. Am. 1, 2: אָבְלוּ נְאוֹת הָרֹעִים *lugent pascua pastorum.* Jes. 24, 4. 7: אָבַל תִּירוֹשׁ אֻמְלְלָה גָפֶן *luget mustum* (i. e. lugent uvae), *languet vitis.* 33, 9.

Hiph. הֶאֱבִיל *fecit ut lugeret, luctum attulit* Ez. 31, 15, de inanimatis Thren. 2, 8.

Hithpa. pr. *lugentem se gessit*, hinc *luxit*, i. q. Kal, maxime in sermone pedestri, cum illud orationi poëticae proprium sit Gen. 37, 34. Exod. 33, 4, c. c. אֶל et עַל personae 1 Sam. 15, 35. 2 Sam. 13, 37. Nomina derivata protinus sequuntur.

II. **אָבַל** arab. أَبَلَ et أَبِلَ *graminis humore rigatus est*, hinc syr. ܐܒܠܐ *gramen.* Cognatum est Hebraeorum בָּלַל بَلَّ rigavit. Inde est אָבֵל *no. II.*

I. **אָבֵל** adj. *lugens* (a rad. אָבַל *no. I*) Gen. 37, 35. Thren. 1, 4: דַּרְכֵי צִיּוֹן אֲבֵלוֹת *viae Zionem versus lugent.* Stat. constr. אֲבַל Ps. 35, 14. *Plur. constr.* אֲבֵלֵי Jes. 61, 3, cum Zere impuro, cf. arab. أَبِيل.

II. אָבֵל (ab אָבַל *no. II.*) uti videtur, *locus graminosus, pascuum, pratum* (arab. أَبَلٌ foenum recens ac procerum, alga). Appellative legitur 1 Sam. 6, 18, nisi pro אָבֵל הַגְּדוֹלָה legendum אֶבֶן הַגְּדֹלָה, quod ferme flagitant comm. 14. 15, et expressit Alex. cum Syro. Frequentissimus eius usus est in nominibus geographicis a) אָבֵל בֵּית־מַעֲכָה *Abel Beth-Maachae* i. e. sita prope Beth Maacham (q. v.), ab oriente Jordanis in radicibus Libani montis, oppidum Manassitarum 2 Sam. 20, 14. 15. 1 Reg. 15, 20. 2 Reg. 15, 29, alibi אָבֵל־מַיִם 2 Par. 16, 4 coll. 1 Reg. 15, 20, et simpl. אָבֵל 2 Sam. 20, 18. — b) אָבֵל הַשִּׁטִּים (pratum acaciarum) Num. 33, 49 locus in campestribus Moabi situs, idem, ni fallor, qui ibid. 25, 1. Mich. 6, 5 simpliciter vocatur שִׁטִּים. — c) אָבֵל כְּרָמִים (pratum vinearum) Iud. 11, 33, vicus Ammonitarum, Eusebio teste adhuc sua ipsius aetate vineis abundans. — d) אָבֵל מְחוֹלָה (pratum saltationis) vicus tribus Issachar, Scythopolin inter et Neapolin, Elisae prophetae incunabula Iud. 7, 22. 1 Reg. 4, 12. 19, 16. — e) אָבֵל מִצְרַיִם Gen. 50, 11 (pratum Aegyptiorum) nomen areae haud procul ab Jordane sitae, quod l. c. ita explicatur, ut appareat, scriptorem sacrum sine punctis legisse, et אֵבֶל מִצְרַיִם (luctus Aegyptiorum) pronuntiasse.

אֵבֶל c. suff. אֶבְלִי m. (ab אָבַל) *luctus*, Esth. 4, 3. 9, 22, spec. propter mortuum Gen. 27, 41. אֵבֶל יָחִיד luctus propter unicum (filium). Am. 8, 10. Jer. 6, 26. Mich. 1, 8: וְאֵבֶל כִּבְנוֹת יַעֲנָה *et luctum* (instituo) *instar struthionum*, quae eiulare solent. עָשָׂה אֵבֶל לְ luctum alicui instituit Gen. 50, 10.

אֲבָל adv. idque 1) apud Hebraeos antiquiores affirmativum, *profecto, certo* Gen. 42, 21. 2 Sam. 14, 5. 2 Reg. 4, 14, item corrigendi vim habens, *immo* Gen. 17, 19, *immo vero* 1 Reg. 1, 43. (Respondet arabica corrigendi particula بَلْ quin, quin immo, ducta a rad. בָּלָה, pr. i. q. hebr. בַּל, ita ut primaria eius vis sit in negando contrarium. א est prostheticum). — 2) apud sequiores adversativum: *at vero, contra* Dan. 10, 7. 21. Esr. 10, 13. 2 Par. 1, 4. 19, 3 (arab. بَلْ *at*). Aliae id genus particulae, quae et affirmant et adversantur, sunt אַךְ, אָכֵן, אוּלָם, כִּי cf. lat. *verum, vero*.

אֻבָל vid. אוּבָל.

אבן rad. inusit. quam *exstruendi* et *aedificandi* vim habuisse suspicor, coll. בָּנָה aedificavit, et אָמַן fulcivit, fundavit, unde אָמָן faber, *τέκτων*. Inde est

אֶבֶן c. suff. אַבְנוֹ plur. אֲבָנִים, אַבְנֵי comm. (plerumque f. neque aliter Iob. 28, 2, sed m. 1 Sam. 17, 40) *lapis* cuiuscunque generis sive rudis sive politus, sive maximi, sive minimi moduli molisque. Collect. lapides Gen. 11, 3. De lapide in fundamento domus posito Jes. 28, 16, de vasis lapideis Ex. 7, 19. (Syr. ܐܰܒܢܳܐ id. sed raro obvium. Aeth. አብን:) Metaph. 1 Sam. 25, 37: *et factus est lapis*, riguit instar lapidis. לֵב הָאֶבֶן *cor lapideum* i. e. durum Ez. 11, 19. 36, 26; etiam de animo audace et intrepido Iob. 41, 16. אֶבֶן בָּרָד *lapis grandinis* Jes. 30, 30, unde Jos. 10, 11: אֲבָנִים גְּדֹלוֹת de grandine maiori, paulo inferius אַבְנֵי הַבָּרָד dicta. — 2) *κατ' ἐξοχὴν lapis pretiosus, gemma* Ex. 28, 9 sqq. 35, 27, plenius אֶבֶן חֵפֶץ Jes. 54, 12, אֶבֶן חֵן Prov. 17, 8, אֶבֶן יְקָרָה Ez. 28, 13, quod quidem posterius dicitur etiam de lapidibus ad aedificandum, ut marmore 1 Reg. 10, 2. 11. — 3) *lapis aerosus (Erzstein)* Iob. 28, 2. Arabice dicitur in duali

حَجَرَتَانِ *uterque lapis* de auro argentoque. — 4) *rupes* Gen. 49, 24: אֶבֶן יִשְׂרָאֵל rupes Israelis, de Jehova, cf. צוּר. — 5) *pondus librae* (quoniam lapidibus olim utebantur et hodieque in Oriente utuntur pro ponderibus, cf. germ. *Stein* de pondere maiore impr. in lana vendenda apud nostrates usitato), quamquam non lapideum. אֶבֶן וָאָבֶן *pondera diversa* Deut. 25, 13. אַבְנֵי כִיס pondera in marsupio gesta Prov. 16, 11. — Zach. 5, 8: אֶבֶן הָעֹפֶרֶת *pondus plumbeum*, 4, 10: אֶבֶן הַבְּדִיל, it. *pondus perpendiculi* Jes. 34, 11: *extendet super eam lineam vastationis* וְאַבְנֵי בֹהוּ *et perpendiculum desolationis* h. e. quasi ad legem normamque omnia diruentur. (Ad rem cf. Am. 7, 8). — 6) Nonnunquam *lapides* in geographia locis designandis inserviebant, sic a) אֶבֶן עֵזֶר (lapis auxilii) ad Mizpam a Samuele positus 1 Sam. 4, 1. 5, 1. 7, 12. — b) אֶבֶן הָאֶזֶל (lapis discessus) 1 Sam. 20, 19 cf. זֹחֶלֶת.

אֶבֶן st. emphat. אַבְנָא chald. id. Dan. 2, 34. 35.

אַבְנָה 2 Reg. 5, 12 in Chethibh pro אֲמָנָה q. v. Cf. ב litteram.

אֹבֶן i. q. אֶבֶן *lapis*, tantummodo in *dual.* אָבְנַיִם pr. *lapidum par*, dicitur 1) de *rota figuli.* Jer. 18, 3 de figulo: הִנֵּהוּ עֹשֶׂה מְלָאכָה עַל־הָאָבְנָיִם *ecce ille conficiebat opus super rotam figlinam.* Abulwalides in Lex. ms.: „*instrumentum est duplex, super quo figulus vertere solet vasa testacea. Duabus illud constat rotis instar molae manuariae ligneis: altera maiore et inferiore, altera minore et superiore. Vocatur hoc instrumentum* אָבְנַיִם *i. e. lapidum par, quamquam non lapideum, propter similitudinem molae manuariae, quae lapidea esse solet. Apud nostrae regionis homines* (Mauros) *non reperitur, sed figulorum est orientalium.*" — 2) de *labro lapideo*, in quo recens nati lavari solebant. Ex. 1, 16. Videntur eiusmodi labra, molae manuariae similia, duobus constitisse lapidibus, quorum inferior excavatus, superior pro operculo erat. Alii, ut duos istos locos conciliarent, illic intellexerunt sellam figuli, hic mulieris parturientis. Ita Kimchi: מוֹשַׁב אִשָּׁה הַיּוֹלֶדֶת, neque aliter Chald. et Arabs uterque.

אַבְנֵט (pro בֶּנֶט c. Aleph prosthet.) c. suff. אַבְנֵטְךָ, plur. אַבְנֵטִים m. *balteus* vel *cingulum*, quale gestabant sacerdotes Ex. 28, 4. 39. 40. Lev. 16, 4 aliique nobiles Jes. 22, 21, cf. Joseph. Arch. 3, 7 §. 2. Chald. אַפּוּנְדָּא, פּוּנְדָּא, פֶּנֶד balteus. Utrumque vc., et hebraeum et chaldaeum, e lingua persica repetitum est, in qua بند (sanskr. *bandha*, germ. *Band*) vinculum quodque, etiam cingulum denotat.

אַבְנֵר n. pr. m. (pater lucis) *Abner*, dux militum regis Sauli 1 Sam. 14, 51. 17, 55. 57. 20, 25. Aliquoties dicitur אֲבִינֵר 14, 50. LXX. Ἀβέννηρ.

אבס ut apud Chald. et in Talmude *cibavit* largius ad saginationem, *saginavit* pecus. (Pr., si quid video, inculcavit coll. vicino בּוּס, inde infersit, *einpfropfen.* Cf. gr. τρέφω pr. i. q. πήγνυμι). Part. pass. Prov. 15, 17. De anseribus 1 Reg. 5, 3. Derivantur inde: אֵבוּס, מַאֲבוּס.

אֲבַעְבֻּעֹת plur. fem. *pustulae* in cute exortae. Ex. 9, 9. 10. Verbale a rad. בּוּעַ chald. *Pilp.* בַּעְבַּע ebullivit, scaturivit, intumuit, hinc syr. ܒܥܒܘܥܝܬܐ pustulae. Hebraei א prosthet. praefixerunt. Cf. בּוּעַ, נָבַע.

אבץ rad. inusitata, fort. i. q. בּוּץ albus fuit, unde Chald. אַבְצָא stannum. Inde

אָבֵץ n. pr. oppidi in tribu Issachar, fortasse a stanno sic dicti. Jos. 19, 20.

אִבְצָן (fort. stanneus) n. pr. iudicis Israelitarum Iud. 12, 8. 10.

אָבַק rad. in Kal inusitata, quam *contundendi, comminuendi* vim habuisse suspicor, a syll. onomatopoet. בק, בך, פג, פק, quae aeque ac דך, דק (v. דָּקַק, דָּכָה) tundendi vim habebat, cf. בָּכָה stillavit, דפק, פגע, פגש, it. πηγή, πηγνύω, germ. *pochen, boken* (cf. spec. Erz pochen). Inde אָבָק pulvis.

Niph. נֶאֱבַק Gen. 32, 25. 26 recipr. *luctatus est,* c. c. עִם, denom. ab אָבָק *pulvis,* quia inter luctandum pulverem excitant. Sic apud Graecos *παλαίειν, συμπαλαίειν, συγκονιοῦσθαι* a *πάλη, κόνις.* Vocabulum paulo rarius a scriptore sacro adhibitum videtur, ut alludatur nomini fluvii יַבֹּק, comm. 23.

אָבָק m. *pulvis,* spec. tenuis et subtilis (vide quae de etymo coniecimus), qualis per auras facile dispergitur Jes. 5, 24, qualemque equi inter currendum excitant Ez. 26, 10. Itaque differt ab עָפָר pulvere densiore et crassiore Deut. 28, 24. *Pulvis pedum Dei* poët. de nubibus, quas Deus pedibus calcat. Nah. 1, 3. Cf. שַׁחַק.

אֲבָקָה f. id. unde אַבְקַת רוֹכֵל *pulvis institoris* h. e. aromaticus Cant. 3, 6.

אָבַר 1) pr. *in altum enisus est, sich emporschwingen,* v. Hiph. it. derivata אֵבֶר et אֶבְרָה. Nescio an vicinum sit עָבַר, עֵבֶר, coll. pers. أبر eber, ὑπέρ (super) quae omnia *superi, superandi* hincque *transcendendi* notionem habent, v. עָבַר. Transfertur 2) ad quamvis vim et *ἐνέργειαν*, v. אָבִיר, אַבִּיר.

Hiph. volando *in altum enisus est* accipiter Iob. 39, 26.

אֵבֶר m. *penna maior,* qua sublime se tollunt aves *(Schwungfeder),* ut aquilae Jes. 40, 31, columbae Ps. 55, 7. Distinguitur ab ipsa ala Ez. 17, 3.

אֶבְרָה f. id. Iob. 39, 16 (13). Ps. 68, 14. Poët. tribuitur Deo Deut. 32, 11. Ps. 91, 4.

אַבְרָהָם n. pr. *Abrahamus,* populi judaici auctor paterque, filius Terachi, in Mesopotamia natus, qua relicta Cananaeam Nomadum more cum gregibus peragrabat, v. Gen. 12—25. In libro Geneseos usque ad 17, 5 ubique vocatur אַבְרָם i. e. *pater altitudinis,* graece Ἀβράμ. Isto autem loco, quo frequentissimam ex ipso progeniem orituram esse promittitur, cum levi nominis immutatione אַבְרָהָם appellatur i. e. *pater multitudinis* (cf. arab. رُهَام numerus copiosus), seu ipso contextu explicante, אַב הֲמוֹן גּוֹיִם. — אֱלֹהֵי אַבְרָהָם *deus Abrahami* pro Jehova 2 Par. 30, 6. Ps. 47, 10. זֶרַע אַבְרָהָם *semen Abrahami* de Israelitis Ps. 105, 6. Jes. 41, 8. Eodem significatu simpliciter dicitur אַבְרָהָם Mich. 7, 20.

אַבְרֵךְ vox a praecone ante Josephi currum pronuntiata Gen. 41, 43. Si hebraea esset, putaveris esse Infinitivum abs. Hiph. (a rad. בָּרַךְ) proprie הַבְרֵךְ efferendum (cf. אַשְׁכִּים pro הַשְׁכִּים Jer. 25, 3) qui Imperativi h. l. vices sustineat, ut sit: *genua flectite.* Vulg. *clamante praecone, ut omnes coram eo genua flecterent,* neque aliter Abulwalides et Kimchius, cf. Lehrgeb. p. 319. At probabilius hoc vc. aegyptiacae est originis a scriptore hebraeo ita inflexum et immutatum, ut, quamquam peregrinum, tamen hebraice sonaret, atque ex huius linguae radicibus posset derivari, cf. חָם, מֹשֶׁה, פַּרְעֹה. Et vocem istam aegyptiacam optime assecuti sunt, qui sub אַבְרֵךְ delitescere iudicant *Au-rek,*

h. e. *inclinet se quisque* (sensu optativi), vel quod malim, *Aperek* h. e. *inclinate caput. Jablonskii opusc. ed. te Water Tom. I p.* 4. *Rossii Etymologiae aegypt. s. v.* Lutherus in serioribus bibliorum editt. germ. *dieses ist der Landesvater.* אב intelligit *patrem,* et רַךְ chald. *regem.* (cf. אָב *no.* 5).

אַבְשַׁי vid. אֲבִישַׁי.

אגא rad. inusit. Arab. أجا *fugit,* inde

אָגֵא (profugus) n. pr. m. 2 Sam. 23, 11.

אגג rad. inusit. arab. أجّ arsit, flagravit ignis. Inde

אֲגַג n. pr. regum Amalecitarum Num. 24, 7. 1 Sam. 15, 8. 9. 20. 32.

אֲגָגִי n. gent. de Hamano, Esth. 3, 1. 10. 8, 3. 5. Joseph. Arch. XI, 6, §. 5 explicat Ἀμαληκίτης.

אָגַד rad. inusit. Chaldaeis *ligavit,* cf. אָכַד, עָקַד, et quae uberius disputata sunt ad rad. גּוּד. Apud Arabes nonnulla eius derivata transferuntur ad *opera fornicata,* firmae compaginis aedificia, ob munitam omnium partium cohaerentiam firmamque compaginem (cf. אָחַז et אֲגֻדָּה *no.* 4). Inde

אֲגֻדָּה f. 1) *nodus, vinculum.* אֲגֻדּוֹת מוֹטָה *vincula iugi* Jes. 58, 6. — 2) *fasciculus,* ut hyssopi Ex. 12, 22. — 3) *manipulus* s. *turma* hominum, ut Germanorum *Bande* 2 Sam. 2, 25. (Cf. חֶבֶל). — 4) *opus fornicatum (Gewölbe),* de fornice coeli Am. 9, 6. Cf. germ. *Gat, Gaden* contignatio, a verbo *gaden, gatten,* quod colligandi vim habet, v. Adelungii Lex. h. vv.

אֱגוֹז m. *nux* Cant. 6, 11. Syr. et arab. جوز, ܓܘܙܐ, pers. گوز. Atque a Persis Hebraei hoc vocabulum mutuati esse videntur, praefixo א prosthetico. Cf. א.

אָגוּר n. pr. viri sapientis, filii Jakeh (יָקֶה), cui Proverbiorum cap. 30 in eiusdem capitis inscriptione tribuitur. Ubi symbolicum esse hoc nomen sumis, sicut Koheleth, possit significare *congregatum, socium congregationis* (sapientum), בַּעַל אֲסֻפָּה Eccl. 12, 11.

אֲגוֹרָה f. *nummulus argenteus,* a *colligendo* dictus, a rad. אָגַר collegit, ut lat. *stips* in formula *stipem colligere* 1 Sam. 2, 36. In Melitensium idiomate *agar* idem denotat. *LXX.* Vulg. ὀβολός, *nummus.* Interprett. hebr. גֵּרָה q. v.

אגל rad. inusit. pr. *confluxit,* congregata est aqua, cogn. radici גָּלַל quae de fluctibus etiam se volventibus frequentatur. Arab. أجل Conj. II confluere fecit, hinc collegit aquam, مَأْجَل stagnum, piscina, cf. etiam אָגַר. Inde

אֶגֶל Iob. 38, 28: אֶגְלֵי טָל *receptacula* (coelestia) *roris* cf. v. 22. *nivis et grandinis promptuaria.* Vulg. Chald. Syr. *stillas roris* intelligunt, qs. guttulas, globulos (cf. גלל), sed illud praestat.

אֶגְלַיִם (duo stagna) Jes. 15, 8 n. pr. vici in agro Moabitico, Eusebio Ἀγαλλείμ. Vix dubitari potest, quin idem sit, qui *Agallae* (Ἄγαλλα) nomine commemoratur apud Joseph. Arch. 14, 1, §. 4.

אגם rad. inusit., arab. 1) *med. A. arsit, ferbuit* (cf. חָמַם, יָחַם), unde est אַגְמוֹן *no.* 1. 2) *med. E. tepida fuit aqua et corrupta,* unde אֲגַם et אַגְמוֹן *no.* 2. — 3) *med. E. nauseavit, abhorruit,* chald. אֲגַם contristatus fuit, doluit, unde אָגֵם.

אֲגַם subst. Plur. אֲגַמִּים, אַגְמֵי 1) *stagnum, palus* ab aqua corrupta dicta Jes. 35, 7. 42, 15. Ps. 107,

35. Spec. dicitur de aestuariis, quae in Nili litoribus post inundationem oriuntur, Ex. 7, 19. 8, 1. — 2) *palus arundine obsita, arundinetum* Jer. 51, 32. R. Jona *munimenta* interpretatur, cf. أجمة lustrum leonis palustre, deinde refugium, munimentum.

אָגֵם adj. semel in plur. constr. אַגְמֵי נֶפֶשׁ *tristes animi* vel *animo* Jes. 19, 10. vid. rad. *no.* 3.

אַגְמוֹן et **אַגְמֹן** m. 1) *ahenum fervens* Iob. 41, 12, vid. אֲגַם no. 1. — 2) *iuncus, arundo*, qualis in paludibus crescit, ab אֲגַם palus et terminatione וֹן. Jes. 58, 5. Ad Jes. 9, 13. 19, 15 cf. כִּפָּה — 3) *funis iunceus, capistrum arundinaceum*, quemadmodum σχοῖνος Iob. 40, 26. cf. Plin. H. N. XIX, 2.

אָגַן rad. inusit. Arabibus أجن est i. q. وجن (v. יָגַן) pedibus conculcavit, contudit, hinc *lavit* pannos fullo, quod fieri solet pedibus calcando.

אַגָּן m. pr. labrum ad lavandum, λουτήρ, deinde *labrum* quodvis, *pelvis*, constr. אַגַּן Cant. 7, 3. Plur. אַגָּנוֹת Jes. 22, 24. Ex. 24, 6. (Arab. et syr. إجّانة, ܐܓܢܐ id.)

אֲגַפִּים m. pl. (rad. גָּנַף) vc. tantummodo apud Ez. obvium, *copiae, exercitus*, Ez. 12, 14. 17, 21. 38, 6. 9. 39, 4. Respondet chaldaeum אַגַּף, גַּף *ala*, hinc propr. *alae exercitus* cf. כְּנָפִים Jes. 8, 8. Eodem modo Arabes et Chaldaei *alae* vc. transferunt, cf. Commentar. nostrum ad l. l.

אָגַר *fut.* יֶאֱגֹר 1) *collegit, congessit* (messem) Deut. 28, 39. Prov. 6, 8. 10, 5. Cf. גּוּר no. 2. et יָגַר it. gr. ἀγείρω. (Pr. haec radix corradendi significatum habet, coll. vicino גָּרַר. Emollita litterae ר asperitate habes אָגַל et גָּלַל, quae de aqua se volvente et confluente usurpantur). — 2) In linguis cognatis est *quaestus lucrique* significatus (a corradendo) it. mercedis, qui e lucro pendet. Vide אִגֶּרֶת. Alia derivata sunt אָגוֹר, אֲגוֹרָה, sec. plurimos אֲגַרְטָל.

אִגְּרָא stat. emphat. אִגַּרְתָּא chald. *epistola, litterae* i. q. hebr. אִגֶּרֶת q. v. Esr. 4, 8. 11. 5, 6.

אֶגְרֹף m. (pro גְּרֹף cum Aleph prosthet. a rad. גָּרַף no. 2) *pugnus* Ex. 21, 18. Jes. 58, 4. (Sic *LXX* et Vulg. in utroque loco, et eadem significatione Rabbini hoc vocabulo utuntur).

אֲגַרְטָל m. Esr. 1, 9: אֲגַרְטְלֵי זָהָב, כָּסֶף LXX. Vulg. Syr. *paterae aureae, paterae argenteae*. In Talmude Hieros. hoc vc. compositum esse statuitur ex אָגַר collegit et טָלֶה agnus, ut paterae ita dictae sint, quoniam in iis colligatur sanguis agnorum. Sed sanguinis in hoc vc. nulla mentio. Nobis hoc vc. quadrilitterum esse videtur, cum א prosthet. et *pelvim mactatoriam* notare pro גַּרְטָל, גַּטָּל (v. sub litt. ר). Hoc enim dictum putem pro קָטַל, קְטַל (cf. nasor. גטל pro קטל) a ܩܛܠ mactavit, قطل succidit, percussit collum. Fuerunt etiam, qui haberent pro graeco κάρταλος, κάρταλλος, quod in versione Alex. *canistrum, sportam* significat, unde arab. قرطلة, rabb. קַרְטִיל, syr. ܩܪܛܠܐ, et possit forte ap. Esram de canistris primitiarum accipi: sed illud ipsum vc. graecum semiticae potius originis esse videtur, et pendere a rad. גָּדַל plexuit.

אִגֶּרֶת f. plur. אִגְּרוֹת sequioris Hebraismi vox, *epistola*, imprimis de epistolis edictisque regiis vel auctoritate publica scriptis, ideoque a tabellario publico (ἄγγαρος) ad

aliquem delatis. 2 Par. 30, 1. Nobis ductum videtur hoc vc. a deperdito אִגַּר, quod *mercenarium,* spec. tabellarium notabat (v. rad. אָגַר) et a Graecis etiam sub forma ἄγγαρος receptum est, v. Schleusneri Lex. in N. T. h. v. Neh. 2, 7—9. 6, 5. 17, 19. Esth. 9, 26. 29. Lorsbachio (Stäudlins Beytr. V. p. 20) e lingua persica profectum videbatur, coll. neo-persico انگاريدن *engariden,* pingere, scribere, unde انگاره *engare* scriptum quodcunque.

אֵד m. exhalatio s. *vapor* terrae, unde nubes oriuntur, ita dictus, quia terram veli instar circumdat et tuetur. Hoc certe etymon commendat lingua arabica, in qua إِيَادٌ (a rad. آدَ med. Je circumdedit cf. אוּד no. 1.) est quidquid rem tuetur et firmat, munimentum, cortex, velum it. atmosphaera. Concinit chald. אֵיד vapor. Gen. 2, 6. Iob. 36, 27.

אֹדוֹת vid. אוֹדוֹת.

אָדַב per transpositionem litterarum i. q. דָּאַב *contabuit* q. v. Legitur non nisi in *Hiph.* inf. לַאֲדִיב pro לְהַאֲדִיב 1 Sam. 2, 33. Cf. imprimis Deut. 28, 63.

אַדְבְּאֵל (fort. miraculum Dei, ab أُدْبٌ miraculum) n. pr. filii Ismaelis Gen. 25, 13.

אָדַד rad. inusit. arab. أَدَّ = فَدَّ supervenit infortunium, hinc إِدٌّ infortunium. Inde אֵדוֹ et

אֲדַד n. pr. viri Idumaei 1 Reg. 11, 17, qui ibid. v. 14. vocatur הֲדַד.

אָדָה rad. inusit. prob. idem notans quod אָזָה et עָדָה transiit. Inde אֲדִין.

אִדּוֹ n. pr. m. Esr. 8, 17.

אָדוֹן (a rad. דּוּן q. v.) c. suff. et in Plur. defect. אֲדֹנִי, אֲדֹנִים, c. Praef. לַאדֹנִי, וַאדֹנִי, בַּאדֹנִי m. *dominus.* Dicitur a) de possessore. 1 Reg. 16, 24: *dominus montis Schomron,* unde de hero servorum Gen. 24, 14. 27. 39, 2. 7, de regibus ut dominis subiectorum Jes. 26, 13, de marito uxoris Gen. 18, 12 (cf. בַּעַל et gr. κύριος γυναικός, nostr. *Eheherr*), denique de Deo mundi et possessore et moderatore Jos. 3, 13: אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ, qui et κατ' ἐξοχὴν הָאָדוֹן Ex. 23, 17 et omisso art. אָדוֹן vocatur Ps. 114, 7, cf. אֲדֹנָי. b) de praefecto et moderatore Gen. 45, 8. — אֲדֹנִי *domine mi!* compellatio honorifica nobiliorum omniumque, quibus reverentia debetur, ut patris Gen. 31, 35, fratris Num. 12, 11, coniugis regii 1 Reg. 1, 17. 18, maxime principis, regis, ut אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ 2 Sam. 14, 9. 1 Reg. 3, 17. Qui alium ita alloquebatur, pro secundae personae pronomine dicere solebat *dominus meus*, pro primae *servus tuus, serva tua,* Gen. 33, 8. 13. 14. 15. 44, 7. 9. 19: אֲדֹנִי שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו *dominus meus quaesivit ex servis suis* h. e. tu ex nobis quaesivisti. Si qui etiam humilius volebant adulari, hi absentium quoque nominibus addere solebant אֲדֹנִי, Gen. 32, 4.

Plur. אֲדֹנִים *domini* Jes. 26, 13 (c. verbo plur.) et sic cum suff. ־ַי: אֲדֹנַי *domini mei* Gen. 19, 2. 18. Alibi אֲדֹנִים, אֲדֹנֵי (et cum suff. ־ֶיךָ, ־ָיו, ־ֵיכֶם cet.) ubivis est Plur. excellentiae, eiusdem prorsus cum singulari significatus Gen. 39, 2 sqq., eamque ob causam adiectivo singulari iungitur, ut Jes. 19, 4: אֲדֹנִים קָשֶׁה *dominus durus*, asper. Gen. 42, 30. 33: אֲדֹנֵי הָאָרֶץ *dominus terrae,* אֲדֹנֶיךָ *dominus tuus* 2 Reg. 2, 3. 5. 16, אֲדֹנָיו *dominus eius* Gen. 24, 9. 39, 2. 3. 40, 7. Deut. 10, 17: אֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *dominus dominorum* i. e. Jehova. De idolis Zeph. 1, 9 cf. בַּעַל.

Desideratur hoc vc. in linguis cognatis, praeter phoeniciam, in

qua Ἄδων, Ἄδωνις (Hesych. κύριος) in nomen idoli abiit, et chaldaeam, quae vestigium eius servavit in n. pr. בַּלְאֲדָן.

אֲדֹנָי *Dominus*, nonnisi de Deo usurpatur Gen. 18, 27. Jud. 13, 8. Esr. 10, 3. Neh. 1, 11 cet. cet. Terminatio ַי— forma vetustior est Pluralis excellentiae pro vulgari ִים— (ut in שַׁדַּי); sed pro ַי— productiorem formam ָי— posuerunt Grammatici, qua distingueretur ab אֲדֹנַי (*domini mei*). Sunt, ut nuper Ewaldus (hebr. Grammat. p. 299), qui אֲדֹנָי proprie *dominus meus* significare doceant, ita ut ָי— sit pro ַי— suffixo 1 pers. plur., neglecta tamen plerumque pronominis possessivi significatione, ut in syr. ܡܪܢ et gallico *Monsieur:* poteruntque hi in sententiae suae favorem provocare ad Ps. 35, 23: אֱלֹהַי וַאדֹנָי, iis tamen obstat, quod vc. nostrum cum illo ipso 1 pers. plur. Suffixo nunquam non *pluraliter* usurpatur (אֲדֹנַי ubique est: *domini mei*); b) quod Jehova se ipsum vocat אֲדֹנָי Iob. 28, 28. Jes. 8, 7 cf. v. 5. Lehrgeb. p. 524. Ceterum Judaei prae nimia erga Deum religione dicam an superstitione, quotiescunque in contextu sacro scriptum est יְהוָֹה, legunt אֲדֹנָי, quod serioris aevi scriptores haud raro in textum ipsum receperunt Dan. 9, 3. 7. 8. 9. 15. 16. 19.

אֲדוֹרַיִם (duo tumuli) n. pr. oppidi Judaeorum 2 Par. 11, 9, cf. Ἄδωρα Jos. Arch, 8, 10 §. 1.

אֲדוֹרָם vid. אֲדֹנִירָם.

אֱדַיִן chald. adv. *postea, tunc*, i. q. hebr. אָז, אֱזַי pr. tempora, a singulari אֲדָא, (a rad. אֲדָה = עֲדָה, אֲזָה, praeteriit) Dan. 2, 15. 17. 19; — בֵּאדַיִן pr. *eodem tempore*, i. e. *statim* Dan. 2, 14. 35. 3, 13. 19. 21. 26. מִן אֱדַיִן *inde ab eo tempore* Esr. 5, 16 i. q. hebr. מֵאָז.

אַדִּיר adj. (a rad. אָדַר) 1) *amplus, praegrandis, potens,* de fluctibus maris Ps. 93, 4, de nave magna Jes. 33, 21. — 2) *potens*, de regibus Ps. 136, 18, de populis Ez. 32, 18, de diis 1 Sam. 4, 8. — 3) *princeps, dux* Plur. *proceres*, 2 Par. 23, 20. Neh. 10, 30. סֵפֶל אַדִּירִים *patera principum* h. e. pretiosa Iud. 5, 25. אַדִּירֵי הַצֹּאן *duces gregis* i. q. pastores, רֹעִים Jer. 25, 34 sqq. — 4) *magnificus, illustris, gloriosus* Ps. 8, 2. — 5) Transfertur ad mores: *nobilis*, qui virtutibus excellit. Ps. 16, 3: *Sancti, qui in terra sunt* וְאַדִּירֵי כָּל־חֶפְצִי בָם *et nobiles* (eius), *omnes deliciae meae in his*, i. e. his unice delector.

אֲדַלְיָא n. pr. persicum filii Hamani Esth. 9, 8.

אָדַם *rubuit* (Arab. *med. E.* et *O.* et aeth. id. it. pulcher, formosus fuit). Semel legitur in Kal Thren. 4, 7: *Principes eorum ... candebant prae lacte* אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים *rubuit corpus eorum prae coraliis.* Candor et rubedo pertinent ad descriptionem pulchritudinis iuvenilis, unde errant, quicunque etiam verbum אָדְמוּ h. l. de candore lucido exponunt, ut Bochartus in Hieroz. II, p. 688 et Ludolfus in Comment. ad hist. aethiop. p. 206, quamquam Romani *purpureum* colorem de candore usurpant (Hor. Od. IV, 1. 10 cf. Vofs ad Virg. Georg. p. 750). Vix autem illi in hanc sententiam delati essent, nisi paulo cupidius id egissent, ut voci פְּנִינִים margaritarum significatum vindicarent.

Pu. Part. מְאָדָּם *rubro colore infectus* Nah. 2, 4. Ex. 25, 5. 35, 7. 23.

Hiph. rubuit (pr. rubrum se fecit) Jes. 1, 18.

Hithpa. rutilavit (vinum in poculo) Prov. 23, 31. Derivata statim sequuntur; vid. praeterea דָּם.

אָדָם m. 1) *homo* (fort. a rubedine dictus, cf. דָּם). Neque st. constr.,

neque pluralis formam admittit hoc vc., saepissime autem collect. notat *homines, genus humanum* Gen. 1, 26. 27. 6, 1. Ps. 68, 19. 76, 11. Iob. 20, 29. כָּל־אָדָם *omnes homines* Iob. 21, 33. Interdum adiectivis ut genitivus postponitur, velut אֶבְיוֹנֵי אָדָם *pauperes hominum* i. e. homines pauperes Jes. 29, 19, cf. Hos. 13, 2; et intercedente בְּ, ut בֹּגְדִים בְּאָדָם Prov. 23, 28. — Spec. legitur a) de *aliis*, reliquis *hominibus*, opp. iis, de quibus nunc actum fuerat. Jer. 32, 20: בְּיִשְׂרָאֵל וּבָאָדָם *in Israële et in reliquis hominibus*. Iud. 16, 7. 18, 28. Ps. 73, 5. Jes. 43, 4. — b) de *hominibus e vulgo*, opp. melioris indolis viris. Sic כְּאָדָם *nach der (gemeinen) Menschen Weise* Iob. 31, 33. Hos. 6, 7. Ps. 82, 7. Opponuntur אִישׁ *viri* (nobiliores) Jes. 2, 9. 5, 15, שָׂרִים Ps. 82, 7, cf. Jes. 29, 21, et in Plur. בְּנֵי אִישׁ Ps. 49, 3. Prov. 8, 4. — c) de mancipiis, ut נֶפֶשׁ Num. 16, 32. — d) de militibus, *Kriegsmannschaft*. Jes. 22, 6. Cf. אִישׁ *no.* 1. litt. h.

2) *vir*, i. q. אִישׁ Eccl. 7, 28: *virum* (sc. hoc nomine dignum, per emphasin) *reperi unum e millibus, sed mulierem in toto earum numero non inveni*.

3) *aliquis*. Lev. 1, 2. Cum part. negandi *nemo* Iob. 32, 21. Cf. אִישׁ *no.* 4.

4) n. pr. a) hominis protoplasti Gen. 2, 7 sq. 3. 4. Certe his in locis אָדָם nominis proprii naturam quodammodo induit, quandoquidem hominem suo in genere unicum designat, ut הַבַּעַל Baal, dominus κατ᾽ ἐξ., הַשָּׂטָן Satanas. *Lehrgeb.* p. 653. 654. Hinc LXX. Ἀδάμ. Vulg. *Adam*. b) oppidi ad Jordanem Jos. 3, 16.

5) בֶּן אָדָם c. Art. בֶּן הָאָדָם *filius hominis* poët. de *homine*. Num. 23, 19. Ps. 8, 5. 80, 18. Iob. 16, 21. 25, 6. 35, 8, et saepissime ap. Ezechielem, ubi propheta a Deo compellatur: בֶּן אָדָם *fili hominis* i. e. mortalis! Ez. 2, 1. 3. 3, 1. 3. 4. 10. 4, 16. 8, 5. 6. 8. Frequentior etiam est Plur. בְּנֵי אָדָם homines. Deut. 32, 8. Ps. 11, 4 cet. c. Art. בְּנֵי הָאָדָם 1 Sam. 26, 19. 1 Reg. 8, 39. Ps. 145, 12. Eccl. 1, 13. Cf. syr. ܒܪܢܫܐ *filius hominis* pro homine.

אָדֹם et **אָדוֹם** adj. f. אֲדֻמָּה plur. אֲדֻמִּים (formae קָטֹל, קְטֻלָּה, quae in coloribus notandis frequens est, *Lehrgeb.* §. 120, no. 21) *ruber, rufus*, de veste sanguine conspersa Jes. 63, 2, de genis rubicundis Cant. 5, 10, de equo fusco (Fuchs) Zach. 1, 8. 6, 2, de vacca rufa Num. 19, 2, de lentium rubedine Gen. 25, 30. Substant. *rubrum* i. e. *rubedo*. Jes. l. c.

אֱדֹם n. pr. 1) *Edomus*, Isaaci filius, Jacobi frater geminus natu maior Gen. 25, 25, crebrius *Esavus* (עֵשָׂו) dictus. — 2) Edomi posteri i. e. *Edomitarum* s. Idumaeorum *gens* et *regio*. De gente plenius dicitur בְּנֵי אֱדֹם Ps. 137, 7, et poët. בַּת אֱדֹם filia Edomi Thren. 4, 21. 22; de regione אֶרֶץ אֱדֹם Gen. 36, 16. 21. 31, אֱדֹם Amos 1, 6, et שְׂדֵה אֱדֹם Gen. 32, 3 (4). Iud. 5, 4. Si nude ponitur, masculini generis est, ubi populum notat Num. 20, 20, feminini generis, ubi terram Jer. 49, 17. Edomitarum autem regio tractum illum montanum inter mare mortuum et maris rubri sinum Aelaniten occupabat, postea Gebalene, Γεβαληνή, hodie جبال *Dschebal* dictum.

Nomen gent. est אֲדֹמִי *Edomita, Idumaeus*. Deut. 23, 8. Fem. אֲדֹמִית plur. אֲדֹמִיּוֹת *Idumaeae* (mulieres). 1 Reg. 11, 1.

אֹדֶם m. *gemma* quaedam *rubicunda*, fort. *rubinus, granatum*. Ex. 28, 17. 39, 10. Ez. 28, 13. LXX. Vulg. Σάρδιον, Sardius.

אֲדַמְדָּם f. אֲדַמְדֶּמֶת plur. f. אֲדַמְדַּמּוֹת

adj. *subruber*, *röthlich.* Exstat Levit. 13, 19 sq. 14, 37 de maculis leprosorum, quae describuntur לְבָנוֹת אֲדַמְדַּמּוֹת albae subrubrae.

אֲדָמָה f. 1) *humus* (fort. a colore rubro, fusco dicta) Ex. 20, 21, de pulvere, quo lugentes caput conspergebant 1 Sam. 4, 12. 2 Sam. 15, 32. — 2) *terra*, quae colitur, *ager.* Gen. 4, 2. 47, 19. 22. 23. Ps. 105, 35. Jes. 28, 24. אֹהֵב אֲדָמָה amans agrum i. e. agriculturam. 2 Par. 26, 10. De proventu agri Jes. 1, 7. — 3) *terra, regio.* Gen. 28, 15. אַדְמַת יְהוָֹה terra Jehovae i. e. Canaan. Jes. 14, 2. Plur. אֲדָמוֹת terrae, regiones, semel Ps. 49, 12. — 4) *orbis terrae* Gen. 4, 11. 6, 1. 7, 4. — 5) n. pr. oppidi tribus Naphtali. Jos. 19, 36.

אַדְמָה n. pr. oppidi cum Sodoma et Gomorrha submersi. Gen. 10, 19. 14, 2. 8. Deut. 29, 22. Hos. 11, 8.

אַדְמוֹנִי et **אַדְמֹנִי** adj. (formae קַדְמֹנִי) *rufus* i. e. rufis capillis, *rothhaarig*, de Esavo Gen. 25, 25, de Davide 1 Sam. 16, 12. 17, 42. LXX. πυῤῥάκης. Vulg. *rufus.*

אֲדָמִי (pr. humanus) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 33.

אֲדֹמִי v. אֱדֹם.

אַדְמָתָא n. pr. nobilis cuiusdam Persae. Esth. 1, 14.

אדן rad. inusit. prob. i. q. דון arab. دان med. Waw *inferior fuit.* Inde

אַדָּן n. pr. viri, qui duce Zorobabele Hierosolymam rediit Esr. 2, 59: idem in loco parallelo Neh. 7, 61 אַדּוֹן scribitur. Et

אֶדֶן m. Plur. אֲדָנִים, constr. אַדְנֵי *fundamentum* 1) columnae, *stylobates* Cant. 5, 15. Ex. 26, 19 sq. 27, 10 sq. 36, 38. 2) aedium. Iob. 38, 6.

אֲדֹנָי vid. p. 14.

אֲדֹנִי־בֶזֶק (dominus Beseci) nomen titulusve regis urbis Cananaeae Besec. Iud. 1, 5—7.

אֲדֹנִי־צֶדֶק (dominus iustitiae) n. pr. Hierosolymorum regis Canaanitici. Jos. 10, 1. 3.

אֲדֹנִיָּהוּ (Jehova [est] dominus meus) n. pr. *Adonija* 1) filius Davidis, qui contra patrem seditionem movebat 1 Reg. 1, 8 sq., idem appellatur אֲדֹנִיָּה vers. 5. 2 Sam. 3, 4. — 2) 2 Par. 17. 8. — 3) Neh. 10, 17. Idem Esr. 2, 13 appellatur אֲדֹנִיקָם (dominus hostium) Cf. 8, 13. Neh. 7, 18.

אֲדֹנִיקָם v. אֲדֹנִיָּהוּ no. 3.

אֲדֹנִירָם (dominus altitudinis) n. pr. viri, qui sub Davide et Salomone operis regiis praefectus erat. 1 Reg. 4, 6. Paulo audacius contractum est in אֲדֹרָם 2 Sam. 20, 24. 1 Reg. 12, 18, הֲדֹרָם 2 Par. 10, 18.

אדר rad. in Kal inusit. pr. *amplus fuit* (v. אֶדֶר, אַדֶּרֶת), cf. أَدِرَ hernia laboravit (pr. tumuit); آدَرُ inflatus, tumens (venter). Vic. est הָדַר. Dein *magnificus fuit* (v. אַדִּיר).

Niph. magnificatus est. Part. Ex. 15, 11 et 6: יְמִינְךָ יְהוָֹה נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ *dextra tua, o Deus, magnificata est* (i. e. illustris reddita) *robore.* Jod in נֶאְדָּרִי est paragogicum.

Hiph. magnificum, illustrem reddidit. Jes. 42, 21.

Nomina derivata v. sub Kal, adde compp. אֲדַרְגָּזְרִין et אַדְרַמֶּלֶךְ.

אֲדָר mensis Hebraeorum duodecimus, a novilunio mensis Martii ad novilunium Aprilis (sec. Rabbinos a novilunio Februarii ad novilunium Martii). Esth. 3, 7. 13. 8, 12. 9, 1. 15. 17. 19. 21. Gr. Ἀδάρ 1 Macc. 7, 43. Syr. ܐܕܪ, arab. أَذَارُ, إِذَارُ et آذَارُ mensis Syromacedonum sextus. Etymon in-

certum. Fortasse dictus est hic mensis a florum arborumque foliis se vestientium splendore.

אֲדָר chald. id. Esr. 6, 15.

אַדָּר v. חֲצַר אַדָּר.

אֶדֶר m. pr. amplitudo, inde 1) *pallium amplum.* Micha 2, 8, i. q. אַדֶּרֶת. 2) *magnificentia*, unde Zach. 11, 13: אֶדֶר הַיְקָר *magnificentia pretii,* pretium magnificum, ironice dictum.

אִדַּר chald. *area.* Dan. 2, 35. Syr. ܐܕܪܐ, arab. أَنْدَرٌ. Rad. est נדר i. q. نَدَرَ excidit, de granis, quae triturando spicis excutiuntur.

אֲדַרְגָּזְרִין chald. plur. m. *iudices principes*, primarii, *Oberrichter* Dan. 3, 2. 3, comp. ex אֲדַר i. q. אֶדֶר magnificentia, et גָּזְרִין iudices, cf. גְּזַר.

אַדְרַזְדָּא chald. adv. Esr. 7, 23. *recte, diligenter.* Vulg. *diligenter.* Vix dubitandum, quin persicum sit vocabulum, fortasse i. q. persicum درست *recte, vere, probe.*

אֲדַרְכוֹן m. 1 Par. 29, 7. Esr. 8, 27, i. q. דַּרְכְּמוֹן *daricus,* nummus persicus ex auro puro cusus isque Judaeis, quamdiu Persarum imperio subiecti erant, frequentissimus. א littera prosthetica est, et legitur etiam דַּרְכוֹן apud scriptores rabbinicos. Repetendum illud ex lingua persica antiquiore, in qua *Dara, Darab* regem, *Darig, Dergah* aulam regiam significat. Quodsi a posteriore repetitur, דרכון *aulicum* significat addita syllaba וֹן, sin a priore illo, compositum est ex *Dara* et كون *imago*, quamquam tales nummi, quibus imago regis impressa sit, aetatem non tulerunt. Pretio daricus aequabat χρυσοῦν atticum, qui si ad nostras rationes exigitur, Ducatum fere valet unum et dimidium. Imago nummi sagittarium peditem eumque genua flectentem refert. Exstant darici aurei (et argentei) in museis nummariis Parisiensi et Vindobonensi. V. Eckhel Doctr. num. P. I. Vol. III, p. 551.

אַדְרַמֶּלֶךְ (contr. ex אֶדֶר הַמֶּלֶךְ magnificentia regis) n. pr. 1) idoli Sipparenorum, e Mesopotamia in Samariam deductorum 2 Regg. 17, 31. — 2) filii Sanheribi, regis Assyriae, parricidae. Jes. 37, 38. 2 Reg. 19, 37.

אֶדְרָע chald. i. q. דְּרָע *brachium,* cum א prosthetico. Esr. 4, 23. Hebr. זְרוֹעַ.

אֶדְרֶעִי (validus, ab אֶדְרָע) n. pr. 1) metropoleos Batanaeae veteris, intra fines Manassitarum sitae, Num. 21, 33. Deut. 1, 4. Jos. 12, 4, Eusebio Ἀδραά, Ptolemaeo Ἄδρα, geographis Arabum اذرعات, hodie *Drâa* dictae. Cf. Relandi Palaestin. p. 547. — 2) oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 37.

אַדֶּרֶת 1) pr. fem. adjectivi אַדִּיר *ampla* (coll. שַׁלִּיט fem. שַׁלֶּטֶת). Ez. 17, 8: גֶּפֶן אַדֶּרֶת *vitis ampla, frondosa.* Cf. אַדִּיר no. 1. — 2) *pallium,* ab amplitudine dictum. 1 Reg. 19, 13. 19. 2 Reg. 2, 13. 14. Jon. 3, 6. אַדֶּרֶת שִׁנְעָר pallium babylonicum Jos. 7, 21 i. e. picturis variegatum, vel intextas habens variis coloribus hominum bestiarumque figuras. Cf. Plin. 8, 48. אַדֶּרֶת שֵׂעָר pallium pilosum i. q. pelliceum, vestis pellicea, *Pelz.* Gen. 25, 25. Zach. 13, 4. — 3) *magnificentia.* Zach. 11, 3.

אָדַשׁ i. q. דּוּשׁ *trituravit,* in uno loco Jes. 28, 28: אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ *triturando triturat illud.*

אָהַב et **אָהֵב** fut. יֶאֱהַב et יֶאֱהָב, 1 pers. אֹהַב Prov. 8, 17 et אֹהֵב Hos. 14, 5, inf. אֱהֹב Eccl. 3, 8 et אַהֲבָה 1) *cupivit, adspiravit*

ad aliquid. (Adspirandi, hinc cupiendi significatus proprius est syllabis הב, חב, et, litteris emollitis אב, או, cf. radd. הָבַל; חָבַב, حَبَّ cupivit, amavit; אָוָה et אָבָה adspiravit, propensus fuit). C. c. acc. Ps. 40, 17. 70, 5, sq. כִּי Ps. 116, 1. — 2) *amavit* (qua significatione convenit עָגַב ἀγαπάω), c. c. acc. Gen. 37, 3. 4. Deut. 4, 37, rarius cum לְ Levit. 19, 18. 34, et בְּ Eccl. 5, 9. 1 Sam. 20, 17: אַהֲבַת נַפְשׁוֹ אֲהֵבוֹ *amabat eum, ut animam suam.* Part. אֹהֵב *amicus,* isque diligens et dilectus, familiaris, diversus a רֵעַ socio. Prov. 18, 24. Esth. 5, 10. 14. Jes. 41, 8: זֶרַע אַבְרָהָם אֹהֲבִי *semen Abrahami, amici mei.* — 3) *delectatus est* aliqua re, c. c. gerundio verbi. Hos. 12, 8: לַעֲשֹׁק אָהֵב *oppressione delectatur.* Jes. 56, 10. Jer. 14, 10.

Niph. part. נֶאֱהָב amandus, amabilis. 2 Sam. 1, 23.

Pi. part. מְאַהֵב 1) *amicus* Zach. 13, 6. — 2) *amasius,* imprimis qui amoribus inhonestis et meretriciis deditus est, *moechus.* Ez. 16, 33 sq. 23, 5 sq. Ubique metaph. de idololatris.

אַהַב, nonnisi in Plur. אֲהָבִים 1) *amores,* spec. inhonesti, *amours, amourettes, Liebschaften.* Trop. de societatibus cum gentibus exteris iunctis Hos. 8, 9. — 2) *deliciae.* Prov. 5, 19: אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva deliciarum* i. e. suavissima, dulcissima.

אֹהַב m. *amor.* In sing. semel pro amasiis, moechis Hos. 9, 10 (LXX. οἱ ἠγαπημένοι). Plur. אֳהָבִים *amores,* maxime inhonesti, meretricii. Prov. 7, 18.

אַהֲבָה f. 1) Inf. fem. gen. verbi אָהֵב. C. Lamed praef. Jes. 56, 6: לְאַהֲבָה אֶת־שֵׁם יְהוָה *ad amandum nomen Jehovae.* Deut. 10, 15. 11, 13. 22. Jos. 22, 5. 23, 11. Cum בְּ 1 Reg. 10, 9: בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־יִשְׂרָאֵל *pro amore Jehovae in Israëlem.* Eodem sensu praefixo בְּ Hos. 3, 1 et מִן Deut. 7, 8: מֵאַהֲבַת יְהוָה אֶתְכֶם *propterea quod Jehova diligit vos.* — 2) *amor,* spec. de amore sexuum Cant. 2, 4. 5, 8. 8, 6. 7, Dei erga homines Hos. 3, 1, amicorum inter se 1 Sam. 18, 3. — 3) *amor, deliciae,* concr. de *amica* Cant. 2, 7. 3, 5 et sic fort. etiam comm. 10.

אָהַד rad. inus. i. q. אָחַד *unitus est.* Inde אֵחוּד et

אֹהַד n. pr. filii Simeonis Gen. 46, 10.

אֲהָהּ interj. dolentis a sono facta, *ah! eheu!* cf. arab. آهْ, آهًا, unde radices آهَ et أَهَّ doluit, moeruit, ut nostrum *ach, ächzen.* Ubique fere iungitur אֲהָהּ אֲדֹנָי יְהוִה *ah! domine Jehova.* Jos. 7, 7. Jud. 6, 22, vel אֲהָהּ אֲדֹנָי 2 Reg. 6, 5. 15. Nude legitur 2 Reg. 3, 10 et c. dat. Joël 1, 15.

אֵהוּד (fort. i. q. אֵחוּד unitio) n. pr. 1) iudicis Hebraeorum Iud. 3, 15 sq. 4, 1. LXX. Ἀώδ. 2) 1 Par. 7, 10.

אַהֲוָא n. pr. fluminis Esr. 8, 21. 31 et regionis conterminae Vers. 15, in qua Esras populum in patriam rediturum congregabat.

אֱהִי Hos. 13, 10. Hoc vc., quod alibi est 1 fut. apoc. a rad. הָיָה, l. c. idem est quod אַיֵּה, אֵי *ubi?* nisi forte mendum est, quod fluxit e v. 7. 14, et reponendum אַיֵּה. Verte: אֱהִי מַלְכְּךָ אֵפוֹא *ubi tandem rex tuus?* et arctius iunge vocabula אֱהִי אֵפוֹא *ubi tandem?*

אָהַל fort. i. q. הָלַל هَلَّ *splenduit, micuit,* ex permutatione verborum פא et עע. Inde אֹהֶל a splendendo et vibrando dictum. V. Hiph. 2) denom. ab אֹהֶל, *tentorium movit,* de Nomade migrante, tentoria mox figente Gen. 13, 12, mox promovente. Ibid. comm. 18: וַיֶּאֱהַל

אַבְרָם LXX. ἀποσκηνώσας Ἀβράμ. Vulg. *movens tabernaculum suum.*

Pi. fut. יְאַהֵל contr. יַהֵל i. q. Kal no. 2. *tentorium fixit* Jes. 13, 20. Cf. מַלֵּף pro מְאַלֵּף.

Hiph. i. q. Kal no. 1. *splenduit,* pr. *Glanz verbreiten.* Iob. 25, 5: הֵן עַד־יָרֵחַ וְלֹא יַאֲהִיל *ecce vel lunam, neque haec splendet* i. e. pura, munda est de sententia Dei. Hieron. *ecce! luna etiam non splendet.* LXX. οὐκ ἐπιφαύσκει.

אֹהֶל c. Suff. אָהֳלִי, אָהָלְךָ *(oholcha),* c. He parag. אֹהֱלָה, Plur. אֹהָלִים (per Syriasmum pro אֳהָלִים *Lehrgeb.* pag. 152. 572), c. Praef. בְּאֳהָלִים Iud. 8, 11. Jer. 35, 7. 10, constr. אָהֳלֵי, c. suff. אֹהָלָיו, אֹהָלֶיךָ, — אָהֳלֵיכֶם 1) *tentorium, tabernaculum.* Gen. 9, 27 cet. אֹהֶל מוֹעֵד tentorium conventus, vulgo tabernaculum foederis i. e. templum illud mobile et portabile Israëlitarum in deserto, quod describitur Exod. 26 coll. 36, etiam simpliciter הָאֹהֶל dictum 1 Reg. 1, 39. Quo in tentorio si אֹהֶל distinguitur a מִשְׁכָּן, אֹהֶל est tegumentum tentorii exterius, duodecim constans cortinis e pilis caprarum contextis, quod imponebatur *habitaculo* (מִשְׁכָּן) h. e. decem aulaeis interioribus, quae asseribus incumbebant. Ex. 26, 1. 7. 36, 8. 14. 19. — 2) *domus, habitatio* quaelibet. Jes. 16, 5: אֹהֶל דָּוִד *domus Davidis.* 1 Reg. 8, 66. Jer. 4, 20. Thren. 2, 4. Poët. Ps. 132, 3: אִם אָבֹא בְּאֹהֶל בֵּיתִי *non intrabo in domum habitationis meae.* — 3) spec. de templo. Ez. 41, 1. — 4) n. pr. filii Serubabelis 1 Par. 3, 20.

אָהֳלָה n. pr. meretricis, quo utitur Ezechiel vates ad indicandam Samariam Ez. 23, 4 sq. Pr. tentorium suum (habet illa). אָהֳלָה scriptum est pro אָהֳלָהּ omisso Mappik.

אָהֳלִיאָב (tentorium patris) n. pr. artificis Ex. 31, 6. 35, 34.

אָהֳלִיבָה n. pr. mulieris meretriciae, quae Ez. 23, 4 sqq. symbolum est regni judaici idololatriae dediti. Pr. *tentorium meum in ea,* בָה pro בָּהּ.

אָהֳלִיבָמָה (tentorium excelsi) n. pr. uxoris Esavi Gen. 36, 2. 14, et tribus idumaeae cognominis (comm. 14).

אֲהָלִים Num. 24, 6. Prov. 7, 17 et אֲהָלוֹת Ps. 45, 9. Cant. 4, 14 plur. genus arboris indicae odoriferae, Graecis *ἀγάλλοχον,* sequioribus *ξυλαλόη* quoque dictae, recentioribus *lignum aloës,* item *lignum paradisi* et *lignum aquilae, Excoecaria Agallocha* Linn. V. Diosc. lib. I, 21. Nomen hebraeum aeque ac graecum repetitum est a nomine eius arboris indico *aghil,* sanscr. *agaru* et *aguru.* Vid. *Celsius* in *Hierobot.* T. I, p. 135—170. *Wilson* Sanskrit - Dictionary pag. 5. Prius illud Lusitani per errorem *aquilae* lignum transferebant.

אהר rad. inusit. et incerta. Inde

אַהֲרֹן n. pr. (fortasse i. q. הָרֹן montanus, coll. arab. هارون) *Aharon,* frater Mosis natu maior (Ex. 6, 20. 7, 7), summus sacerdos a fratre cooptatus (Ex. 29 Levit. 8.). — בְּנֵי אַהֲרֹן *filii Aharonis* Jos. 21, 4. 10. 13 et poët. בֵּית אַהֲרֹן Ps. 115, 10. 12. 118, 3 *domus Aharonis* dr. pro sacerdotibus, *Aharon* autem Ps. 133, 2 pro quovis summo sacerdote.

אוֹ st. constr. אוֹ (nomen formae צַו, קַו, a rad. אָוָה voluit) 1) pr. *voluntas, desiderium.* Semel legitur substantive Prov. 31, 4 in Chethibh, ubi efferendum: וּלְרוֹזְנִים אוֹ שֵׁכָר *et principes* (non decet) *desiderium temeti.* Keri: אֵי שֵׁכָר (non decet, dicere) *ubi temetum?*

2) *libera voluntas, electio* (Wille, Wahl), hinc Conj. quae liberam hoc vel illud eligendi potestatem dat, *vel, aut,* sicut *vel* (et quod inde decurtatum est, *ve*) a

velle. (Arab. أَوْ). Deut. 13, 2: אוֹת אוֹ מוֹפֵת *signum vel portentum.* Iob. 3, 15. 2 Reg. 2, 16: בְּאַחַד הֶהָרִים אוֹ בְּאַחַת הַגֵּיאוֹת *in montem aliquem aut in convallem.* Ubi geminatur: *sive, sive.* Lev. 5, 1: אוֹ רָאָה אוֹ יָדָע *sive vidit, sive novit.* Exod. 21, 31. Aliquoties intendit sermonem: *aut potius.* 1 Sam. 29, 3: *qui mecum fuit iam multos dies* אוֹ זֶה שָׁנִים *quin potius annos.* (Ita أَوْ Arabum, quod ideo explicant بَلْ). Nonnunquam ellipt. dicitur pro אוֹ כִּי *oder* (es sey) *daſs, oder* (es müſste seyn) *daſs,* sequ. futuro subiunctivo, ubi latine commode vertas *nisi forte.* (Cf. arab. أَوْ sq. fut. nasb., ellipt. pro أَوْ أَنْ, quod explicant إِلَّا أَنْ *nisi*) Jes. 27, 5: *totam ego comburam,* אוֹ יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי *nisi forte prehenderit asylum meum,* oder sie müſste denn —. Lev. 26, 41. Ezech. 21, 15 (al. 10). Hinc abiit

3) in particulam conditionalem, pr. *si vis, si, si forte, sin autem.* (LXX. ἐάν), cf. lat. *sive,* in quo itidem latet *si* conditionale. (Etiam Arabum أَوْ a Grammaticis saepe explicatur إِنْ). Ita sq. fut. 1 Sam. 20, 10: *quis indicabit mihi* אוֹ מַה־יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשָׁה *si duri quidquam tibi responderit pater tuus?* LXX. ἐάν. Vulg. *si forte.* (Iusto plura huic loco intulit citra contextum, vulgarem disiunctivam potestatem vindicaturus Winerus in Lex. p. 26). Ex. 21, 36: אוֹ נוֹדַע כִּי שׁוֹר נַגָּח הוּא *si* vero *notum est, bovem petulcum esse.* LXX. ἐὰν δέ. Vulg. *sin autem.* Lev. 4, 23. 28. 2 Sam. 18, 13. Sine verbo Gen. 24, 55: *maneat nobiscum puella* יָמִים אוֹ עָשׂוֹר *dies aliquot* (i. e. aliquod tempus) *si* forte manere velit *decem, eine Anzahl Tage, wenn* sie etwa *zehn wollte.* LXX. ἡμέρας ὡσεὶ δέκα. Vulg. dies saltem decem. (Manet in hoc etiam exemplo propria optionem dandi potestas, nec placet interpretari, *multos dies, aut* saltem *decem*).

אוּאֵל (probabil. voluntas Dei, ab אוֹ, אוֹ rad. אָוָה) n. pr. Esr. 10, 34.

אוב vel **אבב** rad. inus. Arab. آبَ pro أَوَبَ est 1) *reversus est,* it. resipuit, unde أَوَّابٌ resipiscens; 2) *occidit* (sol); 3) *noctu venit,* maxime aquae petendae ergo. Conj. V. VIII id., أَيَّابٌ [non أَيَابٌ, quod operarum sphalma ex prima Lex. nostri editione suum fecit Winerus] aquarius [Kam. p. 46. non uter, ut ap. Golius]. In lingua hebr. inde

אוֹב Plur. אוֹבוֹת masc. (de sexu Pluralis v. Iob. 32, 19) 1) *uter,* ab aquando dictus (v. rad. no. 3). De vini utribus Iob. l. c.: כְּאֹבוֹת חֲדָשִׁים יִבָּקֵעַ *sicut utres novi* i. e. novo vino pleni, (qui) *diffinduntur.* — 2) νεκρόμαντις s. νεκυόμαντις i. e. hariolus incantationum et carminum magicorum vi manes evocans, ut de rebus futuris aut dubiis responsa dent (Cf. 1 Sam. 28, 7. Jes. 8, 19. 29, 3). Deut. 18, 11. 2 Reg. 21, 6. 2 Par. 33, 6. Plur. אֹבוֹת Lev. 19, 31. 20, 6. 1 Sam. 28, 3. 9. Jes. 8, 19. 19, 3. Spec. notat a) pythonem s. daemonem fatidicum, quo instructi esse credebantur hi homines. Lev. 20, 27: אִישׁ אוֹ אִשָּׁה כִּי יִהְיֶה בָהֶם אוֹב *vir aut mulier, quando iis inest python.* 1 Sam. 28, 8: קָסֳמִי־נָא לִי בָּאוֹב *divina mihi per spiritum fatidicum,* unde talis praestigiatrix dr. אֵשֶׁת בַּעֲלַת אוֹב mulier, in qua est daemon fatidicus 1 Sam. 28, 7. 8. b) ipsum mortuum evocatum. Jes. 29, 4: וְהָיָה כְּאוֹב מֵאֶרֶץ קוֹלֵךְ *et erit vox tua, sicut mortui*

e terra ascendentis. — LXX. ubique fere אֹבוֹת reddunt ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos*, et recte, quoniam ventriloqui apud veteres plerumque hac intus loquendi arte ad praestigias abutebantur. Qui vero factum, ut *uter* et *ventriloquus* Hebraeis eodem vocabulo exprimantur? Si quid video, quod incantator daemone fatidico obsessus quasi *uter* s. vas et vagina huius pythonis esse videbatur.

אוֹבוֹת (utres) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto (Num. 21, 10. 33, 43), in terra fere Edomitarum haud procul a Moabitide quaerendae.

אוֹבִיל 1 Par. 27, 30 n. pr. hominis ismaëlitici, qui camelis Davidis praefectus erat. Notat propr. *praefectum camelorum*, ut arab. أبال et أبيل ab أبل *cameli*. Forma אוֹבִיל est pro אֹבֵל, sicut תּוֹמִיךְ pro תּוֹמֵךְ Ps. 16, 5.

אוּבָל (a rad. יָבַל) et אֻבַל m. *fluvius, amnis*, semel legitur Dan. 8, 2. 3. 6.

אוּד et **אִיד** rad. inus. 1) *inflexit, incurvavit* (arab. آد med. Waw), dein *vertit, convertit, versavit* (v. subst. אוּד, אוֹדוֹת), it. *cinxit, circuivit*, v. אֵד. (Concinit hebr. עוּד et aethiop. ዐቀደ:) Inde 2) *gravavit, gravitate pressit* onus, unde آيد gravis, molestus, أودٌ onus, pondus, مآود infortunia, mala, quibus aliquis premitur, v. אֵיד. — 3) i. q. آد pro أيد *validus, robustus fuit* Conj. II. corroboravit, iuvit, أيد et آد robur, vis, potentia, unde Hebraeis מְאֹד. Cf. קָשָׁה et alia verba, quae gravitatis et roboris notiones coniunctas habent.

אוּד m. *titio, torris, rutabulum*, ab igne versando dictum (v. אוּד no. 1). Zach. 3, 2. Amos 4, 11. Jes. 7, 4. (Syr. et chald. id.).

אוֹדוֹת pl. (pr. v. rad. no. 1), unde *causae*, circumstantiae (sit venia verbo), *Umstände, rationes, res.* Conf. سبب causa, a rad. סָבַב vertit, convertit, حال ratio, modus, *causa*, a حال, חוּל verti; germ. *um* pro *wegen;* בִּגְלַל propter, a גָּלַל. Usurpatur nonnisi in formula עַל־אוֹדוֹת i. q. עַל דִּבְרֵי, עַל דְּבַר propter causas i. e. *propter.* Gen. 21, 11. 25. 26, 32. Ex. 18, 8 et c. Suff. עַל אוֹדוֹתַי mea causa Jos. 14, 6. עַל כָּל־אֹדוֹת אֲשֶׁר has ipsas ob causas quod, *gerade deshalb weil* Jer. 3, 8. Quod in editt. legitur 2 Sam. 13, 16 אַל אוֹדוֹת, id e duabus lectionibus conflatum est, altera אַל אוֹדוֹת, altera עַל אוֹדוֹת.

I. **אָוָה** rad. in Kal inus. Pr. *flexit, inflexit* (cf. עָוָה), unde 1) *devertit, deversatus est, habitavit* i. q. arab. أوى Conj. I. II. مأوى mansio, v. derivatum אִי. — 2) i. q. arab. أوى animo propenso fuit, *cupivit, appetivit.* Vid. Pi. Hithpa. et cf. חָפֵץ. Cognatae radices sunt אָבָה aveo et arab. هوى expetivit, cupivit.

Pi. אִוָּה i. q. Kal no. 2 *expetivit, desideravit.* Prov. 21, 10: נֶפֶשׁ רָשָׁע אִוְּתָה רָע *animus improbi desiderat malum.* Tribuitur ubique animae (נֶפֶשׁ) Deut. 12, 20. 14, 26. Iob. 23, 13. 33, 20. 1 Sam. 2, 16. 2 Sam. 3, 21, exceptis exemplis Ps. 132, 13. 14. Jes. 26, 9: נַפְשִׁי אִוִּיתִיךָ בַּלַּיְלָה *animus meus*

i. e. ego *desidero te noctu.* Cf. עַבְדְּךָ pro *ego* sequ. 1 pers. Gen. 44, 32.

Hithpa. הִתְאַוָּה fut. apoc. יִתְאָו (Prov. 23, 3. 6) i. q. Pi. sed pr. *cupivit, desideravit sibi.* Constr. absol. 1 Par. 11, 17, c. acc. Deut. 5, 18. Jer. 17, 16, c. dat. Prov. 23, 3. 6. הִתְאַוָּה תַאֲוָה pr. cupivit cupidinem i. e. flagravit cupidine, cepit eum cupido. Num. 11, 4. Ps. 106, 14. A Piël ita differt Hithpaël, ut hoc nunquam, illud semper iungatur substantivo נֶפֶשׁ. Nomina derivata praeter haec, quae sequuntur, sunt אַו constr. או, אֵו no. I, תַּאֲוָה, מַאֲוַיִּים.

II. **אָוָה** rad. inusit. sed onomatop. *ululavit, clamavit,* arab. عوى ululavit canis, lupus canisve aureus, v. אוֹי, אִי. Denique

III. themati nostro vindicanda videtur *signandi, designandi describendi*que vis, quae est in תָּאָה et תָּוָה (cf. אָבָה, אָוָה, תָּאַב concupivit). Manifesta est haec significatio tum in nomine אוֹת (pro אֹוֶת) signum, tum in verbis Num. 34, 10: הִתְאַוִּיתֶם לָכֶם *designabitis vobis* (fines), quae lucem foenerantur ex Verss. 7. 8, ubi eodem contextu in futuro legitur תִּתְאוּ לָכֶם. LXX. et Syr. in tribus illis locis: *καταμετρήσετε,* ܬܬܚܡܘܢ *determinabitis, limitabitis.*

אַוָּה f. (a rad. אָוָה no. I, 2) *desiderium, libido,* de desiderio cibi, Deut. 12, 15. 20. 21. 18, 6, de libidine venerea Jer. 2, 24. — 2) *lubitus.* 1 Sam. 23, 20. Ubique tribuitur animae (נֶפֶשׁ), praeter Hos. 10, 10.

אוּזַי (prob. i. q. אֲזַי, עֻזַּי robustus) n. pr. viri Neh. 3, 25.

אוּזָל Gen. 10, 27 unus ex posteris Joctani, isto autem loco significatu geographico urbs vel regio Arabum Joctanidarum, posthac *Sanaa* dicta, quae est regni Jemenitici metropolis. V. *Bocharti* Phaleg. II, 21. *J. D. Michaëlis* spicil. geogr. Hebr. ext. T. II, p. 164 sqq.

אֱוִי (desiderium, vel habitatio i. q. אִי) n. pr. regis Midianitarum Num. 31, 8. Jos. 13, 31.

אוֹי (cf. אָוָה no. II) 1) subst. *lamentatio.* Prov. 23, 29: לְמִי אוֹי לְמִי אֲבוֹי *cui lamentatio, cui miseria?* — 2) interj. a) dolentis, *Vae!* c. dat. 1 Sam. 4, 8. Jes. 3, 9. 6, 5, raro c. acc. Ez. 24, 6. 8, et absol. Num. 24, 23. — b) comminantis et imprecantis Num. 21, 29. Cognatum est הוֹי.

אוֹיָה i. q. אוֹי. Ps. 120, 5. C. c. dat.

אֱוִיל Plur. אֱוִילִים m. (rad. אָוַל) 1) *stultus,* vel adiective אִישׁ אֱוִיל Prov. 29, 9. Hos. 9, 7, vel, quod saepius fit, substantive Iob. 5, 2. Jes. 19, 11. 35, 8. Prov. 7, 22. 10, 14. 11, 29. 14, 3. 15, 5. Opp. prudenti (עָרוּם) Prov. 12, 16, et sapienti (חָכָם) 10, 14. Interdum 2) *impietatis* notionem inclusam habet. Iob. 5, 3.

אֱוִילִי id. cum exitu adjectivis proprio q. d. *närrisch, thöricht.* Zach. 11, 15.

אֱוִיל מְרֹדַךְ n. pr. regis Babyloniae, qui Judaeorum regem Jojachin a Nebucadnezare diu in carcere detentum tandem dimisit. 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31. Nebucadnezari successit in imperio idque, teste Beroso (ap. Jos. c. Ap. 1, 20), per biennium tenuit. Quod ad significationem attinet, מְרֹדַךְ (q. v.) nomen est idoli babylonici et אֱוִיל hebraice *stultum* notat: sed pro certo haberi potest, aliud assyriae persicaeve originis nomen sub eo latere, quod ad linguae suae similitudinem detorserunt Judaei, fortasse in eo sibi placentes, ut irrisionis causa oppressorum suorum regem *stultum* (cultorem) *Merodachi* vocarent.

אָוַל c. Waw mobili, rad. inusit. i. q. יָאַל, יָאַל *stultus* pr. *perver-*

sus fuit (cf. vic. עָוַל adeoque אוּל), unde אֱוִיל, אֱוִילִי stultus, אִוֶּלֶת stultitia.

אוּל et **אִיל** rad. in verbo inus. sed in derivatis late patens. Primaria notio est *volvendi*, ut in vicinis חוּל, חִיל, גִּיל, גָּלַל, cf. εἰλέω, εἰλύω, ἴλλω et infra sub rad. גָּלַל disputata, unde אַיִל aries a cornibus flexis et volutis, it. אוּל venter, abdomen. Haec refertur 2) ad *fortitudinem* et *robur* (cf. חוּל et חַיִל), unde אֵל fortis, Deus; אֵלָה terebinthus (q. d. arbor robusta), אֵלוֹן robur, quercus; it. אֱיָל, אֱיָלוּת robur, auxilium. Roboris et potentiae notio transfertur 3) ad *principatum*, unde arab. أَوَلَ praecessit, anterior evasit, أَوَّلُ primus (pr. princeps, ut רִאשׁוֹן), cf. hebr. יָאַל. Inde אוּלִים, אֵילִים potentes, primores, אוּלָם pars antica, adv. a parte antica, ex adverso, subst. vestibulum; אַיִל no. 2 et אֵילָם proiectura aedificii; אִוֶּלֶת no. 3 principatus.

אוּל m. 1) *venter, corpus, abdomen*, a rotunditate dictum (v. rad. no. 1), (Arab. أَوْلٌ, آلٌ). Ps. 73, 4. — 2) Plur. *potentes, primores*. 2 Reg. 24, 15 in Chethibh אוּלֵי הָאָרֶץ *primores terrae*. Keri formam vulgarem אֵילֵי exhibet. Rad. אוּל no. 2 et 3, in nostro enim vocabulo utraque verbi significatio coalescit.

I. אוּלַי comp. ex אוֹ et לַי = לֵי, לֹא, לָא non (cf. לוּלֵי, אַחְלַי) 1) *si non, nisi*. Ita semel in loco a Winero nuper temere sollicitato Num. 22, 33: אוּלַי נָטְתָה מִפָּנַי וגו׳ *nisi declinasset a facie mea, illico te interfecissem*. LXX. εἰ μή. Aben Esra bene לוּלֵי. — 2) *annon, ob nicht*, hinc ellipt. (quis scit, dubito, nescio) *an non* i. e. *fortasse, forsitan*. Est dubitantis et metuentis Gen. 24. 5. 27, 12. Jos. 9, 7, item bene sperantis Gen. 16, 2. Am. 5, 15. — Hos. 8, 7: *culmus farinam non proferet*, אוּלַי יַעֲשֶׂה זָרִים יִבְלָעֻהוּ *forsan proferet* (si forte protulerit), *hostes devorabunt eam*. Jer. 21, 2. Similiter arab. لَعَلَّ et عَلَّ *fortasse* pr. est *ob nicht* et ponitur praegresso *nescio*. De etymo eius, pro أَنْ, variisque formis et usu v. de Sacy gramm. arab. I, §. 867 ibique notam. Magis etiam respondent particulae talmudicae שֶׁמָּא et דִילְמָא pr. *annon*, deinde *an forte, si forte, fortasse*, v. c. Pirke Aboth 2, 4: ne dicas: cum otiosus fuero, discam, fortasse [שמא] non eris otiosus. Berach. 2, 1, 9; adde מאים quid si? fortasse, quod pro hebr. אוּלַי legitur Jes. 47, 12.

II. אוּלַי n. pr. *Eulaeus*, amnis Susianae, in coniuncta Euphratis Tigridisque flumina se exonerans, Graecis *Choaspes*, hodie *Kerah* dictus Dan. 8, 2. (v. *Herod.* 5, 49. *Plin. H. N.* 6, 27. s. 31.) *Ker Porter* Travels T. II p. 412 ibique tab. geogr.

אֻלָם, אוּלָם (c. Kamez impuro) Plur. אֻלַמִּים (rad. אוּל no. 3) pr. *pars anterior*, inde 1) *vestibulum, porticus* (*Vorhalle*). 1 Reg. 7, 6 sq. Ez. 40, 7 sqq. Spec. sic appellatur vestibulum a templi Salomonei orientali parte exstructum, gr. ὁ πρόναος, 1 Reg. 6, 3. Joël 2, 17, plenius אוּלָם יְהוָה 2 Par. 15, 8. 29, 17. De altitudine huius vestibuli, quod CXX ulnarum fuisse dicitur 2 Par. 3, 4, vide quae subtiliter disputata sunt ab A. Hirtio (der Tempel Salomo's, Berlin 1819, p. 24).

2) adv. pr. *a parte antica*, hinc *ex adverso*, et trop. particula adversativa eaque paulo fortior *verum, verum enim vero*, οὐ μὴν ἀλλά, ut bene LXX. Iob. 2, 5. 5, 8. 13, 3. Saepius etiam וְאוּלָם

LXX. οὐ μὴν δὲ ἀλλά. Gen. 48, 19. Ex. 9, 16. Job. 1, 11. 12, 7. 33, 1. Ubi duae sese excipiunt propositiones adversativae, ut germ. dicere possis: *aber — und*, Hebraei adversandi particula repetita ponunt וְאוּלָם — אוּלָם Iob. 13, 3. 4. Cf. כִּי, וְכִי. Semel Iob. 17, 10 scribitur אֻלָּם, ubi nonnulli codd. male אֻלָּם. (Caeterum videant eruditi, possitne haec quoque particula, aeque ac אוּלַי, pro composita haberi ex אוּ = אוֹ *an*, et לָם = ܠܡܐ, لَمْ *non*, hoc sensu: *sed nescio an non*, vielleicht aber. Confirmari certe videtur haec coniectura voce syriaca ܐܘܠܡܐ [prob. leg. ܐܘܠܡܐ] quam Castell. Lex. syr. p. 16 ed. Mich. interpretatur „ܠܡܐ? forsan, verum." Equidem exempla eius non reperi). — 3) n. pr. m. a) 1 Par. 7, 16. b) 8, 39. 40.

אִוֶּלֶת f. 1) *stultitia* (a rad. אָוַל). Saepissime in Proverbiis, ut 5, 23. 12, 23. 13, 16. 14, 17. 18. 29. 15, 2. 14. 21. — 2) *impietas* Ps. 38, 6 (cf. נְבָלָה). 69, 6. — 3) fort. *potestas, principatus*, ut sit a rad. אול no. 2. 3. Prov. 14, 24: אִוֶּלֶת כְּסִילִים אִוֶּלֶת *principatus* s. magni honores *stultorum stultitia* sunt i. e. fons actionum stultarum. Lusisse videtur scriptor in duplici eiusdem vocabuli אִוֶּלֶת significatione.

אוֹמָר (fortasse eloquens, disertus, syr. ܐܘܡܪ) n. pr. m. Gen. 36, 11.

און et **אין** radices inusitatae, sed late patentes, pr. *nihili* et *negandi* significationem habentes, quae in plurimis linguis *n* littera exprimitur (cf. sanskr. *na, no, an* et *a* privativum, pers. نه, نا, zend. et copt. *an*, gr. νη in νήπιος, νημερτής, et ἄνευ, lat. *ne, nemo, non*, it. *in* privativum adiectivis praemissum, germ. *nie, nein*, et vulg. *nè*, it. *ohne* et *un* privativum adiectivis praefixum, angl. *no* denique verba semitica graecaque מָאַן, מָנַע, نهنه, ἀναίνομαι) paulo rarius litteris cognatis m (sanscr. *ma* gr. μή) et l (לֹא, לָא, לֵא, לֵי, לִי, אַל, אֲלַל). Inde אַיִן, אֵין *nihil, non*, אָוֶן inanitas. Transfertur notio nihili: 1) ad *vanitatem*, hinc ad *mendacium* et *nequitiam* (v. אָוֶן no. 2. 3), nos dicimus: es ist nichts daran, nichts an ihm, cf. lat. homo nequam; 2) ad *levitatem* (cf. הוֹן) et *facilitatem*; haec 3) ad *vitae commoditatem* (arab. أَوْن commoditas, quies, آنَ commode, placide vixit), *divitias, opes* (v. און, הוֹן), ut contra vita molesta, laboribus pressa gravis vocatur (*beschwerlich*, cf. גַּלְמוּד, קָשֶׁה); item 4) ad agendi *facultatem* (pr. facilitatem), *vires*, v. און no. 2.

אָוֶן m. c. Suff. אוֹנְךָ, אוֹנָם Jer. 4, 14. Ps. 94, 23. Plur. אוֹנִים Prov. 11, 7 (a rad. און q. v.) 1) *inanitas, vanitas*, it. inane et vanum Jes. 41, 29. Zach. 10, 2, spec. de vanitate idolorum omniumque rerum ad idololatriam pertinentium (cf. הֶבֶל) 1 Sam. 15, 23, adeoque de ipsis idolis Jes. 66, 3. Hinc ap. Hoseam urbs בֵּית־אֵל (domus Dei) utpote idolis dedita contemtim dicitur בֵּית־אָוֶן *domus idolorum* 4, 15. 10, 5. Eodem referenda sunt a) בִּקְעַת אָוֶן vallis idoli Amos 1, 5 i. e. vallis quaedam in vicinia urbis Damasci. b) אָוֶן pro און Heliopolis Ez. 30, 17 cum notione urbis idololatricae. — Spec. est 2) vanitas verborum, *mendacium, fraudulentia (Falschheit)*. Ps. 36, 4. Prov. 17, 4. — 3) *nequitia (Nichtswürdigkeit), scelus*. Num. 23, 21. Iob. 36, 21. Jes. 1, 13. מְתֵי אָוֶן, אַנְשֵׁי אָוֶן viri nequam Job. 22, 15. 34, 36. פֹּעֲלֵי אָוֶן patrantes scelus ib. 31, 3. 34, 8. 22. In Plur. אוֹנִים Prov. 11, 7 probabiliter pro

אַנְשֵׁי אָוֶן sec. LXX. Syr. Arab. Chald. — 4) *infortunium, res adversae, calamitas, Unheil.* Ps. 55, 4: *movent super me calamitatem.* Prov. 22, 8: *qui mala gignit, metit calamitates.* Ps. 90, 10. Iob. 15, 35. Hab. 3, 7. Spec. *dolor.* Gen. 35, 18: בֶּן־אוֹנִי *filius doloris mei, mein Schmerzenssohn.* לֶחֶם אוֹנִים *panis doloris* h. e. lugentium cibus, qui immundus erat. Hos. 9, 4 cf. Deut. 26, 14. Caeterum tirones monentur, ne אָוֶן, quod Suffixis munitum forma sua congruit cum און, cum hoc confundant.

I. אוֹן m. (a rad. און no. 3. 4) *facultas,* hinc 1) *vires, robur.* Iob. 18, 7. 12. 40, 16. Hos. 12, 9, spec. de robore virili et vi genitali. רֵאשִׁית הָאוֹן *primitiae roboris,* primogenitus Gen. 49, 3. Deut. 21, 17. Ps. 105, 36. Plur. אוֹנִים Jes. 40, 26. 29. Ps. 78, 51. — 2) *facultates, opes (Vermögen).* Hos. 12, 9. Iob. 20, 10. — 3) n. pr. m. Num. 16, 1.

II. אוֹן Gen. 41, 50 et אֹן 41, 45. 46, 20 n. pr. domesticum urbis antiquae aegyptiacae, Ez. 30, 17 אָוֶן scriptum (v. h. v. no. 1, b), ab Hebraeis etiam significatione translata בֵּית שֶׁמֶשׁ appellatum Jer. 43, 13, a Graecis *Heliopolis*, ab Arabibus عين شمس i. e. fons solis. In libris coptis constanter appellatur ⲰⲚ, idque in vetere lingua *lucem,* impr. *solem* significasse vix dubium est. Ex lingua aegyptiaca recentiore recte conferunt ⲞⲨⲈⲒⲚ, ⲞⲈⲒⲚ, ⲞⲨⲰⲒⲚⲒ *lumen.* Sita fuit urbs in orientali Nili litore paucis a Memphide milliaribus septentrionem versus, cultu temploque *Solis* (Diod. I, 85. Herod. II, 59) et obeliscis ex parte hodieque superstitibus nobilis. Veteris urbis vestigia etiamnum عين شمس vocantur, recentior vicus adjacens *Matarie.* Cf Description de l'Égypte, Antiquités Vol. V. pl. 26. 27.

אוֹנוֹ (validus, pro אוֹנוֹן) n. pr. oppidi Benjaminitarum Esr. 2, 33. Neh. 7, 37. 11, 35. 1 Par. 8, 12, cum valle cognomini Neh. 6, 2.

אוֹנִיּוֹת f. pl. 2 Par. 8, 18 in Chethibh pro אֳנִיּוֹת *naves,* cum Waw, matre lectionis redundante.

אוֹנָם (robustus) n. pr. m. 1) Gen. 36, 23. 2) 1 Par. 2, 26.

אוֹנָן (id.) n. pr. filii Judae Gen. 38, 9. 46, 12. Num. 26, 19.

אוּפָז *Uphas* n. pr. regionis auriferae Jer. 10, 9. Dan. 10, 5. Quum litterae ר et ז alibi etiam commutentur (ut in בָּזָק et בָּרָק fulmen, فخر et فخز iactavit se, gloriatus est), אוּפָז ex אוֹפִיר corruptum videtur.

אוֹפִיר, אוֹפִר, אֹפִיר n. pr. *Ophira,* regio famosissima, auro abundans, quam Salomonis nautae Phoenicibus iuncti ex sinus Aelanitici portibus proficiscentes petere et triennio quovis absoluto *aurum,* gemmas et lignum santalinum (1 Reg. 9, 28. 10, 11. 2 Par. 8, 18. 9, 10), teste 1 Reg. 10, 22 (ubi Ophira itidem intelligenda est, etsi nominatim non commemorata) etiam argentum, ebur, simias et pavones inde reportare solebant. *Aurum ophiriticum* frequentissime in V. T. commemoratur, ut Iob. 28, 16. Ps. 45, 10. Jes. 13, 12. 1 Par. 29, 4, semel adeo אוֹפִיר dr. pro *auro ophiritico* Iob. 22, 24.

De *situ Ophirae* in diversissimas sententias abierunt interpretes. Recentiorum tamen optimi quique inter duas tantum regiones ambigunt, *Indiam* et *Arabiae* quandam regionem. Atque in *India* quidem quaerendam esse Ophiram, quae e veteribus Josephi (Arch. 8, 6 §. 4), e recentioribus *Vitringae, Relandi* aliorumque est sententia, his fere

probari solet argumentis. *Primum* Indiae regiones mercibus supra memoratis abundant, pluresque ex illis, ut ebur, lignum santalinum, in sola India reperiuntur; simiarum adeo pavonumque vocabula indicis orae malabaricae prorsus congruunt et ab iis haud dubie profecta sunt (v. קוֹף, תֻּכִּיִּים). *Deinde* LXX. interpretes pro אוֹפִיר ubique (excepto uno loco Gen. 10, 29) posuerunt *Σουφίρ*, *Σουφείρ*, *Σωφίρ*, *Σωφείρ*, *Σωφαρά*, *Σωφηρά*. ⲤⲞϤⲒⲢ autem testibus veteribus Lexicographis coptis Indiae est nomen copticum. Invenitur *denique* locus in India, ex cuius nomine et Ophira et Sophira, commode explicari possint, nimirum *Σουπάρα*, Arriani *Οὔππαρα*, in Chersoneso citeriore sita, ubi nunc celebre Goae emporium, Ptolemaeo, Ammiano et Abulfedae memorata. — Non minoris momenti sunt, quae pro *Arabia* pugnent, quae plurium etiam inter recentiores suffragia tulit, ut *Michaelis* (Spicil. II, p. 184 sq.), *Gosselini*, *Vincentii*, *Bredovii* (*histor. Unters.* II, 253), *Th. Chr. Tychsenii*, *U. H. Seetzenii* aliorumque. Ac *primum* Ophira Gen. 10, 29 recensetur in mediis aliis regionibus ioctaniticis, quae, quatenus nobis cognitae sunt, in Arabia meridionali quaerendae sunt omnes, nominatim Sabaeam inter et Chavilam, utramque auri divitem, quamquam negari non potest, Ophiram etsi remotiorem et in India sitam potuisse in isto populorum stemmate ad Ioctanidarum colonias referri. *Deinde* e mercibus quidem supra memoratis nonnisi quaedam, gemmae videlicet et simiae, in Arabia repeperiuntur, eademque hodie auro prorsus caret. At quasdam certe Arabiae regiones olim auro eoque nativo et *ἀπύρῳ* abundasse testantur et V. T. scriptores (Num. 31, 22 50. Iudd. 8, 24. 26. Ps. 72, 15) et Diodorus (II, 50. III, 44. 47. cf. s. v. כּוּמָז), Agatharchides (ap. Phot. cod. 250), Artemidorus (ap. Strabon. XVI, 4 §. 22), Plinius (VI, 28. 32), quibus fides non temere deroganda est: possunt enim fodinae exhaustae esse prorsusque neglectae, ut in Hispania, possunt etiam defecisse auri nativi globuli in arena olim reperti. *Denique* Ophiram tanquam Arabiae insulam diserte memorat Eupolemus (ap. Euseb. praep. evang. IX, 30), hodieque exstat locus *el Ophir* in terra Omanorum duobus milliaribus ab urbe Sohar mediterranea versus.

Utcunque est (non possumus enim totam exhaurire disputationem), multo maiore utrique illi veritatis specie gaudent, quam qui *orientalem Africae partem*, videlicet *Nigritiam*, *Sofalam*que *Arabum* (hodie Zanguebar, Mozambique, ubi regio aurifera *Fura*) intelligunt, id quod post *Grotium* et *Huetium* faciunt *d'Anville*, *Bruce*, *Schulthefs* aliique.

אוֹפָן m. constr. אוֹפַן plur. אוֹפַנִּים *rota* Ex. 14, 25 cet. Prov. 20, 26: וַיָּשֶׁב עֲלֵיהֶם אוֹפָן *et vertit rotam* (tribulorum) *super eos* i. e. conculcat et comminuit eos. Cf. דּוּשׁ. Rad. אָפַן.

אוּץ 1) *ursit*, *fortius institit* alicui. (Cf. chald. אֲצַץ. Ut sono, ita significatione, cognatae sunt radd. אָלַץ, לָחַץ, נָחַץ, cf. gr. *πιέζω*). Exod. 5, 13. — 2) ursit se ipsum, *festinavit*. Jos. 10, 13. Prov. 19, 2. 28, 20. Sequ. מִן est: *retro festinavit*, *subtraxit se*. Jer. 17, 16: לֹא אַצְתִּי מֵרֹעֶה אַחֲרֶיךָ pro מִהְיוֹת רֹעֶה *non subtraxi me*, *ne pastor* (propheta) *fierem teque sequerer*. — 3) *angustus*, *arctus fuit*. Jos. 17, 15.

Hiph. i. q. Kal no. 1. *ursit*, *institit*, c. c. gerund. verbi Jes. 22, 4, sequ. בְּ pers. Gen. 19, 15.

אוֹצָר constr. אוֹצַר, plur. אוֹצָרוֹת m. (rad. אָצַר) 1) *thesaurus, promtuarium*, ut frugum, cibi commeatusque *(Magazin)* 2 Par. 11, 11. 1 Par. 27, 27, impr. auri, argenti aliarumque rerum pretiosarum, hinc de aerario templi 1 Reg. 7, 51, regis 14, 26. 15, 18. בֵּית אוֹצָר aerarium Neh. 10, 39. — 2) i. q. בֵּ׳ אוֹצָר *horreum* Joël 1, 17, *aerarium* 2 Par. 32, 27.

אוֹר *lucere, illucescere, lucidum fieri* Gen. 44, 3. De oculis hominis languidi, nunc animam recipientis 1 Sam. 14, 27. 29. Praet. impers. אוֹר illuxit 1 Sam. 29, 10. Imperat. אוֹרִי Jes. 60, 1: *illucesce, illuminare.*

Niph. נָאוֹר fut. יֵאוֹר i. q. Kal 2 Sam. 2, 32. Iob. 33, 30: לֵאוֹר pro לְהֵאוֹר *ut illustretur.* Part. נָאוֹר illustris, gloriosus. Ps. 76, 5.

Hiph. הֵאִיר 1) *illustravit, lucidum reddidit* sq. acc. Ps. 77, 19. 97, 4. 105, 39. a) הֵאִיר עֵינֵי פ״ collustravit oculos alicuius (qui tenebris obvoluti erant) i. e. ad vitam quasi revocavit eum Ps. 13, 4, inde *refecit, recreavit* Prov. 29, 13. Ps. 19, 9. Esr. 9, 8 cf. Sir. 31, 17. — b) הֵאִיר פְּנֵי פ״ illustravit faciem alicuius i. e. exhilaravit Eccl. 8, 1 cf. synon. נָהַר. — הֵאִיר פָּנָיו *faciem suam illustravit* dr. impr. de numinis vultu hilari et propitio Ps. 80, 4. 8. 20; sequ. אֶל Num. 6, 25, עַל Ps. 31, 17, בְּ Ps. 119, 135, לְ 118, 27, אֵת Ps. 67, 2. Semel omisso פָּנִים Ps. 118, 27. — c) *illuminavit* i. e. sapientia imbuit. Ps. 119, 130. — 2) *luxit, lucem praebuit (leuchten, scheinen)*, absol. Gen. 1, 15. c. dat. Ex. 13, 21. Jes. 60, 19. — 3) *accendit* Mal. 1, 10. Jes. 27, 11. (Cf. angl. to light et אוּר ignis). Arab. أَوَرَ accendit. Derivantur inde praeter vcc. sequentia מָאוֹר et מְאוּרָה.

אוֹר m. (semel f. Iob. 36, 32, cf. *Lehrg.* 546) *lux.* Gen. 1, 3—5. Iob. 3, 9. 12, 25. Quomodo differat a מָאוֹר, apparet ex Gen. 1, 3 coll. V. 14. 16. Etenim אוֹר est lux undique diffusa, qualis diei ac solis est, מָאוֹר autem pr. dicitur, quod lucem praebet, candelabrum, ideoque etiam numerum pluralem admittit, a quo אוֹר abhorret, excepto uno exemplo Ps. 136, 7, ubi אוֹרִים pro מְאֹרִים. Spec. est a) *lux matutina, diurna.* Neh. 8, 3: מִן־הָאוֹר עַד מַחֲצִית הַיּוֹם *a prima luce ad meridiem.* Iob. 24, 14. — b) *lux solis* et ipse *sol.* Iob. 31, 26. 37, 21. Hab. 3, 4. Jes. 18, 4 (cf. φάος de sole Odyss. γ, 335). — c) *lux fulguris*, et ipsum *fulgur.* Iob. 36, 32: עַל־כַּפַּיִם כִּסָּה אוֹר *lucem* fulguris *tegit super manus* i. e. manus tegit fulgure, rubent fulgure manus. ib. 37, 3. 11. 15. — d) *lux vitae.* Iob. 3, 16. 20, plenius אוֹר חַיִּים Ps. 56, 14. — Metaphor. e) *lux* imaginem praebet *felicitatis*, tum ita, ut proprius lucis significatus retineatur Iob. 22, 28. Jes. 9, 1, tum de ipsa fortuna Iob. 30, 26. Ps. 97, 11. — Jes. 10, 17 Jehova appellatur *lux Israëlis*, quippe qui felicitatis ei auctor sit, cf. 60, 1. 3. — f) *lux* pro *doctrina.* Jes. 49, 6: אוֹר גּוֹיִם *lux gentium* i. e. doctor. 51, 4. 2, 5: *ambulemus in luce Jehovae* (v. 3). Cf. Prov. 6, 23: *nam luminaris instar est* (Dei) *mandatum, et lex instar lucis.* — g) אוֹר פָּנִים *lux* s. nitor *faciei* i. q. hilaritas vultus, vultus serenus. Iob. 29, 24 (cf. Ps. 104, 15). Prov. 16, 15: בְּאוֹר פְּנֵי מֶלֶךְ *quando nitet regis vultus* h. e. quando serenus et comis est. Ps. 4, 7. 44, 4.

אוּר m. 1) i. q. אוֹר *lux.* Inde in Plur. אוּרִים a) *luces* i. e. regio lucida, *oriens*, coll. hom. πρὸς ἠῶ ἠέλιόν τε (Il. μ', 239. Od. ι, 26). Jes. 24, 15. b) luces metaph. *revelationes, revelatio*, de sorte Hebraeorum sacra, Num. 27, 21.

1 Sam. 28, 6, plerumque plenius הָאוּרִים וְהַתֻּמִּים *revelatio et veritas* Ex. 28, 30. Lev. 8, 8, semel תֻּמִּים וְאוּרִים Deut. 33, 8. LXX. egregie: δήλωσις καὶ ἀλήθεια. Luth. *Licht und Recht.* Gestatas fuisse sacras has sortes, quas solus pontifex maximus in gravioris momenti causis consulere solebat, *in* vel *super* pectorali eius, apparet ex Ex. 28, 30. Quales fuerint, iam Philonis et Josephi tempore certatum est. Ac Josephus quidem (Arch. 3, 8 §. 9) ex ipsis duodecim gemmis, quae exteriorem pectoralis partem ornabant, earumque splendore augurium captatum esse existimabat, Philo autem (T. II p. 152 ed. Mangey) *Urim* et *Tummim* imagunculas duas fuisse docet inter duplicem pectoralis pannum insertas, quarum altera *revelationem*, altera *veritatem* symbolice repraesentaret. Hebraei autem hoc in more symbolico Aegyptios imitati videntur, apud quos iudex supremus sapphirinam *veritatis imaginem* e collo suspensam gestabat, v. Diodor. I, 48. 75. Aelian. var. hist. 14, 34.

2) *splendor ignis, flamma.* Jes. 50, 11: בְּאוּר אֵשׁ, et ipse *ignis* 44, 16. 47, 14. Ez. 5, 2. Cf. אוּר Hiph. no. 3.

3) n. pr. a) oppidi Chaldaeorum, plenius אוּר כַּשְׂדִּים Gen. 11, 28. 31. 15, 7. Neh. 9, 8, patria Abrahami. Vestigia eius supersunt in castello persico *Ur*, Nesibin inter et Tigrin sito, ab Ammiano (25, 8) commemorato. LXX. χώρα τῶν Χαλδαίων, Alex. Polyh. ap. Euseb. de praep. evang. 9, 17 interpretatur Χαλδαίων πόλις. — b) m. 1 Par. 11, 33.

אוֹרָה f. 1) *lux* Ps. 139, 12, metaph. de felicitate Esth. 8, 16. — 2) Plur. אוֹרוֹת *viridia, olera* 2 Reg. 4, 39 (*Splendor* enim in linguis semiticis ad virorem et flores transfertur. Cf. נֵצֶץ, arab. انوار luces et flores. Ex linguis cognatis comparari potest samarit. יאר Gen. 1, 11. 12 pro דֶּשֶׁא herba). Sic Jes. 26, 19: כִּי טַל אוֹרֹת טַלֶּךָ *nam ros plantarum est ros tuus* i. e. recreabit ros Dei resurrecturos instar roris plantas recreantis. Cf. Sir. 46, 12. 49, 10. Al. *rorem lucis* i. e. vitae vel *rorem vivificantem* interpretantur, cf. אוֹר litt. d.

אֻרְוֹת transp. pro אֻרְוֹת (q. v.) *stabula, praesepia.* 2 Par. 32, 28.

אוּרִי (igneus, vel etiam forma brevior pro אוּרִיָּה) n. pr. m. 1) Ex. 31, 2. — 2) Esr. 10, 24. — 3) 1 Reg. 4, 19.

אוּרִיאֵל (flamma Dei) n. pr. m. 1) 1 Par. 6, 9. 15, 5. 21. — 2) 2 Par. 13, 2.

אוּרִיָּה (flamma Jehovae) n. pr. 1) viri Chittaei, Bathsebae mariti, a Davide perfide interfecti. 2 Sam. 11, 3. — 2) sacerdotis tempore Ahasi et Jesaiae. Jes. 8, 2. 2 Reg. 16, 10.

אוּרִיָּהוּ (id.) n. pr. prophetae, iussu Jojakimi interfecti. Jer. 26, 20 sqq.

אוש v. הָתְאוֹשֵׁשׁ s. אִישׁ.

אוֹת (pro אֹוָת ab אָוָה no. III, cf. آيَةٌ s. آيَةٌ signum pro أَوْيَةٌ ab أوى) Plur. אֹתוֹת m. et f. (cf. singul. Gen. 9, 12. Ex. 4, 8, plur. Ex. 4, 9. Jos. 24, 17) *signum.* (Chald. אָת, syr. ܐܳܬܳܐ Plur. ܐܳܬ̈ܘܳܬܳܐ). Ex. 12, 13. Jos. 2, 12. Gen. 1, 14: וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים *et erunt* (lumina coeli) *in signa et tempora* i. e. per ἓν διὰ δυοῖν signa temporum. Est 1) *signum militare* et spec. singularum tribuum, diversum illud a דֶּגֶל vexillo, quod ternarum erat. Num. 2, 2 sq. — 2) *signum rei praeteritae,* quod conservandae eius memoriae inservit. Ex. 13, 9. 16. Deut. 6, 8, inde *monumentum* Jes. 55, 13. Ez. 14, 8. — 3) *signum rei futurae, portentum,* τύπος τοῦ

μέλλοντος (Rom. 5, 14) i. q. מוֹפֵת. Jes. 8, 18: *en ego et pueri, quos mihi dedit Jehova, sumus signa et portenta in Israële a Jehova exercituum* i. e. per nomina nobis divinitus imposita, quae cuncta boni ominis sunt (יְשַׁעְיָה salus Dei, עִמָּנוּאֵל Deus nobiscum 7, 14. 8, 8, Schear Jaschubh 7, 3), Deus nos ipsos rerum futurarum imagines fecit, futuramque salutem significavit. Cf. 20, 3. Ez. 4, 3. — 4) *signum* rei, quae omnino cerni nequit. Gen. 1, 14, v. c. *signum foederis*, de circumcisione Gen. 17, 11, de sabbato Ex. 31, 13, inde *documentum, argumentum (Kennzeichen, Beweis)*, cf. lat. *signum* Cic. invent. 1, 34, gr. τεκμήριον, σημεῖον Iob. 21, 29, denique *miraculum*, utpote divinae potentiae signum i. q. מוֹפֵת Deut. 4, 34. 6, 22. 7, 19. 29, 2. 34, 11. De *signo prophetico* v. quae uberius disputavimus ad Jes. 7, 11.

אוּת v. **אוֹת** rad. in Kal inusit. *Niph.* נָאוֹת 1 plur. fut. נֵאוֹת, 3 plur. יֵאוֹתוּ *consensit, obsecutus est* 2 Reg. 12, 9, c. dat. pers. *morem gessit alicui* Gen. 34, 15. 22. 23. (Arabes hanc vim habent sub أَتَى i. q. אָתָה venit, Conj. III. آتَى hebr. אוֹתָה, unde nova radix אות exorta esse videtur, nisi mutatis punctis pro נֵאוֹת, יֵאוֹתוּ legere placet נְאוֹת, יְאוֹתוּ, quae formae ad Poël rad. אָתָה referri possint).

אוֹת vel **אֹת** nonnisi c. Suff. אֹתִי, אֹתְךָ cet. i. q. אֵת no. I. pron. demonstr. vulgo acc. nota.

אָז pr. subst. *tempus* (a rad. אָזָה, cf. עַד), hinc in acc. *eo tempore, tunc*, spec. 1) *damals*, de tempore praeterito, arab. إِذْ *tum*, et إِذَا *tunc*, germ. *da*, in apodosi *ecce! siehe da so*. Chald. אֱדַיִן. Gen. 12, 6. Jos. 10, 12. 14, 11. Sequitur praeteritum 1 Reg. 8, 12. 2 Par. 6, 1. 8, 12. 17, et futurum, praeteriti vices gerens. Jos. l. l. Ex. 15, 1. Deut. 4, 41. Cf. *Lehrgeb.* p. 773. — 2) *tunc*, de tempore futuro. C. c. fut., quod vim suam retinet Ps. 96, 12: אָז יְרַנְּנוּ *tunc exsultabunt.* Zeph. 3, 9. Iob. 3, 13, nonnunquam etiam cum praeterito significatione futuri, ubi futurum praecessit Iudd. 5, 11. Ex. 15, 15. — 3) *tunc* pro *ideo, iccirco, propterea.* Jer. 22, 15. Ps. 40, 8.

מֵאָז et מִן־אָז pr. *a tempore*, inde a) adv. *inde a longo tempore, olim, antea.* 2 Sam. 15, 34. Jes. 16, 13. 44, 8. 45, 21. 48, 3. 5. 7. — b) praep. et conj. *ex (aliquo) tempore, ex quo, depuis, dès-lors, seit*, c. c. inf. Ex. 4, 10: מֵאָז דַּבֶּרְךָ *ex quo loqueris.* Jos. 14, 10, c. subst. Ruth 2, 7: מֵאָז הַבֹּקֶר *inde a tempore matutino.* Ps. 76, 8: מֵאָז אַפֶּךָ *ex tempore irae tuae* i. e. ex quo semel exarsit ira tua. C. verb. finit. (pro מֵאָז אֲשֶׁר) Ex. 5, 23: מֵאָז בָּאתִי אֶל פ״ *ex quo veni ad Pharaonem.* Gen. 39, 5.

אֲזָא et **אֲזָה** chald. *accendit.* Cf. arab. أَزَّ ferbuit, ignem accendit. Part. pass. אֲזֵה per Syriasmum pro אֲזָה Dan. 3, 22, inf. מֵזֵא pro מֵאזֵא, c. Suff. מֵזְיֵהּ 3, 19.

אזב rad. inus., unde אֵזוֹב.

אֶזְבַּי n. pr. m. 1 Par. 11, 37.

אֲזַד chald. i. q. אֲזַל *abiit, discessit* (cf. δάκρυον, *lacrima*; الماس, ἀδάμας). Hinc Dan. 2, 5. 8: מִלְּתָא מִנִּי אַזְדָּא *verbum a me processit* h. e. rata sunt nec revocabuntur, quae dixi (cf. 9, 23. Jes. 45, 23). Recte iam dudum intpp. Hebraei, ut Saad. Tanch. Hierosolym., contulerunt formulam talmudicam אזדא לטעמיה *abiit in sententiam suam* i. e. suam ipsius sententiam secutus est. Quod attinet ad formam, אַזְדָּא est part. fem. a masc. אָזֵד (formae אָזֵל, קָטֵל).

אָזָה rad. inusit., quae *praetereundi* potestatem habuisse videtur, ut עָדָה, אָדָה. Inde derivata sunt אָז, אֲזַי tempus, tunc.

אֵזוֹב (per Syriasm. pro אֵזוֹב) m. ὕσσωπος, *hyssopus* veterum, qua utebantur Hebraei in lustrationibus sacris. Ex. 12, 22. Lev. 14, 4. 6. 21. 49. Ps. 51, 9. 1 Reg. 5, 13. Ut complurium orientis plantarum, sic etiam hyssopi vocabulum ab ipsismet Orientalibus Graeci acceperunt. Videntur autem Hebraei eo nomine non solum *hyssopum officinalem* nostratium, sed alias quoque plantas aromaticas comprehendisse, impr. mentham, *origanum* (Dosten). Derivant a rad. אָזַב, quam idem esse volunt ac زَبَّ hirsutus fuit: sed hae, quas diximus, plantae vix hirsutae vocari possunt.

אֵזוֹר (per Syriasm. i. q. אֵזוֹר) m. 1) *cingulum* Jes. 5, 27. Jer. 13, 1 sq. 2) *vinculum* Iob. 12, 18. Vulg. funis. Rad. אָזַר.

אֲזַי i. q. אָז adv. *tum, tunc.* Ps. 124, 3—5. Simile est chald. אֱדַיִן. Quod in fine est י—, ad radicem pertinet, ex analogia formae דַּי.

אַזְכָּרָה f. (verbale conj. Hiphil a rad. זָכַר, significatione sacrificandi Jes. 66, 3) pr. *memoriale, in memoriam revocans* sc. sacrificium. LXX. Vulg. μνημόσυνον, *memoriale.* Sic appellabatur ea fertorum pars, quae una cum thure in altari comburebatur, cuiusque suavis odor in coelum ascendens eius, qui sacrum obtulerat, memoriam numini commendare credebatur. Lev. 2, 2. 9. 16. 5, 12. Num. 5, 26. — Lev. 24, 7 etiam thus, quo panes appositicii conspergebantur, אַזְכָּרָה nuncupatur.

אָזַל fut. יֵאזַל (unde תֵּזְלִי pro תֵּאזְלִי Jer. 2, 36) pr., si quid video, *volvit, rollen,* inde 1) *nevit* a volvendo. (Sic ap. Talmud. אָזַל, unde אַזְלָאָה textor, arab. غَزَلَ Conj. I. IV, غَزْلٌ netum, syr. et chald. ܥܙܠ id., cf. vicinum נָזַל nevit et fluxit, utrumque a volvendo dictum). V. Pu.

2) *abiit, discessit,* maxime cito q. d. *fortrollen, fortfahren,* cf. nostratium *sich trollen,* angl. to troll, to trowl, gr. νέω neo et med. νέομαι abeo, aufugio. Sic ap. Chald. et Syr. Apud Arabes conferri potest عَزَلَ semovit, dimovit). Prov. 20, 14 (sq. dat. pleon. לוֹ, ut הָלַךְ לוֹ). Jes. 2, 36. Metaph. *defecit* aqua Iob 14, 11, cibus 1 Sam. 9, 7, vis Deut. 32, 36.

Pu. Part. מְאוּזָּל *quod netum est,* fila, Gesponnenes, Gespinnst, Garn Ez. 27, 19.

אֲזַל chald. i. q. hebr. no. 2. 1) *abiit.* Dan. 6, 19. (Sic quoque in lingua syr. et samarit.) 2) *ivit, profectus est.* Esr. 4, 23. 5, 8. 15.

אֶזֶל abitus, discessus, v. אֶבֶן no. 6, litt. b.

I. **אָזַן** rad. in Kal inusit. Pr. ex coniectura satis probabili Io. Simonis *acutus fuit,* unde אֹזֶן auris (quae quidem, animalium maxime, a forma acuta dici poterat) et אָזֵן, אֲזֵנִים arma (acuta). [Cf. ἀκωκή, ἀκούω et ἀκή, acies, acuo]. Radix cognata videtur עָצַן q. v.

Hiph. הֶאֱזִין (q. d. Ohren machen) *aures arrexit,* die Ohren spitzen, ἐνωτίζειν (arab. أَذِنَ id.), hinc *auscultavit.* Construitur sq. accus. Gen. 4, 23. Iob. 33, 1, לְ Iob. 34, 2, אֶל Ps. 77, 2, עַל Prov. 17, 4, עַד Num. 23, 18 personae et rei. Spec. *exaudivit,* de Deo Ps. 5, 2. 17, 1. 39, 13. 54, 4. Iob. 9, 16, de hominibus *obedivit, obsecutus est* sq. dat. Neh. 9, 30. Ex. 15, 26. — Fut. 1 pers. אָזִין pro אַאֲזִין Iob. 32, 11, Part. מֵזִין pro מַאֲזִין Prov. 17, 4.

II. אָזַן arab. وَزَنَ *ponderavit,* unde מֹאזְנַיִם bilances. Legitur tantummodo in

Pi. אִזֵּן *ponderavit, perpendit.* Eccl. 12, 9. Sequitur syn. חִקֵּר. Rabbin. אָזַן ponderari, probari.

אָזֵן m. *supellex,* pr. *arma* (cf. chald. אֲזָנַיִךְ arma) v. rad. no. I. Deut. 23, 14: *et palam habens* עַל אֲזֵנֶךָ *in supellectile tua,* multi codd. עַל אֲזֵנֶיךָ *apud utensilia tua,* quod praefero. Eadem et supellectilis et armorum notio inest in vocabulo כְּלִי.

אֹזֶן dual. (qui etiam pro plurali est) אָזְנַיִם, constr. אָזְנֵי f. *auris* a rad. אָזַן no. I. (Arab. أُذْن, أُذُن, aeth. እዝን፡ Chald. אוּדְנָא ,אוּדֶן, contr. אוּנָא, syr. ܐܶܕܢܳܐ, ܐܶܕܢ) Exod. 29, 20. Lev. 8, 23 cet. Formulas cum hac voce compositas exposuimus sub verbis גָּלָה, נָטָה Hiph., פָּתַח, כָּרָה. דִּבֶּר בְּאָזְנֵי פְלֹנִי *locutus est ante aures alicuius* i. e. coram aliquo et eo audiente Gen. 20, 8. 23, 16. 44, 18. Ex. 10, 2. Proinde Jes. 5, 9: בְּאָזְנַי יְהוָֹה *ante aures meas* (dixit) *Jehova.* Cf. 22, 14. שׂוּם בְּאָזְנֵי פ״ in auribus alicuius reponere, pro auribus percipiendum et in mente reponendum alicui tradere Exod. 17, 14. שָׁמַע בְּאָזְנָיו *auribus suis audivit,* emphatice Ps. 44, 2. Iob. 28, 22.

אֻזֵּן שֶׁאֱרָה (auris vel potius angulus Scheërae) n. pr. oppiduli, a Scheëra, Ephraïmi filia, conditi. 1 Par. 7, 24.

אַזְנוֹת־תָּבוֹר (pr. aures i. e. fastigia, vertices Taboris) n. pr. oppidi Naphtalitarum. Jos. 19, 34.

אָזְנִי (auritus) n. pr. viri, filii Gadi patriarchae. Num. 26, 16.

אֲזַנְיָה (quem exaudit Jehova) n. pr. m. Neh. 10, 10.

אֲזִקִּים *catenae, vincula* Jer. 40, 1 4 i. q. זִקִּים c. Aleph prosthetico, quod ipsum vers. 1. aliquot libri mss. omittunt. Rad. זָקַק.

אָזַר fut. יֶאֱזֹר Jer. 1, 17 c. suff. יַאַזְרֵנִי Iob. 30, 18 *cinxit* it. *cinctus est, cinxit se.* (Arab. أَزَرَ validus, robustus fuit, sed nescio an itidem pr. sit cinctus fuit. Conj. II cinxit. Conj. III roboravit, adiuvit. Radices cognatae, quae cunctae *colligandi, cingendi, circumdandi* vim habent, sunt אָסַר, אָצַר [אָצַל], גָּדַר, חָדַר, חָצַר; עָזַר, עָטַר, עָצַר). Dr. a) de veste, qua quis cingitur, c. c. acc. pers. Iob. 30, 18. b) c. c. acc. membri cingendi Iob. 38, 3: אֱזָר־נָא חֲלָצֶיךָ *cinge lumbos tuos.* 40, 2. Jer. 1, 17, et c) c. acc. cinguli vestisve, qua quis cingitur, et trop. 1 Sam. 2, 4: אָזְרוּ חָיִל *robore cincti sunt.*

Niph. part. נֶאְזָר accinctus Ps. 65, 7.

Piel. cinxit, c. duobus accus., altero personae, altero cinguli Ps. 18, 33. 40: וַתְּאַזְּרֵנִי חַיִל לַמִּלְחָמָה *cinxisti me robore ad bellum.* 30, 12: וַתְּאַזְּרֵנִי שִׂמְחָה *cinxisti* l. circumdedisti *me gaudio.* Jes. 50, 11: מְאַזְּרֵי זִיקוֹת *cincti* i. e. *armati telis ardentibus.* De constructione huius generis verborum c. duobus accus. cf. Lehrgeb. §. 219, 1.

Hithpa. accinxit i. e. *armavit se, bellum paravit* Jes. 8, 9, c. acc. Ps. 93, 1 (robore).

אֶזְרוֹעַ i. q. זְרוֹעַ *brachium* (c. Aleph prosthetico, cf. p. 1) Jer. 32, 21. Iob. 31, 22.

אֶזְרָח m. (pro זֶרַח c. Aleph prosth.) 1) *arbor indigena* necdum aliud in solum transplantata Ps. 37, 35. Rad. est זָרַח significatione *progerminandi.* — 2) *indigena,* de hominibus Lev. 16, 29. 18, 26 cet.

אֶזְרָחִי n. patron. *qui ex posteris Esrachi* (אֶזְרָח) *est,* de *Ethano* (1 Reg. 5, 11 [4, 31], Ps. 89, 1)

et de *Hemano* (Ps. 88, 1). Dicuntur utrique 1 Par. 2, 6 posteri esse Serachi (זֶרַח), filii Iudae, quare אֶזְרָח nil nisi aliam eiusdem nominis formam eamque soli patronymico peculiarem esse existimamus. De horum virorum prosapia vide quae contra *Bertholdtum* (Einleit. p. 1974) disputavimus A. L. Z. Ergänzungsbl. 1816 p. 646.

I. **אָח** constr. אֲחִי c. suffix. אָחִי (frater meus), אָחִיךָ, אֲחִיכֶם plur. אַחִים (c. dag. occulto), constr. אֲחֵי, c. suff. levibus אַחֶיךָ, c. suff. gravibus אֲחֵיכֶם, c. suff. 3 pers. אֶחָיו pro אֲחִיו (cf. Lehrgeb. p. 602) *frater*. (Vc. haud dubie primitivum. Arab. أَخٌ, st. constr. أَخُو, أَخِي, أَخَا, syr. ܐܰܚܳܐ, chald. אַח. Sequitur modo analogiam verborum לה, modo verborum עע, cf. Lehrgeb. §. 118). Ubi minus accurate loquuntur, dr. etiam de fratribus non germanis, ut eodem patre editis, sed diversis matribus (Gen. 42, 15. 43, 3), aut versa vice fratribus uterinis quidem, sed diverso patre genitis (Iudd. 9, 19), qui, ubi maiore accuratione opus est, vocantur בֶּן אָב, בֶּן אֵם, v. בֵּן. Nonnunquam emphatice de *fratribus germanis* et *uterinis*, Gen. 44, 20. Cf. Gen. 49, 5: שִׁמְעוֹן וְלֵוִי אַחִים *Simeon et Levi* (veri nominis) *fratres sunt* i. e. non solum fratres uterini eademque matre editi, verum etiam ingenio tales.

Fratris autem vocabulum latius patet apud Hebraeos, est enim 1) *cognatus* et *consanguineus* quicunque. Gen. 14, 16: *Lotum fratrem suum* pr. fratris filium 13, 8. 29, 12. 15. — 2) *contribulis*. 2 Sam. 19, 13, v. c. de Levitis Num. 8. 26. 16, 10. Neh. 3, 1. — 3) *popularis*. Iudd. 14, 3. Ex. 2, 11. 4, 18, usurpatur adeo de populis cognatis v. c. de Edomitis et Hebraeis. Gen. 9, 25. 16, 12. 25, 18. Num. 20, 14. — 4) *socius*, de populis consociatis, ut de Tyriis et Hebraeis Am. 1, 9, vel eiusdem religionis Jes. 66, 20. — 5) *amicus* quicunque. Sic de amicis Iobi 6, 15, fortasse etiam 19, 13, et de Salomone, quem fratrem suum nuncupat Hiram 1 Reg. 9, 13. Cf. Neh. 5, 10. 14. — 6) *quivis alius homo*, sola humani generis societate nobiscum coniunctus i. q. רֵעַ Lev. 19, 17. Hinc praecedente אִישׁ: *alter, alter*. Gen. 13, 11: וַיִּפָּרְדוּ אִישׁ מֵעַל אָחִיו *et separarunt se unus ab altero*. 26, 31, et hac quidem formula adeo de rebus inanimatis sibi similibus, modo masculini generis sint (de femininis eodem sensu dr. אִשָּׁה – אֲחוֹת): Ex. 25, 20: וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל־אָחִיו *et facies eorum* (Cheruborum) conversae erant *unaquaeque ad alteram (gegeneinander)*. 37, 9. — 7) trop. *similitudinem* quandam ingenii morumve exprimit. Iob. 30, 29: *frater canum ferorum factus sum* i. e. instar canis feri mihi ululandum est. Prov. 18, 9. Cf. fem. אָחוֹת et multa nomina propria composita, ut אֲחִימֶלֶךְ et similia.

II. **אָהּ** interj. dolentis (a sono facta) *ah! heu! eheu!* c. c. dat. Ez. 6, 11. 21, 20. Arabes radicem habent inde derivatam أَحَّ *iterum iterumque extulit ah*, v. infra s. אָחַח.

III. **אָח** f. arab. أَخٌّ *olla magna*, in qua ignis alebatur in hiberna regis diaeta. Jer. 36, 22. 23. Hodieque orientales huius generis ollis calefactoriis caminorum loco utuntur, pers. et turc. تنور dictis. Urcei hae formam habent solentque in foramine, quod in medio conclavi est, reponi. Exstincto igne ollis scabelli maioris genus imponitur tectum aulaeo, quo, quicunque calefieri cupiunt, terrae insidentes

pedes, crura adeoque ventrem tegunt. Rad. est אָחַח no. II.

אַח chald. *frater*. Plur. c. suff. אַחָיךְ Esr. 7, 18.

אֹחַ nonnisi in Plur. אֹחִים pr. ululatus, hinc *bestiae ululantes* (cf. אִי no. II), probabiliter *ululae*. Jes. 13, 21. Vc. sonum imitans, ut germ. *Uhu, Schuhut*, gall. *hibou*. Vide אָח no. II et rad. אָחַח.

אַחְאָב (patruelis) n. pr. *Ahab* 1) rex Israëlis 918—897 ante Chr., vir uxorius et idololatriae deditus. 1 Reg. 16, 28—22, 40. — 2) m. Jer. 29, 21.

אַחְבָּן (frater prudentis, aut pro אַחְוָן fraternus) n. pr. viri e tribu Judae oriundi. 1 Par. 2, 29.

אָחַד rad. a numerali אֶחָד derivata, in Kal non usitata, cuius vices explet יָחַד *univit*.

Hithpa. univit, coniunxit se. Ez. 21, 21: הִתְאַחֲדִי pr. *uni te* (ensis triplicis aciei) i. e. coniunctis viribus grassare, vel (ex legibus parallelismi): *collige te* i. e. attentus sis, *nimm dich zusammen*, animum adverte. Non contemnenda etiam sententia *Chr. Bened. Michaëlis*, sagacissimi interpretis, qui quattuor prima commatis verba ducis militibus imperantis esse censet. „*Coniunge te, dextrorsum!* (aciem) *strue, sinistrorsum! Sammelt euch, rechts! stellt euch* (Achtung!), *links!*“

אֶחָד constr. אַחַד, f. אַחַת (pro אַחֶדֶת) in Pausa אֶחָת, numerale idque adiectivi vim habens, *unus, a, um*. (Arab. أَحَدٌ [non أَحِدٌ, ut apud Winerum] f. إِحْدَى, aeth. አሐዱ: *ahadu* [non አሐድ: *ahad*, ut ap. eundem], chald. et syr. חַד, ܚܕ. Easdem litteras radicales habes in pehlevico *advek* unus, tertia radicali Daleth caret sanscriticum *eka* et pehlevicum *jek*).

Unus autem saepe valet 1) i. q. *idem* Gen. 40, 5. Iob. 31, 15. — 2) *primus, a, um*, sed nonnisi in numerandis mensium diebus. Esr. 10, 16. 17: בְּיוֹם אֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo die mensis*, calendis. בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo* die *mensis* Gen. 8, 5. 13, cf. *μία τῶν σαββάτων* Act. 20, 7. In annis numerandis dicitur שְׁנַת אַחַת, fere ut ap. nostrates: *das Jahr Eins, Zwey* cet. pro: *das erste Jahr* cet. Dan. 9, 1. 2. Esr. 1, 1. — Aliis in locis, ut Gen. 1, 5. 2, 11, אֶחָד vulgarem numeri cardinalis notionem non exuit, et numeri se excipiunt ut lat. *unus, alter, tertius* Sueton. Octav. 101. — 3) *aliquis, nonnemo*. אַחַד הָעָם nonnemo ex populo. לֹא, אֵין אֶחָד, nemo. Hinc saepenumero 4) articuli indefiniti partes sustinet, maxime in sequiore Hebraismo. 1 Reg. 20, 13: נָבִיא אֶחָד *propheta quidam, προφήτης τις*. Dan. 8, 3: אַיִל אֶחָד *aries, ein Widder*. 1 Reg. 19, 4, ita quoque, ut אֶחָד praecedat, v. c. אֶחָד קָדוֹשׁ *sanctus* i. e. angelus *quidam, τὶς ἄγγελος* Dan. 8, 13. Aliquoties etiam in antiquioribus libris Ex. 29, 3. 1 Sam. 1, 1, et seq. genitivo אַחַד הַבֹּרוֹת *una cisternarum* i. e. cisterna quaedam Gen. 37, 20, cf. Iob. 2, 10. — 5) *unicus* in suo genere Iob. 23, 13. Ez. 7, 5. Cant. 6, 9. (Arab. وَاحِدٌ unicus, incomparabilis, وَحِيدٌ id. *A. Schultens* ad Iob. l. c. et 9, 5). — 6) ubi repetitur, אֶחָד - אֶחָד est *unus, alter*. Ex. 17, 12. 18, 3. Adeo ter repetitum legitur 1 Sam. 10, 3. 13, 17. 18. Etiam distributive de singulis. Num. 13, 2: אִישׁ אֶחָד אִישׁ אֶחָד *singulos viros* — *mittatis*. 34, 18. — 7) כְּאֶחָד *sicut unus* i. e. *una, simul*. Esr. 2, 64: כָּל־הַקָּהָל כְּאֶחָד *totus coetus una*. 3, 9. 6, 20. Eccl. 11, 6: שְׁנֵיהֶם כְּאֶחָד *uterque pariter, alle beyde*. Dein-

de etiam i. q. *una, iunctim* Jes. 65, 25. In eandem sententiam dr. כְּאִישׁ אֶחָד Iud. 20, 8. 1 Sam. 11, 7. Chald. כַּחֲדָא. — 8) Fem. אַחַת ellipt. pro פַּעַם אַחַת *una vice, semel.* 2 Reg. 6, 10. Ps. 62, 12. — 9) בְּאַחַת a) i. q. אַחַת no. 8. Num. 10, 4. b) *subito, repente (mit einem Male).* Prov. 28, 18. c) i. q. כְּאֶחָד *una.* Jer. 10, 8. — 10) לְאַחַד אֶחָד unus post alterum, singulatim Jes. 27, 12 et Eccl. 7, 27: אַחַת לְאַחַת una post alteram.

Not. In loco praeter necessitatem vexato Jes. 66, 17 retinenda vulgaris significatio. Is enim vertendus: *qui lustrantur et purificantur* ..... אַחַר אֶחָד *post unum* i. e. unum sequentes, nimirum hierophantam sacras ceremonias reliquis praeeuntem. Cf. Comm. nostr. ad h. l.

Plur. אֲחָדִים 1) *iidem.* Gen. 11, 1. Cf. lat. *uni*, ut unis moribus vivere Cic. pro Flacco 26. Terent. Eun. 2, 3, 75. — 2) *in unum coniuncti, uniti.* Ez. 37, 17: וְהָיוּ לַאֲחָדִים *eruntque* (duo ligna) *in unum coniuncta.* — 3) *singuli, pauci,* nostr. *einige, einzelne.* Gen. 27, 44. 29, 20. — Deriv. verbum אָחַד, it. n. pr. אֵחוּד.

אָחוּ (Milêl) vox aegyptiaca *gramen palustre, ulvam iuncumque* notans, et *quicquid in palude virens nascitur.* Gen. 41, 2. 18. Iob. 8, 11. Non in hebraeum solum, sed etiam in graecum Alexandrinorum idioma receptum est ibique ἄχι, ἄχει scribitur. Vide Vers. alex. Gen. 41, 2. 18. Jes 19, 7, praeterea Siracidam in Aegypto degentem 40, 16. Hieronym. in Comment. ad Jes. l. c.: quum ab eruditis quaererem, quid hic sermo significaret, audivi ab Aegyptiis hoc nomine lingua eorum *omne quod in palude virens nascitur* appellari." Retinuit vocabulum interpres copticus pro graeco Ἄχει scribens ⲠⲒ-ⲀⲬⲒ. Cf. eundem Num. 11, 5. Vide *de Rossii Etymol. aegypt.* p. 24. *Jablonskii Opusc. ed. te Water* T. I. p. 45. T. II. p. 160. *Celsius* (II, 340—346) quidem et *Alb. Schultens* ad Iob. l. c. arabicam ei originem vindicare studuerunt coll. إِخَّى res pascuales, a rad. أَخَى coniunxit, sicut *iuncus* dictus est a iungendo, et graec. σχοῖνος et *iuncum* notat funibus adhibitum et ipsum *funem;* sed illud praestat.

אֵחוּד (pro אֶחוּד coniunctio) n. pr. filii Benjamini 1 Par. 8, 6, qui vero in loco gemino Gen. 46, 21 אֵחִי scribitur.

אַחֲוָה f. *declaratio, indicatio* sententiae. Iob. 13, 17. Est nomen verbale conj. Hiph. a rad. חָוָה, quae Hebraeis in solo Piel, Chaldaeis autem in hac etiam coniugatione usitata est.

אַחֲוָה f. *fraternitas* Zach. 11, 14, denom. ab אָח frater q. v.

אֲחוֹחַ n. pr. 1 Par. 8, 4, pro quo v. 7 אֲחִיָּה. Patronymicum est אֲחֹחִי 2 Sam. 23, 9. 28.

אַחֲוָיָה chald. *indicium, declaratio* Dan. 5, 12, pr. Inf. *Aph.* a חֲוָה.

אֲחוּמַי (frater h. e. accola aquae) n. pr. m. 1 Par. 4, 2.

אָחוֹר m. 1) *pars posterior, postica.* Arab. آخِر id. Inde a) מֵאָחוֹר *a tergo,* opp. מִפָּנִים 2 Sam. 10, 9. Arab. مِنْ آخِرٍ. — b) לְאָחוֹר *retrorsum* Ps. 114, 3. 5, aversa facie (abgewandt) Jer. 7, 24. — c) בְּאָחוֹר *retrorsum.* Prov. 29, 11: *omnem iram suam expromit stultus* וְחָכָם בְּאָחוֹר יְשַׁבְּחֶנָּה *sed sapiens retrorsum compescit eam,* qs. retrorsum agit, ut ad se redeat. — d) אָחוֹר in Acc. adverb. arab. آخِرًا *a tergo,* opp. פָּנִים et קֶדֶם. Ez. 2, 10: *eique* (volumini) *in-*

scriptum erat פָּנִים וְאָחוֹר *a fronte et a tergo.* 1 Par. 19, 10. Ps. 139, 5. It. *retrorsum.* Gen. 49, 17: וַיִּפֹּל רֹכְבוֹ אָחוֹר *et cecidit eques retrorsum.* Jer. 15, 6. Ita saepe pleon. post verba redeundi Ps. 9, 4. 56, 10, recedendi 2 Sam. 1, 22. Ps. 35, 4. 40, 15 et id genus alia. — Plur. *partes posteriores* Ex. 23, 23. 26, 12. 1 Reg. 7, 25. Ez. 8, 16.

2) *pars occidentalis.* Iob. 23, 7. 8. Jes. 9, 11: וּפְלִשְׁתִּים מֵאָחוֹר *et Philistaei ab occidente.* Cf. קֶדֶם, יָמִין, שְׂמֹאל, תֵּימָן et *C. B. Michaëlis* diss. de locorum differentia ratione anticae, posticae, dextrae, sinistrae, Halae 1735. 4. recusa in *Pott* Sylloge Commentt. 5, 80 sq. §. 8. Eandem rationem sequuntur Indi, Mogoli adeoque Hiberni.

3) *tempus posterum, futurum.* לְאָחוֹר in posterum. Jes. 41, 23. 42, 23.

אָחוֹת f. (pro אֲחָוֶת, a masc. אָחוּ, quod ap. Arab. et Chald. idem est atque אָחִי) pl. c. suff. אַחוֹתַיִךְ Ez. 16, 55 (sing. אָחָה) et אַחְיוֹתֵךְ Ez. 16, 52 (sing. אַחְיָה, qui est a masc. אָחִי) cf. Lehrgeb. pag. 602. *soror.* (Arab. أُخْتٌ, syr. ܚܳܬܳܐ pro ܐܚܳܬܳܐ, chald. אֲחָת id.). Proprie quidem dr. de sorore germana, iisdem parentibus orta, sed (ubi nihil refert, accurate dicere) etiam de sorore ὁμοπατρία Gen. 20, 12. 2 Sam. 13, 2. 5, vel ὁμομητρία s. uterina, Lev. 18, 9. 11. 20, 17. Praeterea *soror* Hebraeis vocatur 1) *cognata, consanguinea.* Iob. 42, 11. Gen. 24, 60, ubi mater cum fratre ad Rebeccam: אֲחֹתֵנוּ אַתְּ *tu soror nostra* (es). — 2) *contribulis, popularis* Num. 25, 18. — 3) *socia,* gens, civitas consociata. Ez. 16, 46. 23, 31. — 4) post אִשָּׁה: *altera, altera,* etiam de rebus inanimatis sexus feminei. Ex. 26, 3: *quinque aulaea iuncta erant* אִשָּׁה אֶל אֲחֹתָהּ *alterum ad alterum.* Vers. 5. 6. 17. Ez. 1, 9. 3, 13. — 5) Metaph. *soror* vocatur quaecunque res nobis arctissime coniuncta. Prov. 7, 4: *dic sapientiae: tu soror mea.* Iob. 17, 14. (Cf. reliqua vocabula, quae *propinquitatis* significationem gerunt, imprimis autem אָב no. 6. אָח no. 7. — 6) Blande ita compellatur *sponsa* Cant. 4, 9 sq. Cf. Tibull. 3, 1, 26.

אָחַז fut. יֹאחֵז (rarius יֶאֱחֹז 1 Reg. 6, 10. Eccl. 7, 18) 1) *prehendit, apprehendit* spec. manu. (Arab. أَخَذَ, chald. et syr. אֲחַד, ܐܚܰܕ). Constr. c. acc. pers. vel rei Ps. 56, 1. Iud. 12, 6, saepius etiam seq. בְּ Ex. 4, 4. Iob. 23, 11. 2 Sam. 20, 9 (in quo loco tractando lapsus est Winerus p. 46: vertendum enim *et dextra Joabi apprehendit barbam Amasae*). Metaph. tribuitur terrori, metui (ut λαμβάνειν) Ex. 15, 14: חִיל אָחַז יֹשְׁבֵי פְּלָשֶׁת *terror prehendit incolas Philistaeae.* Vers. 15. Ps. 48, 7. Verum etiam vicissim dicitur *capere metum* (cf. nostr. *die Flucht ergreifen*) Iob. 18, 20: קַדְמֹנִים אָחֲזוּ שָׂעַר *priores* (maiores) *apprehendunt horrorem* pro: horror prehendit eos. 21, 6. Jes. 13, 8: צִירִים וַחֲבָלִים יֹאחֵזוּן *ipsi* (Babylonii) *apprehendunt spasmos et dolores* pro: spasmi et dolores prehendunt eos. — 2) *cepit* v. c. venando, piscando Cant. 2, 15. — 3) prehensum *tenuit,* seq. acc. 1 Par. 13, 9. 2 Par. 25, 5, et בְּ Gen. 25, 26. Metaph. amplexus est aliquid c. acc. Iob. 17, 9 (cf. κρατέω Apoc. 2, 25), c. בְּ 23, 11. Part. pass. significatu activo Cant. 3, 8. אֲחֻזֵי חֶרֶב *tenentes gladium.* Cf. de hoc participiorum passivorum usu deponentiali Lehrgeb. p. 309. 310, et in hoc ipso verbo syr. ܐܚܺܝܕ tenens, aethiop. አኅዝ፡ *ehûs,* captus et tenens. — 4) *coniunxit,* et in Pass. *coniunctus fuit, adhaesit.* Verba enim *tenendi capiendique* saepissime ad

adhaerendi iungendique vim referuntur, quandoquidem res firmiter coniunctae se ipsas invicem tenent et sustinent, cf. לָכַד et לָקַח in Hithpa. et ἔχομαι τινός teneo, pendeo ex aliqua re, ἐχόμενος cum re aliqua coniunctus, et αἱρέω, unde lat. *haereo*. Ez. 41, 6: וְלֹא יִהְיוּ אֲחוּזִים בְּקִיר הַבָּיִת (ut) *non iuncta* (inserta) *essent parieti templi*. 1 Reg. 6, 6. — Hinc 5) *clausit*, ut syr. ܐܚܕ Neh. 7, 3. — 6) *contignavit, tabulavit, contabulavit* (a coniunctione tignorum et asserum). 1 Reg. 6, 10: *et contabulavit domum lignis cedrinis*. Cf. תָּפַשׂ Hab. 2, 19. — 7) *exemit* (magno ex numero), unde part. pass. *deprehensus* sc. a sorte (uti vc. syn. נִלְכַּד) Num. 31, 30: *e dimidia parte, quae Israëlitarum est, capias unum* אֶחָד מִן הַחֲמִשִּׁים *sumtum e quinquagenis*. Vers. 47. 1 Par. 24, 6: בֵּית־אָב אֶחָד אָחֻז לְאֶלְעָזָר וְאָחֻז אָחֻז לְאִיתָמָר (ubi tamen itidem cum multis codd. legendum אֶחָד אָחוּז) *una familia* in sortiendo) *sumta pro Eleasaro, una pro Ithamaro* i. e. in sortiendo ita versati sunt, ut modo unam pro Eleasari quadam familia, modo unam pro Ithamari familia sortem ducerent.

Niph. 1) pass. Kal no. 2. Eccl. 9, 12. — 2) pass. no. 3. Gen. 22, 13. — 3) *possessorem se fecit alicuius rei, occupavit rem*. Gen. 34, 10. 47, 27. Jos. 22, 9. 19. (Cf. syr. ܐܚܕ *possedit*, et deriv. אֲחֻזָּה).

Pi. clausit, ut Kal no. 5. Iob. 26, 9: *claudens* (nubibus obvelans) *faciem solii sui*.

Ho. coniunctus, coagmentatus fuit, pass. Kal no. 4. 2 Par. 9, 18. Nomina derivata protinus sequuntur.

אָחָז (possidens, possessor) n. pr. 1) *Ahas*, rex Judae, Jesaiae, Hoseae et Michae aequalis, qui ab anno 744 usque ad annum 728 a. Christ. n. regnavit, homo imbecillis et idololatriae deditus. 2 Reg. 16, 1 sq. 2 Par. 28, 16 sq. Jes. 7, 1 sq. 38, 8. LXX. Ἄχαζ. — 2) 1 Par. 8, 35. 9, 42.

אֲחֻזָּה f. *possessio* (v. Niph. no. 3), impr. de possessione terrarum agrorumque. Lev. 27, 24: לַאֲשֶׁר לוֹ אֲחֻזַּת הָאָרֶץ *cui est possessio terrae*, qui eam terram possidet. Vers. 16. 21. 22. אֲחֻזַּת קֶבֶר *possessio sepulcri* i. e. sepulcrum familiae cuidam proprium Gen. 23, 4. 9. 20. 49, 30. Coniungitur אֲחֻזַּת נַחֲלָה Num. 27, 7, et נַחֲלַת אֲחֻזָּה 35, 2. De mancipiis Lev. 25, 45. 46.

אַחְזַי n. pr. viri Neh. 11, 13, pro quo 1 Par. 9, 12 יַחְזֵרָה. Tu utrobique repone אַחְזְיָה.

אֲחַזְיָה et **אֲחַזְיָהוּ** (quem Jehova sustinet) n. pr. 1) *Achasjae*, regis israëlitici, filii Ahabi et Isabellae (897—895 a Chr.). 1 Reg. 22, 40. 2 Reg. 1, 2. LXX. Ὀχοζίας. — 2) *Achasjae*, filii Jorami, regis Iudae (884 a. Chr.). 2 Reg. 8, 24. 9, 16.

אֲחֻזָּם (possessio eorum) n. pr. viri e posteris Judae. 1 Par. 4, 6.

אֲחֻזַּת (possessio) n. pr. hominis philistaei, qui regis Abimelech amicus erat. Gen. 26, 26.

אָחַח rad. inusit. I) Arab. أَحَّ onomatop. a sono אָח: *iterum iterumque extulit ah*. Ap. Hebraeos fortasse: *gemuit (ächzen), ululavit*, unde אֹחִים. Arabes sub eadem radice habent II) *aestus, excandescentiae iraeque* significatum in voce أَحَاحٌ, أُحَاحٌ, unde fortasse derivari possit אָח, إِخٌّ olla, fornax. Malumus tamen statuere, fornacis significationem petitam esse a rad. أَجَّ flagravit, arsit ignis, Conj. II. accendit, أَجَّةٌ ardor cet. Vide אָח.

אֲחִי v. אֲחוּמַי.

אֲחִי (fortasse decurtatum ex אֲחִיָּה) n. pr. m. 1) 1 Par. 5, 15. 2) 7, 34.

אֲחִיאָם (pro אֲחִיאָב frater patris, patruus) n. pr. m. 2 Sam. 23, 33. 1 Par. 11, 33.

אֲחִידָה chald. i. q. hebr. חִידָה cum Aleph prosthetico *aenigma* Dan. 5, 12. Rad. חוּד.

אֲחִיָּה (frater i. e. amicus Jehovae) n. pr. 1) sacerdotis cuiusdam tempore Sauli 1 Sam. 14, 3. 8. — 2) 1 Par. 8, 7. — 3) 11, 36. — 4) 1 Reg. 4, 2. — 5) 1 Par. 26, 20. — 6) 2, 25. — 7) 1 Reg. 15, 27. 33. — 8) Neh. 10, 27. — 9) prophetae Silunte degentis Jerobeami tempore. 1 Reg. 11, 29. 12, 15, pro quo אֲחִיָּהוּ 14, 6. 18. 2 Par. 10, 15.

אֲחִיהוּד (frater h. e. amicus Judaeorum pro אֲחִי יְהוּד) n. pr. m. Num. 34, 27.

אַחְיוֹ (fraternus) n. pr. m. 1) 2 Sam. 6, 3. 4. — 2) 1 Par. 8, 14. — 3) ibid. v. 31. 9, 37.

אֲחִיחוּד (frater s. amicus coniunctionis) n. pr. m. 1 Par. 8, 7.

אֲחִיטוּב (frater s. amicus benignitatis) n. pr. m. 1 Sam. 14, 3. 22, 9. — 2) 2 Sam. 8, 17. — 3) 1 Par. 5, 37. Neh. 11, 11.

אֲחִילוּד (frater nati pro אֲחִי יִלּוּד) n. pr. m. pater Josaphati 2 Sam. 8, 16. 20, 24. 1 Reg. 4, 2.

אַחִים vid. אָח.

אֲחִימוֹת (frater mortis) n. pr. m. 1 Par. 6, 10 (25), pro quo in locis parallelis מַחַת.

אֲחִימֶלֶךְ (frater regis) n. pr. 1) sacerdos Nobae degens, pater Abjathari, interiore amicitia cum Davide coniunctus (1 Sam. 21, 2. 22, 9. Ps. 52, 2) ideoque a Saulo interfectus. Ab eo diversus videri possit 2) *Ahimelech*, Abjathari filius, unus e duobus summis sacerdotibus tempore Davidis 2 Sam. 8, 17. 1 Par. 24, 3. 6. 31. *Korbius* tamen (Winer theol. Journal IV, p. 295) 2 Sam. 8, 17 pro „Ahimelech, filius Abjathari“ non sine magna veri specie legendum coniecit „*Abjathar, filius Ahimelechi*“ ex quo mendo falsam in Paralipomenis scripturam fluxisse censet.

אֲחִימַן (frater doni) n. pr. m. 1) unus ex Enacitis Num. 13, 22. Jos. 15, 14. Iudd. 1, 10. — 2) 1 Par. 9, 17.

אֲחִימַעַץ (frater iracundiae) n. pr. m. 1) 1 Sam. 14, 50. — 2) filius Zadoki summi sacerdotis tempore Davidis, 2 Sam. 15, 27. 36, 17. 17, 20. 18, 19 sq. Ab eo haud diversus fuisse videtur, qui 1 Reg. 4, 15 commemoratur.

אַחְיָן (fraternus) n. pr. m. 1 Par. 7, 19.

אֲחִינָדָב (frater liberalis s. nobilis) n. pr. m. 1 Reg. 4, 14.

אֲחִינֹעַם (frater gratiae) n. pr. m. 1) 1 Sam. 14, 50. — 2) 1 Sam. 25, 43. 27, 3. 30, 5. 2 Sam. 2, 2. 3, 2.

אֲחִיסָמָךְ (frater fulcri s. auxilii) n. pr. m. Ex. 31, 6. 35, 34.

אֲחִיעֶזֶר (frater auxilii) n. pr. m. 1) phylarcha Danitarum Num. 1, 12. 2, 25. 7, 66. — 2) 1 Par. 12, 3.

אֲחִיקָם (frater hostis) n. pr. m. pater Gedaljae, quem Chaldaei Judaeae praefecerunt. 2 Reg. 25, 22. Jer. 39, 14. 40, 5 sq.

אֲחִירָם (frater alti) n. pr. m. Num. 26, 38. Patronym. ־ִי ibid.

אֲחִירַע (frater mali) n. pr. m. phylarcha Naphtalitarum. Num. 1, 15. 2, 29. 7, 78. 83. 10, 27.

אֲחִישַׁחַר (frater aurorae) n. pr. m. 1 Par. 7, 10.

אֲחִישָׁר (frater cantoris, l. pro אֲחִי יָשָׁר frater recti) n. pr. m. 1 Reg. 4, 6.

אֲחִיתֹפֶל (frater stultitiae) n. pr. amici regii Davidis, qui cum Absalone contra eum coniuraverat. 2 Sam. 15—17.

אַחְלָב (pinguedo, adeps, inde locus fertilis) n. pr. oppidi in tribu Asser. Iud. 1, 31.

אַחֲלַי Ps. 119, 5 et **אַחֲלֵי** 2 Reg. 5, 3 particula optantis: *utinam! faxit Deus!* seq. Fut. Ps. l. l. omisso verbo 2 Reg. l. l. Vulgo derivant a rad. חָלָה Pi. חִלָּה פָנִים demulsit faciem, adulatus est, rogavit. Sed nescio an potius composita sit ex אָח et לֵי = לוּ.

אַחְלַי (utinam!) n. pr. m. et f. 1 Par. 2, 31. cf. 11, 41.

אַחְלָמָה f. Ex. 28, 19 nomen gemmae. LXX. Vulg. ἀμέθυστος, Josepho (apud quem tamen ordo verborum turbatus videtur) ἀχάτης. Videtur hoc vc. esse verbale conj. Hiph. a חלם somniavit, fortasse quia gestantibus somnia inducat. A simili commento nomen traxit ἀμέθυστος, quod ebrietatem depellat a gestantibus. Cf. *Braun.* de vestitu sacerdot. hebr. II, 16.

אַחְמְתָא Esr. 6, 2 *Egbatana,* Mediae veteris metropolis regisque Persarum domicilium aestivum, ibidem situm, ubi postea et etiamnum Hamedan (همدان), Parthorum metropolis, quod ipsum nomen ex leniore veteris vocabuli pronuntiatione natum est. De eius urbis parietinis testimonia peregrinatorum collegit *Hoeckius* (Veteris Mediae et Persiae monumenta p. 144—155). Si semitica est vocis origo, haud dubie idem valet quod חֵמֶת (a rad. חמה), et arcem, munimentum denotat, si persicae, i. q. آبادان locum cultum et incolis refertum. Illud tamen praestat.

אַחַסְבַּי n. pr. viri 2 Sam. 23, 34. Etymon latet. Simonis ex אֶחֱסֶה בְּיָהּ (confugio ad dominum) contractum esse vult.

אָחַר *posterior fuit (hinten seyn, hinten bleiben),* inde *moratus, cunctatus est.* In Kal semel exstat, 1 fut. וָאֵחַר Gen. 32, 5. (Arab. أَخَّرَ Conj. II. distulit, tardavit. Syr. Aphel et Schaphel ܐܘܚܪ et ܫܘܚܪ id.)

Pi. אֵחַר Plur. אֵחֲרוּ pro אִחֲרוּ Iud. 5, 28, fut. יְאַחֵר 1) *retardavit, moratus est* aliquem Gen. 24, 56, *distulit* aliquid Ex. 22, 28, et per ellipsin Deut. 7, 10: *non differt* (poenas) *osori suo.* — 2) intr. i. q. Kal (nostr. *lange machen*) Iudd. 5, 28: *quare cunctantur passus curruum eius.* Ps. 40, 18: אַל־תְּאַחַר *ne cuncteris.* 70, 6. Gen. 34, 19. — 3) *immoratus est rei,* c. c. עַל. Prov. 23, 30: מְאַחֲרִים עַל הַיָּיִן *qui diu immorantur vino* i. e. qui ad multam noctem bibunt. Cf. Jes. 5, 11. Ps. 127, 2.

Derivata statim sequuntur exc. אָחוֹר.

אַחֵר (c. Dag. forti occulto) f. אַחֶרֶת Plur. אֲחֵרִים, אֲחֵרוֹת (a singul. deperdito אָחָר c. Kamez puro) 1) adj. pr. *sequens, alter,* spec. qui primum sequitur, *secundus* (a sequendo) Gen. 17, 21: בַּשָּׁנָה הָאַחֶרֶת anno sequente, folgendes Jahr. 1 Reg. 3, 22. Dein generatim *alius, alia, aliud* Gen. 4, 25. 8, 10. 12. 29, 19 cet. cet. (Arab. آخَرُ id. Syr. ܐܚܪܝܢ, ܐܚܪܢܐ, Plur. ܐܚܪ̈ܢܐ, Chald. אָחֳרָן). אֱלֹהִים אֲחֵרִים *dii alii,* de idolis Deut. 6, 14. 7, 4. Jer. 1, 16. 7, 18 et sexcenties. Sing. אֵל אַחֵר Ex. 34, 14, et omisso אֵל Jes. 42, 8: וּכְבוֹדִי לְאַחֵר לֹא־אֶתֵּן *et gloriam meam alii* (Deo) *non relinquam.* 48, 11. Semel, ut videtur, adverb.: *aliorsum.* Ps. 16, 4: אַחֵר (אֲשֶׁר) מָהָרוּ *qui aliorsum festinant* sc. a vero deo ad idola. 2) n. pr. viri 1 Par. 7, 12.

אַחַר pr. *posterius, pars posterior, postica, extrema.* Hinc 1) adv.

a) loci, *retro, in extrema parte.* Gen. 22, 13: וְהִנֵּה אַיִל אַחַר נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו *et ecce aries retro* i. e. in recessu *(im Hintergrunde) cornibus fruticeto implicitis.* Non *post tergum* Abrahamus conspexit arietem, ut vulgo volunt, cum Vulgato, sed in recessu eius, quae oculis patebat, regionis, *im Hintergrunde der Scene,* neque est, cur cum Sam. LXX. Syr. et 42 codd. legatur אֶחָד. — b) adv. temporis, *postea, tum.* Gen. 10, 18. 18, 5. 24, 55. 30, 21 rel.

2) Praep. a) loci, *pone.* Cant. 2, 9. Ex. 3, 1: *pone desertum* i. e. ab occidente deserti. It. *post.* הָלַךְ אַחַר פ׳ secutus est aliquem Gen. 37, 17. Iob. 31, 7. מֵאַחַר praegn. pr. *a post (hinter [etwas] weg).* Ps. 78, 71: מֵאַחַר עָלוֹת הֱבִיאוֹ *a post lactantes duxit eum* i. e. eum, qui pecudes secutus erat, duxit. — b) temporis, *post.* Gen. 9, 28. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *post has res* i. e. *postea,* transeundi formula. Gen. 15, 1. 22, 1. Sequ. Infin. *postquam.* Num. 6, 19. אַחַר כֵּן pr. *post sic* i. e. postquam ita, ut dictum est, res evenerant, i. e. *postea.* Lev. 14, 36. Deut. 21, 13.

3) Conj. אַחַר אֲשֶׁר *postquam.* Ez. 40, 1, et omisso אֲשֶׁר Lev. 14, 43. Iob. 42, 7.

Not. Pro אַחַר longe frequentius in Plur. dicitur אַחֲרֵי, de quo statim, eoque constanter utuntur, ubi Suffixa affigenda sunt.

Plur. אַחֲרִים nonnisi in st. constr. אַחֲרֵי c. suffix. אַחֲרַי, אַחֲרֵיכֶם, אַחֲרֵיהֶם cet. 1) subst. *partes posticae.* 2 Sam. 2, 23: בְּאַחֲרֵי הַחֲנִית *postica parte hastae.*

2) Praep. a) loci, *pone.* Iud. 18, 12 (h. l. i. q. ab occidente), crebrius *post, hinter, hinter (jem.) her.* Lev. 26, 33. 1 Sam. 14, 37. 2 Reg. 19, 21. (אֲשֶׁר) אַחֲרֵיהֶם *qui eos sequuntur* i. e. assentatores et parasiti eorum Ps. 49, 14. Hinc iungitur verbis *eundi,* ut valeant *sequi.* הָיָה אַחֲרֵי פ׳ est: partes alicuius secutus est Exod. 23, 2. 2 Sam. 2, 10. Cf. 1 Reg. 1, 7. Prov. 28, 23: מוֹכִיחַ אָדָם אַחֲרַי חֵן יִמְצָא *redarguens homines me* (i. e. praecepta mea) *secutus gratiam inveniet.* b) temporis, *post.* Gen. 16, 13. 17, 8. Seq. inf. *postquam.* Gen. 5, 4.

3) Pro Conj. *postquam* plerumque dicitur אַחֲרֵי אֲשֶׁר. Deut. 24, 4. Jos. 9, 16. 23, 1, rarius אֲשֶׁר omittitur Lev. 25, 48. Semel אַחֲרֵי כַּאֲשֶׁר Jos. 2, 7.

4) אַחֲרֵי־כֵן pr. *post*quam res *ita* evenerant, i. e. *postea.* Gen. 15, 14. 23, 19. 25, 26 rel. Cf. syr. ܒܳܬܰܪ et ܡܶܢ ܒܳܬܰܪ ܗܳܕܶܐ. Addito אֲשֶׁר denuo fit Coniunctio et i. q. אַחֲרֵי אֲשֶׁר ut lat. *posteaquam* pro *postquam.* Gen. 6, 4. 2 Sam. 24, 10. In sequiore Hebraismo dr. etiam אַחֲרֵי זֹאת *posthac* Iob. 42, 16. Esr. 9, 10, coll. chald. אַחֲרֵי דְנָה Dan. 2, 29. 45.

Comp. cum aliis praepp. 1) מֵאַחֲרֵי, semel מִן אַחֲרֵי 1 Par. 17, 7, pr. *a post, ne* (sit amplius) *post* (aliquid), *hinter* (etwas) *weg.* Usurpatur maxime, ubi, quem antea secuti eramus, relinquimus, alias partes iam amplexi. Num. 14, 43. 43. Deut. 7, 4. 2 Sam. 20, 2, it. *a tergo, post* (cf. מִן no. 3). Jos. 8, 2. Ex. 14, 19. Jer. 9, 21; de tempore Eccl. 10, 14. Ap. Neh. 4, 7 pro eo est מֵאַחֲרֵי לְ. Hinc מֵאַחֲרֵי כֵן postea 2 Sam. 3, 28. 15, 1. — 2) אֶל אַחֲרֵי *post* c. Acc., *ad tergum.* 2 Reg. 9, 18: סֹב אֶל אַחֲרָי *redi post me.* 2 Sam. 5, 23. — 3) עַל אַחֲרֵי Ez. 41, 15 i. q. אַחֲרֵי. Cf. עַל.

אַחֲרוֹן fem. אַחֲרֹנָה (ab אַחַר cum terminatione adiectivorum וֹן) 1) *posterior,* opp. priori, superiori (ראשׁוֹן) Exod. 4, 8. Deut. 24, 3. Gen. 33, 2. הַיָּם הָאַחֲרוֹן mare posterius i. e. occidentale, mediterraneum Deut. 11, 24. 34, 2. Joël 2, 20. — 2) *posterus, a, um.* דּוֹר אַחֲרוֹן aetas postera. Ps. 48, 14.

יוֹם אַחֲרוֹן tempus posterum Prov. 31, 25. Jes. 30, 8. Plur. אַחֲרֹנִים posteri Iob. 18, 20. — 3) *postremus, ultimus, novissimus.* Neh. 8, 18. Jes. 44, 6: *ego* (Deus) *primus sum idemque postremus.* Iob. 19, 25. Fem. אַחֲרֹנָה adv. postremum. Dan. 11, 29. It. בָּאַחֲרֹנָה Deut. 13, 10 et לָאַחֲרֹנָה Num. 2, 31. Eccl. 1, 11 in fine, postremo.

אַחְרַח (pro אַחַר־אָח post fratrem) n. pr. 1 Par. 8, 1.

אֲחַרְחֵל (pone antemurale sc. natus) n. pr. 1 Par. 4, 8.

אָחֳרִי chald. adj. fem. *alia.* Dan. 2, 39. 7, 5. 6 pro vulgari אַחֶרֶת, Tau feminini generis abiecto per apocopen, ut רֵאשִׁי pro רֵאשִׁית, מַלְכוּ pro מַלְכוּת.

אָחֳרֵין chald. adj. Dan. 4, 5: עַד־אָחֳרֵין pr. *ad postremum* i. e. postremo, tandem. עַד πλεονάζει, vide hanc particulam A, 1.

אַחֲרִית f. 1) *pars postrema, extrema.* Ps. 139, 9. Frequentius de tempore a) *finis* Deut. 11, 12, *exitus, eventus,* ultima sors Iob 8, 7. 42, 12. Prov. 5, 4: אַחֲרִיתָהּ מָרָה *exitus eius* (mulieris adulterae) *est amarus* h. e. ultima sors eorum, quos seduxit, cf. 23, 32. Nonnunquam de eventu felici. Prov. 23, 18. 24, 14. b) *tempus posterum, futurum.* Nota formulam prophetarum: בְּאַחֲרִית הַיָּמִים diebus futuris Jes. 2, 2. Gen. 49, 1. Mich. 4, 1. Num. 24, 14. Dan. 11, 4. — 2) *posteritas, posteri.* Ps. 109, 13. Am. 4, 2. 9, 1. Dan. 11, 4.

אַחֲרִית f. chald. i. q. Hebraeorum אַחֲרִית no. 1, b. Dan. 2, 28.

אָחֳרָן chald. adj. *alius.* Dan. 2, 11.

אֲחֹרַנִּית adv. *retrorsum.* Gen. 9, 23. 1 Sam. 4, 18.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים m. pl. Esth. 3, 12. 8, 9. 9, 3 rel. *satrapae,* provinciarum maiorum praefecti apud veteres Persas, civili et militari potestate instructi, regum, quorum splendorem aemulabantur, in provinciis vicarii. Singulis harum provinciarum partibus circulisque procuratores (פַּחוֹת) praeerant, satrapae integris provinciis. V. *Brisson* de regio Pers. principatu 1, §. 168. *Heeren* Ideen T. I. p. 489. sq. ed. 4. Etymon quod attinet, plurimi quidem hoc vocabulum compositum esse censent ex persico آخش *akhesch* h. e. *pretium, valor* (fort. *praestantia*), سترب *satrapa* et terminatione chald. ־ָן; verum nos nil dubitamus, ab Hebraeis hoc vocabulo expressam esse ipsam veterem formam persicam eamque duriorem *Kschatrap* (namque pro *s* et *sch* in lingua Zendica et sanscritanica frequentabatur *ksch,* cf. *khschetrao,* *schetrao* rex, *khschesch* شش sex), additis ab initio Aleph prosthetico ac terminatione ־ָן. Ad eiusdem formae durioris similitudinem graecum ἐξατράπης formatum est apud Theopompum. Vide אֲחַשְׁוֵרֹשׁ.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִין chald. m. plur. i. q. hebr. Dan. 3, 2. 3. 27. 6, 2. 3.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *Ahasverus,* nominis *Xerxes,* ut videtur, forma hebraica. Legitur Esth. 1, 1 ac saepe in hoc libro, praeterea Esr. 4, 6 (ubi propter temporum rationes Cambyses intelligi debet) et Dan. 9, 1 (de Astyage, patre Darii Medi). Quod ad etymon attinet, ipsi olim hoc vc. compositum esse opinati sumus ex pers. آخش *pretium* (v. אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים), syllaba ور *war,* possessorem indicante, et terminatione ش *esch* (v. c. *Darab, Darabesch,* דָּרְיָוֶשׁ). Sed vera nominis orthographia ex scriptura, quam dicunt, cuneata (cuneiformi) nuper emersit, in qua scribitur *Khschhersche* vel *Khschwersche.* Videtur autem hoc dictum esse pro شيرشاه h. e. *leo*

rex, forma veteri et duriore, ad cuius similitudinem Graeci vocabulum *Xerxes*, Hebraei praefixo Aleph prosthetico *Akhaschwerosch* conformarunt. Etenim pro lenioris pronuntiationis litteris *s* et *sch*, quibus utuntur Persae recentiores, veteres efferebant sonos longe duriores, ut in vocabulis *khschêhiôh* = *Schach* rex, *khschatrap* = *Satrap*. V. *St. Martin* in Diario asiatico Parisiensi III, p. 85. *Champollion* Précis du systéme hieroglyphique, tableau géneral tab. 7, 2. p. 24. *Grotefend* in Heeren Ideen, ed. 4. I, 2, p. 348 sq. et quae nos disputavimus in Thes. p. 75.

אֲחַשְׁרֹשׁ Esth. 10, 1 Chethibh pro אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ.

אֲחַשְׁתָּרִי (haud dubie *mulio*, persicae, ut videtur, originis vc. V. seq. vc.) n. pr. m. 1 Par. 4, 6.

אֲחַשְׁתְּרָנִים plur. m. *muli*, pers. ستر *estar*, استر *ester* mulus, ex forma vetere ac dura *ekhschter*. Vide paulo superius disputata. Additur per epexegesin *filii equarum* Esth. 8, 10. ־ָן adiectum est, ut in אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים.

אַחַת v. אֶחָד.

אַט (a rad. אָטַט) subst. m. 1) *tenuis sonus, murmur, gemitus*, et plur. concr. אִטִּים *mussitatores* i. e. νεκρομάντεις, ventriloqui, vocis artificiosae murmure manium vocem imitantes (v. sub אוֹב) Jes. 19, 3. — 2) *lenis incessus, lenis fluxus, lenis agendi ratio*, unde אַט, לְאַט, לְאַט plerumque adv. *leniter, lente*, de leni lentoque incessu lugentis 1 Reg. 21, 27, de aqua leniter fluente Jes. 8, 6. — לְאִטִּי pr. ad lenem incessum meum, *nach meiner Gemächlichkeit, allgemach* Gen. 33, 14. — De agendo et loquendo 2 Sam. 18, 5: לְאַט לִי לַנַּעַר *leniter* agite *mihi cum puero!* Iob. 15, 11: וְדָבָר לָאַט עִמָּךְ *et verbum placide tecum* factum.

אָטַד rad. inusit. Arab. *firmus fuit* Conj. II firmavit, stabilivit.

אָטָד m. *rhamnus* (*Rhamnus paliurus* Linn.), a firmitate radicum dicta Iudd. 9, 14. 15. Ps. 58, 10. (Arab. أَطَدٌ, i. q. usitatius عَوْسَجٌ).

אֵטוּן (per Syriasmum pro אֶטֶן) m. *filum*, lintea l. bombycina, *Garn* (Chald. nervus, funiculus). Semel legitur Prov. 7, 16: *stragulae e filis Aegypti*, quae summae subtilitatis nec minus nobilitata erant quam apud nos fere turcica fila (*türkisches Garn*). Cf. *Cels.* Hierob. I, 89 sq. *Alb. Schultens* confert gr. ὀθόνη, ὀθόνιον (vestis lintea). Rad. אָטַן.

אָטַט rad. inusit. 1) أَطَّ *lenem sonum edidit*, de sono gemebundo cameli defatigati, de murmure ventris inanis et famelici (τρύζειν). Cf. quae disputavimus ad Jes. 19, 3. — 2) *leniter incessit*. Vid. אַט no. 2.

אָטַם *clausit, obturavit* v. c. os, aures Prov. 17, 28. 21, 13. חַלֹּונוֹת אֲטֻמוֹת Ez. 40, 16. 41, 16. 26: *fenestrae clathris cancellisve clausae*, quarum cancelli, cum essent muro et trabibus inserti, pro lubitu claudi et operiri non possent. LXX. θυρίδες δικτυωταί. Symm. τοξικαί. Cf. 1 Reg. 6, 4. Cf. arab. أَطَمَ velum fenestris obduxit.

Hiph. id. Ps. 58, 5.

אָטַן rad. inusit. fort. *ligavit, colligavit*, vicin. rad. אָטַם. Arab. أَصَنٌ funes tentorii. Inde אֵטוּן.

אָטַר fut. יֶאְטַר *clausit*, semel Ps. 69, 16. Arab. أَطَرَ sepsit, septo clausit. Vicinae radices sunt אָצַר, חָצַר, עָצַר. Inde

אִטֵּר (clausus, ligatus, fort. mutus)

n. pr. m. 1) Esr. 2, 16. Neh. 7, 21. 2) Esr. 2, 42. Neh. 7, 45.

אִטֵּר m. adj. *clausus, ligatus* h. e. impeditus. Iudd. 3, 15. 20, 16: אִטֵּר יַד־יְמִינוֹ *ligatus manu dextera* i. e. qui dextera bene uti nequit, scaevola. (Arab. أَطِرَ V. impeditus fuit, cf. عَقَّدَ ligavit, quod ad impeditum linguae usum transfertur.

אַי constr. אֵי 1) adv. interrogandi, *ubi?* C. suff. אַיֶּכָּה ubi tu? Gen. 3, 9, אַיּוֹ ubi ille? Ex. 2, 20. אַיָּם ubi illi? Jes. 19, 12. Saepius c. He parag. אַיֵּה q. v. (Arab. أَيٌّ est pron. interrog. *quis?* fem. أَيَّةٌ. Idem valet aeth. አይ፡ (Cf. germ. *wo* et angl. *who*).

2) nota interrogationis, quae adverbiis et pronominibus, quibus praemittitur, vim interrogativam tribuit, quemadmodum אֲשֶׁר relativam. Cf. germ. *wovon?* pro *von welchem?* Inde a) אֵי זֶה *quis?* sed ubique (praeter Eccl. 11, 6) cum respectu ad locum 1 Reg. 13, 12: אֵי זֶה הַדֶּרֶךְ הָלָךְ *quanam via abiit?* (Vel: *ubi viae? quorsum viae?* Vide ad אֵי מִזֶּה sub litt. b). 2 Reg. 3, 8. 2 Par. 18, 23. Iob. 38, 24, et sine interrogatione Jer. 6, 16. Eccl. 11, 6. Alibi est *ubi?* (a זֶה hic) Iob. 28, 12. Est. 7, 5. Aliquoties iunctim scribitur אֵיזֶה, v. infra. — b) אֵי מִזֶּה *unde?* (a מִזֶּה inde). Gen. 16, 8. 1 Sam. 30, 13. Jon. 1, 8: אֵי מִזֶּה עַם אָתָּה *ex quonam populo es?* 2 Sam. 15, 2: אֵי מִזֶּה עִיר אַתָּה *ex quanam urbe es?* (Pr. undenam populi? undenam urbis? ut Plaut. unde gentium? Odyss. 1, 170: πόθεν ἀνδρῶν). — c) אֵי לָזֹאת *cur? quare?* (a לָזֹאת propterea) Jer. 5, 7.

Not. Aliis quibusdam particulis אֵי arctius iungitur, ut in unum vocabulum coalescant, אֵיךְ, אֵיכָה, אֵיכֹה, אֵיפֹה, q. vide. Eadem ratione hac particula utuntur Syri in ܐܝܟܢܐ quomodo? ܐܝܡܟܐ unde? ܐܝܢܐ quis? Chaldaei in אֵידֵין quinam? אֵידָא quaenam? Aethiopes in አይቴ፡ ubi? quomodo? Cum Nun parag. dicitur אַיִן ubi? et contr. אָן, quae vide. Prov. 31, 4 quod in Keri est, לְרוֹזְנִים אֵי שֵׁכָר verte: *et principum* (non est, dicere), *ubi temetum?*

I. **אִי** contr. pro אֱוִי (ut כִּי pro כְּוִי, רִי pro רְוִי, cf. *Lehrgeb.* p. 510) m. (f. fort. Jes. 23, 2) plur. אִיִּים, semel אִיִּין Ez. 26, 18) 1) pr. *terra habitabilis, habitata* (a rad. אָוָה no. I, 1) *quatenus opponitur aquae, mari fluviisque.* Jes. 42, 15: שַׂמְתִּי נְהָרוֹת לָאִיִּים *flumina vertam in terras habitabiles* (cf. 43, 19. 50, 2). Inde 2) *terra maritima,* sive litoralis est in continente, sive insula; sicut indicum *Dsib,* quod et litus notat et insulam. Spec. a) *ora maris* Jes. 20, 6. 23, 2. 6. Ez. 27, 7: אִיֵּי אֱלִישָׁה *orae Elisae* i. e. Peloponnesi s. Graeciae. b) *insula.* Jer. 47, 4: אִי כַפְתּוֹר *insula Caphtor* i. e. Creta. אִיֵּי כִתִּים *insulae Chittaeorum* Ez. 27, 6. Jer. 2, 10. cf. Esth. 10, 1, ubi אִיֵּי הַיָּם opponuntur *terrae continenti.* Saepissime Pluralis in universum usurpatur de *regionibus maritimis* et *transmarinis* (Jer. 25, 22 per epexegesin הָאִי אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיָּם), et proinde longissime remotis Jes. 24, 15. 40, 15. 41, 1. 5. 42, 4. 10. 12. 49, 1. 51, 5, impr. de oris maris mediterranei Ps. 72, 10. Dan. 11, 18, quae magis definite vocantur אִיֵּי הַיָּם Jes. 11, 11, et אִיֵּי הַגּוֹיִם Gen. 10, 5. Zeph. 2, 11. — Ez. 27, 15 Indiae Archipelagus intelligendus est.

II. **אִי** contr. pro אֱוִי a rad. אָוָה no. II (cf. supra אִי insula) pr. *ululatus, clamor.* Hinc pro concret.

ululator i. e. canis aureus, arab. ابن آوى Plur. بنات آوى *filius, filiae ululationis*, pers. شغال *Schakal.* Dictus est a clamore nocturno, qui infantis vagitui similis est. *Damiri* ap. Bochartum in Hieroz. T. I. p. 843. Legitur nonnisi in Plur. אִיִּים Jes. 13, 22. 34, 14. — 2) interj. i. q. אוֹי *vae!* c. dat. Eccl. 10, 16. 4, 10, ubi pleraeque editt. iunctim exhibent אִילוֹ *vae ei.*

III. אִי adv. *non.* Legitur Iob. 22, 30 et in nomm. pr. אִי־כָבוֹד *(inglorius)* 1 Sam. 4, 21 et אִיזֶבֶל. Magis frequentatur ap. Rabb., praesertim in formandis adiectivis, significatu privativo (fere ut germ. *un, ohn* in eadem re), et Aethiopes, apud quos ኢ etiam verbis praefigitur. Nil dubito quin decurtatum sit ex אֵין (v. rad. אין), ut *a* privativum in lingua graeca et sanscr. ex *an.*

אִי־כָבוֹד (inglorius) v. אִי no. III.

אָיַב *adversatus est alicui, inimice et hostiliter persecutus est aliquem, odit.* (Origo, nisi fallor, quaerenda est in flando et anhelando, quod ad iram et odium saepe refertur, pr. *anschnauben,* cf. quae observavimus ad litt. ה). Verbum finitum semel legitur Ex. 23, 22. Sed longe frequentissimi usus est *Part.* אוֹיֵב *adversarius, inimicus, hostis.* Gen. 22, 17. 49, 8. Aliquoties constructionem participio debitam retinet 1 Sam. 18, 29: אֹיֵב אֶת־דָּוִד *adversarius Davidis.* — Fem. אוֹיֶבֶת *inimica,* collect. de inimicis, hostibus (cf. *Lehrgeb.* 477) Mich. 7, 8. 10. Inde אִיּוֹב et

אֵיבָה (contr. pr. אֲיֵבָה, ut אֵימָה pro אֲיֵמָה) f. *inimicitia, hostilis animus.* Gen. 3, 15. Num. 35, 21.

אֵיד m. pr. *onus, quo quis opprimitur, obruitur* (rad. אוד no. 2) unde 1) *grave infortunium, calamitas.* Ps. 18, 19. Iob. 21, 30. — 2) *exitium, pernicies* Iob. 18, 12. 21, 17. 30, 12. אֵיד אֵל *exitium Dei* i. e. a deo immittendum.

אַיָּה f. (pro אַוָּה, a rad. אוה no. II) pr. *clamor,* dein 1) *avis* quaedam *clamosa,* e genere immundarum et rapacium Lev. 11, 14. Deut. 14, 13, cui insignis oculorum acies tribuitur Iob. 28, 7. LXX. et Vulg. modo *vulturem,* modo *milvum* reddunt. Nec improbabilis est *Bocharti* opinio (Hieroz. II, p. 193 sq.), eam esse accipitris speciem, quam يؤيؤ Arabes, recentiores *smirle, emerillon* vocant. Fortasse tamen vc. hebr. latius ad omne *accipitrum* genus patebat, unde Lev. et Deut. l. l. c. c. additur לְמִינָהּ. — 2) n. pr. m. a) Gen. 36, 24. b) 2 Sam. 3, 7. 21, 8.

אַיֵּה i. q. אַי *ubi?* c. ־ֶה parag., ut in הֵנָּה, הֵן. Gen. 3, 9. 18, 9 cet., et citra interrogationem Iob. 15, 23: *vagus errat quaerens panem,* אַיֵּה *ubi* (sit).

אִיּוֹב n. pr. *Iobus,* Arabs Ausita, vir divitiis non magis quam pietate et virtute conspicuus, a Deo omnis generis calamitatibus tentatus, praeter librum a se nominatum tantum Ez. 14, 14. 20 commemoratus. LXX. Ἰώβ. Arab. أَيُّوب. Nomen illud pr. valet hominem *hostiliter tractatum* (a rad. אָיַב, ut יִלּוֹד *natus* a יָלַד), et ad calamitosa, quae perpessus est, fata referendum videtur. Aliis est *serio resipiscens* i. q. arab. أَوَّاب (a rad. אוב, آبَ reversus est) coll. Cor. Sur. 38, 40—44, sed vide, quae contra monuimus in Thes. p. 81, col. 1.

אִיזֶבֶל f. (prob. sine coitu i. e. ἄλοχος Plat. p. 249 B. casta, pudica, cf. *Agnes;* aptissimum mulieris nomen, neque ex moribus famosissimae Isabellae Tyriae iudican-

dum) *Isebel, Isabella,* n. pr. mulieris famosae, quae ex Ethbaale Tyri rege prognata, Ahabo nupta, idololatria et dira prophetarum persecutione infamis facta est. 1 Reg. 16, 31. 18, 4. 13. 21, 5 sq. 2 Reg. 9, 7 sq.

אֵיזֶה *ubi?* Iob. 38, 19. 24. Comp. ex particula interrogativa אֵי (v. sub voce no. 2) et זֶה *hic.*

אֵיךְ *quomodo?* decurt. ex אֵיכָה Gen. 26, 9. Saepe est dolentis *(eheu) quam!* Ps. 73, 19. Jes. 14, 4. Eccl. 2, 16. Citra interrogationem Ruth 3, 18. 2 Reg. 17, 28.

אֵיכָה (ex אֵי no. 2 et כָּה i. q. כֹּה ita, hic) *quomodo?* Deut. 1, 12. — 2) *ubi?* Cant. 1, 7. Saepe dolentis et deplorantis est (ut אֵיךְ) Jes. 1, 21. Thren. 1, 1. Citra interrogationem Deut. 12, 30.

אֵיכֹה *ubi,* sine interrogatione, in uno loco 2 Reg. 6, 13, ubi in Keri legitur אֵיכוֹ.

אֵיכָכָה (Milêl) *quomodo?* Cant. 5, 3. Esth. 8, 6 ex אֵי et כָּכָה = כָּה, כֹּה ita.

אֵיל v. rad. אול.

אַיָּל m. *cervus* Deut. 12, 15. 14, 5. Jes. 35, 6. Plur. ־ִים Cant. 2, 9. 17. Ubique est mascul. gen., sed Ps. 42, 2 feminino iunctum more communium cervam notat, quae alibi peculiari forma אַיָּלָה, אַיֶּלֶת appellatur. (Chald. et syr. id. Arab. أَيِّل capra silvestris, rupicapra, caprea. Aethiop. ሀየል:, qua quidem scriptura cognatio radicum אול et חול bene confirmatur. Quod ad etymon attinet, אַיָּל est quasi intensivum vocis אַיִל, pr. igitur *magnum arietem* notat, אַיָּלָה *capram maiorem.* Varias cervorum dorcadumque species, ex parte cornibus inflexis instar arietum instructas, *arietes magnos* s. *feros* vocasse videntur Hebraei, ut nos easdem bestias *Bergziegen, wilde Ziegen,* et Latini *capreas* dicunt a caprae similitudine.) LXX. ubique ἔλαφος.

אַיִל m. 1) *aries,* a cornibus volutis et inflexis, v. rad. אול et איל, quae pr. volvendi, flectendi potestatem habet. Gen. 15, 9. Plur. אֵילִים Ex. 25, 5 et אֵלִים Iob. 42, 8. Intensivum eius est אַיָּל.

2) architecturae vocabulum significans *crepidinem portae* s. marginem prominentem, qui portam superne et ab utraque parte cingit, plerumque columnis utrinque, superne zophoro, infra crepidine ornatum, *die verzierte Einfassung der Thür mit Säulenpfosten, Fries und Sockel.* 1 Reg. 6, 31. Ez. 41, 3 cf. 40, 9. 21. 24. 26. 29. 33. 36. 37. 48. 49. In Plur. אֵילִים *crepidines* s. partes in fronte aedificii prominentes, columnis palmisve plerumque ornatae, quibus lacunaria s. intercolumnia, ubi fenestris locus, interiecta erant. Ez. 41, 1. 40, 10. 14. 16. 38. coll. 26. 31. 34. 37. Verss. antiquae modo *postes,* modo *columnas* reddunt, Aqu. κρίωμα q. d. arietinum opus i. e. columnarum maxime corinthiarum voluta, alibi κριός dicta. Vide copiose de hoc vc. disputata in Thes. p. 43—45. De etymo si quaeris, vel pr. est *proiectura, prominentia (Vorsprung)* a rad. אול no. 3, vel praeeunte Aquila statuendum, אַיִל pr. notare capitulum columnae a voluta cornibus arietinis simili dictum, dein ad totum postem columnamque translatum esse. Cf. אֵילָם.

אֱיָל m. *fortitudo, robur.* Semel legitur Ps. 88, 5. Rad. אול no. 2.

אַיִל plur. אֵילִים m. pr. *fortis, robustus* 1) Plur. *potentes, primores, principes civitatis.* Ex. 15, 15. Ez. 17, 13. 2 Reg. 24, 15 (in Keri). Vide אול no. 2. 3. — 2) arbor *robusta,* ut δρῦς, spec. quercus, terebinthus, nonnunquam etiam

palma, i. q. אֵלָה, אַלּוֹן quod usitatatius. Sing. semel exstat Gen. 14, 6 in nom. pr. אֵיל פָּארָן LXX. τερέβινθος τῆς Φαράν. Plur. אֵילִים, אֵלִים Jes. 1, 29. 57, 5. 61, 3.

אַיָּלָה f. *cerva*, et fortasse etiam *caprea*, quae duo animalium genera in vulgari linguae usu vix discernebantur. Gen. 49, 21. Plur. אַיָּלוֹת constr. אַיְלוֹת 2 Sam. 22, 34. Cant. 2, 7.

אַיָּלוֹן (ab אַיָּל, *cervinus, cervinum*) n. pr. loci a cervorum copia dicti, qs. nostr. *Hirschau*, *Hirschfeld*. Sic nuncupatur 1) oppidum Levitarum in tribu Dan. Jos. 10, 12. 19, 42. 21, 24. Iudd. 1, 35. — 2) oppidum Sebulonitarum. Iudd. 12, 12.

אֵילוֹן (robur, quercus, v. אֵלוֹן) n. pr. 1) oppidi Danitarum Jos. 19, 43. 1 Reg. 4, 9. 2) m. a) Gen. 26, 34. 36, 2. b) Gen. 46, 14. c) Iudd. 21, 11.

אֵילוֹת (*arbores, arboretum*, fortasse *palmetum*, v. sub אֵלָה) 1 Reg. 9, 26. 2 Reg. 16, 6 et **אֵילַת** (pro אֵילָה *Lehrgeb* p. 467, idque coll. pro אֵילוֹת) Deut. 2, 8. 2 Reg. 14, 22. 16, 6 (bis) *Eloth, Elath*, n. pr. urbis Idumaeae ad sinum orientalem maris rubri sitae, qui ab ea sinus Aelanites nuncupatur. Devictis Idumaeis (2 Sam. 8, 14) Davides eam possedit, postea Salomo, cuius classis inde Ophiram petiit 1 Reg. 9, 26. Quam cum postea recuperassent Idumaei, Usias eam imperio judaico iterum ascivit 2 Reg. 14, 22, Rezinus vero, Syrorum rex, denuo Judaeis eripuit 2 Reg. 16, 6, nec postea Judaei ea potiti sunt. A Josepho dr. Ἐλλάνη, Ἔλανα Ptolemaeo, *Aelana* Plinio (VI, 32 s. 38). Vid. *Relandi* Palaest. p. 217. 554 sq. *Le Quien* Oriens christ. T. III. p. 758. Arabum scriptoribus أَيْلَة dicitur. Recentiorum primus E. Rüppellius Francofurtensis nuper eius rudera adiit eaque hodie *Gelena* appellari tradit. Castellum vicinum cum urbe recentiore, quam *palmetum* (cf. Strab. 16, p. 776 Casaub.) obumbrat, عقبة i. e. mons vocatur. Vid. *v. Zach* correspondence astron. VII, 464.

אֱיָלוּת f. i. q. אֱיָל pr. *fortitudo, robur* dein *auxilium*. Ps. 22, 20. Rad. אוּל no. 1.

אֵילָם pl. אֵילַמִּים et אֵילַמּוֹת architecturae vocabulum definitu perquam difficile. Videtur significasse *proiecturam cymatii (Gesimse)*, aperte enim ab אֵיל, quocum plerique confuderunt, distinguitur Ez. 40, 7 sq. Nimirum אֵילַמִּים aedificium circumcirca cingunt, iisque fere ubivis אֵילִים iunguntur. Vid. 40, 16. 22. 26. 29.

אֵילִם (arbores, fort. palmetum) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto eiusque ab Aegypto secundae, cum duodecim fontibus et septuaginta *palmis*. Ex. 15, 27. 16, 1. Num. 33, 9. Cum He parag. אֵילִמָה Ex. 15, 27. Conferebant Geographi vallem illius regionis Garendel dictam, sed Ehrenbergius V. Cl., ut coram mihi narravit, vallem عاليم dictam in eius vicinia invenit, quo quidem in verbo nomen illud antiquum latere admodum probabile est.

אִילָן chald. m. *arbor*. Dan. 4, 7. 8 sq. Syr. ܐܺܝܠܳܢ id. Respondet Hebraeorum אִלָּן, sed Chaldaeorum usus latius patet.

אֵילַת vid. אֵילוֹת.

אַיֶּלֶת f. i. q. אַיָּלָה (cui est pro statu constr.) *cerva*, blanda feminae compellatio. Prov. 5, 19. Difficile explicatu est, quid sibi velit hoc vc. in inscriptione Ps. 22: עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *super cervam aurorae*. Nobis ista verba carminis cuiusdam alius nomen esse videntur, ad cuius modos hic Psalmus decantandus sit, cf. קֶשֶׁת 2 Sam. 1. *Cerva aurorae* vero prob. erat sol ipse matutinus

primos radios spargens, quem Arabes dorcadem vocant, radios ex usu linguae cum cornibus (v. קֶרֶן) comparantes. Vide *Schultens* ad Iob. p. 1193. ad Har. Cons. V. p. 163.

אָיַם rad. inus. Chald. et Talmud. אַיֵּם *terruit.* Propria radicis potestas mihi esse videtur in *stupefaciendo (verstummen machen)*, cf. rad. דָּהַם, הָמַם. Fortasse etiam conferendum עָיַם q. v. — Inde

אָיֹם f. אֲיֻמָּה adj. *terribilis, formidabilis.* Hab. 1, 7. Cant. 6, 4. 10, et

אֵימָה (pro אֵימָה) f. *terror.* Deut. 32, 25. Sequitur genitivus eius, qui aliis terrorem incutit. Prov. 20, 2: אֵימַת מֶלֶךְ *terror regis*, quem regia maiestas incutit. Iob. 33, 7: אֵימָתִי *terror meus* i. e. quem incutio. Cum He parag. אֵימָתָה Ex. 15, 16. Plur. אֵימוֹת Ps. 55, 5.

Plur. אֵימִים 1) *terrores* Ps. 88, 16. 2) *idola* Jer. 50, 38, a terrore dicta, quem iniiciunt cultoribus. Cf. מִפְלֶצֶת. 3) *Emaei*, n. pr. populi antiquissimi, qui ante Moabitas terram ipsorum incoluisse fertur. Gen. 14, 5. Deut. 2, 11.

אָיַן rad. inus. idem significans quod אוּן, q. v. Inde

I. **אַיִן** st. constr. אֵין pr. subst. *nihilum, defectus, vacuitas.* Jer. 40, 23: הַנּוֹתֵן רוֹזְנִים לְאַיִן *qui principes redigit ad nihilum.* Hinc adv. 1) *nihil.* Saepe ita, ut verbum substantivum involvat 1 Reg. 8, 9: אֵין בָּאָרוֹן רַק שְׁנֵי לֻחוֹת הָאֲבָנִים *nihil erat in arca praeter duas tabulas lapideas.* Ps. 19, 7. Ex. 22, 2. — 2) *non*, incluso itidem verbo substantivo: *non est, non erat, non sunt, non erat* cet. i. q. לֹא יֵשׁ, arab. لَيْسَ, aram. ܠܰܝܬ, לֵית, לַיִת, ࠋࠉࠕ. Num. 14, 42: כִּי אֵין יְהוָה בְּקִרְבְּכֶם *quia non est Jehova inter vos.* Iudd. 21, 25: *in diebus illis* אֵין מֶלֶךְ בְּיִשְׂרָאֵל *non erat rex in Israële.* Gen. 37, 29: אֵין יוֹסֵף בַּבּוֹר *non fuit Josephus in cisterna.* Ps. 10, 4. Ex. 12, 30. Lev. 13, 31. In quibus formulis affirmative dicitur יֵשׁ, in iisdem negative אֵין, ut יֶשׁ לְאֵל יָדִי Gen. 31, 29 et אֵין לְאֵל יָדֵנוּ Neh. 5, 5. Praeterea observandum: a) ubicunque pronomen aliquod personale sententiae subiectum constituit, istud pronomen adverbio nostro suffigi debet, ut אֵינֶנִּי ego non (sum, fui, ero), אֵינְךָ tu non (es, fuisti, eris), אֵינֵךְ, אֵינֶנּוּ, אֵינָם, אֵינְכֶם, אֵינֶנָּה, et forma plurali (qs. ab אֵינִים) אֵינֵימוֹ, אֵינֶמוֹ Ps. 59, 14. 73, 5. — b) Cum verbum substantivum ex linguae usu in hac negandi particula lateat, ea paene ubivis participio iungitur. Dan. 8, 5: *ecce hircus ab occidente veniebat super faciem terrae* וְאֵין נֹגֵעַ בָּאָרֶץ *et non tangebat terram*, i. q. לֹא נֹגֵעַ. Esth. 3, 8. 7, 4. Esr. 3, 13. Ex. 5, 16: תֶּבֶן אֵין נִתָּן *stramen non datur* i. q. לֹא נִתָּן. Saepe ita circumscribitur *nemo, nullus* Jos. 6, 1: אֵין יוֹצֵא וְאֵין בָּא *neque* (erat) *egrediens, neque* (erat) *ingrediens*, i. e. nemo egrediebatur, et nemo ingrediebatur. Lev. 26, 6. Jes. 5, 29. Rarissime nec citra soloecismum iungitur verbo finito, Jer. 38, 5: כִּי אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר *nam non valet rex quicquam contra vos.* Iob. 35, 15, atque adeo particulae יֵשׁ, Ps. 135, 17: אֵין־יֶשׁ רוּחַ בְּפִיהֶם *non est spiritus in ore eorum.* Accuratius utrobique scribendum erat לֹא. Similiter tamen Arabes recentiores لَيْس scribunt pro لَا. — c) אֵין לִי *mihi non est* dr. pro *non habeo, non habui.* Lev. 11, 10. 1 Sam. 1, 2, ut arab. لَيْسَ لِي. Sequente gerundio saepe valet *non licet*, sicut οὐκ ἔστιν pro οὐκ ἔξεστιν, et arab. كَانَ لِي *est mihi* pro *licet mihi.* Cor. 4, 94.

10, 100. Esth. 4, 2: אֵין לָבוֹא *non licet intrare.* Ruth. 4, 4. Ps. 40, 6: אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *non licet quicquam tibi comparare*, ubi עֲרֹךְ poet. dicitur pro לַעֲרֹךְ. — d) Variis iungitur vocabulis: אֵין אִישׁ nemo (est, erat) Gen. 31, 50. Ex. 2, 12. אֵין דָּבָר Ex. 5, 11, et אֵין מְאוּמָה 1 Reg. 18, 43 nihil quicquam (est, erat). אֵין כֹּל nihil prorsus (est, erat) Eccl. 1, 9. — 3) Quemadmodum יֵשׁ saepe valet *adest, praesto est,* ita אֵין *non adest, non praesto est, erat, erant* cet. *il n'y a pas.* Num. 21, 5: כִּי אֵין לֶחֶם וְאֵין מַיִם *nam neque panis praesto est, neque aqua.* 1 Sam. 9, 4. 10, 14: *et vidimus* כִּי אַיִן *eas non adesse.* Gen. 2, 5. Num. 20, 5. Gen. 5, 24 de ἀφανισμῷ Henochi: וְאֵינֶנּוּ כִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים. 1 Reg. 20, 40: וְהוּא אֵינֶנּוּ *ecce evanuerat ille.* De morte Ps. 39, 14. — 4) Reddi potest *sine, absque* i. q. בְּאֵין. Sed pr. exempla redeunt ad no. 2. Joel 1, 6: *valida et absque numero,* pr. et non est numerus. Deut. 32, 4.

5) Cum Praefixis: a) בְּאֵין pr. *in defectu,* α) *quando non extat* Prov. 8, 24: בְּאֵין תְּהֹמוֹת *quum nondum* (essent) *fluctus* i. e. ante fluctus creatos, cf. בְּטֶרֶם. β) Plerumque i. q. *sine,* בְּלֹא. Ez. 38, 11: בְּאֵין חוֹמָה *sine muro.* Prov. 5, 23. 11, 14. — b) כְּאַיִן *propemodum, paene* Ps. 73, 2, pr. fere nihil, hinc: nihil abfuit quin. Cf. כִּמְעַט parum abfuit quin i. e. propemodum. — c) לְאֵין α) pro לַאֲשֶׁר אֵין *ei cui non* (est) Jes. 40, 29, *ei cui nihil* (est) Neh. 8, 10. — β) pro לְלֹא הֱיוֹת *ita ut non* (esset) Esr. 9, 14. — d) מֵאֵין α) *ita ut non* (c. duplice negatione, v. *Lehrg.* §. 224, not. 2). Jes. 5, 9: מֵאֵין יוֹשֵׁב *ita ut non sit habitator.* 6, 11. It. *eo quod non* (est) Jes. 50, 2. β) i. q. אֵין cum מִן pleonastico (cf. מִן no. 1, d) *nemo.* Jer. 10, 6. 7. 30, 7.

Not. אַיִן, nominis status *absolutus,* nonnisi in fine enuntiationum, אֵין st. constr. ubivis ita usurpatur, ut ad sequentia pertineat, v. c. Num. 20, 5: מַיִם אַיִן *aqua non adest,* pro quo etiam אֵין מַיִם dici potest.

II. **אַיִן** adv. interrog. *ubi?* (arab. أَيْنَ) i. q. אֵי, אַי cum ן adiecto, ut in אֵזַי, אֲדַיִן. Legitur tantummodo c. מִן praef. מֵאַיִן *unde?* Gen. 29, 4 et saepe.

אִין 1 Sam. 21, 9 i. q. אֵין, sed interrogative pro הַאֵין.

אִיעֶזֶר v. אֲבִיעֶזֶר.

אֵיפָה, rarius אֵפָה f. *mensura* eaque frumentaria, spec. *modius,* tria *sata* (סְאָה) vel decem Gomer (Ex. 16, 36) continens. Teste Josepho (Archaeol. 15, 9 §. 2) Epha medimnum atticum aequabat, sex modios romanos i. e. $\frac{15}{16}$ modii Berolinensis, circiter 2600 digitos cubicos modii Parisiensis continentem, cf. Ex. 16, 16. 18. 32. Zach. 5, 6 sqq. Iudd. 6, 19. Ruth 2, 17, ex quibus locis obiter certe de huius mensurae capacitate coniici potest. — אֵיפָה וְאֵיפָה *duplex modius* (alter iustus, alter iusto minor et iniustus) Prov. 20, 10. Deut. 25, 14. Am. 8, 5. Non habet hoc vc., a qua commode deduci possit, radicem semiticam, nisi ab אוּף = אפף *circumdedit* repetas, ut a forma rotunda modius dictus sit. Verosimilius ad linguam aegyptiacam refertur. LXX. vertunt οἰφί vel οἰφεί, quae mensura Aegyptiorum antiquissima fuit Coptisque scribitur ⲱⲓⲡⲓ, cui quatuor χοίνικας Hesychius tribuit. Accedit quod apud eosdem verbum ⲱⲡ, ⲱⲡⲓ *numerare* deprehenditur, unde ⲏⲡⲓ *mensura* dicta est.

אֵיפֹה (ex אֵי et פֹּה hîc, ita) *ubi?* Jes. 49, 21. Ruth 2, 19; *qui?*

Iudd. 8, 18. In interrogatione indirecta Jer. 36, 19.

אֵיפוֹא i. q. אֵפוֹא *prorsus, ita, igitur.* Iudd. 9, 38. Prov. 6, 3, in nonnullis certe editt., sed accuratius scribendum erat אֵפוֹא, q. v.

אִישׁ c. suff. אִישִׁי, אִישְׁךָ, אִישָׁהּ, in Plur. nonnisi ter obvio (Ps. 141, 4. Prov. 8, 4. Jes. 53, 3) אִישִׁים, in cuius locum linguae usus substituit אֲנָשִׁים (a sing. inusit. אֱנָשׁ), st. constr. אַנְשֵׁי, c. suff. אֲנָשָׁיו, אַנְשֵׁיהֶם, et periphrasticum בְּנֵי אִישׁ (cf. no. 6).

1) *vir.* Spec. a) opp. feminae *mas, masculus.* Gen. 4, 1: *nacta sum virum cum Deo* i. e. prolem masculam. 1 Sam. 1, 11. Adeo de brutis Gen. 7, 2, cf. 1, 27. 6, 19. Ita lat. *vir* de bestiis Virg. Eccl. 7, 7. — b) *maritus,* opp. coniugi, Ruth 1, 11. Gen. 3, 6. 29, 32. 34. C. suff. אֲנָשֵׁינוּ viri i. e. mariti nostri Jer. 44, 19. Ita graec. ἀνήρ Il. 18, 291, lat. *vir* Hor. sat. 1, 2, 127. — c) Opp. seni est nomen *virilis aetatis.* 1 Sam. 2, 33. Nonnunquam d) *virilem animum, viri virtutem* designat (cf. verb. in Hithpal.) 1 Sam. 4, 9: הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים *strenuos vos gerite et estote viri!* 1 Reg. 2, 2. Cf. Hom. Il. 5, 529. — Est e) *homo,* opp. numini Iob. 9, 32. 12, 10. Jes. 31, 8, maxime in Plur. Gen. 32, 29. Jes. 7, 13. Cf. hom. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Opp. bestiis Ex. 11, 7. Gen. 49, 6. — f) Per appositionem iungitur aliis substantivis, ut אִישׁ סָרִיס eunuchus Jer. 38, 7, אִישׁ כֹּהֵן sacerdos Lev. 21, 9; imprimis gentilitiis, אִישׁ עִבְרִי Hebraeus Gen. 39, 14. Cf. gr. ἄνδρες Γαλιλαῖοι, ἄνδρες Ἰσραηλῖται Act. 1, 11. 3, 12. — g) Sequ. genitivo urbis, terrae populique *incolam civemve* eius notat. אִישׁ יִשְׂרָאֵל Israelita; אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 7, 11; אַנְשֵׁי יְהוּדָה 2 Sam. 19, 42, it. אַנְשֵׁי הָעִיר Gen. 24, 13. Hac maxime significatione sing. אִישׁ collective ponitur, אִישׁ יִשְׂרָאֵל pro אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל Jos. 9, 6. 7. 10, 24. Iudd. 7, 8. 8, 22 cet. — h) Seq. genitivo regis, ducis, praefecti militaris, domini cet. *viri alicuius* sunt *comites, sectatores, milites* eius, *seine Leute.* 1 Sam. 23, 3. 12. 24, 5. 8. 28, 1. Semel fortasse de *cognatis* et *necessariis* dicitur, ut syr. ܐ̱ܢܳܫ̈ܐ ܦܰܠܚ, videl. Ez. 24, 17. 22, ubi לֶחֶם אֲנָשִׁים est cibus, quem cognati et necessarii lugentibus mittere solebant. Similiter i) אִישׁ אֱלֹהִים et c. art. אִישׁ הָאֱלֹהִים *vir Dei,* i. q. servus et pedissequus Dei, de angelis Iudd. 13, 6. 8, de prophetis 1 Sam. 2, 27, de Mose Deut. 33, 1, de Davide 2 Par. 8, 14. — k) Sequ. genitivo, qui attributum, virtutem, vitium cet. designat, eum notat, qui *tali attributo praeditus* est, solentque Hebraei hunc in modum adiectiva circumloqui. אִישׁ תֹּאַר vir formae i. e. formosus, אִישׁ דָּמִים sanguinolentus, אַנְשֵׁי לֵבָב cordati cet., אַנְשֵׁי הַשֵּׁם celebres Gen. 6, 4, cf. אִישׁ הָאֲדָמָה agricola Gen. 9, 21. — l) Usurpatur coll. de *militibus,* germ. *Mannschaft, Kriegsmannschaft.* Jes. 21, 9. Cf. אָדָם 22, 6. — m) אִישׁ *virum* notat *nobiliorem,* opp. אָדָם homini l. hominibus ex plebe. V. sub אָדָם no. 1. lit. b. — n) Ubi iungitur numeralibus, post numeros infra denarium ponitur אֲנָשִׁים, ut שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים Gen. 18, 2, intra denarium et vicenarium plerumque אִישׁ Num. 1, 44, supra vicenarium ubique אִישׁ 1 Sam. 14, 14. 22, 2. 18 cet. cet.

2) Sequ. אָח aut רֵעַ *alter.* Vide אָח et רֵעַ.

3) *aliquis.* Gen. 13, 16. Ex. 16, 29. Cant. 8, 7. (Ita syr. ܐ̱ܢܳܫ pro τις v. c. ܐ̱ܢܫ ܝܗܘܕܝܐ Judaeus quidam).

4) *quisque, quilibet.* 1 Reg. 20, 20: וַיַּכּוּ אִישׁ אִישׁוֹ *et necarunt quilibet virum suum.* אִישׁ וָאִישׁ, אִישׁ וְאִישׁ Ps. 87, 5. Esth. 1, 8 *(männiglich).* Semel pariter atque כֹּל alii substantivo praemittitur. Gen. 15, 10: וַיִּתֵּן אִישׁ־בִּתְרוֹ לִקְרַאת רֵעֵהוּ *et posuit alteram singulorum* (animalium) *partem ex adverso alterius.* אִישׁ־בִּתְרוֹ est i. q. כָּל־בִּתְרוֹ, sed dedit sacer scriptor אִישׁ pro כֹּל, ut responderet sequenti רֵעֵהוּ.

5) Adhibetur constructioni impersonali pro germ. *man*, gall. *on*, angl. *one* vel *Man (Man says, Men say)* 1 Sam. 9, 9: לְפָנִים בְּיִשְׂרָאֵל כֹּה אָמַר אִישׁ *olim in Israële ita dicebant* l. dicebatur.

6) בְּנֵי אִישׁ *filii viri* Plur. est periphrasticus pro *viri* simpliciter, sicut בְּנֵי אָדָם, v. אָדָם no. 5. Ps. 4, 3. Interdum ponitur ἐμφατικῶς de viris nobilibus, opp. בְּנֵי אָדָם Ps. 49, 3. Prov. 8, 4, v. אָדָם no. 1, litt. b.

Quod ad originem attinet, de nostra sententia אִישׁ est vc. primitivum, idque tamen emollitum ex forma duriore אֱנֹשׁ *ensch* (q. v.), unde אִשָּׁה pro אִנְשָׁה, et Plur. אֲנָשִׁים. Similiter Arabes habent إِنْسَانٌ et إِيسَانٌ. Congruit sanskrit. *ischa* dominus, *ischi* domina, et nescio sitne conferendum gr. ἴς lat. *vis* et *vir* (cf. honor, honos, παῖς, lac. ποῖρ, puer). Derivatur verbum in

Hithpal. הִתְאוֹשֵׁשׁ *virum se gessit, praestitit* (ἀνδρίζεσθαι), *sich ermannen.* Jes. 46, 8: הִתְאֹשָׁשׁוּ *viros vos praestate* h. e. sapientes estote, abiicite pueriles idololatriae nugas. Recte Lutherus: *seyd Männer.* (Chald. הִתְאַשֵּׁשׁ et הִתְאַשַּׁשׁ id.)

אִישׁ־בֹּשֶׁת (vir erubescentiae i. e. erubescens, fort. verecundus) n. pr. filii Sauli, qui post patris fratrumque obitum per biennium undecim tribuum imperium contra Davidem obtinebat. 2 Sam. 2—4.

אִשְׁהוֹד (vir gloriae) n. pr. m. 1 Par. 7, 18.

אִישׁוֹן (demin. ab אִישׁ) m. 1) *homunculus*, et sequ. עַיִן *homunculus oculi* i. e. *pupilla*, in qua tanquam in speculo hominis imagunculam conspicimus. Deut. 32, 10. Prov. 7, 2. Lepidissimam hanc imaginem multae linguae frequentant, ut arab. إِنْسَانُ ٱلْعَيْنِ homunculus oculi, gr. κόρη, κοράσιον, κορασίδιον, lat. *pupa, pupula, pupilla,* pers. مردک et cf. quae collegimus in Thes. p. 86. Plenius Ps. 17, 8 אִישׁוֹן בַּת עַיִן i. e. *pupilla, filia oculi.* (V. בַּת). — 2) Metaph. *medium, meditullium rei* (ut arab. بُؤْبُؤٌ pupilla pro medio, cacumine). Hinc Prov. 7, 9: *in pupilla noctis* i. e. media nocte. 20, 20: *in pupilla tenebrarum* i. e. in mediis tenebris, quo loco in Keri legitur בֶּאֱשׁוּן ח׳ *in tenebris noctis.*

אִשַׁי chald. pro יִשַׁי 1 Par. 2, 13.

אִיתוֹן pro אִתּוֹן m. Ez. 40, 15 Keri: *introitus*, a rad. אתה i. q. בּוֹא venit, introiit. In Chethibh littera Jod transposita יאתון legitur.

אִיתַי chald. i. q. hebr. יֵשׁ *est,* ex quo ortum est. (Arab. أَيْسٌ, sed in paucis formulis, syr. ܐܝܬ, in Targg. אִית, Talmud. איתא) Dan. 5, 11: אִיתַי גְּבַר בְּמַלְכוּתָךְ *est vir* quidam *in regno tuo.* 2, 28. 30. 3, 25. Cum part. negandi לָא אִיתַי Dan. 2, 10. 11. 3, 29. Sequ. Plur. 3, 12. Ut variae verbi substantivi personae exprimantur, suffiguntur pronomina, maximam partem pluralia: אִיתוֹהִי ille est Dan. 2, 11, אִיתַנָא nos sumus 3, 18, אִיתָךְ tu es 2, 26,

אִיתְּכוֹן vos estis 3, 14. Atque hae formae cum participio constructae verbum finitum circumscribunt. Dan. 3, 18: לָא אִיתַנָא פָּלְחִין *non colimus.* Ubi absolute legitur, plerumque vertendum est *existit, extat, il y a.* Dan. 2, 10. 11. אִיתַי לְ est alicui, *habet* Esr. 4, 16.

אִיתַי n. pr. v. אִתַּי.

אִיתִיאֵל n. pr. (pro אִתִּי אֵל *mecum est Deus*) Prov. 30, 1. *Ithiel* et Uchal liberi vel discipuli Aguri fuisse videntur, quibus sententias suas inscripsit.

אִיתָמָר (terra palmarum) n. pr. filii Aharonis natu minimi. Deut. 6, 23. 28, 1.

אֵיתָן et **אֵתָן** (pro יֵתָן cum Aleph prosthetico, a rad. יָתַן perennis fuit) Adj. 1) *perennis,* maxime de aqua. נַחַל אֵיתָן rivus perennis, perpetuo fluens. Deut. 21, 4. Am. 5, 24 et omisso נַחַל 1 Reg. 8, 2: יֶרַח־הָאֵיתָנִים *mensis rivorum perennium* (alibi *Tisri*), qui anni hebraei septimus est, a novilunio Octobris usque ad novilunium Novembris. — Subst. *perennitas.* Ps. 74, 15: נַהֲרוֹת אֵיתָן *flumina perennitatis* i. e. perennia, de perennitate i. e. *fluxu* maris Ex. 14, 27. — Iob. 33, 19 in Chethibh: (בְ)רִיב עֲצָמָיו אֵתָן *et bello perenni in ossibus suis* sc. הוּכַח punitur. — 2) *firmus, validus.* Jer. 5, 15: גּוֹי אֵיתָן *populus fortis.* Iob. 12, 19: אֵיתָנִים *potentes* (Vulg. *optimates*) (33, 19). Gen. 49, 24: תֵּשֶׁב בְּאֵיתָן קַשְׁתּוֹ *manet arcus eius firmus,* quo in loco ב est Beth essentiae. — 3) *durus,* hinc *perniciosus, terribilis* Prov. 13, 15: *via improborum est perniciosa.* Satis apte Lutherus: *bringt Wehe.* Hieron. *vorago.* — Hinc 4) poët. *petra, rupes* a duritie. Mich. 6, 2: הָאֵיתָנִים מוֹסְדֵי אָרֶץ *rupes, fundamenta terrae.* Jer. 49, 15. 50, 44: נְוֵה אֵיתָן *habitaculum saxeum* (cf. 49, 16: חַגְוֵי סֶלַע) Num. 24, 21. — 5) n. pr. Esrachitae (v. אֶזְרָחִי), viri sapientis (1 Reg. 5, 11), cui Psalmus 89 in eiusdem inscriptione tribuitur.

אַךְ (decurtatum ex אָכֵן a rad. כּוּן, cf. chald. הָכֵי, הָכִין et כְּ ortum ex pleniore כֵּן) 1) part. affirmativa: *profecto, certe, haud dubie.* Gen. 44, 28: אַךְ טָרֹף טֹרָף *haud dubie dilaceratus est.* Iudd. 3, 24. 1 Reg. 22, 32. 2 Reg. 24, 3. Ps. 58, 12. Iob. 18, 21. — Inde 2) adv. restringendi, *tantum, tantummodo.* Ex. 10, 17: אַךְ הַפַּעַם *nonnisi nunc.* Lev. 11, 21: אַךְ אֶת־זֶה תֹּאכְלוּ *nonnisi hoc comedetis.* Ps. 37, 8: *noli exacerbari, nonnisi ad maleficiendum* (fit hoc), h. e. ira facile facinoris causa fit. Prov. 14, 23: *inania verba* אַךְ לְמַחְסוֹר *nonnisi ad egestatem* (ducunt). 11, 24. 21, 5. Spec. usurpatur a) ante adiectiva, ubi *nonnisi, nil nisi* est i. q. *prorsus, omnino.* Deut. 16, 15: וְהָיִיתָ אַךְ שָׂמֵחַ *et sis nonnisi laetus* i. e. totus laetus. Jes. 16, 7: אַךְ נְכָאִים *prorsus contriti.* 19, 11. b) ante substantiva: *nil nisi,* quod saepe adiectivis *solus, merus, totus* reddi potest, germ. *lauter,* angl. *merely.* Ps. 139, 11: אַךְ חֹשֶׁךְ *nil nisi tenebrae* h. e. merae tenebrae. Ps. 39, 12: אַךְ הֶבֶל *nil nisi vanitas,* mera vanitas. c) ante adverbia et verba: *prorsus.* Ps. 73, 13: אַךְ רִיק *omnino frustra.* 1 Sam. 25, 21. Iob. 19, 13: יֹדְעַי אַךְ זָרוּ מִמֶּנִּי *noti mei prorsus a me alienati sunt.* Iudd. 20, 39. Iob. 23, 6. Cf. Ex. 12, 15: אַךְ בַּיּוֹם הָרִאשׁוֹן *prorsus primo die* est *ipso die primo, nur gleich am ersten Tage.* — 3) est excipientis: *modo, tantummodo, sed.* Gen. 20, 12: אַךְ לֹא בַת אִמִּי *modo non* (*μονονουχὶ*) *filia matris meae.* Lev. 11, 4. Num. 26, 55. Deut. 18, 20. Jos. 3, 4. — 4) de tempore *tantum quod* pro *modo, vixdum.* Gen. 27, 30: אַךְ יָצֹא יָצָא יַעֲקֹב־וְעֵשָׂו אָחִיו בָּא *tantum quod exierat Jacobus* ......

cum Esavus frater eius intraret. Iudd. 7, 19. Cf. Cic. ad fam. 8, 23: *tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litterae redditae sint.* Vellej. 2, 117.

אָכַד rad. inusit. i. q. אָגַד, עָקַד *ligavit*, dein *munivit* urbem. Inde

אַכַּד (ligatura i. e. munitio, arx, castellum) n. pr. urbis a Nimrode conditae. Gen. 10, 10. LXX. Ἀρχάδ (cf. דַּרְמֶשֶׂק dameśek et דַּמֶּשֶׂק). Targg. Hieron. *Nesibin* intelligunt, Mesopotamiae urbem. Alias coniecturas sed admodum incertas dederunt Bochartus in Phaleg. IV, 17 et Clericus ad l. l.

אַכְזָב (pro כָּזָב cum Aleph prosthetico) adj. *mendax, fallax.* Spec. pro נַחַל אַכְזָב rivus fallax i. e. mox exarescens et viatoris spem fallens. Jer. 15, 18. Mich. 1, 14. Opp. אֵיתָן rivus perennis. Cf. fundus mendax Hor. Carm. 3, 1, 30.

אַכְזִיב (i. q. אַכְזָב) n. pr. 1) oppidi maritimi in tribu Asser, Acconem inter et Tyrum siti, gr. *Ecdippa,* hodie *Dsib* dicti. Jos. 19, 29. Iudd. 1, 31. — 2) oppidi in tribu Judae. Jos. 15, 44. Mich. 1, 14. Cf. כְּזִיב et כֹּזְבָה.

אַכְזָר (a rad. כּוּר pr. fregit) adj. 1) *fortis, audax* Iob. 41, 2. — 2) *durus, crudelis* Thren. 4, 3, hinc *hostis* Iob. 30, 21. — 3) *saevus* (de veneno) Deut. 32, 33.

אַכְזָרִי i. q. אַכְזָר (c. exitu adiectivorum ִי—) 1) *durus, crudelis* Prov. 5, 9. 17, 11. Jer. 6, 23. — 2) *saevus, atrox.* Prov. 17, 11: *nuntius atrox* i. e. qui nuntium affert funestum, velut sententiam mortiferam. Jes. 13, 9. Jer. 30, 14.

אַכְזְרִיּוּת f. (ab אַכְזָרִי c. terminatione וּת, vide Gramm. nostr. §. 76 no. 4) *crudelitas, saevitia* (irae). Prov. 27, 4.

אֲכִילָה f. *cibus, esus* 1 Reg. 19, 8. Rad. אָכַל.

אָכִישׁ (a rad. אָכַשׁ) n. pr. regis Philistaeorum in urbe Gath. 1 Sam. 21, 11. 27, 2. 1 Reg. 2, 39.

אָכַל inf. constr. אֱכֹל, c. Praef. בֶּאֱכֹל, לֶאֱכֹל, c. Suff. אָכְלוֹ, אֲכָלְךָ, fut. יֹאכַל, in Pausa יֹאכֵל, semel יוֹכַל (Ez. 42, 5) 1) *edit, comedit.* (Vicina rad. est כָּלָה). Ponitur absol. Deut. 27, 7. 1 Sam. 9, 13, saepius c. acc. cibi, raro sq. לְ Thren. 4, 5, בְּ Ex. 12, 43—45. Lev. 22, 11 et מִן Lev. 7, 21. 25, 22. Num. 15, 19, cf. ἐσθίειν τινός. Usurpatur non solum, idque sexcenties, de hominibus, sed etiam de bestiis Jes. 11, 7, unde הָאֹכֵל Iudd. 14, 14 *comedens* in aenigmate Simsonis est *leo* (cf. arab. اكول).

Caeterum has observes loquendi formulas: a) *edere terram, agrum, vitem* dr. pro *fructum eius comedere.* Gen. 3, 17. Jes. 1, 7. 36, 16 (cf. 37, 30). — b) *Sacrificia comedere* dicuntur idola, locutione a lectisterniis petita. Deut. 32, 38. Ez. 16, 20. — c) אָכַל לֶחֶם est *cibum consumsit* 1 Reg. 21, 7. Ps. 102, 5, et addito לֹא cibum non sumsit, ieiunavit 1 Sam 28, 20. 30, 12, illud impr. *pransit, coenavit, epulatus est* Gen. 31, 54. 43, 16. Jer. 41, 1. 52, 33 cf. φαγεῖν ἄρτον Luc. 14, 1. Nonnunquam אָכַל לֶחֶם simpliciter est *vixit.* Amos 7, 12. — d) אָכַל לִפְנֵי יְהוָה dicitur de *epulis sacrificalibus* in templo institutis. Deut. 12, 7. 18. 14, 23. Ex. 18, 12. — e) *comedit carnem alicuius* Ps. 27, 2 de hostibus saevis et ferocibus, sanguinem alicuius sitientibus. — Aliud est f) *carnem suam comedere* Eccl. 4, 5 de stolido, qui invidia conficitur. Cf. Hom. Il. 6, 202: ὃν θυμὸν κατέδων. — g) אָכַל הָעָם, עֲנִיִּים *comedere, devorare populum, pauperes* di-

cuntur viri principes opes populi absumentes, eum divexantes et exhaurientes Ps. 14, 4. Prov. 30, 14. Hab. 3, 15. Cf. δημοβόρος βασιλεύς (Il. 1, 231). Idem est *carnem populi comedere* Mich. 3, 3. Alibi *comedere* est i. q. caede belloque absumere. Hos. 7, 7. Jes. 9, 11. Deut. 7, 16. Jer. 10, 25. 30, 16. 50, 7. 17. 51, 34. Cf. Judith 5, 24. h) *sermones* alicuius *comedere* est avide captare, gr. φαγεῖν ῥήματα, dicta devorare (Plaut. Asin. 3, 3, 59). Jer. 15, 16: נִמְצְאוּ דְבָרֶיךָ וָאֹכְלֵם *verba tua* (ad me) *perlata sunt et comedi ea* i. e. avide ea devoravi, tota mea feci. (Cf. ad Carm. samarit. 4, 16). Hinc explicanda visio de volumine prophetae ad devorandum tradito Ez. 2, 8. 3, 1 sq. Apoc. 10, 9. 10.

2) *voravit, absumsit,* saepe de inanimatis, velut de igne, Num. 16, 35. 21, 28. 26, 10. Iob. 1, 16 cet., sq. בְּ Zach. 11, 1 (cf. ignis edax Virg. Aen. 2, 758, πάντας πῦρ ἐσθίει Il. 23, 182); de gladio 2 Sam. 2, 26. 18, 8. Deut. 32, 42, de fame et peste Ez. 7, 15, de morbo mortifero Iob. 18, 13, de ira Dei Ex. 15, 7, de exsecratione Jes. 24, 6, de calore et frigore Gen. 31, 40, de nimio studio et desiderio Ps. 69, 10.

3) *fructus est* aliqua re, ut bono, fortuna Iob. 21, 25, fructibus bonarum malarumve actionum, amplexibus venereis Prov. 30, 20 (cf. 9, 17, et vesci voluptatibus Cic. fin. 5, 20).

4) fortasse *gustavit,* de gustandi sensu Deut. 4, 28.

5) *diminuit, detraxit.* Ez. 42, 5: *cellae superiores breviores erant* כִּי יוֹכְלוּ אַתִּיקִים מֵהֵנָּה *nam tigna s. columnae detrahebant inde* i. e. partem earum occupabant.

Niph. נֶאֱכַל fut. יֵאָכֵל *comedi* Ex. 12, 46. 13, 3. 7, it. comedi posse, esu idoneum esse, Gen. 6, 21. Metaph. igne absumi Zach. 9, 4.

Pi. אִכֵּל i. q. Kal, ut arab. أَكَّلَ *esitavit, absumsit.* Iob. 20, 26: תְּאָכְלֵהוּ אֵשׁ (lege teāchlehu) *consumit eum ignis,* pro תְּאַכְּלֵהוּ. Dagesch forte extrusum compensatur vocali longa Kamez. Nonnulli tamen codd. praebent תְּאַכְּלֵהוּ. Cf. *Lehrgeb.* §. 72, not. 2. p. 251.

Pu. *consumi,* igne Neh. 2, 3. 13, gladio Jes. 1, 20.

Hiph. הֶאֱכִיל fut. יַאֲכִיל, semel 1 pers. אוֹכִיל (Hos. 11, 4), inf. הַכִיל pro הַאֲכִיל (Ez. 21, 33) fecit, ut comederet, voraret (gladius Ez. 21, 33), spec. *comedendum dedit, cibavit* c. c. duobus accus., altero personae, altero rei. Ex. 16, 32. Num. 11, 18. Deut. 8, 16. Jes. 49, 26, c. מִן cibi Ps. 81, 17.

Praeter haec, quae statim sequuntur, derivata v. מַאֲכָל, אֲכִילָה.

אֲכַל fut. יֵאכֻל chald. i. q. hebr. *comedit, voravit.* אֲכַל קַרְצוֹהִי דִּי *frusta alicuius comedit* metaph. *calumniatus est, accusavit eum* Dan. 3, 8. 6, 25. Ita in Targg. אֲכַל קוּרְצִין pro hebr. הָלַךְ רָכִיל, רָגַל. (Syr. ܐܟܰܠ ܩܶܪܨܶܐ pro gr. διαβάλλω Luc. 16, 1, unde part. ܐܟܶܠ ܩܰܪܨܶܐ diabolus, arab. أَكَلَ لَحْمَ فُلَانٍ id.).

אֹכֶל c. suff. אָכְלוֹ 1) n. act. *edere, vorare.* Ex. 12, 4: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ *quisque prout edit.* 16, 16. 18. 21. Iob. 20, 21. — 2) *cibus,* maxime a) *frumentum, fruges, annona, commeatus* Gen. 14, 11. 41, 35 sq. 42, 7 sq. 43, 2 sq. 44, 1; b) *praeda, esca.* Iob. 9, 26. 39, 3. 32.

אֻכָל n. pr. hominis Prov. 30, 1.

אָכְלָה f. *cibus* Gen. 1, 29. 6, 21; de pabulo ferarum Jer. 12, 9, ignis Ez. 15, 4. 6.

אָכֵן (pr. inf. abs. Hiph. a rad. כּוּן pro הָכֵן, הָכִין, *stabiliendo,* chald. הָכֵי, הָכִין) adv. 1) firmiter affirmandi: *profecto! sane!* Gen. 28,

16. Ex. 2, 14. Jer. 8, 8. — 2) adversat. *verum, vero.* Ps. 31, 23. Jes. 49, 4. 53, 4. Inde decurtatum est אַךְ, q. v.

אָכַף 1) *onus, sarcinas imposuit,* pr. ni fallor, onere imposito *incurvavit,* vic. radici כָּפַף, q. v. Arab. أكف II. constrinxit, ligavit clitellas. IV. clitellas imposuit. In verbo haec significatio non exstat, sed in nomine אֶכֶף: unde

2) *ad opus impulit, sollicitavit,* ut syr. ܐܟܦ. In V. T. nonnisi Prov. 16, 26: כִּי אָכַף עָלָיו פִּיהוּ *nam impellit eum os suum* i. e. fames eum ad laborem incitat. Quod construitur c. עַל, id e primaria *opus imponendi* significatione explicandum.

אֶכֶף m. *onus,* et metaph. gravitas, *auctoritas,* ut כָּבוֹד. Iob. 33, 7: וְאַכְפִּי עָלֶיךָ לֹא יִכְבָּד *et onus meum tibi non grave* s. *molestum erit.* Ita Chald. Syr., contra LXX. ἡ χείρ μου, neque aliter Kimchius, אֶכֶף i. q. כַּף in loco simili 13, 21 esse adnotans. Prior tamen ratio praeferenda.

אָכַר rad. inusit. i. q. arab. أكر Conj. V. *fodit,* maxime terram (unde أكر, أكرة fovea, fossa), vicina radicibus קוּר, כּוּר, כָּרָה, נָקַר. Inde

אִכָּר m. *fossor, agricola.* Jer. 51, 23. Am. 5, 16. Plur. אִכָּרִים, c. suff. אִכָּרֵיכֶם 2 Par. 26, 10. Joël 1, 11. Jes. 61, 5. (Chald. id. Syr. et Zab. ܐܟܪܐ. Arab. أكار. Vide num ex eodem fonte fluxerit gr. ἀγρός, *ager,* goth. *akr,* nostr. *Acker*).

אַכְשָׁף (inclinatio, fascinatio, a rad. כָּשַׁף) n. pr. oppidi in tribu Asser. Jos. 12, 20. 19, 25.

אַל vc. negandi vim habens ut vicinum לֹא, לָא, לַי, לֵא; לֵי (cf. ad rad. אוּן p 25 A) 1) subst. *nihilum, nihil.* Iob. 24, 25: *quis ad nihilum rediget sermonem meum?*

2) adv. negandi, μή, *ne* a) abs. ponitur, ut gr. μή pro μή τοῦτο γένηται (Arist. Acharn. 458), nostr. nicht doch, nicht also. Ruth 1, 13: אַל בְּנֹתַי *ne* ita faciatis, *o filiae meae!* nicht so, meine Töchter. 2 Reg. 3, 13. Gen. 19, 18: אַל־נָא אֲדֹנָי. b) aliquoties simpliciter negandi vim habet, sed ut gr. μή, nonnisi in propositionibus, quas vocant, subiectivis. Itaque iungitur soli futuro et ita differt a לֹא. 2 Reg. 6, 27: אַל־יוֹשִׁעֵךְ יְהוָה מֵאַיִן אוֹשִׁיעֵךְ quum *Deus te non iuvet, quomodo ego te iuvem?* (לֹא יוֹשִׁיעֵךְ vertendum esset: Deus te non iuvabit. Optime LXX. μή σε σώσαι Κύριος, vereor ut Dominus salvet te). Gen. 21, 16: אַל אֶרְאֶה *ich könnte nicht mit ansehn.* Ps. 50, 3: יָבֹא אֱלֹהֵינוּ וְאַל־יֶחֱרַשׁ *veniet Deus et non silebit,* pr. und er möchte wohl nicht schweigen. 34, 6. 41, 3. Prov. 3, 25: אַל־תִּירָא *non timebis,* non erit, quod timeas, du brauchst dich nicht zu fürchten. Iob. 5, 22. Gen. 49, 6: *in consilium eorum* אַל־תָּבֹא נַפְשִׁי *non intrabit anima mea,* in solchen Rath würde nie meine Seele willigen. Cf. Cant. 7, 3. Nonnunquam verbum omissum est Am. 5, 14: *quaerite bonum* וְאַל רָע *et non* (quaerite) *malum.* 2 Sam. 1, 21: אַל־טַל וְאַל מָטָר עֲלֵיכֶם *ne sit ros, neque pluvia super vos.* Prov. 12, 28, ubi reddendum: *via iustitiae* (dat) *vitam, et via recta* אַל מָוֶת *non* (dat) *mortem* s. calamitatem, via recta nunquam ducit ad mortem.

3) Longe frequentissime est Conj. *prohibentis, dehortantis, deprecantis, optantis, ne* quid fiat. Ubique iungitur futuro, eique, ubi forma fert, apocopato, in prima persona paragogico. Ex. 16, 29: אַל יֵצֵא אִישׁ *ne egrediatur quis-*

quam. 1 Sam. 26, 20. In altera pers. Gen. 22, 12: אַל תִּשְׁלַח יָדְךָ *ne extendas manum tuam.* אַל־תִּירָאוּ ne timeatis 43, 23. Jer. 7, 4. In prima Ps. 25, 2: אַל־אֵבוֹשָׁה *ne pudore suffundar?* sc. ita faxit Deus, utinam non suffundar. Raro seiungitur a verbo Ps. 6, 2: אַל־בְּאַפְּךָ תוֹכִיחֵנִי *ne in ira tua corripias me.* Est etiam imprecantis Gen. 49, 4: אַל־תּוֹתַר *ne excellas,* du *sollst* keinen Vorzug haben. In precibus additur נָא. Gen. 13, 8: אַל־נָא תְהִי *ne, quaeso, sit.* 18, 3. 30. 32. (לֹא c. fut. constructum est fortius prohibentis, פֶּן *ne forte* mitius etiam dehortantis).

4) interrogative ponitur, ut gr. μή (v. Passov. Lex. gr. h. v. litt. C.), pro *num,* ita quidem ut responsionem negativam expectes. Semel ita 1 Sam. 27, 10: אַל־פְּשַׁטְתֶּם הַיּוֹם *ihr seyd doch nicht ausgezogen in dieser Zeit?* Respondetur in hanc sententiam: Sane non exivimus, nam ab omni parte habitant Hebraei, populares mei. — Derivatur ab hac stirpe אֱלִיל, verbum אָלַל num unquam in usu fuerit, incertum.

אַל chald. i. q. hebr. no. 3. sed nonnisi in Chaldaismo biblico. Dan. 2, 24. 4, 16. 5, 10.

אַל Arabum articulus i. q. hebr. הַל, nonnullis etiam vocibus hebraeis in V. T. praefixus, quae vel arabicae originis sunt, vel certe, quanquam exoticae, e lingua arabica in hebraeam transierunt, v. אַלְמוֹדָד, אַלְמֻגִּים, אֶלְגָּבִישׁ, אַלְקוּם. Cognatum est pron. pers. plur. אֵל, אֵלֶּה, q. v.

אֵל m. 1) pr. part. verbi אוּל, אִיל no. 2. *fortis, robustus, heros* (cf. not.) cf. אַיִל no. 1. In sing. Ez. 31, 11: אֵל גּוֹיִם *heros inter gentes,* de Nebucadnezare. LXX. ἄρχων ἐθνῶν. (Multi codd. אֵיל גּוֹיִם, et nominatim ita libri Babylonici). Jes. 9, 5: אֵל גִּבּוֹר *heros fortis,* de Messia, ibid. 10, 21 de Deo. Huic finitima est locutio in Plur. Ez. 32, 21: אֵלֵי גִבּוֹרִים (23 codd. אֵילֵי) pr. *fortes inter heroes* i. e. heroes fortissimi, cf. *Lehrgeb.* p. 678. Iob. 41, 17 אֵלִים, ubi multi libri mss. et editi אֵילִים.

2) *robur, potestas,* pr. robustum. Ita in phrasi יֵשׁ לְאֵל יָדִי *est in potestate manus meae.* Gen. 31, 29: יֶשׁ לְאֵל יָדִי לַעֲשׂוֹת עִמָּכֶם רָעָה. Prov. 3, 27. Mich. 2, 1, et negative Deut. 28, 32: אֵין לְאֵל יָדֶךָ *nihil est in potestate manus tuae* i. e. nihil vales. Neh. 5, 5. Lamed in hac formula statum s. conditionem indicat. Naturam huius locutionis parum perspectam habent, qui אֵל h. l. Deum reddunt totamque formulam interpretantur: est pro Deo manus mea, coll. Iob. 12, 6. Hab. 1, 11 et Virg. Aen. 10, 773: *Dextra mihi Deus* cet. qui loci inter se quidem cognati sunt, a nostro vero prorsus alieni. V. s. אֱלוֹהַּ.

3) *Deus.* Ad accuratius illustrandam synonymiam nominum Dei hebraeorum, ut אֵל, אֱלֹהִים, יָהּ, יְהוָֹה, de usu huius vocabuli haec notamus: a) In oratione pedestri de *Deo* κατ' ἐξοχήν nusquam paene nude legitur, sed prope ubique cum attributo, אֵל עֶלְיוֹן, אֵל שַׁדַּי, אֵל קַנָּא, אֵל חַי; vel adiuncto alio cognomine, אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Gen. 33, 20, הָאֵל אֱלֹהֵי אָבִיךָ Gen. 46, 3; יְהוָֹה אֵל אֱלֹהִים Jos. 22, 22. Ps. 50, 1, quo in loco recte transfertur *Jehova, Deus Deorum* coll. Dan. 11, 36 אֵל אֵלִים; vel addito genitivo loci vel hominis, cuius numen tutelare Deus est, אֵל בֵּית־אֵל Gen. 31, 13. b) Multo frequentius est vocabulum in oratione poëtica, ibique etiam nude sexcenties usurpatur, nonnunquam cum art. הָאֵל Ps. 18, 31. 33. 48. 68, 21. Iob. 8, 3. c) Addunt suff. primae personae אֵלִי *Deus mi!* Ps. 18, 3. 22, 2. 11. Cum reliquis suffixis nunquam legitur, et pro *deus tuus, suus* dicitur אֱלֹהֶיךָ, אֱלֹהָיו. d) Generale

est Deorum nomen, et de idolis etiam usurpatur, tum nude Jes. 44, 10. 15, tum adiecto epitheto, ut אֵל אַחֵר deus alius Ex. 34, 14, אֵל זָר deus peregrinus Ps. 81, 10.

Dei esse dicuntur, quaecunque in suo genere eximia, praestantia sunt, quandoquidem egregia quaeque ad deos ipsos auctores referre solebant prisci homines; hinc אַרְזֵי אֵל Ps. 80, 11 *cedri Dei* i. e. altissimae, a deo quasi plantatae (cf. עֲצֵי יְהוָה Ps. 104, 16, גַּן יְהוָה Gen. 13, 10), הַרְרֵי אֵל *montes Dei* Ps. 36, 7. Cf. ἅλς δῖα, δῖα Λακεδαίμων.

Plur. אֵלִים 1) *heroes*, *fortes* v. sing. no. 1. 2) *dii* significatu ampliore, de Jehova cum gentilium diis. Ex. 15, 11. Cf. 18, 11. Dan. 11, 36: אֵל אֵלִים *deus deorum* i. e. summus deus. בְּנֵי אֵלִים Ps. 29, 1. 89, 7 filii deorum ex idiomate syntaxeos hebraeae et syrae poët. pro filiis Dei i. e. angelis.

Not. Praeeuntibus plurimis etymologis supra אֵל a rad. אוּל derivavimus: ut tamen sententiam dicamus accuratius, videtur illud potius primitivum esse, etymo tamen radicis אוּל quodammodo adaptatum, ita ut Hebraeis in illo vocabulo roboris et fortitudinis notio obversaretur. Quicquid autem statuis, notandum, Semitas 1) a forma אֵל (arab. إِيلٌ, إِلٌّ et أَلٌّ) tanquam a stirpe plures alias formasse voces derivatas, ut אָלָה deum invocavit, maxime in iurando, אָלָה, أَلَّهَ deum coluit, et אֱלוֹהַּ, אֱלָהּ, إِلٰهٌ Deus (cf. ܐܰܒ patrem esse, ܐܰܒܳܗܶܐ patres ab ܐܰܒ; 2) Hebraeos praeter אֵל, quod analogiam verborum ע״ו sequitur, duas alias formas frequentasse ad analogiam verborum ל״ה compositas, in nomm. propriis usitatas, אֵל, אֱלִי cf. אֶלְיָקִים, אֶלְיָשִׁיב, אֱלִימֶלֶךְ cet.

II. אֵל pron. plur. i. q. אֵלֶּה *hi*, *hae*, *haec*, tantummodo in Pentateucho et 1 Par. 20, 8 legitur. Cognata est forma articuli הַ, أَلْ.

אֶל, nonnisi constr. אֶל (ferme ubique sq. Makkeph), rarius et poët. in Plur. constr. אֱלֵי Iob. 3, 22. 5, 26. 15, 22. 29, 19 (cf. arab. إِلَى), c. suff. plur. אֵלַי, אֵלֶיךָ, אֵלָיו, אֵלֵינוּ, אֲלֵיכֶם, אֲלֵיהֶם et אֲלֵהֶם, semel אֱלֵיהֶם Ez. 31, 14 poët. אֱלֵימוֹ Ps. 2, 5 pr. nomen, *motionem* et *directionem* ad aliquem locum indicans, ex linguae usu autem

A) Praep., in universum significans, aliquid *tendere, vergere ad aliquem locum,* sive eum assequitur atque adeo ingreditur sive non, sive corporis motu vel certe conversione et directione hoc fit, sive cogitando vel animum advertendo ad aliquid, lat. *ad, versus, adversus, in,* germ. *zu, gen,* nach (etwas) hin, gr. *πρός, εἰς.* (Quomodo differat a לְ, quod inde decurtatum, vide infra s. h. part.). Spec. igitur dicitur

1) de motione ad locum: *ad, versus.* Iungitur verbis eundi (הָלַךְ, בּוֹא, שׁוּב Gen. 8, 9, יָרַד 2 Reg. 1, 15, עָלָה Deut. 17, 8, רוּץ Gen. 24, 29, קָרַב Ex. 14, 20), ponendi iaciendique 1 Sam. 6, 11. Lev. 1, 16. Jos. 5, 14, it. dandi Ex. 25, 16. 21, vendendi Joel 4, 8 et similibus (ubi nos cum Romanis Dativo utimur, Galli et Angli particula *à, to*). Nonnunquam constructio est praegnans, ut זָנָה אֶל scortatus est (accedendo) ad Num. 25, 1. Ez. 16, 29, דָּרַשׁ אֶל oraculum petiit (se convertendo) ad aliquem Jes. 8, 19. Opp. est מִן, ut מִן־הַקָּצָה אֶל־הַקָּצָה a fine ad finem Ex. 26, 28, מִפֶּה אֶל־פֶּה Esr. 9, 11. De tempore: מִיּוֹם אֶל יוֹם Num. 30, 15. 1 Par. 9, 25.

2) de conversione s. directione ad aliquid a) corporis, ut post ver-

bum convertendi Jes. 38, 2, intuendi Gen. 4, 4. 5. Ex. 3, 6, alloquendi 19, 9, iubendi Num. 36, 13; b) animi, ut post verbum desiderandi Thren. 4, 17, exspectandi Hos. 12, 7, adsuefaciendi Jer. 10, 2.

3) Ubi hostilis est illa sive motio sive conversio: *adversus, contra* (ut εἰς, πρός, crebrius ἐπί). Gen. 4, 8: וַיָּקָם קַיִן אֶל הֶבֶל אָחִיו *et surrexit Kain contra Abelum, fratrem suum.* Jes. 3, 8: לְשׁוֹנָם וּמַעַלְלֵיהֶם אֶל יי׳ *lingua et facta eorum* erant *contra Jehovam.* 2, 4. Jos. 10, 6. Iud. 12, 3. 20, 30. Unde post verbum pugnandi Hos. 12, 5. Impr. huc pertinet locutio הִנְנִי אֲלֵיכֶם *ecce me contra vos* (Targ. ecce mitto iram meam contra vos) Ez. 13, 8. 21, 8. 34, 10. Jer. 50, 31. 51, 25. Nah. 2, 14, qua raro etiam in bonam partem utuntur Ez. 36, 9. — Atque sic part. אֶל etiam alibi in bonam partem usurpatur pro *erga* 2 Par. 16, 9: לְבָבָם שָׁלֵם אֵלָיו *cor eorum integrum erga eum.* 2 Sam. 3, 8. Cf. Ex. 14, 5. Ponitur

4) ubi assequimur terminum s. scopum: *usque ad*, i. q. עַד. Jer. 51, 9: *pertinget iudicium eius* אֶל־הַשָּׁמַיִם. אֶל־פִּיהוּ usque ad os eius Iob. 40, 23. Metaph. Hos. 9, 1: *ne laeteris, Israël,* אֶל גִּיל *usque ad exultationem.* Iob. 3, 22. (His autem exemplis non male adhibetur observatio Grammaticorum arabicorum, إِلَى includere obiectum, quod eiusdem generis est, excludere, quod diversi est, v. Cent. reg. p. 44. 45). Eodem pertinet etiam a) usus eius ad indicandam mensuram, ut אֶל־אַמָּה Gen. 6, 16 usque ad ulnae longitudinem, bis zur Länge einer Elle, eine Elle lang (minime, ut vulgo interpretantur: ad ulnae normam) cf. gr. εἰς ἐνιαυτόν bis zur Vollendung eines Jahres, ein Jahr lang, εἰς τρίτην ἡμέραν, Bast ep. crit. p. 12. 13. Schaef. ell. p. 108. b) Compos. אֶל־מִן adeo ex. Iob. 5, 5: וְאֶל מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ *et adeo ex spinis* (i. e. hortis sepe spinosa septis) *rapiet eum.* Cf. similem usum part. לְ Deut. 24, 5, et עַד Iud. 4, 16. (In Arabismo contulerim أَئِنْ utique ex Cor. 26, 41, pr. adeo ex. Etenim لَ ex hac nostrae particulae significatione ortum videtur).

5) Ubi terminum ingredimur: *in*, εἰς, *in* (etwas) *hinein*, angl. *into*, idem quod explicatius אֶל־תּוֹךְ. Deut. 23, 25: אֶל־כֶּלְיְךָ לֹא תִתֵּן *in vas tuum ne immittito* (uvas). בּוֹא אֶל־הַתֵּבָה ingredi *in* arcam Gen. 6, 18. 7, 1. 8, 9, אֶל־הַבַּיִת in domum Gen. 19, 3. 2 Sam. 5, 8. אֶל־הַיָּם in mare (proiicere) Jon. 1, 5. אֶל־הָאָרֶץ in terram Deut. 11, 29. Ubi rerum, quas ingredimur, est quaedam multitudo, i. q. *inter* (c. acc.), explicatius dici possit אֶל־בֵּין. Jer. 4, 3: *ne seratis* אֶל־קוֹצִים *inter spinas.* 1 Sam. 10, 22: *ecce ille occultavit se* אֶל־הַכֵּלִים *inter impedimenta.*

6) Quemadmodum supra (no. 1) vidimus, אֶל esse dantis particulam, ita est etiam addentis, adiicientis (cf. הוֹסִיף אֶל 1 Reg. 10, 7): *hinzu, praeter, una cum* (cf. gr. ἐπὶ τοῖσι praeter hos, et arab. إِلَى pro مَعَ Cor. IV, 2. Cent. reg. p. 43). Lev. 18, 18: *uxorem praeter sororem eius* (אֶל־אֲחֹתָהּ) *ne ducito.* Thren. 3, 41: נִשָּׂא לְבָבֵנוּ אֶל־כַּפַּיִם אֶל־אֵל *tollamus cor nostrum cum manibus ad Deum* (LXX. ἐπὶ χειρῶν. Arab. مَعَ). Post verbum coniungendi Dan. 11, 23. Crebrius hoc sensu utuntur part. עַל. Metaphorice est

7) respicientis ad aliquid, spectantis aliquid, rationem habentis alicuius rei, inde a) *quod attinet ad* Ex. 14, 5 (cf. gr. εἰς μὲν ταῦτα); *praeter* Ez. 44, 7: אֶל־כָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם *propter omnes abominationes vestras.* (Cf. comm. 6,

ubi eodem contextu legitur מִן, et comm. 11, ubi בְּ). 2 Sam. 21, 1. 1 Reg. 14, 5. 21, 22. Sic בָּכָה אֶל flere propter al. 2 Sam. 1, 24, הִנָּחֵם אֶל, שָׂחַק אֶל Iud. 21, 6. c) *de,* post verba dicendi, narrandi, ut אָמַר Gen. 20, 2, דִּבֵּר Jer. 40, 16, סִפֵּר Ps. 69, 27 (quandoquidem oratio spectat *ad* aliquid), it. audiendi Ez. 19, 4, שְׁמוּעָה אֶל fama de aliqua re 1 Sam. 4, 19. (Cf. in N. T. εἰς Act. 2, 25. Ephes. 5, 32). Vide etiam 1 Sam. 1, 27: אֶל־הַנַּעַר הַזֶּה הִתְפַּלָּלְתִּי *de hoc puero precatus sum,* um diesen Knaben habe ich gebeten, ubi אֶל finem scopumque orationis (den Zweck) indicat.

8) Metaph. est itidem ad normam exigentis: *secundum.* אֶל פִּי secundum mandatum Jos. 15, 13. 17, 4, אֶל־נָכוֹן tanquam certum, für gewiſs 1 Sam. 26, 4. אֶל־הַנְּחִילוֹת ad tibias Ps. 5, 1. 80, 1. Atque sic post verba similitudinis, ut דָּמָה, נִמְשַׁל, q. v.

9) Praepositionibus, quietem in loco indicantibus, praemissum his significationem motus s. conversionis in locum tribuit, ut מִחוּץ לְ extra, c. abl. (auſserhalb, drauſsen vor), אֶל מִחוּץ לְ extra c. acc. (hinaus vor) Lev. 4, 12, cf. *foris* et *foras;* בֵּין intra, אֶל בֵּין inter (zwischen hinein) Ez. 10, 2. 31, 10. Cf. אֶל אַחֲרֵי, אֶל מִנֶּגֶב לְ, אֶל־מְבוֹאת Jos. 15, 3, אֶל־תַּחַת, אֶל נֹכַח.

B) Rarius et quadam sermonis negligentia, tamen in sat multis iisque certissimis exemplis, usurpatur *de commoratione ad locum* vel *in loco,* quem quis petiit (cf. לְ litt. B), ut gr. εἰς, ἐς pro ἐν, ἐς δόμους μένειν Soph. Aj. 80, οἴκαδε μένειν (vid. Passov. Lex. no. 6. Bernhardii synt. ling. gr. p. 215. 216), germ. zu Hause, zu Leipzig, zu der Zeit, et in nonnullis regionibus *bis* Montag (pro ipso die Lunae), [ut vicissim part. מִן itidem de quieta commoratione *ad* locum v. no. 3], quae omnia num absona sint, videat Winerus, qui in hoc argumento argutius versatus est quam doctius (Lex. p. 60); linguarum haec idiomata vere adesse, vix negari poterit. Unum verum est, ne ab hoc quidem significationum genere prorsus abesse significationem motus, eius nimirum qui antecessit. Spec. igitur est

1) *ad* pro *apud,* germ. *an.* יָשַׁב אֶל־הַשֻּׁלְחָן sedere ad mensam, *zu* Tische sitzen 1 Reg. 13, 20 (cf. ἐς θρόνους ἕζοντο Od. 4, 51). Jer. 41, 12: וַיִּמְצְאוּ אֹתוֹ אֶל־מַיִם רַבִּים *et invenerunt eum ad aquas magnas, quae prope Gibeonem.* 1 Sam. 17, 3: *Philistaei stabant* אֶל־הָהָר מִזֶּה *ad montem* (am Berge) *ab hac parte.* Eodem sensu dici poterat מִן־הָהָר, v. מִן no. 3. אֶל־גִּבְעַת am Hügel Jos. 5, 3. Ez. 7, 18: אֶל־כָּל־פָּנִים בּוּשָׁה *auf* allen Gesichtern Schaamröthe, paulo post בְּכָל־רָאשֵׁיהֶם. [Neque tamen huc referendum Gen. 24, 11: וַיַּבְרֵךְ הַגְּמַלִּים ... אֶל־בְּאֵר מַיִם ubi Winerus minus accurate: *bibendum dedit ad puteum aquae,* vertendum enim: in genua procumbere iussit ad — er lieſs sie hinknieen an das Wasser].

2) *in, inter,* ut in illo Sophocleo ἐς δόμους μένειν. Deut. 16, 6: כִּי אִם־אֶל־הַמָּקוֹם .... שָׁם תִּזְבַּח אֶת־הַפֶּסַח *sed eo loco, quem eligit Jehova, deus tuus, ibi sacrificabis pascha.* (Sam. cod. במקום). 1 Reg. 8, 30: וְאַתָּה תִּשְׁמַע אֶל־מְקוֹם שִׁבְתְּךָ אֶל־הַשָּׁמַיִם *tuque audias in loco habitationis tuae, in coelo.* (Mutata paululum sententia dici poterat: preces nostrae ascendant in coelum, sed ut nunc se habent verba, re vera אֶל sequitur verbum quietis). Gen. 6, 6: וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ *doluit in animo,* er empfand Schmerz in seinem Herzen (non, ut vult Winerus, es schmerzte ihn in die Seele hinein, nam הִתְעַצֵּב utpote intransitivum vim doloris qs. in animum penetrantis minus admittit). Eodem pertinet,

3) quod אֶל aliquoties particulis commorationem in loco designantibus praemissum est, sensu non mutato (secus atque supra, A, 9). 1 Sam. 21, 5: אֵין לֶחֶם חֹל אֶל־תַּחַת יָדִי *non est panis profanus sub manu mea* (pr. soloecismus, ut Berolinensium unter meine Hand), it. אֶל־מוּל pro מוּל, q. v.

Not. Errant, qui particulae nostrae alias quasdam significationes tribuunt a vera eius potestate plane alienas, ut *cum* laudatis locis Num. 25, 1. Jos. 11, 18 (v. tamen supra A, 6), *per* laudato Jer. 33, 4 cet.

אֶלָא (terebinthus) n. pr. m. 1 Reg. 4, 18.

אֶלְגָּבִישׁ m. *grando* Ez. 13, 11. 13. 38, 22, i. q. גָּבִישׁ glacies, *κρύσταλλος*, unde אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ lapides glaciei i. e. grando. Vocabulum fortasse magis arabicum, quam hebraeum, erat. Kamûs p. 742: أَلْجَبِيس *congelatum*.

אַלְגּוּמִּים v. אַלְמֻגִּים.

אֶלְדָּד (quem amat Deus, Theophilus) m. Num. 11, 26. 27.

אֶלְדָּעָה (quem vocavit Deus, v. דָּעָה) n. pr. filii Midiani Gen. 25, 4.

אָלַהּ rad. inusit., arab. أَلَهَ *coluit* numen, *adoravit,* med. Kesr. *stupuit, pavore correptus est.* V. not. ad אֵל, cf. אֱלוֹהַּ.

אָלָה I) pr. *rotundus*, hinc *crassus, obesus fuit*, cogn. rad. אוּל, (cf. impr. אוּל abdomen, venter Ps. 73, 4). Arab. أَلِيَ carnosas clunes habuit (vir), adiposam caudam (aries). Inde אַלְיָה.

II) denom. ab אֵל (v. not. ad אֵל) 1) *iuravit*, arab. أَلَّا pro أَلْوَ Conj. IV. V. pr. per Deum affirmavit 1 Reg. 8, 31. — 2) *exsecratus est* Iudd. 17, 2. Hos. 4, 2. — 3) *eiulavit, lamentatus est* (nostr. *Gotterbarmen*, Gott um Erbarmen anrufen) Joël 1, 8. (Caeterum non repugnabo, si quis hanc radicem onomatopoët. dicet coll. יָלַל, אָלַל, et significationem, quam tertio loco posuimus, primariam statuet).

Hiph. iurare fecit aliquem, iureiurando adstrinxit eum, c. c. acc. 1 Reg. 8, 31. 2 Par. 6, 22. 1 Sam. 14, 24. *Fut. apoc.* וַיֹּאֶל a יֹאלֶה pro יַאֲלֶה 1 Sam. l. l. Derivata: אָלָה et תַּאֲלָה.

אָלָה f. (cum Kamez impuro, ab אָלָה no. II, pro אאָלָה idque pro אֲלָוָה, אֲלָאָה, arab. أَلْوَةٌ, vid. *Lehrgeb.* 509) 1) *iusiurandum, iuramentum.* בּוֹא בְאָלָה inire iusiurandum i. e. iureiurando se obstringere. Neh. 10, 30, hinc הֵבִיא בְאָלָה obstringere aliquem iuramento. Ez. 17, 13. Cf. Virg. Aen. 4, 339: *haec in foedera veni.* אָלָתִי iusiurandum mihi praestitum Gen. 24, 41. — 2) *foedus iuramentis confirmatum.* Gen. 26, 28. Deut. 29, 11. 14. Ez. 16, 59. — 3) *imprecatio, exsecratio.* Num. 5, 21. Jes. 24, 6: שְׁבֻעַת־אָלָה iuramentum cum diris coniunctum. Num. 5, 21. הָיָה לְאָלָה exsecrationi factus est Jer. 44, 12, נָתַן לְאָלָה exsecrationi dedit 42, 18. Plur. אָלוֹת exsecrationes Num. 5, 23. Deut. 29, 11.

אַלָּה f. *quercus* Jos. 24, 26, i. q. אַלּוֹן. Radix אָלַל no. III.

אֵלָה f. i. q. אַיִל no. 2 (a rad. אוּל) *arbor robusta,* spec. *terebinthus* (*Pistacia Terebinthus* Linn.), arbor in Palaestina frequens, longaeva et propterea locis designandis adhibita (Gen. 35, 4. Iudd. 6, 11. 19), auctore Plinio (XVI, 12) sempervirens, contradicentibus tamen recentioribus rei herbariae auctoribus. Verss. vett. modo *tere-*

binthum modo *quercum* reddunt (v. uberius disputata in Thes. p. 50. 51), et videtur vc. nostrum ampliore significatu de quavis arbore maiore usurpatum esse, ut gr. *δρῦς*.

אֱלָהּ st. emphat. אֱלָהָא m. chald. i. q. hebr. אֱלוֹהַּ *deus*, generatim Dan. 3, 28. 6, 8. 13; stat. emphat. spec. de Jehova Dan. 2, 20. 3, 32. C. praef. לֶאֱלָהּ 2, 19, sed accedentibus etiam suffixis, contr. בֵּאלָהֵהּ Dan. 6, 24. Plur. אֱלָהִין dii Dan. 2, 11. 5, 4. 11. 23. בַּר אֱלָהִין filius deorum 3, 25.

אֵלֶּה pron. plur. comm. *hi, hae, haec*, ex usu loquendi plur. a sing. זֶה. Forma simplex eaque tamen rarior est אֵל, q. v., ה ֶ- vim habet demonstrativam, cf. הִנֵּה. (Arab. أُولَى, أُلَى, أُلَا fem. أُلَاتُ, aethiop. አሉ፡ hi, አላ፡ hae, chald. אִלֵּין). Refertur tam ad consequentia, Gen. 2, 4. 6, 9. 11, 10, quam ad antecedentia Gen. 9, 19. 10, 20. 29. 31. Postponitur plerumque nomini, ut הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה Gen. 15, 1, ubi praeponitur, vel est ellipsis verbi substantivi, vel usurpatur *δεικτικῶς* Ps. 73, 12. Cf. זֶה. Bis terve repetitum: *hi, illi, illi* Jes. 49, 12.

אֱלֹהִים, אֱלֹהַּ v. אֱלוֹהַּ.

אֲלוּ chald. *ecce!* forma emollita pro אֲרוּ (q. v.) Dan. 2, 31. 4, 7. 7, 8. Cf. litt. ל.

אִלּוּ (contr. ex אִם et לוּ, ut syr. ܐܶܠܘ̣) *si, etsi,* sequioris Hebraismi particula. Eccl. 6, 6. Esth. 7, 4.

אֱלוֹהַּ (c. praef. et suff. לֶאֱלֹהַּ Dan. 11, 38, לֵאלֹהוֹ Hab. 1, 11) m. *deus.* (Arab. إِلَاهٌ, إِلَهٌ, c. Art. أَللّٰهُ de Deo vero, syr. ܐܰܠܳܗܳܐ, chald. אֱלָהּ). Ad imitationem Aramaismi formae singularis usus est tantum in sermone poëtico et in sequiore Hebraismo, Pluralis maiestaticus אֱלֹהִים contra ultra bis millies legitur. Utuntur singulari 1) de *deo quocunque.* Dan. 11, 37—39. 2 Par. 32, 15. Neh. 9, 17. Dictio proverbialis est Hab. 1, 11 de homine protervo: זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ *cui robur suum pro numine est* i. e. qui contemto quovis numine manui robustae ensique confidit. Cf. Iob. 12, 6: אֲשֶׁר הֵבִיא אֱלוֹהַּ בְּיָדוֹ *qui deum in manu gerit.* Arma intelliguntur. Cf. Virg. Aen. 6, 773: *Dextra, mihi deus, et telum ..... Nunc adsint.* — 2) plerumque de *vero Deo κατ' ἐξοχήν*, pro הָאֱלוֹהַּ, أَللّٰهُ. Deut. 32, 15. Ps. 50, 22, et in libro Iobi quadragies. Constr. c. adj. sing. (Deut. l. c.) et plur. Iob. 35, 10.

Plur. אֱלֹהִים (c. praef. contr. לֵאלֹהִים, בֵּאלֹהִים, בֵּאלֹהִים) Hebraei utuntur

A) pluraliter, 1) de *diis* s. *numinibus* in universum, veris falsisve. אֱלֹהֵי מִצְרַיִם *dii Aegyptiorum* Ex. 12, 12; אֱלֹהֵי הַנֵּכָר *dii peregrini* Gen. 35, 2. 4. Deut. 29, 18. אֱלֹהִים חֲדָשִׁים *novi dii* 32, 17. Interdum e vulgari populorum usu Jehova et idola sub hoc communi nomine comprehenduntur Ps. 86, 8: *nullus tibi similis inter deos, Domine!* Ex. 18, 11. 22, 19. Alibi vero idolis divinum numen plane abiudicatur et uni Jehovae tribuitur. Jes. 44, 6: *praeter me non est deus.* 45, 5. 14. 21. 46, 9. Idola adeo vocantur לֹא־אֱלֹהִים 2 Par. 13, 9. — 2) Semel de *regibus* i. q. בְּנֵי אֱלֹהִים Ps. 82, 1, maxime com. 6.

Not. Non pauci interpretes et veteres et recentiores אֱלֹהִים etiam *angelos* (v. Ps. 8, 6 ibique Alex. et Chald. 82, 1. 97, 7. 138, 1) et *iudices* (Ex. 21, 6. 22, 7. 8) notare voluerunt, quorum sententiam et uberius exposuimus et refutavimus in Thes. p. 95.

B) singulariter, de *uno deo.* (Cf.

de plur. maiestatis s. excellentiae *Lehrgeb.* p. 663. 664). Constr. c. verbo (Gen. 1, 1. 3 sq.) et adiectivo singulari, ut אֱלֹהִים חַי 2 Reg. 19, 4. 16, אֱלֹהִים צַדִּיק Ps. 7, 10. 57, 3. 78, 56: at cum verbo plur. nonnisi in certis quibusdam formulis, fortasse e polytheismo servatis, in quibus אֱלֹהִים etiam pluraliter transferre et superos intelligere possis. Gen. 20, 13: הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים q. d. *dii me oberrare iusserunt.* 35, 7. Ex. 22, 8. 32, 4. 8. 2 Sam. 7, 23. 1 Reg. 19, 2. Ps. 58, 12. Cf. Comment. de Pent. Sam. p. 58. — Usurpatur autem

1) de *numine quocunque.* Deut. 32, 39: *non est deus praeter me.* Ps. 14, 1. Sic, ubi divina natura humanae opponitur. Ez. 28, 2. Ps. 8, 6: *fecisti ut parum abesset* (homo) *a deo.* Saepissime

2) de *idolo*, gentilium deo. Ex. 32, 1: *fac nobis deum* i. e. idolum. 1 Sam. 5, 7: *Dagon, deus noster.* 2 Reg. 1, 2. 3. 6. 16. Adeo de *dea* 1 Reg. 11, 5.

3) *Deus alicuius* est deus, quem aliquis colit, quem deum domesticum, ἐπιχώριον, tutelarem habet. Jon. 1, 5: *unusquisque deum suum invocabat.* Ruth 1, 16. Gen. 17, 7. 8. 28, 21. — *Israëlitarum* igitur *deus* est Jehova, sexcenties propterea dictus אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Ex. 5, 1. Ps. 41, 14, אֱלֹהֵי יַעֲקֹב Ps. 20, 2. 46, 8, et iunctim יְהוָה אֱלֹהֵי Ps. 18, 29, יְהוָה אֱלֹהֶיךָ in Deuteronomio ultra ducenties.

4) Rarius genitivus continet id, cui deus praeest, vel id, quod creavit, quemadmodum *Mars* dicitur *deus belli,* ex. gr. אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. 24, 3, אֱלֹהֵי הַצְּבָאוֹת *deus exercituum coelestium* Am. 3, 13; vel dei attributa, ut: אֱלֹהֵי אָמֵן *deus verax* Jes. 65, 16.

5) אֱלֹהִים dicitur de *specie divina* (*Götter-, Geistergestalt*) 1 Sam. 28, 13, ubi incantatrix ad Saulum: *speciem divinam video e terra surgentem.*

6) C. art. הָאֱלֹהִים est *DEUS* κατ' ἐξοχήν, Deus unus et verus, Arabum أَللّٰهُ, in notissima formula لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ. Deut. 4, 35: כִּי יְהוָה הוּא הָאֱלֹהִים *nam Jehova est* (verus) *Deus.* 1 Reg. 18, 21: *Si Jehova est Deus, hunc sequimini, si Baal est* (Deus), *sequimini illum.* Vers. 37. Deut. 7, 9. Unde הָאֱלֹהִים saepissime de *Jehova* Gen. 5, 22. 6, 9. 11. 17, 18. 20, 6. 17 rel. Sed idem valet אֱלֹהִים *sine* articulo (Jos. 22, 34), quo sexcenties tum in pedestri sermone, tum in rhythmico, nullo paene discrimine utuntur pro יְהוָה, ita quidem, ut utrum nomen adhibitum sit, vel ex natura formularum et quodam linguae usu, vel ex singulorum scriptorum arbitrio, usu et consuetudine pendere soleat. Sic constanter dicunt בְּנֵי אֱלֹהִים, et contra נְאֻם יְהוָה, מְשִׁיחַ יְהוָה: in aliis usu plane promiscuo, ut עֶבֶד יְהוָה et עֶבֶד הָאֱלֹהִים Dan. 9, 11, רוּחַ יְהוָה et רוּחַ אֱלֹהִים Gen. 1, 2. 41, 38. Ex. 31, 3. De diversorum scriptorum usu v. quae observavimus in Thes. p. 97. 98.

Dei esse dicitur in S. S. quicquid utpote praestantissimum in suo genere priscis hominibus specialiter a Deo profectum, missum creatumve videbatur, vel divinam augustamque speciem prae se ferebat (τὸ θεῖον), ut *mons Dei* Ps. 68, 16; *rivus Dei* Ps. 65, 10; חִתַּת אֱלֹהִים *terror a Deo subito immissus,* terrorem panicum dixeris Gen. 35, 5. 1 Sam. 14, 15; אֵשׁ אֱלֹהִים de fulgure cet. cf. אֵל p. 56 A. Similis est ratio formulae לֵאלֹהִים *a Deo* gr. τῷ θεῷ adiectivis additae. Jon. 3, 3: עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים pr. *urbs divinitus magna.* Act. 7, 20: ἀστεῖος τῷ θεῷ. Cf. Arabum لِلّٰهِ pr. *a Deo, divinitus, egregie.* Har. Cons. IV. p. 38 ed. de Sacy.

De formulis בֶּן אִישׁ, אִישׁ אֱלֹהִים, בֶּן אֱלֹהִים v. sub אִישׁ, בֵּן aliisque vocibus, a quibus illae ordiuntur.

Not. Sunt, qui אֱלֹהִים etiam singulariter (de Plur. enim vid. A, 2) de *uno rege* usurpari dicant pro בֶּן-אֱלֹהִים et provocent maxime ad Ps. 45, 7, ubi interpretantur כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד *solium tuum, o Deus* (i. e. o rex divine) *stabit in aeternum*, sed nil dubitandum, quin construendum sit per ellipsin: כִּסְאֲךָ כִּסֵּא אֱלֹהִים *solium tuum* erit *solium divinum* (i. e. a Deo munitum et fortunatum), secundum tritissimum linguae canonem *Lehrgeb.* §. 233, 6.

אֱלוּל m. 1) i. q. אֱלִיל *vanus* Jer. 14, 14 in Chethibh. 2) mensis Hebraeorum sextus, a novilunio Septembris usque ad Octobris novilunium. Neh. 6, 15. Syr. ܐܝܠܘܠ, arab. أيلول. Etymon latet.

אַלּוֹן m. i. q. אַלָּה *quercus*. Gen. 35, 8. Ez. 27, 6. Rad. אָלַל no. III.

אֵלוֹן m. 1) arbor robusta (a rad. איל no. 2) spec. *quercus*, ut uno ore vett. intpp. Gen. 12, 6. 13, 18. 14, 13, 18, 1. Deut. 11, 30 cet. Vide, quae contra Celsium (Hierob. T. I. p. 34 sq.), qui אֵלוֹן aeque ac אֵלָה terebinthum esse statuerat, disputavimus in Thes. p. 50. 51. Nonnunquam singulae quercus propriis nominibus insigniebantur, ut *quercus incantatorum* Iudd. 9, 36, Plur. *quercus Mamre* Gen. 13, 18. 14, 13, *More* Deut. 11, 30. — 2) n. pr. m. 1 Par. 4, 37.

אַלּוּף adj. m. 1) *familiaris, socius, amicus* (v. rad. no. 1). Prov. 16, 28. 17, 9. Mich. 7, 5. אַלּוּף הַנְּעֻרִים *amicus iuventutis* dicitur *maritus* Jer. 3, 4 (cf. רֵעַ Jer. 3, 20). — 2) *mansuefactus, cicuratus*. Jer. 11, 19: *et ego* eram *instar ovis mansuefactae*. — 3) *bos* i. q. אֶלֶף no. 1, ita dictus tanquam mansuefactus et iugo assuetus. Sexûs est *masculini epicoeni*, ita ut sub genere masculino etiam de bove femina usurpetur. Ps. 144, 14: אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים. — 4) *dux familiae* vel *tribus*, φύλαρχος, impr. de phylarchis Idumaeorum Gen. 36, 15 sq. 1 Par. 1, 51 sq., raro Judaeorum Zach. 9, 7. 12, 5. 6., it. generatim de ducibus Jer. 13, 21.

אָלוּשׁ (sec. Talmud. *turba hominum*) n. pr. stationis Israëlitarum. Num. 33, 13.

אֶלְזָבָד (quem donavit Deus, Θεόδωρος) m. 1) 1 Par. 26, 7. — 2) 12, 12.

אָלַח rad. in Kal inusit. Arab. Conj. VIII إِلْتَخَّ *acuit* s. *in acorem versum fuit* lac.

Niph. נֶאֱלַח metaph. *corruptus, perditis moribus* qs. vappa fuit. Ps. 14, 3. 53, 4. Iob. 15, 16.

אֶלְחָנָן (quem dedit Deus) n. pr. praefecti militum Davidis, qui sec. 2 Sam. 21, 19 Goliathum interfecit (v. sub vocabulo לַחְמִי). Qui 2 Sam. 23, 24 commemoratur, non videtur ab hoc diversus esse.

אֱלִיאָב (cui Deus pater est) n. pr. 1) phylarchae Sebulonitarum Num. 1, 9. 2, 7. — 2) Num. 16, 1. 12. 26, 8. — 3) fratris Davidis 1 Sam. 16, 6. 17, 13. 28. — 4) 1 Par. 16, 4.

אֱלִיאֵל (cui Deus robur sc. dat) n. pr. 1) duorum heroum Davidis 1 Par. 11, 46. 47. 12, 11. — 2) phylarchae Manassitarum 1 Par. 5, 24. — 3) phylarchae Benjaminitarum 1 Par. 8, 20. — 4) ib. vers. 22. — 5) 15, 9. 11. — 6) 2 Par. 31, 13.

אֱלִיאָתָה (ad quem Deus venit) n. pr. m. 1 Par. 25, 4.

אֱלִידָד (quem Deus amat) n. pr. phylarchae Benjaminitarum. Num. 34, 21.

אֶלְיָדָע (quem Deus curat) n. pr.

1) filii Davidis 2 Sam. 5, 16, pro quo 1 Par. 14, 7 בְּעֶלְיָדָע legitur. — 2) 1 Reg. 11, 23. — 3) 2 Par. 17, 17.

אַלְיָה (a rad. אָלָה no. I) i. q. أَلْيَة *cauda ovilla* vel *arietina*, eaque *crassa et adiposa*, qualis in ovium orientalium peculiari specie (ovis laticaudia Linn.) spectare est, quarum minimae, ut ait Golius, testis oculatus (p. 146), X vel XII libras nostrates pendunt. Cf. Herod. 3, 113. Diod. 2, 54 aliosque, quos laudarunt Bochartus in Hieroz. P. I. p. 494 sq. Rosenmüller altes und neues Morgenland II, 118. Ex. 29, 22. Lev. 7, 3. 8, 25. 9, 19. 3, 9: *caudam integram prope spinam dorsi removeat.*

אֵלִיָּה et **אֵלִיָּהוּ** (Deus meus est Jehova) *Elias*, n. pr. 1) prophetae celeberrimi, prophetarum in regno Israëlis sub Ahabo praefecti et antesignani, miraculis quam plurimis famosi, ad superos evecti (2 Reg. 2, 6 sq. cf. tamen 2 Par. 21, 12), ante Messiae adventum redituri (Mal. 3, 23). — 2) m. 1 Par. 8, 27. — 3) m. Esr. 10, 21, 26.

אֱלִיהוּ (cui Deus est Ille) m. 1) 1 Par. 26, 7. — 2) 1 Par. 27, 18. — 3) אֱלִיהוּא no. 1.

אֱלִיהוּא (id.) n. pr. 1) filii Barachelis Busitae, Iobi amici et in disputando adversarii numero quarti. Iob. 32 — 35. Nonnunquam scribitur אֱלִיהוּ 32, 4. 35, 1. — 2) m. 1 Sam. 1, 1. — 3) m. 1 Par. 12, 20.

אֶלְיְהוֹעֵינַי (in Jehovam oculi mei sc. conversi sunt) n. pr. m. 1) Esr. 8, 4. — 2) 1 Par. 26, 3.

אֶלְיוֹעֵינַי (id.) n. pr. m. 1) 1 Par. 3, 23. — 2) 4, 36. — 3) 7, 8. — 4) Esr. 10, 22. — 5) 10, 27.

אֶלְיַחְבָּא (quem Deus abscondit) n. pr. m. herois Davidis 2 Sam. 23, 32.

אֱלִיחֹרֶף (cui Deus praemium est, ab حرف Conj. III rependere) n. pr. m. 1 Reg. 4, 3.

אֱלִיל 1) adj. *qui nihili est, inanis, vanus.* 1 Par. 16, 26. Ps. 96, 5. Plur. vani i. e. idola. Lev. 19, 4. 26, 1 (cf. הֶבֶל). — 2) subst. *vanitas, debilitas.* Iob. 13, 4: רֹפְאֵי אֱלִל *medici inanes* i. e. consolatores inanes, cf. Zach. 11, 17. Rad. אָלַל no. I.

אֱלִימֶלֶךְ (cui Deus est rex) n. pr. m. soceri Ruthae. Ruth 1, 2. 2, 1.

אִלֵּין et **אִלֵּךְ** chald. pron. plur. comm. *hi, hae, haec*, i. q. hebr. אֵלֶּה. Dan. 2, 44. 6, 7.

אֶלְיָסָף (quem Deus addidit) n. pr. m. 1) phylarchae Gaditarum Num. 1, 14. 2, 14. — 2) 3, 24.

אֱלִיעֶזֶר (cui Deus auxilium est) n. pr. m. *Elieser*, 1) homo Damascenus, quem Abrahamus ante Isaacum natum haeredem scripserat Gen. 15, 2, teste comm. 3 eiusdem verna. — 2) filius Mosis Ex. 18, 4. — 3) 1 Par. 7, 8. — 4) ib. 27, 16. — 5) 15, 24. — 6) 2 Par. 20, 37. — 7) 8) 9) Esr. 8, 16. 10, 18. 23. 31.

אֱלִיעֵינַי (fortasse contr. ex אֶלְיוֹעֵינַי) n. pr. m. 1 Par. 8, 20.

אֱלִיעָם (i. q. אֱלִיאָם, אֱלִיאָב) n. pr. m. 1) patris Bathsebae 2 Sam. 11, 3, pro quo 1 Par. 3, 5 עַמִּיאֵל legitur. — 2) 2 Sam. 23, 34.

אֱלִיפַז (cui Deus robur est) n. pr. m. *Eliphas* 1) filius Esavi Gen. 36, 4 sq. — 2) amicus Iobi, contra quem disputat. Iob. 2, 11. 4, 1. 15, 1 cet.

אֱלִיפַל (quem Deus iudicat, a פָּלַל) n. pr. m. 1 Par. 11, 35.

אֱלִיפְלֵהוּ (quem Deus distinguat i. e. eximium praestet) n. pr. m. 1 Par. 15, 18. 21.

אֱלִיפֶלֶט (cui Deus salus est) n. pr. m. 1) 1 Par. 3, 6. 14, 7, pro quo 14, 5 אֱלְפֶּלֶט legitur. — 2) 2 Sam. 23, 34. — 3) 1 Par. 8, 39. — 4) 5) Esr. 8, 13. 10, 33.

אֱלִיצוּר (cui Deus rupes est) n. pr. m. Num. 1, 5. 2, 10. 7, 30. 35. 10, 18.

אֱלִיצָפָן (quem Deus protegit) n. pr. m. 1) Num. 3, 30, pro quo אֶלְצָפָן Ex. 6, 22. Lev. 10, 4 scriptum est. — 2) Num. 34, 25.

אֱלִיקָא n. pr. m. 2 Sam. 23, 25. Etymon latet.

אֶלְיָקִים (quem Deus constituit) *Eljakim* n. pr. 1) praefectus palatii regnante Hiskia 2 Reg. 18, 18. 19, 2. Jes. 22, 20. 36, 3. — 2) Josiae regis filius, a Nechone Aegypti rege dignitate regia ornatus, ita tamen, ut nomen eius in יוֹיָקִים (quem *Jehova constituit*) mutaretur. 2 Reg. 23, 34. 24, 1. Jer. 1, 3. 1 Par. 3, 15. — 3) Neh. 12, 41.

אֱלִישֶׁבַע (cui Deus est sacramentum, quae per Deum iurat i. e. Dei cultrix, cf. Jes. 19, 18) n. pr. f. Ex. 6, 23. LXX. Ἐλισαβέτ, ut Luc. 1, 7.

אֱלִישָׁה n. pr. regionis ad mare mediterraneum sitae, unde purpurae Tyrum advehebantur Gen. 10, 4. Ez. 27, 7. Intelligenda est *Elis* (cf. cod. Sam., in quo omisso ה scribitur אליש), cuius nomen in totius Peloponnesi appellationem apud Hebraeos abiisse videtur, ut saepissime provinciarum, maxime remotarum, vocabula ad universas terras transferuntur. Cf. יָוָן. De purpura, non in Laconica tantum (v. Hor. Od. 2, 18, 7), sed etiam in sinu Corinthiaco et in Aegei maris insulis reperta v. Bocharti Phaleg III, 4. Alii אלישה Helladem interpretantur. V. Michaëlis spicil. Geogr. Hebr. T. I, p. 78.

אֱלִישׁוּעַ (cui Deus salus est) n. pr. m. filii Davidis 2 Sam. 5, 15. 1 Par. 14, 5.

אֶלְיָשִׁיב (quem Deus restituit) n. pr. m. 1 Par. 3, 24. — 2) 1 Par. 24, 12. Esr. 10, 6. — 3) Neh. 3, 1. 20. 12, 10. — 4) 5) Esr. 10, 24. 27. 36.

אֱלִישָׁמָע (quem Deus exaudit) n. pr. m. 1) 2 Sam. 5, 16. — 2) Num. 1, 10. 2, 18. — 3) 2 Reg. 25, 25. Jer. 41, 1. — 4) 1 Par. 2, 41. — 6) 2 Par. 17, 8.

אֱלִישָׁע n. pr. m. (pro אֵלִי יֶשַׁע cui *Deus salus* est) *Elisa* propheta, Eliae discipulus, comes et successor, plurimis miraculis famosus, in regno decem tribuum nono a. Chr. seculo florens 2 Reg. 1—13. In N. T. Ἐλισσαῖος Luc. 4, 27.

אֱלִישָׁפָט (quem *Deus iudicat*) n. pr. m. 2 Par. 23, 1.

אֱלִיָּתָה v. אֱלִיאָתָה.

אֵלֶּךְ chald. pron. plur. *hi* i. q. אֵלֶּה. Dan. 3, 12. 13. 21. 22. Esr. 4, 21. 5, 9 cet.

I. **אָלַל** verbum inusit. *nihili, inanitatis* vim habens, ductum ab אַל (q. v., cf. quae observavimus ad rad. און), unde אֱלִיל inanis, debilis.

II. **אָלַל** *eiulavit*, onomatop. i. q. יָלַל et arab. أَلَّ Kam. p. 1391. Cf. ἀλαλάζειν. Inde est אַלְלַי.

III. **אָלַל** vic. radd. אוּל et אָלָה no. I pr. *volvit*, hinc *rotundus, crassus fuit*, unde אֵלָה, אַלּוֹן quercus, pr. arbor crassa.

אַלְלַי interj. dolentis *vae*, gr. ἐλελεῦ, sequ. לִי. Iob. 10, 15. Mich. 7, 1. Rad. אלל no. II.

אָלַם rad. in Kal. inusit. 1) *ligavit*, cf. Piel et אֲלֻמָּה. — 2) passiv. *ligatus fuit* sc. lingua i. e. *obmutuit, tacuit*, v. Niph. et nomina

אַלְמֹנִי, אִלֵּם, אֵלֶם. Muto enim vel silenti lingua, qs. ligata est (δεσμὸς τῆς γλώσσης Marc. 7, 35), cf. pers. زبان بستن linguam ligare pro obmutescere et gr. φιμοῦσθαι. — 3) *solitarius, relictus, viduus fuit.* Solitarius enim silet, socio, quocum confabuletur, carens, cf. بكم mutus fuit, caelebs fuit. Inde derivantur אַלְמָן, אַלְמֹן, אַלְמָנָה, אַלְמָנוּת.

Niph. 1) *obmutuit, mutus fuit.* Ps. 31, 19. 39, 3. 10. Jes. 53, 7. — 2) *siluit.* Ez. 33, 22.

Pi. colligavit. Gen. 37, 7.

אֵלֶם m. *silentium.* Ps. 58, 2: הַאֻמְנָם אֵלֶם צֶדֶק תְּדַבֵּרוּן *num revera silentium iustitiae proloquimini?* i. e. num revera iustitia, quae tamdiu siluit et obmutuisse videtur, utimini in decretis vestris? Ps. 56, 1: יוֹנַת אֵלֶם רְחֹקִים *columba muta inter peregrinos* (i. e. fort. populus Israëlitarum exsul, cf. תּוֹר Ps. 74, 19), inscriptio carminis, ad cuius modos Psalmus 56. cantandus erat. Cf. quae observavimus ad vocem אַיֶּלֶת.

אִלֵּם m. adj. *mutus* pr. ligatus lingua, v. rad. no. 2. Ex. 4, 11. Jes. 35, 6. Ps. 38, 14. Plur. אִלְּמִים Jes. 56, 10.

אִלָּם Iob. 17, 10 in nonnullis editt. male pro אוּלָם q. v. *sed, vero.*

אַלְמֻגִּים m. plur. 1 Reg. 10, 11. 12 et litteris transpositis אַלְגּוּמִּים 2 Par. 2, 7. 9, 10. 11 *lignorum pretiosorum genus,* tempore Salomonis ex Ophira una cum auro et gemmis mari advectum, templi regiaeque ornamentis itemque musicis instrumentis adhibitum, secundum 2 Par. 2, 7 in Libano etiam nascens. Plerique Rabbini *coralia* intelligunt, atque ita singularis אַלְמוּג usurpatur in Talmude: sed haec ligna (עֵצִים) non sunt: licet, modo antiquus sit iste Talmudistarum usus loquendi, lignum illud pretiosum a similitudine coraliorum dictum esse possit, q. d. lignum coraliorum, *Korallenholz.* Probabiliora dat Kimchius, cui est arab. البقم, quod Europaei ברזיל lignum brasilium nuncupent.

אַלְמוֹדָד Gen. 10, 26. 1 Par. 1, 20 *Almodad,* n. pr. filii Joctanis i. e. populi regionisque Arabiae australis. Sumto antiquo sphalmate (pro אלמורד) conferre possis *Moradum,* بنى مراد s. مراد nomen tribus, quae Arabiae felicis regionem montanam incolebat, Zabido vicinam.

אֲלֻמָּה plur. ־ִים et ־וֹת f. *manipulus* frugum, *merges.* Gen. 37, 7. Ps. 126, 6. Rad. אָלַם no. 1.

אַלַּמֶּלֶךְ (fort. *quercus regis* pro אַלַּת הַמֶּלֶךְ) n. pr. oppidi in tribu Asser. Jos. 19, 26.

אַלְמָן m. adj. *viduus, derelictus* Jer. 51, 5, a rad. אָלַם no. 3.

אַלְמֹן m. *viduitas,* trop. de civitate rege suo orbata Jes. 47, 9.

I. **אַלְמָנָה** f. *vidua.* (Arab. أَرْمَلَةٌ, aram. ܐܪܡܠܬܐ) Gen. 38, 11. Ex. 22, 21 cet. Rad. אָלַם no. 3. Metaph. de civitate rege orbata Jes. 47, 8. (Cf. vers. 9 et 54, 4).

II. **אַלְמָנוֹת** f. plur. Jes. 13, 22 *palatia* i. q. אַרְמְנוֹת, quod ipsum in nonnullis codd. legitur, littera ר emollita in ל, ut saepissime. Cf. אַרְמוֹן. Alii *viduae* notionem retinent et *palatia* intelligunt *desolata.*

אַלְמָנוּת plur. אַלְמְנוּתִים f. *viduitas* Gen. 38, 14. Metaph. de Israëlis in exilio degentis conditione Jes. 54, 4.

אַלְמֹנִי m. *quidam,* ὁ δεῖνα, pr. *qui reticetur* (ab אָלַם no. 2), cuius nomen dissimulatur. Ubique praemittitur פְּלֹנִי q. v.

אֵלֶּן i. q. אֵלֶּין *hi, hae, haec.*

אֶלְנַעַם (cuius amoenitas s. gaudium Deus est) n. pr. m. 1 Par. 11, 46.

אֶלְנָתָן (quem Deus dedit, cf. יוֹנָתָן, q. d. *Theodorus, Adeodatus*) n. pr. m. 1) avus regis Jojachin 2 Reg. 24, 8, fortasse idem, de quo agitur Jer. 26, 22. 36, 12. 25. — 2) Levitae tres tempore Esrae Esr. 8, 16.

אֶלָּסָר Gen. 14, 1. 9 nomen regionis, ut videtur, in vicinia Babyloniae et Elymaidis (legitur enim inter שִׁנְעָר et עֵילָם) quaerendae. Symm. et Vulg. *Pontus*. Targ. Hieros. תְּלַאסַּר (Jes. 37, 12). Sed Persiae vel Assyriae quandam provinciam arguit nomen assyriaco-babylonicum regis אַרְיוֹךְ cf. Dan. 2, 14.

אֶלְעָד (quem Deus laudat, ab עוּד cf. Iob. 29, 11) n. pr. m. 1 Par. 7, 21.

אֶלְעָדָה (quem Deus induit i. e. replevit, cf. לָבַשׁ Iob. 29, 14) n. pr. m. 1 Par. 7, 20.

אֶלְעוּזַי, in aliis codd. אֶלְעֻזַי (pr. Deus laudes meae i. e. Deo sacratae sunt laudes meae) n. pr. m. 1 Par. 12, 5.

אֶלְעָזָר (cui Deus auxiliatur) *Eleasar*, n. pr. m. 1) Ex. 6, 23. 25. 28, 1. Lev. 10, 6 sq. Num. 3, 2. 4. 32. 17, 2. 4. 19, 3. 20, 25 sq. 26, 3 sq. 31, 6 sq. 32, 2. 28. 34, 17. Deut. 10, 6. Jos. 14, 1. 1 Par. 6, 35. — 2) 2 Sam. 23, 9. 1 Par. 11, 12. — 3) 1 Sam. 7, 1. — 4) 1 Par. 23, 21. 24, 28. — 5) Esr. 8, 33, cf. Neh. 12, 42. — 6) Esr. 10, 25. LXX. Ἐλεάζαρ. Ex Ἐλεάζαρος postmodo contractum est nomen *Λάζαρος*.

אֶלְעָלֵא et **אֶלְעָלֵה** (quo Deus ascendit) n. pr. oppidi in tribu Ruben, primo a Hesbone lapide, ubi etiamnum ruinae العال dictae, v. Burckhardt itin. Syriae p. 623 ed. germ. Num. 32, 3. 37. Jes. 15, 14. 16, 9.

אֶלְעָשָׂה (quem Deus fecit s. creavit Iob. 35, 10) n. pr. m. 1) 1 Par. 2, 39. — 2) ib. 8, 37. 9, 43. — 3) Jer. 29, 3.

אָלַף vel **אָלֵף** fut. יֶאֱלַף (Prov. 22, 25) i. q. arab. أَلِفَ 1) *assuevit, assuetus fuit*, unde أَلْف et أَلِيف *familiaris, socius*, consuetudine iunctus, hebr. אַלּוּף no. 1. 2) *mansuefactus fuit*, de brutis, cf. אֶלֶף no. 1, אַלּוּף no. 3. 3) *didicit*, ab assuefaciendo, cf. לָמַד. Apud Syros, Chaldaeos id. In V. T. in uno loco Prov. 22, 25. 4) *copulavit, sociavit*. Arab. Conj. I. III. IV, unde אֶלֶף mille, familia.

Pi. *docuit*, ut syr. ܐܰܠܶܦ, c. duobus acc., altero pers., altero rei Iob. 15, 5. 33, 33, cum uno, qui ad personam refertur Iob. 35, 11. Part. מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ, cf. ܡܰܠܦܳܐ.

Hiph. (denom. ab אֶלֶף) *millia fecit* vel *protulit, produxit*. Ps. 144, 13. (Arab. آلَفَ mille fecit).

אֶלֶף 1) *bos*, gen. comm., quemadmodum *βοῦς* et *bos*, germ. *Rind*. Legitur nonnisi in Plur. אֲלָפִים Ps. 8, 8. Prov. 14, 4, de bove femina Deut. 7, 13. 28, 4. Singularem habes in nomine primi elementi *Aleph, Alpha*. De etymo v. sub אַלּוּף no. 3.

2) *mille*. (Arab. أَلْف, syr. ܐܰܠܦܳܐ id.; sed aethiop. አልፍ: *myriada* designat. Pr. fortasse est numerorum coniunctio maiorque societas). Nomina numerata plerumque sequuntur numerale, et nonnulla quidem in singulari, ut אִישׁ Iudd. 15, 16, alia in plurali 2 Sam. 10, 18. 1 Reg. 10, 26. Deut. 1, 11, alia promiscue, ut כִּכָּר 1 Par. 19, 6 et כִּכָּרִים 29, 7. Rarius et nonnisi in sequiore Hebraismo nomen praecedit 1 Par. 22, 14. 2 Par. 1, 6. Cf. *Lehrgeb.*

p. 695. 697. 699. Diversa est ratio locutionis אֶלֶף כֶּסֶף *mille* (sicli) *argenti*, de qua v. *Lehrgeb.* p. 700. Haud raro ponitur pro numero rotundo Iob. 9, 3. 33, 23. Ps. 50, 10. — Dual. אַלְפַּיִם *duo millia* Iudd. 20, 45. 1 Par. 5, 21. — Plur. אֲלָפִים *millia* v. c. שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים Ex. 38, 26. De numero rotundo longe maximo אַלְפֵי רְבָבָה *millia myriadis* Gen. 24, 60.

3) *familia* i. e. מִשְׁפָּחָה, quarum plures unam *tribum* (שֵׁבֶט, מַטֶּה) constituebant. Iudd. 6, 15. 1 Sam. 10, 19. 23, 23. De oppido ut familiae sede Mich. 5, 1.

4) n. pr. oppidi Benjaminitarum Jos. 18, 28.

אֲלַף, אֶלֶף chald. *mille*. Dan. 5, 1. 7, 10.

אֶלְפֶּלֶט v. אֱלִיפֶלֶט.

אֶלְפַּעַל (cui Deus praemium est, cf. פֹּעַל, פְּעֻלָּה de praemio) n. pr. m. 1 Par. 8, 11. 12. 18.

אָלַץ rad. in Kal inusit. i. q. אוּץ q. v., לָחַץ.

Pi. אִלֵּץ *ursit, institit* alicui, *vim fecit* Iudd. 16, 16. Frequentioris usus est apud Syros et Zabios.

אֶלְצָפָן v. אֱלִיצָפָן.

אַלְקוּם i. q. arab. أَلْقَوْم *populus*. Prov. 30, 31: מֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ *rex, quocum populus* i. e. populo suo stipatus, in media populi corona incedens. Vid. Pocock. ad spec. hist. Arabum 207. (Arab. قَوْم *populus* nobis a *vivendo* dictum videtur, cf. קוּם sam. vixit, hebr. יְקוּם quod vivit, et חַיָּה populus a vivendo). LXX. δημηγορῶν ἐν ἔθνει. Hebraeorum interpretibus אַלְקוּם compositum videtur ex אַל particula negandi, et קוּם surgere (cf. אַל־מָוֶת Prov. 12, 28), hac sententia: *rex, contra quem surgi* i. e. *cui resisti nequit*. Sed parum aptum hoc ad contextum.

אֶלְקָנָה (quem Deus creavit) n. pr. m. 1) 1 Sam. 1, 1 sq. 2, 11. 20. — 2) Ex. 6, 24. — 3) 2 Par. 28, 7. — 4) 1 Par. 12, 6. — 5) 1 Par. 6, 8. 10. 11. 20. 21. 15, 23.

אֶלְקֹשִׁי nom. gent. *Elkoschita*, de Nahumo propheta. Nah. 1, 1. Hieronymus ad h. l. *Elkosch* Galilaeae viculum esse tradit, *Helkesei* (al. *Elcesi*) dictum „sibique a circumducente monstratum.“ Pseudepiphanius *Elcesei* Judaeae vicum fuisse contendit, v. Relandi Palaest. p. 627. Quomodocunque haec se habent, Palaestinae, non Assyriae, oppidum fuisse videtur, quanquam hodieque Orientales القوش prope Mosul prophetae patriam fuisse tradunt.

אֶלְתּוֹלַד (fort. cuius genus s. posteritas a Deo) v. תּוֹלָד.

אֶלְתְּקֵא et **אֶלְתְּקֵה** (cui Deus timor s. obiectum timoris) n. pr. civitatis Levitarum in tribu Dan Jos. 19, 44. 21, 23.

אֶלְתְּקֹן (cui Deus fundamentum est) n. pr. oppidi tribus Judae Jos. 15, 59.

אֵם st. constr. אֵם, c. suff. אִמִּי pl. אִמּוֹת f. *mater*. (Arab. أُمّ et إِمّ, aethiop. እም፡, aram. אִמָּא, ܐܶܡܳܐ, ࠀࠌࠀ id.). אָב וָאֵם *pater et mater* de utroque parente Iud. 14, 16. Ps. 27, 10. Esth. 2, 7. — בֶּן אִמִּי *frater meus uterinus* Gen. 43, 29. Poët. בְּנֵי אִמִּי *fratres mei* universe Gen. 27, 29. Cant. 1, 6. Minus exacte etiam *noverca* dicta est mater Gen. 37, 10 (coll. 35, 16 sq.), quae accuratius vocanda erat אֵשֶׁת אָב. Matris vero nomen latius patet et usurpatur etiam 1) de *avia* 1 Reg. 15, 10, et universim de parente procreatrice Gen. 3, 20. — 2) metaph. de *ea, quae beneficiis de aliis meretur*. Iud. 5, 7. — 3) adhibetur *interiori cuidam necessitudini* designandae, Iob. 17,

14 (cf. אָב no. 7). — 4) de *gente*, opp. liberis i. e. hominibus ex ea oriundis. Jes. 50, 1. Jer. 50, 12. Ez. 19, 2. Hos. 2, 4. 4, 5. — 5) *mater viae* est *bivium*, pr. fons et caput viarum (alibi רֹאשׁ דֶּרֶךְ) Ez. 21, 26. Arab. أُمّ est radix, principium rei, sed أُمّ ٱلطَّرِيق est via regia, et possit Ez. l. l. etiam in hanc sententiam accipi. — 6) i. q. אַמָּה *metropolis, urbs insignis et primaria*, quamquam non capitalis. 2 Sam. 20, 19: עִיר וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל *urbs et mater in Israële.* Ita in nummis phoeniciis Tyri et Sidonis, cf. arab. أُمّ metropolis, it. gr. μήτηρ Callim. fr. 112, et *mater* Flor. 3, 7. 18. Ammian. 17, 13. — 7) Metaph. de *terra* omnium hominum matre. Iob. 1, 20.

Haud dubie primitivum est hoc vc., et aeque ac אָב (vid. p. 3) primos infantis balbutientis sonos imitatur, ut gr. μάμμα, μάμμη, μαμμαία, μαῖα, kopt. *mau*, germ. *Mama, Amme*. Forma fem. eaque metaphorice usurpata est אַמָּה. Arabes inde formarunt verbum أَمَّ mater fuit, inde propinquus fuit, praeivit exemplo, docuit.

אִם (plerumque sequ. Makk.) particula demonstrativa, interrogativa et conditionalis, cuius varias significationes locupletior Arabum lingua variis formis distinxit: أَمْ, إِنَّ, إِنْ, أَنْ, أَنَّ, cum contra Aethiopes Syrique in una acquiescant: እመ፡ ܐܶܢ; cuiusque vestigia etiam in linguis occidentalibus reperias, ut in gr. ἤν i. e. ecce, si, lat. *en*, nostr. *wenn, wann*.

A) Primariam vim demonstrativam censeo: *en, ecce!* vic. הֵן (ἤν, *en*), arab. إِنَّ utique, certe, إِنْ id. v. de Sacy gr. arabe I, §. 889, أَنْ ecce, in formula جَاءَ وَأَنْ venit et ecce. Hos. 12, 12: אִם גִּלְעָד אָוֶן *en Gileadum scelus* i. e. scelestissimum. In altero membro est אַךְ. Iob. 17, 13: אִם אֲקַוֶּה שְׁאוֹל בֵּיתִי *ecce! exspecto orcum, domum meam.* Comm. 16. Prov. 3, 34. Praecedente הֲ eodem sensu posito Jer. 31, 20. (Hebraei interpretes, ut Kimchius, hoc אִם affirmativum a se recte observatum explicant אֱמֶת, et decurtatum volunt ex אָמֵן, malim certe ex אָמַן, quam sententiam secutus sum in Gramm. hebr. ed. 9. p. 191, neque negari potest, ex hac radice varias eius particulae formas et significationes optime explicari. Ea tamen, quam supra proposui, origo mihi nunc probabilior. Caeterum vide notam). Mature factum est

B) Adv. interrogandi (cf. הֵן no. 2 et quae ibi observavimus, it. הֲלֹא, הֲ, أَ interrogativum ortum ex הַל, أَلْ demonstrativo): 1) in interrogatione recta *num? an?* (Respondet arab. أَمْ). 1 Reg. 1, 27. Jes. 29, 16. [Winerus in utroque loco vertit: *ob? oder etwa,* quod in loco Jesaiae magis placet, quam 1 Reg.]. Longe creberrime in interrogatione disiunctiva, ubi praecessit הֲ: *utrum — an?* arab. أَ — أَمْ. Jos. 5, 13: הֲלָנוּ אַתָּה אִם־לְצָרֵינוּ *utrum nobiscum es, an cum hostibus nostris.* 1 Reg. 22, 15: הֲנֵלֵךְ־אִם נֶחְדָּל *ibimusne .... an non?* Idem est הֲ־וְאִם Iob. 21, 6, et הַאַף־וְאִם 34, 17. 40, 8. 9. Utroque utuntur etiam in quaestione geminata, quanquam non disiunctiva, ut הֲ־אִם Gen. 37, 8, הֲ־וְאִם 17, 17. (Ubi duae quae-

stiones se excipiunt inter se minus cohaerentes, repetitur הֲ 1 Sam. 23, 11).

2) in interrogatione obliqua: *an, num,* germ. *ob,* angl. *if.* Post verba interrogandi Cant. 7, 13, explorandi, dubitandi 2 Reg. 1, 2; in quaestione gemina et disiunctiva הֲ־אִם Gen. 27, 21. Num. 13, 20. Formula מִי יוֹדֵעַ אִם Esth. 4, 14 accurate respondet latinae *nescio an, haud scio an,* wer weifs ob nicht, = fortasse.

C) Conj. eaque 1) maxime conditionalis: *si, εἰ,* germ. *wenn* (als wahr gesetzt dafs), cf. הֵן ecce, num? si, syr. ܗܢ ecce et i. q. إِنْ si. Respondet hoc significatu arab. إِنْ, sam. ࠀࠌ, ࠀࠍ, aethiop. እም:). Sequitur, prout sententia poscit, praeteritum Esth. 5, 8: אִם מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֵי ה׳ *si inveni gratiam in oculis regis.* Gen. 43, 9. 18, 3 et fut. Iudd. 4, 8: אִם תֵּלְכִי עִמִּי וְהָלַכְתִּי *si mecum ibis, ibo.* Gen. 13, 16. 28, 20. Iob. 8, 4 sq. 11, 10, rarius participium Iud. 9, 15. 11, 9, infinitivus (pro verbo fin.) Iob. 9, 27. Ponitur etiam sine verbo 8, 6. 9, 19. A particula conditionali לוּ nostra ita differt, ut haec ponatur in vera conditione, ubi utrum aliquid fiat vel factum sit vel futurum, in medio relinquitur (si fecisti, si facturus es): illa (לוּ), ubi significatur aliquid non fieri, vel factum esse vel factum iri vel saltem illud incertum neque probabile esse (si faceres, fecisses, gr. εἰ εἶχεν). Vide לוּ, et de simili ratione partt. إِنْ et لَوْ de Sacy gramm. arabe I, §. 885. Ingeniose et subtiliter factum, quod in exsecrationibus et imprecationibus conditionatis pro לוּ (quod forte exspectaveris), ubique legitur אִם Ps. 7, 4—6: אִם עָשִׂיתִי זֹאת אִם יֶשׁ עָוֶל בְּכַפָּי׃ אִם גָּמַלְתִּי... יִרַדֹּף *si hoc feci, si scelus in manibus meis, si iniuriam feci amico .... persequatur me* cet. Etenim negat quidem psaltes (si finem orationis spectas), se talia fecisse, sed interim et causa nondum cognita in medio illud relinquens et quasi ponens, sibique poenam gravissimam irrogans, vim exsecrationis mirifice auget. Cf. Ps. 44, 21. 73, 15. 137, 5. 6. Iob. 31, 7 sq. Alia exempla, in quibus pro אִם accuratius ponendum fuisset לוּ, sunt Ps. 50, 12: אִם אֶרְעַב *si esurirem.* Hos. 9, 12: neque tamen falsum est אִם, quoniam usus eius latius patet. Spec. observandum: a) ubi modestius enuntianda est conditio vel suppositio, ponunt אִם־נָא, v. נָא. b) אִם־ אִם disiunctive ponitur: *sive, sive* (εἴτε, εἴτε; ἐάν τε, ἐάν τε), cf. geminatum *si* ap. Gell. 2, 28. Ex. 19, 13: אִם־בְּהֵמָה אִם־אִישׁ *sive pecus* (fuerit) *sive homo.* 2 Sam. 15, 21. Lev. 3, 1. Deut. 18, 3, et praecedente negatione *neque, neque* 2 Reg. 3, 14. Idem est אִם־ וְאִם Jos. 24, 15. Eccl. 11, 3. 12, 14 (arab. وَإِنْ — إِنْ et وَإِمَّا — إِمَّا).

c) Per ellipsin formulae iurandi, qualis plena legitur 1 Sam. 3, 17. 24, 7. 2 Sam. 3, 35, אִם fit particula *negandi,* maxime in iuramentis. 2 Sam. 11, 11: *per vitam tuam* (Deus omne malorum genus in me cumulet) אִם אֶעֱשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *non ego faciam hanc rem.* 20, 20. 1 Reg. 1, 51, in obtestationibus Cant. 2, 7. 3, 5. Neh. 13, 25, raro alibi, maxime poët. Jes. 22, 14. 62, 8. Iud. 5, 8. Prov. 27, 24. (Eodem modo utuntur arab. إِنْ, plenius مَا إِنْ pro *non*).

2) part. concedentis: *etsi, quanquam* (arab. وَإِنْ, gr. ἐὰν καί, κἄν), sq. praet. ubi exprimendum:

quanquam sum Iob. 9, 15, plerumque fut., ubi exprimendum: etsi essem Jes. 1, 18. 10, 22. Ps. 139, 8. Iob. 20, 6 (cf. tamen 9, 20). It. sequ. nomine verbali Nah. 1, 11.

3) part. *optandi: o si, utinam* (*εἰ γάρ*). Sq. fut. Ps. 68, 14. 81, 9. 95, 7. 139, 19. Anacoluthon est Gen. 23, 13: אִם אַתָּה לוּ שְׁמָעֵנִי *utinam tu — utinam audias me.* Transit

4) in particulam temporis: *quum, quando* (cf. germ. *wenn* et *wann*, et angl. *when*). Sequitur praeteritum, saepe etiam plusquamperfecto, et futuro exacto reddendum. Jes. 24, 13: אִם כָּלָה בָצִיר *quando finita est vindemia.* Am. 7, 2: וְהָיָה אִם כִּלָּה לֶאֱכֹל *et cum absumsisset.* Jes. 4, 4: אִם רָחַץ אֲדֹנָי אֵת צֹאַת בְּנוֹת־צִיּוֹן *quando abluerit Dominus sordes filiarum Zionis.* Gen. 38, 9. Ps. 63, 7. Iob. 8, 4. 17, 13. Ita in compositt., ut עַד אִם usque dum Gen. 24, 19, עַד אֲשֶׁר אִם 28, 15. Num. 32, 17. Jes. 6, 11.

5) Raro est *quum* causale, *quandoquidem*, arab. إِنْ. Gen. 47, 18: *non celabimus tibi, quod,* אִם תַּם הַכֶּסֶף ... אֶל אֲדֹנִי לֹא נִשְׁאַר *quum omne argentum transierit ... ad te, nihil superest* cet. Jes. 53, 10.

Not. Quod Winerus nuper (in addendis ad Lex. hebr. p. 1054) vim huius particulae affirmativam s. demonstrativam (litt. A.) plane negavit (sibi non constat Rosenm. quem vide ad Iob. 17, 13 et Hos. 12, 12) locis laudatis vulgarem significationem: *si, ob,* vindicaturus, id nobis non persuasit. Primaria certe potestas demonstrativa in loco Hoseae, antiquissimi scriptoris, et in particulis cognatis הֵן, إِنَّ, أَنْ, إِنْ firmum praesidium habere videtur, cui accedit haud spernenda vett. interpretum auctoritas (v. Noldii vindiciae p. 408).

Componitur cum aliis particulis

1) הַאִם, bis ab initio interrogationis, eiusque affirmativae ponitur: *nonne? ecce?* Num. 17, 28. Iob. 6, 13.

2) אִם־לֹא a) *nonne?* (ubi praecessit הֲלֹא) Jes. 10, 9. b) *si non, nisi* Ps. 7, 13. Gen. 24, 8. Inde post formulas iurandi fortiter affirmat et asseverat (vide supra C, 1, c) Num. 14, 28. Jes. 14, 9, etiam in obtestationibus Iob. 1, 11. 2, 5. 17, 2. 22, 20. 30, 25. Jes. 5, 9. c) Ponitur pro *sed, sondern* (cf. *εἰ μή, nisi*, chald. אֶלָּא ex אִם־לָא) Gen. 24, 37. 38.

אָמָה plur. אֲמָהוֹת (inserta littera ה, cf. chald. אֲבָהָן et *Lehrgeb.* p. 530) f. *ancilla, serva.* אֲמָתְךָ *serva tua* pro *ego*, in colloquio etiam ingenuae mulieris cum nobilioribus. Iudd. 19, 9. 1 Sam. 1, 11. 16. 25, 24 sq. 2 Sam. 14, 15 (cf. אָדוֹן). בֶּן־אָמָה *filius ancillae* i. e. servus. Ex. 23, 12. Ps. 116, 16.

(Inde ductum verb. arab. أَمَا ancilla fuit. Neque audiendi, qui אָמָה *ancillam* a radice אָמָה, أَمَّ *inito pacto indixit* derivari putant).

אַמָּה pr. i. q. אֵם, sed ubique metaph. *de principio, capite et fundamento* rei. Spec. 1) est *mater brachii* i. e. pars brachii anterior, *cubitus, ulna.* Deut. 3, 11. Inde

2) mensurae vocabulum: *ulna, cubitus.* Cf. praeter has ipsas voces germ. *Elle* unde *Ellenbogen*, gr. *πῆχυς* et *πυγών*, arab. ذِرَاعٌ, aegypt. **ⲘⲀϨⲒ**. Ulnarum numerandarum ratio haec est: אַמָּתַיִם *duae ulnae* Ex. 25, 10. 17, שָׁלֹשׁ אַמּוֹת 27, 1, atque ita usque ad denarium numerum, in sequiore Hebraismo אַמּוֹת שָׁלֹשׁ 2 Par. 6, 13; cum numeris denario maioribus in antiquiore Hebraismo hunc in modum: חֲמִשִּׁים אַמָּה Gen. 6, 15, in sequiore חֲמִשִּׁים אַמּוֹת Ez. 42, 2 vel אַמּוֹת עֶשְׂרִים

2 Par. 3, 4. Praeterea omnis generis numeralibus et in utroque Hebraismo iungitur intercedente בְּ: אַרְבַּע בָּאַמָּה *quattuor ad ulnam* i. e. quattuor ulnae, מֵאָה בָּאַמָּה *centum ulnae*, Ex. 27, 9. 18. 36, 15. 38, 9. Ulna vulgaris Hebraeorum sex palmorum erat, neque audiendi, qui ei quattuor tantum tribuunt; maior etiam et ἑπταπάλαιστος memoratur Ez. 40, 5. 43, 13, cf. 2 Par. 3, 3, et quae disputavimus in Thes. p. 110. 113. — Metaph. Jer. 51, 13: *venit finis tuus, mensura rapinae tuae* i. e. tempus, quo Deus nefando quaestui tuo modum et mensuram posuit.

3) i. q. אֵם no. 6 *metropolis*. 2 Sam. 8, 1: *et sumsit Davides frenum metropoleos e manu Philistaeorum* i. e. metropolin Philistaeorum sibi subiecit. Cf. proverbium Arabum: *tradidit capistrum suum alicui* i. e. arbitrio eius se permisit. Schult. ad Iob. 30, 11 et Har. Cons. IV. p. 24. Vid. *Geschichte der hebr. Sprache* p. 41.

4) *fundamentum*. Jes. 6, 4: אַמּוֹת הַסִּפִּים *fundamenta liminum*. Cf. أمات, أمهات radices, principia.

5) n. pr. collis 2 Sam. 2, 24.

אַמָּה plur. אַמִּין f. chald. *ulna, cubitus*. Dan. 3, 1. Esr. 6, 3. Syr. ܐܡܐ, ܐܡܬܐ, plur. ܐܡܝܢ.

אֵמָה i. q. אֵימָה q. v. *terror*.

אֻמָּה (a rad. אָמַם) f. *populus*, arab. أمة populus, aram. אֻמְּתָא, ܐܘܡܬܐ id. Legitur tantum in Plur. אֻמּוֹת Gen. 25, 16. Num. 25, 15, et אֻמִּים Ps. 117, 1. Syr. ܐܘܡܘܬܐ.

אֻמָּה chald. f. id. Dan. 3, 29. Plur. אֻמַּיָּא emphat. אֻמַּיָּא Dan. 3, 4. 7. 5, 19. 7, 14. Esr. 4, 10.

I. אָמוֹן m. *opifex, architectus* i. q. אָמָן, Prov. 8, 30 de sapientia Dei hypostatica, mundi opifice. Feminini sexus formam hoc vc. non magis admisisse videtur quam lat. *artifex, opifex*, unde Plin. II, 1: *Artifex omnium natura*. Quinct. 2, 15: *rhetorica persuadendi opifex*. Alii *filium* s. *alumnum* intelligunt (ab אָמַן no. 1). — 2) n. pr. a) filii Manassis, regis Judae a. 644—642 a. Chr. 2 Reg. 21, 18—26. 2 Par. 33, 20 sq. b) 1 Reg. 22, 26. c) Neh. 7, 59, pro quo Esr. 2, 57 אָמִי scribitur.

II. אָמוֹן i. q. הָמוֹן *multitudo, turba*. Jer. 52, 15. Rad. הָמָה.

III. אָמוֹן *Amon* n. pr. numinis Aegyptiorum supremi, a Thebanis magna cum religione culti (v. נֹא אָמוֹן) Jer. 46, 25, quod Ἄμμωνα vocabant et cum Jove comparabant Graeci (cf. Herod. 2, 42. Diod. 1, 13). In monumentis aegyptiacis plerumque humanam formam refert capite arietino instructam. Ibidem nomen eius *Amn* scribitur, plenius *Amn-Re* i. e. Amon Sol, v. quae laudavimus in Thes. p. 115. Adde *Kosegarten* de Scriptura vett. Aegyptiorum p. 29 sq.

אֵמוּן (a rad. אָמַן) m. (per Syriasmum pro אֱמוּן) *fides*. Deut. 32, 20. Plur. אֱמוּנִים pr. fidelitates Ps. 31, 24. אִישׁ אֱמוּנִים vir fidus, fidelis. Prov. 20, 6.

אֱמוּנָה (a rad. אָמַן) f. *firmitas*. Ex. 17, 12: וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה *erantque manus eius* (Mosis) *firmae* (pr. firmitas). — 2) *securitas* (arab. أمن, أمان id.) Jes. 33, 6. — 3) *fides*, qua quis promissa praestat et exsequitur. Tribuitur hominibus Ps. 37, 3. Hab. 2, 4, Deo Deut. 32, 4. Ps. 36, 6. 40, 11. Plur. אֱמוּנוֹת Prov. 28, 20.

אָמוֹץ (fortis) n. pr. *Amozus*, Jesaiae prophetae pater Jes. 1, 1. 2, 1. 13, 1. 20, 2.

אָמִי n. pr. m. Esr. 2, 57. Videtur corruptum esse pro אָמוֹן Neh. 7, 59.

אֱמִים v. אֵימִים.

אֲמִינוֹן (fidelis) n. pr. i. q. אַמְנוֹן. 2 Sam. 13, 20 de Amnone, Davidis filio.

אַמִּיץ (rad. אָמֵץ) m. adj. *firmus, fortis* Iob. 9, 4. 19, plenius addito כֹּחַ Nah. 2, 2. Jes. 40, 26.

אָמִיר m. (rad. אָמַר no. 1) *caput, cacumen* a) arboris (*Wipfel*) Jes. 17, 6: בְּרֹאשׁ אָמִיר in summo cacumine. b) montis (*Gipfel*) ibid. comm. 9, ad quem locum vide quae observavimus in notis ad interpretationis germ. edit. 2.

אָמַל vel **אָמֵל** *languit, flaccidus fuit,* pr. caput demisit. Affine est אָבַל q. v. In Kal Part. pass. de corde languido Ez. 16, 30.

Pyl. אֻמְלַל 1) *languit,* pr. de plantis caput demittentibus Jes. 24, 7, hinc de agris, de homine aegroto Ps. 6, 3, ubi אֻמְלַל est pro מְאֻמְלָל. — 2) *tristis fuit* Jes. 19, 8, de terra vastata Jes. 24, 4. 33, 9, de moenibus dirutis Thren. 2, 8. Legitur nonnisi in sermone poëtico. Sed pedestris sermonis est

אֲמֵלָל m. *languidus, debilis* Neh. 3, 34.

אָמַם rad. inusit., quae pariter atque עָמַם, גָּמַם (q. v.) *coniungendi* vim habuisse videtur. (Arab. أَمَّ propinquus fuit). Inde est nomen אֻמָּה i. q. עַם populus, et

אֲמָם n. pr. oppidi in parte meridionali tribus Judae. Jos. 15, 25.

I. **אָמַן** 1) pr. *fulcivit, sustentavit, stützen, unterstützen,* spec. a) brachio sustentavit, gestavit parvulum. Num. 11, 12. Thren. 4, 5. Part. אֹמֵן *παιδαγωγός,* puerum gestans et curans Num. l. c. Jes. 49, 23, it. tutor et altor Esth. 2, 7. 2 Reg. 10, 1. 5 (cf. כִּלְכֵּל, arab. مان sustentavit, aluit), fem. אֹמֶנֶת nutrix Ruth. 4, 16. 2 Sam. 4, 4. — b) *fundavit, exstruxit* (vic. בָּנָה, אֶבֶן), inde אָמוֹן, אָמָן architectus, opifex, *Baumeister,* אֹמְנָה columna, Stütze.

2) intrans. med. E. *fultus est* hinc *firmus, inconcussus fuit,* talisque, quo tuto aliquis *inniti* possit, metaph. *fidus fuit.* Part. pass. אֱמוּנִים *fidi, πιστοί* Ps. 12, 2. 31, 24. Cf. סָמוּךְ Jes. 26, 3. Arab. أَمُنَ fidus fuit, أَمِنَ est: nixus et confisus est super aliquo, أَمِنَ fidem habuit, securus fuit.

Niph. 1) *fulciri, brachiis gestari* parvulorum instar. Jes. 60, 4. Cf. Kal no. 1. — 2) *fundatus, firmus, stabilis fuit,* v. c. de domo. 1 Sam. 2, 35. 25, 28. 2 Sam. 7, 16. 1 Reg. 11, 38, de loco firmo, in quo haereat clavus Jes. 22, 23. 25; de conditione firma et stabili. 7, 9. — 3) *diu duraturus, perennis fuit,* de aqua (opp. אַכְזָב) Jes. 33, 16. Jer. 15, 18, de morbis Deut. 28, 59, de foedere Ps. 89, 29. — 4) metaph. *fidus, fidelis, certus fuit,* talis, quo *inniti* possis (*auf den man bauen kann*), de servo 1 Sam. 22, 14. Num. 12, 7, nuntio Prov. 25, 13, teste Jer. 42, 5. Jes. 8, 2, de Deo Deut. 7, 9. Jes. 49, 7. Hos. 12, 1. — Ps. 78, 8: לֹא נֶאֶמְנָה אֶת־אֵל רוּחוֹ: *Deo non fidus erat animus eius.* Part. נֶאֱמָן *probus, integer.* Prov. 11, 13. 27, 6: נֶאֱמָנִים פִּצְעֵי אוֹהֵב *proba sunt vulnera amici* i. e. ex animi candore profecta, *ehrlich-gutgemeint.* Vulneribus autem significantur corruptiones severiores. It. *spectatae sapientiae* homo. Iob. 12, 20. — 5) *verus, certus fuit* Hos. 5, 9, de verbo Dei Ps. 19, 8; it. ita inventus, confirmatus est Gen. 42, 20. 1 Reg. 8, 26.

Hiph. הֶאֱמִין 1) *innixus est, superstruxit rei* (*auf etwas bauen*) pr. Jes. 28, 16: *cui qui super-*

struit, non aufugiet. Plerumque 2) translate *fidem habuit* (ut arab. آمَنَ c. بِ). Iob. 4, 18: הֵן בַּעֲבָדָיו לֹא יַאֲמִין *ecce servis suis fidem non habet.* 15, 15. 39, 12. Ps. 78, 22. 32. 119, 66. הֶאֱמִין בַּיהוָה Deo fidem habuit Gen. 15, 6; לֹא ה׳ בְּחַיָּיו vitae suae non fisus est i. e. vitae timuit Deut. 28, 66. — 3) *credidit,* absol. Jes. 7, 9, plerumque seq. לְ pers. et rei Gen. 45, 26. Ex. 4, 1. 8. 9. Prov. 14, 15. Ps. 106, 24, seq. כִּי Ex. 4, 5. Iob. 9, 16; it. c. inf. Iob. 15, 22: *non credit* (sperat), *se e tenebris* (terroribus) *evasurum.* — 4) fort. intrans. *constitit firmus.* Iob. 39, 24: *non consistit firmus, ubi tubae vox* sc. audita est. Cf. Virg. Georg. 3, 83. E vulgari linguae usu interpretandum esset: ita exoptat pugnam, ut *vix credat* suisque auribus confidat prae gaudio. Cf. 9, 16. 29, 24.

II. אָמַן *Hiph.* הֶאֱמִין i. q. הֵימִין *dextrorsum se convertit.* Jes. 30, 21.

אֲמַן chald. *Aph.* הֵימַן confisus est c. c. בְּ Dan. 6, 24, ut syr. ܗܝܡܶܢ ܒ. Part. pass. מְהֵימַן *fidus, fidelis* Dan. 6, 5. 2, 45. Syr. ܡܗܰܝܡܢܳܐ.

אָמָן m. *opifex, artifex, faber* Cant. 7, 2, cf. rad. no. 1, b. Syr. ܐܽܘܡܳܢܳܐ, chald. אוּמָן id., et in hanc formam aramaeam inclinat scriptura אָמָּן *omman,* quam in codd. suis legerunt Kimchius et Juda b. K.

אָמֵן 1) adj. verbale: firmus, metaph. *fidus* (arab. أَمِينٌ, syr. ܐܰܡܺܝܢܳܐ). Cf. Apoc. 3, 4. Neutr. fidum, *fides.* Jes. 65, 16. — 2) adv. *certo, profecto.* Jer. 28, 6. אָמֵן וְאָמֵן Ps. 41, 14. 72, 19. 89, 53. Proprius eius locus est, ubi alter alterius dicta confirmat votisque vel praedictionibus eius eventum adprecatur: *fiat, ita sit.* LXX. bene: γένοιτο. 1 Reg. 1, 36. Jer. 11, 5. Num. 5, 22. Deut. 27, 15 sq. Neh. 5, 13. 8, 6. 1 Par. 16, 36.

אֹמֶן m. *fides, veritas,* Jes. 25, 1.

אֲמָנָה f. 1) *foedus* Neh. 10, 1. (Arab. أَمَانَةٌ). — 2) *statutum, decretum* i. q. חֹק. Neh. 11, 23. Intellige quotidiana alimenta cantoribus praebenda. — 3) n. pr. fluvii perennis (cf. Jes. 33, 16) in Antilibano scaturientis et Damascum irrigantis 2 Reg. 5, 12, a quo illa ipsa Libani pars idem nomen adoptavit Cant. 4, 8.

אֹמְנָה f. pr. fulciens, hinc *columna, postis.* Plur. אֹמְנוֹת 2 Reg. 18, 16.

אָמְנָה f. 1) *educatio, tutela* Esth. 2, 20. — 2) *veritas,* adv. *re vera, vere* Jos. 7, 20. Gen. 20, 12.

אַמְנוֹן (fidus, fidelis) n. pr. *Amnon* 1) filius Davidis primogenitus, a fratre Absalone interfectus. 2 Sam. 3, 2. 13, 1—39. Semel אֲמִינוֹן appellatur, q. v. — 2) 1 Par. 4, 20.

אָמְנָם adv. (ab אֹמֶן cum terminatione adiectivorum ־ָם) *re vera, vere, profecto,* Iob. 9, 2. 19, 4. 5. Jes. 37, 18. אָמְנָם כִּי *verum* est *quod* Iob. 12, 2. Ruth. 3, 12.

אֻמְנָם id. Gen. 18, 13. Num. 22, 37.

אָמֵץ fut. יֶאֱמַץ *alacer, firmus, fortis fuit* (vic. חָמַס, חָמֵץ acer fuit), pr. de alacritate *pedum, rüstig, rasch auf den Füfsen seyn* (cf. Piel. no. 1, אָמֵץ et usum arabicum), translate de animo alacri et strenuo, opp. כָּרַע (collapsis genubus labavit, animo remisso fuit). 2 Par. 13, 18. Sq. מִן *praevaluit* alicui Gen. 25, 23. Ps. 18, 18. 142, 7. חֲזַק וֶאֱמָץ *fortis esto et alacer* i. e. animo forti et imperterrito Deut. 31, 7. 23. Jos. 1,

6—18. (Arab. أَبِصَ alacer, agilis fuit, de equo, unde أَبُوص, אָמֹץ equus alacer).

Pi. אִמֵּץ 1) *firmavit* pr. pedes labantes. Iob. 4, 4. Jes. 35, 3. Hinc *firmavit*, *alacrem reddidit animum.* Deut. 3, 28. Iob. 16, 5. — 2) *roboravit, corroboravit* Jes. 41, 10. Ps. 89, 22. 2 Par. 11, 17. Prov. 31, 17. 24, 5. — 3) *restituit,* refecit aedificium i. q. חִזֵּק 2 Par. 24, 13, it. statuit, condidit. Prov. 8, 28. — 4) *obfirmavit* (cor) Deut. 2, 30. 15, 7. 2 Par. 36, 13. — 5) *constituit, delegit sibi.* Ps. 80, 18: (quem) *tibi delegisti,* cf. comm. 16. Jes. 44, 14.

Hiph. intrans. fortem esse, de animo. Ps. 27, 14. 31, 25.

Hithpa. 1) *alacer fuit,* seq. gerund. alacriter aliquid fecit 1 Reg. 12, 18. 2 Par. 10, 18. — 2) *corroboravit se*, de coniuratis 2 Par. 13, 7. — 3) *obfirmavit se* i. e. animo obfirmato fuit Ruth 1, 18. Cf. חִזֵּק.

אָמֹץ pl. אֲמֻצִּים *alacer,* de equis. Zach. 6, 3. Legitur quoque comm. 7, ubi vero contextus flagitat אֲדֻמִּים rubri. (Arab. أَبِصَ et أَبُوص velox, alacer, de equo).

אֹמֶץ m. *robur.* Iob. 17, 9.

אַמְצָה m. *robur, praesidium* i. q. מָעוֹז. Zach. 12, 5.

אַמְצִי *(robustus)* n. pr. 1) 1 Par. 6, 31. — 2) Neh. 11, 12.

אֲמַצְיָה (quem *Jehova roboravit*) n. pr. *Amazias* 1) filius Joasi, Usiae pater, regni Judaici imperium tenens a. 838—811 a. Chr. 2 Reg. 12, 22. 14, 1 sq. 2 Par. 25, 1 sq. it. אֲמַצְיָהוּ 2 Reg. 14, 1. 9. 11. — 2) sacerdos vituli Amoso infestus Amos 7, 10 sq. — 3) 1 Par. 4, 34. — 4) ibid. 6, 30.

אָמַר inf. absol. אָמוֹר constr. אֱמֹר c. praef. בֶּאֱמֹר Deut. 4, 10, בֶּאֱמֹר Jos. 6, 8, at לֵאמֹר nunquam non contr., fut. יֹאמַר, וַיֹּאמֶר c. acc. conj. וַיֹּאמֶר, abiecto Aleph יֹמְרוּךָ Ps. 139, 20

1) *dixit,* sexcenties in V. T. (Primaria significatio est *efferendi,* hinc *in lucem protulit*, *dixit.* Cf. נָשָׂא, בָּבָא, נָגַד et gr. φημί. Inde Hithpa., it. אָמִיר cacumen et אֱמֹרִי pr. montanus). A דִּבֶּר *locutus est* ita differt אָמַר, ut illud absolute ponatur, hoc additis verbis quae quis dixerit, hunc in modum Lev. 1, 2: דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמַרְתָּ אֲלֵהֶם *alloquere Israëlitas et dic illis.* 18, 2. 23, 2. 10, vel Ex. 6, 10: וַיְדַבֵּר יְהוָֹה אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר *Jehova allocutus est Mosen dicendo* i. e. his verbis, ita. 13, 1. It. sequente Accus. Jer. 14, 17: וְאָמַרְתָּ אֲלֵיהֶם אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *et dicas iis hoc verbum.* Gen. 44, 16: מַה־נֹּאמַר *quid dicemus?* 41, 54: כַּאֲשֶׁר אָמַר יוֹסֵף *secundum id quod dixerat Josephus.* 22, 3: *ad locum* אֲשֶׁר אָמַר לוֹ אֱלֹהִים *quem ei dixerat* i. e. indicaverat *Deus.* Raro sequ. כִּי Iob. 36, 10. Paucis in exemplis iisque incertis et nonnisi sequioris Hebraismi אָמַר absolute poni videtur pro דִּבֶּר 2 Par. 2, 10: וַיֹּאמֶר חוּרָם בִּכְתָב וַיִּשְׁלַח אֶל־שְׁלֹמֹה *et locutus est Huramus per litteras et misit eas Salomoni.* Sequuntur ipsissima verba. At revera *et misit Salomoni* parenthesi includendum est, et וַיֹּאמֶר ad verba epistolae referendum. 2 Par. 32, 24: וַיֹּאמֶר לוֹ *et hic* (Deus) *eum allocutus est.* At potes etiam interpretari: *et hic ei promisit, er sagte (es) ihm zu.* Saepenumero enim post verba dicendi, indicandi omittitur obiectum *id.* (Vid. *Lehrgeb.* p. 734). Qua re observata lucebit etiam locus vexatissimus Gen. 4, 8: *et dixit Kainus* (sc. id, quod Deus cum eo locutus fue-

rat comm. 7) *Abeli fratri suo; cum vero forte una in agro essent, surrexit contra fratrem et interfecit eum.* (Sam. et LXX. inserunt נלכה השדה διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον).

Ei, *cui* aliquid dicitur, praemittitur אֶל Gen. 3, 16. 13, 14, et לְ Gen. 3, 17. 20, 5. 6. Sed utraque hac particula, quanquam rarius, indicatur etiam ille, *de* quo dicunt, et nominatim אֶל 2 Reg. 19, 32. Jer. 22, 18. 27, 19, לְ Gen. 20, 13: אִמְרִי לִי *dic de me.* Ps. 3, 3. 71, 10. Iudd. 9. 54. Idem in acc. ponitur Gen. 43, 27: *pater vester senex* אֲשֶׁר אֲמַרְתֶּם *quem dixistis* i. e. quem commemorastis, comm. 29. Num. 14, 31. Deut. 1, 39. Ps. 139, 20.

Spec. observandum est a) *dicere alicui* hoc vel illud, est i. q. eum ita *vocare, appellare.* Jes. 5, 20. 8, 12. Eccl. 2, 2. Part. pass. אָמוּר ita *dictus, vocatus.* Mich. 2, 7. Cf. Niph. no. 2. — b) *dicere* est nonnunquam i. q. hortari Iob. 36, 10, promittere 2 Par. 32, 24, indicare, nuntiare Ex. 19, 25, *dicere* aliquem i. q. laudare, praedicare eum Ps. 40, 11. Jes. 3, 10, id quod plerumque e contextu diiudicatur.

2) אָמַר בְּלִבּוֹ Gen. 17, 17. Ps. 10, 6. 11. 14, 1. Jes. 47, 8 (arab. قَالَ فِي قَلْبِهِ, قَالَ فِي نَفْسِهِ) et לִלְבָבוֹ Hos. 7, 2, it. simplic. אָמַר *secum dixit, cogitavit, opinatus est, putavit, voluit.* (Cf. שִׂיחַ, הָגָה, arab. قَالَ, gr. φημί apud Homerum et Tragicos. Quosdam maris pacifici populos pro *cogitando* dicere *in ventre loqui* narrabat Forsterus, olim noster). 1 Sam. 20, 4. Gen. 44, 28: *eumque a feris discerptum censeo.* Ex. 2, 14: הַלְהָרְגֵנִי אַתָּה אֹמֵר *num me interficere cogitas?* LXX. μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις; 2 Sam. 21, 16 (LXX. διενοεῖτο) 1 Reg. 5, 5 (19). 1 Sam. 20, 4. Absol. Ps. 4, 5: *meditamini in animo vestro super cubili vestro.*

3) *iussit,* ut arab. أَمَرَ, praecipue in argenteae aetatis sermone. Construitur vel sequ. gerundio Esth. 1, 17: אָמַר לְהָבִיא אֶת־וַשְׁתִּי *adduci iussit Vastin.* 4, 13. 9, 14. Neh. 13, 9: וָאֹמְרָה וַיְטַהֲרוּ *iussi et purificabant* i. e. me iubente purificabant. 2 Par. 24, 8: וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ וַיַּעֲשׂוּ אֲרוֹן אֶחָד *regis iussu fecerunt arcam.* 1 Par. 21, 7. Ps. 105, 31. 34. Jon. 2, 11. Iob. 9, 7. (In Chaldaismo habes priorem constructionem Dan. 2, 46. 3, 13, posteriorem 5, 29. Eadem delectantur Syri, Samaritani, Arabes). Alibi seq. acc. rei (ut lat. iubere legem, foedus) 2 Par. 29, 24: *nam pro toto Israële rex iusserat hoc holocaustum* sc. institui. 1 Reg. 11, 18: לֶחֶם אָמַר לוֹ *victum ei iussit* sc. praeberi. Iob. 22, 29. C. dat. pers. 2 Sam. 16, 11.

Niph. נֶאֱמַר fut. יֵאָמֵר et יֵאָמַר 1) *dicitur,* c. לְ et אֶל pers. Num. 23, 23. Ez. 13, 12. Ponitur quoque ut lat. *dicitur, dicunt* Gen. 10, 9. 22, 14. Num. 21, 14. — 2) יֵאָמֵר לְ *dicitur alicui* (hoc vel illud) i. e. (ita) *vocatur, appellatur.* Jes. 4, 3. 19, 18. 61, 6. 62, 4. Hos. 2, 1.

Hiph. הֶאֱמִיר *dicere fecit.* Deut. 26, 17: *tu hodie dicere s. spondere fecisti Dominum* cet. Vers. 18 *et Jehova te spondere fecit* i. e. vos vobis spopondistis invicem, et alter alterius conditiones accepit ratasque habuit. Abiecta sententia olim proposita (*Lehrgeb.* p. 244) copiosius hunc locum tractavimus in Thes. p. 121.

Hithpa. הִתְאַמֵּר *extulit se, gloriatus est* Ps. 94, 4. Cf. Kal no. 1. Vcc. ab hac rad. derivata sunt praeter sequentia: כִּנָּמָא, אָמִיר et מַאֲמָר.

אֲמַר chald. 3 fem. אֲמָרֶת pro אַמְרַת

Dan. 5, 10, fut. יֵאמַר, inf. מֵאמַר et מֵמַר Esr. 5, 11, part. אָמַר i. q. hebr. 1) *dixit*, c. dat. pers. Dan. 2, 25, c. accus. rei 7, 1, vel additis verbis, quae quis dixerit Dan. 2, 24, vel etiam scripserit Dan. 7, 2 (cf. quae ex usu loquendi Orientalium observavimus ad Luc. 1, 63 in Diar. Class. Lond. no. 54. p. 240). Plurali אָמְרִין *dicentes, dicunt* circumscribitur Passiv. *dicitur, dictum esto*. Dan. 3, 4: לְכוֹן אָמְרִין עַמְמַיָּא *vobis dictum esto, populi*. Theod. λέγεται. De hac linguae proprietate cf. *Lehrgeb.* p. 798. — 2) *iussit, mandavit*, v. exempla sub hebr. Kal no. 3.

אֵמֶר in sing. nonnisi c. suff. אִמְרוֹ Iob. 20, 29 plur. אֲמָרִים constr. אִמְרֵי (pro sing. abs. utuntur forma אֹמֶר) 1) *verbum, sermo* i. q. דָּבָר, sed tantum in sermone poëtico, praeter Jos. 24, 27. Maxime de verbis Dei אִמְרֵי־אֵל Num. 24, 4. 16. אִמְרֵי אֱמֶת Prov. 22, 21, אִמְרֵי נֹעַם 15, 26. Ps. 19, 15. Prov. 6, 2 cet. Gen. 49, 21: *Naphtali est* אַיָּלָה שְׁלֻחָה *cerva procera*, הַנֹּתֵן אִמְרֵי שָׁפֶר *isque edit verba pulcra* s. decora, iucunda, quod referri potest ad poëticam quandam Naphtalitarum indolem, quanquam aliunde non cognitam. Si quis obiiciat, cervae male tribui verba, is cogitet, הַנֹּתֵן ad Naphtalim referri, non ad אַיָּלָה cervam, eamque ob causam facile caremus coniectura Bocharti, praeeunte Alex. אֵילָה et אֲמִרֵי legentis. — 2) *iussum, mandatum*. Iob. 20, 29: נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors a Deo ei demandata*, imposita. Cf. אָמַר no. 3.

אִמַּר plur. אִמְּרִין m. chald. *agnus* Esr. 6, 9. 17. 7, 17. Syr. ܐܶܡܪܳܐ. Arab. أمر, أمرة agnus, agna. Rad. est أمر Conj. I. IV. multum fecit, أمر multus evasit, inde pr. soboles gregis. Potest etiam a proferendo dicta esse soboles gregis, v. s. rad. אָמַר no. 1.

אִמֵּר (loquax, dicax) n. pr. *Immer* 1) Jer. 20, 1. — 2) Esr. 2, 59. Neh. 7, 61.

אֹמֶר i. q. אֵמֶר, cuius formas adoptat in plur. Vc. poët. 1) *verbum, sermo*. Ps. 19, 4. — 2) spec. *carmen, hymnus* (ἔπος) Ps. 19, 3; epinicium Ps. 68, 12. Hab. 3, 9. — 3) *promissio* Dei. Ps. 77, 9. — 4) *res, aliquid*, sicut דָּבָר. Iob. 22, 28. Arab. أمر res.

אִמְרָה plur. אִמְרוֹת i. q. אֹמֶר, אֵמֶר, idque, pariter atque illa, nonnisi poët. *verbum, sermo*, potissimum de verbo Dei Ps. 18, 31. 119, 38. 50. 103. 140, et de poësi sacra Gen. 4, 23. Deut. 32, 2. Ps. 17, 6.

אֶמְרָה f. id. Thren. 2, 17.

אֱמֹרִי (ex probabili coniectura Io. Simonis pr. *montanus*, a deperdito אֱמֹר elatio, mons, vide sub אָמַר no. 1) *Amorita*, collect. *Amoritae* (LXX. Ἀμοῤῥαῖοι), gens Cananaea, eaque, ut videtur, omnium maxima et potentissima, cuius nomen nonnunquam latissime patet et ad omnes gentes Cananaeas transfertur Gen. 15, 16. 48, 22. Am. 2, 9. 10. Deut. 1, 20. Pars eorum habitabat in tractu montano, quem postea tribus Judae occupavit, ibique quinque regibus parebat Gen. 14, 7. 13. Num. 13, 29, alia trans Jordanem regiones tenebat ad septentrionem Arnonis (Num. 21, 13) usque ad Jabbocum (Num. 21, 24), adeoque ultra hunc fluvium (Num. 32, 39) sitas duobus regibus subiecta, quorum alter Hesboni, alter Basano s. Batanaeae imperitabat (Deut. 4, 47. Jos. 2, 10).

אִמְרִי (eloquens) n. pr. 1) 1 Par. 9, 4. — 2) Neh. 3, 2.

אֲמַרְיָה (quem *dixit* i. e. promisit *Jehova*, qs. Theophrastus) n. pr.

1) 1 Par. 5, 33. (al. 6, 7). — 2) 1 Par. 5, 37 (al. 6, 11). Esr. 7, 3. Cf. אֲמַרְיָהוּ no. 1. — 3) Neh. 10, 4. 12, 2. 13. — 4) Esr. 10, 42. — 5) Neh. 11, 4. — 6) Zeph. 1, 1. — 7) v. אֲמַרְיָהוּ no. 2.

אֲמַרְיָהוּ (id.) n. pr. 1) 2 Par. 19, 11. — 2) 1 Par. 24, 23, qui etiam אֲמַרְיָה 23, 19. — 3) 2 Par. 31, 15.

אַמְרָפֶל (fort. contr. ex אֲמַר, אֲמַר et אַפֵּל, iussum quod exiit) n. pr. regis Sinearis i. e. Babyloniae, tempore Abrahami. Gen. 14, 1. 9.

אֶמֶשׁ (pro אֲמֶשֶׁה, a rad. מָשָׁה مَسَا vesperi fecit, cf. אֶשֶׁךְ a שָׁכָה) 1) nox praeterita et adv. *nocte praeterita* Gen. 19, 34. 31, 29. 42. it. *heri* i. q. תְּמוֹל 2 Reg. 9, 26. Hesterni diei eiusque naturalis, non civilis, posteriorem partem notat i. e. vesperam noctemque hesternam, unde ad vesperam et noctem quamcunque transfertur, quemadmodum vocabula crastinum diem significantia ad tempus matutinum referri solent. Hesterni enim diei finem memoria tenere, crastini initium animo informare solemus. Vide Arab. أَمْسِ heri, أَمْسُ dies hesternus, cf. مَسَا vesperi fecit; et de crastino die hebr. בֹּקֶר *mane* et *cras*, ut germ. *Morgen*; gr. *αὔριον* ab *αὔρα* aër matutinus; arab. غُدْوَةٌ tempus matutinum, غَدٌ crastinus dies, غَدًا cras. Hinc

2) *nox, tenebrae* generatim. Iob. 30, 3: *fugiunt* אֶמֶשׁ שׁוֹאָה וּמְשֹׁאָה *in noctem* s. *tenebras vastae vastitatis.* Desertum enim invium egregie nocti tenebrisque comparare solent Orientales. Vide Jer. 2, 6. 31 et Jes. 42, 16. Rosenm. reddit: *heri desolationis* i. e. loca pridem desolata, cui obstat, quod أَمْسِ, explicite observantibus Arabum grammaticis, de tempore proxime non dudum praeterito usurpatur.

אֱמֶת pro אֱמֶנֶת f. c. suff. אֲמִתִּי, אֲמִתּוֹ 1) *firmitas, stabilitas, perennitas.* Jes. 39, 8: שָׁלוֹם וֶאֱמֶת *pax et firmitas* i. e. pax firma et stabilis per *ἓν διὰ δυοῖν*, cf. no. 2. it. *securitas.* Jos. 2, 12: אוֹת אֱמֶת *signum securitatis* i. e. securum s. certum.

2) *fides,* qua quis sibi constat, promissa servat et exsequitur (*Treue und Glauben*). Tribuitur populo Jes. 59, 14. 15, regi Ps. 45, 5, Deo Ps. 30, 10. 71, 22. 91, 4. Saepissime iungitur חֶסֶד Ps. 25, 10. 40, 11. 57, 4. 11. 108, 5. 138, 2 et per *ἓν διὰ δυοῖν* intelligendus Dei favor constans et perennis. עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם benevolentiam sinceram alicui praestare Gen. 24, 49. 47, 29. Jos. 2, 14. 2 Sam. 2, 6. 15, 20.

3) *probitas, integritas animi.* Ex. 18, 21: אַנְשֵׁי אֱמֶת שֹׂנְאֵי בָצַע *homines probi, a quaestu alieni.* Neh. 7, 2. Iud. 9, 16. 19. Opp. רֶשַׁע Prov. 8, 7. Spec. est *integritas* (iudicis), *iustitia.* Ps. 19, 10: *iudicia Dei sunt integra, iusta.* Jes. 16, 5. Prov. 29, 14; it. *sinceritas* opp. simulationi. Jos. 24, 14. 1 Sam. 12, 24. 1 Reg. 2, 4. Jes. 10, 20.

4) *veritas* opp. mendacio Gen. 42, 16. Deut. 22, 20. 2 Sam. 7, 28. אִמְרֵים אֱמֶת *verba* (quae) *veritas* (sunt). Prov. 22, 21. Tribuitur verbo Dei Ps. 119, 142, vaticiniis Jer. 26, 15, servo Dei Jes. 42, 3. Hinc אֱמֶת יְהוָה *veritas Dei* saepe pro vera eius doctrina et religione Ps. 25, 5. 26, 3. 86, 11.

אַמְתַּחַת f. (a rad. מָתַח expandit) plur. constr. אַמְתְּחוֹת *saccus* Gen. 42, 27 sq. 43, 18. 21. 22.

אֲמִתַּי (verax) n. pr. patris Jonae prophetae 2 Reg. 14, 25. Jon. 1, 1.

אַמְתָּנִי chald. f. (pro ־ִית) *validus, robustus.* Dan. 7, 7. Rad. מְתַן arab. validus, robustus fuit.

אָן adv. interrogandi, contr. ex אַיִן no. II. pr. *ubi?* מֵאָן *unde?* 2 Reg. 5, 25 (in Chethibh). Dein: *quo? quorsum?* De tempore *quamdiu?* עַד־אָן *usque quando? quamdiu?* Iob. 8, 2.

Cum ה parag. locali אָנָה 1) *quo? quorsum?* etiam citra interrogationem Jos. 2, 5. Neh. 2, 16. Constr. praegnans est Jes. 10, 3: אָנָה תַעַזְבוּ כְבוֹדְכֶם *quorsum* (transportabitis et ubi) *relinquetis divitias vestras?* — 2) *ubi?* Ruth 2, 19. — 3) de tempore: עַד־אָנָה *usque quando? quamdiu?* Ex. 16, 28. Ps. 13, 2. Iob. 18, 2: עַד־אָנָה תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין *quamdiu* (usque dum) *finem imponetis verbis?* — 4) sine interrogatione אָנָה וָאָנָה huc et illuc. 1 Reg. 2, 36. 42.

אֹן i. q. אוֹן Heliopolis.

אֲנָא chald. comm. *ego* Dan. 2, 8, saepius אֲנָה 2, 23. 3, 25. 4, 6. Genitivus est Dan. 7, 15. Vide *Lehrgeb.* p. 728.

אָנָּא (lege *ánna*, non *onna*) interj. precantis, conflata ex אָהּ et נָא pr. *ah quaeso!* Sequitur imperativus Gen. 50, 17, vel futur. apoc. i. e. Optativus Neh. 1, 5, alibi absolute legitur Ex. 32, 31. Dan. 9, 4. Scribitur etiam אָנָּה 2 Reg. 20, 3. Jes. 38, 3. Jon. 1, 14.

I. אָנָה (ortum ex אָנָּה, arab. أَنَّ) i. q. אָנַח, אָנַק, אָנַן onomat. *ingemuit, suspiria duxit, ächzen, stöhnen.* Jes. 3, 26. 19, 8. Inde ductum nomen אֲנִיָּה gr. *ὀνία* (*ἀνιάω, ἀνιάζω*) et תַּאֲנִיָּה.

II. אָנָה in Kal inusit. *appropinquavit, obviam venit, adfuit.* Arab. أَنَى tempestivus fuit, إِنًى tempus idoneum. Conj. V. X. moram, patientiam adhibuit (pr. tempus sibi concessit). IV retinuit.

Pi. fecit (Deus), *ut alicui obveniret, accideret* aliquid Ex. 21, 13.

Pu. obvenire factus est i. e. *obvenit, obtigit (von Gott zugeschickt erhalten),* velut infortunium Prov. 12, 21. Ps. 91, 10.

Hithpa. occasionem quaesivit alicui nocendi c. c. לְ 2 Reg. 5, 7.

Derivata: אֳנִי, אֳנִיָּה, אֵת no. II pro אֵנֶת, תַּאֲנָה, תֹּאֲנָה.

אָנָה *quorsum?* v. אָן.

אֲנָה *ego,* v. אֲנָא.

אָנָּה v. אָנָּא.

אֲנוּ *nos* i. q. אֲנַחְנוּ in uno loco Jer. 42, 6 Chethibh. Derivatur insolentior haec forma (quae tamen etiam in Rabbinismo est) ab אֲנִי, ut אֲנַחְנוּ ab אָנֹכִי, et ex ea decurtata sunt Suffixa נוּ, ־ֵנוּ, ־ָנוּ. In Keri legitur quidem vulgare אנחנו, at nil dubito, quin אנו genuinum sit.

אִנּוּן chald. pron. i. q. hebr. הֵם *ii, isti* Dan. 2, 44, fem. אִנִּין *eae, istae* 7, 17. In *Targg.* etiam הִנּוּן fem. הִנִּין. Syr. ܗܢܘܢ et ܗܢܝܢ. (Minus accurate Winerus: *hi, hae,* quod est אִלֵּין).

אֱנוֹשׁ m. 1) *homo* (v. infra אֱנָשׁ) i. q. אָדָם, sed nonnisi in oratione poëtica. Raro usurpatur singulariter Ps. 55, 14. Iob. 5, 17, plerumque collect. de toto genere humano Iob. 7, 17. 15, 14. Ps. 8, 5. Idem est בֶּן־אֱנוֹשׁ Ps. 144, 3. Spec. est a) multitudo, *vulgus, homines vulgares,* hinc Jes. 8, 1: בְּחֶרֶט אֱנוֹשׁ *scriptura vulgari* i. e. vulgaribus, non artificiosis litterarum figuris, ab illitterato quoque nullo negotio legendis. Cf. Comm. nostr. ad h. l. Apoc. 13, 18. 21, 17 et *κατὰ ἄνθρωπον* Gal. 3, 15. — b) *homines mali.* Ps. 9, 20. 56, 2. 66, 12. Cf. אָדָם no. 1.

2) n. pr. *Enosus*, filius Sethi, Adami nepos. Gen. 4, 26. 5, 6. 9.

אָנַח rad. in Kal. inusit. vic. radd. אָנָה no. I, אָנַק, נָאַק.
Niph. gemuit, suspiravit. Ex. 2, 23. Joël 1, 18. (Aram. *Ethpa.* id.). C. c. עַל (Ez. 21, 12) et מִן (Ex. 2, 23) rei, propter quam gemimus. Inde

אֲנָחָה f. plur. אֲנָחוֹת *gemitus, suspirium.* Ps. 31, 11. Thren. 1, 22. Jes. 21, 2: כָּל־אַנְחָתָה *omnis gemitus propter eam* (Babylonem). 35, 10. 51, 11.

אֲנַחְנוּ pron. plur. comm. *nos*, forma vulgaris, ex qua decurtatum est נַחְנוּ. (Arab. نَحْنُ).

אֲנַחְנָא, **אֲנַחְנָה** chald. id. Dan. 3, 16. 17. Esr. 4, 16.

אֲנִי, c. acc. distinctivo אָנִי, pron. pers. 1 pers. utriusque sexus: *ego* i. q. אָנֹכִי q. v. Pleon. iungitur primae personae verbi, maxime in argenteae aetatis libris, ut אָמַרְתִּי אָנִי Eccl. 2, 1. 11. 12. 15. 18. 20. 3, 17. 4, 1. 2. 4. 7. 7, 25. Plerumque est nominativus, pro casibus obliquis tantum, ubi tales praecesserunt, v. *Lehrgeb.* 727. Nonnunquam includit verbum substantivum: *ego (sum).* Gen. 15, 7. 24, 24.

אֳנִי comm. *navis* s. potius coll. *classis.* (Arab. إِنَآءٌ plur. آنِيَةٌ et أَوَانٍ *vas* pec. aquarium, urna, amphora, ita dictum a retinendo et continendo, cf. أَنَى Conj. IV. Navium autem nomina saepe a vasibus petita sunt, cf. gr. γαυλός mulctra et γαῦλος navis Herod. 3, 136; hebr. חֵבָה et כְּלֵי גֹמֶא Jes. 18, 2; it. germ. *Gefäſs*, quod nautae frequentant pro navi). 1 Reg. 9, 26. 27. 10, 11 (ubi iungitur verbo masc.). comm. 22. Jes. 33, 21 (in utroque loco c. fem.). In omnibus his locis collectivum esse videtur cui respondet nomen unitatis אֳנִיָּה, ad analogiam nominum vicis et singularitatis apud Arabes, ut تِبْنَةٌ unus straminis culmus, تِبْنٌ stramen (de Sacy gramm. arabe I §. 577), quare etiam Plurali caret. Auctor Paralipomenôn more suo interpretem agens bis pro eo pluralem אֳנִיּוֹת posuit (v. 1 Reg. 9, 26 coll. 2 Par. 8, 18; 1 Reg. 10, 22 coll. 2 Par. 9, 21). Vulg. constanter: *classis.* Syr. *naves.*

אֳנִיָּה f. nomen unitatis praecedentis: *navis.* Prov. 30, 19. Jon. 1, 3. 5. Plur. Gen. 49, 13. Iudd. 5, 17. אֳנִיּוֹת סוֹחֵר naves institoris. Prov. 31, 14. אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ naves Tartessiae Jes. 23, 1, de navibus magnis institorum universim (v. תַּרְשִׁישׁ) 2 Par. 9, 21. Ps. 48, 8. Jes. 2, 16. אַנְשֵׁי אֳנִיּוֹת nautae 1 Reg. 9, 27.

אֲנִיָּה f. *moeror, luctus* Jes. 29, 2. Rad. אָנָה no. I.

אֲנִיעָם (moeror populi) n. pr. m. 1 Par. 7, 19.

אֲנָךְ m. *plumbum* i. q. עֹפֶרֶת, hinc pro *perpendiculo.* Am. 7, 7: חוֹמַת אֲנָךְ *murus perpendiculi* i. e. ad amussin constructus. Comm. 8: *perpendiculum admovebo populo meo Israël* i. e. omnia destruam, quasi ad normam et libellam. Cf. Jes. 34, 11. 2 Reg. 21, 13. Primitivum videtur hoc vc., certe nescio an verbum arab. أَنُكَ crassus, molestus, tardus fuit, *schwerfällig seyn*, denom. sit a plumbo ductum, pr. plumbeus fuit. Congruit arab. آنُكٌ, syr. ܐܢܟܐ, aethiop. transp. ናእክ: adeoque armen. անագ *anak*, quae cuncta plumbum nigrum et album complectuntur.

אָנֹכִי (Milra) in Pausa mutato tono אָנֹ֫כִי (Milêl) pron. pers. 1 pers. utriusque sexus, *ego*, i. q. אֲנִי. Forma haec primigenia et plenior, in universum breviore paulo rarius, in Pentateucho tamen eadem crebrius reperitur, contra e libris nonnullis recentioribus, ut Paralipomenis et Ecclesiaste, plane exulat. Eadem non solum in Phoenicum monumentis reperitur (v. inscript. Citiensis II s. Oxoniensis), sed etiam in alienae stirpis linguis sui similes habet, cf. aegypt. ⲀⲚⲞⲔ, ⲀⲚⲄ, sanscr. *aha (aham)*, sin. *ngo*, gr. lat. *ἐγώ*, *ego*, germ. *ich*. Ad breviorem formam אֲנִי propius accedunt aram. ܐܢܐ, אֲנָא, arab. أَنَا, aethiop. አነ፡.

אָנַן in Kal inusit. Chald. אֲנַן moeruit, tristis fuit, luxit, arab. أَنَّ gemuit.

Hithpo. הִתְאוֹנֵן pr. tristem moestumque se gessit, hinc *conquestus, quiritatus est* Thren. 3, 39, adiuncta impietatis notione Num. 11, 1.

אָנַס *ursit, coëgit, vim intulit.* Vicinae radd. sunt אָלַץ, אוּץ, quas vide. Semel legitur Esth. 1, 8: אֵין אוֹנֵס *nemo vim inferebat* hospitibus ut biberent. (Longe frequentissima est radix in Targg. pro hebr. גָּזַל, רָצַץ, עָשַׁק. Syr. Ethpe. ܐܬܐܢܤ coactus est. Pa. ܐܢܤ pro *ἐκβιάζομαι* Sap. 14, 19).

אֲנַס chald. id. Dan. 4, 6: כָּל־רָז לָא־אָנֵס לָךְ *nullum mysterium tibi negotium facessit.*

אָנַף fut. יֶאֱנַף *spiravit*, it. *spiritum e naribus efflavit*, in verbo nonnisi translate *iratus fuit* (cf. הֵפִיחַ Ps. 10, 5). Constr. vel absol. Ps. 2, 12. 60, 3. 79, 5, vel cum בְּ obiecti Jes. 12, 1. 1 Reg. 8, 46. Ps. 85, 6. Legitur nonnisi in sublimiore et poëtico dicendi genere, in pedestri oratione frequentatur

Hithpa. pr. *iratum se praebuit*, hinc i. q. Kal, c. c. בְּ, Deut. 1, 37. 4, 21. 9, 8. 20.

Derivat. אַף no. II.

אֲנַף nonnisi in plur. (etenim Dual., quem in ed. 2. dederamus deditque etiam Winerus, in hoc vc. non usitatus est) אַנְפִּין chald. i. q. hebr. אַפַּיִם *facies.* Dan. 2, 46. 3, 19. In Targg. saepius dicitur contr. אַפִּין.

אֲנָפָה f. nomen avis impurae, cui plures tribuuntur species (לְמִינָהּ) Lev. 11, 19. Deut. 14, 18. LXX. *χαραδριός* i. e. avis in hiatibus amnium et ad ripas degens. Bochartus (Hieroz. II, 335 sqq.) *avem iracundam* reddit cum Hebraeis et intelligit avem زُمَّج i. e. aquilae genus, itidem ab iracundia dictum. Inter aves pronas ad iracundiam est etiam *psittacus*, quem intelligunt duo Arabes.

אָנַק 1) pr. *angi*, hinc de vocibus summo angore doloribusve extortis, *Angstgeschrey* (cf. vulgare *anken*) Jer. 51, 52. Ez. 26, 15. Vicinae radd. sunt חָנַק, עָנַק, et quae ex his pendent *ἄγχι*, *ἀνάγκη*, *angere*, *angustus*, *enge*, *Angst*, magis emollitae אָנַח, אָנָה pro אָנַח. (Chald. אֲנַק, syr. ܐܢܩ id.).

2) A *strangulando* (v. חָנַק) profecta est significatio *collaris* (עֲנָק), *collari ornavit* (v. עָנַק) et *colli*, عُنُق. A collo gracili capra, capella arabice dicitur عَنَاق qs. longicollis, Langhals, hebraice fortasse olim אֲנָק, עֲנָק, coll. عَنَق gracile collum habuit. A capra ductum est *capreae* vocabulum אַקּוֹ, q. v.

Niph. i. q. Kal no. 1. Ez. 9, 4.

24, 17: הֵאָנֵק דֹּם *ingemisce tacens*, ne quis suspiria audiat.

אֲנָקָה st. constr. אֶנְקַת f. 1) *clamor, gemitus* (Angstgeschrey) Mal. 2, 13, ut captivorum Ps. 79, 11. 102, 21, miserorum 12, 6.

2) Lev. 11, 30 reptilium genus, e lacertarum genere, nomen habens a voce gemebunda et eiulatui simili, quam edunt nonnullae lacertae. LXX. Vulg. *murem araneum* reddunt. Vide Bocharti Hieroz. I, 1068 sq.

אָנַשׁ i. q. נוּשׁ syr. ܢܫܐ (cf. gr. νόσος) *aeger, male affectus fuit.* Legitur tantum Part. pass. אָנוּשׁ, f. אֲנוּשָׁה *aeger, male affectus,* de plaga aut vulnere aegris, aegre sanabilibus Jer. 15, 18. Mich. 1, 9. Iob. 34, 6, de dolore Jes. 17, 11 (ut חוֹלָה, נַחְלָה), de die calamitoso Jes. 17, 16, de animi indole maligna Jer. 17, 9.

Niph. graviter aegrotavit. 2 Sam. 12, 15.

אֱנֹשׁ vc. primitiv. in sing. inusit., *virum*, deinde *hominem* significans. Hebraei pro eo utebantur forma contracta et emollita אִישׁ (cf. gr. εἷς pro ἕνς, gen. ἑνός) *vir*, et diducta אֱנוֹשׁ *homo.* A forma illa primaria est fem. אִשָּׁה pro אִנְשָׁה, et plur. אֲנָשִׁים. Aegritudinis et morbi significatus, qui inest in rad. אָנַשׁ, aliunde (a themate נשׁ) petitus ab hac radice nominali plane alienus est.

אֱנָשׁ et אֱנָשׁ (Dan. 2, 10) stat. emphat. אֲנָשָׁא Dan. 2, 38 et אֲנָשָׁא 5, 21 et אֲנוֹשָׁא 4, 13 Chethibh, chald. *homo* et coll. *homines* 4, 29. 30. בַּר אֱנָשׁ i. q. בֶּן־אָדָם *filius hominis* i. e. homo. Dan. 7, 13: *ecce cum nubibus coeli venit* כְּבַר אֱנָשׁ *species filii hominis.* Significatur rex imperii terrarum quinti i. e. messiani. (Caeterum ex hoc Danielis loco fluxit ea Messiae appellatio, quae Servatoris nostri temporibus omnium usitatissima erat, nimirum *filii hominis*. Certa eius vestigia praeter N. T. reperiuntur in libro Henochi apocrypho, circa J. Chr. nati tempora, superstite tamen Herode M., scripto. Vide cap. 46 Ms. Bodlej. et Vers. angl. a *Laurencio* Oxonii 1821 editae). Plur. בְּנֵי אֲנָשָׁא Dan. 2, 38. 5, 21.

Plur. אֲנָשִׁים (more hebraeo) Dan. 4, 14.

אַנְתָּה chald. pron. 2 pers. sing. m. *tu.* Dan. 2, 29. 31. 37. 38. 3, 10. 5, 13. 18. 22. 23. 6, 17. 21 in Chethibh. Forma est hebraizans Chaldaismo biblico propria pro vulgari אַנְתְּ, אַתְּ gen. comm., eamque ob causam non agnita a Masorethis, qui He redundare significaturi ubique substituunt Keri אַנְתְּ.

אָסָא n. pr. (*laedens* vel, quod praefero, *medicus*) quo appellatus est 1) rex Judae, Abiami filius, Rehabeami nepos, post XLI annorum imperium mortuus anno a. Chr. n. 914. 1 Reg. 15, 9—24. 2 Par. 14—16. — 2) 1 Par. 9, 16.

אָסָה rad. inusit. i. q. arab. أذى (ז et ס permutatis, v. sub ז) *laesus est, percepit noxam* et trans. *laesit.* Fortasse cognatum est aram. אָסָא, ܐܣܐ medicatus est, nimirum laesionem restituit, cf. دوى aegrotavit III medicatus est. Inde est אָסוֹן et אָסָא.

אָסוּךְ m. *pyxis unguentaria* 2 Reg. 4, 2. Rad. סוּךְ unxit.

אָסוֹן m. *noxa, damnum,* quo quis afficitur. Gen. 42, 4. 38. Ex. 21, 22. 23. Rad. אָסָה.

אֵסוּר (a rad. אָסַר) plur. אֲסוּרִים m. *vinculum.* Eccl. 7, 26 (27). בֵּית הָאֵסוּר Jer. 37, 15 *domus vinculi* i. e. carcer.

אֱסוּר chald. id. Dan. 4, 12. Esr. 7, 26.

אָסִיף (a rad. אָסַף) m. *collectio* s. messis *pomorum* Ex. 23, 16. 34, 22, ad analogiam nominum similium חָרִישׁ, זָמִיר, קָצִיר.

אָסִיר (a rad. אָסַר) plur. אֲסִירִים *captivus.* Iob. 3, 18. Ps. 68, 7. Differt ita ab אָסוּר, ut hoc vim participii retineat, illud substantive ponatur. V. Gen. 39, 20.

אַסִּיר m. 1) id. Jes. 10, 4. 24, 22. 42, 7. — 2) n. pr. a) Ex. 6, 24. 1 Par. 6, 7. b) 1 Par. 6, 8. 22.

אָסַם rad. inusit. i. q. שׂוּם ponere, *reponere*, cf. aram. אֲסַן, ܐܣܢ (מ et נ permutatis) coacervavit, reposuit, unde ܐܣܢܐ et ܐܣܢܬܐ commeatus, coacervatio, אִסְנָיָא horrea. Inde

אֲסָמִים plur. *horrea* Deut. 28, 8. Prov. 3, 10, quae in oriente subterranea esse solent, hodie *Matmûrath* مطمورات dicta.

אָסַן rad. inusit. et incerta, aram. *recondidit*, v. אָסַם. Inde

אַסְנָה n. pr. viri Esr. 2, 50. Appellative est vel *horreum* vel *rubus* i. q. chald. אַסְנָא, hebr. סְנֶה.

אָסְנַפַּר (LXX. Ἀσσεναφάρ, Vulg. *Assenaphar*) Esr. 4, 10 nomen regis vel potius satrapae Assyriorum, qui colonias in Palaestinam deduxisse narratur.

אָסְנַת n. pr. aegyptiacum filiae Potipherae, sacerdotis Heliopolitani, quam in matrimonium duxit Josephus Gen. 41, 45. 46, 20. LXX, quorum est aliqua in nominibus aegyptiis auctoritas, scribunt Ἀσενέθ, Ms. Alex. Ἀσεννέθ, quod aegyptiace equidem scripserim ⲀⲤ-ⲚⲈⲒⲦ *quae Neithae* (i. e. Minervae Aegyptiorum) *est*, ab ⲀⲤ (ea est), ut *Asisi* ⲀⲤ-ⲎⲤⲈ *quae Isidi* (devota) *est.* Aliter Jablonskius in Opusc. II, 209. Panth. Aegypt. I, 56. De Neitha vide hunc et Champollion Pantheon Egyptien no. 6.

אָסַף imp. אֱסֹף, אֶסְפָה Num. 11, 16, plur. אִסְפוּ Ps. 50, 5, fut. יֶאֱסֹף, in plur. et c. suff. יַאַסְפוּ, יַאַסְפֵנִי, rarius א quiescente vel abiecto יֹסֵף, אֹסֵף, וַיֹּסֶף 1 Sam. 15, 6. 2 Sam. 6, 1. Ps. 104, 29 pr. *rasit, corrasit, zusammenscharren*, cogn. verbis סוּף (unde סוּפָה turba rapiens), סָפָה, it. יָסַף, et fortiori חָסַף (quae vide), hinc

1) *collegit*, ut fruges Ex. 23, 10, spicas Ruth 2, 7, pecuniam 2 Reg. 22, 4, it. *congregavit* homines, populum, populos cet. Ex. 3, 16. Num. 21, 16. 2 Sam. 12, 28. Constr. c. acc. cui accedit nonnunquam אֶל hominis vel loci, ad quem quis congregatur, Gen. 42, 17: וַיֶּאֱסֹף אֹתָם אֶל־מִשְׁמָר *et congregavit eos in carcerem.* 1 Sam. 14, 52. 2 Sam. 11, 27. Gen. 6, 21; it. עַל 2 Reg. 22, 20. Hinc

2) *recepit* apud se, maxime in hospitium et tutelam. Deut. 22, 2. Jos. 20, 4. אָסַף פ׳ מִצָּרַעַת 2 Reg. 5, 3 sq. recepit aliquem a lepra i. e. medicatus est homini leproso, quo facto in reliquorum hominum consortium denuo recipiebatur.

3) *collegit* ad se, *contraxit, retraxit.* Gen. 49, 33: *contraxit pedes suos in lectum.* 1 Sam. 14, 19: אֱסֹף יָדֶךָ *retrahe manum tuam* i. e. desiste ab incepto. Joël 2, 10: *stellae* אָסְפוּ נָגְהָם *contrahunt splendorem suum* i. e. non amplius splendent. Hinc

4) *abstulit*, impr. id quod aliquis antea dederat. Ps. 104, 29: תֹּסֵף רוּחָם יִגְוָעוּן *aufers spiritum eorum et exspirant.* Iob. 34, 14. Gen. 30, 23: אָסַף אֱלֹהִים אֶת־חֶרְפָּתִי *abstulit Deus ignominiam meam.* Jes. 4, 1. 10, 14.

5) *sustulit e medio, interfecit.*

Iud. 18, 25. 1 Sam. 15, 6: פֶּן אֹסִפְךָ עִמּוֹ *ne tollam te cum illo.* Ez. 34, 29: אֲסוּפֵי רָעָב *fame sublati* i. e. interfecti. Jer. 8, 13. Zeph. 1, 2. Cf. rad. סָפָה, סוּף. Ex prima significatione pendet

6) *agmen clausit* Jes. 58, 8. Qui enim agmen claudit, continet colligitque dispersos. Cf. Pi. no. 3.

Niph. 1) *collectus, congregatus est,* c. c. אֶל (Lev. 26, 25), עַל (2 Sam. 17, 11), לְ (2 Par. 30, 3) loci, ad quem congregamur, quanquam עַל in hac phrasi frequentius valet *contra* Gen. 34, 30. Ps. 35, 15. — נֶאֱסַף אֶל־עַמּוֹ Gen. 49, 29, אֶל־אֲבוֹתָיו Iudd. 2, 10 et simpliciter נֶאֱסַף Num. 20, 26 *congregatus est ad populum suum, ad patres suos* de introitu in orcum, ubi Hebraei maiores suos congregatos esse credebant. Distinguitur ista *ad patres* s. *ad populum congregatio* tam a morte quam a sepultura (Gen. 25, 8. 35, 29. 2 Reg. 22, 20). Alia ratio est locorum, in quibus נֶאֱסַף dicitur de collectione cadaverum in pugna interfectorum ad sepulturam. Jer. 8, 2. Ez. 29, 5. Iob. 27, 19.

2) *receptus est* (cf. Kal no. 2), de leproso i. q. sanatus est Num. 12, 14. Jer. 47, 6, reflex. recepit se (in vaginam), de gladio.

3) *ablatus est, evanuit, periit.* Jes. 16, 10. 60, 20. Jer. 48, 33. Hos. 4, 3.

Piel. 1) i. q. Kal no. 1 *collegit* Jes. 62, 9.

2) *recepit* in hospitium Iudd. 19, 18.

3) i. q. Kal no. 6 *agmen clausit* Num. 10, 25. Jos. 6, 9. 13. Jes. 52, 12.

Pu. pass. Kal no. 1 *collectus est* Jes. 24, 22. 33, 4.

Hithpa. *congregatus est* Deut. 33, 5.

Derivatis, quae suo ordine statim sequuntur, adde אָסִיף.

אָסָף n pr. (collector) *Asaphus.* 1) Levita quidam, cantorum Davidicorum praefectus 1 Par. 16, 4. 5, quem tanquam poëtam prophetamque celebravit serior aetas (2 Par. 29, 30), cui duodecim Psalmi (50. 73—83) in eorundem inscriptionibus tribuuntur, cuiusque posteri (בְּנֵי אָסָף) Esrae et Nehemiae adhuc temporibus poësi cantuique sacris operam dedisse feruntur (1 Paral. 25, 1. 2 Par. 20, 14. 29, 13. Esr. 2, 41. 3, 10. Neh. 7, 44. 11, 22). — 2) 2 Reg. 18, 18. Jes. 36, 3. — 3) Neh. 2, 8.

אָסֹף (formae אָדֹם) tantum in Plur. אֲסֻפִּים *collectiones* i. e. promptuaria. 1 Par. 26, 15. 17. אֲסֻפֵּי הַשְּׁעָרִים *promptuaria portarum* Neh. 12, 25.

אֹסֶף *collectio, messis,* maxime *pomorum.* Jes. 32, 10. 33, 4. Mich. 7, 1.

אֲסֵפָה f. *congregatio.* Jes. 24, 22 pleonastice: אֻסְּפוּ אֲסֵפָה *congregantur congregatione* s. *congregando* i. e. una.

אֲסֻפָּה f. nonnisi in plur. אֲסֻפּוֹת *congregationes,* maxime virorum doctorum et sapientium de rebus divinis disputantium. Eccl. 12, 11: בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת *domini* i. e. socii *congregationum* i. q. חֲכָמִים in altero membro. Arabice dixeris اصحاب المقالة, quanquam Arabum consessus مقامات dicti ab his Judaeorum conventibus satis discrepant.

אֲסֻפִּים v. אָסֹף.

אֲסַפְסֻף m. *collectus,* adj. deminutivum, unde contemptim *turba miscella,* ex variis hominum generibus corrasa, *colluvies,* quae Israëlitis se adiunxerat, *Gesindel* (quod ipsum vc. est deminutivum contemptim usurpatum). Cum Art. dicitur הָאסַפְסֻף Num. 11, 4, Aleph quiescente. De eadem re Ex. 12, 38 עֵרֶב רַב.

אָסְפַּרְנָא (Milèl) adv. chald. *studiose*, *diligenter*. Esr. 5, 8. 6, 8. 12. 13. 7, 17. 21. 26. LXX. ἐπιδέξιον, ἐπιμελῶς, ἑτοίμως. Vulg. *studiose*, *diligenter*. De origine vc. in lingua persica quaerenda minime dubitandum est (v. אֲדַרְזְדָּא), quanquam de etymo et significatione eius non satis constat. Bohlenius (symb. p. 21) censet esse از فرنان i. e. *ex sapientia* pro sapienter, diligenter, Kosegarten cum Castello conferre mavult سپری *seperi* et اسپری *integre*, *perfecte*.

אַסְפָּתָא n. pr. persicum filii Hamani. Esth. 9, 7. Cf. اسپه *espe* equus iuvencus, zend. *aspo*, *aspahé* equus, sanscr. *asva* id.

אָסַר fut. יֶאְסֹר et יֶאֱסֹר c. Suff. וַיַּאַסְרֵהוּ, וַיַּאַסְרֻהוּ 1) *ligavit, alligavit*, cogn. radici אָזַר aliisque ligandi verbis s. hac radice congestis. (Chald. אֲסַר, syr. ܐܣܰܪ, arab. أَسَرَ, aethiop. አሰረ: et አሠረ: id.). Ex. gr. iumentum Gen. 49, 11, hostiam Ps. 118, 27, gladium femori Neh. 4, 12; aliquem funibus Ez. 3, 25. Hinc 2) *vinxit* Gen. 42, 24, nominatim compedibus Ps. 149, 8. Jer. 40, 1. 2 Reg. 25, 7. Part. אָסוּר vinctus Ps. 146, 7, metaph. de homine amore mulieris capto Cant. 7, 6. — 3) *captivum fecit, in custodia tenuit,* quanquam non vinctum. 2 Reg. 17, 4. 23, 33. Part. אָסוּר captivus Gen. 40, 3. 5. Jes. 49, 9. בֵּית הָאֲסוּרִים domus captivorum i. e. carcer Iudd. 16, 21. 25, contr. בֵּית הַסּוּרִים Eccl. 4, 14. (Arab. أَسَرَ id., أَسْر captivitas). — 4) *alligavit* s. *iunxit* currui iumenta. 1 Sam. 6, 7: וַאֲסַרְתֶּם אֶת־הַפָּרוֹת בָּעֲגָלָה *et iungatis vaccas plaustro*. V. 10, vel c. acc. vehiculi: iunxit currum Gen. 46, 29, vel absol. 1 Reg. 18, 44: אֱסֹר וָרֵד *iunge* (currum equis) *et descende*. — 5) *alligavit* s. *nexuit pugnam* i. e. adoriendo incepit, *den Streit anfädeln, mit jemandem anbinden*. 1 Reg. 20, 14. 2 Par. 13, 3. — 6) אָסַר אִסָּר עַל־נַפְשׁוֹ *ligavit obligationem* s. *interdictum super se* i. e. religione quadam se obstrinxit votoque suscepto abstinentiam ab usu alicuius rei alias licitae promisit. Num. 30, 3 sq. Differt a נָדַר נֶדֶר, quod est: voto suscepto se aliquid facturum vel praestiturum promisit. (Chald. אֲסַר prohibuit, vetuit, syr. ܐܣܰܪ ܘܫܪܳܐ ligavit et solvit it. prohibuit et permisit).

Niph. 1) *ligatus, vinctus est* Iudd. 16, 6. 13. — 2) *in custodia tenetur* Gen. 42, 16. 19.

Pu. bello captus, captivus factus est. Jes. 22, 3.

Derivata praeter sequentia: אֵסוּר, מוֹסֵרִים, מָסֹרֶת, אַסִּיר, אָסִיר.

אֱסָר et **אִסָּר** m. pr. obligatio, prohibitio, hinc *votum abstinentiae*, Num. 30, 3 sq. Vide sub rad. no. 6. In statu abs. ubique אִסָּר, at cum Suff. אֱסָרָהּ, plur. אֱסָרֶיהָ 30, 6. 8. 15.

אֱסָר chald. *interdictum*. Dan. 6, 8 sq.

אֵסַר־חַדֹּן n. pr. *Esar-hhaddon*, Assyriae rex, Sanheribi filius et successor 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38. Esr. 4, 2, antequam rex factus est, Babyloniae provinciae a patre rege cum regiis honoribus praefectus. Vide Berosum in Eusebii Chron. arm. T. I. p. 42. 43, ubi Ἀσορδάν vocatur, ut ap. LXX 2 Reg. et Jes., alibi Σαχερδάν, Σαχερδονός (Tob. 1, 21). (Prima huius vc. syllaba אֵסַר in aliis quoque Assyriorum nominibus propriis occurrit, ut in *Tiglath-pileser*, *Schalmaneser*, et fortasse est i. q. آذر, آزر ignis). Fuerunt, qui hunc regem et Sardanapalum eandem

esse personam dicerent. Vide Rosenmuellerum in Bibl. Alterthumskunde II, p. 129 et Comment. nostr. ad Jes. 39, 1.

אֶסְתֵּר n. pr. persicum virgini judaeae, antea *Hadassa* (הֲדַסָּה Esth. 2, 7) dictae, inditum, quum Xerxis uxor et Persārum regina facta esset. Etymon recte pandit Targ. sec. ad Esth. 2, 7, est enim pers. ستاره *sitareh*, stella, it. fortuna, felicitas, zend. *stara*, sanscr. *tara*, unde in linguis occidentalibus *ἀστὴρ aster*, *Stern*, angl. *star*. De Veneris stella hoc vc. usurpatur a Syris (v. Bar Bahlûl ms.), idemque nomen persicum agnoscimus in hebraeo עַשְׁתֹּרֶת, de quo suo loco. Veneris autem itemque bonae Fortunae nomen satis aptum erat puellae, quae regi in deliciis esse coepit.

אָע st. emphat. אָעָא chald. *lignum*. Esr. 5, 8. 6, 4. 11. Dan. 5, 4 emollitum ex hebr. עֵץ, ע mutato in א, et ץ in ע. Vide s. litteris א, ע et צ.

I. אַף Conj. 1) *accessionem* significans, maxime rei maioris, pr. *adeo*, nostr. *gar*, *sogar*, quorum adeo etymon commune habet. Est enim (arguente etiam chald. אֲפֵי Gen. 27, 33 Jon.) a rad. אָפָה, et, aeque ac cognatum אֲפוֹ, אֵפוֹא, proprie coctum, *maturum*, *paratum*, *integrum* denotat, dein *plane*, germ. *gar* de cuius origine cf. Adelung. Lex. II, 411, et ita, ut orationem augeat, *sogar*, *vollends* (אֵפוֹ paulo alio significationis declinatu est: *ganz und gar*). Respondet syr. ܐܦ, chald. אַף, Arabes inde decurtarunt ف. Fere synonymum est גַּם, quod tamen in pedestri et antiquiore sermone frequentius, cum אַף magis poëticae et serioris orationis sit. Iob. 15, 4: אַף־אַתָּה תָּפֵר יִרְאָה *adeo irritum facis timorem* (Dei), *du zerstörst gar alle Gottesfurcht*. 14, 3. 34, 12. Praemissa interrogandi particula הַאַף *num adeo?* (*willst du gar? willst du etwa gar?*) Iob. 34, 16. 40, 8. Am. 2, 11. Sequitur וְאִם. — Ante pronomen iteratum emphaseos causa Prov. 22, 19: הוֹדַעְתִּיךָ אַף־אָתָּה *doceo te, te inquam.* Hinc *nedum* (plenius אַף כִּי (v. infra) Iob. 4, 18. 19, אַף כִּי *nedum quum, nedum si* (und nun *gar* wenn) Iob. 9, 14: אַף כִּי אָנֹכִי אֶעֱנֶנּוּ *nedum si ego ei responderem?* 35, 14. Ez. 15, 5.

2) simpl. accessionem significans: *etiam*. Lev. 26, 16. 28. 2 Sam. 20, 14. Ps. 93, 1. 108, 2. Iob. 32, 10 cet. Saepe dicitur וְאַף *atque etiam* Lev. 26, 39. Deut. 15, 17, semel adeo וְאַף־גַּם (ut lat. *etiam quoque*) Lev. 26, 44. Bis terve repetitur Jes. 40, 24. 41, 26. Saepe dicitur poët. et c. emphasi pro vulgari *et* (*item*, *nec non*), cf. arab. ف. Jes. 48, 12. 13: *et ego postremus*, *et manus mea fundavit terram* 26, 8. 33, 2. 41, 10.

3) per ellipsin particulae conditionalis i. q. אַף אִם *etiamsi*, Iob. 19, 4: וְאַף־אָמְנָם שָׁגִיתִי *etiamsi vere erravi*. (Syr. ܐܦ ܠܘ et contr. ܐܦܠ. It. *licet*, *quum* (*da doch*). Ps. 44, 10: *Deum laudamus quotidie* אַף זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ *quanquam nos reprobas et ignominia afficis*. 58, 3. 68, 17.

אַף chald. *etiam*. Dan. 6, 23.

אַף כִּי 1) pr. *quin etiam quod*, *quin imo*. Ez. 23, 40: *quin etiam* (sogar) *arcessiverunt viros e longinquo*. Hab. 2, 5. Hinc

2) *nedum*, pr. accedit adeo quod; ubi igitur praecessit affirmatio: *quanto magis* 1 Sam. 14, 30. 2 Sam. 4, 11, ubi negatio: *quanto minus* Iob. 25, 6. Interdum omisso כִּי id. (v. אַף no. 1). — Gen. 3, 1: אַף כִּי אָמַר אֱלֹהִים dictum est pro הַאַף כִּי *adeone verum quod dixerit Deus?* siccine Deus dixerit?

II. **אַף** (pro אַנְף a rad. אָנַף) c. Suff. אַפִּי, אַפּוֹ m. pr. spiramentum, membrum, quo spiramus, hinc 1) *nasus*. (Arab. أَنْف, aethiop. አንፍ፡ id.). Dicitur de naso hominum Num. 11, 20 et animalium Iob. 40, 24. גֹּבַהּ אַף de fastu v. גֹּבַהּ. רוּחַ אַף efflatio spiritus per nares, ut eorum, qui ira perciti sunt, *Schnauben* Iob. 4, 9. Hinc 2) *ira*, quae anhelando se prodit. בַּעַל אַף Prov. 22, 24 et אִישׁ אַף 29, 22 iracundus. Saepissime de *ira Dei* Deut. 32, 22. 29, 19. Iob. 36, 13.

Dual. אַפַּיִם 1) duo spiramina s. spiramenta i. e. *nares, nasus*. Gen. 2, 7. — 2) *ira*, maxime in phrasibus קְצַר אַפַּיִם, אֶרֶךְ tardus ad iram i. e. patiens, praeceps ad iram. Vide sub h. v. — 3) *facies, vultus* (syr. ܐܦܶܐ, chald. אַנְפִּין) Gen. 3, 19. Crebra est formula: *prostravit se* אַפַּיִם אַרְצָה *vultu ad terram demisso*. Gen. 19, 1. 42, 6. לְאַפֵּי דָוִד coram Davide 1 Sam. 25, 23 pro vulgari לִפְנֵי. — 4) *duae personae*, qs. dualis a sing. אַף significatione *faciei* et personae, cf. *πρόςωπον*, פָּנִים et syr. ܐܦܶܐ. 1 Sam. 1, 5: מָנָה אַחַת אַפָּיִם *portionem unam duarum personarum* dedit i. e. duplicem. Vide quae de h. l. disputavimus in Thes. p. 127. Alii interpretantur: *dedit Hannae unam portionem cum ira* pro: animi tristitia, si quidem irae vcc. ad tristitiam nonnunquam referuntur. — 5) n. pr. m. 1 Par. 2, 30, 31.

אָפַד fut. יֶאְפֹּד *accinxit, amicivit*, spec. de humerali summi sacerdotis אֵפוֹד dicto. Ex. 29, 5. Lev. 8, 7. Inde derivantur אֵפוֹד et

אֵפֹד (i. q. אֵפוֹד humerale summi sacerdotis) n. pr. m. Num. 34, 23.

אֲפֻדָּה f. 1) nom. act. verbi praecedentis: *amictus, adstrictio* (Ephodi). Ex. 28, 8. — 2) *amictus* (aureus) s. *obductio* statuae Jes. 30, 22 i. q. צִפּוּי. Solebant enim idolorum imagines e ligno vel opere fictili confici laminisque aureis argenteisve foras obduci (*περίχρυσα, περιάργυρα*, cp. Jer. 6, 34).

אַפֶּדֶן i. q. syr. ܐܦܕܢܐ *palatium*. Dan. 11, 45: אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ *tabernacula eius palatiis similia*. Est arab. فَدَن turris alta, arx, castellum, praefixo Aleph prosthetico, sequente Dag. forti, cf. אַפִּרְיוֹן, et chald. דָּם, אַדַּם, אִדַּם sanguis, גַּן, אַגַּן hortus.

אָפָה imp. אֱפוּ (pro אֱפוּ) Ex. 16, 23, fut. יֹאפֶה, semel וַתֹּפֵהוּ 1 Sam. 28, 24. 1) *coxit*, spec. panem placentamve in furno. (Chald. syr. id. Arab. وفى, unde ميفى fornax. Ex linguis occidentalibus *ἕψω, ὀπτάω, πέπτω*, lat. *epulae, epulari*) Gen. 19, 3. Lev. 26, 26. Jes. 44, 15. 19. Sequuntur duo accuss., alter materiae, alter eius, quod ex ea paratur. Lev. 24, 5: וְאָפִיתָ אֹתָהּ שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה חַלּוֹת *et coque ex ea duodecim placentas*, cf. *Lehrgeb.* §. 219. Part. אֹפֶה *pistor* Gen. 40, 1. שַׂר הָאֹפִים *princeps pistorum*, Aegyptiorum regis aulicus (Gen. 40, 2 sqq.), quae dignitas etiam apud Mogolos est.

2) *maturus, completus et integer fuit* (germ. *gar seyn*). Cf. arab. وفى integer, completus fuit, وفى integer, completus, وافيا plene et prorsus, *ganz und gar*. Vide deriv. אֵפוֹ no. I.

Niph. coctus est. Lev. 6, 10. 7, 9. Plur. תֵּאָפֶינָה 23, 17.

Deriv. אַף no. I., מַאֲפֶה, תֻּפִינִים et

אֵפוֹ (per Syriasmum pro אֵפוֹ, ab אָפָה no. 2) et **אֵפוֹא** cum Aleph pa-

ragogico (ut רִבּוֹ, רִבּוֹא), quae formae in libris mss. mire variant, pr. *integritas, totum*, hinc

1) adv. *prorsus, ita.* Germ. sec. etymon aptissime reddideris: *gar* v. אַף no. 1., sec. linguae usum *also* (ita prorsus, igitur). Iob. 9, 24: אִם־לֹא אֵפוֹ *si non ita est.* Gen. 43, 11: אִם־כֵּן אֵפוֹא *si prorsus* l. *vere ita* (est).

2) Ex vulgari linguae usu de vi sua paulatim remisit haec particula, et plerumque emphatice additur a) pronominibus et adverbiis interrogandi, ut gr. *ποτέ*, lat. *tandem* Gen. 27, 33. בַּמֶּה אֵפוֹא qua tandem re? Ex. 33, 16. Jes. 22, 1: מַה־לָּךְ אֵפוֹא *quid tibi tandem?* אַיֵּה אֵפוֹא ubi tandem? Iob. 17, 15. Iudd. 9, 38. Jes. 19, 12. Gen. 27, 37: וּלְכָה אֵפוֹא מָה אֶעֱשֶׂה בְּנִי *et tibi iam quid faciam mi fili?* b) exhortationibus et votis. Iob. 19, 6: דְּעוּ אֵפוֹא *scitote igitur, wisset also*, LXX. *γνῶτε οὖν.* 2 Reg. 10, 10. Prov. 6, 3.

Not. Iam veteres librarii et Grammatici hanc particulam confuderunt cum alia sono simili, origine et scriptura diversissima, אֵיפֹה *ubi?* (v. Thes. p. 79) et utramque particulam eandem esse nuper contendit Ewaldus (gr. hebr. p. 659) coll. gr. *ποῦ* et *πού.* Sed obstant structurae, qualis haec אַיֵּה אֵפוֹא: de illa sententia vertenda *ποῦ πού*, itemque exempla sub no. 1 et 2, b laudata.

אֶפֶז v. אוּפָז.

אֵפוֹד m. (per Syriasmum pro אֵפוֹד) neque aliter in st. constr. (1 Sam. 2, 18) syr. ܐܦܘܕܐ, quod vc. ex hebraea voce factum est, *Ephodum* s. *humerale*, vestimentum quoddam summi sacerdotis, super tunica et pallio (אֵפוֹד מְעִיל Ex. 28, 31. 29, 5) gestatum, manicis carens, sub axillis scissum duabusque plagulis constans, quarum anterior pectus ventremque, posterior tergum tegebat, quaeque in humero fibulis aureis gemmatis nexae inde ad dimidias nates dependebant cinguloque (חֵשֶׁב הָאֵפֹד) corpori adstringebantur. Ex. 28, 6—12. Praeter summum pontificem alii quoque hoc vestimento induebantur, Davides nempe sacram choream ducens 2 Sam. 6, 14 atque Samuel, summi sacerdotis puer 1 Sam. 2, 18. 28 nec non alii inferioris ordinis pontifices. Quod ad materiam attinet, summi sacerdotis humerale auro, purpura, cocco byssoque contextum erat, reliquorum contra e linteo factum.

2) *statua, simulacrum* idoli. (cf. אֲפֻדָּה no. 2) Iudd. 8, 27, neque aliter, ut videtur Iudd. 17, 5. 18, 17—20. Hos. 3, 4. Rad. אָפַד.

3) n. pr. viri Num. 34, 23.

אֲפִיחַ (*refocillatus, recreatus* a rad. אָפַח i. q. פּוּחַ, فاح flavit) n. pr. m. 1 Sam. 9, 1.

אָפִיל (a rad. אָפַל) adj. *serotinus*, de frugibus, pr. tener, infirmior, tardus in crescendo, vide rad. no. 2. Ex. 9, 32.

אָפִיק vel **אֲפִיק** ubique in st. constr. אֲפִיק, pl. אֲפִיקֵי m. 1) *canalis, tubus*, a continendo (v. אָפַק no. 1) dictus, Iob. 40, 18: אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה *canales aenei.* a) *alveus fluvii* Jes. 8, 7. Ez. 32, 6, it. fundus maris 2 Sam. 22, 16. b) *rivus, torrens* Ps. 42, 2. 126, 4. Joël 1, 20. אֲפִיק נְחָלִים torrens convallium Iob. 6, 15; hinc c) ipsa *vallis*, maxime torrente irrigua, i. q. נַחַל, arab. وادى. Ezech. 6, 3. 34, 13. 35, 8. 36, 4. 6.

2) *fortis, robustus* v. rad. no. 2. Iob. 41, 7: אֲפִיקֵי מָגִנִּים *robusti clypeorum* i. e. clypei (crocodili) robusti. 12, 21: *zonam fortium solvit.* Par. נְדִיבִים. Celeritatis notionem huic voci tribuit Ewaldus ad Cant. 5, 12, sed arbitrario.

אֲפִיק v. אָפַק.

אָפַל rad. Hebraeis inusitata. Arab. أَفَلَ est 1) pr. *occidit* sol (cf. radd. vic. אָבַל, נָבַל, נָפַל), *obscurus, caliginosus fuit*, 2) *defecit, tener, infirmus fuit*; spec. de plantis *serotinis*.

Priorem significatum habes in nomm. derivatis אֹפֶל, אָפֵל, אֲפֵלָה, מַאְפֵּלְיָה, מַאֲפֵל, posteriorem in אָפִיל.

אָפֵל m. *obscurus, caliginosus*, de die Am. 5, 20.

אֹפֶל m. *caligo*, maxime *spissa*, vc. poët. Iob. 3, 6. 10, 22. 28, 3. 30, 26. Metaph. de *miseria, infortunio*, it. de loco insidiarum Ps. 11, 2.

אֲפֵלָה f. *caligo*, eaque densa et crassa. Ex. 10, 22. Cf. אֹפֶל. Saepe imaginem praebet miseriae Jes. 8, 22. Plur. אֲפֵלוֹת tenebrae Jes. 59, 9.

אֶפְלָל (iudicium a rad. פָּלַל) n. pr. m. 1 Par. 2, 37.

אָפַן rad. inus., quae *vertendi* significatum habuisse videtur, pariter atque פָּנָה. Hinc אוֹפָן rota, et

אֹפֶן *tempus* a *vertendo volvendo*que dictum, cf. דּוֹר, תְּקוּפָה, περίοδος et plura vocabula *annum* designantia, quae omnia proprie orbem indicant, ut *annus*, unde *annulus*, ἐνιαυτός. Hinc Prov. 25, 11: דָּבָר דָּבֻר עַל־אָפְנָיו *verbum prolatum in temporibus suis* i. e. tempore opportuno. (De forma אָפְנָיו pro אֳפָנָיו vide *Lehrgeb.* 575). Ita e veteribus Symm. Vulg. Abulwalid., qui recte confert arabicum أَفَّان tempus. Possis etiam עַל־אָפְנָיו *super rotis suis* interpretari, ut sit locutio proverbialis *celeritatem* respondendi indicans, modo אֹפֶן idem sit quod אוֹפָן *rota*. Ita syr. ܓܝܓܠܐ et ܓܝܓܠܐܝܬ, ܒܓܝܓܠܐ *in rota* i. e. *cito*.

אָפֵס i. q. פָּסַס *cessavit, esse desiit, defecit*. Gen. 47, 15. 16. Ps. 77, 9. Jes. 16, 4. Inde

אֶפֶס pr. *cessatio*, hinc

A) subst. m. 1) *finis, extremitas*. אַפְסֵי אֶרֶץ *fines terrae* poët. et hyperbol. de ultimis terrarum oris. Ps. 2, 8. 22, 28 et alibi. 2) Dual. אָפְסַיִם de extremitatibus i. e. *plantis* pedum. Quare Ez. 47, 3: מֵי אָפְסַיִם *aquae plantarum* i. e. non profundae, quae modo plantas pedum rigant. Cf. פַּס. Chald. Syr. Vulg. *talos* reddunt.

B) adv. 1) *non amplius* i. e. לֹא עוֹד Jes. 5, 8. Am. 6, 10. Deut. 32, 36. It. *praeterea non* Jes. 45, 6. 46, 9. Semel additur עוֹד 2 Sam. 9, 3, adeo cum Jod paragogico Jes. 47, 8. 10. Zeph. 2, 15: אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד *ego sum neque ullus praeterea*. — 2) *non*. Jes. 54, 15. בְּאֶפֶס ut בְּלֹא *sine*. Iob. 7, 6. Dan. 8, 25. Prov. 14, 28. — 3) *nihil, nihilum*. Jes. 41, 12. 29. מֵאֶפֶס id. pr. *de nihilo* 40, 17, בְּאֶפֶס *propter nihilum* i. e. sine causa 52, 4. — 4) adv. restringendi: *tantum, nonnisi*. Num. 22, 35 (cf. V. 20). 23, 13. — 5) Conj. אֶפֶס כִּי pr. *tantum quod*, simpliciter pro coniunctione *tamen, veruntamen*. Num. 13, 28. Deut. 15, 4. Am. 9, 8.

אֶפֶס דַּמִּים n. pr. loci in tribu Juda 1 Sam. 17, 1, pro quo 1 Par. 11, 13 פַּס־דַּמִּים.

אֶפַע vocabulum semel obvium, si quid video, vitiosum Jes. 41, 24, ubi de idolorum infirmitate: פָּעָלְכֶם מֵאָפַע, in altero membro מֵאַיִן. Hebraeorum nonulli אֶפַע ponunt esse i. q. אֶפְעֶה *vipera*, et reddunt: *facinus eorum vipera peius* (est), sed prorsus invito contextu, in quo nihil omnino idola posse dicuntur. Repone cum Vulg. Chald. Saad. מֵאֶפֶס, quod legitur in locis similibus 40, 17. 41, 12. 29 et frequentissimum est in his capitibus.

אֶפְעֶה comm. (f. Jes. 59, 5) *vipera,* serpens venenatus, arab. أفعى, a rad. פָּעָה q. v. Iob. 20, 16. Jes. 30, 6. 59, 5.

אָפַף i. q. סָבַב *circumdedit,* sed nonnisi poët. c. c. acc. Ps. 18, 5. 116, 3. 2 Sam. 22, 5. Jon. 2, 6. c. עַל Ps. 40, 13. In flectendo contrahi non solet, unde אָפְפוּנִי, אֲפָפוּ.

אָפַק rad. in Kal inusit. 1) *tenuit, continuit,* i. q. חָזַק, הֶחֱזִיק, v. אָפִיק n. 1 et Hithpa.

2) *fortis, validus fuit,* v. אָפִיק no. 2. Nam *tenendi* impr. firmiter tenendi significatio saepe transfertur ad *robur.* Arab. أَفَقَ est superavit, vicit, أَفِقَ excelluit (pr. multum *valuit*) in liberalitate, eloquentia, آفِقٌ excellens, praestans.

Hithpa. continuit se, vim sibi fecit, ne amoris (Gen. 43, 31. 45, 1), doloris (Jes. 42, 14), irae (Esth. 5, 10), conscientiae (1 Sam. 13, 12) sensibus et impulsui indulgeret. Gen. 45, 1: *et Josephus non potuit se continere.* Jes. 63, 15: רַחֲמֶיךָ אֵלַי הִתְאַפָּקוּ *amor tuus erga me se continet.* 1 Sam. l. c. de Saulo: *animo sumto obtuli holocaustum* (quanquam id prohibitum esse non ignorabam).

Praeter vcc. derivata, quae protinus sequuntur, v. אָפִיק.

אֲפֵק (robur, arx, urbs munita) n. pr. *Apheca* 1) urbs in tribu Asseritica Jos. 13, 4. 19, 30, etiam אֲפִיק dicta Iudd. 1, 31. Vix alia esse potest atque *Aphaca,* Libani urbs, Veneris templo famosa, cuius ruinae etiamnum *Afka* dictae Byblum inter et Heliopolin (Baalbec) sitae sunt, vide Burckhardt itin. p. 70. 493. vers. germ. — Diversa est 2) *Apheca,* in cuius vicinia Benhadad ab Israëlitis fusus est 1 Reg. 20, 26 sq., cui respondet Eusebii Apheca ab oriente maris galilaei iuxta Hippum sita (Onom. v. Ἀφεκά), scriptoribus etiam arabicis أفيق et فيق dicta hodieque a Seetzenio et Burckhardto sub antiquo nomine (p. 438. 539 ed. germ.) memorata. — 3) in tribu Issaschar prope Jesreëlem sita fuisse videtur *Apheca,* nonnullis cum Philistaeis pugnis nobilitata 1 Sam. 4, 1. 29, 1, cf. 28, 4. Vel haec, vel sub no. 1 commemorata, Canaanitarum fuit urbs regia (Jos. 12, 18).

אֲפֵקָה (munitio) n. pr. oppidi in montanis Judae Jos. 15, 53.

אָפַר incertae significationis radix, fort. vic. radici עָפַר *contexit* i. q. غفر, cf. אֵפֶר pro עֵפֶר.

אֵפֶר m. *cinis.* (Fortasse primitivum est, vic. voci עָפָר, et pr. pulverem terramque notat, cf. *cinis* a gr. κόνις et etymon nominum propriorum אֶפְרַת, אֶפְרַיִם. Consonat gr. τέφρα). Num. 19, 9. 10. 2 Sam. 13, 19. Usus eius praecipue fuit in luctu (Jer. 6, 26. Thren. 3, 16), quo pertinent locutiones Ps. 102, 10: *cinerem sicut panem comedi.* Esth. 4, 1: וַיִּלְבַּשׁ שַׂק וָאֵפֶר *contexit se sacco et cinere* cf. 4, 3. Jes. 58, 5. Paronomastice iungitur עָפָר וָאֵפֶר *pulvis et cinis* Iob. 30, 19. 42, 6. Metaph. dr. de re levi et fallace. Iob. 13, 12: מִשְׁלֵי אֵפֶר *sententiae cinereae* i. e. inanes et fallaces. Jes. 44, 20: רֹעֶה אֵפֶר *sectatur cinerem* sc. a vento agitatatum i. q. alibi *sectatur ventum,* cf. רָעָה. Quomodo differat a דֶּשֶׁן, v. infra h. v.

אֲפֵר m. *tegumentum capitis,* fascia frontem tegens pro עֵפֶר, v. rad. 1 Reg. 20, 38. 41. LXX. τελαμών. Chald. et Abulwalides linguae suae beneficio eodem fere vocabulo utuntur, ille מַעְפְּרַת, hic مِغْفَرَة i. e.

pileus, galea. Idem vocabulum habent Syri, ܡܨܢܦܬܐ i. e. cidaris sacerdotis et episcoporum. Aliis transp. dictum est pro פְּאֵר ornamentum capitis.

אֶפְרֹחַ m. *pulli* avium (arab. فرخ), v. פָּרַח. Deut. 22, 6. Ps. 84, 4. Radix פָּרַח progerminavit ab Hebraeis de plantis tantum usurpatur, ap. Arabes etiam de brutis pullos procreantibus.

אַפִּרְיוֹן m. *sella gestatoria, lectica,* semel legitur Cantic. 3, 9. LXX. Vulg. *φορεῖον* (lectica cf. Athen. 5, 5), *ferculum.* Respondet syr. ܦܘܪܝܐ, quod solium, sellam, lectulum reddit Castellus, quanquam sine auctoritate (prob. ex Barbahlulo), it. chald. אַפּוּרְיָא (c. Aleph prosthetico), quod et h. l. habet Targumista et Cant. 1, 16 pro hebr. עֶרֶשׂ. Rad. est פְּרַח chald. פְּרָא currere pr. *ferri, cito ferri* (cf. פָּרַח *φέρω*, fero), ut *currus* a currendo, *τρόχος* a *τρέχειν*, *φορεῖον*, *ferculum* a *φέρειν*, ferre. Qui illud vocabuli hebraei etymon vituperarunt, viderint, quid simillimo simulque certissimo vocabulorum graecorum et latinorum modo laudatorum etymo opponant: nobis et אַפִּרְיוֹן et *φορεῖον* et *ferculum* ab una eademque stirpe originaria (פָּרַח, פְּרָא, *φέρω*, fero, *fahren*) repetendum videtur.

אֶפְרַיִם (forsan *terra duplex* s. *gemina* cf. מִצְרַיִם) n. pr. 1) *Ephraimus,* Josephi filius natu minor, auctor tribus ephraimiticae (בְּנֵי אֶפְרַיִם Num. 10, 22 et simplic. אֶפְרַיִם Jos. 16, 10), cuius fines in media fere terra sancta describuntur Jos. 16, 5 sq. In hac regione erat הַר אֶפְרַיִם *mons* s. *regio montana Ephraimi* Jos. 19, 50. 20, 7. 21, 21. Iudd. 2, 9. 3, 27. Sed diversa est *silva Ephraimi* 2 Sam. 18, 6, ex serie orationis trans Jordanem quaerenda (cf. 17, 24—29), probabiliter a clade Ephraimitarum Iudd. 12, 1—6 ita nuncupata 2 Sam. 13, 23: עִם אֶפְרַיִם *apud Ephraimitas* i. e. in terminis tribus ephraimiticae.

Ephraimi, ut regiae tribus, nomen 2) transiit ad *universum regnum populumque decem tribuum,* impr. in libris prophetarum. Jes. 9, 8. 17, 3. 28, 3. Hos. 4, 17. 5, 3 sq. 9, 3 sq. Jes. 7, 2: *Syri consederunt* עַל אֶפְרַיִם *in finibus Ephraimitarum.* Ubi terra significatur, est fem. Hos. 5, 9, ubi populus, m. Jes. 7, 8. Cf. אֶפְרָת no. 2.

אֲפָרְסָיֵא chald. plur. n. pr. gentis, ex qua in Samariam colonia deducta Esr. 4, 9. Hillerus *Parrhasios* Mediae orientalis gentem intelligit, nos ipsos *Persas* intelligere malumus (cf. פָּרַס). Aleph est prostheticum, ut in his, quae sequuntur, vcc.

אֲפָרְסְכָיֵא Esr. 5, 6 et **אֲפָרְסַתְכָיֵא** Esr. 4, 9 chald. plur. n. pr. duarum gentium assyriarum aliunde non cognitarum, nisi forte pro una eademque habendae. Satis idonee comparantur *Paraetaceni* Persiam inter et Mediam habitantes, de quibus Herod. 1, 101.

אֶפְרָת Gen. 48, 7, et crebrius adiecto He parag.

אֶפְרָתָה Gen. 35, 16. 19. Ruth 4, 11 (terra, regio) 1) n. pr. oppidi in tribu Judae, alibi *Bethlehem* dicti (Gen. 48, 7), plenius *Bethlehem Ephrata* (Mich. 5, 1). 2) i. q. אֶפְרַיִם Ps. 132, 6. Cf. אֶפְרָתִי no. 2. 3) n. pr. f. 1 Par. 2, 19. 50. 4, 4.

אֶפְרָתִי m. 1) *Ephrataeus* s. Bethlehemita 1 Sam. 17, 12. Plur. אֶפְרָתִים Ruth 1, 2. — 2) *Ephraimita* Iudd. 12, 5. 1 Sam. 1, 1. 1 Reg. 11, 26.

אַפְּתֹם adv. chald. fort. *in fine, tandem,* ex persico فدام finis,

tandem, cf. pehlevicum *Afdom* finis. Semel legitur Esr. 4, 13: אַפְּתֹם מַלְכִים תְּהַנְזִק *et tandem regibus detrimentum inferet*, cf. v. 15. 22, ubi אַפְּתֹם abest. Veteres intt. id. vertendo praetermittunt, alii ex orationis serie coniicientes interpretantur *aerarium* (regum).

אָצַב rad. incerta, fortasse i. q. עָצַב laboravit. Inde

אֶצְבּוֹן n. pr. 1) filius Gadi Gen. 46, 16, qui etiam אָזְנִי q. v. — 2) 1 Par. 7, 7 (sed cf. 8, 3).

אֶצְבַּע f. c. suff. אֶצְבָּעִי plur. אֶצְבָּעוֹת (pro צֶבַע c. Aleph prosthetico) 1) *digitus* Ex. 31, 18, spec. digitus index, qui intingendo adhibetur (a rad. צָבַע). Lev. 4, 6 sq. 14, 16. Ex. 8, 15: אֶצְבַּע אֱלֹהִים הוּא *hic Dei digitus est* i. e. Dei ipsius potentia hoc factum. Plur. *digiti* pro manu. Ps. 8, 4. 144, 1. De mensura digiti transversi Jer. 52, 21.

2) sq. רַגְלַיִם *digitus pedis*. 2 Sam. 21, 20. (Chald. id. arab. أصبع, syr. ܨܒܥܳܐ, impr. de digito indice, Barhebr. p. 215. lin. 11).

אָצִיל m. 1) *latus* i. q. אֵצֶל. Jes. 41, 9: אֲצִילֵי הָאָרֶץ *latera* i. e. fines, extrema *terrae* (ut alibi כַּנְפוֹת הָאָרֶץ יַרְכְּתֵי הָאָרֶץ). In altero membro קְצוֹת הָאָרֶץ. — 2) adj. i. q. arab. أصيل pr. *radicatus*, qui altas radices egit in terra, hinc metaph. *antiqua nobilique stirpe oriundus, nobilis*. Ex. 24, 11. (Cf. de utroque vocabulo, et hebraeo et arabico, rad. אָצַל no. 1). Germani in eadem re imaginem ducunt a stirpe et trunco, Hebraei a radicibus.

אַצִּיל m. (a rad. אָצַל no. 1) *iunctura, articulus*, hinc אַצִּילֵי, אַצִּילוֹת יָדַיִם *iuncturae manus* i. e. articuli (*Knöchel*), quibus digiti manui iunguntur. Jer. 38, 12. Ez. 41, 8. In loco Ez. 13, 18, flagitante orationis contextu, *cubitum* videtur significare, quanquam alii ibi *carpum* vel axillam explicant.

אָצַל 1) i. q. وصل *iunxit, copulavit*, unde אַצִּיל iunctura, אֵצֶל, אָצִיל no. 1 latus, iuxta, arab. أصل radix, ut quae arborem telluri iungit, أصل altas radices egit, pr. firmiter iunctus est telluri, metaph. veteri et nobili stirpe oriundus est, cf. אָצִיל no. 2.

2) denom. ab אֵצֶל pr. ad latus posuit, *seposuit* (cf. גָּנַב), hinc sequ. מִן *subtraxit, abstulit*. Num. 11, 17, *denegavit* Eccl. 2, 10, sq. לְ *reservavit* alicui. Gen. 27, 36 (cf. הִבְדִּיל et גָּרַם sq. לְ). [Possit haec significatio etiam petita esse ab אָצַר, ר emollita in ל].

Niph. contractus fuit. Ez. 42, 6.

Hiph. fut. וַיָּאצֶל i. q. Kal no. 2. Num. 11, 25. Derivata habes in Kal no. 1.

אָצֵל (nobilis) n. pr. 1) m. 1 Par. 8, 37. 9, 43, in Pausa אָצֶל 8, 38. 9, 44. — 2) loci in vicinia Hierosolymorum, in Pausa itidem אָצֶל Zach. 14, 5. (Appell. latus vel radix montis i. q. أصل).

אֵצֶל c. suff. אֶצְלִי m. 1) *latus* i. q. אָצִיל no. 1, a iungendo dictum (v. rad. no. 1). 1 Sam. 20, 41: מֵאֵצֶל הַנֶּגֶב *a parte meridionali*. מֵאֵצֶל פ״ a latere alicuius 1 Reg. 3, 20 et i. q. ad latus alicuius (v. מִן no. 3) Ez. 40, 7. — Longe frequentius 2) Praep. ad latus, *iuxta* (quod ipsum a iungendo) Gen. 41, 3. Lev. 1, 16. 6, 3. 10, 12. 1 Sam. 5, 2. 20, 19. Iungitur etiam verbis motus ad locum Gen. 39, 10. 2 Par. 28, 15.

אֲצַלְיָהוּ (quem *Jehova reservavit*) n. pr. m. 2 Par. 34, 8.

אָצַם rad. incerta fort. i. q. עָצַם fortis, validus fuit. Inde

אֶצֶם n. pr. m. 1) 1 Par. 2, 15. — 2) ib. 2, 25.

אֶצְעָדָה f. i. q. צְעָדָה c. Aleph prosthetico pr. catenula cruralis (a צָעַד, compes, dein, nulla habita etymi ratione, *armilla* Num. 31, 50. 2 Sam. 1, 10.

אָצַר *recondidit, reposuit, coacervavit* in thesauro. (Origo est in claudendo, includendo, coërcendo, cf. radd. cognatas חָצַר, עָצַר, it. אָסַר, אָזַר et arab. أَصَرَ inclusit, coërcuit, cui vicinum أسر et حصر). 2 Reg. 20, 17. Jes. 39, 6. Am. 3. 10.

Niph. pass. Jes. 23, 18.

Hiph. fecit, ut reconderet in thesauro i. e. thesauro praeposuit aliquem. Neh. 13, 13: וָאוֹצְרָה עַל אוֹצָרוֹת *et thesauris praefeci.*

Inde derivatur אוֹצָר et

אֵצֶר (thesaurus) n. pr. viri Gen. 36, 21. 30.

אֶקְדָּח m. *gemma* quaedam, eaque, quantum ex etymo (a קָדַח arsit) cognoscere licet, *ignea* et *scintillans*. Semel legitur Jes. 54, 12.

אַקּוֹ m. *caprea, capreolus,* ab אָנַק, אָנָק i. q. arab. عناق capra et talm. אַקָּא caper, cum terminatione ו, quae idem valet quod וֹן, quemadmodum *caprea* a *capra* dicta est. Deut. 14, 5. Vide plura ad rad. אָנַק no. 2. Cf. Bocharti Hieroz. I, p. 900 sq.

אר v. אוֹר lux et יְאֹר.

אֲרָא (fort. i. q. אֲרִי leo) n. pr. m. 1 Par. 7, 38.

אַרְאֵל probabiliter i. q. אֲרִיאֵל *leo Dei, heros.* Hinc a) אַרְאֵלִי (heroe oriundus, herois filius) n. pr. m. Gen. 46, 16. Num. 26, 17. b) vox difficilis אֶרְאֶלָּם Jes. 33, 7 *heros* vel potius collective *heroes eorum* sc. Israëlis, qua quidem interpretatione posita nihil mutandum est praeter Dagesch e littera Lamed eliminandum (אֶרְאֶלָם). Vulgaris ista ratio c. Dag. haud dubie ab alia profecta est interpretatione, apud veteres recepta, qui אראלם contractum esse statuerunt ex אֶרְאֶה־לָּהֶם, אראה־לָּם. Vid. Symm. Theod. Chald. Hieronym. cf. Comment. nostr. ad Jes. l. l.

אָרַב fut. יֶאֱרֹב 1) pr. *plexit, nexuit, texuit,* unde אֲרֻבָּה rete, opus reticulatum. (Vicinum est עָרַב miscuit. Arab. أَرِبَ est constrinxit nodum, II. id., أُرْبَةٌ nodus). — 2) *insidiatus est.* (Arab. أَرُبَ callidus, astutus fuit, III. callide [pr. perplexe] egit. Verba enim nectendi, texendi, it. contorquendi, nendi, suendique ad dolos et insidias referri solent et opponi rectae apertaeque agendi rationi. Cf. פָּתַל, צָמַד, gr. δόλον, μῆτιν ὑφαίνειν, κακά, δόλον ῥάπτειν, nectere insidias, scelera, suere dolos, germ. *Trug spinnen, anzetteln*). Constr. sq. לְ Ps. 59, 4. Prov. 24, 15. Jos. 8, 4, sq. acc. Prov. 12, 6, עַל Iudd. 9, 34. Alibi absolute pro *speculatus est ex insidiis* Iudd. 9, 32. 21, 20, sq. gerundio Prov. l. c. Ps. 10, 9. Part. אוֹרֵב, הָאוֹרֵב insidiator, saepe coll. *insidiatores,* manus militum in insidiis posita. Jos. 8, 14. 19. 21. Iudd. 20, 33 sq., hinc c. c. Plur. l. c. comm. 37.

Piel i. q. Kal, c. sq. עַל 2 Par. 20, 22, absol. Iudd. 9, 25.

Hiph. insidias posuit. Fut. וַיָּרֶב pro וַיַּאֲרֵב 1 Sam. 15, 5.

Derivata sequuntur, excepto מַאֲרָב.

אֲרָב (insidiae) n. pr. oppidi in montanis Judae. Jos. 15, 52. Hinc probabiliter est Gentil. אַרְבִּי 2 Sam. 23, 35.

אֶרֶב m. 1) *insidiae,* de feris Iob.

38, 40. 2) locus insidiarum, *lustrum ferarum* ib. 37, 8.

אֹרֶב c. suff. אָרְבּוֹ m. *insidiae.* Jer. 9, 7: וּבְקִרְבּוֹ יָשִׂים אָרְבּוֹ *et in pectore ei struit insidias.*

אַרְבֵּאל v. בֵּית אַרְבֵּאל.

אַרְבֶּה m. *locusta* (a rad. רָבָה multus fuit). Ex. 10, 4 sq. Lev. 11, 22. Joël 1, 4. Ps. 78, 46. Spec. de certa quadam earum specie, prob. de gryllo gregario Lev. 11, 22. Joël 1, 4. De variis locustarum speciebus v. Bocharti Hieroz. II, 447.

אָרְבָּה f. i. q. אֹרֶב. Plur. אָרְבּוֹת constr. אָרְבּוֹת nonnisi Jes. 25, 11: הִשְׁפִּיל גַּאֲוָתוֹ עִם אָרְבּוֹת יָדָיו *humiliabit ille* (Deus) *superbiam eius* (Moabi) *cum insidiis manuum eius* i. e. quas manus eius struxerunt. Apposite *insidiae* h. l. tribuuntur *manibus,* quibus struuntur et quasi nectuntur (cf. rad. no. 1).

אֲרֻבָּה f. pr. *opus* plexum s. *reticulatum, cancelli, clathri,* semel in sing. (Hos. 13, 3), alibi constanter in Plur. אֲרֻבּוֹת 1) *fenestra* (utpote cancellis, non vitro clausa) Eccl. 12, 3. — 2) *columbarium,* itidem *clathris* clausum Jes. 60, 8, et eandem ob causam 3) *fumarium* Hos. 13, 3. Cf. Voss ad Virg. Georg. 2, 242. — 4) אֲרֻבּוֹת הַשָּׁמַיִם catarrhactae coeli, quae aperiuntur, dum pluit. Gen. 7, 11. 8, 2. 2 Reg. 7, 19. Jes. 24, 18. Mal. 3, 10. — אֲרֻבּוֹת n. pr. loci, probabiliter in tribu Judae siti 1 Reg. 4, 10.

אַרְבַּע f. et אַרְבָּעָה st. constr. אַרְבַּעַת m. (cf. Gramm. §. 85, 1) *quattuor,* pro רְבַע c. Aleph prosthetico, quod in derivatis abest, ut in רֶבַע, רְבִיעִי, רָבַע cet. C. suff. אַרְבַּעְתָּם quattuor illi. Ez. 1, 8. 10. Passim pro ordinali *quartus,* ubi anni mensesque numerantur (v. Lehrgeb. p. 701) Jes. 36, 1. Zach. 7, 1. — Dual. אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum* 2 Sam. 12, 6. Plur. אַרְבָּעִים *quadraginta* Gen. 8, 6. Is autem numerus pariter atque septenarius et septuagenarius Orientalibus solennis est et rotundus, v. Gen. 7, 17. Jon. 3, 3. Matth. 4, 2, cf. *Tschil minâr* quadraginta turres de parietinis Persepolitanis, et quae laudavimus Lehrgeb. p. 700.

2) n. pr. gigantis ex gente Enakitarum. Jos. 14, 15. 15, 13. 21, 11. Fort. homo quadratus. Cf. קִרְיַת אַרְבַּע.

אַרְבַּע et **אַרְבְּעָה** chald. i. q. hebr. *quattuor.* Dan. 3, 25. 7, 2. 3. 6. 17.

אָרַג fut. יֶאֱרֹג (Jes. 59, 5), תַּאַרְגִי (Iud. 16, 13) 1) *plexit* Iudd. l. c. — 2) *texuit,* ex. gr. de aranea (inde gr. ἀράχνη) Jes. 59, 5. Part. אֹרֵג texens Jes. 19, 9 et subst. textor Ex. 28, 32. Jes. 38, 12. מְנוֹר אֹרְגִים iugum textorium 1 Sam. 17, 7.

Primaria huius radicis syllaba est רג, quae motionis celerisque agitationis potestatem habebat, cf. رجّ movit, agitavit, ترجرج agitatus fuit, II. ultro citroque motus fuit, hebr. רָגַז, רָגַע, sanscr. *rag* movere, et in linguis occidentalibus *regere, sich regen.* Cognata est syllaba רע, de qua infra suo loco.

אֶרֶג m. 1) *plexum, textura* Iudd. 16, 14. — 2) *radius textorius.* Iob. 7, 6: יָמַי קַלּוּ מִנִּי־אָרֶג *dies mei velociores sunt radio textoris* (cf. 9, 25).

אַרְגֹּב (pro רְגֹב lapidum acervus, a rad. רָגַם = רָגַב) n. pr. regionis trans Jordanem sitae, in qua sexaginta urbes, antiquitus Ogo, regi Batanaeae, parens. Deut. 3, 4. 13. 1 Reg. 4, 13. Hodie ibi mons *Arkub Massalubie.*

אַרְגְּוָן *purpura* i. q. אַרְגָּמָן semel legitur 2 Par. 2, 6 ex Chaldaismo. Dan. 5, 7. 16. 29. (Arab. أُرْجُوَان, syr. ܐܪܓܘܢܐ).

אַרְגַּז m. *cista* e vehiculi lateribus pendens 1 Sam. 6, 8. 11. 15, pro רְגַז (c. Aleph. prosthetico) a rad. רָגַז tremuit, nutavit, vacillavit, unde apud Arabes رِجَازَة saccus lapidibus repletus, e camelorum lateribus, aequilibrii servandi causa suspensus.

אַרְגָּמָן m. 1) *purpura,* eaque rubra, color pretiosus, quem ex muricum nonnullis speciebus (gr. πορφύρα, lat. purpura) in maris mediterranei oris reperiundis (1 Macc. 4, 23. Plin. H. N. 9, 60 sq.) lucrantur. Cf. s. v. אֲלִישָׁה et Bocharti Hieroz. II, 740 sq. Braunius de vestitu sacerdotum p. 211 sq. Amati de restitutione purpurarum edit. III. Cesenae 1784. Heeren hist. Werke XI, p. 84. Diversa est purpura caerulea תְּכֵלֶת q. v. בֶּגֶד אַרְגָּמָן vestis purpurea Num. 4, 13.

2) quidquid purpura infectum est, panni purpurei. Ex. 25. 26. 27. Ez. 27, 16. Prov. 31, 22. Jer. 10, 9.

Origo incerta. Si proprie concham purpurariam notat vc. (idque probabile, cum etiam תְּכֵלֶת proprie conchylium notet), muricem fastigiatum, acuminatum intellexerim (talis enim est purpurae forma) a רָגַם رجم cumulavit; si colorem, רָגַם dixerim idem valere quod רָקַם versicolorem fecit, coloribus infecit. Bochartus l. c. hoc vc. contractum putabat ex אַרְמְגָוָן color syrus, ab אֲרָם Syria et ܓܘܢܐ color, sed repugnat ratio compositionis in linguis semiticis, in quibus genitivus non praecedit, sed sequitur nominativum. Sunt qui conferant neopers. ارجوان, ارغوان de flore purpuraceo usurpatum, sed nil dubitandum, quin hoc vc. e linguis semiticis repetitum sit.

אָרַד rad. inusit. fort. i. q. חָרַד, פָּרַד fugit. Inde sunt nomm. pr. אַרְוָד et

אַרְדְּ n. pr. Benjamini nepos Num. 26, 40 vel filius Gen. 46, 21. Nomen gentile est אַרְדִּי Num. l. c.

אַרְדּוֹן (fugitivus) n. pr. m. 1 Par. 2, 18.

I. אָרָה 1) *carpsit, decerpsit,* germ. *rupfen,* folia Cant. 5, 1, uvas de vite Ps. 80, 13. (Aeth. ሐረየ: decerpsit, collegit ex. gr. fruges, herbas, et ዐረረ: messuit).

2) *carpendo depavit* more pecudum. Hinc אֻרְוָה et אֻרְיָה praesepe, germ. *Raufe* a verbo *rupfen,* אֲרִי leo pr. carpens, discerpens, אַרְנֶבֶת lepus pr. carpens gramina. Sic alia etiam animalium nomina a carpendo dicta sunt, ut בְּעִיר, גְּדִי, גֶּדֶם, חָסִיל, סָלְעָם, arab. خَرُوف agnus a خَرَفَ carpsit.

3) *collegit* (v. aethiop.), unde אָרוֹן.

II. אָרָה i. q. arab. أَرَى, أَرِيَ *arsit, flagravit,* أَرَّ accendit, vic. radd. hebr. חָרָה, חָרַר et occidentalibus *areo, ardeo, uro.* Inde est אֲרִיאֵל no. 2. focus Dei.

אֲרוּ chald. *ecce, vide,* aut potius *videte* Dan. 7, 6. 7. 13, et litterae ר asperitate emollita אֲלוּ (q. v.), in Talmude הֲרֵי. Plerumque hanc vocem repetunt ab imperativo arab. أَرُوا (ad formam أُغْزُوا), at viderint hi, ne fallantur, siquidem, quod in hac re multum valet, verbi رَأَى imperativus arabicus est رَوْا. Malim igitur אֲרוּ litteris transpositis dictum esse pro רְאוּ.

אַרְוָד (pro רְוָד c. Aleph. prosthet. probabiliter vagatio, profugorum locus, a rad. רוּד q. v.) n. pr.

Aradus, urbs phoenicia in insula cognomine haud procul a littore sita, teste Strabone (XVI, 2 §. 13. 14) a Sidoniis profugis condita (v. de etymo dicta). Ez. 27, 8. 11. Arabum geographi nomen scribunt ارواد, idemque nomen hodieque usitatum. Vide Rosemüller Alterthumskunde II, 1 p. 6 sq. Nomen gentile est אַרְוָדִי Gen. 10, 18. 1 Par. 1, 16.

אֲרוֹד (forsan i. q. עָרוֹד onager) n. pr. m. Num. 26, 17, unde gent. אֲרוֹדִי Gen. 46, 16.

אֻרְוָה et **אֻרְיָה** (formae חָפְשָׁה), Plur. abs. אֻרוֹת (per Syriasmum pro אֻרְווֹת, sicut אֲהָלִים pro אֹהָלִים) 2 Par. 32, 28, constr. אֻרוֹת 1 Reg. 4, 26 (5, 6) et אֻרְיוֹת 2 Par. 9, 25 f. 1) *praesepe*, unde pabulum carpunt iumenta in stabulo (v. rad. ארה no. 2), ipsumque *stabulum* 2 Par. 32, 28. Usurpatur 2) de *certo* quodam *equorum numero*, qui eidem praesepi s. in eadem stabuli mansione alligati uni currui iungi solebant (*iugum, Paar, Gespann*), nescio an *duobus* (tot enim curribus iungi solebant). 1 Reg. l. c. *et habebat Salomo* אַרְבָּעִים אֶלֶף אֻרוֹת סוּסִים *quadraginta millia iuga equorum*. Arab. آرِيّ stabulum, أَرِيّ praesepe. Transpositum est אֻוֵרוֹת 2 Par. 32, 28.

אָרוּז adj. *cedrinus* (denom. ab אֶרֶז) Ez. 27, 24. Alii explicant: *firmus, stabilis*. Cf. אָרַז.

אֲרוּכָה et **אֲרֻכָה** (in nonnullis libris aliquoties, sed invita Masora אֲרֻכָה, v. J. H. Mich. ad Jer. 30, 17) f. 1) *fascia longa*, quam sanando vulneri applicare solet medicus (v. rad. no. 1). עָלְתָה אֲרוּכָה לְ applicatur fascia alicui i. e. sanatur vulnus eius Jer. 8, 22. Neh. 4, 7 (1). 2 Par. 24, 13, et in Hiph. הֶעֱלָה אֲרוּכָה לְ applicavit fasciam alicui s. sanavit vulnus eius Jer. 30, 17. 33, 6. Ubique metaph. de restituenda republica Jer. l. c. de moenibus resarciendis 2 Par. Neh. l. l. c. c. Hinc 2) *sanatio, salus*. Jes. 58, 8. Arab. أَرِيكَة sanatio vulneris.

אֲרוּמָה n. pr. Iudd. 9, 41 oppidum prope Neapolin, fort. idem quod רוּמָה 2 Reg. 23, 36.

אֲרוּמִים 2 Reg. 16, 6 mendose scriptum pro אֱדוֹמִים, quod in Keri legitur.

אָרוֹן c. (m. 1 Sam. 6, 8. f. 4, 17. 2 Par. 8, 11) *arca, cista*, in quam colliguntur res asservandae a rad. ארה no. 3 collegit. (Arab. أرن et أُرْن arca lignea, maxime feralis). Usurpatur de arca pecuniaria 2 Reg. 12, 10, 11, de arca ferali Gen. 50, 26, creberrime de arca sacra, in qua duae tabulae legum repositae erant, quae plenius dicitur אֲרוֹן הָעֵדוּת arca legis Ex. 25, 22. 26, 33. אֲרוֹן בְּרִית יְהוָה Deut. 10, 8. 31, 9. 25, אֲרוֹן הַבְּרִית Jos. 3, 6. 4, 9, אֲרוֹן יְהוָה 1 Sam. 5, 3. 4. 6, 8 sq.

אֲרַוְנָה 2 Sam. 24, 20 sq. n. pr. hominis Jebusaei, quod ibid. comm. 16 in Chethibh אוֹרְנָה, comm. 18 in Chethibh אֲרַנְיָה scribitur, in Paral. אָרְנָן.

ארז rad. inus. Arab. أَرَزَ contraxit, collegit firmavitque se, أَرُوز firmus, stabilis, أَرْز firmas radices habens arbor. Inde (post A. Schultens.) multi ducunt Part. pass. אָרוּז *constrictus, firmatus*. Ez. 27, 24. Sed vett. intt. tantum non omnes אֲרוּזִים transferunt *cedrinas* (ab אֶרֶז, formae נְחוּשׁ aeneus, *Lehrgeb.* 512), iisque nos quoque accedere

non dubitamus. Inde מֵרוֹז pro מֵאֵרוֹז et

אֶרֶז Plur. אֲרָזִים, אַרְזֵי m. *cedrus,* a firmitate radicum dicta, quae arboribus e pinorum genere propria est (Theophr. hist. plánt. 2, 7). Intelligitur *cedrus conifera*, arbor admodum procera (Jes. 2, 13. 37, 24. Am. 2, 9) et patula (Ez. 31, 3), in Libano olim frequentissima (Ps. 29, 5. 92, 13. 104, 16), hodie ad exiguum numerum redacta (Ritter Erdkunde II, 446), cuius lignum odoratum, enode et putredini minus obnoxium templo palatiisque regiis exstruendis exornandisque tabulationibus maxime et laquearibus adhibebatur. Hinc de tabulatione cedrina 1 Reg. 6, 18. Arab. أَرْزٌ, quod etiamnum apud Libani incolas in usu est, aethiop. አርዝ: aram. אַרְזָא, ܐܪܙܐ. Non igitur erat, cur אֶרֶז *cedrum* esse negaret *pinum*que intelligere iuberet Celsius in Hierob. I, 106 sq.

אַרְזָה f. *tabulatum cedrinum.* Zeph. 2, 14. Femininum vim habet collectivam, ut in עֵצָה ligna, Lehrgeb. 477.

I. אָרַח *incessit, ivit,* verbum finitum semel Iob. 34, 8. (Chald. אֲרַח id. Consonat gr. ἔρχομαι, emollitae eiusdem stirpis formae sunt הָלַךְ, הוּךְ). Part. אֹרֵחַ *viator* Iudd. 19, 17. 2 Sam. 12, 4. Jer. 14, 8. Plur. Jer. 9, 1. Fem. אֹרְחָה collect. (v. *Lehrgeb.* 477) *agmen* s. *caterva viatorum,* maxime institorum, *Caravane, συνοδία* Gen. 37, 25. Jes. 21, 13. Vide אֹרַח, אֹרְחָה.

II. אָרַח *definivit, statuit* i. q. חָקַק, unde אֲרֻחָה i. q. חוֹק statutum. Respondet arab. أَرَّخَ de *tempore definiendo,* unde أَرْخٌ tempus designatum, aera, epocha, أَرَّخَ tempore notavit epistolam, تَارِيخٌ chronicon, annales. Fort. vicinum est radici עָרַךְ q. v.

אָרַח (fort. pro אֹרֵחַ migrans) n. pr. m. 1) Esr. 2, 5. Neh. 7, 10. — 2) 1 Par. 7, 39.

אֹרַח Plur. אֳרָחוֹת constr. אָרְחוֹת c. suff. אָרְחֹתַי, אָרְחֹתֶיךָ, אָרְחֹתָם, quorum loco passim in libris Mss. et impressis אֹרְחֹתַי, אֹרְחֹתֶיךָ, אֹרְחֹתָם (v. J. H. Mich. ad Iob. 13, 27) comm. (m. Prov. 2, 15 cf. Iob. 6, 18. 19; f. Prov. 15, 19) vc. poët. *via, semita* i. q. דֶּרֶךְ. (Chald. אֹרַח, syr. ܐܘܪܚܐ, sam. ࠀࠓࠇࠄ id.). Gen. 49, 17. Iudd. 5, 6. Ps. 19, 6. אָרְחוֹת יַמִּים viae marium Ps. 8, 9, cf. ὑγρὰ κέλευθα Hom. Il. ά, 312. אֹרַח חַיִּים via ad vitam s. felicitatem Prov. 5, 6. Hinc a) metaph. *vivendi agendique ratio* i. q. דֶּרֶךְ. אֹרַח שֶׁקֶר via mendacii i. e. mores mendaces et fraudulenti Ps. 119, 104. אָרְחוֹת יְהוָה mores Deo placituri Ps. 25, 4. 119, 15. Jes. 2, 3. Saepe servatur *viae* metaphora, ut Prov. 4, 14. 8, 20. b) *modus, ratio.* Gen. 18, 11: חָדַל לִהְיוֹת לְשָׂרָה אֹרַח כַּנָּשִׁים honeste dictum pro *desierat Sara menstrua pati,* cf. 31, 35. c) *Viae alicuius* pro *conditione* et *sorte* eius (germ. *wie es ihm geht*). Iob. 8, 13. Prov. 1, 19. d) Poët. *via* dicitur pro *viatore* vel *viatoribus* Iob. 31, 32. Plur. אָרְחוֹת תֵּמָא viatores Themaenses, catervae Themaensium Iob. 6, 19.

אֹרַח Plur. אָרְחָן chald. id. Dan. 4, 34. 5, 23.

אֹרְחָא fem. Plur. c. suff. אָרְחָתָךְ, אָרְחָתֵהּ chald. i. q. hebr. *viae* metaph. *consilia* Dei Dan. 4, 34, *res, vicissitudines* alicuius Dan. 5, 23.

אֹרְחָה f. *caterva viatorum,* v. sub rad. no. I.

אֲרֻחָה f. *cibi commeatusque portio alicui definita*, quotidie vel certo tempore appendenda (ab אָרַח no. II) Jer. 40, 5. 52, 34. 2 Reg. 25, 30, unde generatim cibi portio Prov. 15, 17.

אֲרִי Plur. אֲרָיִים 1 Reg. 10, 20, alibi אֲרָיוֹת m. (1 Reg. 10, 19. 2 Par. 9, 18. 19) *leo* q. d. carpens, discerpens (v. אָרָה I no. 2). Num. 24, 9. 1 Sam. 17, 34 sq. 2 Sam. 23, 20 cet. כְּפִיר אֲרָיוֹת leo iuvenis Iudd. 14, 5, גּוּר אֲרָיוֹת catulus leonum Jer. 51, 38. Imaginem praebet tum fortitudinis Num. 23, 24, tum saevitatis et crudelitatis Prov. 28, 15. V. Bocharti Hieroz. I, 715 sq. Syr. ܐܪܝܐ.

אֲרִיאֵל m. (comp. ex אֲרִי et אֵל) 1) *leo Dei*, i. e. fortissimus heros. Collect. 2 Sam. 23, 20: שְׁנֵי אֲרִיאֵל מוֹאָב *duo heroes Moabitae*, v. אֲרִאֵל et אֲרִי 1 Par. 11, 22. (Cf. arab. أَسَدُ ٱللّٰهِ et لَيْثُ ٱللّٰهِ *leo Dei*, epitheton virorum fortium, et pers. شیر خدا *Schiri khoda* leo Dei). Jes. 29, 1. 2 de Hierosolymis dr. tanquam *heroum urbe*, quae invicta futura sit, quanquam alii, coll. Ezechielis loco statim laudando *focum* i. e. altare *Dei* reddunt.

2) *focus Dei* (coll. إِرَةٌ focus, caminus, a rad. אָרָה no. II) de altari holocaustorum Ez. 43, 15. 16.

3) n. pr. viri, Esr. 8, 16.

אֲרִידַי n. pr. persicum noni e filiis Hamani. Esth. 9, 9. Cf. Ἀριδαῖος i. e. *fortis* a pers. *art*, *ard*. V. s. v. אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא.

אֲרִידָתָא (fortis) Hamani filius natu sextus. Esth. 9, 8.

אַרְיֵה i. q. אֲרִי (cum ה ֶ parag. ut in אִשׁ et אִשָּׁה) eoque frequentius, sed nonnisi in Sing. usit., *leo*. Gen. 49, 9. Deut. 33, 22. Iudd. 14, 8. De hoste potente saevoque Jes. 15, 9. Jer. 4, 7. Jes. 21, 8: וַיִּקְרָא אַרְיֵה *et clamavit* tanquam *leo*. Cf. Apoc. 10, 3.

אַרְיֵה chald. id. Dan. 7, 4. Plur. אַרְיָוָן Dan. 6, 8.

אֲרִיָּה v. אֲרָיָה.

אַרְיוֹךְ n. pr. assyriaco-chaldaicum 1) regis terrae Ellasar Gen. 14, 1. 9, cf. Judith 1, 6. — 2) praefecti satellitum in aula babylonica. Dan. 2, 14. Proprie vir *leoninus* ab אֲרִי et syllaba ك, in quam adiectiva exeunt apud Persas.

אֲרִיסַי n. pr. persicum filii Hamani. Esth. 9, 9. Comp. ex אֲרִי leo et سا, ساى similis, unde *leoni similis*.

אָרַךְ pr. trans. *longum fecit*, *extendit*, *protendit*, vic. rad. עָרַךְ q. v. Inde אֲרוּכָה fascia longa. Cf. syr. ܐܘܪܟ prolongavit, arab. أَرَكَ cunctatus est, tardavit in negotio.

2) med. E. fut. יֶאֱרַךְ Plur. יַאַרְכוּ intransit. *longus fuit*. (Syr. Arab. Sam. id. Aph. אוֹרִיךְ, ܐܘܪܟ prolongavit). Ez. 31, 5. Gen. 26, 8: וַיְהִי כִּי אָרְכוּ־לוֹ שָׁם הַיָּמִים *accidit cum diu ibi vixisset.* Ez. 12, 22.

Hiph. הֶאֱרִיךְ 1) *longum fecit*, *prolongavit* Ps. 129, 3, *protendit* linguam Jes. 57, 4. הֶאֱרִיךְ יְמֵי פ׳ prolongavit vitam alicuius, vitam longam ei concessit 1 Reg. 3, 14, contra הֶ׳ יָמִיו prolongavit vitam suam, longaevus fuit Deut. 4, 26. 40. 5, 30. 17, 20. 22, 7. Jes. 53, 10, etiam omisso יָמִים Prov. 28, 2. Eccl. 7, 15. 8, 12. — 2) intrans. *longus fuit* 1 Reg. 8, 8, maxime de tempore: הֶאֱרִיכוּ יָמָיו longaevus fuit Ex. 20, 12. Deut. 5, 16. 6, 2. 25, 15. Cf. no. 1. — 3) tardavit, *distulit*. הֶאֱרִיךְ אַפּוֹ Jes. 48, 9. Prov. 19, 11 distulit iram, patiens fuit et μακρόθυμος. Cf. אָרֵךְ.

אַפַּיִם s. אֶרֶךְ. — 4) *moratus, commoratus est* (pr. es lange machen) Num. 9, 19. 22.

Derivata praeter אֲרוּכָה protinus sequuntur.

אֲרַךְ chald. i. q. hebr. Part. אֲרִיךְ *aptus, conveniens* Esr. 4, 14.

אָרֵךְ nonnisi in regimine אֶרֶךְ adj. 1) *longus.* Ez. 17, 3: אֶרֶךְ הָאֵבֶר *longis pennis praedita* (aquila). — 2) *tardus,* in formulis אֶרֶךְ רוּחַ Eccl. 7, 8 et אֶרֶךְ אַפַּיִם tardus ad iram, *μακρόθυμος* Prov. 15, 18. 16, 32. Ex. 34, 6. Num. 14, 18. Cf. syr. ܢܓܝܪ ܪܘܚܐ patiens, arab. ذو طول longus i. e. longanimis. Semel אֶרֶךְ אַפַּיִם est *τὸ μακρόθυμον,* patientia Jer. 15, 15. Opp. קְצַר רוּחַ.

אָרֹךְ f. אֲרֻכָּה adj. *longus,* de spatio Iob. 11, 9, de tempore 2 Sam. 3, 1.

אֶרֶךְ (longitudo) n. pr. urbis babylonicae Gen. 10, 10. E vett. intpp. Pseudoj. Targ. Hieros. Hieronym. et Ephraemus *Edessam* intelligunt, rectius Bochartus (Phaleg IV, 16) *Arecam* s. *Areccam* urbem in Babyloniae et Susianae confiniis sitam (Ammian. 23, 21).

אֹרֶךְ c. suff. אָרְכּוֹ m. *longitudo* Gen. 6, 15. Ex. 26, 2 sq. 27, 1 sq. אֹרֶךְ יָמִים longaevitas Ps. 21, 5. 91, 16. לְאֹרֶךְ יָמִים quamdiu vivo Ps. 23, 6. אֹרֶךְ אַפַּיִם patientia Prov. 25, 15.

אַרְכָה chald. fem. *longitudo, perennitas,* de tempore Dan. 4, 24. 7, 12.

אֲרֻכָה v. אֲרוּכָה.

אַרְכֻבָּה chald. fem. *genu.* Dan. 5, 6. In Targg. abiecto Aleph prosthetico רְכוּבָּא, רְכוּב.

אַרְכְּוָי chald. Plur. אַרְכְּוָאֵי nom. gent. ab אֶרֶךְ (Gen. 10, 10) *Arecenses.* Esr. 4, 9.

אַרְכִּי n. gent. incola oppidi vel regionis אֶרֶךְ, in finibus tribus Ephraim (Jos. 16, 2) quaerendae, a cognomine Babyloniae oppido diversae Jos. l. c. 2 Sam. 15, 32. 16, 16.

אָרַם rad. inusit. i. q. רוּם, רָמַם, הָרַם, עָרַם, רָאַם *altus fuit* (cf. arab. وَرِمَ intumuit, extulit se).

Inde אַרְמוֹן et

אֲרָם st. constr. אֲרַם n. pr. (altum, regio alta, *Hochland,* opp. כְּנַעַן *Niederland*) 1) *Aramaea, Aramaei* s. *Syria, Syri,* c. c. verbo masc. sing. 2 Sam. 10, 14. 15. 18. 1 Reg. 20, 26, plurali 2 Sam. 10, 17. 19. 1 Reg. 20, 20, rarius c. sing. fem. Jes. 7, 2. Graecis etiam antiquum et domesticum hoc Syriae nomen non prorsus ignotum fuit, v. Hom. Il. 2, 783. Hesiod. Theog. 304. Strabo 13, 4 §. 6. 16, 4 §. 27. *Aramaeae* tamen nomen latius patet quam *Syriae,* et Mesopotamiam quoque complectitur, quanquam Plinius (5, 15 §. 12) et Mela (1, 11) Syriae eundem adeoque etiam maiorem ambitum tribuunt. Ubi simpliciter ponitur אֲרָם, plerumque intelligitur Syria occidentalis s. proprie dicta Iudd. 3, 10. 1 Reg. 10, 29. 11, 25. 15, 18, imprimis Damascena Jes. 7, 1. 8. Am. 1, 5, accuratius אֲרַם דַּמֶּשֶׂק vocata 2 Sam. 8, 5: ubi Mesopotamia intelligenda est, dr. אֲרַם נַהֲרַיִם *Syria interamnis* Gen. 24, 10. Deut. 23, 5. Iudd. 3, 8, vel פַּדַּן אֲרָם *planities Syriae* Gen. 25, 20. 28, 2. 5. 6. 7, et ellipt. פַּדָּן 48, 7, raro simpl. אֲרָם Num. 23, 7, ubi accuratior descriptio praecessit (cf. אֲרַמִּי). Syriae occidentalis (non Mesopotamiae, ut vulgo volunt) praeter Damascum tempore Davidis alia quaedam regna fuerunt אֲרַם צוֹבָה (v. צוֹבָה), אֲרַם בֵּית רְחֹב (v. בֵּית רְחֹב), אֲרַם מַעֲכָה (v. מַעֲכָה), חֲמָת al., quae tamen posthac Damasci regibus parebant (1 Reg. 20, 1). Cf. gent. אֲרַמִּי, אֲרַמִּית.

2) n. pr. m. a) *Arami* Nahori

ex Kemuele nepotis (Gen. 22, 21), qui syriacae regioni nomen dedisse videtur. Cf. רָם. b) 1 Par. 7, 34.

אַרְמוֹן m. Plur. constr. אַרְמְנוֹת *arx, palatium* ab altitudine dictum (v. rad.). Jes. 25, 2. 32, 14. Prov. 18, 19 cet. אַרְמוֹן בֵּית הַמֶּלֶךְ 1 Reg. 16, 18. 2 Reg. 15, 25 est *arx domus regiae,* pars eius interior eaque altissima et munitissima. Nemo veterum *gynaeconitin* reddidit, ut recentiorum plurimi post J. D. Michaëlem (Suppl. 128) coll. أَرْمٌ i. q. حَرَمٌ conclavia (Gol. p. 78) et حَرَمٌ gynaeconitis, *Harem*, neque est, cur a simplicissima illa explicatione deflectamus. De arce urbis hostium capitalis Jes. 25, 2.

אֲרָמִי i. q. אֲרַמִּי in fem. אֲרָמִית adv. *linguâ aramaeâ, aramaice* Dan. 2, 4. Esr. 4, 7. Jes. 36, 11.

אֲרַמִּי nom. gent. *Aramaeus*, isque occidentalis 2 Reg. 5, 20 et orientalis s. Mesopotamiae incola Gen. 25, 20. 28, 5. 31, 20. 24. Fem. אֲרַמִּיָּה 1 Par. 7, 14. Plur. אֲרַמִּים 2 Reg. 8, 29 et per Aphaeresin הָרַמִּים pro הָאֲרַמִּים 2 Par. 22, 5.

אַרְמֹנִי (qs. Palatinus) n. pr. m. 2 Sam. 21, 8.

אָרַן rad. incerta, quam, modo unquam usitata fuerit, aeque ac רָנַן, רָנָה soni tremuli tinnulique vim habuisse suspicor, nostr. *schwirren,* ut pini malique in aëre vibrantis, cf. אֹרֶן = תֹּרֶן, אַרְנוֹן. Arab. أَرِنَ est *agilis, alacer fuit,* unde أَرْنٌ capra silvestris. Inde

אֲרָן (capra silvestris) n. pr. viri ex Horitis Gen. 36, 28. 1 Par. 1, 42.

אֹרֶן m. nomen arboris, cuius e ligno idola sculpebantur, haud dubie *pini species* Jes. 44, 14. In Talmud. Babyl. (Para fol. 96, 1) iunguntur עֲצֵי אֲרָזִים אֳרָנִים וּבְרוֹשִׁים. LXX. πίτυς. Vulg. *pinus.* Quod ad etymon attinet, אֹרֶן aeque atque תֹּרֶן arborem altissimam notare videtur, quae superne a vento agitata sonum tremulum (רנן) edit (vide s. v. תֹּרֶן), sive אֹרֶן idem notare censes quod רֹנֶן, sive אֹרֶן ab ipsa radice רָנַן ducere mavis, contr. pro אֹרְנֶן, ut תֹּרֶן pro תֹּרְנֶן, מֹרֶךְ a רָכַךְ. Alii ornum vel alnum intelligunt, ob soni similitudinem.

2) n. pr. m. 1 Par. 2, 25.

אַרְנֶבֶת f. epicoen. *lepus* Lev. 11, 6. Deut. 14, 7. Arab. أَرْنَبٌ, syr. ܐܪܢܒܐ id. V. Bochart. Hieroz. I, 994 sq., qui hoc quadrilitterum ab אָרָה carpsit, decerpsit, et נִיב proventus compositum esse statuit.

אַרְנוֹן (pro רְנוֹן fremitus, strepitus i. e. rivus strepens) n. pr. torrentis (נַחַל) cum valle cognomini, ab oriente in lacum asphaltiten se exonerantis, qui olim septentrionalem Moabitarum, australem Amoritarum terminum constituebat (hodie موجب Mudscheb). Num. 21, 13 sq. 22, 36. Deut. 2, 24. 36. 3, 8 sq. 4, 48. Jes. 16, 2 cet. V. Burckhardt itin. Syriae Vers. germ. p. 633, et quae notavimus ad Jes. 16, 2.

אַרְנִיָּה v. אֲרַוְנָה.

אַרְנָן (agilis) n. pr. m. 1 Par. 3, 21.

אָרְנָן (id.) n. pr. hominis Jebusaei, in cuius area Salomo templum exstruxit. 1 Par. 21, 15. 2 Par. 3, 1. Cf. אֲרַוְנָה.

אֲרַע chald. st. emph. אַרְעָא 1) *terra* i. q. hebr. אֶרֶץ, ע et צ commutatis (v. sub ע). Dan. 2, 35. 39. 3, 31 cet. — 2) *inferius* et adv. *infra.* Dan. 2, 39: *post te surget aliud regnum* אֲרַעָא מִנָּךְ *tuo inferius.* Cf. chald. אַרְעִי, אַרְעָאִי inferior, מִלְּרַע pro מִלְּאַרַע ab ima parte, infra. Inde

אַרְעִית f. *infima* (pars), *fundus* (foveae) Dan. 6, 25.

אַרְפַּד (*fulcrum*, non male de urbe munita intelligendum, pro רְפַד a rad. רָפַד) n. pr., oppidum et regio Syriae, haud procul ab urbe Hamath, cui saepius copulatur, dissita, propriisque regibus parens, bene distinguenda ab אַרְוַד (q. v.) 2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 10, 9. Jer. 49, 23.

אַרְפַּכְשַׁד Gen. 10, 22. 24. 11, 10 — 13 n. pr. filii Semi natu tertii, populum regionemve simul designans, neque improbabilis est Bocharti coniectura (Phaleg 2, 4), hanc *Arrapachitidem* esse, Assyriae regionem, Armeniae vicinam (Ptolem. 6, 1), Chaldaeorum patriam (v. quae disputavimus ad Jes. 23, 13). Favent etymon (ab אַרַף, أرْفة terminus, et כשד vel כשר i. q. כשדים) et Josephus (Antiq. 1, 6 §. 4): Ἀρφαξάδης δὲ τοὺς νῦν Χαλδαίους καλουμένους Ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν.

אֶרֶץ comm. (rarius masc. velut Gen. 13, 6. Jes. 9, 18, impr. ubi terra ponitur pro incolis Jes. 26, 18. 66, 8) c. suff. אַרְצִי, c. Art. הָאָרֶץ, c. He locali אַ֫רְצָה *terra* (Arab. أَرْضٌ, chald. et syr. אַרְעָא, ܐܰܪܥܳܐ. Prius illud prope accedit ad sanscr. *dhara*, pehlev. *arta*, unde *terra*, goth. *airtha*, nostr. *earth*, *Erde*; posterius transiit in gr. ἔρα, abiecto *d*, ut in plebej. *Ere*. Congruit quoque *Erz*, *aes*, *aeris*, v. no. 6).

Spec. 1) *orbis terrarum*, opp. coelo. הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. 1, 1. 2, 1. 4 et אֶרֶץ וְשָׁמַיִם Gen. 2, 4 coelum et terra, de universo mundo. Synecd. pro incolis terrae Gen. 9, 19. 11, 1. 19, 31. — 2) *terra*, *continens*, opp. mari Gen. 1, 28. — 3) *terra*, *regio* Ex. 3, 8. 13, 5. אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים Gen. 21, 32, אֶרֶץ יְהוּדָה Ruth 1, 7. *Terra alicuius* est, quae ei paret et subdita est, ut *terra Sidonis* Neh. 9, 22, aut consecrata (Jer. 2, 7. 16, 18), it., in qua quis habitat Deut. 19, 2. 10. 28, 12, vel natus est, *patria* eius Gen. 24, 4. 30, 25. Num. 10, 9. Jes. 8, 9. Cf. γῆ τινος Act. 7, 3 et vv. אִישׁ, עִיר, עַם. Absol. אֶרֶץ et הָאָרֶץ non raro de *Palaestina* κατ᾽ ἐξοχὴν Joël 1, 2, ut in formula יָרַשׁ, שָׁכַן אֶרֶץ Ps. 37, 9. 11. 22. 29. 44, 4. Prov. 2, 21. 10, 30. It. de incolis regionis Jes. 26, 18, spec. de impiis Jes. 11, 4 (cf. אֱנוֹשׁ no. 1, b). — 4) *ager* (nostratium *ein Stück Land*). Gen. 23, 15. Ex. 23, 10. De agro oppidi Jos. 8, 1. — 5) *humus, solum terrae*, c. He locali אַ֫רְצָה (Milêl) *humi*, ut וַיִּשְׁתַּחוּ אַ֫רְצָה Gen. 33, 3. 37, 10. Hinc poët. *reptilia terrae* i. q. רֶמֶשׂ הָאָרֶץ. Iob. 12, 8: שִׂיחַ לָאָרֶץ *alloquere terram* i. e. reptilia terrae. Sequuntur pisces maris, coll. Gen. 9, 2. 1 Reg. 5, 13. — 6) *terrae elementum, partes terreae, scoriae* (metalli). Ps. 12, 7: *argentum purgatum in officina* לָאָרֶץ *a partibus terreis* i. e. scoriis.

Plur. אֲרָצוֹת *terrae*, *regiones* Gen. 26, 3. 4. הָאֲרָצוֹת *terrae* saepe, maxime in sequiore Hebraismo, κατ᾽ ἐξοχὴν ponitur de terris gentilium (cf. גּוֹיִם, אִיִּים) v. c. עַמֵּי הָאֲרָצוֹת populi terrarum (profanarum) 2 Par. 13, 9. 17, 10. מַמְלְכוֹת הָאֲרָצוֹת regna regionum (ethnicarum) 1 Par. 29, 30. 2 Par. 12, 8. 17, 10. Origines quasi et incunabula huius loquendi consuetudinis habes in his Ezechielis locis, 5, 6. 11, 17. 12, 15. 20, 23. 22, 15. 20, 32. 22, 4.

Not. He paragogicum in אַ֫רְצָה plerumque est locale, at nonnunquam etiam poëticum, ut אַ֫רְצָה non diversum sit ab אֶרֶץ Iob. 34, 13. 37, 12. Jes. 8, 23 (cf. לַיְלָה pro לַיִל).

אַרְצָא (terra) n. pr. viri 1 Reg. 16, 9.

אַרְק stat. emphat. אַרְקָא chald. i. q. אַרְעָא *terra*, littera ע in duriorem ק mutata, Jer. 10, 11 et crebrius in Targg.

אָרַר fut. יָאֹר, imp. אֹרוּ Iudd. 5, 23, c. He parag. אָרָה Num. 22, 6 *exsecratus est.* (Respondet arab. ﻓَﺮّ abhorruit, detestatus fuit et magis etiam gr. ἀρά, ἀράομαι). Constr. sq. acc. Num. 22, 6. 23, 7. Mal. 2, 2. Iudd. l. c. Iob. 3, 8: אֹרְרֵי יוֹם *qui dies exsecrantur*, praestigiatorum genus, qui imprecationibus suis dies infaustos arcessere posse credebantur. Gen. 3, 14: *diris devota esto ab omni bestia* i. e. omnes quadrupedes tanquam bestiam nefandam dirisque devotam te defugiant. Deut. 27, 15 sq. 28, 16 sq.

Niph. pass. Part. נֵאָרִים Mal. 3, 9.

Piel אֵרַר part. מְאָרֵר 1) i. q. Kal. Gen. 5, 29. — 2) *exsecrationem effecit* s. *peperit.* Num. 5, 22: הַמַּיִם הַמְאָרְרִים aquae, quae potae uxori adulterae et periurae interitui sunt.

Hoph. fut. יוּאַר pass. Num. 22, 6. Derivatur inde מְאֵרָה.

אֲרָרִי v. הֲרָרִי.

אֲרָרַט n. pr. regionis in media fere Armenia Araxem inter lacusque Wan et Ormia sitae (2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38), etiamnum ab Armenis *Ararat* (Այրարատ) dictae, in cuius montanis (הָרֵי אֲרָרַט) arca Noachi substitit (Gen. 8, 4): nonnunquam ampliore significatu de tota Armenia (Jer. 51, 27) ipsa. Regionis, non montis, proprie nomen esse statuit etiam Moses Chorenensis, v. Schroeder thes. ling. arm. p. 55. Mosis Chorenensis hist. arm. ed. Whiston p. 289. 308. 358. 361. De ipsa illa regione v. Wahl Asien p. 518. 806 sq. Morier second Journey p. 312. Ker Porter Travels Vol. I. p. 178 sq.

אָרַשׂ rad. in Kal inusit., recte notante Mangero ad Hos. 2, 21 pr. i. q. עָרַשׂ, عَرَشَ struxit, unde עֶרֶשׂ thorus, thalamus. A consortio thori dictus est عِرْسٌ coniux, عَرُوسٌ sponsus, sponsa; inde

Pi. אֵרַשׂ *desponsavit* mulierem pr. *sponsam fecit.* Construunt אֵרַשׂ אִשָּׁה Deut. 20, 7. 28, 30 et אֵרַשׂ לוֹ אִשָּׁה Hos. 2, 21. 22. 2 Sam. 3, 14. Additur etiam בְּ pretii 2 Sam. l. c.

Pu. אֹרַשׂ fem. in Pausa אֹרָשָׂה *desponsata est.* Ex. 22, 15. Deut. 22, 28. Part. מְאֹרָשָׂה Deut. 22, 23. 25. 27. (Chald. אֲרַס Pi. et Pa. id.).

אָרַשׁ rad. inusit. i. q. arab. وَرِشَ *concupivit*, unde

אֲרֶשֶׁת f. Ps. 21, 3 *desiderium, cupiditas.* LXX. δέησις. Vulg. *voluntas.*

אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא Esr. 4, 8. 11. 23, **אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא** 7, 7 et **אַרְתַּחְשַׁסְתְּא** 4, 7 n. pr. nonnullorum Persiae regum, graece Ἀρταξέρξης scriptum, ab Armenis Արտաշէս *Artaschir*, a recentioribus Persis اردشير, اردشير *Ardeschir*, ab antiquioribus in inscriptionibus Nakschi Rustam apud Niebuhrium (itin. T. II. tab. 27) interprete Silv. de Sacy ארתחשתר *Artachschetr, Artachschatra*, unde *r* et *s* permutatis litterisque transpositis ortum est *Artachscharta* et hebraeum *Artachschast, Artachschasta.*

Compositum est hoc nomen ex syllaba *art* fortis, validus (cf. nomm. pr. Ἀρτοβάρης, Ἀρταβάζης, Ἀρταφέρνης) et חשתר, quod ex veteris linguae usu *regem* designat, ut Zendicum *khschetro, schetrao,* sanscr. *khschetria, khschetrien,* neque tamen taxandus Herodotus 6, 98

magnum bellatorem reddens: eam enim ipsam vocabuli persici *khschetrao, khschetria* veram et primariam significationem fuisse, ostendit sanscridanicum *khschatrija* qui ex ordine militum est, miles.

Duo huius nominis reges memorantur in V. T. 1) *Pseudo-Smerdes* Esr. 4, 7. 8. 23 coll. 24, quem Artaxerxis nomen cum regio imperio adoptasse suspicor. 2) *Artaxerxes Longimanus,* cuius septimo anno Esras coloniam suam in Palaestinam ducebat Esr. 7, 1. 7. 11. 12. 21. 8, 1, et a cuius anno vigesimo ad trigesimum secundum Nehemias Judaeae praeerat, Neh. 2, 1. 5, 14. 13, 6. Vide, quae uberius disputavimus in Thes. p. 155. 156.

אָשַׁר rad. inusit. prob. i. q. אָסַר ligavit. Hinc

אֲשַׂרְאֵל (quem Deus obligavit sc. voto) n. pr. m. 1 Par. 4, 16.

אַשְׂרִיאֵל (votum Dei) n. pr. m. Num. 26, 31. Jos. 17, 2. 1 Par. 7, 14. Patron. est אַשְׂרִיאֵלִי Num. l. c.

אֵשׁ c. suff. אִשּׁוֹ Iob. 18, 5, אֶשְׁכֶם Jes. 50, 11, comm. (sed raro masc. Iob. 20, 26. Ps. 104, 4. Jer. 48, 45 cf. de sexu vocabulorum *ignem* significantium Lehrgeb. 546 not.) *ignis.* (Ex populis cognatis Chaldaei habent אֶשָּׁא, אֶשְׁתָּא ignis, febris, Syri ܐܫܬܐ febris, aethiop. እሳት: ignis, arab. إنيسة, quo tamen raro utuntur. Antiquissimae tamen huius stirpis propagines late patent in Asiae et Europae linguis, cf. sanscr. *usch* urere, pehlev. et pers. آتش, gr. *αἶθος, αἴθω,* lat. *aestus,* vet. germ. *Eit* ignis, *eiten* accendere, nostr. *heiss, heitzen, Esse.* Stirps vicina est *ur,* hebr. אוּר, אוֹר cf. עוּר, *uro, areo* et addita labiali *πῦρ,* com*buro, ferveo, Füer, Feuer*).

Spec. 1) *ignis Dei* saepe dr. de *fulguribus.* 1 Reg. 18, 38. 2 Reg. 1, 10. 12. 14. Iob. 1, 16, cf. Ex. 9, 23 et persic. آتش آسمان. It. figurate de *Dei ira et furore.* (Virg. Aen. 2, 575: exarsere ignes animo, subit ira cet.) Deut. 32, 22: אֵשׁ קָדְחָה בְאַפִּי *ignis exarsit in ira mea.* Jer. 4, 4. 15, 14. 21, 12. Thren. 2, 4. Ez. 22, 21, et simili figura *ignis* apud homines etiam transfertur ad *internum animi ardorem.* Jer. 20, 9. Ps. 39, 3. 4. — 2) Poët. *ignis* dr. de *bello,* ita ut *igne consumi* sit i. q. bello confici, absumi. Num. 21, 28. Jer. 48, 45. Iudd. 9, 15. 20. Jes. 10, 16. 26, 11. Ps. 21, 10. קָדַח אֵשׁ accendit ignem metaph. pro belli tumultus excitavit Jes. 50, 11. Eadem figura Arabum poëtis quam familiarissima est, cf. ad Jes. 7, 4. — 3) Igne et incendio Hebraei *quodvis exitium* designant, tum hominum, tum rerum, Iob. 15, 34. 20, 26. 22, 20. 31, 12. Jes. 1, 31. 30, 30. 33, 11. 14. — 4) *solis fervor* Joël 1, 19. 20. 2, 3. 5. — 5) *splendor* v. c. armorum Nah. 2, 5. אַבְנֵי אֵשׁ *ignei splendoris gemmae* Ez. 28, 14. 16, cf. Stat. Theb. 2, 276: *arcano florentes igne smaragdi.* Vide derivatum אִשָּׁה.

אֶשׁ chald. st. emphat. אֶשָּׁא id. Dan. 7, 11.

אִשׁ i. q. יֵשׁ *est, sunt* arab. أيس, chald. אִית, אִיתַי 2 Sam. 14, 19. Mich. 6, 10. (Verbi substantivi notionem sub his litteris habent Indi in radice *as* (unde *asmi* sum, *esti* est) cf. zend. *aste, aschti* est, pers. استن, *ἐστι,* lat. *esse, est.*

אשׁ (*osch*) Plur. אֻשַּׁיָּא chald. *fundamenta* Esr. 4, 12. 5, 16 a rad. אָשַׁשׁ. (Arab. أُسّ).

אָשַׁב rad. inusit. fortasse i. q.

أَشَبَ, حَشَبَ, חָשַׁב miscuit, putavit, inde

אַשְׁבֵּל (pro אֶשְׁבָּאֵל sententia Dei) n. pr. filii Benjamini Gen. 46, 21. 1 Par. 8, 1. Inde patron. אַשְׁבֵּלִי Num. 26, 38.

אֶשְׁבָּן (i. q. חֶשְׁבּוֹן) n. pr. m. Gen. 36, 26.

אַשְׁבֵּעַ (obtestor) n. pr. m. 1 Par. 4, 21.

אֶשְׁבַּעַל n. pr. filii Sauli, v. אִישׁ־בֹּשֶׁת p. 50.

אָשַׁד rad. inusit. i. q. chald. et syr. אֲשַׁד, ܐܫܕ fudit, effudit. Inde

אֶשֶׁד m. *effusio*. Num. 21, 15: אֶשֶׁד הַנְּחָלִים loca, quo torrentes e montibus feruntur.

אֲשֵׁדָה f. id. *effusio* (torrentium), locus humilior in radice montium. Jos. 10, 40. 12, 8. אַשְׁדּוֹת הַפִּסְגָּה radices Pisgae (montis) Deut. 3, 17. 4, 49. Jos. 12, 2. 3. Cf. سَفْحٌ radix montis collisve a سفح effudit.

אַשְׁדּוֹד (locus munitus, castellum pro שַׁדּוֹד a שָׁדַד) n. pr. *Asdod*, *Ἄζωτος*, una ex quinque Philistaeorum urbibus primariis (quanquam tribui Judae assignata Jos. 15, 4) Jos. 11, 22. 15, 46. 1 Sam. 5, 1. Jes. 20, 1, Palaestinae in Aegypti finibus propugnaculum, cf. Jes. l. l. et Herod. 2, 157. Hodie superstes est vicus *Esdud* vel *Atzud*. V. Rosenm. Alterthumskunde II, 2 p. 374 sq. Nomen gent. est אַשְׁדּוֹדִי, fem. ־ִית, et hoc adv. *linguâ* s. dialecto *Asdodensi* Neh. 13, 23.

אָשָׁה rad. inusit. i. q. arab. أَسَا pro أَسُو 1) *fulcivit* i. q. אָשַׁשׁ; 2) metaph. *medicatus, solatus est.* Inde אֻשְׁיָה et n. pr. יֹאשִׁיָּה.

אֶשָּׁה fem. i. q. אֵשׁ *ignis*, ut in lingua chald. Jer. 6, 29 Chethibh: מֵאֶשְׁתָּם עֹפָרֶת *ab igne eorum plumbum* sc. absumitur. Keri מֵאֵשׁ תַּם *igne absumitur.*

אִשֶּׁה constr. אִשֵּׁה Plur. constr. אִשֵּׁי m. *sacrificium*, dictum ab igne, quo crematur (אֵשׁ), ut *πυρά* a *πῦρ*, q. d. *ignis* sacri *pabulum*, Deo cremandum (cum ־ֶה parag., הִנֵּה, הֵן, אַרְיֵה, אֲרִי). Complectitur omnia sacrificiorum genera, adeoque semel de sacrificiis non cremandis occurrit (Lev. 24, 7. 9). Creberrima est in nonnullis formulis ritualibus, ut אִשֵּׁה רֵיחַ נִיחֹחַ לַיהוָֹה *sacrificium grati odoris Domino* Lev. 1, 9. 13. 17. 2, 2. 9. 3, 5. לְרֵיחַ נִיחֹחַ אִשֶּׁה לַיהוָֹה Ex. 29, 41. Lev. 8, 21, ellipt. אִשֶּׁה לַיהוָֹה *sacrificium Domino* (gratum) Lev. 2, 16. Ex. 29, 18. 25. Plur. אִשֵּׁי יְהוָֹה sacrificia Domino oblata Lev. 2, 3. 10.

אִשָּׁה (pro אִנְשָׁה, fem. formae אֱנָשׁ) in st. constr. אֵשֶׁת (fem. formae אִישׁ pro אִישֶׁת) qui nonnunquam etiam absol. ponitur Deut. 21, 11. 1 Sam. 28, 7. Ps. 58, 9, c. suff. אִשְׁתִּי, אִשְׁתְּךָ, אִשְׁתּוֹ cet., semel אֶשְׁתְּךָ Ps. 128, 3. Plur. semel אִשּׁוֹת Ez. 23, 44, praeterea ubique נָשִׁים (pro אֲנָשִׁים per aphaeresin, a sing. אִנְשָׁה) st. constr. נְשֵׁי, c. suff. נָשַׁי, נָשָׁיו, נְשֵׁיהֶם f.

1) *femina, mulier*, omnis aetatis et conditionis, sive nupta est, sive non est. Cant. 1, 8: הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *o pulcherrima mulierum!* 5, 9. 6, 1. Gen. 31, 35: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי *via mulierum mihi* i. e. quae mulieribus accidunt, experior, menstruata sum. 2 Sam. 1, 26: *amor tuus mihi carior amore mulierum.* Iob. 42, 15. De mulieribus innuptis Gen. 24, 5. Jes. 4, 1. Spec. est a) nomen *sexus*, adeoque de animalibus usurpatur Gen. 7, 2, ut lat. *femina*, gall. *femelle*, gr. *γυνή* ap. Aristotelem. Vide אִישׁ no. 1, a. b) *uxor, coniux*, opp. marito. Gen. 24, 3. 4. 25, 1. 26. 34. 28, 1.

34, 4 sq. אֵשֶׁת אָבִיךָ uxor patris tui i. e. noverca tua. Lev. 18, 11. Cf. 1 Cor. 5, 1. Creberrimae sunt formulae: לָקַח לוֹ לְאִשָּׁה *sumsit sibi feminam uxorem* Gen. 4, 19. 6, 2. Etiam de pellice et concubina Gen. 30, 4, de sponsa Gen. 29, 21. — c) quemadmodum vir laudatur a virtute, constantia et animo intrepido, ita *mulier* per convicium dicitur de *viro imbelli, timido, consilii experte.* Jes. 19, 16. 3, 12. Jer. 51, 30. Nah. 3, 13. Cf. homer. *Ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί,* Virg. Aen. 9, 617. — d) per appositionem iungitur variis nominibus, ut אִשָּׁה זוֹנָה meretrix Jos. 2, 1, אִשָּׁה פִּילֶגֶשׁ pellex Iudd. 19, 1, אִשָּׁה אַלְמָנָה vidua 1 Reg. 7, 14, אִשָּׁה נְבִיאָה Iudd. 4, 4, א׳ יִשְׂרְאֵלִית Lev. 24, 10. e) sq. genitivo attributum continente feminam indicat tali attributo praeditam. אֵשֶׁת חַיִל mulier honesta Ruth 3, 11, אֵשֶׁת מִדְיָנִים mulier litigosa Prov. 27, 15, אֵשֶׁת זְנוּנִים scortatrix Hos. 1, 2.

2) Seq. אֲחוֹת vel רְעוּת: *altera, altera* (v. sub his v. v.).

3) *unaquaeque, quaelibet.* Ex. 3, 22. Amos 4, 3.

Not. Chaldaeis *mulier* est אִתְּא st. emph. אִתְּתָא, אִנְתְּתָא, Plur. נְשִׁין. Syr. ܐܢܬܬܐ, Plur. ܢܫ̈ܐ. Arab. إِمْرَأَةٌ, مَرْأَةٌ, Plur. نِسْوَةٌ, نِسْوَانٌ, نِسْوُونَ, it. أُنْثَى femina, Plur. إِنَاثٌ. Aethiop. አንስት፡ *anest* (non *anset*), quod etiam pluraliter valet *mulieres.*

אֲשׁוּיָה v. אָשְׁיָה.

אֱשׁוּן m. *caligo* nonnisi semel. Prov. 20, 20 Keri בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ (Chethibh בְּאִישׁוֹן חֹשֶׁךְ), quam scripturam eodem vc. chaldaice inflexo expressit Targ. אֵיךְ אֱתוּן הֲשׁוֹכָא.

אֲשֻׁר v. **אַשּׁוּר** nonnisi c. suff. אֲשֻׁרוֹ Plur. אֲשֻׁרִים f. (Ps. 44, 19) 1) *gressus* Prov. 14, 15. Metaph. gressus dicuntur Dei vestigia sequi (Iob. 23, 11) et contra vacillare (Ps. 37, 31), lapsare (Ps. 73, 2), quae ad virtutis et religionis studium pertinent. Cf. צַעַד. — 2) i. q. תְּאַשּׁוּר *cedri* genus. Ez. 27, 6: קַרְשֵׁךְ עָשׂוּ־שֵׁן בַּת־אֲשֻׁרִים *transtra tua fecerunt ex ebore, filia cedrorum* i. e. cedro incluso cf. Virg. Aen. 10, 136.

אַשּׁוּר 1) i. q. אֲשֻׁר *gressus*, constr. c. fem. Iob. 31, 7.

2) raro אַשֻּׁר (1 Par. 5, 6) c. He locali אַשּׁוּרָה (Gen. 25, 18) n. pr. *Assyria* (Hos. 9, 3. 10, 6. Zach. 10, 10), plenius אֶרֶץ אַשּׁוּר Jes. 7, 18 et *Assyrii* (constr. c. masc. Jes. 19, 23. 23, 13. 30, 31. 31, 8. Ps. 83, 9. Hos. 14, 4). *Assyriae* autem nomine non uno modo utuntur Hebraei. Etenim a) *Assyria vetus et propria* (Gen. 10, 10—12. 22) easdem fere regiones comprehendisse videtur, quas Assyriae propriae tribuit Ptolemaeus (6, 1), nimirum, quae ab oriente Tigridis Armeniam inter, Susianam et Mediam sitae sunt, nominatim Adiabenen. Plerumque autem b) de *imperio assyriaco* usurpatur, quod Babyloniam etiam et Mesopotamiam comprehendebat (Jes. 10, 9. 10 et quae annotavimus ad 39, 1) et ad Euphratem usque patebat (Jes. 7, 20), qui propterea imperii assyriaci imaginem praebet (Jes. 8, 7). Sic Assyriae nomen Babyloniam complectitur apud Herod. (I, 102. 106), Strabon. (16 init.), Arrian. (exped. Alex. 7, 7, §. 6). Semel adeo in V. T. provinciae trans Tigridem sitae nulla ratio habita esse videtur, si quidem Tigris *ab oriente* Assyriam praeterlabi (קִדְמַת אַשּׁוּר) dicitur Gen. 2, 14. c) Everso Assyriae imperio אַשּׁוּר nonnunquam usurpatur de terris, in quibus illud imperium olim floruerat, novisque quae in eius locum cesserant imperiis, videl. de *Babylonia* 2 Reg. 23, 29. Jer. 2, 18 (cf. Jes. 8, 8). Thren. 5, 6 it.

Judith 1, 5. 2, 1. 5, 1, de *Persia* Esr. 6, 22, ubi Darius vocatur מֶלֶךְ אַשּׁוּר.

אַשּׁוּרִי Plur. אַשּׁוּרִים n. pr. gentis arabicae Gen. 25, 3, fort. eiusdem, quae 2 Sam. 2, 9 אֲשֻׁרִי vocatur, in vicinia Gileaditidis quaerendae.

אַשְׁחוּר (fort. nigredo, niger a שָׁחַר) n. pr. m. 1 Par. 2, 24. 4, 5.

אָשְׁיָה *fulcimentum, columna* a rad. אָשָׁה no. 1. Plur. c. suff. אָשְׁיוֹתֶיהָ Jer. 50, 15 Keri. LXX. ἐπάλξεις αὐτῆς. Rectius Vulg. *fundamenta eius*. Cf. arab. آسِيَة columna. In Chethibh est אָשְׁוִיֹתֶיהָ ab אָשְׁוִיָּה.

אֲשִׁימָא 2 Reg. 17, 30 numen domesticum Hamathaeorum dubiae originis. Mihi verisimillimum, conferendum esse pers. آسمان *asuman*, coelum, zend. *açmânô*. Quod olim contuli (ad Jes. II, 348), *Achuma* i. e. stella Jovis, errore nititur Kleukeri, Zendavestae interpretis germanici: haec enim stella non *Achuma* appellatur, sed *Anhuma* (Zendavesta Paris. II. p. 356). Adoptavit, quod doleo, auxitque errorem Winerus p. 97. scribens Aschiima.

אֲשֵׁירָה v. אֲשֵׁרָה.

אָשִׁישׁ m. *fundamentum* a rad. אָשַׁשׁ (arab. أَسَاس, أُسّ, إِسّ, أُسّ, أَسِيس), nonnisi in Plur. אֲשִׁישִׁים de *ruinis* aedificiorum, quia domibus dirutis fundamenta tantum remanent (cf. מוֹסָדִים Jes. 58, 12 de ruinis). Jes. 16, 7: אֲשִׁישֵׁי קִיר־חֲרֶשֶׂת *ruinae* urbis *Kir-Hhareset*. Apud Jeremiam (48, 31), qui Jesaiae locum imitatur et tantum non exscribit, pro eo legitur אַנְשֵׁי קִיר־חֶרֶשׂ, sed non est, quod in huius generis locis parallelis ubique eandem sententiam inesse putemus. Solent enim serioris aetatis scriptores, ubicunque antiquiorum verba in rem suam convertunt, non interpretes tantum agere, sed etiam emendatores, et verborum difficiliorum ac fortasse obsoletorum in locum alia faciliora pro arbitrio substituere. Vide Gesch. der hebr. Spr. p. 37 sq. et Comment. nostr. ad Jes. l. c.

אֲשִׁישָׁה f. 2 Sam. 6, 19. 1 Par. 16, 3 Plur. אֲשִׁישִׁים Hos. 3, 1 et אֲשִׁישׁוֹת Cant. 2, 5 *liba*, spec. qualia ex uvis passis in certam quandam formam constipatis parare solebant (v. אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים Hos. l. c.), a rad. אָשַׁשׁ. Commemorantur tanquam cupediae, quibus ab itinere lassi et languentes reficiebantur (2 Sam. Chron. Cant. l. l. c. c.), quaeque in sacrificiis idolorum offerri solebant (Hos. l. c.). Differunt a צִמּוּק i. e. uvis passis sed liborum in formam non constipatis, et a דְּבֵלָה i. e. ficis placentulae in formam compressis. Origo quaerenda videtur in constipando (v. rad. et cf. כַּוָּן placenta a כּוּן stabilivit, et צַפִּיחִת a צָפַח stravit): neque vero in igne (אֵשׁ), ut sint placentae igne coctae. Idem vc. habes ap. Pseudojon. Ex. 16, 31, ubi אֲשִׁישָׁן est pro hebr צַפִּיחִת, et in Mischna (Nedarim 6 §. 10), ubi אֲשִׁישִׁים cibum valet e lentibus confectum, haud dubie placentas e lentium coctarum reliquiis factas.

אֶשֶׁךְ m. *testiculus* Lev. 21, 20. Syr. ܐܫܟܐ et aethiop. አሰከት፡ id. Dictum est pro אֶשְׁכֶּה a rad. שָׁכָה (ut אֶמֶשׁ, أَمْسِ a مَسَا) aethiop. ሰከየ፡ indicavit, detulit, unde ሰካዪ፡ index, qui rem prodit. Valet igitur *testem*, *testiculum*, plane ut apud Latinos, neque profecto erat, quod de hac origine dubitarent Lexici Simonisiani editores.

אֶשְׁכֹּל Plur. אֶשְׁכֹּלוֹת et אַשְׁכְּלוֹת (quasi ab אֶשְׁכֹּלֶת, cf. אַרְמוֹן) m. (Num. 13, 23) 1) *racemus, Traubenkamm*, unde baccae, acini flo-

resve in uvae speciem dependent, ut dactylorum Cant. 7, 8, florum cypri 1, 14, maxime de *uva*, vel adiectis vocc. הַגֶּפֶן 7, 9, עֲנָבִים Num. 13, 23. 24, vel absol. Jes. 65, 8. Mich. 7, 1. Semel Gen. 40, 10 אֶשְׁכֹּל distinguitur ab עֵנָב uva et racemum pr. dictum notat. Verba enim הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ עֲנָבִים vertenda sunt: *et racemi eius* (vitis) *maturabant uvas* s. baccas uvarum, germ. die Rebenkämme trieben reife Trauben od. reife Beeren. Respondet arab. إِثْكَال, عِثْكَال ramus palmae, aethiop. አስካል: uva, vitis, unde verbum ኣስከለ: uvas tulit, syr. et chald. ܣܰܓܠܐ, סְגוֹלָא uva, racemus. Etymon in tanta scripturae varietate incertum. Fortasse אֶשְׁכֹּל dictum pro שֶׁכֹּל, a שָׁכַל, شَكَلَ ligavit, plexuit, ut racemus sit complexus acinorum, cf. עֵנָב.

2) n. pr. a) vallis vitibus feracis in meridionali terrae sanctae parte Num. 13, 23. 24. 32, 9. Deut. 1, 24. b) m. Gen. 14, 13. 24.

אַשְׁכְּנַז n. pr. regionis et gentis in Asia boreali, a Cimmeriis (גֹּמֶר) oriundae (Gen. 10, 3), in Armeniae vicinia (Jer. 51, 27) quaerendae, nisi forte huius ipsius provincia fuit. Quod recentiores Judaei *Germaniam* intelligunt eamque hoc nomine hebraeo designant, id mirae apud eos rerum geographicarum imperitiae tribuendum est.

אֶשְׁכָּר m. pro שֶׁכָר c. Aleph prosthetico *donum*. Ez. 27, 15. Ps. 72, 10. Rad. שָׂכַר no. II i. q. שָׂכַר mercede, praemio affecit.

אָשַׁל rad. inusit. Arab. أَثَلَ et أَثُلَ i. q. أَصَلَ altas, firmasque radices egit, أَثْلَة radix, origo, stirps. Hinc

אֶשֶׁל (sec. Kimchium אֵשֶׁל, cum sex punctis) i. q. arab. أَثْل *tamariscus, myrica* (Tamarix orientalis Linn.). 1 Sam. 22, 6: תַּחַת הָאֶשֶׁל *sub tamarisco arbore*. 31, 13 (in loco gemino 1 Par. 10, 12 תַּחַת הָאֵלָה *sub terebintho* aut *arbore* generatim). Dein fort. *quaelibet arbor maior* (ut אֵלָה, אֵלוֹן) et collect. *arbores, arboretum* Gen. 21, 33. Diligentissimam descriptionem arboris أثل dedit J. E. Faber in suis et Reiskii Opuscc. med. ex monumm. Arabum p. 137, adde Ker Porter Travels II, 311.

אָשֵׁם Lev. 5, 19. Num. 5, 7 et אָשַׁם Lev. 4, 13. 5, 2. 3. 4. 17 fut. יֶאְשַׁם 1) *deliquit, culpam contraxit.* (Arab. أَثِمَ id., أَثَّمَ causat. *reum iudicavit,* أَثَام et إِثْم culpa, mulcta, cf. aethiop. ኀሠም: culpa, አኀሠመ: malefecit. Origo quaerenda videtur in *negligentia* praesertim *incessus*, unde أَثِم camelus tardigradus, caespitans et lassus. Cf. שָׁגָה, חָטָא). Lev. 4, 13. 22. 27. 5, 2. 3. 4. 17. Jer. 50, 7. Is, in quem quis delinquit, c. c. לְ Num. 5, 7. Lev. 5, 19; res, qua culpa contracta est, c. לְ Lev. 5, 5 et c. בְּ Hos. 13, 1. Ez. 22, 4. Sunt qui אָשֵׁם nonnullis in locis, ut Hos. 5, 15. Zach. 11, 5. Lev. 4, 22. 23, reddant: *reum se agnovit.* Sed ubique vulgaris significatio retineri potest, modo reddas ap. Hos. *donec poenas dederint* (v. no. 2), ap. Zach. *neque poenas dant*, Levit. *ubi princeps peccavit per errorem .... culpam is contraxit. Ubi vero* (אוֹ) *peccatum eius ei innotuerit* cet. אָשֵׁם h. l. idem est quod נָשָׂא עֲוֹנוֹ 5, 1. 17.

2) *culpam sustinuit, culpae*

poenas dedit. Ps. 34, 22. 23. Jes. 24, 6. Jer. 2, 3.

3) i. q. יָשַׁם et שָׁמֵם *periit, vastatus est,* de altaribus Ez. 6, 6, cf. Syr. ܐܶܫܬܡܳܐ desertum.

Niph. poenas dedit, inde *periit,* de gregibus Joël 1, 18.

Hiph. poenas sumsit ab aliis Ps. 5, 11.

אָשָׁם c. suff. אֲשָׁמוֹ Plur. c. suff. אֲשָׁמָיו *culpa,* quam quis contraxit Gen. 26, 10. Jer. 51, 5, hinc 1) *id, quo* (surrepto) *quis culpam contraxit* Num. 5, 7. 8. — 2) *sacrificium pro delicto* 1 Sam. 6, 3 sq. 2 Reg. 12, 17. Jes. 53, 10. Ez. 40, 39. In lege mosaica diligenter distinguuntur haec *sacrificia pro delicto* (אֲשָׁמִים) a *sacrificiis pro peccato* (חַטָּאוֹת). Utriusque non solum diversae erant ceremoniae (v. Lev. 5, 1—26, al. 1—19 et 6, 1—7. 7, 1—7, cf. 4, 1—35. 6, 17—23 al. 24—30), sed in uno eodemque sacro utrumque hostiarum genus nonnunquam coniungebatur (ut Lev. 14, 10 sq. Num. 6, 12 sq., cf. Lev. 5, 7—10), et diligenter a legislatore enumeratae sunt singulae, quae hoc illove sacrificandi ritu expiandae sint, culpae (v. Lev. cap. 5. 14, 12. 24. 19, 20—22. Num. 6, 11. 12); quamquam quid inter utriusque generis culpam intersit, frustra hucusque quaesitum est. Vide Joseph. Antiquit. 3, 9 §. 3. Philo de victimis 2, p. 247 Mang. Rosenm. ad Levit. 5, 6. Carpzov antiquit. s. cod. p. 707 sq.

אָשֵׁם m. adj. verbale 1) *reus, qui culpam contraxit.* Gen. 42, 21. 2 Sam. 14, 13. — 2) *sacrificium pro delicto offerens.* Esr. 10, 19.

אַשְׁמָה f. 1) pr. Inf. verbi אָשַׁם, ut יִרְאָה, אַהֲבָה. Lev. 5, 26, (6, 7): מִכֹּל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה לְאַשְׁמָה בָהּ *quacunque in re deliquerit.* 4, 3: לְאַשְׁמַת הָעָם *ita ut populus culpam contrahat.*

2) *culpa, delictum.* 1 Par. 21, 3. 2 Par. 24, 18. 28, 13. Am. 8, 14: אַשְׁמַת שֹׁמְרוֹן *culpa Samariae* pro idolis eius. Plur. אַשְׁמוֹת 2 Par. 28, 10. Ps. 69, 6.

3) *oblatio hostiae pro delicto.* Lev. 5, 24 (6, 5): בְּיוֹם אַשְׁמָתוֹ *die sacrificii oblati.* Cf. אָשָׁם no. 2 et אפדה.

אַשְׁמַנִּים m. Plur. i. q. שְׁמַנִּים c. Aleph prosthetico *pinguedines,* hinc *arva pinguia,* fertilia (cf. Gen. 27, 28). Jes. 59, 10: בָּאַשְׁמַנִּים כַּמֵּתִים *in arvis pinguibus* incedimus *instar mortuorum.* Rabbini, Hieronym. *tenebras* reddunt, cf. Thren. 3, 6, sed vide Comment. nostr. ad h. l.

אַשְׁמוּרָה, אַשְׁמֹרֶה stat. constr. אַשְׁמֹרֶת (semel absol. Iudd. 7, 19) Plur. אַשְׁמֻרוֹת f. (a rad. שָׁמַר) *vigilia, φυλακή,* pars noctis, dicta a vigiliis excubiisque militum. Apud veteres Hebraeos tres erant vigiliae (prima s. רֹאשׁ אַשְׁמֻרוֹת Thren. 2, 19, media Iudd. 7, 19, tertia אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר Ex. 14, 24. 1 Sam. 11, 11), quattuor in N. T. ex more Romanorum.

אָשַׁן rad. inusit. fort. I) *durus, validus fuit,* chald. אָשִׁין, אָשׁוּן durus, fortis coll. עָשִׁין, arab. أَثِين durus, validus. II) *obscurus, caliginosus fuit,* v. אֱשׁוּן.

אֶשְׁנָב m. *clathri,* fenestra clathris clausa, per quam aurae frigidae permeant. Iudd. 5, 28. Prov. 7, 6. Rad. שָׁנַב, q. v.

אַשְׁנָה (fortis, valida) n. pr. duorum oppidorum tribus Judae Jos. 15, 33. 43.

אֶשְׁעָן (fulcrum) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. 15, 52.

אָשַׁף rad. inusit. Syr. ܐܶܫܰܦ incantavit. Jo Simonis primariam

eius potestatem ponit in tegendo, occultando et recondendo, unde fluxerit syr. incantavit pr. occultis artibus usus est, coll. לָאַט et לוּט, praeterea אַשְׁפָּה pharetra a recondendo dicta. Incantandi significatu cognatum est כָּשַׁף.

אַשָּׁף hebr. et chald. *incantator, magus.* Dan. 2, 10. Plur. hebr. אַשָּׁפִים ibid. 1, 20. 2, 2, chald. אָשְׁפִין emphat. אָשְׁפַיָּא (a Sing. אָשַׁף) Dan. 2, 27. 4, 4. 5, 7. 11. 15. (Syr. ܐܳܫܽܘܦܳܐ incantator).

אַשְׁפָּה c. suff. אַשְׁפָּתוֹ f. *pharetra,* fort. a *recondendo* dicta (v. rad.) Jes. 22, 6. 49, 2. Jer. 5, 16. Ps. 127, 5. Iob 39, 23. Thren. 3, 13: בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ *filii pharetrae eius* i. e. sagittae.

אַשְׁפְּנַז n. pr. eunuchi principis in aula Nebucadnezaris Dan. 1, 3. Etymon latet, simillimam formam habes in אַשְׁכְּנַז.

אֶשְׁפָּר vc. obscurum, bis 2 Sam. 6, 19. 1 Par. 16, 3 obvium. Vulg. reddit *assaturam bubulae carnis,* ab אֵשׁ ignis et פַּר bos satis indocte illud repetens. Equidem nil dubitans intelligo certam (vini potusve) *mensuram, calicem,* pro שֶׁפֶר c. Aleph prosthetico a rad. שָׁפַר no. 3. aethiop. ሰፈረ፡ mensuravit, unde መስፈር፡ mensura, cyathus v. Ludolphi Lex. aethiop. p. 187 (vic. סָפַר numeravit). Proxime ad verum accedebat Lud. de Dieu idem etymon secutus et *dimensam* sacrificii partem intelligens.

אַשְׁפֹּת m. sing. *fimetum, sterquilinium,* pro שְׁפֹת (Neh. 3, 13) a rad. שָׁפַת *posuit, collocavit,* fortasse etiam *cumulavit,* cf. שׂוּם. שַׁעַר הָאַשְׁפֹּת Neh. 2, 13. 3, 14. 12, 31 contr. שַׁעַר הַשְׁפֹת 3, 13 *porta stercoraria* Hierosolymorum. Metaph. de summae egestatis sordibus 1 Sam. 2, 8: *extollit humilem ex pulvere,* מֵאַשְׁפֹּת יָרִים אֶבְיוֹן *e fimeto erigit egenum.* Ps. 113, 7. Cf. arab. ثَفَر stercus, lutum, de summa penuria.

Plur. אַשְׁפַּתּוֹת (a Sing. deperdito אַשְׁפַּתָּה vel אַשְׁפָּה). Thren. 4, 5: *amplectuntur lutum* i. e. in luto haerent. (Cf. similes formulas *amplecti rupem* Iob. 24, 8, *lambere pulverem* et id genus alias).

[*Fimeti* potestatem, quam in dubium vocare non debebat J. D. Michaëlis in Suppl. p. 137, vett. interpretes unanimi consensu exhibent, eundemque usum habent Mischnici, apud quos Sing. אשפה venit de fimeto Chetuboth 7 §. 5. Baba Mezia 5 §. 7, et Plur. אשפתות de fimi acervis in agro, Schebiith 3 §. 1—3. Ex priore illa forma colligere possis, vocabuli radicem esse אשף, sed hoc posito quomodo ortus Pluralis אַשְׁפַּתּוֹת? Mihi Singularis ille quodam serioris aevi errore etymologico ortus videtur ex antiquo אַשְׁפַּתְּ pro Plurali habito. Cf. אָמָה, Pl. אֲמָהוֹת, et inde Sing. chald. אַמְהָת].

אַשְׁקְלוֹן (fort. migratio, a rad. שְׁקַל aram. migravit, cf. פְּלֵשֶׁת) n. pr. *Ascalon,* maritima urbs Philistaeorum Iud. 1, 18. 14, 19. 1 Sam. 6, 17. 2 Sam. 1, 20. Arab. عسقلان, quod nomen hodieque retinet viculus veteris urbis vestigia continens. Nomen gent. est אֶשְׁקְלוֹנִי Jos. 13, 3.

אָשַׁר vel **אָשֵׁר** (cf. n. pr. אָשֵׁר)

1) pr. *rectus fuit* i. q. יָשַׁר impr. de via recta, dein quoque de statu *erecto,* unde nata est *firmitatis* et *roboris* significatio apud Talmudicos. — 2) *recta incessit* et univers. *incessit.* Prov. 9, 6. — 3) *successum habuit, prosperavit, felix fuit,* cf. radd. vicinas יָשַׁר no. 3, כָּשֵׁר et עָשַׁר.

Pi. אִשֵּׁר 1) *recta duxit,* Prov. 23, 19. Jes. 1, 17: אַשְּׁרוּ חָמוֹץ *ducite in rectam virtutis viam oppressorem* (nisi coll. Pu. no. 2 cum

vett. intpp. vertendum, ῥύσασθε ἀδικούμενον. Vulg. *subvenite oppresso*, pr. *beatum reddite oppressum*), et generatim *duxit* Jes. 3, 12. 9, 15. — 2) intrans. *incessit* Prov. 4, 14. — 3) *felicem praedicavit* Gen. 30, 13. Ps. 72, 17. Prov. 31, 28. Cant. 6, 9. Iob. 29, 11.

Pu. אֻשַּׁר et אוּשַּׁר 1) *ductus est* Jes. 9, 15. — 2) *felix redditus est* Ps. 41, 3. Prov. 3, 18.

Nomm. derivata sunt: אֶשֶׁר, אֲשׁוּר, אָשׁוּר, אֹשֶׁר, אֶשֶׁר, אֲשֵׁרָה, אֲשֵׁרְגָא, תְּאַשּׁוּר.

אָשֵׁר (felix, beatus, cf. Gen. 30, 13) n. pr. 1) filii Jacobi et Silpae pellicis (Gen. 30, 13. 35, 26), auctoris tribus cognominis (Num. 1, 40. 41) cuius fines in septentrionali terrae sanctae ora describuntur Jos. 19, 24—31. Nomen gentile est אָשֵׁרִי Iudd. 1, 32. — 2) oppidi ab oriente Sichemi Jos. 17, 7.

אֲשֶׁר A) Pron. relat. utriusque generis et numeri, *qui, quae, quod,* et Plur. *qui, quae, quae.* (In sequiore Hebraismo et Rabbinismo utuntur forma breviore -שֶׁ, שַׁ; in reliquis linguis cognatis Relativum formas habet e demonstrativo זֶה ortas, nimirum דִּי, דְּ, ܕ, ܕ, arab. الذى, i. q. הַלָּזֶה, aethiop. ዘ qui, coll. ዝ hic. De origine v. not.) De usu Relativi copiosius agendum in Syntaxi, unde pauca delibare placet: 1) Ante Relativum saepe omittitur pronomen *is, ea, id,* v. c. Num. 22, 6: וַאֲשֶׁר תָּאֹר *et is cui mala imprecaris.* Ruth. 2, 2. Ex. 4, 12. Jos. 2, 10. Idem supplendum est, ubicunque praepositiones Relativo praefiguntur: לַאֲשֶׁר *ei, qui* Gen. 43, 16, *iis, qui* 47, 24, אֶת־אֲשֶׁר *eum, qui, id quod,* מֵאֲשֶׁר *de iis qui* Jes. 47, 13. Nonnunquam pronomen illud omissum refertur ad locum, ut אֶל־אֲשֶׁר *eo, quo* Ex. 32, 34, בַּאֲשֶׁר *ubi* pr. *in eo* (loco) *quo* Ruth 1, 17. Lg. §. 198. 2) Saepe אֲשֶׁר merum est relationis signum, quod substantivis, adverbiis ac pronominibus vim relativam tribuit, velut אֲשֶׁר אֶת־עָפָר *quem pulverem* Gen. 13, 16, אֲשֶׁר אֶת־הַשָּׂדֶה *quem agrum* 49, 30, אֲשֶׁר־שָׁם ubi (a שָׁם ibi), אֲשֶׁר מִשָּׁם unde (a מִשָּׁם inde), אֲשֶׁר לוֹ cui (a לוֹ ei), אֲשֶׁר בּוֹ in quo, אֲשֶׁר מִמֶּנּוּ a quo, אֲשֶׁר לְשֹׁנוֹ cuius lingua Deut. 28, 49 atque haec solennis est ratio, qua Hebraei obliquos Relativi casus exprimere solent (Lehrgeb. p. 743), paucissimis exceptis exemplis a nemine, quod sciam, animadversis, nimirum בַּאֲשֶׁר Jes. 47, 12 pro אֲשֶׁר בָּהֶם (Targ. דְּ - בְּהוֹן, Syr. ܒܗܘܢ — ܕ) et עִם אֲשֶׁר Gen. 31, 32 pro אֲשֶׁר עִמּוֹ apud quem. — 3) אֲשֶׁר לְ inservit Genitivo circumscribendo (ut talmud. שֶׁל), imprimis ubi plures Genitivi ex uno nomine recto pendent, et in sequiore Hebraismo, ut 1 Sam. 21, 8: אַבִּיר הָרֹעִים אֲשֶׁר לְשָׁאוּל *princeps pastorum Sauli.* Cant. 1, 1: שִׁיר הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *canticum canticorum Salomonis.* Vid. Lehrgeb. p. 672. 673. — 4) In sequiore Hebraismo אֲשֶׁר nonnunquam redundat, ut aram. דִּי, דְּ v. c. Esth. 1, 12: דְּבַר הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר בְּיַד הַסָּרִיסִים, cf. comm. 13, ubi אֲשֶׁר omittitur. Cf. 2 Sam. 9, 8. Vide infra s. v. דִּי.

B) Abiit in coniunctionem, pariter atque hebr. כִּי, aram. דִּי, ܕ, aeth. ዘ gr. ὅτι, lat. *quod,* nostr. *dass, so* (quod posterius vocabulum etiam in vetere lingua vim relativi habebat, ut ap. Ulphil. *sa, so, thata* qui, quae, quod). Variae eius significationes, quas paene cunctas eodem ordine digerendas habet etiam כִּי, sunt:

1) *quod,* post verba videndi, audiendi, sciendi (Ex. 11, 7), inveniendi (Eccles. 7, 29), dicendi (Esth. 3, 4), confitendi (Lev. 5, 5),

iurandi (1 Reg. 22, 16) cet. nec non post similis potestatis nomina Jes. 38, 7. Eccl. 5, 4. Quomodo Neutrum Relativi in hanc vim transierit, ex his potissimum exemplis intelliges. Jos. 2, 10: שָׁמַעְנוּ אֵת אֲשֶׁר־הוֹבִישׁ יְהוָה אֶת־מֵי יַם־סוּף *cognovimus* id *quod exsiccavit Jehova aquas maris rubri.* 1 Sam. 24, 11. 19. 2 Sam. 11, 20. 2 Reg. 8, 12. Deut. 29, 15. Jes. 38, 7: *hoc tibi signo sit, quod* cet. Cf. no. 11.

2) *ut,* finem et consilium indicans, sequ. Futuro. Deut. 4, 40: *et statuta eius, quae tibi hodie praecipio, observa diligenter* אֲשֶׁר יִיטַב לְךָ וּלְבָנֶיךָ אַחֲרֶיךָ *ut bene sit tibi posterisque tuis.* 6, 3. Ruth 3, 1. Gen. 11, 7. 22, 14. 2 Reg. 9, 37. Ps. 144, 12. It. post verbum petendi Dan. 1, 8. Plenius dicitur לְמַעַן אֲשֶׁר eo consilio ut (v. מַעַן) semel אֶת־אֲשֶׁר Ez. 36, 27. Est

3) causale: *eo quod, quia,* sq. Praet. Gen. 30, 18. 31, 49. 34, 27. Jos. 4, 7. 22, 31. 1 Reg. 15, 5. Eccl. 4, 9, raro Futuro, ubi refertur ad rem incertam 1 Reg. 8, 33 (cf. 2 Par. 6, 24, ubi pro eo est כִּי). Plenius dicitur: תַּחַת אֲשֶׁר, יַעַן אֲשֶׁר, v. no. 11. Nonnunquam commodius redditur *nam* Deut. 3, 24 (LXX. Vulg. Syr.). Eodem pertinet אֲשֶׁר לָמָּה Dan. 1, 10 (coll. שַׁלָּמָה Cant. 1, 7) pr. *nam quare?* inde i. q. *ne,* Syr. ܕܰܠܡܳܐ. Vid. sub מָה.

4) conditionale: *si* (cf. germ. *so* du gehest). Lev. 4, 22 (cf. אִם Vers. 3. 27) Deut. 11, 27 (cf. אִם Vers. 28) 18, 22. 1 Reg. 8, 31 (cf. 2 Par. 6, 22) 2 Par. 6, 29, sequ. Futuro Gen. 30, 38. Jes. 31, 4. Jos. 4, 21. Raro est concedentis: *etsi* (germ. *so auch* pro *wenn auch*). Eccl. 8, 12.

5) *quo tempore, quum,* ὅτε, sq. Praet. Deut. 11, 6: *quum terra aperiret os suum.* 1 Reg. 8, 9. Ps. 139, 15. 2 Par. 35, 20: אֲשֶׁר הֵכִין יֹאשִׁיָּה אֶת־הַבַּיִת *cum Josias templum restaurasset* (cf. syr. ܕ Marc. 11, 3. Matth. 26, 54. 28, 1).

6) *quo loco, ubi,* οὗ, pro אֲשֶׁר שָׁם. Num. 20, 13. Ps. 95, 9. Jes. 64, 10, et pro אֲשֶׁר שָׁמָּה *quo, quocunque* Num. 13, 27. Ps. 84, 4. Jes. 55, 11. (Cf. syr. ܕ Hebr. 3, 9 pro οὗ).

7) i. q. כַּאֲשֶׁר *sicut* (so wie) in protasi Ex. 14, 13 (LXX. ὃν τρόπον). 1 Reg. 8, 24. Sequ. כֵּן Jer. 33, 22. It. *quomodo, quo pacto.* Iob. 37, 17: *(numquid scis)* אֲשֶׁר בְּגָדֶיךָ חַמִּים *quo pacto vestes tuae incalescunt?*

8) Signum est apodoseos, ut כִּי no. 6, germ. *so.* Praecedente אִם Jes. 8, 20: אִם לֹא יֹאמְרוּ כַּדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין־לוֹ שָׁחַר *nisi ita locuturi sunt, nulla iis lucebit aurora.* Pariter atque כִּי et וְ (v. Lehrgeb. 723) ponitur etiam praecedente nominativo absoluto, 2 Sam. 2, 4: *viri Jabesch-Gilead* אֲשֶׁר קָבְרוּ אֶת־שָׁאוּל hi *sepeliverunt Saulum,* et aliis casibus absolutis, impr. tempus locumque designantibus. Zach. 8, 23: בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֲשֶׁר יַחֲזִיקוּ *illis diebus prehendent,* germ. *in jenen Tagen,* da *ergreifen* cet. Deut. 1, 31: בַּמִּדְבָּר אֲשֶׁר רָאִיתָ *in deserto,* ibi *vidisti,* cf. 2 Sam. 14, 15: וְעַתָּה אֲשֶׁר בָּאתִי germ. und nun, *so* bin ich gekommen. (Chald. כְּעַן דְּ).

[Qui hunc usum ab huius particulae potestate plane alienum adeoque ei contrarium nuper statuit, Ewaldus in gramm. hebr. p. 650, immemor fuisse videtur particularum כִּי, ܕ, דְּ, et germ. *so,* eandem prorsus originem esse et significationem, neque debebat locum Jesaiae repugnante contextu enarrare: *ad legem* revertamur, ita profecto dicent, *quibus non fulget aurora* i. e. desperantes. Displicet etiam ellipsis verborum *fiet,*

sunt, quam reliquis exemplis, ut Zach. 8, 23. 2 Sam. 2, 4 adhibent].

9) Praemittitur orationi rectae, pariter atque כִּי no. 7, דִּי, ὅτι. 1 Sam. 15, 19: לָמָּה לֹא שָׁמַעְתָּ בְּקוֹל יְהוָה *quare non obtemperasti iussui divino?* 20. *Respondit Saulus Samueli:* אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי בְּקוֹל יְהוָה Vulg. *imo audivi vocem Domini.* Fortiter affirmantis, adeoque orationem intendentis esse videtur, et exstant alia etiam exempla, quibus

10) gradationi inservire videtur: *adeo, immo*, pro pleniore עַד אֲשֶׁר *adeo ut*, ὧδε ὅτι, *sogar*. Iob. 5, 5: אֲשֶׁר קְצִירוֹ רָעֵב יֹאכֵל *immo messem eius comedebant famelici.* In altero membro אֶל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ. Non posteris tantum (comm. 4), sed ipsi imminebat pernicies. Cf. 9, 15. 19, 27. Ps. 8, 2. 10, 6.

11) Praepositiones, quibus adiicitur, in coniunctiones convertit, velut אַחַר אֲשֶׁר postquam, עַד אֲשֶׁר usque dum, לְבַד מֵאֲשֶׁר praeterquam quod (Esth. 4, 11), לְמַעַן אֲשֶׁר eo consilio ut, תַּחַת אֲשֶׁר, עַל דְּבַר אֲשֶׁר, עַל אֲשֶׁר, בַּעֲבוּר אֲשֶׁר, מִפְּנֵי, כְּפִי אֲשֶׁר, מֵאֲשֶׁר, יַעַן אֲשֶׁר, עֵקֶב אֲשֶׁר eo quod, cf. Lgb. p. 636. Semel אֲשֶׁר praeponitur, אֲשֶׁר עַל כֵּן Iob. 34, 27 i. q. עַל כֵּן et כִּי עַל כֵּן *propterea quod, quia.*

Componitur cum Praefixis: I) בַּאֲשֶׁר 1) *ubi, ubicunque* Ruth 1, 17. Iud. 5, 27. 17, 9, sq. שָׁם ibi Job. 39, 30. Plenius dicitur בַּאֲשֶׁר־שָׁם Gen. 21, 17, et בִּמְקוֹם אֲשֶׁר שָׁם 2 Sam. 15, 21. Idem retineri potest 1 Sam. 23, 13. 2 Reg. 8, 1, ubi vulgo reddunt: *quo, quocunque* pro אֲשֶׁר שָׁמָּה. 2) *eo quod, quia* i. q. syr. ܒܕ Gen. 39, 9. 23. 3) בַּאֲשֶׁר לְ *propter*, ubi praepositionis naturam induit. Jon. 1, 8. Contractius dicitur בְּשֶׁל ib. 1, 7. 12. Utrumque respondet syriaco ܒܕܝܠ propter. — II) כַּאֲשֶׁר v. sub כְּ. — III) מֵאֲשֶׁר eo quod Jes. 43, 4.

Not. De origine Relativi nonnulla conieci in Thes. p. 165, ad rad. אָשַׁר illud revocans, Ewaldus contra p. 647 אֲשֶׁר i. q. אסר esse et *coniunctionem* notare maluit. Nunc uberiore cum linguis indogermanicis comparatione instituta secus statuendum videtur. Etenim אֲשֶׁר, שֶׁ, ·שַׁ, שְׁ pariter atque reliqua pronomina relativa (v. supra, litt. A) antiquitus vim demonstrativam habuisse videntur, quae in linguis et semiticis et indogermanicis tum littera *d, t,* quam demonstrativam vocare possis (Deutelaut), maxime sibilata et aspirata, tum mero sibilo meraque aspiratione exprimitur, cui plerumque simplex vocalis, nonnunquam praeterea etiam consona finalis (l, n, r, s, t) accedit. Conferre iubeo a) דָּא, דִּי, דְּ, τό, goth. *tho, the,* et accedente consona: sanscr. *tad,* goth. *that;* anglosax. *thaere* (qui), suec. *ther, der,* chald. דֵּךְ, דִּכִּי, τῆνος, it. vocali praemissa אֵת (q. v.), את, αὐτός; b) זֶה, זוֹ, זוּ, arab. ذُو, ذِى, ذَا, aeth. ዘ c) sanscr. *sas, sa* (tad); goth. *sa, so (that)* = ὁ, ἡ, τό, germ. angl. *sie, she, so* (quae), hebr. שֶׁ, ·שַׁ, אֲשֶׁר; d) הוּא, הִיא, هُوَ, هِىَ, hebr. et chald. הֵן, הֵךְ, إِنَّ, אִם; הֲנִי; art. הַל, أَلْ, אֵל (אֵלֶּה), angl. et germ. inf. *he,* suec. isl. *aer,* nostr. *er, es,* lat. *is, id* — rel. facili negotio augenda et uberius exponenda, cf. s. v. אֵת no. I. Formas a sibilo ordientes, ut (א)שֶׁר habes sub litt. c, ר in fine adiectum in correlatis *der* (thaere, ther), *er, wer.* Quodsi igitur primam originem spectas, ש praefixum antiquius videri possit, quam אשׁר: quanquam agnoscendum, in linguae hebraeae monumentis nobis ob oculos positis formam pleniorem esse anti-

quiorem, breviorem recentioribus libris tantum non propriam. Significationem quod attinet, hi falli videntur, qui (quod ipse feceram in Lex. maj. ed. 1) merae relationis potestatem (v. A, 2) primariam putant: in omnibus enim linguis Relativa paucis mutatis ex demonstrativis (aliquoties ex interrogativis) orta sunt, cf. supra litt. A, maxime arab. الّذى.

אֶשֶׁר m. *felicitas*, nonnisi in Plur. constr. אַשְׁרֵי, ubi vim interiectionis induit, velut אַשְׁרֵי הָאִישׁ pr. o felicitates viri i. e. *o felicem virum!* Ps. 1, 1. 2, 12. 32, 1. 2. 33, 12. Per ellipsin Relativi intelligendus locus Ps. 65, 5: אַשְׁרֵי תִּבְחַר *felix* is, quem *diligis*. Cum Aff. אַשְׁרֶיךָ *o te felicem!* Deut. 33, 29. אַשְׁרֵךְ (pro אַשְׁרַיִךְ) Eccl. 10, 17, אַשְׁרָיו Prov. 14, 21, et אַשְׁרֵהוּ (pro אַשְׁרָיהוּ) Prov. 29, 18, אַשְׁרֵיכֶם Jes. 32, 20. De nominum segolatorum plurali contractiore, qualis est in אַשְׁרֶיךָ (pro אֲשָׁרֶיךָ) v. Lehrgeb. p. 575. 576, et in hoc quidem vc. forma brevior pendet ex usu eius in exclamando. Similiter nos, ubi fausta alicui precamur: viel Glück!, Graeci et Latini τρισμακάριος, τρισόλβιος, τρισευδαίμων, terque quaterque beatus.

אֹשֶׁר id. Cum Aff. בְּאָשְׁרִי *cum felicitate mea* Gen. 30, 13.

אֲשַׂרְאֵלָה Milêl (erectus ad Deum) n. pr. cantoris et Levitae 1 Par. 25, 2, quod comm. 14 יְשַׂרְאֵלָה scribitur.

אֲשֵׁרָה raro **אֲשֵׁירָה** Mich. 5, 13. Deut. 7, 5. Plur. אֲשֵׁרִים et אֲשֵׁרוֹת Iudd. 3, 7. 2 Par. 33, 3 f. pr. *fortuna* i. e. in Phoenicum Aramaeorumque religionibus *Astarte* s. *stella Veneris*, alibi עַשְׁתֹּרֶת dicta (v. s. h. vc. it. Comment. nostr. ad Jes. 65, 11 et T. II. p. 337 sq.), Baalis, ut videtur, socia et conjux, *eiusque simulacrum*, in Plur. *simulacra Astartes* et fort. universim *idolorum simulacra*, certae saltem speciei (cf. Ἑρμᾶς Graecorum). *Luci* significatio, quae ex Vers. Alex. et Vulgata recentiorum Lexica et Commentarios invasit, plurimorum locorum contextui plane inepta et aliquoties tantum non absurda, a nobis uberius refutata est in Thes. p. 162. His, quae ibi exposuimus, addi potest, *Venerem* etiam Romanis Fortunae datricem fuisse, cf. Venerem iacere Suet. Aug. 71, venerius iactus, venustas pro felicitate Ter. Hec. 5, 4, 8. 18, et Syllae cognomen Ἐπαφρόδιτος, Felix. Quum Venus Ascherae responderet, et Hercules, quem itidem fortunae praesidem et datorem colebant Romani, Baali; nil dubito, quin ex oriente repetendae sint hae religiones. Vide prae caeteris 1 Reg. 15, 13. 2 Reg. 21, 7. 23, 6. Iudd. 6, 25. 26. 28. 30. Non paucis in locis *Aschera* non aliter iungitur idolo masculo Baal, atque alibi Astoreth, v. 1 Reg. 18, 19. 2 Reg. 23, 4. Iudd. 3, 7.

אֻשַּׁרְנָא chald. *murus*, ab *erectione* dictus (v. rad. no. 1) Esr. 5, 3. Ad formam cf. בִּשְׁנָה.

אשׁשׁ rad. inusit. Primaria potestas videtur esse *constipandi*, sive calcando sive alio modo fit, cf. arab. أَثَّ calcavit, conculcavit, subegit (vic. אָצַץ ursit, adeoque אוּץ et quae ibi contulimus). Hinc אֲשִׁישָׁה libum ex uvis passis constipatum, אָשִׁישׁ fundamentum, quod calcando constipatur, et arab. أَسَّ Conj. II. *fundavit, stravit*, iacto fundamento *stabilivit*, cf. אָשַׁת fulcivit.

Not. הִתְאֹשְׁשׁוּ v. sub rad. אִישׁ p. 50.

אֵשֶׁת v. אִשָּׁה.

אֶשְׁתָּאֹל (fort. petitio, rogatio, qs. Infinit. Hithpa. Arabismum imitans a rad. שָׁאַל) n. pr. urbis

Danitarum in planitiė tribus Judae sitae. Jos. 15, 33. 19, 41. Iudd. 13, 25. 16, 31.

אֶשְׁתַּדּוּר chald. *rebellio* Esr. 4, 15. 19, verbale Conj. *Ithpa.* a verbo שְׁדַר i. q. שְׁדַל Ithpa. moliri, conari.

אֶשְׁתּוֹן (uxorius, muliebris, ab אִשָּׁה) n. pr. viri 1 Par. 4, 11. 12.

אֶשְׁתְּמֹה Jos. 15, 50 et **אֶשְׁתְּמוֹעַ** (obedientia, qs. Infinit. Conj. VIII a rad. שָׁמַע) Jos. 21, 14. 1 Sam. 30, 28. 1 Par. 4, 17. 19. 6, 42 n. pr. urbis Levitarum in montanis Judae.

אָת comm. chald. i. q. hebr. אוֹת *signum, portentum,* synon. תְּמַהּ. Dan. 3, 32. 33. 6, 28. Rad. אָוָה.

אַתְּ i. q. אַתָּה *tu* q. v.

אָתְּ c. accentu dist. אָתְּ pron. pers. 2 pers. f. *tu,* sexcenties. Decurtatam esse hanc formam ex pleniore אַתִּי infra h. v. observavimus. Aliquoties iungitur masculinis Ez. 28, 14. Deut. 5, 24.

I. **אֵת** sq. Makk. אֶת־, c. suff. אֹתִי, אֹתְךָ, in Pausa אֹתָךְ, אֹתוֹ, אֹתָהּ, אֹתָנוּ (quae cuncta non minus frequenter plene leguntur), אֶתְכֶם, raro אוֹתְכֶם Jos. 23, 15, אֹתָם, אֶתְהֶן, אֹתָנָה Ex. 35, 26, rarius אֶתְהֶם Gen. 32, 1, אוֹתְהֶם Ez. 23, 45, אוֹתְהֶן comm. 47

1) pr. pronomen demonstrativum: *αὐτός, ipse, selbst.* Primaria haec fortius demonstrandi vis gr. *αὐτός* plerumque exprimenda rarior est in antiquiore Hebraismo, servata tamen in vitae consuetudine et postea revocata denuo invaluit in sequioribus libris, in Rabbinismo et Syriasmo. Hos. 10, 6: גַּם אוֹתוֹ לְאַשּׁוּר יוּבָל *ipse* (vitulus) *in Assyriam deportabitur.* Praecesserat populus cum sacerdotibus. Jos. 7, 15. 1 Sam. 17, 34 in loco temere sollicitato: וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב *venit leo cum ipso urso* (graece reddideris: *σὺν αὐτῷ τῷ ἄρκτῳ mit sammt* dem Bären, und der Bär *obendrein,* cf. *αὐτῇ σὺν φόρμιγγι* Il. 9, 194 et Passov. Lex. gr. v. *αὐτός* I, 6). Jos. 22, 17: *num non sufficit vobis* אֶת־עֲוֹן פְּעֹר *ipsum scelus cum Peoro commissum?* illud nimirum longe gravissimum. Hagg. 2, 17: אֵין אֶתְכֶם אֵלַי *neque vos ipsi* convertimini *ad me.* Dan. 9, 13: *sicut scriptum est in lege Mosis* אֵת כָּל־הָרָעָה הַזֹּאת בָּאָה עָלֵינוּ *hoc ipsum malum omne* (nimirum Lev. 26 et Deut. 28 annunciatum) *venit super nos.* Jer. 38, 16: חַי יְיָ אֵת אֲשֶׁר עָשָׂה לָנוּ אֶת־הַנֶּפֶשׁ (*idem ille,* qui vitam nobis dedit). 2 Reg. 6, 5: *quum unus eorum tignum caederet, ferrum* (אֶת־הַבַּרְזֶל) *decidit in aquam.* (Ferri vc. h. l. certe cum emphasi pronuntiandum). Neh. 9, 19. In V. T. eodem pertinet a) quod *reflexive* ponitur, אֹתוֹ *ἑαυτόν,* אֹתָם *ἑαυτούς.* Ez. 34, 2: *vae pastoribus* אֲשֶׁר הָיוּ רֹעִים אוֹתָם *qui se ipsos pascunt* i. q. נַפְשָׁם. Comm. 8. 10. Jer. 7, 19. Num. 6, 13. b) Apud Ezechielem adeo quater sine sequente nomine legitur pro *αὐτό id, ipsum,* cum alibi, utpote vc. remissius (v. no. 2.), ubique nomen vel suffixum requirat. Ez. 43, 7: אֶת מְקוֹם כִּסְאִי וְאֶת מְקוֹם כַּפּוֹת רַגְלַי *hic* (*αὐτό*) *est locus solii mei et hic locus plantarum mearum.* Ezech. 47, 17. 18. 19, cf. comm. 20, ubi זֹאת eodem contextu *). Ex Rabbinismo adde formulam: באותו היום *αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ* ipso die, באותה השעה eadem hora, in derselben Stunde, ex Syriasmo ܡܢ ܝܠܗ cf. *ἀφ' ἑαυτοῦ a se ipso.*

[Vera haec et primaria vocabuli significatio Rabbinos non latebat, qui

*) Fuerunt, qui scripturam sollicitarent et comm. 17. 18. 19 reponere mallent זֹאת, ut comm. 20, sed locus similis 43, 7 in quo זֹאת nequaquam ferendum, vulgatam tuetur.

נֶפֶשׁ, עֶצֶם explicant, neque aliter Syrorum grammatici interpretantur vocabulum ܝܳܬ. In lingua arabica respondet إِيَّا, itidem reflexive usurpatum, ضَرَبْتُ إِيَّايَ me ipsum verberavi. Ad originem quod attinet, nil dubito, quin hoc vc., pariter atque reliqua pronomina, primitivum sit et antiquissimum (v. אֲשֶׁר p. 111), neque repugnabo, si quis ad אֵת, אוֹת sanscr. *état* hic, gr. *αὐτός* comparabit. Ut dicam, quod sentio, hoc mihi probabilius, quam quod nuper statui, אֵת, אוֹת, إِيَّا esse i. q. אוֹת *signum*, quae tamen et Ewaldi sententia est, Gramm. p. 593].

2) Paulatim vero hoc vc. de vi sua primitiva multum remisit, ita ut nominibus et pronominibus definitis praemissum vim demonstrativam vix augeret: אֶת הַדָּבָר i. q. germ. *dieselbe Sache*, *dieselbige Sache*, *selbige Sache*, saepe redundanter pro simpl. *diese Sache*, rarius autem a) nominativo praepositum est (Gen. 17, 5: לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ אַבְרָם *non amplius vocabitur nomen tuum Abr.* 4, 18: וַיִּוָּלֵד לַחֲנוֹךְ אֶת־עִירָד. 2 Sam. 11, 25: אַל יֵרַע בְּעֵינֶיךָ אֶת הַדָּבָר הַזֶּה *ne displiceat tibi haec res.* Gen. 21, 5. 46, 20. Ex. 10, 8. Lev. 10, 18. Num. 11, 22. 26, 55. 60. Jos. 7, 15 cet.); creberrime contra b) obiecto propositionis eique definito (cf. pronomina *αὐτός*, *ipse*, *derselbe*, quae maxime *in casibus obliquis* *αὐτοῦ*, *αὐτῷ*, *αὐτόν*, *ipsum*, *ipsi*, *desselben*, *denselben* fortiter demonstrandi potestatem plane abiecerunt) et paulatim abiit in particulam, quae *obiectum determinatum* demonstraret. Hebr. אֶת־הַשָּׁמַיִם proprie igitur valet *αὐτὸν τὸν οὐρανόν*, sed ex vulgari linguae usu idem est ac *τὸν οὐρανόν*, ut gr. *αὐτὴν Χρυσηΐδα* Il. 1, 143 sine emphasi pro *Chryseidem*: אֹתְךָ pr. *αὐτόν σε*, *σεαυτόν*, dein simpl. *σε*. Frequentatur autem אֵת hunc in modum ante Substantiva articulo (אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ Gen. 1, 1, cf. אֶרֶץ וְשָׁמַיִם 2, 4) aut addito Genitivo aut Suffixo definitis (Esth. 9, 14. Ruth 2, 15), it. ante nomina propria (Jon. 2, 1), longeque frequentius in sermone pedestri legitur, quam in poëtico. Tria in universo codice nobis occurrerunt exempla vc. nostri nominibus etiam non determinatis praemissi, duo (Prov. 13, 21. Ez. 43, 10), ubi sententia definita est, unum (Ex. 21, 28), ubi non est.

Not. Non defuerunt, qui hoc vc. subiecto orationis praemitti plane negarent, possuntque illa, quibus verbo passivo iungitur, exempla impersonaliter et ita explicari, ut obiecti vis retineatur, nimirum יֻתַּן אֶת הָאָרֶץ Num. 32, 5 man gebe das Land (v. Olshausen Emendatt. zum A. T. p. 25, Gramm. hebr. ed. 9 pag. 233), sed alia multa (v. n. 2, a) non possunt, neque sobrii interpretis est, ad soloecismos statuendos et coniecturam criticam praeter necessitatem confugere. Caeterum conferantur, quae in hoc argumento, quod iam Rabbinorum antiquissimorum ingenia exercuit, tentarunt Olshausen l. c., Ewaldus (hebr. Gramm. p. 593), Fähsius (Seebode krit. Bibl. 1826, no. 3) et, qui hos sequitur, Winerus in Lex. hebr. p. 103.

II. אֵת sq. Makk. אֶת־, c. Suff. אִתִּי, אִתְּךָ, in Pausa et in fem. אִתָּךְ Gen. 6, 18 cf. 20, 18, אִתּוֹ, אִתָּנוּ, אִתְּכֶם Gen. 9, 9. 11, אִתָּם, rarius et in libris potissimum Josuae, Regum, Jer. et Ezechielis אֹתְךָ, אֹתָהּ, אֹתָם (ita ut cum אֵת nota acc. confusum videatur) pr. Subst. *propinquitatem* et *viciniam* designans, prob. pro אֵנֶת (a rad. אָנַת no. II. appropinquavit, ut בֵּלָת a בָּלֹת) e vulgari linguae usu

Praep. similis potestatis atque עִם (q. v.)

1) *apud*, de vicinia et propinquitate Gen. 19, 33. Lev. 19, 13. Iob. 2, 13. 1 Reg. 9, 18: *Ezion-geber* אֲשֶׁר אֶת־אֵילוֹת *quod prope Eloth* situm est, cf. Iudd. 4, 11. אֶת־פְּנֵי פ׳ apud faciem alic. i. q. לִפְנֵי v. פָּנִים. Singularis eius usus est Gen. 30, 29: *te non fugit, qualis factus est grex tuus* אִתִּי *apud me* i. e. me pastore eumque curante, cf. 39, 6: *nullius rei curam gerebat* אִתּוֹ i. e. dum Josephum habebat *οἰκόνομον*, comm. 8. Spec. a) nonnunquam possessionem rei indicat, ut lat. *penes*, cf. gr. *τὰ παρ᾽ ἐμοί*, arab. كان معى (v. עִם no. 2, a. b), maxime quae quis in animo habet Iob. 12, 3: אֶת־מִי אֵין כְּמוֹ אֵלֶּה *quis talia nesciret?* 14, 5: *numerus mensium est penes te* i. e. in animo tuo, a te determinatus. b) Raro usurpatur de motu *ad* locum (ut *παρά* c. Acc., et vulg. *apud te* Inscr. Grut., *bey dich*). 2 Sam. 15, 23. Ps. 67, 2: יָאֵר פָּנָיו אִתָּנוּ i. q. עָלֵינוּ. Ps. 4, 7. c) Est i. q. *praeter* (cf. *παρὰ ταῦτα* praeter ista) Ex. 1, 14. 1 Reg. 11, 1. 25. d) ellipt. dr. pro מֵאֵת Gen. 49, 25, ubi ex antecedentibus repetendum מִן. e) Nonnullis in formulis exemplisque אֵת videri possit minus accurate dictum esse pro *in* (ut lat. apud villam, apud forum, apud Hierosolyma Suet. Vesp. 93, apud Palaestinam Eutr. 7, 13, v. Handii Tursell. p. 414. 415), sed ubique viciniae notio retineri potest vel adeo debet. 1 Sam. 7, 16: *iudicabat Israëlem* אֵת־כָּל־מְקֹמוֹת הָאֵלֶּה *apud omnia illa oppida*: fora enim, in quibus iudicabant iudices, in portis oppidorum, ideoque iuxta oppida erant. 1 Reg. 9, 25: וְהַקְטֵיר אִתּוֹ אֲשֶׁר לִפְנֵי יְיָ *et adolebat* Salomo *apud eam* aram, *quae coram Domino erat.* Conferre iubeo Suet. Aug. 35: ut thure et mero supplicaret — *apud aram* eius dei cet. et Deut. 16, 6: אֶל־הַמָּקוֹם ... שָׁם תִּזְבַּח. Sacrificabatur enim pr. apud altare, et 1 Reg. l. c. haec formula utpote solennis etiam suffitui adolendo adhibita est. (Quomodo אִתּוֹ ad יְהוָה referri possit cum Winero h. v., non assequor).

2) *cum* (cf. עִם no. 1), de societate Gen. 6, 13. 43, 16. Iud. 1, 16. Jer. 51, 59, de affinitate 1 Reg. 3, 1, foedere Gen. 15, 18, de auxilio. Gen. 4, 1: *marem* i. e. puerum *nactus sum* אֶת־יְהוָה *iuvante Deo*. Jer. 1, 8. 15, 20. Dr. loqui *cum* aliquo 1 Reg. 8, 15, nec non pugnare, bellum gerere *cum* aliquo (ubi אֵת reddi potest *contra*) Gen. 14, 9. 1 Par. 20, 5. Prov. 23, 11. הִתְהַלֵּךְ אֶת־יְהוָה ambulavit cum Deo Gen. 5, 24 i. e. Deo qs. socio, vitam degit Deo placentem. עָשָׂה חֶסֶד אֶת־פ׳ benigne egit *cum* aliquo Zach. 7, 9 cf. Ruth 2, 20. 2 Sam. 16, 17. — Noldius in concordantiis h. v. אֵת no. I et II ubique confudit, quod verbo monere sufficiat. — מֵאֵת v. sub vc. מִן.

III. אֵת c. Suff. אִתּוֹ 1 Sam. 13, 20 Plur. אִתִּים ibid. comm. 21 et אִתִּים Jes. 2, 4. Mich. 4, 3. Joël 4, 10 instrumentum ferreum agriculturae inserviens, idque secans et nonnunquam acuendum (1 Sam. l. c.), sec. plurimos vett. intpp. *vomer aratri* (sed 1 Sam. ei iungitur מַחֲרֵשָׁה), sec. Symm. et intpp. hebr. *ligo.* Generaliore vc. *σκεῦος* utitur Alex. in libro Sam. Conferunt أَثَاثٌ supellex domus, pecus, utensilia; equidem malim אֵת dictum esse pro אֵדֶת (ut עֵת pro עֵדֶת ab עָדָה) = arab. أَدَاةٌ instrumentum, أَدِيٌّ apparatus, instrumentum pec. bellicum, a rad. אָדָה أَدَا iuvit, it. instrumentis, apparatu instructus fuit, et generale hoc vc. spec.

de certo quodam instrumento, fort. de cultro aratri usurpatum esse putem.

אֶתְבַּעַל (*cum Baale* vivens i. e. Baale favente et auxilium praestante) n. pr. regis Sidoniorum 1 Reg. 16, 31, ap. Josephum (Arch. 8, 13 §. 1. 2, contr. Apion. 1, 18) Ἰθόβαλος, Εἰθώβαλος (אִתּוֹ בַּעַל).

אָתָה Deut. 33, 2 et **אָתָא** Jes. 21, 12 Plur. אָתָנוּ Jer. 3, 22 (pro אָתָאנוּ) fut. יֶאֱתֶה Iob. 37, 22. Plur. יֶאֱתָיוּ Iob. 16, 22, contr. et def. תֵּאתֶה Mich. 4, 8, וַיֵּתֵא Deut. 33, 21 et וַיֵּאת (pro וַיֶּאֱתֶה) Jes. 41, 25, imper. אֵתָיוּ (pro אֱתָיוּ) Jes. 21, 12. 56, 9. 12 (quae formae paene cunctae Aramaismum imitantur)

1) *venit* vc. poët. Chald. אֲתָא, syr. ܐܬܐ, arab. أَتَى, quae in his linguis vulgaria. Constr. sq. לְ (Jer. 3, 22) et עַד (Mich. 4, 8) personae, *ad* quam quis venit. Part. Plur. fem. הָאוֹתִיּוֹת *res venturae* i. e. futurae Jes. 41, 23. 44, 7. 45, 11. Arab. آتٍ pro آتِيٌ futurus. — 2) *evenit* alicui, *supervenit*, accidit alicui (malum) Iob. 3, 25, i. q. أتى c. acc. — 3) *ivit, transiit*. Iob. 16, 22. Vulg. *transeunt*.

Hiph. attulit i. q. הֵבִיא. Praet. Plur. הֵתָיוּ (pro הֶאֱתָיוּ) Jes. 21, 14, et eadem forma pro Imp. Jer. 12, 9.

Deriv. אֵיתוֹן.

אֲתָה chald. Dan. 7, 22, inf. מֵתֵא Dan. 3, 2 i. q. hebr. *venit* c. עַל pers. Esr. 4, 12. 5, 3.

Aph. הַיְתִי inf. הַיְתָיָה (per Hebraismum) 1) *adduxit* Dan. 6, 17. 25. — 2) *attulit* ib. 5, 3. 23. Syr. ܐܰܝܬܺܝ.

Hoph. ex Hebraismo adscitum, sed anomalum הֵיתִי 3 fem. הֵיתָיִת Dan. 6, 18 plur. הֵיתָיוּ 3, 13 *adductus, allatus est.*

אַתָּה pron. pers. 2 pers. m. *tu*. Cum accentu dist. אָתָּה (Milêl) Gen. 3, 11. 4, 11. 27, 32, sine ה quinquies in Chethibh אַתְּ 1 Sam. 24, 19. Ps. 6, 4. Eccl. 7, 22. Iob. 1, 10. Neh. 9, 6. In casibus obliq. *tui, tuus* 1 Reg. 21, 19, *te* Prov. 22, 19, v. Lehrgeb. p. 727. (Loco Tau geminati Arabes et Aethiopes habent *nt*, أَنْتَ f. أَنْتِ vulg. إنتى, አንተ፡ f. አንቲ፡, Syri cum Nun occultato ܐܢܬ f. ܐܢܬܝ; eademque littera comparet etiam ap. Aegyptios in ⲚⲐⲞⲔ f. ⲚⲐⲞ tu. Littera tamen principalis est ת, eaque una in linguarum stirpe indo-germanica regnat. Vide sanscrit. *tuam,* cuius stirps est *tu,* pehlev. et pers. *tu* تو, gr. τὺ, σὺ, lat. *tu,* goth. *thu,* nostr. dan. et suec. *du*).

אָתוֹן f. *asina,* a segnitie dicta, v. rad. אָתַן. (Arab. أَتَانٌ asina et onagri femella, aram. אֲתָנָא, ܐܬܢܐ id.) Num. 22, 23 sq. בְּנִי אֲתֹנוֹ *filium asinae suae* i. e. asinum suum. Gen. 49, 11. Plur. אֲתֹנוֹת Gen. 12, 16. 32, 16.

אַתּוּן comm. chald. *fornax* i. q. syr. ܐܰܬܽܘܢܳܐ. Dan. 3, 6. 11. 15 sq. Dictum autem est אַתּוּן pro אַתְנוּן a rad. תְּנַן *fumavit,* quemadmodum יַדֹּק pro יִדְקֹק.

אַתּוּק Ez. 41, 15 in Chethibh pro אַתִּיק.

אַתִּי i. q. אַתְּ pron. pers. 2 pers. sing. f. *tu.* Quanquam in V. T. rara est haec forma (septies tantum legitur in Chethibh 1 Reg. 14, 2. 2 Reg. 4, 16. 23. 8, 1. Iudd. 17, 2. Jer. 4, 30. Ez. 36, 13, et totidem Masoretharum ἀκρισία sublato Jod reposuit אַתְּ, ita ut in textu appareat אַתְּי), tamen non dubitan-

dum, quin genuina sit (cf. arab. أَنْتِى et syr. ܐܢ݈ܬܝ) atque adeo primaria et antiquior, quam postea negligentior vulgi pronuntiatio decurtavit in אַתְּ. Jod in fine additum sexus muliebris nota est, ut in קְטַלְתִּי, neque audiendus Ewaldus (hebr. Gramm. p. 177), qui praeter analogiam אַתִּי pro אַתֵּין dictum coniectat, cuius nullum vestigium in linguis semiticis exstat.

אִתַּי (fort. vicinus, ab אֵת vicinia, et terminatione ־ַי) n. pr. 1) praefecti militum Davidis 2 Sam. 15, 19. 22. 18, 2. 2) Benjaminitae 2 Sam. 23, 29, quod etiam אִיתַי (q. v.) scribitur.

אַתִּיק m. Ez. 41, 15 (Keri) 16. 42, 3. 5 genus quoddam columnarum (v. impr. 42, 5 coll. 6). LXX. Vulg. Cap. 42: *περίστυλον, porticum* reddunt. Rad. אָתַק.

אַתֶּם pron. pers. 2 pers. plur. *vos* m. Minus accurate feminino iungitur Ez. 13, 20. Ortum est ex אַתָּה q. v., addito ם, multitudinis nota. Arab. أَنْتُم, aram. אַנְתּוּן.

אֵתָם Ex. 13, 20. Num. 33, 6 nomen loci in finibus Aegypti et deserti arabici, a quo vicina pars deserti usque ad Maram idem nomen sortita est. Num. 33, 8. LXX. Ὀθώμ. Jablonskius (opuscc. II, 157) vult aegyptiacum esse ⲀⲦⲒⲞⲘ i. e. terminus maris.

אֶתְמוֹל et **אֶתְמוּל**, semel **אִתְמוֹל** 1 Sam. 10, 11 i. q. תְּמוֹל c. Aleph prosthetico adv. 1) *heri.* 1 Sam. 4, 7. 14, 21. 19, 7. Ps. 90, 4. — 2) *pridem,* universim de tempore iam diu praeterito. Mich. 2, 8. Jes. 30, 33. Eadem forma etiam in lingua syr., chald. et in cod. nasar. obvia est.

אָתַן rad. inusit. Arab. أَتَنَ i. q. أَتَلَ contracto brevique passu incessit. Conj. IV stetit, constitit cf. أَتَمَ cunctatus est. Inde אָתוֹן asina.

אֵתָן in aliquot libris editis et mss. pro אֵיתָן *perennis.* Mich. 6, 2. Iob. 33, 19.

אַתֵּן pron. pers. 2 pers. plur. fem. *vos.* Semel legitur Ez. 34, 31, ubi alii codd. אַתֶּן. Cum ה parag. scribitur אַתֵּנָה Gen. 31, 6. Ez. 13, 11. 20. 34, 17, et ibid. 13, 20 אַתֵּנָה ad analogiam formarum הֵמָּה, הֵנָּה. Nun in fine, aeque ac Mem, est multitudinis nota, maxime in fem., cf. ־ִין, ־ָן, תִּקְטֹלְנָה.

אֶתְנָה f. *donum, merces,* spec. quaestus meretricius. Hos. 2, 14 (11). Rad. תָּנָה.

אֶתְנִי (largus, munificus, ab אֶתְנָה donum) n. pr. m. 1 Par. 6, 26.

אֶתְנַן Ez. 16, 34. 41 et **אֶתְנָן** m. (pro תְּנָן c. Aleph prosthet. a תָּנָה) c. Suff. אֶתְנַנִּי 1) *quaestus meretricius* absol. Ez. 16, 31. 34, et adiecto זוֹנָה Deut. 23, 19. Metaph. de agrorum proventu, quem ab idolis acceptum referebant idololatrae Hos. 9, 1. Mich. 1, 7, cf. Jes. 23, 17. 18. — 2) n. pr. m. 1 Par. 4, 7.

אָתַק rad. inusit. fortasse i. q. עָתַק عَتُقَ pulchra fuit res. Inde אַתִּיק.

אֲתַר c. Suff. אַתְרֵהּ m. chald. 1) *locus* Dan. 2, 35. Esr. 5, 15. 6, 5. 7. (In Targg. creberrime, syr. et sam. ܐܬܪ id.). אֲתַר דִּי *loco quo* Esr. 6, 3 per Pleonasmum Aramaeis valde usitatum, syr. ܐܬܪ ܕ cf. מְקוֹם אֲשֶׁר (v. מָקוֹם).

2) fort. *vestigium* i. q. arab. أَثْر, إِثْر, aethiop. ⴰⵜⵔ:. Inde בָּאתַר pro בְּאַתַר Dan. 7, 6. 7 *post* i. q. فِى أَثَرِ, عَلَى أَثَرِ in vestigio,

c. Aff. בַּתְרָךְ Dan. 2, 39. Syr. et Sam. ܒܬܪ.

אֲתָרִים (loca, regiones) n. pr. loci ab Austro Palaestinae. Num. 21, 1: דֶּרֶךְ הָאֲתָרִים *in via quae Atharimum ducit.*

ב

Beth (בֵּית), altera alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *duo.* Nomen hebraeum contractum est ex בַּיִת *domus, tentorium,* huiusque similitudinem antiquissima huius litterae figura (quaecunque illa fuit) imitata esse videtur. Hodie figuram tentorio similem habes in alphabeto aethiopico.

Quod ad *permutationem* eius attinet, ב transit in alias litteras labiales, nominatim 1) *Phe,* ut בָּזַר et פָּזַר dispersit, בָּקַע et ܦܩܥ fidit, בַּרְזֶל aram. פַּרְזְלָא, ܦܪܙܠܐ ferrum, פָּגַר et ܦܓܪ debilis fuit. 2) raro in *Waw,* רַבְרַב, ܪܘܪܒ magnus, idque adeo quiescens, ut בַּת־שׁוּעַ pro בַּת־שֶׁבַע cf. e linguis occidentalibus *βόσκω, vescor, pascor, βάδω vado;* 3) in *Mem,* quae litterae apud Orientales sono admodum vicinae sunt, ut בְּרִיא et מְרִיא pinguis, בְּרֹאדַךְ et מְרֹאדַךְ idolum Babyloniorum, בָּחַן بَحَنَ exploravit; זְמַן ܙܒܢ זְמָן tempus, זָמַר زبر putavit vitem, דִּיבוֹן et דִּימוֹן n. pr. fluvii, מִכְתָּם i. q. מִכְתָּב scriptum, carmen, arab. بكّة pro مكّة Mecca. Cf. *βλίττω* pro *μελίττω* (a *μέλι* mel); *scamnum, scabellum, marmor* gall. *marbre* cet.

בְּ, ante monosyllaba passim בִּ (vide haec accuratius explicata Lehrgeb. 628) c. Suff. בִּי; בְּךָ, raro בְּכָה Ps. 141, 8, in Pausa et fem. בָּךְ; בּוֹ, בָּהּ; בָּנוּ; בָּכֶם, בָּכֶן; בָּהֶם, בָּם f. בָּהֵן (arab. بِ, raro بَ, aethiop. በ, raro ቢ) praep. praefixa, pr. et primitus (de origine vide notam) *commorationem in loco* (gr. *ἐν,* lat. *in*) designans, postea ad viciniam etiam et societatem translata (nostr. an, mit), atque verbis movendi copulata. Varias vc. *πολυσήμου* significationes, partim proprias, partim translatas ad tria genera revocare placet, quae a Rabbinis בית הכלי (germ. *in*), בית הנגיעה (germ. *an*), בית העזר (germ. *mit*) vocantur, quanquam non negamus tertium genus ex altero pendere (v. infra). Notat igitur

A) pr. *in* c. ablat. gr. *ἐν.* Spec. 1) *in,* pr. de loco, ut בָּעִיר in urbe, בַּבַּיִת in domo, בַּבּוֹר in fovea, בָּאָרֶץ in terra s. provincia, בַּאֲשֶׁר in (loco) quo = ubi; dein de tempore, בַּשָּׁנָה הַהִיא Iud. 10, 8, בְּרֵאשִׁית Gen. 1, 1, cf. בְּטֶרֶם, בְּעוֹד, it. de conditione, in qua versamur, בְּשָׁלוֹם 1 Sam. 29, 7, et in sequiore Hebraismo adeo adverbiis pleon. praemissum: בְּכֵן, בְּכֹה. Singulari linguae idiomate eo utuntur etiam de fonte, origine et materia, unde aliquid hauritur, fit, egreditur, ut a) in formula: bibere *in* poculo i. e. bibere quae poculo insunt, pro *ex* poculo (ut gall. boire *dans* une tasse, gr. *ἐν χρυσῷ, ἐν ποτηρίοις πίνειν* Xenoph. Anab. VI, 1 §. 4) Gen. 44, 5. Am. 6, 6, cf. chald. Dan. 5, 2. b) de materia, ut nostr. eine Münze in Gold, ein Stoff in Wolle, in Erz gegossen. 2 Par. 9, 18: כֶּבֶשׁ בַּזָּהָב *scabellum ex auro.* Ex. 38, 8. Lev. 13, 52. 1 Reg. 7, 14. Ez. 7, 20. Metaph. c) יָדַע בְּ cognovit ex aliqua re Ex. 7, 17.

2) Ubi refertur ad multitudinem, in cuius medio sumus, i. q. *inter*. Thren. 1, 3: בַּגּוֹיִם *inter gentes*. 2 Reg. 18, 5: בְּכָל־מַלְכֵי יְהוּדָה. 2 Sam. 15, 31: *Achitophel* est בַּקֹּשְׁרִים *inter coniuratos*. Ps. 118, 7: יְהוָה בְּעֹזְרָי *Jehova* est *in adiutoribus meis* i. e. adiutor meus (cf. lat. in magnis viris est habendus). Iob. 15, 10. Jer. 6, 18. Cant. 1, 8: הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *pulchra* (pulcherrima) *inter feminas*. Thren. 1, 1. Jos. 14, 15, cf. Luc. 1, 25. 28. 42. Spec. significat *partem* ex toto numero exemtam (ut מִן no. 1). Ps. 139, 16: *dies mei praefiniti erant* וְלֹא אֶחָד בָּהֶם *quum nondum unus inter eos* (ex iis) exstaret. Ex. 14, 28. 1 Sam. 11, 11: *duo* בָם *ex iis*. Lev. 26, 36. Deut. 1, 35. Inde nonnullis verbis copulatum haec nonnisi ad partem praedicati referri declarat, ut הִכָּה בְּ percussit (plures) ex iis, stragem hostibus intulit (div. ab הִכָּה c. acc. percussit eos) 2 Sam. 23, 10, הָרַג בְּ Ps. 78, 31 cf. נָשָׂא בְּ Iob. 7, 13, בָּנָה בְּ *an* etwas bauen Zach. 6, 15, שָׁתָה בְּ, אָכַל Prov. 9, 5.

3) Ubi refertur ad fines, quibus aliquid circumscribitur i. q. *intra*. בִּשְׁעָרֶיךָ intra portas tuas Exod. 20, 10. בְּחוֹמֹתַי intra moenia mea Jes. 56, 5. Saepe de tempore, בְּשָׁלֹשׁ שָׁנִים intra tres annos, binnen drey Jahren Dan. 11, 20. Eccl. 11, 1, etiam ita ut finis termini potissimum cogitetur, ideoque de tempore iam absoluto Num. 28, 26.

4) Rarius post verba motus: *in* c. acc., *εἰς* (angl. *into*), ut post verba eundi Gen. 19, 8. 31, 33, mittendi Lev. 16, 22. Deut. 7, 20, item dandi (Jer. 12, 7), ponendi (cf. lat. ponere in aliquo loco) Gen. 27, 17, inserendi (Deut. 15, 17) cet., *inter* c. acc. Deut. 4, 27. 1 Reg. 11, 2. Cf. Winer exeget. Studien I, p. 48 sqq.

B) Alterum genus eas complectitur significationum species, quae tum *propinquitatem* et *viciniam* (no. 1—3), tum *motum versus locum*, quod quidem utrumque germ. *an* exprimi potest, designant (no. 4—6), partimque propriae sunt, partim translatae (no. 7—10).

1) *ad*, *apud*. בָּעַיִן ad fontem 1 Sam. 29, 1. בִּנְהַר כְּבָר ad Chaboram fluvium Ez. 10, 15 (gr. *ἐν ποταμῷ* ad fluvium). בַּשָּׁמַיִם am Himmel Prov. 30, 19. מֵאָה בָּאַמָּה centies ad ulnam i. e. centum ulnae, v. אַמָּה. (Cf. lat. in verubus Virg. Georg. 2, 396, gall. avoir les souliers dans les pieds). Eodem referendae sunt formulae יוֹם בְּיוֹם Tag an Tag, quotidie (qs. ita ut dies diem attingat), חֹדֶשׁ בְּחֹדֶשׁ quovis mense 1 Par. 27, 1, שָׁנָה בְּשָׁנָה quotannis Lev. 25, 53.

2) *coram*, *ante*. Gen. 23, 18: בְּכֹל בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *coram omnibus portam urbis ingredientibus*, plenius בִּפְנֵי, בְּעֵינֵי, בְּאָזְנֵי, cf. gr. *ἐν ὀφθαλμοῖς* Il. 2, 587, lat. *in oculis* Curt. 9, 4.

3) *in* pro *super*. בְּחֹרֵב 1 Reg. 8, 9, בְּאֹהֶל מוֹעֵד super tentorio conventus. Num. 14, 10. Jes. 66, 20: בַּסּוּסִים *in equis*.

4) de motu ad locum: *ad*, *an* (etwas) *hin*. Ab אֶל Beth nostrum hoc significatu proprie et plerumque ita differt, ut illud motum ad locum designet, sive terminum assequeris sive non, *nach* (etwas) *hin*, hoc terminum attingi eique adhaereri significet; prope accedit ad עַד *usque ad*, cuius proprius tamen usus est, ubi terminum finemque motionis vel actionis accuratius significare volebant: *bis an* (etwas) *hin*, quanquam sequiores maxime scriptores עַד fere in deliciis habent pro אֶל. Gen. 11, 4: *turris*, רֹאשׁוֹ בַשָּׁמַיִם *cuius caput coelum attingat* (non minus recte Jer. 51, 9: *pertinget iudicium usque ad coelum* אֶל הַשָּׁמַיִם, quidquid dicit Winer. exeget. stud. p. 53). מַשְׁתִּין בְּקִיר mingens ad parietem 1 Reg. 16, 11. Inde post

verba et nomina attingendi (נָגַע בְּ), adhaerendi (דָּבַק בְּ), adeundi, impr. interrogatum (שָׁאַל בְּ, דָּרַשׁ בְּ, cf. *an*fragen, in Germania sup. *an* einen etwas begehren, nam post vulgaria verba eundi frequentatur אֶל), adoriendi (פָּגַע בְּ), adprehendendi (אָחַז בְּ, הֶחֱזִיק), inclinationis et affectus (אָהַב, בָּחַר, רָצָה, מָאַס), quae cuncta latine cum particulis *ad, in* componuntur. (Plura tamen eodem sensu copulantur etiam cum אֶל, ut דָּבַק, נָגַע, דָּרַשׁ). Quum בְּ hoc significatu sit *transeundi* particula, non miraberis, eam nonnullis verbis vim transitivam, atque adeo causativam tribuere, quae alibi coniugatione Hiphil exprimitur. Sic נָשָׁה mutuum accepit, leihen (cogn. fort. נָשָׂא accepit) נָשָׁה בְּ mutuum dedit, *an* jem. *hin*leihen (cf. عطا accepit, أعطى dedit), הֶעֱבִיד = עָבַד בְּ servitutem imposuit, sich jem. *be*dienen (Winero: laboravit per alium, ut בְּ sit instrumentale, v. C, 2). Spec. בְּ hoc sensu a) verbis videndi *adspiciendi* potestatem tribuit, plerumque adiuncta notione voluptatis, qua aspectui immoramur (v. רָאָה בְּ, חָזָה, הִבִּיט), interdum etiam doloris (Gen. 21, 16), misericordiae (29, 32), invidiae (1 Sam. 1, 11). Ita etiam post verba audiendi (v. שָׁמַע), olfaciendi (הֵרִיחַ). b) in iuramentis praeponitur pers. vel rei, *per* quam i. e. *ad* quam conversi iuramus Gen. 21, 23. 22, 16, vel diris devovemus 1 Sam. 17, 43 (cf. arab. بالله per Deum). c) Usurpatur, ubi singulae species *ad* genus suum revocantur Gen. 7, 21: *cuncta animalia* בָּעוֹף וּבַבְּהֵמָה וּבַחַיָּה וּבְכָל־הַשֶּׁרֶץ quae *ad aves pertinebant, et* quae *ad pecus* cet. 8, 17. 9, 2. 10. Hos. 4, 3. Germ. *an* Vieh, *an* Vögeln cet.

5) *in* i. q. *super* c. acc. (cf. no. 3). 1 Reg. 2, 44: *vertit Deus malitiam tuam* בְּרֹאשֶׁךָ *super caput tuum.* Lev. 20, 9: דָּמָיו בּוֹ *sanguis eius veniat super eum.* Ita post verba דָּרַךְ, מָשַׁל calcavit, regnavit super, בָּטַח בְּ innixus est super.

6) *in* pro *contra, adversus, gegen* (etwas) *an.* Gen. 16, 12: יָדוֹ בַכֹּל וְיַד כֹּל בּוֹ *manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum.* 2 Sam. 24, 17. Ita post verba pugnandi (נִלְחַם בְּ), peccandi (חָטָא בְּ), irascendi (הִתְעַבֵּר, חָרָה Deut. 3, 26, cf. Ps. 78, 31. Lev. 17, 10), perfide agendi (v. פָּשַׁע, מָעַל, מָרָה, מָרַד, בָּגַד) cet. Sequuntur varii usus metaphorici, ut

7) *iuxta* (pr. neben-an), *secundum* i. q. כְּ. Gen. 1, 26: בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram.* Vers. 27. Cf. 5, 1. 3: *et Adamus generavit filium* בִּדְמוּתוֹ כְּצַלְמוֹ. Gen. 21, 12: *iuxta Isaacum* (בְּיִצְחָק) *vocabitur tibi posteritas.* בְּדֶרֶךְ ad modum, morem Amos 4, 10. Jes. 10, 24. 26. בַּעֲצַת רְשָׁעִים ad s. iuxta consilium improborum Ps. 1, 1. בִּדְבַר־ ad mandatum. Inde (neque erat, quod hunc significatum in dubium vocaret Winerus, exeg. Stud. p. 43)

8) *sicut, more* i. q. כְּ Iob. 34, 36: *propter responsa* בְּאַנְשֵׁי אָוֶן *more improborum* data (LXX. ὥσπερ οἱ ἄφρονες. 2 Codd. כְּ). 37, 10 (nonnulli codd. כְּ). Jes. 44, 4: בְּבֵין חָצִיר *sicut in gramine* (LXX. ὡς. Codd. et Editt. כְּ). 48, 10 (Hieron. *quasi argentum*). Ps. 37, 20. 39, 7. 102, 4. Zach. 10, 5. (Codd. et Targ. כְּ) Hos. 10, 15. (Ita arab. فِى, v. c. يمشى فى البرنسا incedit more vulgi. Schult. Opp. min. p. 71).

9) *pro,* de pretio, praemio et permutatione (quae significatio pendet e locali, cf. lat. *loco,* et *pro* pro ante, germ. *anstatt,* et *für* in antiquiore lingua pro *vor* et versa vice). Gen. 29, 18: *serviam tibi septem annos pro Rahela* בְּרָחֵל. Vers. 20. 27. Jes. 7, 23: *mille vites* בְּאֶלֶף כָּסֶף *mille siclorum pretium*

aequantes. Eccl. 4, 9. Thren. 1, 11. 2 Sam. 24, 24. Hos. 12, 13. Cant. 8, 7. 11. Deut. 19, 21: נֶפֶשׁ בְּנֶפֶשׁ עַיִן בְּעַיִן *vita pro vita, oculus pro oculo* (cf. Cor. 5, 49). Inde בְּנַפְשֹׁתָם cum vitae periculo 2 Sam. 23, 17, cf. Jos. 23, 11. בְּדֵי pr. pro satietate, necessitate. (Saepe ita ب Arabum).

10) Est respicientis ad aliquid, rationem habentis rei: a) *quod attinet ad* 1 Reg. 5, 22. b) *propter.* Gen. 18, 28: בַּחֲמִשָּׁה *propter quinque* illos. Ex. 10, 12. 2 Reg. 14, 6. Jon. 1, 14. בַּמֶּה quare? בַּאֲשֶׁר eo quod, ob (id) quod, בִּגְלַל, בִּדְבַר ob rem, causam, propter. (Arab. ب propter Cor. 81, 9, بِمَا propterea quod. c) *de,* post verba gaudendi (שָׂמַח, גִּיל, עָלַץ), audiendi (שָׁמַע Iob. 26, 14), sciendi (Jer. 38, 24), impr. loquendi, ut דִּבֶּר בְּ locutus est de aliquo, maxime (quae est mortalium *φιλανθρωπία*) secus et male; עָנָה בְּ testatus est de aliquo, maxime contra eum, in fraudem et detrimentum eius.

C) Tertium genus, germ. *mit* reddendum, quod Beth *societatis* et *instrumenti* vocari potest (nimis circumscripta enim Rabbinorum illa appellatio) pariter atque alterum, a *viciniae* notione proficiscitur, et hos comprehendit significatus:

1) *cum* a) de societate. Num. 20, 20: בְּעַם כָּבֵד *cum populo multo.* Jes. 8, 16: בְּלִמֻּדָי *cum cultoribus meis* i. e. adhibitis cultoribus meis. 1 Reg. 10, 2. Jer. 41, 15. 11, 19: עֵץ בְּלַחְמוֹ *arbor cum fructu suo.* Saepe de eo, quod manu gerimus, Gen. 32, 11: *cum scipione meo* (בְּמַקְלִי) *transii hunc Jordanem.* Ex. 8, 1. 13. Jes. 7, 24. Inde בְּלֹא, בִּבְלִי, בְּאֵין sine. Spec. *α*) verbis *eundi* postpositum, his *afferendi* vim tribuit, ut בּוֹא בְ venire cum aliqua re i. e. eam adferre, קִדֵּם בְּ obviam venit cum i. e. obviam tulit. V. יָרַד, פָּקַד, et de Sacy gr. arabe I, 355. *β*) Quemadmodum dicitur *cum multis* (בְּרַבִּים) *veniunt contra me* (Ps. 55, 19), et *cum paucis relicti estis* (Deut. 28, 62) i. e. pauci vestrum relicti sunt, in quibus nemo facile haerebit, ita etiam dicitur Num. 13, 23: *portabant eam* (uvam) *in vecte* בִּשְׁנָיִם *cum duobus* (zu zwey, selbst zweyte), ubi duo tantum portabant (Vulg. *duo viri*). b) de *auxilio.* Ps. 18, 30: בְּךָ אָרֻץ גְּדוּד *tecum adoriebar turmas.* 60, 14. Jes. 26, 13. Ps. 44, 10: לֹא תֵצֵא בְּצִבְאוֹתֵנוּ *non proficisceris* in bellum *cum exercitibus nostris.* c) Substantivis attributa, maxime virtutes et vitia, significantibus praemissum adverbiis circumscribendis inservit, ut בְּחִפָּזוֹן *cum festinatione,* festinanter Ex. 12, 11, בְּתָמִים *cum integritate,* integre, בִּתְבוּנָה prudenter, בְּאָשְׁרִי cum felicitate mea i. e. feliciter Gen. 30, 13. Ps. 29, 4: *vox Dei* est *cum robore* i. e. robore praedita.

2) Usurpatur de *instrumento,* ubi latine Ablativo utimur, ut בְּחֶרֶב gladio Jos. 10, 11, בְּרַגְלַיִם pedibus Ez. 34, 18, clamare gutture (בְּגָרוֹן) Jes. 58, 1; de *intercessore* (lat. per) ut בְּמֹשֶׁה per Mosen, בְּיַד מֹשֶׁה per manum Mosis (arab. بالنبى); it. de *causa efficiente* v. c. deficere fame (בְּרָעָב) Thren. 2, 19, igne (בָּאֵשׁ) cremare Lev. 8, 32, iussus est a Deo (בַּיהוָֹה) Num. 36, 2, הִתְנַבֵּא בַיהוָֹה, בַּבַּעַל per Deum, per Baalem vaticinatus est i. e. Deo, Baale inspirante, it. post passivum Num. 36, 2. Jes. 45, 17.

3) *cum* pro *licet,* ut germ. *bey* alle dem, lat. *in* summa bonorum civium copia. בְּכָל־זֹאת cum omnibus istis i. e. his non obstantibus, nihilo minus. Jes. 9, 11. 16. 20. 10, 4. 47, 9. Iob. 1, 22. Num. 14, 11: בְּכֹל הָאֹתוֹת אֲשֶׁר עָשִׂיתִי *non obstantibus omnibus signis, quae edidi,* cf. arab. بِمَا licet, quamvis Cor. 9, 25. Vicina est formula

בְּזֹאת hoc concesso i. e. *ea lege* Gen. 34, 22. 1 Sam. 11, 2.

D) Separatim tractare placet Arabum et Hebraeorum incertae originis idioma de ***Beth essentiae*** s. pleonastico (با الزيادة). Atque Arabes quidem illud praeponere amant praedicato, maxime ubi participio vel adiectivo illud continetur, eoque negativo, interrogativo, positivo; rarius praeponitur substantivo (Ham. ap. Schult. ad Prov. 3, 26), nunquam subiecto. Prope igitur accedit usus eius ad usum accusativi post verbum substantivum positi, ut promiscue dicere possis ما اللّه بغافل et ما اللّه غافلًا *Deus est negligens;* prius explicandum Deus (non se gerit) tanquam negligens (cf. gall. en, en honnête homme), posterius: Deus non (se gerit) negligentem.

Eadem vero longe plurimorum in V. T. exemplorum est ratio, atque hic בְּ particulae usus ad usum eius in comparando (B, 8) prope accedit. Ex. 6, 3: *apparui Abrahamo* בְּאֵל שַׁדָּי *tanquam deus omnipotens.* Jes. 40, 10: הִנֵּה אֲדֹנָי יָבוֹא בְּחָזָק *ecce Dominus veniet tanquam robustus.* Ex. 32, 22: *novisti populum* כִּי בְרָע הוּא *quod malus est* (Vulg. pronus ad malum). Eccl. 7, 14: בְּיוֹם טוֹבָה הֱיֵה בְטוֹב *die laeto sis laetus.* Prov. 3, 26: יְהוָה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ *Jehova erit spes tua.* Ps. 68, 5: בְּיָהּ שְׁמוֹ *nomen eius est Jah* (Jon. יָהּ שְׁמֵיהּ. Etiam LXX. Syr. Vulg. omittunt בְּ, cf. Jes. 47, 4. 48, 2). Jes. 26, 4: כִּי בְּיָהּ יְהוָה *nam Jah* (i. e. *aeternus, sibi constans*) *est Jehova.* De singulis quibusdam exemplis alii aliter iudicabant, totum vero idioma linguae hebraeae plane abiudicare frustra conati sunt Ewaldus (gr. hebr. p. 607) et, qui eum sequitur, Winerus in Lex. hebr. p. 109. Quanquam hoc certum est, non pauca exempla, quae huc referuntur, ad hoc idioma non pertinere, et aliter explicanda esse. Ita Hos. 13, 9: שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ Vulg. quidem reddit: *perditio tua, Israël: tantummodo in me auxilium tuum,* sed coll. 7, 13 interpretandum: *id perdidit te, Israël, quod contra me, auxiliatorem tuum* fuisti s. rebellasti. 1 Reg. 13, 34 redde: *eamque ob causam* (בַּדָּבָר הַזֶּה) *in culpam incidit domus Jerobeami.* Tria sunt exempla, eaque in sequiore Hebraismo, in quibus בְּ omnino subiecto praeponi videtur: Esr. 3, 3: כִּי בְּאֵימָה עֲלֵיהֶם (nisi duae constructiones אֵימָה עֲלֵיהֶם et בְּאֵימָה הֵם coaluerunt). 1 Par. 9, 33: כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה עֲלֵיהֶם בַּמְּלָאכָה (ubi tamen reddi potest: *iis incumbebat* esse *in opere*). 7, 23: כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ *quia calamitas fuerat in domo eius.* Fortasse hic inferioris aetatis Soloecismus erat.

Sq. Inf. בְּ circumscribit Gerundium, ut בִּשְׂחֹק in ridendo Prov. 14, 13, et vulgo coniunctionibus exprimitur, nominatim a) *dum* (*indem* cf. A, 1 de tempore usurpatum) Num. 35, 19: בְּפִגְעוֹ *dum incurrit in eum.* Prov. 30, 32. Cant. 5, 6. Esth. 2, 8. b) *quum, postquam* (cf. A, 3 de tempore absoluto) sq. Plusquampf., ubi Infinitivus vim Praeteriti habet. Gen. 33, 18: בְּבֹאוֹ מִפַּדַּן אֲרָם *quum venisset ex Mesopotamia.* 2, 4. Ex. 3, 12. Jes. 20, 1. Iob. 42, 10. c) *eo quod* (cf. B, 9). בְּעָזְבָם eo quod reliquerunt. 2 Paral. 28, 6. d) *si, etsi, licet* (cf. C, 3). Ps. 46, 3: בְּהָמִיר אָרֶץ *etsi transformaretur terra.* Jes. 1, 15.

Not. Satis probabilis est vetus Grammaticorum opinio, בְּ decurtatum esse ex בֵּי, בֵּית *in domo, in* (ut לְ ex אֶל, מִ ex מִן): etenim 1) ipsum בֵּי (syr. ܒܝ) non solum *domus,* sed etiam *in* particulae

potestatem habet passim in Targg. ut Cant. 1, 9. 2, 15; 2) hodieque in Oriente vocabulum بيت in nominibus geographicis saepe decurtatur in بي, با, ب, ut بزمّار pro بيت زمّار (v. not. nostr. ad Burckhardti itin. Syr. I, 491); 3) eiusdem vero contractionis in ipso V. T. exemplum habes in בְּעֶשְׁתְּרָה pro בֵּית עַשְׁתְּרָה domus Astartes, cf. *Bebeten* ap. Euseb. et Hieron. pro Beth Beten; 4) similem rationem habent Persae, qui promiscue utuntur formis separatis بِه *in*, بَا *cum* et inseparabili بِ. Adde arab. ڤ prob. pro ڤي, et alia etiam vcc. non minus violenter contracta, ut בֵּן (v. בִּדְקַר), et גֵּיא, unde גֵּיא הִנֹּם, גֵּי הִנֹּם, chald. גְּהִנָּם, arab. جَهَنَّم. Sunt, qui potius ex בֵּין ortum putent, sed huius vc. decurtati alia vestigia non exstant, nec significatus satis aptus. Caeterum de partt. praefixarum origine vide Gramm. nostr. hebr. ed. 9. §. 87.

בְּ chald. i. q. hebr. ut *in* coelo, *in* somnio Dan. 2, 19. 28, *in* vasibus bibere Dan. 5, 2, dari *in* manum, *ope* manuum 2, 34 cet.

בִּאָה f. introitus Ez. 8, 5, a rad. בּוֹא intravit.

בְּאוּשׁ adj. chald. *malus* Esr. 4, 12. Rad. בְּאֵשׁ.

בָּאַר in Kal inusit. Arab. بَأَرَ *fodit*, spec. puteum, foveam. Radd. vicinae sunt בּוּר, בָּרַר, arab. فَأَرَ fodit (paulo longius absunt בָּרָא, בָּרָה), lat. *forare*, nostr. *bohren*. Cf. בְּאֵר, בֹּאר, בּוֹר.

Pi. 1) *insculpsit* litteras lapidi, sq. עַל Deut. 27, 8. Hab. 2, 2. 2) *explicavit, declaravit*, pr. eruit sententiam, erutamque exposuit. Deut. 1, 5. Derivata statim sequuntur, praeter בּוֹר, בֵּרִי, בֵּרוֹתָה s. בֵּרוֹתַי.

בְּאֵר pl. בְּאֵרוֹת cstr. בְּאֱרֹת (Gen. 14, 10) f. 1) *puteus* (arab. بِئْر, syr. ܒܐܪܐ, ܒܐܪ id.) Gen. 24, 11. 20. 26, 19. 20. 21 cet. saepe plenius בְּאֵר מַיִם Gen. 21, 19, בְּאֵר מַיִם חַיִּים 26, 19. Distinguitur a fonte (עַיִן) in terrae superficie vel e rupe effluente: potest tamen *puteus* (בְּאֵר) etiam *fons* (עַיִן) vocari v. Gen. 16, 7 coll. 14. 24, 11. 13. 16. De puteis bituminis Gen. 14, 10. 2) *fovea* Ps. 55, 24. 69, 16. 3) n. pr. a) stationis Israëlitarum in finibus Moabitidis Num. 21, 16—18, prob. eiusdem loci, qui Jes. 15, 8 plenius vocatur בְּאֵר אֵלִים *puteus heroum*. b) oppidi Palaestinae. Iudd. 9, 21.

בְּאֵר אֵלִים v. בְּאֵר no. 3, a.

בְּאֵר לַחַי רֹאִי (puteus vitae visionis i. e. ubi post Dei *visionem* nihilo minus *vita* servata est, cf. Iud. 6, 22 sq.) n. pr. putei in finibus australibus Palaestinae. Gen. 16, 14. 24, 62. 25, 11. Etymon supra indicatum ab ipso sacro scriptore proponitur Gen. 16, 14: spretis vocalibus putei nomen fuisse conieceris בְּאֵר לְחִי רָאִי *puteus maxillae* i. e. rupis (Iudd. 15, 19) vel regionis (cf. عَارِضَة maxilla, regio) speciosae.

בְּאֵר שֶׁבַע (puteus iurisiurandi sec. Gen. 21, 31. 26, 33, sed vide infra) n. pr. oppidi antiqui in australibus Palaestinae finibus siti (2 Sam. 24, 7), unde, si termini terrae sanctae describendi sunt: מִדָּן וְעַד־בְּאֵר שֶׁבַע Iudd. 20, 1, si fines regni Judae: מִגֶּבַע עַד־בְּאֵר שֶׁבַע 2 Reg. 23, 8. Etiamnum Seetzenius ibi quinque *septem*ve puteos *Szabéa* dictos cum valle cognomine reperiri tradit (v. Zach Correspondenz 17, 141).

בְּאֵרָא (puteus, fons) n. pr. m. 1 Par. 7, 37.

בְּאֵרָה (id.) n. pr. m. 1 Par. 5, 6.

בְּאֵרוֹת (putei) n. pr. oppidi Gibeonitarum (Jos. 9, 17), postea Benjaminitarum (Jos. 18, 25. 2 Sam. 4, 2), post exilium etiamtum superstitis et habitati (Esr. 2, 25. Neh. 7, 29). N. gent. est בְּאֵרֹתִי 2 Sam. 4, 2. 23, 37, et contr. בֵּרֹתִי 1 Par. 11, 39. Cf. infra בֵּרוֹתִי.

בְּאֵרוֹת בְּנֵי יַעֲקָן (putei Iakanitarum) n. pr. stationis Israelitarum in deserto Deut. 10, 6, in loco gemino Num. 33, 31 ellipt. בְּנֵי יַעֲקָן.

בְּאֵרִי (q. d. fontanus) n. pr. m. 1) patris Hoseae, Hos. 1, 1. 2) Gen. 26, 34.

באר (per Syriasmum pro בְּאֵר) i. q. בּוֹר, quae forma usitatior est, *cisterna* 2 Sam. 23, 15. 16. 20 in Chethibh, ubi Keri et 1 Par. 11, 17. 18. 22 בּוֹר, cf. hist. ling. hebr. p. 40. not. 46. Plur. בארות Jer. 2, 13.

בָּאַשׁ fut. יִבְאַשׁ 1) *male oluit, foetuit* Ex. 7, 18. 21. 8, 10. 16, 20. Cf. בְּאַשׁ. 2) i. q. chald. *malus, malae indolis fuit*, v. באוּשׁ, בְּאֻשִׁים, בָּאְשָׁה, et Hiph. no. 3, arab. بَؤُسَ strenuus, audax [pr. malus] fuit, germ. *böse*. Male olendi potestas ab Orientalibus, ut emunctae naris hominibus, saepe ita transfertur ad malam indolem, pariter atque bonus odor ad bonitatem et iucunditatem, cf. בָּשַׂם bene oluit et ܒܣܡ iucundus fuit, טוֹב bonus fuit et طَابَ bene oluit al.).

Niph. foetidus et metaph. *invisus, odiosus* factus est, invidiam subiit, c. c. בְּ et אֵת (אֶת) pers. 1 Sam. 13, 4. 2 Sam. 10, 6. 16, 21, cf. *être en bonne, en mauvaise odeur.*

Hiph. 1) *foetidum reddidit* Eccl. 10, 1 et metaph. *in odium et invidiam vocavit* c. בְּ pers. Gen. 34, 30. Plenius Ex. 5, 21: הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ *foetidum fecistis odorem nostrum* i. e. in invidiam vocastis nos. 2) intrans. *foetuit* (pr. tamen: foetorem produxit, excitavit, Gestank erregen). Ex. 16, 24. Ps. 38, 6, metaph. odiosus fuit c. בְּ 1 Sam. 27, 12. 3) *male egit*, ut syr. ܐܒܐܫ. Prov. 13, 5: *sermones falsos odit iustus* רָשָׁע יַבְאִישׁ וְיַחְפִּיר *impius male et turpiter agit* (mendacia effutiendo).

Hithpa. i. q. Niph. c. c. עִם 1 Par. 19, 6.

Derivv. sequuntur praeter בָּאוּשׁ.

בְּאֵשׁ chald. *malus fuit*, sq. עַל *displicuit* Dan. 6, 15.

בְּאשׁ (*bĕosch*) m. *foetor* Amos 4, 10, c. Suff. בָּאְשׁוֹ, בָּאְשָׁם Joel 2, 20. Jes. 34, 3.

בְּאֻשִׁים nonnisi in Plur. Jes. 5, 2. 4 uvae *malae*, acidae et immaturae, *labruscae*, ut recte Hieron., Jarchi *lambrusques*. Kimchi: ענבים נבאשים, Saad. ענבים רעים. Aqu. σαπρίαι. Symm. ἀτελῆ. Eundem usum habemus in Mischna Maaseroth I §. 2, ubi pro אבשים legendum esse באשים ex Tanchumi Hieros. glossa ms. colligitur. Uberius de hoc vc. disputavimus in Comment. ad Jes. I, p. 230. II, 364, et ferme receptam apud recentiores sententiam, ex qua *aconitum, napellum* intelligunt, mero Ol. Celsii (Hierobot. II, p. 199) errore niti, ostendimus.

בָּאְשָׁה f. *herba mala, inutilis*, Unkraut. Iob. 31, 40.

בָּאתַר chald. *post*, v. sub vc. אֲתַר.

בָּבָה f. (v. Kamez impuro) pr. *cavitas, foramen* (a rad. נָבַב, pro נְבָאבָה, נְבָבָה), inde *porta*, ut arab. بَابٌ. Frequentant vc. Hebraei in

una locutione בָּבַת עַיִן *porta oculi* i. e. pupilla, quae re vera aditus et porta est oculi interioris. Zach. 2, 12. Congruit ܒܳܒܬܳܐ, ܒܳܒܳܐ, chald. בָּבָא, בָּבְתָא. Olim aliud etymon sequebar, quod non minus habet, quo se defendat. Possit enim בָּבַת pro בֻּאבָאָה esse i. q. بُوبُو puellus, syr. ܒܳܒܽܘܣܳܐ (ab onomatop. بابا παππάζειν) idque translatum esse ad pupillam, quemadmodum אִישׁוֹן q. v.

בֵּבַי n. pr. m. Esr. 2, 11. 8, 11. Neh. 7, 16 (pehlev. *bab* patrem notat).

בָּבֶל (i. e. confusio, pro בַּלְבֵּל a rad. בָּלַל Gen. 11, 9, cf. syr. ܒܰܒܶܠ confusio sermonis, balbutitio, et de altera littera abiecta טוֹטָפָה pro טַפְטָפָה Lehrgeb. 134. 869; al. i. q. باب بل porta i. e. aula Beli) n. pr. *Babylon*, antiquissima et nobilissima Asiae urbs, Babyloniae metropolis Gen. 10, 10. 2 Reg. 17, 24. 20, 12 sq. Mich. 4, 10 cet., sub gr. lat. 32°, 32′ in utraque Euphratis ripa exstructa, cuius ruinae etiamnum in urbis Hellae (حلّة) vicinia supersunt, nuper doctius et accuratius descriptae et illustratae. Vid. Herod. 1, 178. 183. Strabo XVI, 1 §. 6. Ker Porter Travels II, p. 283 sq. Heeren hist. Werke XI, 158 sq. Encycl. germ. v. Babylon. Urbis nomen translatum est ad *Babyloniam* provinciam Ps. 87, 4. 137, 1. Jes. 14, 4, unde saepe מֶלֶךְ בָּבֶל rex Babyloniae, quod quidem nomen etiam Persiae regibus tribuitur, ut Cyro Esr. 5, 13, Artaxerxi Neh. 13, 6, cf. אַשּׁוּר.

בָּבְלָי chald. plur. emphat. בָּבְלָיֵא *Babylonii* Esr. 4, 9.

בַּג vocabulum persicum *cibum* designans (باه, arab. باج scriptum, cf. φάγειν, et phryg. βέκος panis Herod. 2, 2), in composito פַּתְבַּג (q. v.) obvium, praeterea Ez. 25, 7 Chethibh: נְתַתִּיךָ לְבַג לַגּוֹיִם *dabo te cibum populis.* Vereor tamen, ut, quod in textu legitur, non magis genuinum sit, quam quod ibid. 47, 13 scribitur גֵּה pro זֶה (hic), et collatis similibus formulis Jer. 15, 13. 17, 3, maxime Ez. 26, 5. 34, 28, nullus dubito, quin cum Verss. antiquis reponendum sit לָבַז *in praedam.*

בָּגַד fut. יִבְגֹּד, semel יִבְגַּד (Mal. 2, 10) pr. texit (unde בֶּגֶד stragula, vestis), inde 1) *tecte, fraudulenter, perfide egit.* (Verba enim tegendi, abscondendi saepe referuntur ad fraudem et perfidiam, cf. لبس texit, vestivit, dissimulavit, sam. ࠁࠂࠃ fraudavit c. c. בְּ Ex. 21, 8; قبع קָבַע texit, abscondidit se, unde קָבַע, it. defraudavit; cf. מָעַל, דָּגַל et دجل, ܕܓܰܠ). Ponitur absol. 1 Sam. 14, 33. Iob. 6, 15, saepius sq. בְּ pers. (cf. בְּ B, 6) *perfide deseruit* eum Iudd. 9, 23. Thren. 1, 2, nominatim amicum Thren. l. c., coniugem Ex. 21, 8, Deum Hos. 5, 7. 6, 7, raro sq. מִן Jer. 3, 20, et acc. Ps. 73, 15: הִנֵּה דוֹר בָּנֶיךָ בָגָדְתִּי *ecce familiam filiorum tuorum perfide desererem.* Part. בּוֹגֵד, Plur. בֹּגְדִים *qui perfide* a Deo *defecerunt, impii* (LXX. παράνομοι). Prov. 2, 22. 11, 3. 6. 13, 2. 15. Ps. 25, 3. 59, 6. Jer. 9, 1. 2) *oppressit, afflixit, rapuit* i. q. גָּזַל, עָשַׁק, c. c. בְּ. Jes. 21, 2: הַבּוֹגֵד בּוֹגֵד וְהַשּׁוֹדֵד שׁוֹדֵד *raptor rapit et vastator vastat.* 24, 16: בֹּגְדִים בָּגָדוּ וּבֶגֶד בּוֹגְדִים בָּגָדוּ *raptores rapiunt et rapinam rapiunt raptores.* 33, 1. De petulantia dr. Hab. 2, 5.

בֶּגֶד in Pausa בָּגֶד, c. Suff. בִּגְדוֹ, בִּגְדֵי (qs. a בֶּגֶד) Plur. בְּגָדִים, בִּגְדֵי, semel בִּגְדוֹתֶיךָ Ps. 45, 9 m. (semel fem. Lev. 6, 20) 1) *stragula, pannus,* quo aliquid involvitur Num. 4, 6—13, de stragulis

lecti 1 Sam. 19, 13. 1 Reg. 1, 1. — 2) *vestis* Gen. 39, 12. 13. 15. 41, 42, impr. pretiosa 1 Reg. 22, 10. 2 Par. 18, 9. LXX. *ἱμάτιον, στολή*. — 3) *perfidia* Jer. 12, 1. — 4) *rapina* Jes. 24, 16.

בֹּגְדוֹת pl. fem. *perfidiae* Zeph. 3, 4, ad formam אֵבֶד, cf. Lgb. §. 120, 4.

בָּגוֹד (cum Kamez impuro, Lehrgeb. §. 120, 3) f. בָּגוֹדָה adj. *perfidus* Jer. 3, 7. 10.

בִּגְוַי n. pr. viri principis cum Serubabele ex exilio reducis. Esr. 2, 2. 14. 8, 14. Neh. 7, 19 (fort. agricola, hortulanus, chald. בְּגָאֵי agricola, ܦܘܓܐ hortus, quod adeo in Persismum transiit, باغ *bagh* hortus).

בִּגְתָא (fort. hortus, hortulanus, v. בִּגְוַי) n. pr. eunuchi in aula Xerxis. Esth. 1, 10.

בִּגְתָן (id.) id. Esth. 2, 21, et בִּגְתָנָא 6, 2.

I. **בַּד** m. pr. *separatio, res separata*, a rad. בָּדַד no. I. Hinc 1) *pars* Ex. 30, 34: בַּד בְּבַד *pars sicut pars* i. e. aequis portionibus. In Plur. בַּדִּים spec. partes corporis i. e. *membra* Iob. 18, 13. 41, 4, arboris i. e. *rami* (cf. gr. *κῶλα*) Ez. 17, 6. 19, 14, inde *vectes* Ex. 25, 13 sq. Num. 4, 6 sq. Metaph. *vectes urbis* de principibus Hos. 11, 6. — In Sing. c. Praef. לְבַד a) adv. *separatim, seorsum*, gall. *à part*. Ex. 26, 9: *quinque aulaea separatim* (לְבַד) *et sex aulaea separatim* (לְבַד). 36, 16. Saepe hoc significatu additur suffixum personae. Gen. 21, 28: *collocabat Abrahamus septem agnos* לְבַדְּהֶן *separatim*. 30, 40. 32, 17. 43, 32 cet. Frequentius etiam b) לְבַד c. Suff. est i. q. *solus, a, um*. Gen. 2, 18: לֹא־טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non est bonum, hominem esse solum* pr. in separatione sua. אָנֹכִי לְבַדִּי ego solus Num. 11, 14, אַתָּה לְבַדֶּךָ Ex. 18, 14, יַעֲקֹב לְבַדּוֹ Gen. 32, 25, הַכֹּהֲנִים לְבַדָּם Gen. 44, 20, etiam post casus obliquos, ut Dat. לְךָ לְבַדְּךָ tibi soli Ps. 51, 6, Gen. Ps. 71, 16: צִדְקָתְךָ לְבַדֶּךָ pr. iustitia tui, tui solius i. e. *tua solius iustitia*. c) adv. restringendi: *solum, tantum*, in sequiore Hebraismo Eccl. 7, 29. Jes. 26, 13. d) sq. מִן abit in Praep. *praeter* Exod. 12, 37: *praeter parvulos*. Num. 29, 39. Jos. 17, 5, sq. עַל Esr. 1, 6. Idem valet מִלְּבַד Gen. 26, 1. Num. 17, 14, c. Suff. מִלְּבַדּוֹ praeter eum Deut. 4, 35, מִלְּבַד אֲשֶׁר praeter (id) quod Num. 6, 21.

2) Spec. *filum* coll. *fila*, nostr. *Zwirn, Garn* (cf. אֵטוּן), maxime linea, inde *linteum* album, et subtile Ex. 28, 42. 39, 28. Lev. 6, 3. Plur. בַּדִּים vestes linteae Ez. 9, 2 sq. Dan. 10, 5. (Arab. بَزّ byssus).

II. **בַּד** Plur. בַּדִּים (a rad. no. II.) 1) *nugae, mendacia, magnifica verba* Iob. 11, 3. Jes. 16, 6. Jer. 48, 30. 2) i. q. אַנְשֵׁי בַדִּים *mendaces*, de hariolis et pseudoprophetis. Jes. 44, 25. Jer. 50, 36.

בָּרָא 1) pr. *finxit, effinxit*, de figulo, quam potestatem servavit Zabiorum dialectus in ܒܪܐ. 2) *excogitavit, commentus est* 1 Reg. 12, 33 (bene LXX *ἐπλάσατο*). Neh. 6, 8, utrobique sequ. מִלִּבּוֹ. Part. c. Suff. בּוֹדָאם per Syriasmum pro בּוֹרְאָם Neh. l. c. Arab. بَدَأَ incepit, exorsus est. IV. novum quid protulit, primus fecit et excogitavit, cf. بدع I. IV. commentus est, finxit.

I. **בָּדַד** 1) pr. *disiunxit, divisit, separavit*, ut arab. بَدَّ. (Dissecandi, discerpendi, hinc dividendi notio tum in stirpe monosyllaba בַּד, tum in vicinis iisque durioribus בַּת, פַּד, פַּת inest, varie tem-

perata, cf. בָּתַל, בָּתַח; בָּדַק, בָּדַל, פָּתַח, פָּתַח; פָּדָה, פָּדַר; בָּתַק, בָּתַר, פָּתַר, בָּתַע, פָּתַח. Cognata est syllaba בז, בץ, פץ, de qua vide בזז, בָּצַע). 2) *separavit se, solitarius fuit.* Part. בּוֹדֵד *solitarius.* Ps. 102, 8. Hos. 8, 9. Jes. 14, 31.

Derivata sunt בַּד no. I et בָּדָד.

II. בָּדָד i. q. בָּטָא (q. v.), *βαττολογεῖν, blaterare, nugari,* unde בַּד no. II.

בָּדָד m. *separatio* i. q. בַּד no. I. Inde in Acc. adv. *seorsum* Lev. 13, 46, *solitarie,* quod latine plerumque adiectivo *solus, a, um* exprimitur. Jes. 27, 10: עִיר בְּצוּרָה בָּדָד *urbs munita* stat *sola* i. e. derelicta. Deut. 32, 12: יְהוָֹה בָּדָד יַנְחֶנּוּ *Jehova solus ducebat eum.* It. לְבָדָד solitarie pro *solus, a, um.* Num. 23, 9. Ps. 4, 9. Mich. 7, 14.

בְּדַד (separatio, pars) n. pr. m. Gen. 36, 35.

בְּדֵי v. דַּי.

בֵּדְיָה (pr. בְּאַד יָהּ in tutela Jehovae) n. pr. m. Esr. 10, 35.

בְּדִיל m. 1) *stannum* i. e. plumbum nigrum, quod in fodinis invenitur argento mixtum, et vi ignis ab eo *separatur,* nostr. *Werk.* Plin. H. N. 34, 16. Jes. 1, 25: אָסִירָה כָּל־בְּדִילָיִךְ *removebo omnia stanna tua* i. e. spurias et impuras metalli partes. 2) *plumbum album,* nostr. *Zinn.* Num. 31, 22. Ez. 22, 18. 20. 27, 12.

בָּדַל in Kal inusit. vic. radici בָּתַל بتل *separavit, discrevit.*

Hiph. 1) *separavit, disiunxit* Lev. 1, 17, ut duo loca velo, pariete, muro Ex. 26, 33. Ez. 42, 20. Gen. 1, 6, res antea permixtas Gen. 1, 4. 2) Translate ad animum: *discrevit, distinxit* res diversas. Lev. 10, 9. 10: *vinum et temetum ne bibatis . . . . . ut discernere possitis sacrum et profanum.* 11, 47. 20, 25. In utraque hac significatione (no. 1. 2) sequitur בֵּין — וּבֵין Gen. 1, 4. 7. Ex. 26, 33, בֵּין — לְבֵין Jes. 59, 2, בֵּין — לְ Gen. 1, 6. 3) *seiunxit* a reliquis, *selegit* ex iis, in bonam partem, sq. מִן Num. 8, 14. 16, 9. Lev. 20, 24. 26, it. sq. לְ rei, cui aliquid destinatur, 1 Reg. 8, 53, etiam omisso מִן Deut. 4, 41. 10, 8. 1 Par. 25, 1, absol. Deut. 19, 7. Ez. 39, 14. 4) *seclusit, segregavit,* ut turbam miscellam a populo, sq. מִן Neh. 13, 3, מֵעַל Jes. 56, 3. Additur לְרָעָה Deut. 29, 20, ut saepe locutionibus mediis.

Niph. 1) pass. Hiph. no. 3, *seiunctus est, seiunxit se,* sq. מִן Esr. 6, 21. 9, 1. 10, 11, it. *selectus est* Esr. 10, 16, sq. לְ ad aliquid 1 Par. 23, 13. 2) pass. Hiph. no. 4 *seclusus est,* Esr. 10, 8. 3) *discessit* e loco sq. מִן loci Num. 16, 21, sq. אֶל discessit in partes alicuius 1 Par. 12, 8.

Nomm. derivata sunt: בְּדִיל, מִבְדָּלוֹת et

בָּדָל m. *pars, particula,* semel sq. אֹזֶן de particula auris. Am. 3, 12.

בְּדֹלַח merx quaedam pretiosa, Gen. 2, 12 aurum inter et gemmas commemorata, Mannam arabicam speciei referens (Num. 11, 7), quae posterior granis squamulisque candidis constans pruinae alibi comparatur (v. Ex. 16, 14. Num. l. c.), auctore tamen Burckhardto (itin. in Syriam p. 954 vers. germ.) coloris est subflavi. E vett. intpp. *βδέλλιον, bdellium* intelligunt Aqu. Symm. Theod. Vulg. Josephus (Archaeol. III, 1 §. 6), quae lacrima est arboris in Arabia, India ac Babylonia nascentis subalbida, resinosa, pellucida, ad thuris colorem vergens, quae fracta cerei apparet coloris, granis thuris, sed crassioribus. Plin. H. N. 12, 9 s. 19. Congruunt varia eius nomina, *μάδελκον, βδολχόν* (quod tamen coniectura nititur, v. Diosc. 1, 71 al. 80), *βδέλλα, βδέλλιον:* contra bdel-

lium non tam eximium est naturae donum, ut aurum inter et gemmas memorari, utque ab eius proventu regio Chavilae magnopere laudari potuerit. Hanc ob causam non spernenda est Judaeorum opinio, a Bocharto (Hieroz. II, 674—683) docte exornata, *margaritas* intelligendas esse, quarum magnam vim in sinus persici littoribus et in India expiscantur, quibusque mannae granula non inepte comparari poterant. Addidit etymon Bochartus, quadril. בְּדֹלַח a rad. בָּדַל margaritam *selectam* et *eximiam*, *unionem* valere observans, coll. arab. فَرِيدٌ unio, a rad. فرد i. q. בָּדַל.

בְּדָן n. pr. 1) iudicis Israëlitarum, in libro Iudd. non commemorati, si vera lectio 1 Sam. 12, 11, ubi tamen nescio an cum LXX. Syr. (et Arabe) legendum בָּרָק Iudd. 4, 9. Chald. *Simsonem* reddit, qs. בְּדָן sit i. q. בֶּן־דָּן *Danita*, v. בִּדְקַר. 2) m. 1 Par. 7, 17.

בָּדַק 1) *fidit, rimas egit*, unde בֶּדֶק. (Cf. ad rad. בָּדַד no. I). 2) denom. a בֶּדֶק *rimas reparavit*, instauravit ruinas aedificii. 2 Par. 34, 10. Syr. ܒܕܩ et ܒܰܕܶܩ id.

בֶּדֶק c. Suff. בִּדְקֵךְ m. *fissura, rima*, quod *ruinosum* est in aedificio 2 Reg. 12, 6 sq., in nave Ez. 27, 9. 27.

בִּדְקַר (i. q. בֶּן־דֶּקֶר filius transfossionis i. e. transfodiens: etenim בֶּן aeque ac בַּיִת p. 123 decurtatum in ב praefixum; cf. בַּעֲלֵיס, בַּמְהָל, בִּשְׁלָם, et de simili contractione Arabum Tebrisi schol. ad Ham. p. 3 ed. Freytag) n. pr. centurionis regis Jehu. 2 Reg. 9, 25.

בְּדַר chald. Pa. בַּדַּר *dispersit* Dan. 4, 11, i. q. hebr. בָּזַר, פִּזֵּר.

בָּהָה rad. inusit. quae pr. *puritatis* vim habuisse videtur, apud Arabes partim translatam ad *nitorem* et *ornatum* (بَهَا nituit, venustus fuit), partim ad *inanitatem*, unde بَهِيَ vacua et inanis fuit domus. Inde

בֹּהוּ m. (pro בֹּהֶו, formae segolatae) *vacuitas, inanitas* et concr. *res vacua et inanis*. Ter paronomastice iungitur vc. תֹּהוּ Gen. 1, 2. Jer. 4, 23. Jes. 34, 11.

בָּהַט rad. inusit., fort. i. q. arab. بهت mentitus est. Inde

בַּהַט Esth. 1, 6 marmoris species, ex qua pavimenta fiebant. LXX. Vulg. *σμαραγδίτης smaragdites*. Arab. بُهْتٌ sec. Kamûs p. 176 est lapidis species, et equidem ex etymo colligo, intelligendum marmor *adulterinum*, ita dictum, quod veri marmoris speciem *mentiatur*.

בְּהִילוּ f. chald. *festinatio* Esr. 4, 23. Rad. בְּהַל.

בָּהִיר adj. *splendidus*, de sole Iob. 37, 21.

בָּהַל vel **בָּהֵל** in Kal inusit. pr. *tremuit, trepidavit*, cf. transp. בָּלַהּ et aethiop. ባህለለ: terrorem incussit, ל et ר permutatis.

Niph. 1) *trepidavit*. Tribuitur ossibus Ps. 6, 3, manibus Ez. 7, 27, translate animo Ps. 6, 4. Inde 2) *perterritus, perculsus est*, terrore, pavore, timore. Ex. 15, 15. 1 Sam. 28, 21. 2 Sam. 4, 1. Ps. 48, 6. 90. 7. Ez. 26, 18, sq. מִפְּנֵי Gen. 45, 3. Iob. 23, 15. Eccl. 8, 3. Involvit animi desponsionem Iob. 4, 5. Jes. 21, 3. 3) *trepide fugit* Iudd. 20, 41 et univ. *festinavit* ad aliquid, sq. לְ. Prov. 28, 22: נִבְהָל לַהוֹן אִישׁ רַע־עָיִן *trepidat ad divitias vir invidiosus* i. e. anxie petit divitias. 4) *subito periit*. Ps. 104, 29: *obvelas faciem tuam*

יִבָּהֲלוּן *subitoque pereunt* (creaturae) cf. בַּהָלָה. Part. fem. נִבְהָלָה subst. *exitium subitum,* cf. נֶחֱרָצָה. Zeph. 1, 18.

Pi. 1) *terrore perculit, perterrefecit* Ps. 2, 5. 83, 16. Dan. 11, 44. Iob. 22, 10, inde *fecit, ut animum desponderet* Esr. 4, 4 Keri. 2) *acceleravit* Esth. 2, 9, et 3) sq. Gerundio i. q. מִהֵר *festinavit* (qs. trepidavit) aliquid facere Eccles. 5, 1. 7, 9.

Pu. acceleratus est. Prov. 20, 21 Keri: נַחֲלָה מְבֹהֶלֶת *opes acceleratae* i. e. nimis anxie et festinanter comparatae. Inde מְבֹהָל *celer* Esth. 8, 14.

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1. Iob. 23, 16. 2) i. q. Pi. no. 2 Esth. 6, 14. 3) *deturbavit* aliquem e loco. 2 Par. 26, 20.

בְּהַל chald. in Pe. inusit.

Ithpe. Inf. הִתְבְּהָלָה subst. *festinatio, celeritas,* et praef. בְּ adv. *celeriter* Dan. 2, 25. 3, 24. 6, 20.

Pa. terruit Dan. 4, 2. 16. 7, 15. *Ithpa.* pass. 5, 9.

Deriv. בְּהִילוּ.

בֶּהָלָה f. *terror* Lev. 26, 16. Plur. Jer. 15, 8. Cum art. *terror* κατ' ἐξοχὴν, *exitium repentinum* Jes. 65, 23.

בָּהַם rad. inusit. pr. *clausit,* spec. *os,* inde *obmutuit, mutus* fuit. Arab. بهم IV. clausit. X. mutus fuit, obmutuit. (Inhaeret haec significatio plurimis radd. in ם litteram exeuntibus, quae sonum ore clauso prolatum exprimit, ut דָּהַם, אָלַם, בָּלַם, דָּמַם, דּוּם, שָׁמַם, cf. lat. *hem,* gr. μύω: aliae in eandem cadentes sonos frementes et susurrantes, itidem ore clauso prolatas [summen, brummen] designant, ut נָהַם, נָאַם, הָמָה, נָחַם, arab. همهم, βρέμω, fremo, βριμάομαι, برم).

בְּהֵמָה constr. בֶּהֱמַת c. Suff. בְּהֶמְתּוֹ, בְּהֶמְתְּךָ (qs. a בֶּהֱמַת) Plur. בְּהֵמוֹת, constr. בַּהֲמוֹת f. *bestia* (ita dicta, quia loquela caret), eaque *quadrupes, maior* et *terrestris* (v. tamen Plur. no. 2), arab. بَهِيمَة. Opp. aves et reptilia. Gen. 6, 7. 20. 7, 2. 8. 23. 8, 20. Ex. 9, 25. Lev. 11, 2. Prov. 30, 30: לַיִשׁ גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *leo est heros inter quadrupedes.* Spec. valet 1) *quadrupedes domesticas, pecus,* idque collect., ut haec vox latina. Opp. חַיַּת הָאָרֶץ Gen. 1, 24, הַחַיָּה חַיַּת הַשָּׂדֶה 2, 20. 3, 14, הַחַיָּה 7, 14. 21. Lev. 25, 7 animalia agrestia, ferae. Complectitur צֹאן et בָּקָר Gen. 47, 18. Lev. 1, 2. Alibi 2) sola *iumenta* significat, ut asinos, camelos, opp. מִקְנֶה Gen. 34, 23. 36, 6. Num. 32, 26. 2 Reg. 3, 17. Cf. Jes. 30, 6. 46, 1. 3) poët. etiam de *quadrupedibus agrestibus* et *feris* usurpatur. Ita in Plur. בְּהֵמוֹת Deut. 32, 24. Hab. 2, 17, maxime sq. הָאָרֶץ Deut. 28, 26. Jes. 18, 6, שָׂדַי, הַשָּׂדֶה 1 Sam. 17, 44. Joël 1, 20, יַעַר Mich. 5, 7.

Plur. בְּהֵמוֹת 1) *quadrupedes,* v. supra; 2) Plur. maiest. (propterea sq. sing. masc.) *quadrupes magna, ingens,* quo nomine Iob. 40, 15 *hippopotamus* insignitur. Hunc enim l. c. et sq. describi, non *elephantum,* ut volebant *Drusius, Grotius, Schultensius, J. D. Michaëlis* ad h. l., *Schoderus* in Hieroz. spec. I, p. 2 sq., nobis persuasum est cum *Bocharto* (Hieroz. II, p. 754 sq.), *Ludolfo* (hist. aethiop. I, 11). Probabiliter autem sub vc. בְּהֵמוֹת latet vox aegyptiaca, hippopotamum designans, paululum inflexa, ut semitica videatur (v. אַבְרֵךְ), Π-ΕϨΕ-ΜΩΟΥΤ enim *bovem aquaticum* notat, quo nomine (*bomarino*) etiam Itali hippopotamum insigniunt (v. Jablonskii Opuscc. ed. te Water I, 52).

בָּהַן rad. inusit. probabiliter i. q. בָּהַם بهم Conj. IV. *clausit, texit.*

בֹּהֶן m. *pollex* pr. manus Ex. 29, 20

(ita dictus, quia manum claudit), dein pedis, prout sequitur יָד aut רֶגֶל Lev. 8, 23 sq. 14, 14. 17. 25. 28. Plur. constr. בְּהֹנוֹת Iudd. 1, 6. 7, a sing. deperdito בֹּהֶן. Arab. إِبْهَام et in lingua vulgari بُهْم id.

בֹּהַן (pollex) n. pr. filii Ruben, de quo nomen sortitum est אֶבֶן־בֹּהַן locus in finibus tribuum Judae et Benjamin. Jos. 15, 6. 18, 17.

בָּהַק rad. inusit. Syr. ܐܒܗܩ *albus fuit* spec. leprâ, chald. אַבְהַק splendidus fuit, בַּהִיק splendidus. (Cf. בָּהַר). Inde

בֹּהַק m. *vitiligo alba*, exanthema in Oriente haud raro occurrens, maculis albis sed pallidis (בֶּהָרוֹת בֶּהָרוֹת לְבָנוֹת) constans, leprae simile, sed innoxium, neque contagiosum, neque hereditarium. Arab. بَهَق ap. Avic. Lev. 13, 39. Vide plura in Thes. p. 183.

בָּהַר rad. inusit. Arab. بَهَرَ *luxit, splenduit*, transl. *eminuit*. Aethiop. transp. ብርሀ፡ fulsit, splenduit, ብርሃ፡ lumen, ብርሃን፡ luminare (origo est in vibrando, micando, cf. בָּהַל). Inde בָּהִיר et

בַּהֶרֶת plur. בֶּהָרוֹת f. *macula* in cute, maxime *alba*, quae, ubi reliqua cute depressior est crinemque album habet, orientis leprae symptoma (Lev. 13, 2—4. 18—23. 24—28), sin minus, innoxia est, sive cicatrix sit, sive ex ustione orta, sive vitiligo comm. 38. 39. Male enim Jahnius (Archaeol. I §. 215) nostrum etiam בַּהֶרֶת speciale certi cuiusdam morbi, nimirum λεύκης Hippocratis, nomen esse voluit. Differt בֹּהַק speciale nomen morbi maculis subalbis constans.

בּוֹא praet. בָּא (semel בָּנוּ Milêl pro בָּאנוּ 1 Sam. 25, 8), imp. בּוֹא, בֹּא, bis בֹּאת (Milêl) 1 Sam. 20, 21. 1 Reg. 13, 7, inf. בּוֹא semel בֹּאת (Milra) 1 Reg. 14, 12, fut. יָבוֹא, וַיָּבֹא, semel וַיָּבוֹ 1 Reg. 12, 12 Chethibh, cum He parag. et Suff. aliquoties irregulariter תְּבֹאתָה Deut. 33, 16, תְּבוֹאָתְךָ Iob. 22, 21, תְּבֹאתִי, Keri תָּבֹאת 1 Sam. 25, 34 (v. ind. analyt.)

1) *intrare, ingredi* (Aethiop. ቦአ፡ id. Arab. بَاءَ reversus est. Vicinum est بَاهَ coeundi sensu. Congruit radix sanscritica *wâ* ire, gr. *βάω*, unde *βαίνω*, *vado*, v. signif. no. 3, quae, etsi rarior, tamen fortasse primaria est). Opp. יָצָא Jos. 6, 1. 1 Reg 15, 17. Locus, quem quis ingreditur, ut domus, urbs, terra, navis, c. c. בְּ Gen. 19, 8. Deut. 23, 25. 26, אֶל Gen. 6, 18. 7, 1. 19, 3, לְ Esth. 6, 4, cum He parag. Gen. 12, 11. 14, et poët. c. acc. Ps. 100, 4. Thren. 1, 10 (cf. ingredi urbem), unde Gen. 23, 10. 18: בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *intrantes portam urbis eius*. Prov. 2, 19. Personam, *ad* quam ingrederis, praecedit אֶל Gen. 6, 20. 7, 13. Sq. בְּ est *ingredi in* (corpus). Ez. 2, 2: וַתָּבֹא בִי רוּחַ *animus me ingrediebatur* (cf. *μένος ἄνδρας ἐσέρχεται* Il. 17, 157). 2 Reg. 18, 21. Spec. a) בּוֹא אֶל־אִשָּׁה *ingredi ad feminam* honeste dicitur de coitu Gen. 6, 4. 16, 2. 30, 3, rarius sq. עַל Gen. 19, 31. Arab. بَاءَ et بَاهَ id. b) *ingredi in domum sponsi* novive mariti, de sponsa Jos. 15, 18, sq. אֶל Dan. 11, 6. Cf. Hiph. no. 1. c) בּוֹא בְמִשְׁפָּט עִם *intrare in iudicium cum* aliquo i. e. in ius vocare aliquem Jes. 3, 14. Iob. 22, 4. Ps. 143, 2. d) צֵאת וָבוֹא *egredi et ingredi*, loquendi formula universam vitae agendique rationem describens. 1 Sam. 29, 6. Deut. 28, 6. Ps. 121, 8. Diversum est *egredi et ingredi ante populum* i. e.

populum in bellum ducere, de duce et imperatore Num. 27, 17. 1 Sam. 18, 16. 2 Par. 1, 10, etiam omisso לִפְנֵי הָעָם Jos. 14, 11. 1 Reg. 3, 7, cf. Deut. 31, 2 (de Mose). Cf. Hiph. e) בוֹא בְּ *consuetudinem inire* cum aliquo (*sich einlassen mit jem.*). Jos. 23, 7. 12. Hinc בּוֹא בְּאָלָה et cum acc. אָלָה ingredi iusiurandum (v. אָלָה), בִּבְרִית foedus (v. בְּרִית), בְּסוֹד arcani consilii conscium esse Gen. 49, 6. f) *ingredi* munus 1 Par. 27, 1. Opp. יָצָא 2 Reg. 11, 9. g) *ingredi* (in thalamum Ps. 19, 6), de sole, i. q. *occidere.* LXX. δύω. Gen. 15, 12. 17. 28, 11 cet. Opp. יָצָא. h) *ingredi, invehi* in horrea, de proventu annuo Lev. 25, 22, inde *redire,* de proventibus et reditibus 1 Reg. 10, 14. 2 Par. 9, 13. Cf. תְּבוּאָה. Opp. יָצָא expensa, erogata est pecunia.

2) *venire,* sexcenties in V. T. Opp. הָלַךְ. Sq. אֶל personae locive Gen. 37, 23, עַל Ex. 18, 23, עַד 2 Sam. 16, 5, לְ 1 Sam. 9, 12. Jes. 49, 18, it. Acc., hinc Thren. 1, 4: בָּאֵי מוֹעֵד *venientes ad festum.* Saepe de rebus inanimatis Iob. 37, 9. 38, 11, maxime de tempore Jer. 7, 32, inde הַבָּאִים temporibus futuris Jes. 27, 6 (cf. אָתָה). Spec. a) בּוֹא בְּ venire *cum* aliqua re i. e. eam afferre, offerre (v. בְּ C, 1) 1 Reg. 13, 1. Ps. 66, 13. Eccl. 5, 2: כִּי בָא הַחֲלוֹם בְּרֹב עִנְיָן *nam somnium nobis offert multas res* videl. inanes, nugas. Ps. 71, 16: אָבוֹא בִּגְבֻרוֹת אֲדֹנָי *veniam cum facinoribus Domini* i. e. ea narrabo, laudabo (Parall. אַזְכִּיר). Cf. pers. آوردن ferre et narrare, et lat. *ferunt.* b) עַד לְבֹא donec venis Iudd. 3, 3 et ellipt. לְבֹא Num. 13, 21. 34, 8, pro *usque ad,* in descriptionibus geographicis, idem est עַד־בֹּאֲךָ Gen. 19, 22, בֹּאֲךָ, בֹּאֲכָה Gen. 10, 19. 30. 13. 10. c) sq. עַד *pervenire ad* (locum) Ex. 22, 8 et metaph. pervenire ad aliquem i. e. eum *aequare,* ei parem esse 2 Sam. 23, 19, sq. אֶל 2 Sam. 23, 23. (Arab. بَآءَ aequalis, par fuit pr. *gleichkommen*). d) *supervenire* alicui, *invadere* aliquem, maxime ex inopinato, de hoste Gen. 34, 27. 1 Sam. 12, 12. Iob. 15, 21, de calamitate Iob. 20, 22. In sermone pedestri plerumque sq. עַל Gen. 1 Sam. ll. cc. et אֶל Gen. 32, 8, in poëtico sq. acc. et לְ Iob. 3, 25. Jes. 47, 9. Raro de re bona et exoptata sq. עַל Jos. 23, 15, acc. Iob. 22, 21. Ps. 119, 41. 77. (Arab. أَتَى c. acc. supervenit alicui, invasit aliquem). e) i. q. *evenire, impleri, compleri,* de desiderio Prov. 13, 12, maxime de vaticiniis 1 Sam. 9, 6. Deut. 13, 2. 18, 22. Iudd. 13, 12, de signo a propheta edito 1 Sam. 10, 7. Opp. שׁוּב, נָפַל. f) בּוֹא בְשֵׁמוֹת *adduci* i. e. *recenseri nominatim, mit Namen auf- oder angeführt werden.* 1 Par. 4, 38.

3) Rarius valet *ire* i. q. הָלַךְ. Gen. 37, 30: אָנָה אֲנִי בָא *quo eam?* quo me vertam? Ion. 1, 3: *invenit navem* בָּאָה תַרְשִׁישׁ *quae Tartessum itura erat.* Jes. 7, 24. 22, 15. 24, 62. Num. 32, 6. Iudd. 19, 3. Jes. 7, 24. Sq. Dat. pleon. לְךָ 1 Sam. 22, 5. Spec. a) metaph. *vivere* i. q. הִתְהַלֵּךְ, הָלַךְ Ps. 40, 8, sq. אֵת et עִם cum aliquo i. e. consuetudinem habere Ps. 26, 4. Prov. 22, 24. b) בּוֹא אֶל־אֲבוֹתָיו *ire ad patres suos* Gen. 15, 15 i. q. הֵאָסֵף אֶל־אֲבוֹתָיו congregari ad patres suos, intrare in orcum (v. אָסַף Niph. no. 1).

Hiph. הֵבִיא, 2 pers. הֵבֵאתָ c. Suff. הֲבֵאתָנוּ Ps. 66, 11, הֲבֵאתִים Ez. 23, 22, frequentius הֲבִיאֹתַנִי, הֲבִיאֹתִיךָ, הֲבִיאֹתִים Plur. הֲבֵאתֶם Lev. 23, 10 et הֲבִיאֹתֶם 1 Sam. 16, 17, inf. הָבִיא, semel הָבִי Ruth 3, 15, gerund. לְהָבִיא, bis לָבִיא 2 Par. 31, 10. Jer. 39, 7, fut. יָבִיא, וַיָּבֵא abiecto א אָבִי 1 Reg. 21, 29, cau-

sat. conj. Kal, ferme in omnibus significationibus 1) *introduxit, induxit* in domum Gen. 43, 17, navem Gen. 6, 19, terram Ex. 6, 8, spec. *uxorem duxit* Iudd. 12, 9 (v. Kal 1, b), הֵבִיא בְמִשְׁפָּט *in ius vocavit* Iob. 14, 3. Eccl. 11, 9 (v. Kal 1, c), הוֹצִיא וְהֵבִיא *eduxit et reduxit* populum i. e. in bellum et e bello, de rege alioque duce militari Num. 27, 17. 1 Par. 11, 2 (v. Kal 1, d), *ingredi* i. e. *occidere iussit* solem Amos 8, 9 (v. Kal 1, g). De inanimatis, *invexit* proventum in horrea 2 Sam. 9, 10, *tulit intro, intulit* (LXX. εἰςφέρω) Gen. 27, 10. Lev. 4, 5. 16 cet., *inseruit, immisit,* ut manum in sinum Ex. 4, 6, vectes in annulos Ex. 25, 14. 26, 11.

2) *adduxit,* pr. de animatis, sq. אֶל, לְ *ad* aliquem Gen. 2, 19. 22. 43, 9. 44, 32, *advocavit, admisit* Esth. 5, 10. 12. Transfertur ad res inanimatas a) *attulit* Gen. 27, 10. 30, 14. 31, 39. 33, 11. 2 Par. 9, 10. Gen. 37, 2: וַיָּבֵא אֶת־דִּבָּתָם רָעָה אֶל־אֲבִיהֶם *er trug dem Vater böse Gerüchte über sie zu.* b) *obtulit* munus 1 Sam. 9, 7. 25, 27, sacrificium Gen. 4, 4. c) sq. עַל *adduxit super aliquem* malum s. perniciosum quid, ut diluvium Gen. 6, 17, calamitatem Jer. 4, 6. 5, 15. Rarius sq. לְ Jer. 15, 8, et אֶל 32, 42. d) *evenire iussit, eventum dedit* verbis, consilio, vaticinio Jes. 37, 26. 46, 11. Jer. 39, 16. (Cf. Kal 2, e).

3) *duxit, abduxit, secum tulit* 2 Par. 36, 7. Dan. 1, 2. (LXX. ἀποφέρω), inde a) simpl. *tulit* i. q. נָשָׂא. Iob. 12, 6: *qui deum in manu fert* s. gerit (v. אֱלוֹהַּ p. 60). Ps. 74, 5: כְּמֵבִיא לְמָעְלָה ... קַרְדֻּמּוֹת *sicut qui sursum tollit ... secures,* instar lignatoris. b) *reduxit* (cf. arab. باء reversus est. IV. reduxit). Deut. 33, 7: *exaudi, Jehova, vocem Judae* וְאֶל־עַמּוֹ תְּבִיאֶנּוּ *et reducas eum ad populum suum.* c) *abstulit* aliquid i. e. *reportavit, adeptus est, sibi conciliavit,* cf. arab. باء sq. ب. Ps. 90, 12: וְנָבִא לְבַב חָכְמָה *ut adipiscamur cor sapiens.*

Hoph. הוּבָא 1) pass. Hiph. no. 1. *introductus est* Gen. 43, 18. Ps. 45, 15, *illatus est* Lev. 10, 18. 2 Reg. 12, 10 sq., *insertus, immissus est* Ex. 27, 7. — 2) pass. Hiph. no. 2. *adductus est* Lev. 13, 2. 9. 14, 2, *allatus est* Gen. 33, 11. Nomm. derivata sunt בִּאָה, מָבוֹא et מוֹבָא, תְּבוּאָה.

בּוּב. Quae ad hanc rad. vulgo referunt, נָבוּב et בָּבָה, ego refero ad rad. נָבַב.

בַּוַּי n. pr. m. fort. persicae originis i. q. בֵּבַי.

בּוּז fut. יָבוּז *contemnere, despicere.* Vicinum est בָּזָה. (Utrumque pr. si quid video, i. q. בּוּס pedibus conculcare, quod ad contemtum refertur cf. Prov. 27, 7). Constr. sq. acc. Prov. 1, 7, saepius לְ 11, 12. 13, 13. 14, 21. 23, 9. Cant. 8, 1. 7. Prov. 6, 30: לֹא יָבוּזוּ לַגַּנָּב *non despiciunt furem* i. e. non impunis dimittitur fur, cf. 30, 17. — Zach. 4, 10 בַּז in 3 praet. legitur pro בָּז, qs. a בָּזַז. Inde

בּוּז m. 1) *contemtus.* Iob. 12, 5. 31, 34. 2) n. pr. a) filii Nahori natu secundi Gen. 22, 21, it. populi et regionis Arabiae desertae Jer. 25, 23. Nom. gent. est בּוּזִי Iob. 32, 2. b) m. 1 Par. 5, 14.

בּוּזָה f. *contemtus,* inde *qui contemtui est, sunt* Neh. 3, 36.

בּוּזִי (Buzo oriundus cf. בּוּז no. 2, a) n. pr. *Buzi,* pater Ezechielis prophetae et sacerdotis Ez. 1, 3.

בּוּךְ rad. in Kal inusit., quae *vertendi, volvendi,* hinc *turbandi* significationem habebat, cf. אָבַךְ, أفك et הָפַךְ vertit, convertit, arab.

باك confusum turbatumque fuit negotium, نبك implicuit se malo.

Niph. נָבוֹךְ Part. plur. נְבֻכִים (Ex. 14, 3) *perturbatus est* Esth. 3, 15, *oberravit* cum perturbatione Joel 1, 18. Ex. l. c. Inde מְבוּכָה.

בּוּל pro יְבוּל a rad. יָבַל 1) *pluvia* (v. rad. no. 1), hinc *mensis pluviae*, octavus Hebraeorum mensis, a novilunio Novembris ad Decembris novilunium 1 Reg. 6, 38. 2) *proventus* i. q. תְּבוּאָה Iob. 40, 20, adiecto עֵץ *caudex ligni, truncus*, ut in lingua chald. Jes. 44, 19.

בּוּם rad. inusit., quae *altitudinis* notionem habuisse videtur, unde בָּמָה locus excelsus, q. v. Reliquae linguae semiticae hac radice carent (vide tamen syr. ܒܘܡܐ 1 Sam. 10, 23 Pesch.), sed haud obscura eius vestigia sunt in linguarum stirpe indogerm., ut pers. بام summum rei, tectum, βωμός altare, tumulus et βοῦνος collis, *pomus* de arboribus altioribus, in lingg. germ. *Bom, Boom, Baum,* unde *sich bäumen.*

בּוּן c. derivatis v. בִּין.

בּוּנָה (prudentia) n. pr. m. 1 Par. 2, 25.

בּוּנִי v. בָּנִי.

בּוּס fut. יָבוּס *pedibus calcare, conculcare,* veluti rem neglectam et despectam Prov. 27, 7, it. *pedibus comminuere,* hostes i. e. penitus subigere. Jes. 14, 25. 63, 6. Ps. 44, 6. 60, 14. Part. בּוֹסִים Zach. 10, 5. [Pedibus calcare plurimis in linguis syllaba *pat* exprimitur varie inflexa, v. sanscr. *pati* via, *pat* pes, zend. *pethô*, *pâte* semita (pers. پا pes), gr. πάτος, πατέω, et ποῦς pro ποδς, gen. ποδός, lat. *pes, pedis* et *petere*, germ. inf. *padden, pedden* = πατεῖν, *Pfad,* angl. *Path, Fufs* (foot), ab Hebraeis t in sibilum verso *pas, bas.* Inculcandi sensu vicinum est אָבַס, contemnendi, ut gr. πατέω Il. 4, 157, בּוּז, בָּזָה. Cf. etiam דָּבַב, טָפַף].

Pil. בּוֹסֵס *pedibus calcavit* locum terramve sanctam Jer. 12, 10. Jes. 63, 18, adiuncta polluendi profanandique potestate, cf. καταπατεῖν i. q. βεβηλοῦν 1 Macc. 3, 45. 51. Apoc. 11, 2 et רָמַס.

Hoph. part. מוּבָס *conculcatum* (de cadavere) Jes. 14, 19.

Hithpal. הִתְבּוֹסֵס *ad conculcandum proiectus est.* Ez. 16, 6. 22. Cf. הִתְרַפֵּס.

Nomm. derivata sunt: מְבוּסָה, תְּבוּסָה et n. pr. יְבוּס.

בּוּעַ rad. inusit., quae cum vicinis בָּעָה, בָּעַע et נָבַע *intumescendi* potestatem habet, varie postea, tum ad aquam *scaturientem* et *ebullientem*, tum ad ulcera *propullulantia pustulas*que in cute orientes translatam. V. אֲבַעְבֻּעֹת.

בּוּץ rad. inusit. i. q. arab. باض med. Je *albus fuit* (c. acc. superavit albedine) II. album fecit. IX. et XI. albi coloris fuit, unde أَبْيَضُ albus, candidus. Congruit pers. وِيِزْ albus, candidus, germ. angl. *weifs, white,* germ. super. *biefs.* Inde בֵּיצָה ovum et

בּוּץ m. *byssus* et *pannus byssinus* i. e. bombycinus, isque candidus (v. etymon et Apoc. 19, 8. 14, cf. quae disputavimus in Thes. p. 190), subtilissimus et pretiosissimus, quo vestiebantur reges (1 Par. 15, 27), sacerdotes (2 Par. 5, 12), et beatissimi quique (Esth. 1, 6. 8, 15). Aramaeae originis vc. est, et spec. propterea de bysso Syrorum usurpatur (Ez. 27, 16), quae distingui videtur ab Aegyptiorum bysso שֵׁשׁ dicta (ibid. comm. 7): alibi non differt a שֵׁשׁ et pro eo frequentatur in sequiore Hebraismo 1 Par. 4, 21. 2 Par. 3, 14 coll. Ex. 26, 31. (Sic

ܒܘܨ et chald. בּוּץ in V. et N. T. pro hebr. שֵׁשׁ et gr. *βύσσος*). V. J. R. Forster de bysso antiquorum liber singularis. Lond. 1776. Celsii Hierob. 2, 167 sq. J. E. Faber ad Harmari observatt. 2, 382 sq.

בּוֹצֵץ (splendens, a بَصَّ splenduit) n. pr. rupis prope Gibeam 1 Sam. 14, 4.

בּוּק i. q. בָּקַק *evacuavit.* Inde מְבוּקָה et

בּוּקָה f. *vacuitas, evacuatio* i. e. vastatio, depopulatio (cf. בָּהָה). Semel legitur Nah. 2, 11: בּוּקָה וּמְבוּקָה de vastatione maxima, ut שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה, שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה a radd. שׁוֹא, שָׁמֵם.

בּוֹקֵר pr. *armentarius* (denom. a בָּקָר q. v.), ampliore significatu etiam de *opilione* Amos 7, 14. Non minus late patet lat. *armentarius* (Virg. Ge. 3, 344), quo bene utitur Vulgatus.

I. **בּוֹר** Plur. בֹּרוֹת m. (pro בְּאֹר, בְּאֵר, a rad. בָּאַר) *fovea*, arab. بُؤْرَة 1 Sam. 13, 6. 1 Par. 11, 22. 2) spec. *cisterna*. Gen. 37, 20 sq. בֹּרוֹת חֲצוּבִים cisternae lapidi incisae. Deut. 6, 11. Cisternis aqua carentibus uti solebant pro carceribus (Zach. 9, 11. Jer. 38, 6 sq.), hinc 3) i. q. *carcer* Jes. 24, 22, plenius בֵּית הַבּוֹר Jer. 37, 16. Ex. 12, 29. 4) *sepulcrum.* Frequens est locutio יוֹרְדֵי־בוֹר *qui descenderunt in sepulcrum* i. e. mortui. Ps. 28, 1. 30, 4. 88, 5. Jes. 38, 18. Jes. 14, 19: יוֹרְדֵי אֶל־אַבְנֵי־בוֹר *descensuri in lapides sepulcri* i. e. in sepulcris lapideis (nobilioribus) sepeliendi. עַד בּוֹר *usque ad sepulcrum.* Prov. 28, 17. Jes. 14, 15: יַרְכְּתֵי־בוֹר *recessus sepulcri* i. e. imum sepulcrum.

II. **בּוֹר** i. q. בֹּר q. v.

בּוּר i. q. בָּרַר *exploravit*, semel legitur Eccl. 9, 1, ubi inf. לָבוּר *ad explorandum* (cf. 3, 18 לְבָרָם).

בּוֹשׁ praet. בֹּשׁ, בֹּשְׁתִּי, part. plur. בּוֹשִׁים fut. יֵבוֹשׁ *pudere, pudore affici.* (Respondet syr. chald. בְּהַת, ܒܗܬ, it. arab. بَهِتَ, بُهِتَ attonitus fuit, obstupuit, obmutuit et lat. *pudere, pudor.* Origo non quaerenda videtur in erubescendo, sed potius in pallore, et terrore, ut vicina sint בּוּץ, et בָּעַת.) Esr. 8, 22: בֹּשְׁתִּי לִשְׁאֹל *puduit me petere.* 9, 6. Semel c. verbo fin. Iob. 19, 3: לֹא־תֵבֹשׁוּ תַּהְכְּרוּ־לִי *sine pudore me obtunditis.* Sequitur מִן rei, cuius nos pudet Ez. 36, 32 (coll. 43, 10. 11). Spec. est 1) *spe et exspectatione excidere,* quod cum pudore et rubore coniunctum est. Jer. 14, 3. Iob. 6, 20. Tribuitur hostibus et impiis post irritos conatus in fugam conversis Ps. 6, 11. 25, 3. 31, 18. 35, 4, hominibus inexspectata calamitate oppressis Jerem. 15, 9. 20, 11, agricolae spe messis destituto Jerem. 14, 4 cf. Jes. 19, 9 et הוֹבִישׁ. Contra *non pudefactum iri* dicuntur, quicunque fiduciam in Deo posuerunt. Ps. 22, 6. 25, 2. 3. Sq. מִן rei, quae spem fefellit. Jer. 2, 36.

2) Transfertur ad *animum* quocunque modo *laborantem, perturbatum, confusum* (cf. arab. بَهِتَ). Sic impr. in formula עַד בּוֹשׁ. Iudd. 3, 25: *exspectabant* עַד בּוֹשׁ *usque dum perturbati sunt.* 2 Reg. 2, 17.

3) Semel dici videtur de re, quae aliorum spem in se positam fefellit (cf. בֹּשֶׁת). Hos. 13, 15: יֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ *pudefaciet fons eius* (cf. Jer. 14, 3) i. e. exarescet. Sequ. יֶחֱרַב. Probabilius vero יֵבוֹשׁ h. l. idem valet quod יִיבַשׁ. (Vc. est sermoni poëtico familiare, in pedestri raro, v. no. 1. 3, in Pentateucho in Kal nunquam obvium, sed vide Hithpal.)

Pil. בֹּשֵׁשׁ *cunctatus est,* sq.

gerundio Ex. 32, 1. Iudd. 5, 28. Proprie exspectantem pudore affecit eum iusto diutius detinendo. Cf. עַד בּוֹשׁ Iudd. 3, 25.

Hiph. הֵבִישׁ 2 pers. הֲבִישׁוֹתָ 1) *pudore affecit* aliquem, impr. propter irritos conatus. Hinc de Deo: conatus irritos fieri iussit. Ps. 14, 6. 44, 8. 119, 31. 116. — 2) *ignominia affecit.* Prov. 29, 15. 3) intrans. *pudenda fecit, turpiter egit* (cf. הֵרַע, הֵיטִיב). Part. מֵבִישׁ turpis, inhonestus, nequam. Prov. 10, 5. Ut h. l., ita 14, 35. 17, 2, opponitur מַשְׂכִּיל. Nequitia enim stultitiam quoque complectitur, ut alibi stultitiae vocabula (כְּסִיל, נְבָלָה) ad nequitiam referuntur. Fem. מְבִישָׁה Prov. 12, 4, opp. אֵשֶׁת חַיִל. Aliam formam coniugationis Hiphil, הוֹבִישׁ, habes sub rad. יָבֵשׁ.

Hithpal. *erubuit, puduit eum* Gen. 2, 25. Pedestris sermonis fuisse videtur, cf. ad הִתְאַבֵּל, הִתְאַנֵּף.

Derivv. sunt מְבֻשִׁים, בֹּשֶׁת, בָּשְׁנָה et

בּוּשָׁה f. *pudor.* Ps. 89, 46. Ez. 7, 18. Obadj. 10. Mich. 7, 10.

בִּית chald. *pernoctavit* Dan. 6, 19. In Targg. saepe pro לִין. Syr. ܒܬ id. et commoratus est, mansit, arab. بَاتَ med. Je, aethiop. ቤተ፡ pernoctavit, permansit. Inde vulgo ducitur בַּיִת domus, sed v. s. h. v.

בַּז c. Suff. בִּזָּהּ m. *praeda.* Usurpatur de hominibus bestiisque bello abductis (alibi שְׁבִי, מַלְקוֹחַ), item de opibus ab hoste direptis. Num. 14, 3. Jer. 15, 13. 49, 32. בָּזַז בַּז v. בָּזַז. Creberrimae sunt formulae הָיָה לָבַז (in) praedam fieri, abduci Num. 14, 31. Deut. 1, 39. Jes. 42, 22, nonnunquam addito Dat. Ez. 26, 5. 34, 28, נָתַן לָבַז in praedam dare Jer. 17, 3. Ez. 25, 7 Keri.

בָּזָא ἅπαξ λεγόμ. haud dubie *dissecandi* potestatem habens. Jes. 18, 2: *populus* .... אֲשֶׁר בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ, *cuius regionem flumina dissecant.* Significatur Aethiopia, v. Comment. nostr. ad h. l. Radix בָּזָא emollita est ex formis durioribus בָּזַע (fidit), פָּצַע, בָּצַע, quae cunctae secandi potestatem habent. Inest ea non solum in syllabis בז, בץ, פץ (cf. sub rad. פָּצָה), sed etiam, utpote findendi sonum imitans, in multis aliis in sibilum cadentibus, ut קץ, כס, גז; חז, חס, חץ; תז; neque non in ד, ut קט, גד, quod quidem posterius in linguis indogermanicis frequentius, cf. sanscr. *bhidh* findere, *tschid,* pers. *tschiden,* σχίζω, *scindo* rel.

בָּזָה i. q. בּוּז *sprevit, contemsit,* pr. pedibus conculcavit, v. בּוּז, בּוּס. Constr. sq. acc. Num. 15, 31. Ps. 22, 25. 102, 18, rarius sq. לְ 2 Sam. 6, 16 et (apposite ad etymon) עַל Neh. 2, 19. Opp. כִּבֵּד 1 Sam. 2, 30. Prov. 19, 16: בּוֹזֵה דְרָכָיו *qui vilipendit* (i. e. negligit) *suam vivendi rationem.* Esth. 3, 6: וַיִּבֶז בְּעֵינָיו לִשְׁלֹחַ יָד *et parum ei erat, manum admovere.* Ps. 73, 20.

Niph. part. נִבְזֶה *contemtus* Jes. 53, 3. Ps. 15, 4.

Hiph. i. q. Kal Esth. 1, 17.

Derivv. sunt: בִּזָּיוֹן, n. pr. בִּזְיוֹתְיָה, נִמְבְזָה.

בֹּזֶה adj. verbale formae intransitivae (et passivae) *contemtus.* Jes. 49, 7: בְּזֹה־נֶפֶשׁ *contemtus ab hominibus,* i. q. בְּזוּי עָם Ps. 22, 7.

בִּזָּה i. q. בַּז *praeda* (a rad. בָּזַז), sed nonnisi in sequiore Hebraismo (cf. aram. ܒܘܙܐ) 2 Paral. 14, 13. 28, 14. Esr. 9, 7. Neh. 3, 36. Esth. 9, 10 sq. Dan. 11, 24. 33. Saepe iungitur Synonymis שְׁבִי et שָׁלָל.

בָּזַז pl. בָּזְזוּ, בַּזּוֹנוּ, semel בְּזוֹנוּ

inf. בֹּז, fut. יָבֹז *diripuit, praedam egit, praedatus est, spoliavit.* (Arab. بَزَّ Conj. I. VIII. aram. בְּזַז, ܒܙ id. Primaria potestas esse videtur in *dispergendo,* cf. vicinas radd. בָּזָא, בָּזַק, בָּזַר. Inde chald. בַּזְבֵּז dilapidavit, dissipavit, a quo vulgo ducitur נִבְזְבָּה donum largius, v. sub h. v.). Constr. a) absol. Num. 31, 53. 1 Sam. 14, 36. b) c. acc. praedae: *praedatus est* aliquid, *rapuit, raptumque asportavit.* Gen. 34, 29. Num. 31, 9. Deut. 2, 35. 3, 7. בָּזַז בַּז rapuit praedam Jes. 10, 6. 33, 23. בָּזַז שָׁלָל id. 2 Par. 28, 8. c) c. acc. urbis, regionis, hominum spoliatorum. Gen. 34, 27. Ez. 39, 10. 2 Reg. 7, 16. 2 Par. 14, 13. Jes. 42, 22.

Niph. נָבֹז pl. נָבֹזּוּ inf. et fut. הִבּוֹז, יִבּוֹז *spoliatus est*, pass. Kal litt. c. Amos 3, 11. Jes. 24, 3.

Pu. id. Jer. 50, 37. Derivv. בַּז, בִּזָּה.

בִּזָּיוֹן m. (a rad. בָּזָה) *contemtus* Esth. 1, 18.

בִּזְיוֹתְיָה (contemtus Jehovae) n. pr. oppidi in meridionalibus Judae Jos. 15, 28.

בָּזַק rad. inusit. pr. *sparsit,* ut syr. ܒܙܩ. Arab. بزق est: spuit, seminavit, it. ortus est (sol), pr. radios sparsit, in qua radiandi coruscandique potestate vicinum videtur radici בָּרַק (de ז et ר inter se permutatis v. ז). Inde ἅπαξ λεγόμ.

בָּזָק m. Ez. 1, 14 i. q. בָּרָק *fulgur, fulgetrum.* Ita omnes Verss. vett., it. Abulwalides et Kimchius.

בֶּזֶק (fulgur) n. pr. urbis Cananaeae cui imperabat Adoni-besek Iud. 1, 4 sq. 1 Sam. 11, 8.

בָּזַר *sparsit, dispersit, dissipavit* i. q. פָּזַר. Dan. 11, 24. Arab. بَذَرَ Conj. II. et بذر seminavit cf. aram. בְּדַר.

Pi. dispersit, in fugam coniecit (hostes) Ps. 68, 31.

בִּזְתָא n. pr. eunuchi in aula Xerxis Esth. 1, 10, fort. pers. بسته *beste* ligatus sc. membro i. e. spado.

בָּחוֹן m. adj. verbale i. q. בֹּחֵן *explorator* (metallorum) Jer. 6, 27.

בַּחוּן (c. Dag. forti occulto) m. *specula, turris* urbi obsidendae exstructa. Jes. 23, 13 Keri.

בָּחוּר pl. בַּחוּרִים, בַּחוּרֵי (formae קַטּוּל c. Dag. forti occulto, ut distinguatur a בְּחוּרִים) m. *iuvenis,* dictus a praestantia formae (v. infra part. בָּחוּר no. 2): nisi forte hanc significationem repetitam putabis a vicino בֶּכֶר no. 3, unde arab. بِكْر virgo. Iudd. 14, 10. 1 Sam. 8, 16. Iuvenem notat maturae aetatis, sed caelibem Ruth 3, 10. Jes. 62, 5, saepe iungitur בְּתוּלָה Deut. 32, 25. Thren. 1, 18. 2, 21 cet. Spec. *iuvenes* dicuntur de *pube bellica,* Jes. 9, 16. 31, 8. Jer. 18, 21. 49, 26. 51, 3. Am. 4, 10. (Cf. יְלָדוּת et שָׁלָל).

בְּחוּרוֹת v. בְּחֻרִים.

בַּחִין Jes. 23, 13 Cheth. v. בַּחוּן.

בָּחִיר m. adj. verb. *electus,* ἐκλεκτός. Nonnisi in formula בְּחִיר יְהוָה a Deo electus 2 Sam. 21, 6, de Mose Ps. 106, 23, de populo Israëlitico Jes. 43, 20. 45, 4 (parall. עֶבֶד יְהוָה), de piis prophetisque Jes. 42, 1 (sec. alios de Messia). Plur. de piis Jes. 65, 9. 15. 22. Ps. 105, 43.

בָּחַל I) i. q. בָּעַל no. 3 sq. בְּ *fastidivit,* cf. syr. ܒܚܝܠܐ nauseans, stomachi fastidio laborans. Zach. 11, 8: נַפְשָׁם בָּחֲלָה בִי *anima eorum fastidiverat me.* Caeterum haec significatio vel repetita est a cognato בָּעַל בְּ, vel a בָּחַן et בָּחַר בְּ, sed *reprobandi* potestate.

II) i. q. arab. بخل *avarus fuit*. Inde *Pu.* Prov. 20, 21 in Chethibh: נַחֲלָה מְבֻחֶלֶת *opes avaritia partae.* Vide Schult. animadvv. ad h. l. Vett. Versiones Keri מבהלת vertendo expresserunt.

בָּחַן fut. יִבְחַן 1) *exploravit, examinavit*, maxime metalla (ut syn. צָרַף) Jer. 9, 6. Zach. 13, 9. Ps. 66, 10, unde metaph. Iob. 23, 10: בְּחָנַנִי כַּזָּהָב אֵצֵא *examinet me, instar auri prodibo*, et neglecta primaria potestate Iob. 12, 11: הֲלֹא אֹזֶן מִלִּין תִּבְחָן *en! auris examinat verba.* 34, 3. Saepe a) de Deo hominum pectora explorante. Ps. 7, 10. 17, 3. Prov. 17, 3. Ps. 81, 8, impr. calamitates iis immittendo Iob. 7, 18. b) de hominibus Deum tentantibus (i. q. נִסָּה) i. e. incredulis Mal. 3, 10. 15. Ps 95, 9.

2) *speculatus est* i. q. צָפָה, unde בַּחַן, בַּחִין specula. (Chald. בְּחַן, syr. ܒܚܢ examinavit. Arabes hoc significatu habent محن Conj. I. VIII. ب et م inter se permutatis, quod pr. terendi, atterendi potestatem habet, ita ut exploratio dicta sit a terendo ad lapidem Lydium, gr. *βάσανος* dictum, quod quidem vc. ex orientali בחן ortum videtur).

Niph. exploratus, probatus est. Gen. 42, 15. 16. Iob. 34, 36.

Pu. בֹּחַן id. Ez. 21, 18: כִּי בֹחַן *nam probatio facta est*, cf. Schnurrerus ad h. l. LXX. ὅτι δεδικαίωται. Aliis בֹּחַן est nomen: *probatio* sc. facta est.

Nomm. derivata praeter seqq. בָּחוֹן, בַּחוּן, בַּחִין.

בַּחַן m. *specula* (v. rad. no. 2). Jes. 32, 14: עֹפֶל וָבַחַן *collis* (Ophel) *et specula* in eo. Intelligi videtur turris in colle Ophel exstructa, de qua Neh. 3, 26. 27.

בֹּחַן m. *probatio.* Jes. 28, 16: אֶבֶן בֹּחַן *lapis probatus* i. e. firmitatis exploratae, ut aedificio tuto substerni possit.

בָּחַר fut. יִבְחַר 1) *probavit* i. q. *exploravit, examinavit*, ut syr. ܒܚܪ i. q. hebr. בָּחַן. (Primo loco posuimus hanc significationem, quanquam rariorem et in sequiore Hebraismo magis usitatam: exploratio enim praecedit electionem. Origo vel est in atterendo ad lapidem Lydium, ut idem sit quod בָּחַן, vel in dissecando et perscrutando, cll. ܒܨܐ, בָּקַר no. 1. Congruit gr. *πειράω*, lat. *perior*, unde ex*perior*, com*perior*, *periculum*, *peritus*). Jes. 48, 10: בְּחַרְתִּיךָ בְּכוּר עֹנִי *probavi te in fornace miseriae.* Iob. 34, 4. 2 Par. 34, 6, ubi Chethibh efferendum: בָּחַר בָּתֵּיהֶם *exploravit domus eorum* (idololatrarum).

2) *probavit* i. q. *elegit, delegit.* Resp. arab. تخير VIII. selegit meliores, delectum habuit, meliorem cepit rei partem, خِيرَةٌ, خَيْرَةٌ res selecta, quod eligitur. Iob. 9, 14. 15, 5. 29, 25. Saepe c. dat. לוֹ elegit sibi. Gen. 13, 11. Ex. 17, 9. Jos. 24, 15. Id, quod eligitur, ponitur in Accus. (v. exempla laudata), et crebrius etiam praevio בְּ (cf. בְּ B, 4). Deut. 7, 6. 14, 2. 18, 5. Num. 16, 5. 17, 20. 1 Sam. 10, 24. 16, 8. 9 cet., semel עַל (quod desiderium rei notat, v. עַל no. 4) Iob. 36, 21, it. מִן (praeferendi potestate) Ps. 84, 11. — Part. בָּחוּר pl. constr. בְּחוּרֵי 1 Sam. 26, 2 a) *delectus, electus.* Exod. 14, 7. b) *praestans, eximius.* Cant. 5, 15.

3) *dilexit* aliquem, *delectatus est* aliqua re (utrumque a deligendo), *concupivit*, c. c. acc. Gen. 6, 2. Jes. 1, 29. 2 Sam. 15, 15: כְּכֹל אֲשֶׁר־יִבְחַר אֲדֹנִי *secundum omne quod placebit domino meo.* Prov. 1, 29. 3, 31; sq. בְּ Jes. 14, 1: וּבָחַר עוֹד בְּיִשְׂרָאֵל *et in poste-*

rum etiam diliget Israëlem. Zach. 1, 17. 3, 2; et לְ 1 Sam. 20, 30 (ubi tamen complures codd. בְּ). Semel praegn. add. עַל pers. 2 Sam. 19, 39: כֹּל אֲשֶׁר־תִּבְחַר עָלַי אֶעֱשֶׂה־לָּךְ *quaecunque cupies mihique* (ad faciendum) *impones, faciam tibi.*

Niph. 1) *eligendus* i. e. praestans *fuit*, sq. מִן praestantior aliqua re Jer. 8, 3. Part. נִבְחָר *praestans.* כֶּסֶף נִבְחָר argentum praestans Prov. 10, 20. 8, 10. 19, sq. מִן praestantior. Prov. 16, 16. 22, 1. 2) sq. לְ *eligi ab aliquo, placere alicui.* Prov. 21, 3.

Pu. electus est, nonnisi Eccl. 9, 4 Chethibh.

Nomm. derivata sunt: בָּחִיר, מִבְחָר, בְּחוּרוֹת, בַּחֻרִים, בָּחוּר, מִבְחוֹר, n. pr. יִבְחָר et

בַּחֻרִים (vicus *iuvenum*) oppidulum Benjaminitarum 2 Sam. 3, 16. 16, 5. 17, 18. 19, 17. 1 Reg. 2, 8. Io. Simonis inde derivat N. gent. בַּחֲרוּמִי 1 Paral. 11, 33, litteris transpositis בַּרְחֻמִי 2 Sam. 23, 31.

בְּחֻרִים (formae זְקֻנִים) m. pl. Num. 11, 28 et **בְּחוּרוֹת** Eccles. 11, 9. 12, 1 *iuventus.*

בָּטָא et **בָּטָה** i. q. בָּדָד no. II βαττολογεῖν, *blaterare, garrire, schwatzen, temere et inconsiderate loqui*, vc. onomatop. ut illud graecum et latinum. Part. בּוֹטֶה *blaterator, garrulus* Prov. 12, 18.

Pi. id. Lev. 5, 4. Ps. 106, 33. Quod utroque loco additur בִּשְׂפָתַיִם, auget vim huius locutionis, v. שְׂפָתַיִם.

Deriv. מִבְטָא.

I. **בָּטַח** 1) *confisus est* alicui, *spem et fiduciam* in aliquo *collocavit.* (Chald. et sam. id. sed raro. Arab. بطح *prostravit resupinum*, coniecit in faciem, unde hebr. בָּטַח בְּ fort. pr. coniecit se vel curas suas in aliquem, cf. גֹּל עַל Ps. 22, 9). Sq. בְּ Prov. 11, 28. Ps. 28, 7, עַל 2 Reg. 18, 20. 21. 24, אֶל Ps. 4, 6. 31, 7. Nonnunquam accedit Dat. pleon. Jer. 7, 4: אַל־תִּבְטְחוּ לָכֶם אֶל־דִּבְרֵי הַשֶּׁקֶר *ne spem vestram collocetis in verbis mendacibus.* Comm. 8. 2 Reg. 18, 21. Raro absol. ponitur Iob. 6, 20. Ubi ita legitur, plerumque valet 2) *securus fuit, nihil sibi timuit.* Iudd. 18, 7. 10. 27. Jer. 12, 5. Iob. 40, 23: יִבְטַח כִּי־יָגִיחַ יַרְדֵּן אֶל־פִּיהוּ *nihil timet, etsi Jordanes ad os eius erumpat.* Prov. 11, 15: שֹׂנֵא תֹקְעִים בּוֹטֵחַ *qui odit sponsiones, securus vivit*, huic non est timendum. Opp. רַע יֵרוֹעַ. Atque sic a) in bonam partem dr. de securitate piorum, Jes. 12, 2. Prov. 28, 1. Iob. 11, 18. b) in malam partem de hominibus, qui omnem spem et fiduciam in rebus mundanis ponentes Deum poenasque divinas non metuunt. Jes. 32, 9. 10. 11. Prov. 14, 16. Cf. שַׁאֲנָן, שָׁלֵו, שַׁלְוָה. — Part. בָּטוּחַ *confisus*, significatione activa. Jes. 26, 3: כִּי בְךָ בָּטוּחַ *nam tibi confisus* est. Ps. 112, 7.

Hiph. fut. apoc. יַבְטַח 1) *confidere iussit, ad confidendum persuasit*, sq. אֶל־ et עַל. Jes. 36, 15. Jer. 28, 15. 29, 31. 2) absol. *securum fecit.* Ps. 22, 10.

Nomm. derivv.: בִּטְחָה, בֶּטַח, מִבְטָח, בַּטֻּחוֹת, בִּטָּחוֹן.

II. **בָּטַח** transp. i. q. טָבַח, طبخ *coxit, maturuit*, unde אֲבַטִּיחַ melo, q. v.

בֶּטַח m. 1) *fiducia*, et adv. *fidenter, confidenti animo* Gen. 34, 25. 2) *securitas* Jes. 32, 17. Alibi semper לָבֶטַח et בֶּטַח adv. a) sine periculo et metu, *tuto.* שָׁכַן, יָשַׁב בֶּטַח, יָשַׁב לָבֶטַח habitavit tuto 1 Sam. 12, 11. Lev. 25, 18. 19. 26, 5. Deut. 33, 12. b) sine metu, *secure.* Mich. 2, 8. Nonnunquam de nimis securo et incauto Iudd. 8, 11. 3) n. pr. oppidi

Syriae aere divitis, in finibus Hadadeseris siti 2 Sam. 8 8, quod in loco gemino 1 Paral. 18, 8 טִבְחַת scribitur.

בִּטְחָה f. *fiducia* Jes. 30, 15.

בִּטָּחוֹן m. *fiducia* Jes. 36, 4, *spes* Eccl. 9, 4.

בַּטֻּחוֹת f. pl. Iob. 12, 6 pr. *securitates* i. e. tranquillitas secura.

בָּטַל *vacuus* fuit (cf. בֶּטֶן), maxime a labore, hinc *cessavit, feriatus est.* Eccl. 12, 3. Arab. بَطَلَ et aeth. በጠለ: inanis, vanus fuit, rarius: cessavit.

בְּטֵל chald. id. Esr. 4, 24.
Pa. cessare jussit, inhibuit, impedivit Esr. 4, 21. 23. 5, 5. 6, 8.

בָּטַן rad. inusit. pr. *vacuus, inanis, cavus fuit* i. q. בָּטַל, بَطَلَ. Inde

בֶּטֶן f. (utpote membrum muliebre, v. no. 2 cf. arab. رَحِم et lat. *cunnus*, quae eandem ob causam feminina sunt) c. Suff. בִּטְנִי 1) *venter*, ab inanitate et cavitate dictus, cf. gr. *κενεών, λαγών, κοιλία.* (Arab. بَطْن id., بَدَن corpus, maxime cadaver, aeth. በድን: cadaver). Dicitur de ventre exteriore, tum hominum Cant. 7, 3, tum bestiarum Iob. 40, 16: plerumque vero de interiore, tum quatenus cibo repletur Prov. 13, 25. 18, 20. Iob. 20, 20. Eccl. 11, 5. Ez. 3, 3, tum, quatenus foetus ibi concipitur et formatur. Hinc

2) *uterus.* Gen. 25, 23. 24. מִבֶּטֶן מִן־הַבֶּטֶן Iudd. 13, 5. 7, Jes. 48, 8. 49, 1 et plenius מִבֶּטֶן אִמִּי Ps. 22, 10. Iudd. 16, 17 inde ab utero, et hyperbol. pro a teneris Iob. 31, 18. פְּרִי בֶטֶן soboles, proles Gen. 30, 2. Deut. 7, 13. Jes. 13, 18. Mich. 6, 7, ubique de prole iam nata, non de foetu, etiam sq. genit. patris (Mich. l. c.). De uno filio dicitur בַּר בִּטְנִי filius uteri mei Prov. 31, 2, ubi suffixum refertur ad matrem; sed Iob. 3, 10 בִּטְנִי *uterus meus* est *uterus matris meae* et בְּנֵי בִטְנִי Iob. 19, 17 non intelligendi videntur *Iobi filii* (hi enim perierant 1, 19 cf. 29, 5), sed prob. fratres uterini, *ἀδελφοί* (cf. Ps. 69, 9).

3) *intima pars rei* i. q. קֶרֶב. — בֶּטֶן שְׁאוֹל intimum orci Ion. 2, 3. Impr. de imo pectore hominis. Iob. 15, 35. 32, 18. Prov. 22, 18. חַדְרֵי בֶטֶן ima pectoris penetralia Prov. 18, 8. 20, 27. 30. 26, 22. Hab. 3, 16: וַתִּרְגַּז בִּטְנִי *et contremuerunt viscera mea.* Cf. *κοιλία* Sir. 51, 21. Ioh. 7, 38.

4) *protuberantia columnarum* ventri similis. 1 Reg. 7, 20.

5) n. pr. oppidi Ascheritarum (fort. vallis, i. q. بَطْن *κοιλάς*) Jos. 19, 25.

בָּטְנִים pl. Gen. 43, 11 *pistacia*, nucum oblongarum species, nomen habens a forma ab una parte plana, ab altera *ventriosa*, proveniens ex arbore terebintho simillima (Pistacia vera Linn.), quae in Syria frequens nascitur (Plin. H. N. 13, 10). Reliquae linguae cognatae hoc vc. ignorant, sed ܒܛܡܐ, בוּטְמָא, بُطْم valent *terebinthum* (Pistacia terebinthus Linn.), arborem passim cum pistacia confusam.

בְּטֹנִים (pistaciae) n. pr. oppidi Gaditarum Jos. 13, 26.

בִּי (pro בְּעִי a rad. בָּעָה, ut בַּל pro בְּעַל) *precatio, rogatio*, ex linguae usu in Acc. part. obsecrandi, vel potius veniam petendi, ubique sq. אֲדֹנִי, אֲדֹנָי, pr. *cum petitione, rogatione* s. rogando, petendo sc. te adeo, te adimus q. d. *pace tua*, nostr. *bitte! mit Erlaubniſs.* Gen. 44, 18: בִּי אֲדֹנִי יְדַבֶּר־נָא עַבְדְּךָ דָבָר בְּאָזְנֵי אֲדֹנִי *obsecro, domine, liceat servo tuo, uno verbulo te*

alloqui. Ex. 4, 10. 13. Num. 12, 11. Jos. 7, 8. Iudd. 6, 13. 15. 13, 8. 1 Sam. 1, 26. 1 Reg. 3, 17. 26, etiam ubi plures loquuntur Gen. 43, 20: וַיֹּאמְרוּ בִּי אֲדֹנִי יָרֹד יָרַדְנוּ וגו׳ *et dixerunt: obsecramus, domine, descendimus* cet. E vett. intpp. LXX. egregie *δέομαι* et *δεόμεθα*, Vulg. *obsecro*, *oramus*, Targg. בְּבָעוּ, syr. ܒܒܥܘ Iudd. 13, 8 *cum rogatione, rogando*, quae cuncta hebraeo בִּי ad amussin respondent et etymon a nobis propositum, postea Hartmanno, Winero aliisque probatum, mirifice confirmant. Aliorum sententias diiudicavimus in Thes. p. 222.

בִּין praet. בַּנְתָּ Ps. 139, 2 et בִּין Dan. 10, 1, בִּינֹתִי Dan. 9, 2, inf. imp. בִּין, fut. יָבִין, apoc. et conv. יָבֵן, וַיָּבֶן (v. not. ad Hiph.) pr. *distinxit* (cf. בֵּין, בַּיִן et arab. بان med. Je intrans. *distitit, segregata et distincta fuit* res, metaph. Conj. I. V. X. *facile discernenda, distincta, manifesta fuit* res), hinc *animadvertit, intellexit,* quod pendet e discernendi potestate, cf. *κρίνω*, *cerno*, *intelligo* pro interligo, germ. *merken* coll. *Marke*, בָּקַר, בָּצַר cet. Spec. 1) *animadvertit* a) oculis i. q. *vidit.* Constr. c. acc. Prov. 7, 7, בְּ Neh. 13, 7, לְ Iob. 9, 11. 23, 8. b) auribus i. q. *audivit,* Iob. 23, 5. Prov. 29, 19. c) tactu i. q. *sensit,* de rebus inanimatis Ps. 58, 10. — 2) Alibi significatur consilium et propositum quoddam, *animum advertit* ad aliquid, *attendit,* c. acc. Dan. 10, 1. Ps. 5, 2. 94, 7. Deut. 32, 7. Prov. 23, 1; בְּ (quod sequiori Hebraismo proprium esse videtur, v. supra no. 1) Esr. 8, 15. Dan. 9, 2. 23, אֶל Ps. 28, 5, לְ 73, 17. Iob. 14, 21. Deut. 32, 29. Jes. 32, 4, עַל Dan. 11, 30. 37, absol. Ps. 94, 7. — 3) *intellexit.* Dan. 12, 8: שָׁמַעְתִּי וְלֹא אָבִין *audivi* quidem, *sed non intellexi.* Jes. 6, 9, sq. כִּי 1 Sam. 3, 8. 2 Sam. 12, 19. Jes. 43, 10. — 4) *compertum habuit, scivit, novit,* sq. acc. Ps. 19, 13. Iob. 38, 20, לְ Ps. 139, 2. בִּין מִשְׁפָּט scire, quid ius sit Iob. 32, 9. Prov. 28, 5, בִּין דַּעַת Prov. 29, 7 (cf. יָדַע בִּינָה). — 5) absol. *sapuit* Iob. 42, 3. 18, 2: *sapiatis, postea loquamini.* Hos. 4, 14. Part. pl. בָּנִים sapientes, prudentes Jer. 49, 7.

Niph. נָבוֹן *intelligens, prudens fuit* Jes. 10, 13. Part. adj. נָבוֹן intelligens, rerum peritus, saepe iungitur חָכָם Gen. 41, 33. 39. Deut. 1, 13. 4, 6. Jes. 5, 21, opp. stultitiae vocabulis Prov. 10, 13. 14, 33. נְבוֹן דָּבָר sermonis peritus, eloquens 1 Sam. 16, 18.

Pil. בּוֹנֵן i. q. Kal no. 2. Deut. 32, 10: יְסֹבְבֶנְהוּ יְבוֹנְנֵהוּ *circumdedit* et *curavit eum.*

Hiph. הֵבִין inf. הָבִין imp. הָבֵן (v. not.) part. מֵבִין significationem habet 1) sibi propriam et causativam, nimirum a) causat. Kal no. 3. *declaravit, explicavit.* Dan. 8, 16. 27. Neh. 8, 8: וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא; b) causat. Kal no. 4. *docuit, instruxit,* c. acc. pers. Neh. 8, 9. Ps. 119, 34. 73. 130. Jes. 40, 14, accedente etiam acc. rei Ps. 119, 27: דֶּרֶךְ פִּקּוּדֶיךָ הֲבִינֵנִי *viam praeceptorum tuorum doce me.* Prov. 8, 5. Alibi c. acc. rei et dat. pers. Iob. 6, 24. Dan. 11, 33, et c. acc. pers. et dat. rei. Neh. 8, 7. Etiam de iis, quae divinitus patefiunt hominibus Dan. 10, 14. c) causat. Kal no. 5. *intelligentem reddidit* Iob. 32, 8. — 2) est i. q. Kal no. 1. *percepit,* velut rumorem Jes. 28, 19; no. 2. *animum advertit ad* aliquid, c. c. בְּ Dan. 9, 23. 10, 11. Neh. 8, 12, אֶל Ps. 33, 15, et absol. Dan. 8, 5. 17; no. 3. *discrevit, intellexit* 1 Reg. 3, 9; no. 4. *scivit, novit* Iob. 28, 23. Mich. 4, 12. הֵבִין דַּעַת Dan. 1, 4. Prov. 1, 2, *peritus fuit rei,* sq. בְּ Dan. 1, 17 et acc. Dan. 8, 23. Prov. 1, 6, it. absol. Jes. 29, 16; no. 5. *sapuit.* Jes. 57, 1.

Part. מֵבִין Prov. 8, 9. 17, 10. 24. 28, 7. 11.

Not. In exemplis sub no. 2 laudatis ubique exstant Praett. Inff. Impp. et Participia, quae sola ad hanc coniugationem tuto referri possunt. Formas Futuri יָבִן, יָבִין cet. primae coniug. annumeravimus, et nonnulla tantum exempla reperiuntur, quae vim causativam habeant (Jes. 28, 9. 40, 14. Iob. 32, 8).

Hithpal. הִתְבּוֹנֵן 1) pr. *attentum se exhibuit*, hinc plerumque i. q. Kal no. 2 *animum advertit, attendit, contemplatus est*, absol. Jer. 2, 10. 9, 16. Iob. 11, 11, sq. אֶל 1 Reg. 3, 21. Jes. 14, 16, עַל Iob. 31, 1. Ps. 37, 10; עַד Iob. 32, 12. 38, 18; בְּ Jer. 30, 24. Iob. 30, 20 et (quoniam vis Coniugationis in transitivam versa est) etiam c. acc. Iob. 37, 14; hinc 2) *percepit* c. acc. Iob. 26, 14. 3) *sapuit* pr. sapientem se praebuit Ps. 119, 100.

Derivantur inde nomm. יָבִין, תְּבוּנָה, תָּבוּן, et quae statim sequuntur בֵּין, בִּינָה.

בַּיִן st. constr. בֵּין pr. i. q. arab. بَيْن *intervallum, spatium interiectum* (v. Dual.), nonnisi in statu constr. et sq. Suffixis בֵּינִי, בֵּינְךָ, בֵּינוֹ, etiam plur. בֵּינֵיכֶם, בֵּינֵינוּ, בֵּינָיו, et בֵּינוֹתָם, בֵּינוֹתֵינוּ, abit vero in Praepos. 1) *inter*, arab. بَيْن. בֵּין אַחִים inter fratres Prov. 6, 19. בֵּין שִׂיחִים inter frutices Iob. 30, 7, בֵּין עֵינַיִם *inter oculos* pro *fronte* (v. עַיִן). Duplicatum *inter — inter* est בֵּין — וּבֵין Gen. 26, 28. Ex. 11, 7. Jos. 22, 25 cet. rarius בֵּין — לְ (pr. intervallum — usque ad) Gen. 1, 6. Lev. 20, 25. Deut. 17, 8, בֵּין — לְבֵין Jes. 59, 2, בֵּין — וְלְ Joël 2, 17. Ubi sequuntur verba videndi, intelligendi, docendi, haec significant: videre, intelligere, docere, quid intersit *inter et inter*. Mal. 3, 18: וּרְאִיתֶם בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע *videbitis, quid intersit inter iustum et impium*, cf. יָדַע בֵּין — לְ 2 Sam. 19, 36. Jon. 4, 11, הֵבִין בֵּין — לְ 1 Reg. 3, 9, הוֹרָה בֵּין — לְ Ez. 44, 23.

2) *intra*. Iob. 24, 11: בֵּין שׁוּרֹתָם *intra muros eorum*. Prov. 26, 13: בֵּין הָרְחֹבוֹת *intra plateas* i. q. in plateis, cf. Zach. 13, 6. De tempore Neh. 5, 18: *intra decem dies* (cf. arab. بَيْن ذَلِك). Nonnunquam

3) בֵּין — לְ et בֵּין — וּבֵין disiunctive valent *sive, sive*. 2 Par. 14, 10: אֵין עִמְּךָ לַעְזוֹר בֵּין רַב לְאֵין כֹּחַ *tibi perinde est, sive forti opitularis, sive debili*. Pr. apud te, Deus, in opitulando nullum discrimen est inter fortem et debilem. Originem huius loquendi rationis intelligis etiam ex Lev. 27, 12: *et aestimabit eam* (pecudem) *sacerdos* בֵּין טוֹב וּבֵין רָע *sive bona est, sive mala* pr. diiudicando inter bonam et malam. LXX. εἴτε καλή, εἴτε σαπρά. 2 Sam. 19, 36. (Ita ap. Rabbinos בין — בין sive, sive, tam, quam).

Componitur c. aliis praeposítt. a) אֶל־בֵּין *inter* c. acc. Ez. 31, 10. 14, et אֶל־בֵּינוֹת 10, 2. — b) עַל־בֵּין *usque inter* Ez. 19, 11. — c) מִבֵּין pr. *e medio, zwischen* (etwas) *weg, zwischen hervor*, gall. *d'entre*. Zach. 6, 1: *duo currus exeuntes* מִבֵּין שְׁנֵי הֶהָרִים *e medio duorum montium*. Ps. 104, 12: *edunt vocem* מִבֵּין עֳפָאִים *e mediis frondibus*. Jer. 48, 45: מִבֵּין סִיחוֹן ellipt. pro *e medio* regno *Sihonis*. מִבֵּין רַגְלַיִם verecunde dicitur pro *e vulva, ex utero* matris. Deut. 28, 57: *secundinas*, הַיּוֹצֵת מִבֵּין רַגְלֶיהָ *quae prodierant ex utero eius* (cf. Il. 19, 110: ὅς κεν ἐπ' ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός), et translate pro *a semine, stirpe, sobole eius*. Gen. 49, 10: *non recedet .... sceptrum* מִבֵּין רַגְלָיו *a sobole eius*. Idem valet quod מִפְּרִי בִטְנוֹ, מִמֵּעָיו, מִזַּרְעוֹ. LXX. ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ (cf. 46, 26). Ubi duae res memo-

rantur, e quarum *medio* aliquid exit, repetitur מִבֵּין — מִבֵּין 2 Reg. 16, 14. Ez. 47, 18. d) מִבֵּינוֹת לְ *inter, intra* i. q. בֵּינוֹת Ez. 10, 2. 6. 7. — בְּבֵין Jes. 44, 4 est pro כְּבֵין v. כְּ B, 8.

Dual. בֵּנַיִם *spatium inter duas acies medium, τὰ μεταίχμια* Eurip. Phoen. 1285, unde אִישׁ הַבֵּנַיִם 1 Sam. 17, 4. 23 *intercessor, μεσίτης* de Goliatho, certamine singulari litem diremturo.

בֵּין chald. *inter.* Dan. 7, 5. 8.

בִּינָה f. 1) *intellectus.* Jes. 33, 19: *populus linguae peregrinae* אֵין בִּינָה *quam non intelligis.* Dan. 8, 15. 9, 22. 10, 1. — 2) *intelligentia (Einsicht, Verstand), prudentia.* Prov. 4, 5. 7. 8, 14. 9, 6. 10. 16, 16. Iob. 28, 12. 20. יָדַע בִּינָה intelligens fuit vel factus est Iob. 38, 4. Prov. 4, 1. Jes. 29, 24. Plur. עַם בִּינוֹת populus intelligens Jes. 27, 11. Spec. *peritia* artis vel disciplinae 2 Par. 2, 12. 1 Par. 12, 32: יֹדְעֵי בִינָה לַעִתִּים *temporis rationum periti* (cf. Esth. 1, 13).

בִּינָה f. chald. i. q. no. 2. hebr. Dan. 2, 21.

בֵּיצָה f. *ovum,* ab albedine dictum, arab. بَيْضَة, syr. ܒܺܝܥܬܳܐ. In Sing. non legitur. Plur. בֵּיצִים c. adj. f. בֵּיצִים עֲזֻבוֹת *ova derelicta* Jes. 10, 14. Deut. 22, 6. Iob. 39, 14. Jes. 59, 5.

בַּיִר *puteus* i. q. בְּאֵר Jer. 6, 7 Keri, cf. arab. بِئْر.

בִּירָה f. sequioris Hebraismi vox 1) *arx, castellum, regia.* (Vide infra chald. et syr. Modo semiticum est vocabulum, ortum esse potest ex אַבִּירָה fortis, munita, vel, quod aliis placet, נְבִירָה, a rad. aethiop. ነበረ: sedit, unde መንበር: solium, tribunal, et مِنْبَر solium, tribunal, metropolis, qs. sedes regia. Fortasse tamen persicae illud originis est, cf. pers. بارو *baru* arx, murus, castellum, sanscr. *bura, buri, pur,* gr. πύργος et βάρις). Creberrime dicitur שׁוּשַׁן הַבִּירָה *Susan regia,* non tantum de arce regia Neh. 1, 1. Esth. 1, 2. 2, 3. 8. 3, 15. Dan. 8, 2, sed etiam de tota urbe adiacente Esth. 1, 5. 2, 5. 8, 14. 9, 6. 11. 12 (cf. Esr. 6, 2), quae alibi accuratius הָעִיר שׁוּשָׁן vocatur (Esth. 3, 15. 8, 15). Ubi de Hierosolymis agitur, intelligitur *arx templi* Neh. 2, 8. — 2) *templum* 1 Par. 29, 1. 19.

בִּירָה chald. f. emphat. בִּירְתָא id. *arx, regia* Esr. 6, 2. Syr. ܒܺܝܪܬܳܐ.

בִּירָנִית f. bis in Plur. בִּירָנִיּוֹת *arces, castella.* 2 Par. 17, 12. 27, 4. Cf. de natura huius terminationis *Lgb.* 516 not.

בַּיִת constr. בֵּית, cum He parag. בַּיְתָה Gen. 19, 10, constr. בֵּיתָה 43, 17. Plur. בָּתִּים *bottim* c. Suff. בָּתֵּיהֶם, בָּתֵּיכֶם, בָּתֵּינוּ, pro בַּתְתִים a sing. deperdito בַּתְת (coll. syr. ܒܳܬܰܝ *Lgb.* 604) m. *domus,* arab. بَيْت, syr. ܒܰܝܬܳܐ, aethiop. ቤት: (Derivant a rad. בּוּת pernoctavit, mansit. Quid vero, si בַּיִת, בֵּית, ortum fuerit ex duriore בֶּנֶת a rad. בָּנָה, ut δόμος, domus, a δέμω, et, si formam spectas, ut supra אִישׁ dictum ostendimus pro אֱנָשׁ, אֱנֹשׁ? Hac coniectura adoptata בּוּת possit esse radix secundaria a nomine בַּיִת ducta, et בָּתִּים pro בְּנָתִים a sing. בֶּנֶת i. q. בַּת). בֶּן־הַבַּיִת filius domus Gen. 15, 3. Eccl. 2, 7 et יְלִיד בַּיִת Gen. 17, 12. 27. Jer. 2, 14 est *verna,* servus *in domo natus,* eamque ob causam certioris fidei. אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת apud privatos homines est οἰκόνομος, dispensator, servus rei familiari reliquisque servis praefectus Gen. 43, 16. 44, 1, sed v. infra no. 3. בָּתֵּי חֹמֶר *domus luteae*

Iob. 4, 19 appellantur corpora humana, utpote fragilia et caduca (cf. 2 Cor. 5, 1 ibique intpp.). *Domus Dei* semel de universo mundo Ps. 36, 9. In Acc. constr. בֵּית saepe pro בְּבֵית *in domo* alicuius Gen. 24, 23. 38, 11, alibi *in domum;* הַבַּיְתָה *domum* Gen. 24, 32. Spec. est

1) domus mobilis, *tentorium*, arab. بيت Gen. 27, 15. 33, 17, de tentoriis sacris 2 Reg. 23, 7, cf. בָּמָה no. 3. 4. בֵּית הָאֱלֹהִים, יְהוָֹה de tabernaculo foederis Ex. 23, 19. Jos. 6, 24. Iudd. 18, 31. 1 Sam. 1, 7. 24. 3, 15. 2 Sam. 12, 20. Ps. 5, 8.

2) domus regia, *palatium, arx*, plenius בֵּית הַמֶּלֶךְ 2 Sam. 11, 2. 9. 1 Reg. 9, 1. 10. 14, 26. 15, 18, et בֵּית הַמַּלְכוּת Esth. 1, 9, κατ' ἐξοχὴν הַבַּיִת, unde אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת praefectus palatii, amicorum regiorum unus, cui clavis arcis regiae demandata erat (Jes. 22, 22), quique universae rei familiari regis praeerat (nostratium fere *maréchal du palais, Hofmarschall*) 1 Reg. 4, 6. 2 Reg. 10, 5. 15, 5. Jes. 22, 15 (cf. Dan. 2, 49), in sequiore Hebraismo רַב הַבַּיִת Esth. 1, 8 (v. no. 1). בֵּית דָּוִד regia Davidis Jes. 22, 22. בֵּית פַּרְעֹה arx Pharaonis Gen. 12, 15. Interdum de singulis arcis regiae partibus, quae tamen integris domibus constabant, בֵּית הַנָּשִׁים Esth. 2, 3. 9.

3) domus dei i. e. *aedes, templum*, de templis idolorum Jes. 37, 38. 44, 13. 1 Sam. 5, 2. 5, et de templo Jehovae Hierosolymitano בֵּית יְהוָֹה, בֵּית אֱלֹהִים dicto 1 Reg. 6, 5. 37. 7, 12. Jes. 66, 1 et sexcenties (cf. no. 1).

4) *sepulcrum*, maxime sumptuosius. Jes. 14, 18, cf. מִשְׁכָּב Jes. 22, 16. Plenius idem vocatur בֵּית הָעוֹלָם *domus aeterna* Eccl. 12, 5.

5) *habitaculum, mansio, locus* cuiuscunque generis, a) hominum, v. c. de orco Iob. 17, 13. b) bestiarum. Iob. 39, 6. Ps. 84, 4. 104, 17 (cf. Virg. Ge. 2, 209: *antiquasque domos avium*). בֵּית עַכָּבִישׁ *domus araneae* Iob. 8, 14, arab. بيت العنكبوت; *domus tineae* Iob. 27, 18; c) *receptaculum, spatium rerum inanimatarum*. בָּתֵּי נֶפֶשׁ olfactoriola Jes. 3, 20. בָּתִּים לַבְּרִיחִים, לַבַּדִּים receptacula vectium Ex. 26, 29. 36, 34. 37, 14. 38, 5. 1 Reg. 18, 32: *fecitque fossam* כְּבֵית סָאתַיִם זֶרַע *ad spatium duorum satorum seminis*. בֵּית אֲבָנִים locus lapidosus (in terra) Iob. 8, 17. Neh. 2, 3. Ez. 41, 9: בֵּית צְלָעוֹת אֲשֶׁר לַבַּיִת *spatium conclavium templi lateralium*.

6) *interior pars, quod intus, intra est* (Opp. חוּץ extra, foras). בַּיְתָה Ex. 28, 26, מִבַּיִת Gen. 6, 14. Ex. 25, 11. 37, 2 et מִבַּיְתָה 1 Reg. 6, 15 (cf. מִן no. 3) intus, intrinsecus. Opp. מִחוּץ. בֵּית לְ Ez. 1, 27, מִבֵּית לְ 1 Reg. 6, 16, לְמִבֵּית לְ Num. 18, 7 intra (spatium quoddam). אֶל־מִבֵּית לְ intra, c. accus. 2 Reg. 11, 15. Cf. אֶל־ A, 9. (Ab hoc significatu ducitur chald. בֵּי *in*, unde supra derivavimus בְּ praefixum). לַבַּיִת, 2 Chr. 3, 13.

7) Translate dr. pro *hominibus in domo versantibus, familia* (cf. arab. أهل) i. e. uxore cum liberis cunctisque domesticis Gen. 7, 1. 12, 17. 35, 2. 36, 6. 42, 19. Ita *domus regis* de aulicis Jes. 22, 18. בֵּית פַּרְעֹה i. q. עַבְדֵי פַרְעֹה Gen. 50, 4. Hinc

8) *ex familia alicuius oriundi, nepotes, posteri, prosapia* i. q. בָּנִים (quo sensu Plurali iungitur Jes. 2, 5) Gen. 18, 19. בֵּית לֵוִי i. q. בְּנֵי לֵוִי Ex. 2, 1, בֵּית יוֹסֵף Jos. 17, 17, בֵּית יְהוּדָה, בֵּית יִשְׂרָאֵל, בֵּית דָּוִד gens davidica 1 Sam. 20, 16. Jes. 7, 2. 13 (οἶκος Δαβίδ Luc. 1, 27). Pariter atque בְּנֵי translate usurpatur, ut בֵּית מִלְחַמְתִּי i. q. בְּנֵי מִלְחַמְתִּי adversarii, hostes mei 2 Par. 35, 21, בֵּית מְרִי gens con-

tumax Ez. 2, 5, et contra בֵּית יְהוָה filii, familia Dei i. q. Israel Num. 12, 7. Hos. 8, 1, ut οἶκος θεοῦ 1 Tim. 3, 15. In aliis quibusdam formulis figura *domus* servata est. Ruth 4, 11 de Lea et Rahela: *aedificarunt domum Israelis* i. e. gentem Israeliticam condiderunt. בָּנָה בַּיִת לְ domum aedificavit alicui, pro prolem, sobolem ei dedit, de leviro (i. q. הֵקִים שֵׁם לְ) Deut. 25, 9, de Deo 1 Sam. 2, 35. 25, 28. 2 Sam. 7, 27. Idem valet עָשָׂה בַּיִת לְ 2 Sam. 7, 11.

9) Transfertur praeterea ad *res, opes*, quae in domo asservantur, *totamque rem familiarem*. Esth. 8, 1: בֵּית הָמָן, LXX. ὅσα ὑπάρχει Ἀμάν, cf. comm. 2. 7. Gen. 15, 2. Ex. 1, 21. Ita gr. οἰκία, οἶκος.

10) בֵּית אָב pr. domus paterna Gen. 24, 23, familia paterna 31, 30. In censibus Hebraeorum singulae *tribus* (מַטּוֹת, שְׁבָטִים) dividebantur in *familias* (מִשְׁפָּחוֹת), familiae in *domos paternas*, בֵּית הָאָבוֹת. Hac enim significatione in Plur. pro בָּתֵּי אָב frequentant בֵּית אָבוֹת, quae Pluralis formandi ratio in nominibus compositis apud Syros usitatior est. Num. 1, 2: *numerate filios Israëlis* לְמִשְׁפְּחֹתָם לְבֵית אֲבוֹתָם *secundum familias suas domosque paternas*. 18. 20. 22. 24. 26 sq. 2, 2 sq. Domibus paternis praeerant רָאשֵׁי בֵית אֲבוֹתָם Ex. 6, 14, רָאשִׁים לְבֵית אֲבוֹתָם 1 Par. 5, 24, plerumque per ellipsin רָאשֵׁי הָאָבוֹת Num. 31, 26. Jos. 14, 1, vel נְשִׂיאֵי שָׂרֵי הָאָבוֹת 1 Par. 29, 6, הָאָבוֹת 2 Par. 5, 2 principes domuum, patriarchae.

Saepissime בֵּית praemittitur nomm. propriis oppidorum, modo necessario, modo ita ut etiam omitti queat (vide litt. e. h. i. l. u. v.), creberrime in serioris aetatis scriptoribus, ut syr. ܒܝܬ, cf. germ. *hausen* in *Nordhausen*, *Mühlhausen*. Huius generis sunt:

a) בֵּית אָוֶן (domus vanitatis i. e. idolorum, v. אָוֶן no. 1) opp. tribus Benjamin, ab oriente urbis Bethel Jos. 7, 2. 1 Sam. 13, 5, cum deserto cognomini Jos. 18, 12. Iam Talmudici hoc opp. confuderunt cum urbe vicina *Beth-El* (litt. b), quae aliquoties a prophetis contemtim vocatur בֵּית-אָוֶן, v. אָוֶן.

b) בֵּית אֵל (domus Dei), urbs antiquissima Cananaeorum, postea Benjaminitarum, Josuae adhuc temporibus לוּז dicta (Jos. 18, 13 et cf. לוּז), quanquam semel (16, 2) a scriptore accuratius loquente utrumque nomen distinguitur. In monte sita erat (1 Sam. 13, 2. Jos. 16, 1, cf. Gen. 35, 1), in quo tabernaculum foederis sedem habebat (Iudd. 20, 18. 26. 27. 21, 2. 1 Sam. 10, 3), et postea Jerobeamus vitulorum cultum instituebat (1 Reg. 12, 28 sq.). Cf. בֵּית אָוֶן et אָוֶן. Varias easque discrepantes de origine huius urbis traditiones habes Gen. 28, 10 sq. 35, 1 sq. 9 sq., quas diiudicavit de Wette *Kritik d. israël. Gesch.* I, 124. N. gent. est בֵּית הָאֱלִי 1 Reg. 16, 34.

c) בֵּית הָאֵצֶל (domus radicis firmae i. e. sedis fixae), opp. Judaeae vel Samariae Mich. 1, 11, cuius etymo modo indicato alluditur.

d) בֵּית אַרְבֵאל (d. insidiarum Dei) Hos. 10, 14, prob. Ἄρβηλα Galilaeorum (1 Macc. 9, 2), inter Sepphorin et Tiberiada (Jos. Arch. 12, 11 §. 1. 14, 15 §. 4, de vita sua §. 60) sita.

e) בֵּית בַּעַל מְעוֹן Jos. 13, 17, alibi בַּעַל מְעוֹן Num. 32, 38 et בֵּית מְעוֹן (d. habitationis) Jer. 48, 23 oppd. tribui Ruben assignatum, quod vero mox in Moabitarum potestatem cessit. Ruinas eius ميعون dictas commemorat Burckhardtus, itin. in Syr. p. 624. vers. germ. Idem videtur בְּעוֹן (pro מְעוֹן) Num. 32, 3.

f) בֵּית בִּרְאִי (d. creationis meae) opp. Simeonitarum 1 Par. 4, 31, fort. corruptum ex בֵּית לְבָאוֹת Jos. 19, 6.

g) בֵּית בָּרָה Iudd. 7, 24 locus ad Jordanem, prob. pro בֵּית עֲבָרָה (d. transitus), cf. *Βηθαβαρά* Joh. 1, 28 in codd. multis.

h) בֵּית גָּדֵר (d. muri) oppidum tribus Judae 1 Par. 2, 51 i. q. גְּדֵרָה, q. v.

i) בֵּית גִּלְגָּל Neh. 12, 29 i. q. גִּלְגָּל q. v.

k) בֵּית גָּמוּל (d. ablactati) opp. Moabitarum Jer. 48, 23.

l) בֵּית דִּבְלָתַיִם Jer. 48, 22 et דִּבְלָתַיִם Num. 33, 46 (duae caricae) oppidum Moabitarum.

m) בֵּית דָּגוֹן (d. Dagonis) opp. *α)* tribus Judae Jos. 15, 41; *β)* Asseritarum Jos. 19, 27.

n) בֵּית הָרָם (d. excelsi) Jos. 13, 27 urbs Gaditarum, Num. 32, 36 בֵּית הָרָן appellata, postea Iulias, Livias, v. Ioseph. Ant. 18, 2 §. 1. Hieron. v. Betharam.

o) בֵּית חָגְלָה (d. perdicis) opp. Benjaminitarum in confiniis Judae Jos. 15, 6. 18, 19. 21.

p) בֵּית חָנָן (d. gratiae) opp. Judaeorum vel Danitarum 1 Reg. 4, 9.

q) בֵּית חֹרוֹן (locus cavitatis, fortasse viae cavae) m. duo oppida tribus Ephraim, quorum alterum, *superius* dictum in septentrionali eius tribus parte (Jos. 16, 5. 21, 22), alterum *inferius* in limite Benjaminitarum situm erat (Jos. 16, 3. 18, 13). Bis (Jos. 10, 11. 2 Par. 25, 13) Beth-horon *κατ' ἐξοχὴν* memoratur, et ap. Josuam certe *inferius* intelligendum. Huic vicinus erat descensus angustissimus Jos. l. c., cf. 1 Macc. 3, 16. 24), multis exercituum cladibus nobilitatus.

r) בֵּית הַיְשִׁימוֹת (d. desertorum) opp. Rubenitarum ad Jordanem Num. 33, 49. Jos. 12, 3. 13, 20, quod postea Moabitis cessit Ez. 25, 9.

s) בֵּית כַּר (d. pascui) 1 Sam. 7, 11 fort. praesidium Philistaeorum in finibus tribus Judae.

t) בֵּית הַכֶּרֶם (d. vineae) Jer. 6, 1. Neh. 3, 14 oppidum Judae, teste Hieronymo ad Jer. l. c. in monte inter Hierosolyma et Thekoam.

u) בֵּית לְבָאוֹת v. supra litt. f.

v) בֵּית לְעַפְרָה v. עָפְרָה.

w) בֵּית לֶחֶם (d. panis) m. (Mich. 5, 1) *α)* oppidum tribus Judae, plenius בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה Iud. 17, 7. 9. Ruth 1, 1. 2 et בֵּית לֶחֶם אֶפְרָתָה Mich. 5, 1. Ephrata enim (v. p. 90) non solum antiquius eius oppidi nomen fuit (v. Gen. 35, 19), sed regionem etiam circumiacentem designasse videtur. Sedes erat gentis Davidicae (v. Ruth l. c.) nostrique Servatoris incunabula vidit, quam ob causam بيت لحم, sex circiter milliaribus anglicis ab Hierosolymis distans, hodieque celebratur. N. gent. בֵּית הַלַּחְמִי 1 Sam. 16, 1. 18. 17, 58. *β)* opp. Sebulonitarum Jos. 19, 15.

x) בֵּית מִלּוֹא v. מִלּוֹא.

y) בֵּית מְעוֹן v. litt. e.

z) בֵּית מַעֲכָה (d. Maachae) opp. in radicibus Hermonis 2 Sam. 20, 14, cf. מַעֲכָה et אָבֵל בֵּית מַעֲכָה.

aa) בֵּית הַמֶּרְחָק (d. remotionis) locus ad torrentem Kedron 2 Sam. 15, 17.

bb) בֵּית הַמַּרְכָּבוֹת (d. curruum) oppd. Simeonitarum Jos. 19, 5. 1 Par. 4, 31.

cc) בֵּית נִמְרָה (d. aquae limpidae et salubris, cf. נמר) Num. 32, 36. Jos. 13, 27, et נִמְרָה Num. 32, 3 oppid. Gaditarum, *Βηθναβρίς* tempore Eusebii, hodie Nemrin dictum, v. Burckhardti itin. Syriae 661. Aquae vicinae vocantur מֵי נִמְרִים Jes. 15, 6.

dd) בֵּית עֶדֶן (d. amoenitatis) urbs regia Syriae in monte Libano (Amos 1, 5), Graecis *Παράδεισος* dicta (Ptolem. 5, 15).

ee) בֵּית עַזְמָוֶת Neh. 7, 28 et simpl. עַזְמָוֶת ib. 12, 29. Esr. 2, 24 vicus tribus Judae vel Benjamin.

ff) בֵּית הָעֵמֶק (d. vallis) oppid. Asseritarum Jos. 19, 27.

gg) בֵּית עֲנוֹת (d. responsionis, fort. echus) oppid. tribus Judae Jos. 15, 59.

hh) בֵּית עֲנָת (id.) oppid. Naphtalitarum. Jos. 19, 38. Iudd. 1, 33.

ii) בֵּית עֵקֶד הָרֹעִים (d. praedii pastorum, cl. عقد pagus, praedium) locus prope Samariam 2 Reg. 10, 12 et omisso הָרֹעִים comm. 14.

kk) בֵּית עֲרָבָה c. art. בֵּית הָעֲרָבָה (d. deserti) oppd. in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. 15, 6. 18, 22, omisso בֵּית Jos. 18, 18.

ll) בֵּית פֶּלֶט (d. evasionis) opp. in australibus Judae Jos. 15, 27.

mm) בֵּית פְּעוֹר (templum [Baal] Peoris, v. בַּעַל פְּעוֹר) urbs Moabitarum, Rubenitis assignata, cultu Baalpeoris famosa Deut. 3, 29. 34, 6. Jos. 13, 20.

nn) בֵּית פַּצֵּץ (d. dispersionis) opp. Issacharitarum Jos. 19, 21.

oo) בֵּית צוּר (d. rupis) oppidum in montanis Judae Jos. 15, 58, a Rehabeamo munitum 2 Par. 11, 7, et magis etiam a Maccabaeis 1 Macc. 14, 33.

pp) בֵּית רְחֹב (dom. s. regio plateae) Iudd. 18, 28. 2 Sam. 10, 6, alibi רְחֹב (nisi forte *Beth Rechob* regionem denotat, *Rechob* urbem), urbs Asseritarum in finibus Palaestinae borealibus (Num. 13, 21) ibique in convallibus Libani sita haud procul a fontibus Jordanis (Jos. 19, 28. 30. 21, 31. Iud. 1, 31). Syriae pars vicina appellatur אֲרַם בֵּית רְחֹב 2 Sam. 10, 6, אֲרַם רְחֹב ib. comm. 8.

qq) בֵּית שְׁאָן (d. quietis) Jos. 17, 11. 16, contr. בֵּית שָׁן 1 Sam. 31, 10. 12, et בֵּית שַׁן 2 Sam. 21, 12 urbs Manassitarum, quae vero diu Cananaeis et Philistaeis parebat (Iudd. et Sam. l. l. c. c.), cis Jordanem sita, postea Scythopolis dicta (LXX Iud. 1, 27), Rabbinis ביסן, apud Arabes hodieque بيسان.

rr) בֵּית הַשִּׁטָּה (d. acaciae) oppidum ad Jordanem inter Bethsan et Abel-mecholam situm Iudd. 7, 22.

ss) בֵּית שֶׁמֶשׁ (d. solis) oppid. *α)* Levitarum Jos. 21, 16, in limitibus tribuum Judae et Dan et Philistaeae (Jos. 15, 10. 1 Sam. 6, 12 sq. 2 Par. 28, 18), magnum et incolis frequens (1 Sam. 6, 19) 1 Reg. 4, 9. 2 Reg. 14, 11. Constr. c. plur. 1 Sam. 6, 13, ubi cives intelligendi. N. gent. בֵּית הַשִּׁמְשִׁי ibid. comm. 14. 18. *β)* Naphtalitarum Jos. 19, 38. Iudd. 1, 33. *γ)* Issacharitarum Jos. 19, 22. *δ)* i. q. אֹן Heliopolis Aegypti Jer. 43, 13, cf. p. 26.

tt) בֵּית תַּפּוּחַ (d. pomorum) oppidum tribus Judae. Jos. 15, 53.

בַּיִת st. emphat. בַּיְתָה, בַּיְתָא, constr. בֵּית c. Suff. בַּיְתֵהּ plur. בָּתִּין chald. m. i. q. hebr. *domus* Dan. 2, 5. בֵּית מַלְכוּ Esr. 6, 4, בֵּית מַלְכָּא Dan. 4, 27 domus regia, palatium. בֵּית אֱלָהָא domus Dei, templum Esr. 5, 2 sq., etiam simpl. בַּיְתָא ibid. comm. 3. 9. 11.

בִּיתָן m. constr. בִּיתַן domus magna, *palatium* Esth. 1, 5. 7, 7. 8.

בָּכָא rad. inusit. i. q. בָּכָה pr. *stillavit*, hinc *flevit*, *lacrimavit*. (Arab. بكأ guttatim fudit lac).

בָּכָא 1) *fletus*, *ploratio*, arab. بُكَاء, بَكَاء. עֵמֶק הַבָּכָא *vallis fletus* s. eiulationis, *Jammerthal*, n. pr. vallis in Palaestina quamcunque ob rationem ita vocatae, eiusque probabiliter tristis et sterilis. Etymo eius alluditur Ps. 84, 7: עֹבְרֵי בְּעֵמֶק הַבָּכָא מַעְיָן יְשִׁיתוּהוּ *transeuntes vallem eiulationis hanc fontibus irriguam reddunt* peregrinatores sacri.

2) Plur. בְּכָאִים 2 Sam. 5, 23. 24. 1 Par. 14, 13. 14, *arbor* quaedam a *lacrimando* dicta, nimirum auctore Celsio (Hierobot. 1, 335—340) arab. بكاء balsamiferae similis, un-

de *lacrima alba*, calida et acris destillat.

בָּכָה fut. יִבְכֶּה convers. וַיֵּבְךְּ pr. i. q. בָּכָא *stillavit, guttatim fluxit* (syll. primaria בך sonum guttarum decidentium imitante, cf. radd. in ךְ exeuntes), v. בָּכִי, spec. *flevit*, rad. omnibus linguis dialectisque cognatis communis Ex. 2, 6. Gen. 43, 30. 2 Sam. 19, 2, saepe de populo in publicis calamitatibus lamentante Num. 11, 10. 25, 6, de poenitentium luctu Esr. 10, 1. Sq. acc. *deflevit, luxit* aliquem, maxime mortuum. Gen. 23, 2. 37, 35. 50, 3, it. sq. עַל personae vel rei, quam lugemus Thren. 1, 16. Iudd. 11, 37, אֶל 2 Sam. 1, 24. Ez. 27, 31 et לְ Jer. 22, 10. Iob. 30, 25. בָּכָה sq. עַל praeterea est *lamentando adiit* aliquem Num. 11, 13. Iudd. 14, 16; et flevit *super* aliquo i. e. in amplexu eius, Gen. 45, 15. 50, 1.

Pi. deflevit, luxit mortuum c. acc. Jer. 31, 15. Ez. 8, 14.

Nomm. derivata sunt: בָּכָה, בְּכִית, בְּכִי, בְּכוּת.

בֶּכֶה m. *fletus* Esr. 10, 1, a rad. בָּכָה.

בְּכוֹר m. (a rad. בָּכַר) *primogenitus* tam hominum Gen. 25, 13. 35, 23, quam brutorum Ex. 11, 5. 12, 29. 13, 15. Apud illos refertur ad filios *patris* natu maximos. Gen. 49, 3. Quum filius natu maximus variis modis reliquis anteferretur (v. בְּכוֹרָה no. 2), 2) metaph. dicitur de *qualibet re* in suo genere *praecipua* et *primaria*. Iob. 18, 13: בְּכוֹר מָוֶת *mortis* filius *primogenitus* i. e. *maximus inter morbos letiferos*. Morbus enim ex Hebraismo apte *filius mortis* poterat vocari, tanquam praecursor eius et satelles, ut apud Arabes بنات المنية *filiae fati* s. *mortis* de *febribus mortiferis*, morbus autem atrocissimus figurate primogenitus fratrum appellatur. Jes. 14, 30: בְּכוֹרֵי דַלִּים *primogeniti tenuium*, pauperrimi q. d. praecipui inter filios pauperum, vel: primogeniti miserae huius aetatis, v. Comment. ad h. l. In fem. de filia natu maxima celebratur בְּכִירָה q. v.

בִּכּוּר in sing. Jes. 28, 4 sec. Mas. (v. בִּכּוּרָה), alibi semper in plur. בִּכֻּרִים, בִּכּוּרִים *primitiae* fructuum frugumque, primi fructus ex agro arboribusque suscepti Num. 13, 20, maxime de primitiis Deo offerendis Lev. 2, 14. 23, 17. Neh. 10, 36. Nonnunquam additur רֵאשִׁית Ex. 23, 19. 34, 26. לֶחֶם הַבִּכּוּרִים panis e frugum primitiis coctus Lev. 23, 20. יוֹם הַבִּכּוּרִים dies primitiarum, de festo pentecostes Num. 28, 26.

בְּכֹרָה, בְּכוֹרָה f. 1) *primogenita, primogenitum*. Plur. בְּכֹרוֹת *primi partus proles*, de hominibus Neh. 10, 37, de foetu bestiarum Gen. 4, 4. Deut. 12, 6. 17. 14, 23. 2) subst. *primogenitura* Gen. 43, 33. Opp. צְעִירָה. מִשְׁפַּט הַבְּכֹרָה ius primogeniturae s. natu maximorum. Deut. 21, 17. De eodem ellipt. בְּכוֹרָה Gen. 25, 31. 34. 27, 36.

בִּכּוּרָה f. *ficus praecox* et propterea in deliciis habita Mich. 7, 1. Hos. 9, 10. Jes. 28, 4 (ubi praestat c. aliquot codd. legere בִּכּוּרָה cum He raphato, quam בִּכּוּרָהּ c. Mas. et editt., suffixum enim languet), in Mauritania hodie بوكر, باكورة *boccôre*, hispan. *Albacora*.

בִּכּוּרָה id. Plur. תְּאֵנֵי הַבִּכּוּרוֹת Jer. 24, 2.

בְּכוֹרַת (primi partus proles) n. pr. m. 1 Sam. 9, 1.

בָּכוּת f. *fletus, luctus*. Gen. 35, 8: אַלּוֹן בָּכוּת *quercus luctus*. Rad. בָּכָה.

בֶּכִי in Pausa בֶּכִי, c. Suff. בִּכְיִי m. 1) *fletus*, a בָּכָה Gen. 45, 2. Jes. 15, 3. 22, 4 cet. בָּכָה בְּכִי גָדוֹל eiulatum magnum edidit 2 Sam. 13, 36, it. *stillatio, lacrimatio* aquae in metallifodinis Iob. 28, 11. Cf.

flere pro *rorare, stillare* ap. Lucret. 1, 350, gr. *δάκρυον* et דִּמְעָה.

בֹּכִים (flentes) n. pr. loci prope Gilgal. Iudd. 2, 1. 5.

בְּכִירָה adj. fem. *primogenita* Gen. 19, 31. 29, 26. 1 Sam. 14, 49. Respondet בְּכוֹר.

בְּכִית f. *fletus, luctus* Gen. 50, 4, a rad. בָּכָה.

בָּכַר rad. in Kal inusit. pr. *fidit, prorupit* i. q. affine בָּקַר, hinc *primus fuit, venit, fecit* aliquid (qs. die Bahn brechen) et *maturus, tempestivus fuit, mature et tempestive* aliquid *fecit.* Refertur 1) ad diem, inde بَكَرَ mane surrexit, mane aliquid fecit, بُكْرَةٌ matutinum tempus, cf. vicinum בֹּקֶר; 2) ad annum eiusque proventum: בִּכּוּרִים primitiae, בִּכּוּרָה ficus praecox, بَاكُورَةٌ fructus praecox; 3) ad tempus vitae, maxime partum, בְּכוֹר, בְּכִירָה primogenitus, بِكْرٌ et بِكْرَةٌ virgo, femina primipara, بَكْرٌ, בֵּכֶר camelus iuvencus.

Pi. 1) *fructus praecoces tulit* arbor. Ez. 47, 12, cf. Kal no. 2. 2) *primogenitum fecit, primogeniturae ius dedit* alicui. Deut. 21, 16.

Pu. primogenitus fuit Lev. 27, 26.

Hiph. part. מַבְכִּירָה *primipara.* Jer. 4, 31.

Derivv. v. Kal.

בֵּכֶר *camelus iuvencus,* isque tamen clitellis ferendis idoneus (cf. עַיִר et עֵגֶל). Plur. constr. בִּכְרֵי Jes. 60, 6. Respondet arab. بَكْرٌ camelus iuvenis, quod eandem aetatem significare observant, quam الفتى *adolescens* in homine. V. Bochart Hieroz. 1, p. 82 sq. Adde quae observavimus in Comment. ad Jes. l. c. et in Thes. p. 206.

בֶּכֶר (appell. i. q. בֵּכֶר camelus iuvencus) n. pr. m. 1) filii Ephraimi Num. 26, 35. N. gent. בַּכְרִי ibid. 2) filii Benjamini. Gen. 46, 21.

בִּכְרָה f. *camela iuvenca,* eaque coitus appetens Jer. 2, 23. V. בֵּכֶר.

בֹּכְרוּ (i. q. בְּכֹר הוּא *primogenitus* [est] *ille*) n. pr. m. 1 Par. 8, 38. 9, 44.

בִּכְרִי (*iuvenilis*) n. pr. m. 2 Sam. 20, 1.

בַּל 1) *nihilum, nihil* (a rad. בָּלָה no. 3). Ps. 17, 3: *explora me* בַּל תִּמְצָא *nihil* mali *iuvenies.*

2) *non* i. q. לֹא, sed poët., sq. praet. Ps. 10, 11. 21, 3 et futuro Ps. 10, 4. 6. 49, 13. Prov. 10, 30. Jes. 26, 14, it. *nondum* pro *vix* Jes. 40, 24 (cf. 2 Reg. 20, 4), semel pro בַּל = בִּבְלִי Ps. 32, 9: *ne sitis equis similes, freno et capistro coercendis* בַּל קְרֹב אֵלֶיךָ pr. *in non appropinquando ad te.*

3) *ne* i. q. אַל sq. fut. Ps. 10, 18.

בָּל chald. m. *cor.* Dan. 6, 15. Syr. ܒܠܐ cor, animus, mens, arab. بَالٌ id., pro بَلْيٌ a בָּלָה, بلى III. curare, pr. *cura,* hinc animus, qui curis agitatur.

בֵּל contr. ex בְּעֵל i. q. בַּעַל *Belus,* numen domesticum idque primarium Babyloniorum, in turri Babylonica cultum. Jes. 46, 1. Jer. 50, 2. 51, 44 et Dan. cap. 14 LXX. Scriptores graeci romanique (Diod. Sic. 2, 8. 9. Plin. 37, 10. Cic. de nat. deorum 3, 16) cum Jove eum comparant, neque tamen pater Deorum intelligendus est, quem ignorabant Orientales, sed, quae est peculiaris theologiae Babylonicae e stellarum cultu unice pendentis indoles, *stella Jovis* (Cic. d.

nat. deor. 2, 20), quam tanquam agathodaemonem, omnis fortunae et felicitatis auctorem et vindicem, ab Arabibus propterea السعد الاكبر *Fortuna maior* dictam, una cum Veneris stella (v. עַשְׁתֹּרֶת, אֲשֵׁרָה) summo cultu prosequebantur Semitae. Cf. גַּד, מְנִי, et v. בַּעַל no. 5. Assidui huius cultus testes habemus nomina propria hominum Babyloniorum cum *Beli* nomine composita, veluti בֵּלְטְשַׁאצַּר, בֵּלְשַׁאצַּר, *Belesys*, *Belibus* cet.

בְּלָא i. q. hebr. בָּלָה. *Pa. afflixit, vexavit* Dan. 7, 25. Cf. hebr. Pi. no. 2.

בַּלְאֲדָן (contr. ex בֵּעַל־אֲדָן i. e. cui *Belus dominus* est, Beli cultor) n. pr. patris regis Merodach-Baladan. 2 Reg. 20, 12.

בָּלַג in Kal inusit. arab. بَلَجَ *nituit, fulsit* aurora. V. *risit, hilaris fuit*, a vultu nitido.

Hiph. 1) *effulgere s. subito oriri iussit.* Amos 5, 9: הַמַּבְלִיג שֹׁד עַל־עָז *effulgere s. subito oriri iubens vastationem super potentes* i. e. subito iis immittens, metaphora petita ab aurora subito et velociter se diffundente, cf. Joel 2, 2. 2) *exhilaravit* sc. vultum, *hilaris factus est* Ps. 39, 14. Iob. 9, 27. 10, 20. Inde מַבְלִיגִית et

בִּלְגָּה (exhilaratio) n. pr. m. Neh. 12, 5. 18, quod Neh. 10, 9 בִּלְגַּי scribitur.

בִּלְדַּד n. pr. (prob. i. q. בֶּן לְדַד i. e. filius litis, litigator, a rad. لَدَّ altercatus est, v. בִּדְקַר) *Bildadus*, Suchaeus, Iobi amicus et in disputando adversarius secundus. Iob. 2, 11. 8, 1. 18, 1. 25, 1.

בָּלַה rad. in Kal inusit. prob. *trepidavit, perterritus est* i. q. בָּהַל, cf. arab. بَلِهَ imbecillis, verecundus (pr. timidus) fuit.

Pi. בִּלֵּהּ *terruit, absterruit, animum alicuius perculit fregitque* Esr. 4, 4 Chethibh. In Keri usitatius מְבַהֲלִים. Syr. ܒܰܠܗܶܐ quadril. terruit.

Derivata: בַּלָּהָה, et nomm. pr. בִּלְהָן, בִּלְהָה.

בָּלָה fut. יִבְלֶה pr. *cecidit, concidit, collapsus est* (ut נָבַל, אָבַל q. v.), *abfallen, einfallen, verfallen*, spec. dr. 1) de *vestibus* usu et vetustate *collapsis* et dilaceratis. Sq. מֵעַל. Deut. 8, 4: *vestis tua* לֹא בָלְתָה מֵעָלֶיךָ *non decidet a te* (attrita et dilacerata). 29, 4, et absol. Jos. 9, 13. Neh. 9, 21. Translate de coelo terraque instar vestis veterascentis perituris Jes. 50, 9. 51, 6. Ps. 102, 27. (Arab. بَلِيَ attrita est vestis). 2) de hominibus, qui morbo, senio, curis *marcescunt*, nostr. *einfallen, verfallen* (cf. gr. *παλαιός*, et alio flexu *μέλω* curo). Iob. 13, 28: וְהוּא כְּרָקָב יִבְלֶה *et hic* (*δεικτικῶς* pro *ego*) *instar cariei concidit*, marcet. Gen. 18, 12. Ps. 32, 3. (Cf. بَالَى curavit, pr. curis collapsus, confectus est, بِلْىٌ curis confectus, بَالٌ, ܒܶܠܳܐ cor, animus, a curis dictus [v. בַּל]. Aeth. በለየ: senuit, consenuit). Hinc

3) *occidit, ad nihilum redactus est*, unde בַּל, בְּלִי, בִּלְתִּי nihil, non.

Pi. 1) causat. Kal no. 2. Thren. 3, 4, hinc generatim *absumsit, consumsit* Ps. 49, 15. Jes. 65, 22. Refertur ad tempus, ut lat. *tempus terere*, *τρίβειν βίον*. Iob. 21, 13: יְבַלּוּ בַטּוֹב יְמֵיהֶם *in felicitate vitam terunt* s. traducunt. 2) *afflixit, vexavit* 1 Par. 17, 9. (Arab.

بلى IV. id بَلَاءٌ et بَلِيَّةٌ aerumna, afflictio, calamitas). Cf. chald. בְּלָא.

Derivantur inde nomm. et particc. בִּלְתִּי, בְּלִי, בְּלוֹ, בָּלָה, בַּל, בַּל, אֲבַל, בְּלִיַּעַל et composita, תַּבְלִית, בְּלוֹאִים, בְּלִימָה, בִּלְעֲדֵי.

בָּלֶה adj. f. בָּלָה *usu et vetustate attritus*, de vestibus, saccis, utribus, calceis Jos. 9, 4. 5. Translate de muliere moecha: בָּלָה נִאֻפִים *adulteriis detrita*, effoeta. Ez. 23, 43.

בַּלָּהָה f. in Sing. semel Jes. 17, 14, saepius in Plur. 1) *terror, terrores.* Iob. 18, 11. 24, 17. 27, 20. 18, 14: תַּצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *persequentur eum instar regis* s. ducis bellici *terrores* (לְ h. l. comparationi inservit, 39, 16 [19], cf. 15, 24 et 27, 20. Male vulgo iungunt מֶלֶךְ בַּלָּהוֹת rex terrorum). 2) *subita pernicies* cf. בֶּהָלָה no. 2. Ps. 73, 19: תַּמּוּ מִן־בַּלָּהוֹת *subita pernicie pereunt.* Ez. 26, 21: בַּלָּהוֹת אֶתְּנֵךְ וְאֵינֵךְ. LXX. ἀπώλειάν σε δώσω, καὶ οὐχ ὑπάρξεις ἔτι. Vulg. *in nihilum redigam te.* 27, 36. 28, 19.

בִּלְהָה (fort. verecundia, v. בָּלַהּ in Kal) n. pr. 1) servae Rahelis, quae ex Jacobo Danum et Naphtalin suscepit, Gen. 30, 3 sq. 35, 22. — 2) oppidi Simeonitarum 1 Par. 4, 29, quod alibi בָּלָה scribitur (Jos. 19, 3), nec non בַּעֲלָה.

בִּלְהָן (fort. verecundus) n. pr. m. 1) Gen. 36, 27. 2) 1 Par. 7, 10.

בְּלוֹ chald. *tributi* quaedam species, prob. in res *consumendas* imposita, nostr. *Consumtionssteuer, Accise.* Esr. 4, 13. 20. 7, 24. Cf. etiam בְּלוֹא.

בְּלוֹא nonnisi in plur. constr. בְּלוֹאֵי Jer. 38, 12 et contr. בְּלוֹיֵ comm. 11. *vestium detritarum panni laceri.* Posterior haec forma *belowe* efferenda pr. est a sing. בְּלוֹ pro בְּלוֹוֹ, in aliis codd. tamen (v. J. H. Michaëlis) legitur בְּלוֹיֵי et in editt. בְּלוֹיֵ (ad formam גְּדִי, גְּדִיֵּי) a sing. בְּלוֹי (formae אֱבוֹי).

בֵּלְטְשַׁאצַּר (Beli princeps i. e. princeps, cui Belus favet, comp. ex בֵּל, *tscha* quae terminatio vocabulis addita in lingua zendica nota genitivi est, et *zar* = *sar* princeps) *Beltsazar,* nomen assyrio-babylonicum Danieli in Nebucadnezaris aula datum. Dan. 1, 7. 2, 26. 4, 5. 6. 15. 16. 10, 1.

בְּלִי subst. 1) *consumtio, interitus.* Jes. 38, 17, arab. بَلِيٌ id.

2) *defectus, nihil,* hinc adv. negandi i. q. לֹא. Iungitur verbis et nominibus. Gen. 31, 20. Hos. 7, 8. 8, 7. Jes. 14, 6. 32, 10. Nonnunquam substantivis arcte iungitur, ut in unam notionem coalescant, בְּלִי שֵׁם non-fama i. e. infamia Iob. 30, 8.

3) pro בִּבְלִי *sine,* nonnisi in sermone poët. Iob. 8, 11: בְּלִי מַיִם *sine aquis.* 24, 10. 31, 39. 33, 9. 34, 6. Ps. 59, 5.

Cum Praep. a) בִּבְלִי pr. in defectu, *sine* i. q. בְּלֹא. בִּבְלִי דַעַת imprudenter Deut. 4, 42. 19, 4, inopinato Iob. 35, 16. 36, 12. Cf. בְּלִי no. 2.

b) לִבְלִי id. (cf. לְ litt. B) Iob. 38, 41: לִבְלִי־אֹכֶל *sine cibo.* 41, 25. Jes. 5, 14.

c) מִבְּלִי pr. propter defectum *α*) *eo quod non, quia non,* sq. infin. Deut. 9, 28: מִבְּלִי יְכֹלֶת יְהוָה *quia non poterat Jehova.* Jes. 5, 13. Sq. part. *quia nemo.* Thren. 1, 4: מִבְּלִי בָּאֵי מוֹעֵד *quia nemo venit ad festum.* Nonnunquam pleon. מִבְּלִי אֵין. 2 Reg. 1, 3. 6. 16. Ex. 14, 11 (syr. ܡܛܠ ܕܠܐ ? et ܡܛܠ ܕܠܐ *eo quod non*). *β*) *ita ut non.* Iob. 18, 15: תִּשְׁכּוֹן בְּאָהֳלוֹ מִבְּלִי לוֹ *habitat* (terror) *in tentorio eius, ita ut non* amplius *eius* sit i. e. terror occupat tentorium

eius, et impium inde removet. 6, 6. Deut. 28, 55. Sq. part. *ita ut nemo.* מִבְּלִי יֹשֵׁב ita ut nemo habitet. Jer. 2, 15. 9, 10, cf. Ez. 14, 15. Sq. אֲשֶׁר (ut fiat Coniunctio) et pleon. לֹא Eccl. 3, 11: מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא־יִמְצָא הָאָדָם *ne inveniat homo.*

d) עַד בְּלִי *usque ad interitum* i. e. *quamdiu* Ps. 72, 7. Mal. 3, 10.

e) עַל־בְּלִי *eo quod non,* sq. Praet. Gen. 31, 20.

בְּלִיל m. pr. mixtum, spec. *farrago,* pabulum ex pluribus frugum generibus, ut farre, hordeo, viciis aliisque leguminibus constans (cf. Varro de R. R. 1, 31. Plin. 18, 15 s. 41), quae cuncta inter se *permixta* serebantur. Iob. 6, 5. 24, 6. Grana intelligenda esse, ex Jes. 30, 24 colligitur.

בְּלִימָה comp. ex בְּלִי et מָה i. q. לֹא מְאוּמָה *non quidquam, nihil* Iob. 26, 7. Ita certe LXX. Vulg. Syr. Chald., neque audiendi videntur interpp. hebraei, qui בְּלִימָה *frenum, fibulam* interpretantur, a rad. בָּלַם.

בְּלִיַּעַל (comp. ex בְּלִי *non, sine* et יַעַל commodum, utilitas, coll. הוֹעִיל utilis fuit, et arab. وعل et وعل i. q. شريف nobilis, princeps; neque vero auctore Fischero in proluss. de verss. gr. p. 93 a בְּלִי et עוֹל iugum, qs. iugi impatientia, contumacia) pr. *inutilitas, ignobilitas; quod inutile, nullius frugis est* (cf. arab. غير طايل inutilis, nullius frugis, vilis). Inde 1) *nequitia, vilitas.* אִישׁ בְּלִיַּעַל homo nequam 1 Sam. 25, 25. 30, 22. אָדָם בְּלִיַּעַל Prov. 6, 12 et בֶּן־בְּלִיַּעַל 1 Sam. 25, 17 id. Plur. saepe בְּנֵי בְלִיַּעַל 1 Sam. 2, 12 et אֲנָשִׁים בְּנֵי בְלִיַּעַל, אַנְשֵׁי בְנֵי בְלִיַּעַל Deut. 13, 14. Iudd. 19, 22. 20, 13. בַּת בְּלִיַּעַל mulier nequam 1 Sam. 1, 16. דְּבַר בְּלִיַּעַל res abiecta, turpis Ps. 41, 9. 101, 3, cf. Deut. 15, 9: פֶּן יִהְיֶה דָבָר עִם לְבָבְךָ בְלִיַּעַל *ne oboriatur in animo tuo cogitatio vilis.*

2) *pernicies, exitium.* Nah. 1, 11: יֹעֵץ בְּלִיָּעַל *qui perniciem meditabatur.* Ps. 18, 5: נַחֲלֵי בְלִיַּעַל יְבַעֲתוּנִי *torrentes exitii terrebant me,* metaphora a fluctibus petita sacris scriptoribus satis familiari. LXX χείμαῤῥοι ἀνομίας i. e. hostes torrentium instar irruentes. Male recentiorum nonnulli *torrentes inferni* reddunt.

3) Ellipt. pro אִישׁ בְּלִיַּעַל *homo nequam* (v. no. 1) 2 Sam. 23, 6. Iob. 34, 18, *vastator, exitium parans* (v. no. 2) Nah. 2, 1.

בָּלַל 1) *perfudit.* (Arab. بلّ rigavit, madefecit, יָבַל fluxit aqua, פלל, פִּלְפֵּל, فلفل conspersit). Part. pass. בָּלוּל בַּשֶּׁמֶן oleo perfusus, de oblationibus Lev. 2, 4. 5. 7, 10. 12. 14, 21. Num. 7, 13. 19. Intrans. *perfusus est.* Ps. 92, 11: בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן *oleo recente perfusus sum.* Ex derivatis v. שַׁבְּלוּל et תַּבְלוּל.

2) *confudit* (gr. συγχέω), maxime sermonem. Gen. 11, 7: הָבָה נֵרְדָה וְנָבְלָה שָׁם שְׂפָתָם *age, descendamus et confundamus ibi labium* i. e. sermonem *eorum,* quod protinus explicatur: *ne alter alterum intelligat.* נָבְלָה pro נָבֹלָּה, vid. *Lehrgeb.* p. 372 et Vers. 9. Cf. בָּבֶל. Arab. بلبل confusus fuit, de sermone, تبلبل الالسن confusio linguarum, Conj. II. balbutivit.

3) *maculavit, inquinavit* (cf. פִּלְפֵּל, فلفل ad Kal memorata). Ita in derivatis תֶּבֶל, תַּבְלוּל. (Cf. בָּלַס miscuit et maculavit).

4) denom. a בְּלִיל *farraginem, pabulum praebuit* iumentis. Iud. 19, 21: וַיָּבָל לַחֲמוֹרִים Vulg. *et pabulum asinis praebuit.*

Hithpo. immiscuit se, sq. בְּ Hos. 7, 8.

Nomm. derivata sunt: בְּלִיל, תֶּבֶל, תַּבְלוּל, שַׁבְּלוּל et n. pr. בָּבֶל.

De וַנָּבֶל Jes. 64, 5 v. ind. analyt.

בָּלַם *constrinxit, clausit* spec. os iumenti capistro. Ps. 32, 9. (Syr. ܒܠܡ id. Ethpe. clausum est os alicuius, obmutuit, ܒܠܘܡܐ capistrum. Forma et significatione vicinum est אָלַם: de radd. in ם cadentibus v. בָּהַם.

בָּלַס (denom. a بَلَس, በለስ: ficus, in lingua aeth. etiam sycomorus) *ficos* (et *sycomoros*) *coluit, collegit* vel *comedit,* cf. συκάζειν et ἀποσυκάζειν. Amos 7, 14: בּוֹלֵס שִׁקְמִים, quod docte Alex. κνίζων συκάμινα. Vulg. *vellicans sycamina.* Vellicatio enim ad sycaminorum culturam pertinet. Vid. Theophr. hist. pl. 4, 2. Plin. H. N. 13, 7 §. 14. Bochartus in Hieroz. 1, 384 sq.

בָּלַע fut. יִבְלַע 1) *deglutivit, devoravit.* (Arab. بَلَعَ et quadril. بَلْعَمَ id., aethiop. በልዐ: edit, comedit. Vicinae radd. sunt לוּעַ, ܠܥܣ, aliaeque multae a לע ordientia). Dr. de hominibus avide comedentibus Jes. 28, 4, de bestiis Ex. 7, 12. Jon. 2, 1. Jer. 51, 34. Gen. 41, 7. 24. Proverbialis est locutio Iob. 7, 19: *non dimittis me* עַד־בִּלְעִי רֻקִּי *dum deglutiam salivam meam* i. e. ne respirandi quidem locum mihi relinquis, ne brevissimum quidem momentum, quo recreer, mihi concedis. (Ita Arabes أَبْلِعْنِي رِيقِي *fac deglutiam salivam meam* i. e. concede mihi tantum morae, ut eam deglutiam. Har. 15 p. 142 Sacy. Plura v. ap. Schult. ad Iob. l. c. Similiter Persae آخور *absorptio salivae* de mora. Cf. Pi. no. 1.)

2) Metaph. a) *absumsit, perdidit,* ita tamen ut vorandi figura servata sit, v. c. *opes devorare* Iob. 20, 18 (cf. devoratam pecuniam evomere Cic. Pis. 37). Prov. 1, 12: *devorabimus eos, sicut orcus viventes* i. e. absumemus, interficiemus eos. Ps. 124, 3. Cf. אָכַל no. 1, g. b) Tribuitur inanimatis, ut voragini terrae Num. 16, 30 sq., maris Ps. 69, 16, cf. Ex. 15, 12.

Niph. pass. Pi. no. 2. *perditus est* Hos. 8, 8, spec. de ebriis. Jes. 28, 7: נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן *perditi sunt vino* i. e. vino oppressi, fracti, victi. Cf. הָלַם, רוּן, עָבַר. Syrus linguae suae beneficio retinuit ܐܬܒܠܥܘ ܡܢ ܚܡܪܐ, Arabes in eadem phrasi utuntur verbo بلغ.

Pi. 1) i. q. Kal *deglutivit.* Semel ellipt. Num. 4, 20: *neque veniant ad videndum sanctum,* כְּבַלַּע *dum deglutitur* sc. saliva i. e. ne unicum quidem temporis momentum. Cf. ad Kal no. 1. Egregie LXX. ἐξάπινα. Metaph. בִּלַּע אָוֶן devoravit scelus i. e. totum se replevit sceleribus Prov. 19, 28 (cf. שָׁתָה Iob. 15, 16).

2) *perdidit,* spec. a) *pessundedit, exitio dedit,* Iob. 2, 3. 10, 8. Jes. 49, 19. Hab. 1, 13; b) *exstirpavit, e medio sustulit* Ps. 21, 10. 35, 25, sq. מִן Iob. 8, 18. c) *vastavit* regionem 2 Sam. 20, 19. 20. Thren. 2, 8, it. dilapidavit opes Prov. 21, 20; perdidit i. e. irritum fecit consilium Jes. 19, 3, cf. Ps. 55, 10; viam alicuius i. e. effecit, ut in exitium rueret Jes. 3, 12.

Pu. pass. Pi. no. 2. *perditus est, periit.* Jes. 9, 15, *exitium paratur* sq. לְ 2 Sam. 17, 16.

Hithpa. id. Ps. 107, 27.

בֶּלַע m. c. Suff. בִּלְעוֹ 1) *devoratio, res devorata* Jer. 51, 44. 2) *exitium* Ps. 52, 6. 3) n. pr. urbis in litore australi maris mortui, etiam צֹעַר (parva) dictae. Gen. 14, 2. 8. 19, 20 sq. 4) n. pr. m. a) regis

Edomitarum Gen. 36, 32. b) Gen. 46, 21. c) 1 Par. 5, 8.

בִּלְעֲדֵי c. Suff. בִּלְעָדַי, בִּלְעָדֶיךָ (comp. ex בַּל non, et עַד, עֲדֵי usque ad) 1) pr. *non usque ad, nihil ad,* declinantis deprecantisque particula. Gen. 14, 24: בִּלְעָדַי רַק אֲשֶׁר אָכְלוּ הַנְּעָרִים *nihil ad me* sc. perveniat, nihil mihi vindico, *tantum quod comederunt pueri* rel. 41, 16: בִּלְעָדָי אֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת־שְׁלוֹם פַּרְעֹה *non ego, Deus respondebit de salute Pharaonis.* 2) *sine.* Gen. 41, 44: *sine te* i. e. te inscio et invito *nemo tollet manum suam.* 3) *praeter.* Jes. 45, 6. Ellipt. pro בִּלְעֲדֵי אֲשֶׁר praeter id quod. Iob. 34, 32: בִּלְעֲדֵי אֶחֱזֶה אַתָּה הֹרֵנִי (si quae peccavi) *praeter ea quae video scio, tu haec indica mihi.* Syr. ܒܠܥܕ, ܒܠܥܕܝ ܡܢ id.

מִבַּלְעֲדֵי id. Ubique praef. מִן: מִבַּלְעֲדֵי 1) *sine.* Jes. 36, 10: *num sine Deo* i. e. Deo invito nec annuente *ascendi in hanc terram?* Jer. 44, 19. Cf. בִּלְעֲדֵי no. 2. 2) *praeter.* Ps. 18, 32. Num. 5, 20. Jes. 43, 11.

בִּלְעָם (comp. ex בַּל et עָם non-populus, fort. i. q. peregrinus) n. pr. 1) Bileami pseudoprophetae. Num. 22—24. Deut. 23, 5. 6. Jos. 13, 22. 24, 9. Mich. 6, 5. LXX. *Βαλαάμ.* — 2) oppidi Manassitarum trans Jordanem siti 1 Par. 6, 55, alibi יִבְלְעָם (יִבְלַה עָם) dicti Jos. 17, 11. Iudd. 1, 27. 2 Reg. 9, 27.

בָּלַק *vacuum, inanem reddidit,* i. q. בָּקַק et pariter atque hoc onomatop. sonum lagenae effusae imitans. Jes. 24, 1. Cf. arab. بَلَقَ I. IV. *aperuit* (lagenam).

Pu. part. f. מְבֻלָּקָה *vacua* i. e. deserta *facta* Nah. 2, 11.

בָּלָק (inanis, vacuus) n. pr. regis Moabitarum, tempore Mosis Num. 22, 2 sq. Jos. 24, 9. Iudd. 11, 25. Mich. 6, 5.

בֵּלְשַׁאצַּר Dan. 5, 1. 2. 9. 22. 29. 30. 8, 1 et בֵּלְאשַׁצַּר 7, 1 *Belsazar,* nomen ultimi Chaldaeorum regis, ab Herodoto (1, 188) *Λαβύνητος,* a Beroso (ap. Jos. cont. Ap. 1, 20) *Ναβόννηδος* (quae forma magis genuina videtur, cf. נְבוֹ) dicti. Alex. *Βαλτάσαρ.*

בִּלְשָׁן (i. q. בֶּן־לָשׁוֹן filius linguae = eloquens, cf. s. בִּדְקַר) n. pr. viri principis cum Serubabele ex exilio reducis. Esr. 2, 2. Neh. 7, 7.

בֶּלֶת vel בְּלֹת n. inusit. a rad. בָּלָה (formae כֶּסֶת a כָּסָה, Lehrgeb. p. 507) pr. *nihilum, redactio ad nihilum* i. q. בַּל, בְּלִי, unde c. Jod paragogico, status constructi indice,

בִּלְתִּי 1) adv. negandi i. q. לֹא 1 Sam. 20, 26.

2) Praep. pro בִּבְלְתִּי (בְּלֹא) *sine* Jes. 14, 6, *praeter* (ubi antecessit negatio) Gen. 21, 26. Ex. 22, 19. Num. 11, 6. 32, 12. C. Suff. בִּלְתִּי praeter me Hos. 13, 4. Jes. 10, 4. בִּלְתֶּךָ praeter te 1 Sam. 2, 2. Jes. l. l. redde: *sine me* i. e. a me derelicti *incurvati incedent inter vinctos, et inter interfectos peribunt,* cf. ad v. תַּחַת.

3) Conj. pro בִּלְתִּי אֲשֶׁר *praeterquam quod.* Dan 11, 18; *nisi quod* Gen. 43, 3: *faciem meam non videbitis* בִּלְתִּי אֲחִיכֶם אִתְּכֶם *nisi quod frater vester vobiscum sit.* Plenius dicitur בִּלְתִּי אִם *nisi quod* Amos 3, 4, et simpl. *nisi* Iud. 7, 14. Gen. 47, 18.

Comp. c. praepp. a) לְבִלְתִּי sq. Inf. pr. *quod non.* Iudd. 8, 1. Utuntur autem Hebraei hac particula, ubicunque Gerundium (לִקְטֹל) negative exprimendum est (לְבִלְתִּי קְטֹל). Latine reddi potest *ita ut non* (quominus) Ex. 8, 25. 9, 17, ex. gr. post verba resistendi Jer. 16, 12, obliviscendi Deut. 8, 11, impediendi Num. 9, 7, *ne* Gen. 38, 9; et Acc. et Inf. post verba jubendi Gen. 3, 11, consentiendi

2 Reg. 12, 9. Semel pleonastice לְבִלְתִּי לְ 2 Reg. 23, 10, et ter לְבִלְתִּי sq. verbo finito pro לְבִלְתִּי אֲשֶׁר Jer. 23, 14. 27, 18. Ez. 13, 3.

b) מִבִּלְתִּי *quod non, quia non,* sq. Inf. Num. 14, 16, nomine verbali Ez. 16, 28.

c) עַד בִּלְתִּי *usque dum non, donec non,* sq. Praet. Num. 21, 35. Deut. 3, 3. Jos. 8, 22. 10, 33, it. *quamdiu* Iob. 14, 12. Cf. עַד בְּלִי.

בָּמָה (c. Kamez impuro), plur. בָּמוֹת, st. constr. id. et בָּמוֹתֵי Deut. 32, 13. Jes. 58, 14. Mich. 1, 3 Chethibh, sed in Keri בָּמֳתֵי et ita in textu Iob. 9, 8. Jes. 14, 14. Amos 4, 13 (vide not.), c. Suff. בָּמוֹתַי cet.

1) *locus excelsus, editus,* generale vc. montes clivosque comprehendens, v. rad. בּוּם. 2 Sam. 1, 19. 25. בָּמוֹת יַעַר montes silvis tecti. Jer. 26, 18. Mich. 3, 12. Ez. 36, 2 (cl. 1). בָּמוֹת אַרְנוֹן montes ad Arnonem Num. 21, 28.

2) *arx, castellum* in monte exstructum (cf. lat. *arx,* germ. *Burg*). Ps. 18, 34: עַל־בָּמוֹתַי יַעֲמִידֵנִי *in arcibus meis constituit me* i. e. tutum me praestitit. Hab. 3, 19. Qui *arces regionis* tenet, is omnem regionem occupavit tutoque possidet victor, unde locutio poëtica: דָּרַךְ עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ *incessit super arces terrae* Amos 4, 13. Mich. 1, 3. Deut. 33, 29, et translate עַל־בָּמֳתֵי־יָם Iob. 9, 8 *super arces maris,* עַל־בָּמֳתֵי־עָב Jes. 14, 14 *super arces nubium,* de Deo summo mundi rectore, it. הִרְכִּיב עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ Deut. 32, 13. Jes. 58, 14.

3) In montibus collibusque veteres Hebraei pariter atque plurimi antiquitatis populi (v. Comment. ad Jes. 65, 7, et T. 2, p. 316) sacra putabant diis acceptissima. Propterea tum idolis tum ipsi Deo (1 Sam. 9, 12 sq. 1 Par. 13, 29 sq. 1 Reg. 3, 4. 2 Reg. 12, 2. 4. Jes. 36, 7) ibi sacrificia instituere, *sacella* vel *delubra* (בָּתֵּי הַבָּמוֹת 1 Reg. 13, 32. 2 Reg. 17, 29) cum sacerdotibus, sacrorum administris (כֹּהֲנֵי הַבָּמוֹת 1 Reg. 12, 32. 2 Reg. 17, 32) exstruere solebant, eiusque veteris religionis adeo tenaces erant non tantum decem tribus (v. loca modo laudata), sed etiam Judaei, ut adeo post templum a Salomone conditum et non obstante lege Deut. 12 (modo haec antiqua sit) in montibus Hierosolymae vicinis huiusmodi sacella exstruere ibique sacra facere non desinerent, regesque legis mosaicae caeterum observantissimi usque ad Josiam illegitimi huius cultus abrogationem vel a populo vel a se ipsis non impetrarent, 2 Reg. 12, 4. 14, 4. 15, 4. 35, cf. 2 Paral. 20, 33. 15, 17. 2 Reg. 23, 8. 9. 19. Ez. 6, 3. 20, 29. Lev. 26, 30. Ipsum Salomonem in eiusmodi sacellis operatum esse sacris legimus 1 Reg. 3, 2. 3 cf. 11, 7.

4) Saepissime idem valet quod בֵּית הַבָּמָה *sacellum* Deo idolisve *in monte exstructum* (cf. no. 3) 1 Reg. 11, 7. 14, 23. 2 Reg. 17, 9. 21, 3. 23, 15, adeoque transfertur ad *delubrum quodlibet* Jer. 7, 31, cf. aethiop. ደብር፡ mons it. coenobium, germ. *Hag* pr. lucus, dein ecclesia, templum ibi aedificatum. Probabiliter haec sacella tentoria erant aulaeis ornata (Ez. 16, 16), cf. 2 Reg. 23, 7. Am. 5, 26, cuius generis tabernacula etiam Poenos veteresque Slavos habuisse constat (Diod. 20, 25. Mone in Creuzer Symbol. 5, 176).

5) Raro est *tumulus sepulcralis,* gr. *βωμός.* Ez. 43, 7, cf. vers. 8 et intpp. ad Jes. 53, 9, cui loco haec significatio commode adhiberi potest.

Not. Forma Pluralis constr. בָּמוֹתֵי, in qua duplex est Pluralis numeri signum, sui simile habet exemplum in רַאֲשׁוֹתֵי 1 Sam. 26, 12, cf. Lgb. 541. Masorethae autem hanc formam reprobantes pro ea substituerunt בָּמֳתֵי. Hoc multi

appellant *bāmŏthe*, sed ו, utpote immutabile, corripi non poterat in Chateph-Kamez: et rectius alii efferunt *bom°the*, pro בָּמֳתֵי, a sing. בָּמֹת (formae בְּשֹׁת), ת in plurali servato ut דְּלָתוֹת, דֶּלֶת. Equidem spreta illa Masoretharum crisi ubique בָּמֹתֵי, בָּמוֹתֵי legendum suspicor.

בִּמְהָל (filius circumcisionis i. e. circumcisus, pro בֶּן־מְהָל, v. בִּדְקַר) n. pr. m. 1 Par. 7, 33.

בְּמוֹ v. מוֹ.

בָּמוֹת (excelsa) Num. 21, 19, plenius בָּמוֹת בַּעַל (excelsa Baalis) 22, 41. Jos. 13, 17 n. pr. oppidi in ditione Moabitarum, ad Arnonem fluvium siti.

בֵּן (pro בֶּנֶה a rad. בָּנָה no. 4) cstr. בֶּן־ (cum Praefixis כְּ, בְּ, לְ sine Makkeph) raro בִּן Prov. 30, 1. Deut. 25, 2. Jon. 4, 10 et ubicunque sequitur n. pr. נוּן, semel בְּנִי (sicut אֲבִי) Gen. 49, 11 et בְּנוֹ Num. 24, 3. 15. Plur. בָּנִים (qs. a sing. בֵּן) constr. בְּנֵי *filius*. (Arab. اِبْن Plur. بَنُونَ, constr. بَنُو, بَنِي; in monumentis phoen. saepissime בן; aram. vero בַּר, ܒܪܳܐ, a בְּרָא procreavit, sed c. Plur. בְּנִין, בְּנֵי, ܒܢܰܝܳܐ). *Κατ' ἐξοχὴν* de *regis filio* Jes. 9, 5, cf. בֶּן־מֶלֶךְ Ps. 72, 1. Plur. בָּנִים nonnunquam de utriusque sexus *liberis* Gen. 3, 16. 21, 7. 30, 1. 31, 17. 32, 12. Deut. 4, 10, quanquam crebrius plene dicitur בָּנִים וּבָנוֹת Gen. 5, 4. 7. 10. 13. 11, 11 sq. In Sing. communis generis vestigium habes in בֵּן־זָכָר (rectius בֵּן זָכָר) *filius masculus* Jer. 20, 15, cf. *υἱὸς ἄῤῥην* Apoc. 12, 5. Poëtici sermonis est, si *filii Graecorum* dr. pro Graecis Joël 4, 6 sicut *υἷες Ἀχαιῶν* et *filii Aethiopum* Amos 9, 7 pro Aethiopibus, cf. יַלְדֵי נָכְרִים Jes. 2, 6 de peregrinis, בְּנֵי אֶבְיוֹן de pauperibus Ps. 72, 4 et gr. *δυστήνων παῖδες* Il. φ, 151. Ubique autem hac locutione similis patris filiique conditio significatur.

Filii vero nomen, pariter atque patris et fratris (v. אָב, אָח), late patet apud Hebraeos et varie transfertur. Dicitur

1) de *nepote* (ut אָב de avo). Gen. 29, 5. Esr. 5, 1 cf. Zach. 1, 1. Plur. בָּנִים nepotes Gen. 32, 1 (31, 55). 31, 28 (quanquam, ubi maior est sermonis accuratio, *nepotes* dicuntur בְּנֵי בָנִים. Ex. 34, 7. Prov. 13, 22. 17, 6), it. *posteri*, ut בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Israëlitae, בְּנֵי יְהוּדָה, בְּנֵי לֵוִי Judaei, Levitae, בְּנֵי עַמּוֹן Ammonitae, בְּנֵי חֵת Hethitae, בְּנֵי יִשְׁמָעֵאל Ismaëlitae. In eandem sententiam dr. בֵּית יִשְׂרָאֵל, בֵּית יְהוּדָה (v. בַּיִת no. 8), item אִישׁ יִשְׂ׳ (v. אִישׁ 1, g).

2) Est nomen aetatis, pro *puero, iuvene*, ut gr. *παῖς*, cf. בַּת no. 2. Cant. 2, 3. Prov. 7, 7. Filii nomen

3) tribuitur *subiecto*, regi dominoque qs. patri obsequium praestanti. 2 Reg. 16, 7. Hinc metaph. *filius mortis* est morti destinatus et qs. in dominium traditus. 1 Sam. 20, 31. 2 Sam. 12, 5; *filius plagarum* i. q. plagis damnatus. Deut. 25, 2. Cf. *υἱὸς γεέννης* Mt. 23, 15, *τῆς ἀπωλείας* Joh. 17, 12. Filius vocatur

4) *alumnus*, qui filii instar educatur Ex. 2, 10 cf. Act. 7, 21, et *discipulus*, quatenus doctores parentum cultu et observantia prosequi *patris*que nomine ornare solebant (v. אָב no. 5). Hinc בְּנֵי הַנְּבִיאִים *filii prophetarum* pro *discipulis prophetarum* ipsorumque prophetarum collegiis 1 Reg. 20, 35. 2 Reg. 2, 3. 5. 7. 4, 38 cet. cf. Amos 7, 14. (Sic ap. Persas *filii magorum* de magorum discipulis, ap. Graecos *ἰατρῶν υἱοί, ῥητόρων υἱοί, παῖδες μουσικῶν, φιλοσόφων* pro *ἰατροί, μουσικοί* cet., syr. ܒܢܝ ܟܘܪܝ filii i. e. asseclae

Bardesanis). Eodem pertinet, quod in Proverbiis poëta lectorem *filium* compellat Prov. 2, 1. 3, 1. 21. 4, 10. 20. 5, 1. 6, 1. 7, 1, cf. בַּת Ps. 45, 11.

5) Sq. genit. *loci* notat *hominem in eo natum*, eius *loci alumnum*, velut *filii Zionis*, Zionitae Ps. 149, 2; *filii Babylonis* Ez. 23, 15. 17, *Orientis* i. e. Arabes (v. קֶדֶם), *filii provinciae* Esr. 2, 1, *filii terrae exterae* Gen. 17, 12, *filius domus* i. e. verna (v. בַּיִת), *filius uteri* ex eodem utero prognatus (v. בֶּטֶן). Quae enim in loco et tempore fiunt, ipsi loco et tempori tribui solent (v. Jes. 3, 26. 8, 23. Iob. 3, 3), et regiones urbesve qs. matres singulorum civium cogitantur (v. אֵם), quemadmodum populi patres, unde etiam dr. בְּנֵי עַמִּי *filii populi mei* i. e. populares mei (v. עַם) et בְּנֵי הָעָם de plebe Jer. 17, 19. 26, 23. — De brutis Deut. 32, 14: *arietes*, *filii Basan*. Transfertur etiam ad res, quae in aliquo loco continentur, ut *filii pharetrae* de sagittis Thren. 3, 13.

6) Sq. genit. *temporis personam remve* designat vel *eo tempore natam ortamque*, vel *huius temporis alumnam* i. e. quae hoc temporis spatium transegit. Sic *filius senectutis eius* i. e. in senectute eius genitus Gen. 37, 3, *filius iuventutis* a patre iuvene genitus Ps. 127, 4, *filii orbitatis* matre orba i. e. in exilio nati Jes. 49, 20; *filius quingentorum annorum*, quingentos annos natus Gen. 5, 32, *agnus* בֶּן־שָׁנָה *anniculus* Ex. 12, 5. Jon. 4, 10 de ricino: שֶׁבִּן־לַיְלָה הָיָה וּבִן־לַיְלָה אָבָד *qui una nocte ortus, una nocte periit*. *Filius aurorae* poët. dr. lucifer qs. aurora prognatus Jes. 14, 12.

7 Sq. genitivo *virtutem, vitium, vitaeve conditionem* significante *hominem* notat *illius virtutis vitiive* qs. *alumnum*, *iis imbutum*, vel *in tali conditione adultum*, velut בֶּן־חַיִל *filius roboris*, heros, bellator (v. חַיִל), בֶּן־בְּלִיַּעַל filius nequitiae, homo nequam, בֶּן־עַוְלָה id., בְּנֵי שַׁחַץ *filii superbiae* poët. de feris, בֶּן־עֳנִי i. q. עָנִי miser Prov. 31, 5, *filius possessionis* i. e. possessor, heres Gen. 15, 2, *filii sponsionis* i. e. obsides 2 Reg. 14, 14 cf. υἱὸς τῆς ἀπειθείας Ephes. 2, 2, τέκνα ὑπακοῆς 1 Petr. 1, 14. — In aliis huius generis locutionibus figuratis et poëticis, quae in aliis etiam linguis cognatis frequentantur (v. Gol. v. ابن, Castellus et Buxtorf. v. בַּר, Jones de poësi asiat. p. 128 sq.), *filius* alicuius rei vocatur, qui ei similis est, veluti *filii fulguris* de avibus fulguris aemulis Iob. 5, 7; vel ex ea pendet, veluti *filii arcus* de sagittis Iob. 41, 20; vel quacunque necessitudine cum ea coniunctus est, ut *filii olei* oleo delibuti, uncti Zach. 4, 14, *filius olei* s. *pinguedinis*, pinguis, fertilis cet. Cf. אָב, אִישׁ, בַּעַל.

8) *Filii Dei* appellatio in V. T. tribuitur a) *angelis* Gen. 6, 2 sq. Iob. 1, 6. 2, 1. 38, 7. Ps. 29, 1. 89, 7, sive tanquam Dei militibus et pedissequis (v. צָבָא), sive, propter maiorem divinae naturae similitudinem, quanquam corpus iis tribuitur Gen. l. c. b) *regibus* (neque Hebraeis tantum, sed etiam exteris Ps. 89, 28, utpote Dei in terra vicariis, divino spiritu edoctis et adiutis (1 Sam. 10, 6. 9. 11, 6. 16, 13. 14. Jes. 11, 1. 2), propterea que a Graecorum quoque poëtis Διογενεῖς βασιλῆες dictis. Ps. 2, 7: *Deus dixit mihi: tu filius meus, ego hodie te genui* i. e. regem constitui (cf. Jer. 2, 27). 82, 6: *ego pronuntio: dii vos* (o reges!), *et filii Altissimi vos omnes*. 7. *Sed aeque ac vulgus moriemini* cet. Ps. 89, 28. 2 Sam. 7, 14. c) *hominibus Deum pie colentibus* Ps. 73, 15. Prov. 14, 26. Deut. 14, 1, spec. Israëlitis, quanquam filiis interdum ingratis Jes. 1, 2. 30, 1. 9. 43, 6. Hos. 2, 1. Jer. 3, 14. 19. In Sing. *Israël Dei filius*

vocatur Hos. 11, 1, isque primogenitus et dilectus Ex. 4, 22. 23, cf. Jer. 31, 20. — Filii nomen usurpant

9) de *fetu bestiarum*, ut בְּנֵי־צֹאן filii ovium, agni Ps. 114, 4, בְּנִי אֲתֹנוֹ filius asinae eius i. q. עִירֹה Gen. 49, 11, *filii columbae* i. e. pulli columbini Lev. 12, 6, *filii corvi* Ps. 147, 9.

10) Arboris *filius* poët. dici videtur pro *surculo*, *propagine* (cf. יוֹנֶקֶת, יוֹנֵק). Gen. 49, 22: בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף *filius* (arboris) *fructiferae est Josephus:* בֵּן enim (fortasse rectius appellandum בֶּן־) videtur in statu constructo poni, et פֹּרָת esse i. q. פֹּרִיָּה Jes. 17, 6 *fructifera* sc. arbor. Sed alii aliter, v. פָּרַת.

11) n. pr. m. 1 Par. 15, 18. Alia nomm. propria compp. sunt:

a) בֶּן־אוֹנִי (filius doloris mei) n. pr. Benjamino a matre impositum Gen. 35, 18.

b) בֶּן־הֲדַד (*filius* i. e. cultor *Hadadi* s. *Adodi*, summi Syrorum numinis, cf. Macrob. Saturnal. 1, 23 et n. pr. הֲדַדְעֶזֶר) n. pr. trium regum Syriae Damascenae, quorum primus bellum gessit cum Baësa, Samariae rege (1 Reg. 15, 20 sq. et 2 Par. 16, 2 sq.): alter, Ahabi aequalis, Samaria bis oppugnata aliisque bellis vario Marte gestis patre famosior factus est (1 Reg. 20, 1 sq. 2 Reg. 6, 24 sq, 8, 7): tertius, Hasaëlis filius, rebus infeliciter gestis provincias a maioribus partas amisit omnes (2 Reg. 13). *Palatia Benhadadi* i. e. Damascena Jer. 49, 27. Am. 1, 4.

c) בֶּן־חַיִל (fortis, bellator) n. pr. m. 2 Par. 17, 7.

d) בֶּן־חָנָן (filius benigni n. pr. m. 1 Par. 4, 20.

e) בֶּן־יָמִין (filius dexterae i. e. felicitatis, v. infra בִּנְיָמִין) n. pr. m. 1) 1 Par. 7, 10. 2) Esr. 10, 32. Neh. 3, 23. Ubi Benjaminus patriarcha intelligitur, hoc vc. semper (exc. 1 Sam. 9, 1 Chethibh) iunctim scribitur, v. בִּנְיָמִין.

f) בְּנֵי־בְרַק (vicus filiorum Berak l. fulguris) n. pr. oppidi tribus Dan. Jos. 19, 45.

g) בְּנֵי יַעֲקָן v. בְּאֵרוֹת ב׳ י׳.

בֵּן chald. id., nonnisi in Plur. בְּנִין, בְּנֵי (singularis vices explet בַּר), ut: בְּנֵי גָלוּתָא migrantes, patriâ excedentes. Dan. 2, 25. בְּנֵי תוֹרִין pulli columbini. Esr. 6, 9. (Syr. ܒܪ pl. ܒܢܝܐ id.).

בְּנָא c. Suff. בְּנָהִי Esr. 5, 11 gerund. לְמִבְנֵא Esr. 5, 2. 17, לְמִבְנְיָה 5, 9, לִבְנֵא 5, 3. 13 i. q. hebr. בָּנָה *aedificavit* Dan. 4, 27.

Ithpe. pass. Esr. 4, 13. 21, c. acc. materiae Esr. 5, 8.

בָּנָה fut. יִבְנֶה, c. Waw conv. וַיִּבֶן et sexies וַיִּבְנֶה, וָאֶבְנֶה 1) *aedificavit, exstruxit*, veluti domum, templum, urbem, moenia, munimenta Ez. 4, 2, altare Gen. 8, 20, sacella Jer. 7, 31, tabulata navis Ez. 27, 5; semel, ut videtur, de aedium fundatione 1 Reg. 6, 1, ubi וַיִּבֶן 2 Par. 3, 1 non male declaratur וַיָּחֶל לִבְנוֹת. (Arab. بنا, aram. ܒܢܐ, בְּנָא id. Cf. אֶבֶן et אָמֵן). Materia, *ex* qua quid exstruitur, ponitur plerumque in Acc. 1 Reg. 18, 32: וַיִּבְנֶה אֶת־הָאֲבָנִים מִזְבֵּחַ *et exstruxit lapides in aram* i. e. ex iis exstruxit aram. (Cf. Lgb. p. 813). Ex. 20, 22. Deut. 27, 6. 1 Reg. 15, 22, rarius praevio בְּ ibid. fin. Constr. praeterea a) c. acc. loci, qui aedificando tegitur et completur (germ. *etwas bebauen*). 1 Reg. 6, 15. 16, 24. b) c. acc. pers. et valet: *domum alicui aedificavit* i. e. sedem stabilem ei dedit, et translate res eius prosperas esse iussit (de alio eiusdem formulae sensu v. no. 3). Jer. 24, 6: *eos reducam in hanc terram* וּבְנִיתִים וְלֹא אֶהֱרֹס וּנְטַעְתִּים וְלֹא אֶתּוֹשׁ *eosque exstruam neque diruam, plantabo neque evellam* i. e. sedem fixam iis concedam et

res eorum prosperas esse iubebo. 31, 4. 33, 7. 42, 10. Ps. 28, 5. (Arab. بنى beneficiis auxit aliquem). c) sq. בְּ in aedificanda aliqua re occupatum esse, *an etwas bauen*. Neh. 4, 4. 11. Zach. 6, 15. Cf. בְּ A, 2 d) sq. עַל pro: obstruxit. Thren. 3, 5: *obstruxit me* (Deus) i. e. viam undique praeclusit, ut egredi nequeam, cf. גָּדַר comm. 7. 9. — Transl. *finxit* hominem Gen, 2, 22.

2) *restituit, instauravit* (domum urbemque vastatam). Am. 9, 14. Ps. 122, 3: *o Hierosolyma restituta!* 147, 2. Jos. 6, 26. 1 Reg. 16, 34. 2 Reg. 14, 22. Cf. בָּנָה חֳרָבוֹת s. v. חָרְבָּה. De munitione urbis 1 Reg. 15, 17.

3) בָּנָה בַיִת לְ *domum alicui aedificavit* idem valet quod: prolem et sobolem ei dedit (v. בַּיִת no. 8 et Niph. no. 3). Domus enim ex solenni Orientis metaphora ad familiam liberosque transfertur, et qui liberis procreandis operam dat, is domum aedificare dicitur. Inde בֵּן *filius* dictus est ab aedificando i. e. procreando. Lepide hanc metaphoram persecutus est Plaut. Mostell. 1, 2, 37.

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *aedificatus est* Num. 13, 22. Deut. 13, 17, c. acc. materiae 1 Reg. 6, 7. Homines *aedificari* dicuntur, ubi sede stabili rebusque prosperis augentur (v. Kal no. 1, b) Jer. 12, 16. Mal. 3, 15. Iob. 22, 23. De alia metaphora v. no. 3.

2) pass. Kal no. 2. *instauratus est* Jes. 44, 28.

3) *Aedificari* dicitur *mulier*, si domus eius aedificatur i. e. ubi sobole augetur (v. Kal no. 3), Gen. 16, 2: אוּלַי אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *fortasse aedificabor per illam* i. e. huius ancillae ope liberos habebo. 30, 3.

Nomm. derivata sunt: בֵּן, בַּת, בִּנְיָה, בִּנְיָן, מִבְנֶה, תַּבְנִית, quibus accedunt multa nomm. propria, ut יַבְנֶה, בְּנָיָהוּ, בְּנָיָה, בָּנִי, בִּנּוּי, מִבְנַי, יִבְנִיָּה, יַבְנְאֵל.

בִּנּוּי (aedificium) n. pr. m. post exilium frequens 1) Neh. 7, 15, cf. Esr. 2, 10. 2) Esr. 10, 30. 38. 3) Esr. 8, 33. 4) Neh. 3, 24, 10, 10. 12, 8.

בָּנוֹת filiae, v. בַּת.

בָּנִי (aedificatus) n. pr. 1) vir, ex heroibus Davidis 2 Sam. 23, 36. 2) 1 Par. 6, 31. 3) 1 Par. 9, 4 Keri. 4) Neh. 3, 17. 9, 4. 5. 10, 14. 11, 22. 5) v. בִּנּוּי no. 1. 6) Esr. 10, 29. 34. 38. Neh. 8, 7. 10, 15.

בֻּנִּי n. pr. (aedificatus, verbale Pualicum) m. Neh. 9, 4. 10, 16, cf. בִּנּוּי Neh. 11, 15.

בְּנָיָה n. pr. m. (quem Jehova aedificavit v. rad. no. 1, b) 1) 1 Par. 4, 36. 2) 2 Par. 20, 14. 3) Esr. 10, 25. 30. 35. 43. 4) v. sequens nomen no. 3. 5.

בְּנָיָהוּ n. pr. m. (i. q. בְּנָיָה), 1) 1 Par. 15, 24. 16, 5. 2) 1 Par. 27, 34. 3) 2 Sam. 8, 18. 23, 20. 22. 4) 1 Paralip. 15, 18. 20. 16, 5. 5) 2 Sam. 23, 30, cf. 1 Par. 11, 31. 27, 14. 6) 2 Paralip. 31, 13. 7) Ez. 11, 1. 13.

בִּנְיָה f. *aedificium*. Ez. 41, 13. Rad. בָּנָה. Cf. בִּנְיָן.

בִּנְיָמִין (filius dexterae i. e. felicitatis q. d. Felix, v. יָמִין no. 4) n. pr. *Benjamini* patriarchae, filii Jacobi natu minimi et Rahelae. Auctor factus est tribus cognominis (בְּנֵי בִנְיָמִין Num. 1, 36, מַטֵּה ב׳ Jos. 21, 4. 17 et simpl. בִּנְיָמִין m. Iudd. 20, 39, 40), cuius regio (אֶרֶץ בִּנְיָמִין Jer. 1, 1) in media fere terra cisiordanensi sita describitur Jos. 18, 21 sq. Bellica quaedam huius tribus indoles significatur Gen. 49, 27. — שַׁעַר בִּנְיָמִין est porta Hierosolymorum in septentrionali moeniorum parte (Jerem. 37, 13.

38, 7. Zach. 14, 10) prob. eadem, quae alibi *porta Ephraimi* dicitur, cf. Thes. p. 141 A, et Faber Archaeologie p. 533. LXX. *Βενιαμίν*. Caeterum hoc vc., ubicunque patriarcham designat, iunctim scribitur (v. בִּנְיָמִין); divisim vero scribunt n. gent. בֶּן־יְמִינִי (cf. Lgb. 515) 1 Sam. 9. 21. Ps. 7, 1 *Benjaminita*, c. Art. בֶּן־הַיְמִינִי (ut בֵּית הַשִּׁמְשִׁי) Iudd. 3, 15. 2 Sam. 16, 11. Plur. בְּנֵי יְמִינִי Iudd. 19, 16. Ellipt. dicitur אִישׁ יְמִינִי pro אִישׁ בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9, 1. 2 Sam. 20, 1 et אֶרֶץ יְמִינִי 1 Sam. 9, 4 (ut arab. بَكْرِى Becrensis pro Abubecrita, ab أبو بكر).

בִּנְיָן m. 1) *aedificium* Ez. 41, 12. 2) *murus* Ez. 40. 5. (Syr. ܒܶܢܝܳܢܳܐ aedificium, arab. بُنْيَان id.).

בִּנְיָן chald. i. q. hebr. no. 1. Esr. 5, 4.

בְּנִינוּ (filius noster, a forma segolata בֵּנִי Gen. 49, 11) n. pr. m. Neh. 10, 14.

בְּנַס chald. *iratus, indignatus est* Dan. 2, 12. Saepe in Targ.

בִּנְעָא (sec. Jo. Simonis i. q. נִבְעַת scaturigo) n. pr. m. 1 Par. 9. 43 et בִּנְעָה ibid. 8, 37.

בְּסוֹדְיָה (in familiaritate Jehovae = Dei familiaris) n. pr. m. Neh. 3, 6.

בֵּסַי n. pr. m. Esr. 2, 49. Neh. 7, 52, fort. i. q. בֵּצַי, nimirum pers. باز gladius.

בָּסַס rad. spuria, v. בּוּס Hithp.

בָּסַר rad. Hebraeis inusit. prob. *acidus* fuit, *sauer seyn* i. q. שְׂאֹר. Inde arab. بَسَرَ intempestive fecit, austerius contraxit vultum, *ein saueres Gesicht machen*. Hinc

בֹּסֶר c. Suff. בִּסְרוֹ Iob. 15, 33, et

בֹּסֶר m. collect. *uvae acidae et immaturae* Jes. 18, 5. Jer. 31, 29. 30. Ez. 18, 2. Differt a בְּאֻשִׁים labruscis, q. v. LXX. *ὄμφαξ*. (Chald. בּוֹסְרָא id. Syr. ܒܶܣܪܳܐ uvae acidae).

בָּעַד rad. Hebraeis inusit. Arab. بَعُدَ distitit, abfuit IV. removit. Aethiop. pr. alius, diversus fuit, hinc Praet. A. trans. ባዐደ፡ immutavit, commutavit, ተባዐደ፡ alius factus est, ባዕድ፡ et ባዕድ፡ alius, alienus. Apud Hebraeos notasse videtur: *extra* aliquam rem (opp. intra rem), *in vicinia* eius, *iuxta* eam *fuit*. Hinc

בְּעַד et **בַּעַד** (cf. no. 2) c. Suff. בַּעֲדִי et בַּעֲדֵנִי Ps. 139, 11, בַּעֲדוֹ, בַּעַדְךָ in Pausa בַּעֲדֶךָ, בַּעֲדוֹ, בַּעֲדֵנוּ, semel בַּעֲדֵינוּ Amos 9, 10, בַּעַדְכֶם, בַּעֲדָם pr. Subst. sed ex linguae usu Praep. *viciniam* quamcunque designans 1) *iuxta, prope.* 1 Sam. 4, 18: בְּעַד יַד הַשַּׁעַר *iuxta latus portae*, et metaph. *propter* (cf. אֶל A, 7) Prov. 6, 26: בְּעַד אִשָּׁה זוֹנָה עַד־כִּכַּר לָחֶם *propter meretricem* (venit) *ad frustum panis.*

2) *pone, post* (Arab. بَعْدُ, بَعْدَ post, de tempore). Gen. 7, 16: וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ *et clausit Jehova post eum.* Iudd. 3, 22. Amos 9, 10: לֹא תַגִּישׁ וְתַקְדִּים בַּעֲדֵינוּ הָרָעָה *non appropinquabit nobis et invadet nos a tergo calamitas.* 2 Reg. 1, 2. 2 Sam. 20, 21: בְּעַד הַחוֹמָה prob. pro מִבַּעַד הַחוֹמָה inde a tergo muri. מִבַּעַד לְ i. q. בַּעַד (ut מִתַּחַת לְ i. q. תַּחַת). Cant. 3, 1: *oculi tui* instar *columbarum* מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ *pone velum tuum* (non: dazwischen hervor, ut in ed. 2 et apud Winerum, quod esset מִבֵּין צ׳) comm. 3. 6, 7.

3) *circa.* Ps. 139, 11: וְלַיְלָה אוֹר בַּעֲדֵנִי *nox est lumen circa me.* Iob.

1, 10. 3, 23. Thren. 3, 7: גָּדַר בַּעֲדִי *obstruxit* viam *circa me,* ut egredi nequeam. Iungitur hac significatione a) verbis claudendi, veluti סָגַר בְּעַד פ׳ clausit aliquid (pr. circumclusit, *einschliessen*) 1 Sam. 1, 6, עָצַר בְּעַד Gen. 20, 18, חָתַם בְּעַד sigillo clausit, *einsiegeln* Iob. 9, 7, cf. Jon. 2, 6, b) verbo protegendi, הֵגֵן בְּעַד pr. munivit circa aliquem, munimento circumdedit Ps. 3, 4. Zach. 12, 8.

4) *inter* (duas res), *zwischen* (etwas) *hinein,* Joël. 2, 8, *durch* (etwas) *hin,* ut בְּעַד הַחַלּוֹן cum verbo veniendi Joel. 2, 9, prospiciendi Gen. 26, 8. Iudd. 5, 28. Metaph.

5) *pro* (a commutandi potestate, v. aethiop.) 1 Sam. 7, 9. 2 Sam. 20, 21, v. c. deprecatus est (v. הִתְפַּלֵּל), expiavit (v. כִּפֵּר), oraculum consuluit (Jer. 21, 2. Jes. 8, 19), iudicem corrupit (Iob. 6, 22) *pro* aliquo. Iob. 2, 4: עוֹר בְּעַד עוֹר *cutis pro cute* (v. עוֹר).

בָּעָה fut. יִבְעֶה 1) pr. *tumefecit, tumentem et ebullientem fecit aquam.* Jes. 64, 1: מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ sicut *ignis aquam efficit ebullientem.* (Resp. arab. بغا de vulnere intumescente, chald. בְּעָא ebullivit. De vicinis radd. בּוּעַ, נָבַע v. s. בּוּעַ). A tumore et fervore Arabes ducunt metaphoricam exorbitandi, praeterea cum fervore cupiendi appetendique potestatem, atque ita apud Hebraeos:

2) *quaesivit, petiit, interrogavit.* (Aram. בְּעָא, ܒܥܳܐ). Jes. 21, 12 (bis).

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *tumefactus est, tumuit,* proptereaque *prominuit.* Jes. 30, 13: כְּפֶרֶץ נֹפֵל נִבְעֶה בְּחוֹמָה נִשְׂגָּבָה *ut pars fissa* muri *ruinam parans, prominens in alto muro.* 2) pass. Kal no. 2. *quaesitus, perquisitus est* Obad. 6.

Derivata sunt: בְּעִי et בִּי (pro בְּעִי).

בְּעָא fut. יִבְעֵא chald. 1) *quaesivit,* c. acc. (in Targg. saepe pro hebr. בִּקֵּשׁ) Dan. 2, 13. 6, 5. 2) *rogavit, petiit* ab aliquo, sq. מִן Dan. 2, 16, קֳדָם 6, 12 et מִן קֳדָם 2, 18. בְּעָא בָעוּ petiit petitionem. Dan. 6, 8. Inde

בָּעוּ f. chald. *petitio, precatio* Dan. 6, 8. 14.

בְּעוֹר (fax, lampas) n. pr. 1) patris Bileami Num. 22, 5. Deut. 23, 5. LXX. *Βεώρ, Βαιώρ,* 2 Petr. 2, 15 *Βοσόρ.* 2) patris Belae, regis Idumaeorum Gen. 36, 32. 1 Par. 1, 43.

בָּעַז rad. inusit. Arab. بغز alacer, agilis fuit.

בֹּעַז (alacritas) n. pr. *Boas* 1) viri Bethlehemitae, qui Rutham in matrimonium duxit. Ruth 2, 1 sq. 2) columnae ante Salomonis templum constitutae vel ab architecti, vel, si forte ἀνάθημα fuit, a datoris nomine ita appellatae 1 Reg. 7, 21. 2 Par. 3, 17.

בָּעַט fut יִבְעַט 1) *calcavit, conculcavit.* (Chald. Pe. et Pa. id., syr. ܒܥܛܳܐ conculcatio, saltatio, cf. quae observavimus ad rad. בּוּס). Metaph. *contemsit, neglexit* (cf. Prov. 27, 7) 1 Sam. 2, 29: לָמָּה תִבְעֲטוּ בְּזִבְחִי וּבְמִנְחָתִי אֲשֶׁר צִוִּיתִי *quare neglexistis sacrificia et ferta mea, quae institui?* LXX. ἐπέβλεψας. Vulg. quare *calce abiecistis* victimam meam et munera mea? 2) *calcitravit, recalcitravit,* translate de hominum erga Deum contumacia. Deut. 32, 15.

בְּעִי m. (rad. בָּעָה) *preces, precatio.* Iob. 30, 24: לֹא בְּעִי יִשְׁלַח יָד *nil* valent *preces,* ubi Deus *extendit manum.* בְּ in vc. בְּעִי radicale censemus, alterumque hemistichium interpretamur: *neque in exitio eius* i. e. a Deo immisso *iis clamor* prodest.

בְּעִיר m. *pecus*, a depascendo dictum (a rad. בָּעַר no. 1. Cf. אֹרַח no. 2). Usurpatur in Singulari collective, sicut lat. *pecus, pecoris*, de omnis generis pecudibus, Ex. 22, 4. Num. 20, 4. 8. 11. Ps. 78, 48, spec. de iumentis Gen. 45, 17. (Syr. ܒܥܝܪ̈ cum Ribbui, pluralis nota, arab. بَعِير id.).

בָּעַל fut. יִבְעַל 1) *dominatus est, possedit* (Aethiop. በዐለ፡ multum possedit, dives fuit. ባዕል፡ dives). Jes. 26, 13: בְּעָלוּנוּ אֲדֹנִים זוּלָתֶךָ *domini praeter te possederunt nos*, sq. לְ 1 Par. 4, 22.

2) *uxorem duxit*, ut ملك dominatus est, uxorem duxit. (Arab. بَعَلَ, syr. ܒܥܠ id.) Deut. 21, 13. 24, 1. Mal. 2, 11. Jes. 62, 5. Part. act. בֹּעֲלַיִךְ Plur. maiest. maritus tuus Jes. 54, 5. Part. בְּעוּלָה ibid. 1 et בְּעֻלַת בַּעַל nupta, quae viro nupsit Gen. 20, 3. Deut. 22, 22. Metaph. de terra orba, nunc incolis denuo repleta Jes. 62, 4.

3) בָּעַל בְּ prob. *fastidivit, reiecit*. Jer. 3, 14: שׁוּבוּ בָנִים שׁוֹבָבִים . . . כִּי אָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָכֶם *convertimini, filii contumaces, . . . nam ego vos reieci*. 31, 32: *cum illi irritum facerent foedus meum* וְאָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָם *egoque eos reiicerem*. LXX κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν (cf. Hebr. 8, 9), neque aliter Syr. Abulwalides aliique vett. intpp. V. Pocock. ad port. Mosis p. 5—10 et cf. arab. بَعِلَ sq. بِ timuit, fastidivit. Ferri quidem possit etiam cap. 31 vulgaris significatio, modo interpreteris *cum tamen* (וְאָנֹכִי) *dominus eorum essem*, sed sententia dura est, et, quod apud me plurimum valet, fastidiendi significatio a primaria verbi potestate non aliena est. Sunt enim alia quoque verba, in quibus subiugandi, eminendi, dominandique vis ad *deorsum spectandi, despiciendi, contemnendi*que significationem translata est, ut ابس subiugavit, sequ. بِ despexit; خبق V. altus fuit, Conj. I. pone se contemsit.

Niph. uxorem fieri Prov. 30, 23, metaph. Jes. 62, 4.

בַּעַל c. Suff. בַּעְלִי, בַּעְלָהּ Plur. בְּעָלִים, constr. בַּעֲלֵי, c. Suff. 3 sing. בְּעָלָיו Ex. 21, 29. 34. 36. 22, 10—14. Eccl. 5, 12 et בְּעָלֶיהָ Iob. 31, 39. Eccl. 7, 12 nunquam non singulariter (ut אֲדֹנָיו dominus eius, cf. *Lgb.* 663), sed c. Suff. 3 plur. בַּעְלֵיהֶן Esth. 1, 17. 20 pluraliter

1) *dominus, possessor*. (Aram. בְּעֵל, בַּעַל, ܒܥܠ id. Arab. بَعْل in Arabiae felicis idiom. dominus, alibi maritus, aeth. በዐል፡ Cf. etiam sanscr. *pàla* dominus). Dr. de domino et possessore domus Ex. 22, 7. Iudd. 19, 22, agri Iob. 31, 39, bovis Ex. 21, 28. Ies. 1, 3, pecuniae mutuo datae i. e. creditore Deut. 15, 2, de patre familias Lev. 21, 4. בַּעֲלֵי גוֹיִם *domini populorum* Jes. 16, 8 dicuntur Assyrii, populorum victores, sec. alios horum principes.

2) *maritus* (arab. syr. chald. id.) Ex. 21, 22. 2 Sam. 11, 26. בַּעַל אִשָּׁה uxorem habens Exod. 21, 3. בַּעַל נְעוּרִים maritus, cui iuveni nupsit coniux Joel 1, 8 i. q. κουρίδιος πόσις Il. 5, 414.

3) *Domini urbis* dicuntur *cives, incolae eius*. בַּעֲלֵי יְרִיחוֹ Jos. 24, 11, שְׁכֶם Iudd. 9, 2 sq., בַּעֲלֵי יָבֵשׁ גִּלְעָד 2 Sam. 21, 12, qui iidem 2 Sam. 2, 4. 5 אַנְשֵׁי י׳ ג׳ vocantur. Male recentiorum nonnulli *principes, optimates* interpretantur, in hunc errorem fortasse inducti verbis Iudd. 9, 51: כָּל הָאֲנָשִׁים וְהַנָּשִׁים וְכֹל בַּעֲלֵי הָעִיר ubi etiam Alex. πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως. Sed verte: *omnes viri et*

mulieres universique oppidani, hoc enim posterius prius illud denuo comprehendit.

4) *Dominus* s. possessor *rei* saepe vocatur, qui *ea praeditus est* et *pollet*, solentque Hebraei hunc in modum Adiectiva circumloqui (v. אִישׁ no. 1, k. אָב no. 8, veluti אַיִל בַּעַל הַקְּרָנַיִם aries bicornis Dan. 8, 6. 20, בַּעַל כְּנָפַיִם alatus, poët. de volucre Eccl. 10, 20, אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר vir hirsutus 2 Reg. 1, 8, בַּעַל הַחֲלֹמוֹת somniator, qui somnia habet Gen. 37, 19, בַּעַל דְּבָרִים qui causas forenses habet Ex. 24, 14, cf. Jes. 50, 8, *domini foederis, iurisiurandi mei*, foedere mecum coniuncti Gen. 14, 13. Neh. 6, 18, בַּעַל הַלָּשׁוֹן dominus linguae, incantator Eccl. 10, 11, בַּעַל נֶפֶשׁ avidus Prov. 23, 2 cf. 29, 22. — Prov. 16, 22: מְקוֹר חַיִּים שֵׂכֶל בְּעָלָיו *fons felicitatis* est *prudentia domino suo* i. e. huic qui ea praeditus est. 1, 19. 17, 8. Eccl. 8, 8: לֹא יְמַלֵּט רֶשַׁע אֶת־בְּעָלָיו *scelus non servat dominum suum* i. e. scelestum. 7, 12. Prov. 3, 27: אַל־תִּמְנַע־טוֹב מִבְּעָלָיו *ne cohibeas beneficium a domino eius*, ab eo, cui debetur, ad quem pertinet i. e. ab egeno.

הַבַּעַל 5) C. Art. ~~הַבַּעַל~~ c. Praef. בַּבַּעַל, לַבַּעַל *Baal* i. e. *Dominus κατ' ἐξοχὴν* vocatur idolum Phoenicum, maxime Tyriorum, domesticum atque primarium, etiam ab Hebraeis, imprimis Samariae, una cum Astarte (v. עַשְׁתֹּרֶת, אֲשֵׁרָה) magna cum religione cultum. Iudd. 6, 25 sq. 2 Reg. 10, 18 sq. Inde בֵּית הַבַּעַל templum Baalis 1 Reg. 16, 32, נְבִיאֵי הַבַּעַל prophetae Baalis 1 Reg. 18, 22. 25, שְׁאָר הַבַּעַל reliquiae cultus Baalis Zeph. 1, 4, Plur. הַבְּעָלִים statuae Baalis Iud. 2, 11. 3, 7. 8, 33. 10, 10. 1 Sam. 7, 4. 12, 10 cet. Huius numinis a Phoenicibus et Poenis studiose culti praeter alios testes habemus nomina propria hominum Phoenicum, ut אֶתְבַּעַל (q. v.), *Jerombalus* (יְרֻבַּעַל), et Poenorum, veluti *Hannibal* (הַנִּבַּעַל gratia Baalis), *Hasdrubal* (עֲזְרוּבַעַל auxilium Baalis), *Muthumballes* (מְתוּבַעַל vir Baalis) cet. Apud Babylonios idem numen more aramaeo בֵּל *Belus* dicebatur (v. h. v.) pro בְּעֵל, apud ipsos Tyrios plenum eius nomen fuisse videtur מַלְקֶרֶת בַּעַל צֹר (Inscr. Melit. bilingu.) *Malkereth* (i. e. rex urbis, pro מֶלֶךְ קֶרֶת) *dominus Tyri*: a Graecis propter nescio quam emblematum similitudinem idem constanter (v. inscr. laudatam) Hercules, Hercules Tyrius vocatur. Vid. quae uberius exposuimus in Encyclopaedia germ. T. VIII. p. 397 sq. s. v. *Baal, Bel, Belus.* Multi (v. Münter Religion der Babylonier p. 16 sqq.) sub hoc nomine ipsum Solem cultum esse censent, at non hunc, sed *Jovem stellam*, utpote Fortunae praesidem et datorem, hoc nomine intelligi, compluribus argumentis demonstrare conati sumus in Comment. ad Jes. T. II. p. 335 sq. et in Encyclop. l. l. pag. 398 sq. consentiente Rosenmüllero, bibl. Alterthumskunde 1, 2, p. 11 et passim. A singulis quibusdam civitatibus eius cultui deditis certis epithetis ornabatur, qualia sunt: a) בַּעַל בְּרִית foederum praeses et tutor, a Sichemitis cultus Iudd. 8, 33. 9, 4 cf. 46 q. d. *Ζεὺς ὅρκιος*, vel Deus fidius. b) בַּעַל זְבוּב a Philistaeis Ecronensibus cultus, tanquam muscarum averruncus, aeque ac *Ζεὺς Ἀπόμυιος* Eleensium (Pausan. 5, 14 §. 2), et Myiagrus deus Romanorum (Solin. Polyhist. c. 1). 2 Reg. 1, 2. c) בַּעַל פְּעוֹר Moabitarum, v. פְּעוֹר.

6) Quatenus possessorem rei notat, transfertur etiam ad *locum, qui aliquid habet* i. e. *in quo aliquid est et invenitur*, et idem valet quod בַּיִת no. 5. Sic in nomm. propriis oppidorum

a) בַּעַל 1 Par. 4, 33, fort. idem oppidum quod בַּעֲלַת בְּאֵר (puteum habens) in confiniis Simeonitarum Jos. 19, 8.

b) בַּעַל גָּד a cultu Gadi (i. e. Fortunae) dictum, in radicibus Hermonis circa fontes et ad ortum Jordanis situm, prob. i. q. בַּעַל חֶרְמוֹן litt. e. Insignis eorum error, qui hoc oppidum ibi quaerendum putaverunt, ubi nunc ruinae notissimae urbis Baalbec s. Heliopoleos, de quo vide Thes. p. 225.

c) בַּעַל הָמוֹן (locus multitudinis, vel i. q. בַּעַל אָמוֹן Jovi Ammoni sacer) oppidum, in cuius vicinia Salomo vineam habebat Cant. 8, 11. Oppidum Βελαμών (Alex. Βαλαμών) in Samaria situm memoratur Judith 8, 3.

d) בַּעַל חָצוֹר (villam habens) oppidum vicusve iuxta tribum Ephraim 2 Sam. 13, 23, fortasse i. q. חָצוֹר Neh. 11, 33 in tribu Benjamin.

e) בַּעַל חֶרְמוֹן oppidum cum monte vicino ad radices Hermonis 1 Par. 5, 23. Iudd. 3, 3, cf. litt. b.

f) בַּעַל מְעוֹן (locus habitationis) v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן p. 144.

g) בַּעַל פְּרָצִים (locus stragium) locus vicusve in vicinia vallis Rephaïm 2 Sam. 5, 20. 1 Par. 14, 11, cf. Jes. 28, 21.

h) בַּעַל צְפוֹן (locus Typhonis s. Typhoni sacer) oppidum Aegypti in vicinia maris rubri Ex. 14, 2. 9. Num. 33, 7. Nomen situi huius urbis in locis incultis Nilum inter et mare rubrum, quae Typhonis s. cacodaemonis Aegyptiorum sedes putabantur, egregie congruit. Vide Creuzer in Commentt. Herodoteis 1, §. 22. Symbol. 1, 317 sq.

i) בַּעַל שָׁלִשָׁה 2 Reg. 4, 42 nomen oppidi, probabiliter in regione שָׁלִשָׁה siti, montanis Ephraim vicina (1 Sam. 9, 4).

k) בַּעַל תָּמָר (locus palmarum) Iud. 20, 33.

l) בַּעֲלֵי יְהוּדָה (cives Judae) 2 Sam. 6, 2 opp. quod alibi בַּעֲלָה (civitas) et Kirjath-Jearim vocatur, cf. 1 Paral. 13, 6, v. בַּעֲלָה no. 2, a.

7) Nomm. propr. virorum sunt a) בַּעַל α) 1 Par. 5, 5, β) 8, 30. 9, 36. b) בַּעַל חָנָן (dominus benignitatis) n. pr. α) regis Idumaeorum Gen. 36, 38. 1 Par. 1, 49. β) praefecti regii 1 Par. 27, 28.

בְּעֵל chald. i. q. hebr. בַּעַל dominus. De בְּעֵל טְעֵם v. טְעֵם. Ex hac forma contrahitur בֵּל q. v.

בַּעֲלָה f. 1) *domina.* בַּעֲלַת הַבַּיִת 1 Reg. 17, 17. Metaph. *aliqua re praedita, pollens,* בַּעֲלַת־אוֹב daemonem fatidicum habens (v. אוֹב), בַּעֲלַת כְּשָׁפִים praestigiatrix Nah. 3, 4.

2) collect. *civitas* i. q. בְּעָלִים cives (v. בַּעַל no. 3), sicut בַּת filia pro בָּנִים. Sic interpretor n. pr. duarum urbium, quarum altera a) in septentrionali parte tribus Judae sita (Jos. 15, 9. 1 Par. 13, 6) etiam בַּעֲלֵי יְהוּדָה (cives Judae, v. בַּעַל no. 6 litt. l), קִרְיַת יְעָרִים (q. v.) et קִרְיַת־בַּעַל dicta est et monti *Baala* (Jos. 15, 11) in eadem regione, sed mari propius sito nomen dedisse videtur: b) altera in eiusdem tribus regione australi sita erat Jos. 15, 29, et eadem videtur, quae alibi בָּלָה Jos. 19, 3 et בִּלְהָה 1 Par. 4, 29 dicta Simeonitis tribuitur. Cf. etiam בַּעַל no. 6, a.

בְּעָלוֹת (civitates, v. בַּעֲלָה no. 2) n. pr. oppidi in australibus Judae Jos. 15, 24, diversi a בַּעֲלָה comm. 9. 29.

בְּעֶלְיָדָע (quem Dominus novit curatque, cf. יְהוֹיָדָע) n. pr. filii Davidis 1 Par. 14, 7, qui 2 Sam. 5, 16 אֶלְיָדָע (Deus novit) vocatur.

בְּעַלְיָה (cui Jehova imperat) n. pr. m. 1 Par. 12, 5.

בַּעֲלִיס (i. q. בֶּן עֲלִיס filius exsultationis, v. בִּדְקַר) n. pr. regis Ammonitarum. Jer. 40, 14. Nonnulli codd. suffragante Josepho (Arch. 9, 3) habent בעלים.

בַּעֲלָת (civitas i. q. בַּעֲלָה no. 2, ad formam עֶזְרַת, זִמְרַת) oppidum tribus Dan Jos. 19, 44, a Salomone renovatum vel munitum 1 Reg. 9, 18. 2 Par. 8, 6.

בַּעֲלַת־בְּאֵר v. בַּעַל no. 6, a.

בַּעֲנָא (i. q. בֶּן עֲנָא filius afflictionis = עָנָו) n. pr. m. 1) 1 Reg. 4, 12. 2) ibid. comm. 16. 3) Neh. 3, 4.

בַּעֲנָה (id.) n. pr. m. 1) 2 Sam. 4, 2. 2) 2 Sam. 23, 29. 1 Par. 11, 30. 3) Esr. 2, 2. Neh. 7, 7. 10, 28.

בָּעַר fut. יִבְעַר 1) pr. *depavit, absumsit*, v. Pi. Hiph. no. 1 et בְּעִיר pecus, a depascendo dictum. (Syr. ܒܥܰܪ racemavit, spicilegium fecit, ܒܽܘܥܳܪܳܐ spicilegium).

2) Spec. *igne consumsit* (cf. אָכַל no. 2), *combussit*. (Chald. בְּעַר arsit Pa. accendit.) Ps. 83, 15: כְּאֵשׁ תִּבְעַר יָעַר *sicut ignis silvam comburit*, plerumque sq. בְּ Iob. 1, 16: *ignis Dei de coelo decidit* וַתִּבְעַר בַּצֹּאן וּבַנְּעָרִים *et absumsit gregem et pueros*. Num. 11, 3. Ps. 106, 18. Jes. 42, 25. Jer. 44, 6. Thren. 2, 3, it. accendit Jes. 30, 33. Alibi intrans. a) *igne absumtus est*. Ex. 3, 3. Jes. 1, 31. 9, 17. b) *arsit*, ut ignis Jer. 20, 9, pix Jes. 34, 9, carbo Ez. 1, 13, translate ira Jes. 30, 27. Ps. 79, 5. 89, 47. c) *accensus est*. Hos. 7, 4: *sicut furnus* בֹּעֵרָה מֵאֹפֶה *accensus a pistore*, it. *exarsit* carbo Ps. 18, 9 et metaph. ira Ps. 2, 12. Esth. 1, 12.

3) denom. a בְּעִיר *brutus fuit*. Jer. 10, 8. Part. בּוֹעֲרִים homines *bruti* Ps. 94, 8, *feroces* Ez. 21, 36.

Niph. brutus factus est. Jer. 10, 14. 21. 51, 17. Jes. 19, 11: עֵצָה נִבְעָרָה *brutum factum est consilium*.

Pi. בִּעֵר inf. בַּעֵר fut. יְבַעֵר 1) *depavit* agrum, vineam Jes. 3, 14. 5, 5, sq. בְּ Ex. 22, 4 (5). 2) i. q. Kal no. 2. *accendit*, velut ignem Ex. 35, 3, lignum Lev. 6, 5 (10), it. *cremavit, combussit* Neh. 10, 35. Jes. 44, 15. 40, 16, בִּעֵר אֵשׁ בְּ ignem admovit rei. Ez. 39, 9. 10. 3) *sustulit, removit, exterminavit*. 1 Reg. 22, 47: *et reliquias scortorum* בִּעֵר מִן־הָאָרֶץ *removit ex terra*. Deut. 26, 13. 14. 2 Sam. 4, 11. 2 Reg. 23, 24. 2 Par. 19, 3. Formula solennis Deuteronomii, ubicunque iubetur supplicium, haec est: בִּעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבֶּךָ tolles hoc scelus e medio vestro Deut. 13, 6. 17, 7. 19, 19. 21, 21. 22, 21. 24. 24, 7, vel מִיִּשְׂרָאֵל 17, 12. 22, 22, cf. Iudd. 20, 13. (De locutionibus synonymis Exodi, Levitici et Numerorum, v. rad. כָּרַת). Jes. 6, 13: *etsi sexta pars remanebit in terra* וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר *haec iterum exterminabitur*. Num. 24, 22: יִהְיֶה לְבָעֵר קָיִן *exterminabuntur Kenitae*. Jes. 4, 4: *ubi abluerit Deus sordes filiarum Zionis* . . . בְּרוּחַ מִשְׁפָּט וּבְרוּחַ בָּעֵר *spiritu iudicii et spiritu exterminandi* i. e. iudicando et impios exterminando spiritu suo s. vi sua divina. Constr. etiam sq. אַחֲרֵי, quatenus exterminans et expellens aliquem eum sequitur a tergo et persequitur. 1 Reg. 14, 10: וּבִעַרְתִּי אַחֲרֵי בֵית־יָרָבְעָם כַּאֲשֶׁר יְבַעֵר הַגָּלָל *et exterminabo domum Jarobeami, quemadmodum eiiciunt stercus*. 21, 21.

Pu. accensus est, de fornace Jer. 36, 22.

Hiph. 1) *depavit* i. q. Pi. no. 1 Ex. 22, 4 (5). — 2) i. q. Pi. no. 2. *accendit* Ex. 22, 5 (6), *combussit, cremavit* c. acc. Ez. 5, 2. Iudd. 15, 5. Additur בָּאֵשׁ 2 Par. 28, 3. הִבְעִיר אֵשׁ בְּ ignem admovit alicui rei Iudd. 15, 5 init. — 3) i. q. Pi. no. 3. removit, exterminavit, sequ. אַחֲרֵי 1 Reg. 16, 3.

Nomm. derivata praeter tria, quae statim sequuntur, sunt בְּעִיר, תַּבְעֵרָה et n. pr. בְּעוֹר.

בַּעַר m. pr. stupiditas, sed ubique concr. *stupidus, brutus* instar peco-

ris, de hominibus Ps. 49, 11. 73, 22. Prov. 12, 1. 30, 2. Cf. rad. no. 3. et Niph.

בַּעֲרָא (stulta) n. pr. f. 1 Par. 8, 8, quod comm. 9 scribitur חֹדֶשׁ, vitio manifesto.

בְּעֵרָה f. *incendium*, spec. frugum in agro Ex. 22, 5. Cf. rad. no. 2.

בָּעַשׁ rad. inusit. Chald. בְּאֵשׁ i. q. בָּאַשׁ malus fuit, displicuit. Inde

בַּעְשָׁא *Baësa*, n. pr. regis Israëlitarum ab anno 952 ad 930 a. Chr. 1 Reg. 15, 16 sq. cap. 16. 2 Par. 16, 1 sq. Jer. 41, 9.

בַּעֲשֵׂיָה (i. e. מַעֲשֵׂיָה opus Jehovae) n. pr. m. 1 Par. 6, 25, v. rad. עָשָׂה.

בְּעֶשְׁתְּרָה (i. q. בֵּית עַשְׁתְּרָה domus s. templum Astartes, v. p. 123 A) n. pr. urbis Levitarum in tribu Manassis trans Jordanem sita Jos. 21, 27. 1 Par. 6, 56 עַשְׁתָּרוֹת dicta.

בָּעַת vel **בָּעֵת** rad. in Kal inus. Syr. ܒܥܬ timuit, horruit, formidavit.

Pi. בִּעֵת fut. יְבַעֵת 1) *terruit, perterruit*, nonnisi poët. Ps. 18, 5. Iob. 3, 5. 6, 4. 7, 14. 9, 34. 13, 11. 21. 15, 24. Jes. 21, 4. — 2) *subito invasit* aliquem. 1 Sam. 16, 14: בִּעֲתַתּוּ רוּחַ רָעָה מֵאֵת יְהוָה *subito invasit eum spiritus malus a Deo missus*, comm. 15. (Arab. بَغَتَ de improviso accidit, supervenit, c. acc. III. inopinantem adortus est, oppressit. بَغْتَةً subito).

Niph. territus, perterritus est Dan. 8, 17, sq. מִפְּנֵי 1 Par. 21, 30. Esth. 7, 6.

בְּעָתָה f. *terror* Jer. 8, 15. 14, 19.

בִּעוּתִים m. pl. *terrores*. Ps. 88, 17. Iob. 6, 4.

בֹּץ (a rad. בָּצַץ) m. *coenum, lutum*. Jer. 38, 22.

בִּצָּה (a rad. בָּצַץ) f. *palus*. Iob. 8, 11. 40, 21. Plur. c. Suff. בִּצֹּאתָיו ex scriptura parum emendata Ez. 47, 11 pro בִּצּוֹתָיו.

בֵּצַי (probab. i. q. בֵּסַי q. v.) n. pr. viri Esr. 2, 17. Neh. 7, 23. 10, 19.

בָּצִיר (a rad. בָּצַר no. 1) m. 1) *vindemia*. Lev. 26, 5. Jes. 24, 13. 32, 10. Jer. 48, 32. — 2) adj. *inaccessus, altus*, i. q. בָּצוּר v. rad. no. 2. Zach. 11, 2 Cheth.

בָּצַל rad. inusit. i. q. פָּצַל, arab. بَصَلَ decorticavit, cf. quae observavimus ad בָּצַר. Inde בְּצָלוֹת et

בָּצָל nonnisi pl. בְּצָלִים *cepae*. Num. 11, 5. Syr. ܒܨܠܐ, aethiop. arab. ሰሰለ: بَصَلٌ id. Cf. quadril. חֲבַצֶּלֶת.

בְּצַלְאֵל (in umbra i. e. tutela Dei) n. pr. m. 1) Ex. 31, 2. 35, 30. 2) Esr. 10, 30.

בַּצְלוּת (nudatio) n. pr. viri Esr. 2, 52, quod Neh. 7, 54 scribitur בַּצְלִית.

בָּצַע fut. יִבְצַע 1) *scidit, discidit, fregit*. (Chald. בְּצַע scidit, divisit, ut panem, syr. ܒܨܥ fregit, arab. بضع secuit, diffidit, amputavit, بَضْع, بِضْعَة pars, frustum. Vic. est פָּצַע vulneravit, cf. ad בָּצַר.) Amos 9, 1: *percute columnarum capitula* וּבְצַעַם בְּרֹאשׁ כֻּלָּם eaque comminue ut frusta decidant *in caput omnium illorum*. בְּצַעַם pro בַּצְּעֵם. Intrans. *vulneratus est*. Joel 2, 8 de locustis: *ruunt per medios enses strictos* לֹא יִבְצָעוּ *neque vulnerantur*. Sic melius quam: *non abrumpunt* sc. cursum.

2) *diripuit, rapuit*, pr. de hostibus Hab. 2, 9. Ps. 10, 3, dein formula בָּצַע בֶּצַע *rapinam rapuit* transfertur ad privatos homines iniqui lucri studiosos, aliosque

exspoliantes, cf. nostr. *Geld schneiden.* Part. בֹּצֵעַ בֶּצַע Prov. 1, 19. 15, 27. Jer. 6, 13. 8, 10. Inf. Ez. 22, 27. Cf. בָּזַל et A. Schult. Opp. min. p. 61.

Pi. בִּצַּע fut. יְבַצַּע 1) *resecuit.* Jes. 38, 12: מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי *a peniculamento abscindit me* (Deus), metaphora petita a textore, qui telam absolutam a peniculamento abscindit. Iob. 6, 9. — 2) i. q. Kal no. 2. *diripuit, fraudavit* aliquem Ez. 22, 12. — 3) *perfecit, absolvit* v. c. templum Zach. 4, 9, de Deo, qui opus suum i. e. iudicia impiorumque supplicia exsequitur Jes. 10, 12, promissum implet Thren. 2, 17. Inde

בֶּצַע in Pausa בָּצַע, c. Suff. בִּצְעֲךָ m. 1) *rapina, praeda* (v. rad. no. 2), pr. hostium Iud. 5, 19. Jer. 51, 13. Mich. 4, 13, transfertur autem ad regum optimatumque populum spoliantium rapinas Jer. 22, 17. Ez. 22, 13, et inde 2) ad quodcunque *lucrum iniquum,* sive largitionibus (1 Sam. 8, 3. Jes. 33, 15), sive aliis fraudibus (Jes. 57, 17) partum. Ex. 18, 21. Prov. 28, 16, et adeo 3) *lucrum quodvis* Jes. 56, 11. Ez. 33, 31. מַה־בֶּצַע *quid inde lucri?* Gen. 37, 26. Iob. 22, 3. Ps. 30, 10.

בָּצַץ rad. inusit. Arab. بَصَّ paulatim fluxit et emanavit aqua, بَصْبَصٌ, بَصَاصَةٌ, بَصِيصَةٌ aqua pauca et exilis. Inde בֵּץ, בִּצָּה.

בָּצֵק *intumuit,* hinc de pede discalceato *callo obductus est.* Deut. 8, 4. Neh. 9, 21. Optime LXX in Deut. ἐτυλώθησαν.

בָּצֵק m. *massa farinacea,* ab intumescendo dicta, quanquam etiam de massa nondum fermentata usurpatur. Ex. 12, 34. 39. 2 Sam. 13, 8. Jer. 7, 18.

בָּצְקַת (terra lapidosa, elata, arab. بُصْقَةٌ) n. pr. oppidi Judae Jos. 15, 39. 2 Reg. 22, 1, Josepho (Arch. 10, 4 §. 1) Βοσκέθ.

בָּצַר 1) *abscidit, amputavit.* (Syr. Pa. diminuit. ܒܨܝܪ diminutus, parvus, humilis. Radices vicinae sunt בָּצַל, בָּצַע, cf. quae de potestate syllabarum פץ, בץ, בז observavimus ad radd. בזא, פצה, cf. ad בָּדַד I, 1). Plerumque refertur ad uvas et vindemiam et valet *vindemiavit* uvas c. acc. Lev. 25, 5. 11, vineam Deut. 24, 21. Iudd. 9, 27. Part. בּוֹצֵר *vinitor* Jer. 6, 9, Plur. בּוֹצְרִים *vinitores* metaph. de hostibus cladem parantibus Jer. 49, 9. Obad. 5, cf. בָּצִיר. Metaph. Ps. 76, 13: יִבְצֹר רוּחַ נְגִידִים *abscindit* q. d. frangit *superbiam principum.*

2) *cohibuit, arcuit* (v. Niph. et בַּצֹּרֶת), *inaccessum fecit.* Ita Part. pass. בָּצוּר *inaccessus,* de moenibus altissimis Deut. 28, 52. Jes. 2, 15, de silva inaccessa Zach. 11, 2 Keri, de urbibus munitissimis Num. 13, 28. Deut. 3, 5. Jos. 14, 12. 2 Sam. 20, 6. Jes. 25, 2. Deut. 1, 28. Metaph. *arduus intellectu* Jer. 33, 3.

3) *excîdit,* de metallis, v. בֶּצֶר.

Niph. pass. Kal no. 2. *cohibitus, arduus, inaccessus fuit* alicui, sq. מִן. Gen. 11, 6: לֹא יִבָּצֵר מֵהֶם כֹּל אֲשֶׁר יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת *haud nimis arduum ipsis erit, quodcunque consilium capient.* Iob. 42, 2.

Pi. causat. Kal no. 2. *inaccessum reddidit* munimentum Jer. 51, 53, it. simpl. munivit, murum resarcivit Jes. 22, 10.

Nomm. derivata protinus sequuntur, praeter מִבְצָר, בָּצִיר.

בְּצַר Iob. 36, 19 i. q. בֶּצֶר, q. v.

בֶּצֶר m. 1) *auri argentique metallum (Gold- und Silber-Erz),* idque rude, quale ex fodinis *excidi-*

tur effoditurque, ab *excidendo* vel *frangendo* (Ps. 76, 13) dictum, ut arab. تِبْر aurum argentumve nativum, antequam ignem malleumve expertum sit, تِبْرَة n. unit. talis auri particula, a تبر i. q. שָׁבַר II. fregit, VIII. resectus, abruptus est, cf. germ. *brechen*, quae vox est metallurgorum de metallis excidendis propria. Iob. 22, 24: שִׁית עַל־ עָפָר בֶּצֶר *in pulverem coniice pretiosa metalla.* In altero hemist. aurum Ophiri. Plur. Comm. 25: וְהָיָה שַׁדַּי בְּצָרֶיךָ *et omnipotens tibi erit instar metallorum,* in altero hemist. כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת. Adde בְּצַר in Pausa בָּצֶר Iob. 36, 19 quod idem valet. Optimam hanc vocabuli obscuri explicationem ex Abulwalide uberius vindicavimus in Thes. p. 230, ubi vide. Winerus in Lex. auri argentique nativi *particulam* esse vult, ab abscindendo dictam, cl. تِبْرَة auri particula. Sed, quod neglexisse videtur vir doctus, *particulae* notio in hoc vc. non ex radice pendet, sed ex eo, quod تِبْرَة nomen unitatis est. Sic a ذَهَب aurum est ذَهَبَة particula frustumque auri, a تِبْن stramen, تِبْنَة pars straminis, neque tamen haec feminina in universum partis s. particulae vim habent.

2) n. pr. a) oppidi Levitarum in tribu Ruben, cum asyli iure Deut. 4, 43. Jos. 20, 8. 21, 36. Vulg. *Bosor.* b) m. 1 Par. 7, 37.

בָּצְרָה f. 1) *septum, ovile,* a coercendo dictum, v. rad. no. 2, cf. מִכְלָא a כָּלָא. Chald. בְּצוּרְתָּא septum, conclave. Mich. 2, 12. — 2) locus munitus i. q. מִבְצָר, inde n. pr. *Bozrae,* urbis primariae Idumaeorum Jes. 34, 6. 63, 1. Jer. 49, 13. 22. Amos 1, 12 cf. Gen. 36, 33. Quum vix dubium sit, hanc eandem esse atque *Βόστραν, Bostram Arabiae* Romanorum, observatu dignum, eam non in antiqua et propria Idumaeorum regione, quae Petram s. Selam metropolin habebat, sed in Auranitide sitam fuisse, quousque Idumaeos imperii sui fines promovisse probabile est (cf. Thren. 4, 21). Semel (Jer. 48, 24) בָּצְרָה Moabitis tribuitur, ac potest eadem illa urbs aliquamdiu in Moabitarum potestate fuisse. V. Comment. nostr. ad Jes. 34, 7, Burckhardti itin. p. 364—388 et *von Richter Wallfahrten im Morgenlande* p. 181.

בִּצָּרוֹן m. *locus munitus, munimentum.* Zach. 9, 12.

בַּצֹּרֶת f. *cohibitio* sc. pluviae, *siccitas* Jer. 17, 8. LXX. *ἀβροχία.* Plur. בַּצָּרוֹת (cf. *Lehrgeb.* p. 600) Jer. 14, 1. Male autem huc refertur בַּצָּרָה Ps. 9, 10. 10, 1, cuius ב servile est.

בַּקְבֻּק m. 1) *lagena,* ita dicta a sono, quem edit inter evacuandum (v. rad. בָּקַק) 1 Reg. 14, 3. Jer. 19, 1. 10. (Syr. ܒܩܒܘܩܐ et gr. *βόμβυλος, βομβύλη* itidem a sono dicta sunt. Cf. s. rad. בָּקַק melit. *bakbŷka*). 2) n. pr. m. Esr. 2, 51. Neh. 7, 53.

בַּקְבֻּקְיָה (effusio i. e. populatio Jehovae) n. pr. m. Neh. 11, 17. 12, 9. 25.

בַּקְבַּקַּר (fort. i. q. בַּקְבַּק הַר vastatio montis) n. pr. m. 1 Par. 9, 15.

בֻּקִּי (i. q. בֻּקִּיָּהוּ) n. pr. m. 1) Num. 34, 22. 2) 1 Par. 5, 31. 6, 36.

בֻּקִּיָּהוּ (vastatio a *Jehova* immissa) n. pr. m. 1 Par. 25, 4. 13.

בְּקִיעַ m. Plur. בְּקִעִים *fissurae, rimae* Amos 6, 11. Jes. 22, 9. Rad. בָּקַע.

בָּקַע fut. יִבְקַע inf. c. Suff. בִּקְעָם 1) *fidit, diffidit.* (Proxime accedit פָּקַע et syr. ܦܩܰܥ. Findendi, et aperiendi significationem, eamque a feriendo profectam [v. אָבַק, בָּכָה] et syllabae בק, פק inhaerentem habes praeterea in radd. finitimis בָּקַר, בָּקַר, פָּקַח.) Spec. ligna Eccl. 10, 9, mare (de Deo) Exod. 14, 16, ventres mulierum gravidarum ad fetum exstirpandum Amos 1, 13, vulneravit humerum Ez. 29, 7. Urbem *findere s. aperire sibi* dicitur, qui eam *expugnat.* 2 Par. 32, 1: וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו *easque* urbes *expugnare cogitabat.* 21, 17. — 2) *fidit* et *aperuit* rem clausam, ut, quod inclusum erat, liberaretur et *prorumperet.* Jes. 48, 21: *fidit rupem, manarunt aquae.* Iudd. 15, 19. Hinc constr. adeo c. acc. rei prodeuntis. Ps. 74, 15: בָּקַעְתָּ מַעְיָן וָנַחַל *prorumpere iubes fontes et torrentes.* Cf. Niph., Pi. no. 3 et gr. ῥήγνυσι δάκρυα, πηγάς emittit lacrimas, fontes. — 3) ova *findere* dicitur avis, ubi his incubans pullos *excludit.* Jes. 34, 15. Sq. בְּ *irrupit* in aliquid. 2 Sam. 23, 16. 1 Par. 11, 18.

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *fissus est, fidit* et *aperuit se* terra Num. 16, 31. Zach. 14, 4, it. *ruptus, disruptus est* Iob. 26, 8. 32, 19. 2 Par. 25, 12, *expugnata est* urbs 2 Reg. 25, 4. Jer. 52, 7. 2) pass. Kal no. 2 *aperiri,* de fontibus Gen. 7, 11. Sed transfertur etiam ad aquam prorumpentem Jes. 35, 6. Prov. 3, 20, ad lucem Jes. 58, 8. Cf. syn. פָּטַר, בָּקַר, בָּכַר, in quibus findendi vis itidem translata est ad rem prorumpentem. 3) pass. Kal no. 3 *excludi,* ex ovo *prodire,* de fetu viperae Jes. 59, 5. 4) Quum res valide concussae findantur et dehiscant, hyperbolice usurpatur de terra concussa et contremente. 1 Reg. 1, 40.

Pi. בִּקַּע fut. יְבַקַּע 1) i. q. Kal no. 1. *fidit,* ut ligna Gen. 22, 3, rupem Ps. 78, 15, *diffidit, dissecuit* ventrem gravidarum 2 Reg. 8, 12. 15, 16. 2) *discerpsit, dilaceravit,* more ferarum i. q. טָרַף. Hos. 13, 8. 2 Reg. 2, 24. 3) i. q. Kal no. 2 *aperuit, prorumpere iussit* rivos e rupe Iob. 28, 10, torrentes Hab. 3, 9, ventum Ez. 13, 11. 13. 4) i. q. Kal no. 3. ovis *incubuit* et pullos *exclusit.* Jes. 59, 5.

Pu. בֻּקַּע *findi, fissum esse* Jos. 9, 4, *diffindi* Hos. 14, 1, i. q. Niph. *expugnari,* de urbe Ez. 26, 10.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1. *aperuit* urbem i. e. eam expugnavit. Jes. 7, 6. 2) Sq. אֶל *perrupit ad* aliquem cf. Kal no. 4. 2 Reg. 3, 26.

Hoph. הָבְקַע pass. Hiph. no. 1. Jer. 39, 2.

Hithpa. findi, diffindi Jos. 9, 13. Mich. 1, 4.

Nomm. derivata protinus sequuntur praeter בָּקִיעַ.

בֶּקַע m. *pars dimidia,* a findendo dicta, spec. *dimidius siclus.* Gen. 24, 22. Ex. 38, 26.

בִּקְעָא chald. Dan. 3, 1 i. q. hebr. בִּקְעָה.

בִּקְעָה pl. בְּקָעוֹת f. *vallis* (q. d. montium fissio et separatio) opp. montibus Deut. 8, 7. 11, 11. Ps. 104, 8, collibus Jes. 41, 18. Saepius autem *planities, campus late patens* (LXX. πεδίον) v. c. is, in quo Babylon sita erat Gen. 11, 2, cf. Ez. 3, 23. 37, 1. 2. בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vallis Libani, de planitie ad radices Hermonis et Antilibani atque ortum Jordanis Jos. 11, 17. 12, 7, neque vero de valle Libanum inter et Antilibanum, Coelesyria Strabonis, *Ard el Bekâă* ارض البقاع (terra convallium) Arabum. Aliae regiones ab urbibus vicinis appellatae sunt, ut בִּקְעַת מְגִדּוֹן 2 Par. 35, 22, ב׳ יְרֵחוֹ Deut. 34, 3. (Syr. ܦܩܥܬܐ, arab. بقيع, بقعة et بقعة id.).

בָּקַק 1) *effudit, evacuavit* pr. vas v. בַּקְבּוּק. (Arab. بَقْبَقَ onomatopoët. de sono lagenae effusae, ut pers. غلغل *gulgul*, angl. *to bubble*. Apud Melitenses *bakbak* est: ebulliit aqua, ut arab. بَغْبَغَ, بعبع, *bokka* bulla aquae, *bakbŷka, bekbŷka* lagena. Cf. etiam בּוּעַ, בָּעְבַּע; בּוּק.) Translate a) evacuavit, *incolis nudavit* terram Jes. 24, 1, *spoliavit, exinanivit* incolas. Nah. 2, 3. b) Jer. 19, 7: בַּקֹּתִי אֶת־עֲצַת יְהוּדָה *evacuabo* s. *effundam consilium Judae* i. e. eum consilii inopem reddam. Cf. Niph. Jes. 19, 3. — 2) intrans. *effundi*, late *fundi*, de arbore patula. Hos. 10, 1: גֶּפֶן בּוֹקֵק *vitis* late *fusa*, patula. LXX. ἄμπελος εὐκληματοῦσα. Vulg. frondosa.

Niph. נָבַק inf. הִבּוֹק fut. יִבּוֹק 1) pass. Kal no. 1, a. Jes. 24, 3. 2) pass. no. 1, b. Jes. 19, 3: נָבְקָה רוּחַ מִצְרַיִם בְּקִרְבּוֹ *effundetur spiritus* i. e. ingenium *Aegypti e medio eius* i. e. ingenio, prudentia plane orbabitur. נָבֻקָּה dicitur pro נָבֹקָּה. Lehrgeb. 372.

Po. בּוֹקֵק i. q. Kal 1, a *populatus est* Jer. 51, 2.

Nomm. derivata sunt: בַּקְבּוּק et nomm. pr. בַּקְבֻּקְיָה, בֻּקִּי, בֻּקִּיָּהוּ, יָבֹּק.

בָּקַר in Kal inusit. pr. i. q. arab. بَقَرَ *fidit, aperuit* vic. radici בָּכַר. Findendi autem aperiendique notio in hac radice relata est 1) ad *arationem* (cf. חָרַשׁ, פָּתַח, גְּדוּד), unde בָּקָר armentum qs. aramentum, boves; 2) ad eruptionem et *ortum lucis* v. בֹּקֶר Kal et Niph. no. 3; 3) ad vim *quaerendi, inquirendi* (syr. ܒܩܪ inquisivit, investigavit, ܒܘܩܪܐ et ܒܘܩܳܪܐ inquisitio, exploratio), item *inspiciendi* et *animadvertendi*. Sic in

Pi. בִּקֵּר 1) *diligenter inspexit, animum advertit ad* aliquid, sq. לְ Lev. 13, 36, בֵּין־לְ (cf. בֵּין no. 1) 27, 33. Sq. בְּ cum voluptate adspexit (cf. בְּ no. 4, a). Ps. 27, 4. 2) *providit, curae habuit* c. acc. Ez. 34, 11. 12. 3) *animo contemplatus est, circumspexit, cogitavit.* 2 Reg. 16, 15 (19). Prov. 20, 25. 4) *animadvertit in* aliquem, *punivit* eum, cf. בִּקֹּרֶת.

Derivata protinus sequuntur omnia.

בְּקַר chald. in *Pe.* inusit.

Pa. בַּקַּר Plur. בַּקַּרוּ fut. יְבַקַּר inf. בַּקָּרָה *quaesivit, inquisivit, investigavit* Esr. 4, 15. 19. 6, 1, sq. עַל 7, 14.

Ithpa. pass. Esr. 5, 17.

בָּקָר comm. (m. Ex. 21, 37, f. Iob. 1, 14) 1) *bos*, sive mas, sive femina, ab *arando* dictus (v. rad. no. 1), ut armentum teste Varrone de L. L. 4, 19 qs. aramentum, et arab. بَقَرٌ sec. Damirium, quia terram aratro proscindat (v. Bocharti Hieroz. 1, 280). In Plur. Amos 6, 12. Neh. 10, 37. 2 Par. 4, 3. In reliquis exemplis ubique.

2) collect. *boves, boum gregem, armenta* notat. (Arab. بَقَرٌ id., c. nomine unitatis بَقَرَةٌ bos unus Syr. ܒܩܪܐ armentum, pr. de bovibus, sed ampliore significatu etiam de aliis gregibus. Cf. בּוֹקֵר). צֹאן וּבָקָר armenta et (ovium caprarumque) greges. Gen. 12, 16. 13, 5. 20, 14. Deut. 32, 14: חֶמְאַת בָּקָר *lac bovinum.* Iungitur a) numeralibus et opp. שׁוֹר *unum bovem* significanti (cf. שֶׂה et צֹאן). Ex. 21, 37 (22, 1): *si quis furatur bovem unum* (שׁוֹר) ..... חֲמִשָּׁה בָקָר יְשַׁלֵּם תַּחַת הַשּׁוֹר *quinque boves reddat pro hoc uno.* Num. 7, 3: שְׁנֵי עָשָׂר בָּקָר, comm. 17: בָּקָר שְׁנַיִם. b) verbis et adiectivis pluralibus 2 Sam. 6, 6: כִּי שָׁמְטוּ הַבָּקָר *nam ferociebant boves.* 1 Reg. 5, 3, iisque femininis

si *boves feminae, vaccae* intelliguntur. Iob. 1, 14. Gen. 33, 13. — עֵגֶל בֶּן־בָּקָר vitulus bovinus Lev. 9, 2, עֶגְלַת בָּקָר Jes. 7, 21 et simpl. בֶּן־בָּקָר Gen. 18, 7. 8 de vitulo. De bubus arte factis 1 Reg. 7, 29. Inde ductum denom. בּוֹקֵר.

בֹּקֶר plur. בְּקָרִים 1) *mane, prima lux, tempus matutinum*, dictum ab ortu lucis, v. rad. no. 2. (Arab. بُكْرٌ, بُكْرَةٌ id., cf. rad. בָּקַר no. 1). אוֹר בֹּקֶר lux matutina 2 Sam. 23, 4. In Acc. adv. mane (ut arab. بُكْرًا) Ps. 5, 4, crebrius בַּבֹּקֶר mane Gen. 19, 27, et poët. לַבֹּקֶר Ps. 30, 6. 59, 17 quod alibi est עַד בֹּקֶר Deut. 16, 4. Ps. 130, 6. Distributive בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר Ex. 16, 21. 30, 7. 36, 3. Lev. 6, 5, לַבֹּקֶר לַבֹּקֶר 1 Par. 9, 27, לַבְּקָרִים Ps. 73, 14. 101, 8. Jes. 33, 2. Thren. 3, 23, לִבְקָרִים Iob. 7, 18 quovis mane. Metaph. *mane* i. e. prospera lux Iob. 11, 17.

2) Spec. *crastina lux*. Ex. 29, 34. Lev. 19, 13. 22, 30. Num. 9, 12. Iudd. 6, 31: אֲשֶׁר יָרִיב לוֹ יוּמַת עַד־הַבֹּקֶר *qui causam eius egerit, morietur ante lucem crastinam.* (Vulg. antequam lux crastina veniat. LXX. ἕως πρωΐ). Inde *dies crastinus* i. q. מָחָר (cf. v. c. אֶמֶשׁ) et adv. *cras*. Ex. 16, 7. Num. 16, 5 (coll. comm. 16) i. q. בַּבֹּקֶר 1 Sam. 19, 2, idque pro *mox* Ps. 5, 4 (in hemistichio priore). 90, 14. 143, 8, לַבֹּקֶר id. Ps. 49, 15.

בַּקָּרָה (c. Kamez impuro, pr. Inf. aram. in Paël) f. *cura* Ez. 34, 12, cf. rad. Pi. no. 2.

בִּקֹּרֶת f. *animadversio, punitio, castigatio* v. rad. Pi. no. 4. Lev. 19, 20.

בָּקַשׁ rad. in Kal inusit. *Quaerendi* significatu (v. Pi.) respondet arab. بحث, chald. בְּחַשׁ inquisivit, scrutatus est, cui affine חָפַשׂ. Primaria vero potestas est in attrectando et palpando, syr. ܓܘܫܫܐ attrectatio, cf. גָּשַׁשׁ palpavit, קָשַׁשׁ quaesivit, quod fit palpando.

Pi. בִּקֵּשׁ 1) *quaesivit*. Cstr. absol. 2 Reg. 2, 17, c. acc. pers. et rei Gen. 37, 15. 16. 1 Sam. 10, 14; sq. לְ inquisivit in aliquid Iob. 10, 6, diversum est Gen. 43, 30: וַיְבַקֵּשׁ לִבְכּוֹת *quaerebat* locum *flendi*, quaerebat, ubi fleret. Additur nonnunquam Dativus commodi לוֹ 1 Sam. 28, 7. Thren. 1, 19, quo adiecto etiam *deligendi* vim habet (*sich etwas aussuchen*) 1 Sam. 13, 14. Jes. 40, 20, cf. Ez. 22, 30. Spec. a) *quaesivit faciem regis* i. e. regem adiit, adire cupivit 1 Reg. 10, 24, maxime petendi ergo Prov. 29, 26. b) *quaesivit faciem Dei* pr. Deum adiit, maxime precibus, 2 Sam. 12, 16. Ps. 24, 6. 27, 8. 105, 4, oraculum petiturus 2 Sam. 21, 1, cum placaturus Hos. 5, 15. Id. est c) בִּקֵּשׁ אֶת־יְהוָֹה Ex. 33, 7. 2 Par. 20, 4. Opp. נִמְצָא exauditus est a Deo Deut. 4, 29. Jes. 65, 1. מְבַקְשֵׁי יְהוָֹה Dei cultores Ps. 40, 17. 69, 7. 105, 3. Jes. 51, 1. Cf. דָּרַשׁ.

2) *appetiit, sectatus est, captavit*, v. c. sacerdotium Num. 16, 10, mendacia Ps. 4, 3, amorem Prov. 17, 9. Raro sq. לְ Prov. 18, 1. בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ פ׳ vitae alicuius insidiatus est Ex. 4, 19. 1 Sam. 20, 1. 22, 23. 23, 15. 2 Sam. 4, 8. 16, 11, semel in bonam partem: operam dedit vitae alic. servandae Prov. 29, 10 (cf. דָּרַשׁ לְנֶפֶשׁ Ps. 142, 5). בִּקֵּשׁ רָעַת פ׳ *malum, interitum* alicuius *sectatus est*, intendit. 1 Sam. 24, 10. Ps. 71, 13. 24. בִּקֵּשׁ רָעָה אֶל id. 1 Sam. 25, 26. Sq. Gerundio: aliquid *facere studuit*, v. c. 1 Sam. 19, 2: מְבַקֵּשׁ שָׁאוּל אָבִי לַהֲמִיתְךָ *Saulus pater meus te occidere studet*. Ex. 2, 15. 4, 24. C. Inf. Jer. 26, 21.

3) *poposcit, postulavit*. Neh. 5, 18, sq. מִן Ps. 104, 21, מִיַּד Gen. 31, 39. 43, 9. Jes. 1, 12. Spec.

בִּקֵּשׁ דַּם פ׳ מִיַּד פ׳ postulavit sanguinem alic. ab aliquo i. e. caedis commissae poenam repetiit. 2 Sam. 4, 11. Ez. 3, 18. 20. 33, 8, et omisso דָּם 1 Sam. 20, 16.

4) *rogavit, petiit* sq. מִן pers. Esr. 8, 21. Dan. 1, 8, et acc. rei Esth. 2, 15, it. sq. עַל *precatus est* s. *deprecatus est pro* aliq. Esth. 4, 8. 7, 7.

5) *interrogavit, quaesivit ex* aliq., sq. מִן Dan. 1, 20.

Pu. quaesitus est Ez. 26, 21. Jer. 50, 20. Esth. 2, 23. Inde

בַּקָּשָׁה (c. Kam. impuro) *petitio.* Esth. 5, 3. 7. 8. Esr. 7, 6.

I. בַּר c. Suff. בְּרִי *filius*, a gignendo dictus (v. rad. בָּרָא no. 3), vc. in lingua chaldaea usitatissimum, apud Hebraeos poët. Bis legitur Prov. 31, 2. Ps. 2, 12: נַשְּׁקוּ בַר *osculate filium* sc. Jehovae i. e. regem. Cf. comm. 7 et בֵּן Jes. 9, 5. Alii בַּר h. l. puri electique significatione accipiunt (v. בַּר s. rad. בָּרַר), regemque *electi* (בְּחִיר יְהוָֹה) *purive* nomine salutari volunt, quod minus placet.

II. בַּר f. בָּרָה adj. (a rad. בָּרַר) 1) *electus*, *dilectus*. Cant. 6, 9: בָּרָה הִיא לְיוֹלַדְתָּהּ *matri suae dilectissima*, matris deliciae. — 2) *purus*. In laudibus puellae Cant. 6, 10: *pulchra*, *instar lunae* בָּרָה כַּחַמָּה *pura* nitida *instar solis*. Metaph. de moribus. בַּר לֵבָב qui *puri cordis* est. Ps. 24, 4. 73, 1. Vide rad. no. 3, b. 3) *inanis*, de horreo Prov. 14, 4.

III. בַּר Am. 5, 11. 8, 6. Ps. 72, 16, alibi

בָּר subst. m. 1) *frumentum*, pr. *purgatum* a palea (cf. Jer. 4, 11), quale in horreo asservatur et venditur Gen. 41, 35. 49. Prov. 11, 26. Joel 2, 24, semel de frugibus arva ornantibus Ps. 65, 14. (Arab. بُرّ triticum, congruit lat. *far*, unde *farina*). 2) *campus*, *rus*. Iob. 39, 4. Vide chald. no. II.

I. בַּר m. chald. c. Suff. בְּרֵהּ Dan. 5, 22. Plur. בְּנִין, cf. בֵּן p. 155 1) *filius* Dan. 6, 1, 2) *nepos* Esr. 5, 1. — בַּר אֱלָהִין *filius deorum* Dan. 3, 25.

II. בַּר chald. emph. בָּרָא m. *campus*, pr. campus *purus* (Liv. 24, 14) i. e. arboribus pagisque vacuus, *fregus*, *Feld, das Freye*. Dan. 2, 38. 4, 18. 22. 29. (Arab. بَرّ, بَرِّيَّة campus, desertum, syr. ܒܪܳܐ id.).

בֹּר m. 1) *puritas*. Plerumque additur כַּפַּיִם יָדַיִם Ps. 18, 21. 25 vel כַּפַּיִם Iob. 9, 30. 22, 30 et *manuum puritas* figurate innocentiam designat. Semel בֹּר simpl. eadem sententia dr. 2 Sam. 22, 25. — 2) *quod purgandi vim habet, lixivium, sal lixivii* i. q. בֹּרִית q. v. Iob. 9, 30. Sale enim lixivii veteres adfuso inter lavandum oleo pro sapone utebantur, idemque adhibebant fundendis metallis, ut citius liquescerent. Jes. 1, 25.

בָּרָא fut. יִבְרָא 1) pr. *cecîdit, secuit, secando effinxit*, v. Pi., arab. بَرَا fut. I praecîdit, praesecuit, asciavit polivitque. (De notione frangendi, secandi, separandi, quae syllabae radicali פר inhaeret, v. infra s. v. פָּרַד. Eandem habes in syllaba paullulum emollita בר, cf. בָּרַד sparsit, בָּרַךְ pr. fregit, it. בָּרַשׁ, בָּרָה, בָּרַת; חָבַר, بَرّ, זבר).

2) *creavit, produxit*, cf. خَلَقَ laevigavit, polivit, dein finxit, creavit, it. germ. *schaffen*, dan. *skabe*, quod eiusdem stirpis est atque *schaben*, belg. *schaeven* asciare. (Arab. بَرَأَ id. بَارِئ creator. Syr. chald. ܒܪܳܐ, ܒܪܺܝ, בְּרָא id.). Dr. de creatione coeli et terrae Gen. 1, 1, hominum Gen. 1, 27. 5, 1. 2. 6, 7, spec. Israëlis

Jes. 43, 1. 15. Jer. 31, 22: בָּרָא יְהוָה חֲדָשָׁה בָּאָרֶץ *Deus creavit novi quidquam in terra, mulier tuetur virum* (cf. Num. 6, 30) Jes. 65, 18: הִנְנִי בוֹרֵא אֶת־יְרוּשָׁלַיִם גִּילָה *ecce Hierosolyma faciam exultationem* i. e. exultabunda. Part. בּוֹרְאֶיךָ (in Plur. maiest.) creator tuus Eccl. 12, 1. Quod Gen. 2, 3 legitur, בָּרָא לַעֲשׂוֹת explicandum *produxit faciendo* i. e. fecit novi quiddam producendo. Cf. Jer. l. c. et בְּרִיאָה, unde intelligis בָּרָא de re nova usurpatum esse, et ad structuram formulas הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת, הֵרַע לַעֲשׂוֹת.

3) *genuit*, unde בַּר filius, v. Niph. no. 2. Chald. Ithpe. genitus est.

4) *comedit, saginavit se*, a secando dictum, unde Hiph. saginavit, adj. בָּרִיא pinguis. Cf. בָּרָה no. 2. Finitimae sunt radices ورأ cibo repletus est, ورى et ورى pinguis fuit, מָרָא bene profecit cibus, מְרִיא i. q. בָּרִיא saginatus, pinguis et gr. βόρω (βιβρώσκω), unde βορά, lat. *vorare*.

Niph. 1) *creari* Gen. 2, 4. 5, 2, *fieri* Exod. 34, 10. 2) pass. Kal no. 3. *nasci*. Ez. 21, 35 (30). 28, 13. Ps. 104, 30.

Pi. בֵּרֵא 1) *cecīdit*, ut gladio Ez. 23, 47, silvam securi, Jos. 17, 15: *ascende in silvam* וּבֵרֵאתָ לְךָ שָׁם *ibique succide tibi spatia*, ut bene Vulg. Comm. 18; *sed mons tibi cedat* כִּי יַעַר הוּא וּבֵרֵאתוֹ *quanquam ibi silva est, caedes eam.* — 2) *finxit, effinxit* i. q. יָצַר. Ez. 21, 24 (19).

Hiph. causat. Kal no. 4 *pinguem fecit, saginavit.* 1 Sam. 2, 29.

Nomm. derivata sunt: בַּר no. I, בְּרִיא, בְּרִיאָה, et n. pr. בְּרָאיָה.

בְּרָא, בִּרְאִי v. בֵּית־בִּרְאִי.

בְּרֹאדַךְ בַּלְאֲדָן *Berodach Baladan* n. pr. regis Babyloniae 2 Reg. 20, 12, qui idem appellatur *Merodach Baladan* Jes. 39, 1; quae posterior scribendi ratio et antiquior est et ab etymo praestantior, v. s. מְרֹאדַךְ.

בְּרָאיָה (quem *Jehova creavit*) n. pr. m. 1 Par. 8, 21.

בַּרְבֻּרִים m. plur. aves, quae *saginatae* Salomonis mensae apponebantur. 1 Reg. 5, 3 (4, 23). Kimchius *gallos* saginatos s. *capones* intelligit, equidem cum Targ. et Tanch. Hierosolym. malo *anseres*, dictos a pennarum plumarumque *puritate* et candore (v. בָּרַר no. 3).

בָּרַד pr. sparsit, cf. פָּרַד et בָּדַר, פִּזַּר, hinc *sparsit grandinem, grandinavit* Jes. 32, 19. (Aeth. በረድ፡ syr. ܒܪܕܐ grando. Arab. بَرَد grando, بَرَدَ friguit, grandinavit, sed frigoris significatio secundaria est et a grandine ducta. Inde

בָּרָד m. *grando*. Ex. 9, 18 sq. 10, 5 sq. Ps. 18, 13. 14. 78, 47. 48. אַבְנֵי בָרָד lapides grandinis, de ipsa grandine, v. אֶבֶן.

בָּרֹד pl. בְּרֻדִּים adj. *maculis* maxime albis *sparsus, maculosus*, de hircis Gen. 31, 10. 12, de equis Zach. 6, 3. 6. Sic lat. *sparsas* albo *pelles* dixit Virg. Ecl. 2, 41. Differt a נָקֹד, cui iungitur Gen. l. c., quod minora puncta designat. (Arab. بُرْد et بُرْدَة vestis variegata, versicolor qs. grandinata, transp. ربد Conj. II maculosus fuit, scheckig seyn, de ove. Syr. ܒܪܕܘܢܐ *pardus*, a maculis dictus, neque dubium, quin etiam gr. et lat. πάρδος, *pardus* ex hoc fonte fluxerit. A vc. arabico modo laudato est gall. *broder*.

בֶּרֶד (grando) n. pr. 1) loci in deserto Schur Gen. 16, 14 cf. Vers. 7. 2) m. 1 Par. 7, 20.

בָּרָה fut. יִבְרֶה 1) i. q. vicinum בָּרָא *cecidit, secuit,* cf. arab. بَرَا ult. Waw praesecuit, praecidit, et בָּרָא no. 1. Inde בְּרִית foedus, ab hostiis dissectis dictum. — 2) *comedit* i. q. בָּרָא no. 4, a secando dictum, ut גָּזַר no. 3, et multa verba secandi apud Arabes, v. Thes. p. 238. 2 Sam. 12, 17. 13, 6. 10. בָּרָה לֶחֶם l. c. 12, 17 idem est quod אָכַל לֶחֶם v. אָכַל no. 1, c. — 3 *elegit,* itidem secando et separando, v. בָּרַר no. 2. 1 Sam. 17, 8: בְּרוּ לָכֶם אִישׁ *eligite vobis virum.*

Pi. inf. בָּרוֹת i. q. Kal no. 2. Thren. 4, 10

Hiph. comedendum dedit, causat. Kal no. 2, sq. duobus acc. 2 Sam. 3, 35. 13, 5.

Nomm. derivata sunt: בִּרְיָה, בָּרִי, בְּרִית, בָּרוּת.

בָּרוּךְ (benedictus) *Baruchus* n. pr. 1) amici et comitis Jeremiae prophetae, cui huius nominis liber apocryphus tribuitur. Jer. 32, 12 —16. 36, 4 sq. 43, 3—6. 45, 1. 2. 2) Neh. 3, 20. 10, 7. 3) Neh. 11, 5.

בְּרוֹמִים m. pl. Ez. 27, 24 *vestes polymitae,* ut recte Kimchius, cf. rad. בָּרַם. Arab. بَرِيمٌ funiculus contortus bicolor, مُبْرَمٌ vestis ex eiusmodi filis contexta.

בְּרוֹשׁ plur. בְּרוֹשִׁים m. 1) *cupressus,* arbor procera (Jes. 55, 13) et fructifera (Hos. 14, 9), una cum cedro, cui saepissime iungitur, summum Libani decus (Jes. 14, 8. 37, 24. 60, 13. Zach. 11, 2 coll. comm. 1), cuius lignum, aeque ac cedrinum, templi Hierosolymitani tabulationibus (1 Reg. 5, 22. 24. 6, 15. 34. 2 Par. 2, 7. 3, 5), navium tabulatis (Ez. 27, 5), item hastis (Nah. 2, 4) et instrumentis musicis (2 Sam. 6, 5) adhibebatur, semel per Syriasmum בְּרוֹת dicta (Cant. 1, 17). *Cypressum,* non abietem, intelligere et res ipsa iubet, et veterum interpp. auctoritas, quanquam hoc nomen fortasse alias quoque arbores e pinorum genere comprehendebat. Vide haec uberius exposita in Thes. p. 246. Quod ad etymon attinet, *cupressus* dicta videtur ab asseribus tabulisque inde caesis, v. rad.

2) *quod e ligno cupressino factum est,* a) *lancea* Nah. 2, 4. b) *instrumentum musicum.* 2 Sam. 6, 5.

בְּרוֹת Plur. בְּרוֹתִים m. *cupressus* i. q. בְּרוֹשׁ, forma ad Aramaismum proclivi Cant. 1, 17. Rad. בָּרַת.

בָּרוּת f. *cibus.* Ps. 69, 22. Rad. בָּרָה no. 2.

בֵּרוֹתָה Ez. 47, 16 et **בֵּרֹתַי** 2 Sam. 8, 8 (putei mei, pro בְּאֵרוֹתַי) n. pr. oppidi aere divitis, quod olim regibus Zobae paruerat, in borealibus Palaestinae terminis situm. Sunt qui *Berytum,* Phoeniciae urbem maritimam, intelligant, sed ex Ez. l. l., hanc urbem non maritimam, sed potius Hamathae vicinam fuisse colligitur. V. Rosenm. Alterthumsk. II, p. 292.

בָּרַז rad. inusit. Chald. et Talmud. *fixit, transfixit,* transfodit, בִּרְזָא foramen, vulnus pungendo inflictum. Inde quadril. בַּרְזֶל et

בִּרְזוֹת (foramina, vulnera) 1 Paral. 7, 31 Chethibh n. pr. prob. f.

בַּרְזֶל m. *ferrum,* quadril. a chald. בְּרַז transfixit, adiecto ל, cf. כַּרְמֶל a כֶּרֶם, חַרְגֹּל a חָרַג. Chald. בַּרְזְלָא et פַּרְזְלָא, syr. ܦܪܙܠܐ. Gen. 4, 22. Ez. 27, 12. 19 cet. Saepe adhibetur ad duritiem et firmitatem adumbrandam, veluti שֵׁבֶט בַּרְזֶל de imperio duro Ps. 2, 9. Jes. 48, 4: גִּיד בַּרְזֶל עָרְפֶּךָ *nervus ferreus* est *cervix tua,* de pertinacia populi. Spec. *instrumentum ferreum* Deut. 27, 5. Jos. 8, 31. 2 Reg. 6, 5,

vinculum ferreum Ps. 105, 18, plene כֶּבֶל בַּרְזֶל 149, 8.

בַּרְזִלַּי (ferreus, nisi conferre mavis talmud. בַּרְזְלָא bubulcus, בַּרְזִילַין principes) n. pr. 1) viri Gileaditae hospitio et liberalitate erga Davidem exulem nobilis 2 Sam. 17, 27. 19, 32—39. 1 Reg. 2, 7. 2) Esr. 2, 61.

בָּרַח fut. יִבְרַח 1) *transiit, pertransiit* (pr. ni fallor, durchschneiden, durchbrechen, cf. בָּרַךְ et de secandi frangendique potestate in verbis a בר, פר ordientibus s. v. בָּרָא) Ex. 36, 33: *et fecit vectem medianum* לִבְרֹחַ בְּתוֹךְ הַקְּרָשִׁים מִן־הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה *qui transiret per medios asseres ab uno extremo ad alterum.* Cf. Hiph. no. 1 et בְּרִיחַ vectis, repagulum. Inde

2) *fugit, aufugit,* germ. *durchbrechen, durchgehn.* (Arab. بَرِحَ recessit, discessit e loco suo, abiit in terram incultam, *entweichen,* اِبْنُ بَرِيحٍ dorcas, a fugiendo). Cstr. absol. Gen. 31, 22. 27. 1 Sam. 19, 18, c. acc. loci, quo fugitur 1 Sam. 27, 4, it. sq. לְ Neh. 13, 10, אֶל Num. 24, 11 et מִן loci, ex quo fugitur 1 Sam. 20, 1. Is, qui fugitur, exprimitur praevio מִפְּנֵי Gen. 16, 8. 35, 1. 7, מִלִּפְנֵי Jon. 1, 3, מִן Jes. 48, 20, מִיַּד (e manu i. e. potestate eius) Iob. 27, 22, מֵאֵת (pr. e vicinia) 1 Reg. 11, 23. Differt a הִמָּלֵט elabi. 1 Sam. 19, 12: וַיֵּלֶךְ וַיִּבְרַח וַיִּמָּלֵט *abiit, aufugit et elapsus est.* Imperativo nonnunquam additur Dat., בְּרַח לְךָ germ. *mache dich fort, rette dich,* Gen. 27, 43. Num. 24, 11. Am. 7, 12 cf. gall. *s'enfuir.*

Not. Uni loco Ex. 14, 5 nonnulli post Michaëlem male adhibent arab. بَرِحَ *obvertit sinistrum latus,* commode enim populus, quem post triduum rediturum speraverat Pharao, qui contra Arabiam ingredi parabat, dici poterat aufugisse.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1. Ex. 26, 28. 2) *in fugam coniecit, fugavit.* Iob. 41, 20, it. *expulit, abegit* Neh. 13, 28.

Nomm. derivata sunt: בָּרִיחַ, מִבְרָח et

בָּרִחַ Jes. 27, 1. Iob. 26, 13 et **בָּרִיחַ** Plur. בָּרִיחִים Jes. 43, 14 (pro בָּרִיחַ, formae צַדִּיק) 1) qui in fugam se dedit, *fugitivus* Jes. 43, 14 it. *fugax,* epitheton serpentis tum proprii Jes. 27, 1, tum coelestis Iob. l. l. 2) n. pr. m. 1 Par. 3, 22.

בְּרִי f. בְּרִיָּה adj. (a rad. ברה) *pinguis* i. q. בָּרִיא, cf. rad. no. 2. Ez. 34, 20: שֶׂה בִרְיָה *ovis pinguis,* ubi tamen fort. בְּרִיָּה legendum. 3 codd. בְּרִיאָה. — In verbis Iob. 37, 11: אַף בְּרִי יַטְרִיחַ עָב haud pauci interpretes Chaldaeo et Rabbinis ducibus בְּרִי interpretantur *puritatem,* spec. coeli *serenitatem* (Targ. בְּרִירוּתָא), totumque dictum vertunt: *etiam serenitas dispellit nubem,* magis tamen placet alia interpretatio infra (v. טֹרַח) proponenda.

בֵּרִי (i. q. בְּאֵרִי qs. fontanus) n. pr. m. 1 Par. 7, 36.

בָּרִיא adj. *saginatus, pinguis,* v. בָּרָא no. 4, de hominibus Iudd. 3, 17. Dan. 1, 15, de vaccis Gen. 41, 2. 4. 18. 20, aristis ib. 5. 7 (v. חֵלֶב), cibo Hab. 1, 16. Fem. הַבְּרִיאָה coll. *pecus pingue* Zach. 11, 16. Ez. 34, 3.

בְּרִיאָה f. *res creata, a Deo producta,* spec. nova, inaudita. Num. 16, 30. (Cf. Jer. 31, 22).

בִּרְיָה f. *cibus.* 2 Sam. 13, 5. 7. 10. Rad. בָּרָה no. 2.

בָּרִיחַ v. בָּרִחַ.

בְּרִיחַ Plur. בְּרִיחִים m. 1) *lignum transversum, vectis,* quo ab uno

latere ad alterum per annulos traiecto singuli in tentorio sacro asseres coniungebantur, dictum a transeundo, ut *transtrum* pro transitrum. Ex. 26, 26 sq. 35, 11. 36, 31 sq. Num. 3, 36. 4, 31. — 2) *repagulum, vectis* portae claudendae Iudd. 16, 3. Neh. 3, 3 sq. cet. *Terrae repagula* Jon. 2, 7 sunt vectes portae, qua in penetralia terrae i. e. in orcum descenditur i. q. בַּדֵּי שְׁאֹל Iob. 17, 16. Metaph. *vectis* dr. pro *principe*, quatenus tuendae civitati operam dat (v. בַּד Hos. 11, 6). Jes. 15, 5: בְּרִיחֶהָ עַד צֹעַר *principes eius* fugiunt *Zoarum usque.* Hieron. vectes eius. Nescio tamen an iusto durior sit ellipsis verbi fugiendi, persertim quum fugae antea nulla mentio sit: et cum Chald. Saad. Kimchio בריחיה *fugitivos* reddere malim, sive בְּרִיחֶיהָ scribere placet, sive בְּרִיחֶהָ derivare a בָּרִחַ cum Kamez puro (formae עָשִׁיר).

בְּרִיעָה (donum) n. pr. 1) filii Ephraimi. 1 Par. 7, 23: *et vocavit nomen eius Berîa,* כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ *quia* tanquam *munus obtigerat domui eius.* Ita certe Michaëlis Suppl. 224, sed rectius, ut videtur, *quia calamitas obtigerat domui eius*, בְּרָעָה pro רָעָה cum Beth, quod dicunt, essentiae (p. 122), coll. comm. 22. 23. LXX. ὅτι ἐν κακοῖς ἐγένετο ἐν οἴκῳ μου. Vulg. eo quod in malis domus eius ortus esset. 2) m. Gen. 46, 17. 3) 1 Par. 8, 13. 4) 1 Par. 23, 10. A no. 2 est patron.

בְּרִיעִי Num. 26, 44.

בְּרִית f. 1) *foedus,* dictum a secando (v. rad. no. 1), siquidem in solennioribus foederibus sanciendis medias per hostias dissectas transire solebant (v. rad. כָּרַת). Dicitur de foedere inter populos iuncto Jos. 9, 6 sq., inter privatos et amicos 1 Sam. 18, 3. 23, 18, de foedere matrimonii Mal. 2, 14. בַּעֲלֵי בְרִית Gen. 14, 13 et אַנְשֵׁי בְרִית פ׳ פ׳ Obad. 7 foedere cum aliquo iuncti. אֵל בְּרִית Iudd. 9, 46 i. q. בַּעַל בְּרִית comm. 4 deus foederis (v. בַּעַל no. 5, a). De foedere constituendo et sanciendo utuntur verbis כָּרַת, הֵקִים, נָתַן, שׂוּם 2 Sam. 23, 5, עָבַר בְּ, בּוֹא בְ Deut. 29, 11 quae v., de violatione eius הֵפֵר, חִלֵּל, עָזַב, שִׁקֵּר בְּ. *Foedus alicuius* est foedus cum aliquo sancitum Lev. 26, 45. Deut. 4, 31, בְּרִית יְהוָֹה foedus cum Jehova iunctum Deut. 4, 23. 29, 24 cet. Spec. et creberrime de foedere pactoque Deum inter et Abrahamum iuncto (Gen. 15. 17), a Mose confirmato (Ex. 24, 7. 8. 34, 27. Deut. 5, 2), post exilium intercedentibus prophetis (Jes. 42, 6. 49, 8) et Messia (Mal. 3, 1) renovando et emendando (cf. Jer. 31, 33). *Terra* populo ex hoc foedere promissa et data appellatur אֶרֶץ הַבְּרִית Ez. 30, 5, ipseque populus בְּרִית קֹדֶשׁ (populus) sancti foederis Dan. 11, 28. 30. מַלְאַךְ הַבְּרִית nuncius, μεσίτης (novi) foederis i. e. Messias. Mal. 3. 1.

2) Alibi est *conditio* huius *foederis*, nimirum a) promissum Dei Jes. 59, 21, et saepius b) *praecepta* Dei *ab Israële servanda* i. e. *lex divina* i. q. תּוֹרָה. Hinc לוּחוֹת הַבְּרִית Deut. 9, 9. 15, אֲרוֹן בְּרִית יְהוָֹה et אֲרוֹן הַבְּרִית arca in qua lex s. tabulae legis servabantur (v. אָרוֹן). דִּבְרֵי הַבְּרִית verba legis Jer. 11, 2—8. 34, 18. Ex. 34, 28: דִּבְרֵי הַבְּרִית עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *praecepta legis, decem praecepta.* סֵפֶר הַבְּרִית liber legis, tum de initiis eius antiquissimis Ex. 24, 7, tum de universa legum collectione 2 Reg. 23, 2. 21. 2 Par. 34, 30. De *foedere salis* v. s. מֶלַח.

3) Aliquoties ellipt. a) i. q. מַלְאַךְ בְּרִית *nuncius*, praeco, interpres et μεσίτης novi *foederis* s. novae legis et religionis Jes. 42, 6. 49, 8, cf. Mal. 2, 8. b) i. q. אוֹת בְּרִית *signum foederis*, de circumcisione. Gen. 17, 10. 13, cf. 11.

בֹּרִית f. pr. *res purgatoria, res purgandi vim habens* (a בר cum terminatione adj. fem. ־ִת), *smegma* spec. *sal lixivii,* maxime vegetabile (minerale enim נֶתֶר vocatur), e cineribus nonnullarum plantarum salsuginosarum et saponariarum (arab. أُشْنَان, إِشْنَان, قِلْى Salsola Kali L. al.) factum, quo interdum in paniculos constipato et affuso oleo pro sapone (Jer. 2, 22) et in purgandis metallis utebantur Mal. 3, 2. Uberius de his plantis, earum usu variisque nominibus disputarunt Bochartus Hieroz. 2, p. 43 sq. Celsius Hierob. 1, 449 sq. Chr. B. Michaëlis epist. ad Fr. Hoffmannum de herba Borith. Halae 1728. 4. J. Beckmann *Beyträge zur Geschichte d. Erfindd.* 4, p. 10 sq.

בָּרַךְ fut. יִבְרַךְ 1) genua flexit, *in genua procubuit.* (Arab. بَرَكَ, aeth. በረከ: syr. ܒܪܶܟ id. Notio primaria est in frangendo, confringendo, cf. פָּרַק et notionum cohaerentiam s. v. כָּנַע, כָּרַע.) 2 Paral. 6, 13: וַיִּבְרַךְ עַל־בִּרְכָּיו *et procubuit in genua sua.* (Cf. Dan. 6, 11). Ps. 95, 6: *venite* וְנִבְרְכָה . . . לִפְנֵי יְהוָה עֹשֵׂנוּ *ut in genua procumbamus coram Jehova, creatore nostro.* Vide Hiph. et בֶּרֶךְ genu. 2) *Deum invocavit, fausta apprecatus est, benedixit* (quo latinitatis ecclesiasticae vc. uti liceat). Saepe ita in Pi., in Kal tantum in Part. pass. בָּרוּךְ *laudatus, benedictus* (LXX. εὐλογημένος, εὐλογητός), de cuius usu una cum Piël agetur; formae autem בָּרוֹךְ (inf. absol. pro בַּרּוֹךְ, formae קַנּוֹא, יַסּוֹר) Jos. 24, 10, בָּרְכוֹ Gen. 28, 6. 1 Sam. 13, 10. 2 Sam. 8, 10. 1 Par. 18, 10 rectius ad Piel referuntur.

Niph. reflex. i. q. Hithpa. *benedixit sibi.* Gen. 12, 3. 18, 18. 28, 14. Vide Hithpa.

Pi. בֵּרַךְ fut. יְבָרֵךְ, וַיְבָרֶךְ, cum acc. dist. וַיְבָרֵךְ 1) Deum *invocavit, laudavit, celebravit, veneratus est,* quod fit genubus flexis, v. 2 Par. 6, 13. Ps. 95, 6. Dan. 6, 11 cet. (Arab. بَرَّكَ conj. V. laudavit. VI. venerabundo animo laudatus est Deus). Constr. sq. acc. (ut γονυπετεῖν τινα Matth. 17, 14). Ps. 104, 1. 26, 12. 34, 2. 63, 5. 66, 8. 103, 1. 2. 104, 35, raro sq. לְ 1 Par. 29, 20. Part. pass. בָּרוּךְ יְהוָה, בָּרוּךְ אֱלֹהִים *laudatus sit Jehova, Deus* Exod. 18, 10. 1 Sam. 25, 32. 39. Ps. 28, 6. 31, 22. 41, 14. Iob. 2, 9: בָּרֵךְ אֱלֹהִים וָמֻת *lauda Deum et morere* i. e. quantumvis Deum laudabis et celebrabis, tamen tibi mox moriendum est, vana igitur tua erga Deum pietas. Verba sunt mulieris impiae. De hoc duorum Imperativorum usu, quorum alter concedendi, alter asseverandi, promittendi minandive potestatem habet, v. Gramm. nostr. hebr. ed. 9 §. 99. Plenius dicitur בֵּרַךְ שֵׁם יְהוָה invocavit nomen Jehovae Ps. 96, 2 et בֵּרַךְ בְּשֵׁם יְהוָה (ut קָרָא בְּשֵׁם יי) Deut. 10, 8. 21, 5. Semel de invocatione idolorum Jes. 66, 3, adeoque de propria laude Ps. 49, 19.

2) *fausta* alicui *apprecatus est* numine invocato (בְּשֵׁם יְהוָה Ps. 129, 8. 1 Par. 16, 2), *benedixit alicui.* (Arab. بَارَكَ, aeth. በረከ: id.) Gen. 27, 27. 28. Dicitur de piis votis et precibus, quas pronuntiat concipitque parens moribundus Gen. 27, 4. 7. 10. 48, 9, sacerdos pro populo Lev. 9, 22. 23. Num. 6, 23, populus pro populo Deut. 27, 12. Cstr. sq. acc., rarius לְ Neh. 11, 2. Semel dr. de consecratione sacrificii 1 Sam. 9, 13.

3) *benedixit* Deus homini aliisque rebus creatis Gen. 1, 22. 9, 1, et saepius etiam de eventu divini favoris: *prosperavit, fortunavit.* Gen. 12, 2: וַאֲבָרֶכְךָ וַאֲגַדְּלָה שְׁמֶךָ *benedicam tibi magnumque faciam*

nomen tuum. Comm. 3. 17, 16. 22, 17. 24, 1. 30, 27. Constr. c. gem. acc., altero personae, altero beneficii, quo quis a numine ornatur Deut. 12, 7. 15, 14, sq. בְּ rei Gen. 24, 1. Ps. 29, 11. Ubi homines alicui bene precantur, celebratur formula: בָּרוּךְ אַתָּה לַיהוָֹה benedictus sis a Jehova 1 Sam. 15, 13, בָּרוּךְ הוּא לַיהוָֹה Ruth 2, 20, cf. Gen. 14, 19. Iudd. 17, 2. — בָּרוּךְ יְהוָֹה benedictus a Deo Gen. 24, 31. 26, 29. Num. 24, 9. Deus dicitur etiam *benedicere* rebus inanimatis, ut feliciter cedant, faustaque incrementa capiant. Ex. 23, 25. Iob. 1, 10. Ps. 65, 11. 132, 15. Prov. 3, 33. Gen. 2, 3.

4) *salutavit* aliquem, quatenus hoc fit salutem adprecando (1 Sam. 15, 13, cf. εἰρήνη ὑμῖν, السلام عليك): nonnunquam enim salutatio sola interrogatione de salute alterius conficitur (שָׁאַל לְשָׁלוֹם לְ, v. שָׁלוֹם). Prov. 27, 14. 2 Reg. 4, 29. 1 Sam. 25, 14 (coll. comm. 6). Dicitur de adveniente Gen. 47, 7. 2 Sam. 6, 20, de discedente et valedicente Gen. 47, 10. 1 Reg. 8, 66, item de praesentibus, qui salvere iubent advenientem 1 Sam. 13, 10, et discedentem bonis votis prosequuntur Gen. 24, 60. Jos. 22, 6. 7.

5) Accipitur etiam in malam partem et valet *exsecratus est* i. e. numine invocato exitium alicui imprecatus est, cf. Iob. 31, 30. (Est hoc verbum e vocabulis mediis, ut arab. ابترك, aethiop. ባረከ: benedixit et maledixit, بهل VIII. supplicavit et male precatus est, v. plura in Thes. p. 241.) Proprie refertur ad homines, transfertur tamen ad maledicta verbaque impia in Deum coniecta. 1 Reg. 21, 10. Ps. 10, 3. Iob. 1, 5. 11. 2, 5. Alii, ut Schultensius, quibus exsecrandi potestas in hoc vc. non satis certa videbatur, a valedicendo (v. no. 4) derivant abnegandi vim, eamque his exemplis adhibent, coll. gr. χαίρειν ἐᾶν, χαίρειν φράζειν τινά. Sed illud praeferre iubent et verba 1 Reg. 21, 10, et linguarum a nobis comparatarum analogia

Pu. בֹּרַךְ part. מְבֹרָךְ 1) pass. Pi. no. 1. *laudatus est* Deus. Iob. 1, 21. 2) pass. Pi. no. 3. *benedictus* i. e. *prosperatus est* a Deo, sq. מִן rei. Deut. 33, 13: מְבֹרֶכֶת יְהוָֹה אַרְצוֹ מִמֶּגֶד הַשָּׁמַיִם וגו׳ *a Jehova prosperata* sit *terra eius muneribus coeli* cet. Cf. בָּרוּךְ יְי׳ i. e. בָּרוּךְ לַיהוָֹה. In praef. מִן h. l. eadem vis inest, quae alibi post verba copiae (Ex. 16, 32).

Hiph. הִבְרִיךְ causat. Kal no. 1. *genua flectere iussit* camelos, ut quiescerent et biberent Gen. 24, 11. (Arab. أَبْرَكَ id., aeth. አበረከ: syr. ܐܒܪܟ id.) Vide בְּרֵכָה, it. אַבְרֵךְ p. 11.

Hithpa. הִתְבָּרֵךְ reflex. Pi. no. 2. *benedixit sibi.* Deut. 29, 18. Cstr. sq. בְּ a) eius, quem benedicendo nobis invocamus (cf. בֵּרֵךְ בְּשֵׁם יְי׳) i. e. dei, quem colimus. Jes. 65, 16: הַמִּתְבָּרֵךְ בָּאָרֶץ יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן *benedicens sibi in terra, sibi benedicet per deum verum.* Jer. 4, 2. b) eius, cuius felicitatem et salutem nobis adprecamur (Gen. 48, 20). Ps. 72, 17 de rege in hoc carmine celebrato: יִתְבָּרְכוּ בוֹ כָּל־גּוֹיִם יְאַשְּׁרוּהוּ *benedicent sibi per illum omnes populi eum*que *felicem praedicabunt.* Non aliter explicanda fuerit formula in Genesi paucis mutatis quinquies obvia: וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ *bene precabuntur sibi per posteros tuos* (Abrami) *omnes gentes terrae* i. e. sibi Israëlis sortem adprecabuntur. 22, 18. 26, 4 cf. 28, 14, ubi pro Hithpa. legitur Niphal, et 12, 3. 18, 18, ubi pro בְּזַרְעֲךָ praeterea exstat בּוֹ, בְּךָ. Ita Jarchius, Clericus al. Plerique, quos olim secuti sumus, hanc formulam cum LXX. Chald. (cf. Gal. 3, 8)

passive interpretantur: *et prosperabuntur omnes terrae gentes per eum, per posteros eius*, siquidem ab illis ad veram Dei notitiam et cultum adducentur. Vide Jahn Archaeol. II, §. 263 not. Sed reliquorum exemplorum, in quibus בֵּרֵךְ בְּ, הִתְבָּרֵךְ בְּ legitur, analogia priori sententiae favet.

Nomm. derivata protinus sequuntur, praeter nomm. pr. בָּרוּךְ, יְבֶרֶכְיָה, cf. אַבְרֵךְ.

בְּרַךְ chald. 1) i. q. hebr. no. 1 *in genua procidit*, ad cultum Deo praestandum. Dan. 6, 11. 2) *benedixit*. Part. pass. בְּרִיךְ i. q. hebr. בָּרוּךְ Dan. 3, 28.

Pa. בָּרֵךְ (pro vulgari בָּרֵךְ) *laudavit, veneratus est* Deum, sq. לְ Dan. 2, 19. 4, 31. Part. pass. Dan. 2, 20.

בֶּרֶךְ *genu*, in Sing. semel Jes. 45, 23. (Syr. ܒܘܪܟ, ܒܘܪܟܐ, aeth. ብርክ፡ id. Chald. transp. אַרְכּוּבָא).

Dual. בִּרְכַּיִם constr. בִּרְכֵּי *genua*, non solum de duobus, sed adeo de omnibus. כָּל־בִּרְכַּיִם cuncta genua Ez. 7, 17. 21, 12. מַיִם בִּרְכַּיִם aquae ad genua pertingentes Ez. 47, 4. *In genibus* (עַל בִּרְכַּיִם) recipiuntur pueri recens nati a parentibus altoribusve Gen. 30, 3. 50, 23. Iob. 3, 12, ibidem pueri foventur a parentibus Jes. 66, 12.

בְּרֵךְ chald. id. Dan. 6, 11.

בָּרַכְאֵל (cui benedixit Deus) n. pr. patris Elihui. Iob. 32, 2. 6.

בְּרָכָה semel בְּרָכָה Gen. 27, 38 constr. בִּרְכַּת, plur. בְּרָכוֹת constr. בִּרְכוֹת f. 1) *benedictio, adprecatio boni*, ut patris moribundi Gen. 27, 12 sq. 33, 11. בִּרְכַּת יְשָׁרִים faustae preces hominum proborum Prov. 11, 11. בִּרְכַּת יְהוָה *benedictio, favor Dei*, quem omnis generis prosperitas et faustissima quaeque sequuntur. Gen. 39, 5. Ps. 3, 9. Jes. 44, 3. Dr. etiam בְּרָכָה simpl. Jes. 19, 24. Joel 2, 14, nonnunquam sq. Genit. eius, cui numen benedixit. Gen. 28, 4: בִּרְכַּת אַבְרָהָם *benedictio* qua benedixit *Abrahamum*. 49, 26: בִּרְכוֹת הוֹרַי עַד Dei *benedictiones* quibus benedixit *montibus aeternis*. Aliter Prov. 24, 25: בִּרְכַּת טוֹב *benedictio boni*. Plur. בְּרָכוֹת *benedictiones* sc. Dei Prov. 10, 6. 28, 2, sed saepius *beneficia, munera* divinitus missa. Ps. 84, 7. Gen. 49, 25. Cf. Jes. 65, 8: *noli eam* (uvam) *corrumpere*, כִּי בְרָכָה בּוֹ *nam munus divinum ei inest*.

2) concr. de *homine* Dei beneficio *eximie fortunato et felice*. Gen. 12, 2: וֶהְיֵה בְּרָכָה. Ps. 21, 7: תְּשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת לָעַד *eum fortunatissimum reddis in aeternum*. Collect. Zach. 8, 13.

3) *munus, donum*, quo favorem voluntatemque significamus, quodque additis bonis votis offerre solemus. Gen. 33, 11. 1 Sam. 25, 27. 30, 26. 2 Reg. 5, 15. נֶפֶשׁ בְּרָכָה *anima munifica* i. e. homo munificus. Prov. 11, 25. (Syr. ܒܘܪܟܬܐ, aethiop. በረከት፡ id.).

4) i. q. שָׁלוֹם *pax*. 2 Reg. 18, 31: עֲשׂוּ אִתִּי בְרָכָה *facite mecum pacem*. Jes. 36, 16.

5) n. pr. a) vallis in deserto prope Tekoam 2 Par. 20, 26. b) m. 1 Par. 12, 3.

בְּרֵכָה constr. בְּרֵכַת f. *stagnum, piscina*, pr. talis, ad quam cameli potaturi procumbunt, v. הִבְרִיךְ. (Arab. بِرْكَة crater fontis et simile aquae receptaculum, hispan. *alberca*). 2 Sam. 2, 13. 4, 12. Cant. 7, 5, plen. בְּרֵכַת מַיִם Nah. 2, 9. Eccl. 2, 6. Duae eiusmodi piscinae erant ab occidente Hierosolymorum, ex stagnantibus fontis Siloae aquis ortae, *piscina superior* Jes. 7, 3, etiam *vetus* Jes. 22, 11 et *piscina regis* dicta Neh. 2, 14, utpote hortos regios irrigans (Neh. 3, 15): et *inferior*, quae Jes. 22, 9

rigandae inferiori urbi destinata erat.

בֶּרֶכְיָה (cui *benedixit Jehova*, pro בֵּרְכִיָּה) *Barachias*, n. pr. m. 1) filii Serubabelis 1 Par. 3, 20. 2) ib. 9, 16. 3) Neh. 3, 4. 30. 4) cf. בֶּרֶכְיָהוּ no. 1.

בֶּרֶכְיָהוּ (id.) n. pr. *Barachias*. His litteris scriptum tribuitur 1) patri Zachariae prophetae Zach. 1, 7, comm. 1. tamen בֶּרֶכְיָה. 2) 1 Par. 6, 24. 3) 2 Par. 28, 12.

בָּרַם rad. in verbo inusit. pr. (quod ab etymologis neglectum miror) onomatop. i. q. *βρέμω*, *βριμάομαι*, *fremo*, *brummen*, *summen*. Apud Arabes dr. 1) de fremitu et murmure hominis morosi, nostr. *murren*, unde 1 Petr. 4, 9 pro gr. *γογγυσμός* in Vers. arab. egregie تَبَرُّم, it. بَرِمَ fastidiosus pr. morosus fuit, mürrisch seyn; apud eosdem 2) de *susurro*, quod fit nendo filumque contorquendo, nostr. *schnurren*, inde بَرَمَ II. IV. *contorsit fila* in unum, nostr. *zwirnen*, unde hebr. בְּרוֹמִים. Ut alia verba torquendi et ligandi (v. חוּל), hoc denique transfertur 3) ad *firmitatem* (بَرَّمَ firmavit, cf. ipsum *firmus*), inde

בְּרַם chald. pr. adv. affirmandi *profecto*, *sane*, ut in Targg. et syr. ܒܪܡ, sed in V. T. ubique adversative: *at*, *verum*, Dan. 2, 28. 4, 12. 5, 17. Esr. 5, 13. Cf. אֲבָל no. 2.

בַּרְנֵעַ v. קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ.

בָּרַע rad. inusit. Arab. برع excelluit. Conj. V. ultro donavit. Inde nomm. pr. בְּרִיעָה et

בֶּרַע (donum) n. pr. regis Sodomae Gen. 14, 2.

בָּרַק *fulguravit*, de Deo, semel legitur Ps. 144, 6. (Arab. بَرَقَ, syr. ܒܪܩ id. Aeth. በረቀ፡ fulsit, አብረቀ፡ fulminavit).

Nomm. derivata sunt בַּרְקָנִים et בָּרֶקֶת

בָּרָק m. 1) *fulgur*. (Syr. arab. ܒܪܩܐ, بَرْق id.). Dan. 10, 6. Coll. fulgura Ps. 144, 6. 2 Sam. 22, 15. Ez. 1, 13. Plur. בְּרָקִים Iob. 38, 35. Ps. 18, 15. 77, 19 cet. Transfertur ad fulgorem gladii. Ez. 21, 15. 33. Deut. 32, 41: בְּרַק חַרְבִּי *fulgur gladii mei* i. e. gladius meus coruscans. Nah. 3, 3. Hab. 3, 11. Dilutius Zach. 9, 14. Hinc 2) poët. ipse *gladius coruscans*. Iob. 20, 25. 3) n. pr. ducis Israëlitarum, qui iuvante Debora magnam de Canaanitis victoriam reportabat Iudd. 4, 6 sq. 5, 1. 12. 15. Cf. בֶּדָן. Dictus est *fulmen* (Cic. pro Balb. 15), ut apud Poenos Hamilcar *Barcas*.

בְּרַק, vide בְּנֵי בְרַק p. 157, b.

בַּרְקוֹס (pictor, pro בַּר־רְקוֹס coll. رَقَش coloribus pinxit, vel a quadril. برقش, quod idem notat) n. pr. m. Esr. 2, 53. Neh. 7, 55.

בַּרְקָנִים m. plur. i. q. מוֹרַגִּים *tribulae* s. instrumenta, quibus in triturando uti solent, facta ex tabula lignea crassiore infra ferro vel lapidibus *pyritis*, quibus Palaestina abundat, munita et asperata, ut comminuantur frumenta. Ducendum videtur hoc nomen a deperdito בַּרְקָן fulgurans, quod *pyriten* notasse suspicor (coll. بُرْقَة terra lapidosa, fortasse pr. pyritis abundans, qualis est magna Palaestinae et Arabiae pars), unde בַּרְקָנֵי *tribula pyritis munita*, pl. בַּרְקָנִים. Bis legitur Iudd. 8, 7. 16.

בָּרֶקֶת f. Ex. 28, 17 et בָּרְקַת (*Lgb.* p. 467) Ez. 28, 13 *gemmae* species,

a *fulgendo* dicta. LXX. Vulg. et Josephus *smaragdum* reddunt, idque prolixius vindicavit Braunius de vest. sacerdott. p. 517 sq, qui etiam gr. *μάραγδος*, *σμάραγδος* a ve. nostro derivatum censet. Neque male: nam etiam gr. *μαραγή*, *σμαραγή* cum derivatis, quod *fremendi* et *tonandi* significatum habet, congruit cum hebr. בָּרָק: *μάραγδος* autem, ut gemmae nomen, pendet ex notione fulgoris, quae primaria est in hac radice.

בָּרַר praet. בָּרוֹתִי Ez. 20, 38 inf. c. Suff. בָּרָם Eccl. 3, 18 (ad formam שָׁךְ a שָׁכַךְ) vic. radd. בָּרָה, בָּרָא 1) *separavit, seiunxit.* Ez. l. c. בָּרוֹתִי מִכֶּם הַמֹּרְדִים *separabo a vobis contumaces.* (Arab. بَرَّ Conj. VIII. stetit separatus a sociis suis).

2) *selegit, elegit* (cf. בָּרָה no. 3). Part. pass. *selectus, electus.* 1 Par. 9, 22: כֻּלָּם הַבְּרוּרִים לְשֹׁעֲרִים *omnes electi, ut ianitores essent.* 7, 40. 16, 41. Neh. 5, 18.

3) *separavit* et *removit* impura, *purgavit* a) sagittam ab aerugine, *polivit, cuspidavit, acuit* eam. Jes. 49, 2. Vide Hiph. (Arab. بَرَا praesecuit, cuspidavit telum.) b) Transfertur ad sermones moresque puros et integros. Part. pass. Zeph. 3, 9: שָׂפָה בְרוּרָה *labium purum.* Adv. Iob. 33, 3: וְדַעַת שְׂפָתַי בָּרוּר מִלֵּלוּ *et, quod scio, labia mea pure* i. e. vere, infucate (ohne Falsch) *eloquentur.* Ps. 19, 9: *mandatum Jehovae est purum* i. e. verax, iustum. Cf. Niph. Pi. Hithpa. (Arab. بَرَّ med. E iustus, verax fuit, بَرّ verax, iustus. Syr. ܒܪܝܪܐ purus, mundus, simplex, ܒܪܝܪܘܬܐ puritas. In proprio *puritatis* significatu congruit lat. *purus*, germ. *bar* i. q. nudus, in translato *verus, wahr.*)

4) *exploravit, indagavit,* quod fit discernendo, cf. בָּקַר no. 3. Eccl. 3, 18. Respondet Inf. לָבוּר Eccl. 9, 1, v. בּוּר. (Arab. اِسْتَبْرَ scrutatus est veritatem, بَارَ med. Waw, exploravit).

5) *inanis fuit*, v. בַּר adj. no. 3, chald. בַּר.

Niph. נָבַר reflex. *purgavit se,* ad munus aliquod sacrum obeundum. Jes. 52, 11. Part. נָבָר *purus* i. e. integer, pius. Ps. 18, 27. 2 Sam. 22, 27. Vide Kal no. 3, b.

Pi. purgavit. Dan. 11, 35.

Hiph. purgavit sagittam i. e. acuit Jer. 51, 11 (vide Kal no. 3, a), frumentum in area Jer. 4, 11.

Hithpa. purgavit se sc. a sordibus idololatriae et peccati, *emendavit se* Dan. 12, 10 (cf. 11, 35.) — 2) *veracem, pium, benignum se gessit,* de Deo, vide ad Kal no. 3, b. Ps. 18, 27: עִם נָבָר תִּתְבָּרָר *erga pium pium te geris.* De forma תִּתַּבָּר v. ind. analyt.

Nomm. derivata sunt בַּר no. II, בַּרְבֻּרִים, בְּרִית, בֹּר.

בָּרַשׁ rad. inusit., quam idem valuisse suspicor quod arab. بَرَتَ nimirum *secuit, incidit* (v. ad rad. בָּרָא), unde arab. بُرْتٌ securis.

בִּרְשַׁע (i. q. בֶּן־רֶשַׁע filius malitiae, v. בִּדְקַר) n. pr. regis Gomorrhae Gen. 14, 2.

בָּרַת rad. inusit., quae *secandi, caedendi*que vim habuisse videtur, v. בָּרַשׁ. Inde בְּרוֹת.

בְּשׂוֹר (frigidus, cf. بسر V. frigida fuit aqua) ubique c. art. הַבְּשׂוֹר n. pr. torrentis prope Gazam in mare mediterraneum se exonerantis. 1 Sam. 30, 9. 10. 21.

בְּשׂרָה et **בְּשׂוֹרָה** f. 1) *laetus nuntius* 2 Sam. 18, 22. 25, semel additur טוֹבָה comm. 27. 2) *laeti nuntii praemium* 2 Sam. 4, 10. Rad. בָּשַׂר.

בָּשַׂם rad. inusit. *bene oluit*, chald. et syr. בְּסַם, ܒܣܡ id. sed plerumque gener. *suavis, iucundus fuit.* Cf. בָּאַשׁ. Praeter nomm., quae protinus sequuntur, inde derivantur nomm. pr. יִבְשָׂם, מִבְשָׂם.

בָּשָׂם vel **בֶּשֶׂם** (cum Kamez impuro) m. *balsamum, planta balsamifera*, in Judaeae hortis olim frequens et etiamnum Tiberiade culta Cant. 5, 1. (Arab. بَشَامٌ frutex odoratus, arbori balsamiferae similis, inserto Lam quadril. بَلَسَان, بلسم, بَلَسَانٌ βάλσαμος, arbor balsamifera).

בֹּשֶׂם Ex. 30, 23 et **בֶּשֶׂם** m. 1) *odor suavis*, maxime quem aromata spargunt, syr. ܒܣܡܐ aroma. Jes. 3, 24. קִנְּמָן־בֶּשֶׂם cinnamomum odoratum Ex. l. c. Plur. Cant. 4, 16. 2) ipsum *aroma*. 1 Reg. 10, 10. Ex. 35, 28. Ez. 27, 22. Plur. בְּשָׂמִים aromata. Ex. 25, 6. 35, 8. הָרֵי בְשָׂמִים montes aromatum feraces Cant. 8, 14. 3) i. q. בָּשָׂם frutex balsamum ferens. Cant. 5, 13. 6, 2.

בָּשְׂמַת (suave olens) *Basemath*, n. pr. f. 1) uxoris Esavi, quae modo Chittaea vocatur Gen. 26, 34, modo Ismaëlis filia Gen. 36, 3. 4. 13. 2) filiae Salomonis 1 Reg. 4, 15.

בָּשַׂר in Kal inusit. Arab. بَشِرَ laetus, hilaris fuit, maxime nuntio laeto accepto, med. A. et Conj. II laeto nuntio exhilaravit c. acc. p. et ب rei. Primaria potestas in *pulchritudine* esse videtur, unde بَشِيرٌ pulcher, formosus, siquidem facies laetitia et hilaritate pulchrior fit (v. טוֹב bonus, pulcher, laetus), ut contra tetrici et stomachantis facies deformatur, inde بَشَرٌ, بَشَرَةٌ cutis hominis externa et בָּשָׂר caro, in quibus cernitur hominis pulchritudo.

Pi. בִּשַּׂר 1) *laeto nuntio exhilaravit* aliquem, *laetum nuntium attulit, nuntiavit* (laeta) alicui, c. acc. pers. 2 Sam. 18, 19: אָרוּצָה־נָּא אֲבַשְּׂרָה אֶת־הַמֶּלֶךְ כִּי וגו׳ *regi nuntiabo, quod* cet. Ps. 68, 12: הַמְבַשְּׂרוֹת צָבָא רָב (mulieres) victoriam *nuntiantes exercitui magno.* 1 Sam. 31, 9. Jes. 40, 9. Absol. 2 Sam. 4, 10: הָיָה כִמְבַשֵּׂר בְּעֵינָיו *laetum nuntium se attulisse putabat*, etiam sq. acc. rei nuntiatae Jes. 60, 6. Ps. 40, 10. Part. מְבַשֵּׂר rei laetae nuntius Jes. 40, 9, maxime pacis 52, 7, victoriae 1 Sam. 31, 9. Ps. 68, 12. 2) Rarius dicitur de quovis nuntio 2 Sam. 18, 20. 26, adeoque ingrato 1 Sam. 4, 17, quare bis plene dicitur בִּשַּׂר טוֹב 1 Reg. 1, 42. Jes. 52, 7.

Hithpa. laetum nuntium accepit. 2 Sam. 18, 31. Arab. Conj. I. med. E et Conj. IV. VIII. X).

Deriv. בְּשׂוֹרָה et

בָּשָׂר semel in Plur. בְּשָׂרִים Prov. 14, 30 m. *caro*. De etymo v. rad. (Syr. ܒܣܪܐ, chald. בִּסְרָא et בִּשְׂרָא id., arab. بَشَرٌ et بَشَرَةٌ cutem exteriorem denotat et metaph. genus humanum, quae significatio a carne ducta est). Dr. a) de carne corporis vivi, tum hominum, tum bestiarum Gen. 41, 2. 19. Iob. 33, 21. 25, semel, ut videtur pro ipsa *cute* (cf. arab.). Ps. 102, 6 in describenda macie maxima: דָּבְקָה עַצְמִי לִבְשָׂרִי *cohaeret os meum cuti meae.* b) de carne pecudum, quae comeditur. Ex. 16, 12. Lev. 7, 19. Num. 11, 4. 13. Iob. 31, 31 in laude hospitalitatis: מִי יִתֵּן מִבְּשָׂרוֹ לֹא נִשְׂבָּע *ubi est, qui carne eius* (i. e. dapibus eius) *satiatus non sit? Caro* autem

1) generalius dr. pro *universo corpore*, opp. נֶפֶשׁ Jes. 10, 18. Iob. 14, 22. Prov. 14, 30: חַיֵּי בְשָׂרִים לֵב מַרְפֵּא *salus corporis*

est cor tranquillum, nonnunquam adiuncta notione deiblitatis et proclivitatis in peccata (Mt. 26, 41.) Eccl. 2, 3. 5, 5.

2) de *cunctis animantibus*. כָּל־בָּשָׂר cuncta animantia Gen. 6, 13. 17. 19. 7, 15. 16. 21. 8, 17, spec. *omnes homines*, universum genus humanum Gen. 6, 12. Ps. 65, 3. 145, 21. Jes. 40, 5. 6. Saepissime opponitur numini vique divinae (הָרוּחַ, רוּחַ אֱלֹהִים), cum debilitatis et fragilitatis notione. Gen. 6, 3. Iob. 10, 4: הַעֵינֵי בָשָׂר לָךְ *num oculi mortales tibi?* i. e. hebetes, non perspicaces. Jes. 31, 3: *Aegyptii homines sunt, non dii,* סוּסֵיהֶם בָּשָׂר וְלֹא רוּחַ *equi eorum carnei, non vi divina praediti.* Ps. 56, 5. 78, 39. Jer. 17, 5, cf. 2 Cor. 10, 4. In N. T. ita σὰρξ καὶ αἷμα opp. numini spirituique divino Mt. 16, 17. Gal. 1, 16.

3) עַצְמִי וּבְשָׂרִי *os meum et caro mea* frequentatur de homine consanguineo. Gen. 29, 14. Iudd. 9, 2. 2 Sam. 5, 1. 19, 13. 14, cf. Gen. 2, 23, etiam simpl. בְּשָׂרִי Gen. 37, 27: כִּי אָחִינוּ בְשָׂרֵנוּ הוּא. De quovis alio homine, qs. fratre nostro Jes. 58, 7. Cf. שְׁאֵר.

4) verecunde pro *pudendis* viri (cf. gr. σῶμα), plenius בְּשַׂר עֶרְוָה caro nuditatis (Ex. 28, 42). Gen. 17, 11 sq. Lev. 15, 2. 3. 7. 19.

בְּשַׂר chald. i. q. hebr. *caro* Dan. 7, 5, in st. emphat. בִּשְׂרָא 2, 11, de genere humano ibid. כָּל־בִּשְׂרָא cuncta animantia 4, 9.

בְּשֹׂרָה v. בְּשׂוֹרָה.

בָּשַׁל vel **בָּשֵׁל** *coctus est* 1) igne Ez. 24, 5. 2) solis ardore, i. e. *maturuit* messis. Joel 4, 13 al. 3, 18. (Syr. ܒܫܠ, chald. בְּשַׁל, aeth. ሰሰለ: coctus est, maturuit. Eodem modo coquendi et maturescendi vis in aliis verbis copulata est, ut in arab. طبخ, pers. پختن et پختن bukhten et pukhten, quod vicinum est germ. *backen*, gr. πέπτω, πέσσω, lat. *coquitur uva, vindemia* Virg. Ge. 2, 522, nostr. *die Traube kocht*).

Pi. causat. Kal. no. 1 *coxit*, impr. carnem Ex. 16, 23. 29, 31. Num. 11, 8, alios cibos 2 Reg. 4, 38. 6, 29. *Pu.* pass. Pi. Ex. 12, 9. Lev. 6, 21.

Hiph. causat. Kal no. 2 *maturavit* Gen. 40, 10, v. s. vc. אֶשְׁכֹּל.

Nomm. derivata מְבַשְּׁלוֹת et

בָּשֵׁל m. Exod. 12, 9, **בְּשֵׁלָה** f. Num. 6, 19 *coctum, coctile.*

בִּשְׁלָם (pro בֶּן־שְׁלָם filius pacis) n. pr. magistratus persici Esr. 4, 7.

בשן rad. Hebraeis inusit. Arab. بَثْنَة solum planum et molle, arena mollis. Inde n. pr. בָּשָׁן et

בָּשָׁן (solum molle, arenosum) saepe c. Art. הַבָּשָׁן n. pr. *Basanitis*, regionis transjordanensis pars septentrionalis, montibus Hermonis 1 Par. 5, 23, unde *mons Basanitidis* Ps. 68, 16 de Hermone) a septentrione, Jabboco et montanis Gileadi ab austro inclusa, ab oriente Salcham usque patens (Deut. 3, 10. 13. Jos. 12, 4), Ogo, Amoritarum regi, ab Israëlitis erepta et cum parte Gileaditidis dimidiae tribui Manassis data (Num. 21, 33. 32, 33), querceetis (Jes. 2, 13. Ez. 27, 6. Zach. 11, 2), pascuis opimis pecudumque ubertate (Deut. 32, 14. Ps. 22, 13. Amos 4, 1. Ez. 39, 18) nobilissima. Arab. البثنية, chald. בּוּתְנָן, מַתְנָן, syr. ܡܬܢܢ, gr. ap. Josephum et Ptolem. Βαταναία, hodie *el-Bottin*.

בָּשְׁנָה *pudor* (a rad. בּוֹשׁ) Hos. 10, 6. Nomina in syllabam נָה, נָא radici adiectam exeuntia habent etiam Chaldaei (v. אֶשַּׁרְנָא) et crebrius etiam Aethiopes, v. Ludolfi

gr. aethiop. p. 90. Parum feliciter Michaëlis (Suppl. p. 233) saccum s. vestem lugubrem reddit coll. arab. بَسَّانَة saccus ex grossiore lino: saccis enim linteis pro veste lugubri non utebantur. Vulgarem interpretationem vel membrorum parallelismus satis tuetur, nec ea sollicitari debebat.

בָּשַׁס semel legitur in Po. בּוֹשַׁסְכֶם pro בּוֹסַסְכֶם *conculcavit,* sq. עַל (שׁ et ס inter se permutatis, v. ס) Amos 5, 11.

בָּשַׁשׁ rad. falso adoptata, unde nonnulli derivant בּוֹשֵׁשׁ Pil. verbi בּוֹשׁ, q. v.

בֹּשֶׁת c. Suff. בָּשְׁתִּי (a rad. בּוֹשׁ) f. 1) *pudor,* saepe addito פָּנִים Jer. 7, 19. Ps. 44, 16. Dan. 9, 7. 8. לָבַשׁ בֹּשֶׁת Iob. 8, 22. Ps. 35, 26, et עָטָה בֹּשֶׁת Ps. 109, 29 pudore contegi. 2) *ignominia, conditio vilis et ignominiosa.* Jes. 54, 4. 61, 7. Hab. 2, 10. Mich. 1, 11: עֶרְיָה בֹשֶׁת *in nuditate et ignominia* (al. nuda pudendis). 3) *idolum,* quod spem cultorum fallit, eosque pudore et ignominia afficit. Jer. 3, 24. 11, 3. Hos. 9, 10.

I. **בַּת** (contr. ex בַּנְתְּ pro בָּנָה a rad. בָּנָה) c. Suff. בִּתִּי (a בִּתְּ) Plur. בָּנוֹת contr. בָּנוֹת (qs. a sing. בָּנָה cf. בָּנִים filii) *filia.* (Arab. بِنْتٌ, plur. بَنَاتٌ; syr. ܒܪܬܐ plur. ܒܢܬܐ, chald. בַּת et בְּרַתָּא cstr. בְּרַת c. Suff. בְּרַתֵּהּ, Plur. בְּנָת.) בְּנוֹת הָאָדָם *filiae hominum,* mulieres humanae opp. filiis Dei Gen. 6, 2. 4. Cant. 7, 2: בַּת־נָדִיב *o filia* (patris) *nobilis,* blanda compellatio puellae. Ipsa regina compellatur בַּת Ps. 45, 11, cf. ad בֵּן no. 3. Filiae autem, ut filii (v. בֵּן), nomen latius patet. Ita vocatur etiam 1) *neptis, ex progenie alicuius oriunda.* Sic בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל mulieres Hebraeae Iudd. 11, 40, בְּנוֹת כְּנַעַן mulieres impr. puellae Canaaniticae Gen. 28, 8, et cum nomine populi: בְּנוֹת הַפְּלִשְׁתִּים 2 Sam. 1, 20, בְּנוֹת עַמִּי populares meae Ez. 13, 17. Non aliter accipiendum בְּנוֹת יְהוּדָה Ps. 48, 12, ubi male *oppida* Judae interpretantur. Oppida enim minora urbem circumiacentia *urbis,* non *regionis,* filiae appellantur h. l.; *filiae Judae* i. e. mulieres Judaeae (v. no. 5) opponuntur *Zioni* i. e. *filiis Zion,* viris Zionitis, et utrumque ex lege parallelismi designat Zionis reliquaeque Judaeae utriusque sexus incolas. Cf. Jes. 4, 4.

2) *puella, adolescentula, mulier* cf. בֵּן no. 2 gr. *θυγάτηρ,* gall. *fille.* Gen. 30, 13. Cant. 2, 2. 6, 9. Iudd. 12, 9. Jes. 32, 9. Poët. בַּת הַנָּשִׁים *filia mulierum* pro puella, iuvencula Dan. 11, 17.

3) *alumna, filia adoptiva* Esth. 2, 7. 15.

4) *discipula, cultrix* Malach. 2, 11: בַּת־אֵל נֵכָר *cultrix dei peregrini.*

5) Sq. genit. loci, impr. urbis, regionis notat *feminam ibi natam et degentem,* spec. iuvenilis aetatis, ut בְּנוֹת יְרוּשָׁלַיִם Cant. 2, 7. 3, 5. 5, 8. 16, בְּנוֹת צִיּוֹן Jes. 3, 16. 17. 4, 4, בְּנוֹת הָאָרֶץ Gen. 34, 1. E singulari autem linguae Hebraeae et Syriacae idiomate בַּת *filia,* pariter atque alia feminina (v. *Lgb.* 477), a poëtis collective usurpatur pro בָּנִים *filii* (cf. בַּת גְּדוּד Mich. 4, 14 pro בְּנֵי גְדוּד 2 Par. 25, 13) et *filia urbis* aut *regionis* aut *populi* poët. dicitur pro *incolis civibus*que eius. Ita בַּת־צֹר pro בְּנֵי צֹר *Tyrii* Ps. 45, 13, בַּת־יְרוּשָׁלַיִם Jes. 37, 22, בַּת־צִיּוֹן Jes. 16, 1. 52, 2. Jer. 4, 31, בַּת־אֱדוֹם Thren. 4, 22, בַּת־מִצְרַיִם Jer. 46, 11. 19. 24, בַּת־תַּרְשִׁישׁ Jes. 23, 10, בַּת־עַמִּי i. q. בְּנֵי עַמִּי populares mei Jes. 22, 4. Jer. 4, 11. 9, 6, ut apud Syros ܒܪܬ ܐܒܪܗܡ *filia Abrahami,* pro filiis Abrahami

i. e. Hebraeis, vid. Comment. nostr. ad Jes. 1, 8. Hinc orta *προσωποποιΐα* Hebraeorum poëtis familiarissima, qua civium universitatem sub figura mulieris exhibent (Jes. 23, 12 sq. 47, 1 sq. 54, 1 sq. Thren. 1, 1 sq.) *filiamque* terrae *virginem* nuncupant, velut בְּתוּלַת בַּת־צִידוֹן i. e. *virgo filia Sidonis* (status constructus enim ibi est pro appositione) Jes. 23, 12, ב׳ בַּת־בָּבֶל ib. 47, 1, ב׳ בַּת־יְהוּדָה Thren. 1, 15, ב׳ בַּת־עַמִּי ב׳ בַּת־מִצְרַיִם Jer. 46, 11, Jer. 14, 17. Caeterum cum populorum nomina saepe transferantur ad regiones et contra (*Lgb.* p. 469), locutio nostra cives proprie designans a poëtis etiam de urbe et regione ipsa usurpatur. Ita בַּת־צִיּוֹן de ipsa urbe Jes. 1, 8. 10, 32, בַּת־בָּבֶל Ps. 137, 8, adeoque dicitur יוֹשֶׁבֶת בַּת־בָּבֶל *habitatrix* i. e. habitatores, cives *filiae Babylonis* i. e. ipsius urbis Zach. 2, 11. Jer. 46, 19. 48, 18.

6) Sq. genit. temporis valet *feminam, quae hoc tempus transegit*, בַּת־תִּשְׁעִים שָׁנָה nonaginta annos nata Gen. 17, 17. Cf. בֵּן no. 6.

7) Figurate *filia alicuius rei* vocatur *quodcunque ex ea pendet, ad eam pertinet, vel ea imbutum est.* Cf. בֵּן no. 7. Sic *filiae urbis* vocantur vici minores in ditione urbis siti et ex ea pendentes, Num. 21, 25. 32. 32, 42. Jos. 17, 11. Iudd. 11, 26. בַּת־עַיִן filia oculi i. e. pupilla (v. אִישׁוֹן), בַּת־אֲשֻׁרִים (ebur) filia cedrorum i. e. cedro inclusum Ez. 27, 6.

8) Ad *brutos* transfertur in una locutione בַּת־יַעֲנָה, بنت النعامة filia struthionis feminae, de struthione (v יַעֲנָה). Cf. בֵּן no. 9.

9) *Ramum* arboris intelligunt Gen. 49, 22: בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae* i. e. rami arboris fructiferae (בֵּן פֹּרָת cf בֵּן no. 10) *ascendunt super murum* sc. luxuriantes. Nescio tamen, sitne potius cum Ilgenio ad h. l. legendum בְּנוֹת צְעָדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae ascensionis* i. e. ferae, montium incolae (coll. arab. بنات صعدة) *in insidiis* cubant (*liegen auf der Lauer*).

10) Nota nom. propria:

a) בַּת־רַבִּים (filia multorum) n. pr. portae Hesboniticae Cant. 7, 5.

b) בַּת־שֶׁבַע (filia iurisiurandi, שֶׁבַע pro שְׁבוּעָה cl. Gen. 26, 33. 34, vel filia septem sc. annorum) uxor Uriae, quae a Davide vitiata, postea occiso marito in matrimonium ducta est eique Salomonem filium peperit. 2 Sam. 11. 12. 1 Reg. 1, 15 sq. Eadem vocatur בַּת־שׁוּעַ 1 Paral. 3, 5.

c) בִּתְיָה (filia i. e. cultrix Jehovae) n. pr. f. 1 Par. 4, 18.

II. בַּת (a rad. בָּתַת no. 1) plur. בַּתִּים comm. (m. Ez. 45, 10. f. Jes. 5, 10) *mensura* fluidorum, ut vini et olei, tantum continens, quantum אֵיפָה in aridis: *amphoram* latine dixeris. Decem bathi efficiebant Chomerum (חֹמֶר v. Ez. 45, 11. 14), decima bathi pars עֹמֶר dicebatur. 1 Reg. 7, 26. 38. 2 Par. 2, 9. 4, 5. Ez. 45, 10 sq. Jes. l. c. Joseph. Arch. 8, 2 §. 9: ὁ δὲ βάδος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα δύο.

בַּת chald. i. q. hebr. no. II Plur. בַּתִּין Esr. 7, 22.

בָּתָה f. *vastatio* (a rad. בָּתַת no. 2). Jes. 7, 19: נַחֲלֵי הַבַּתּוֹת *valles vastatae*, desertae, vel *valles praeruptae* (cf. בָּצוּר abscissus, praeruptus, praeceps, et ῥαγάς a ῥήγνυμι): sed illud praestat. Non aliter legendum videtur ἅπαξ λεγόμενον

בָּתָה f. Jes. 5, 6, ubi de vinea: אֲשִׁיתֵהוּ בָתָה q. d. אֲשִׁיתֵהוּ כָּלָה germ. *ich will ihm das Garaus machen.* Vulg. *ponam eam desertam.* Grammatici enim in hac forma, quae in utroque loco iisdem vocalibus munienda erat, sibi non satis constiterunt.

בְּתוּאֵל n. pr. 1) viri (i. q. מְתוּאֵל vir Dei), nim. patris Labani et Rebeccae. Gen. 22, 22. 23. 24, 15. 24. 47. 50. 25, 20. 28, 2. 5. — 2) loci (pr. commoratio Dei, a بيت i. q. בֵּית), videl. oppidi Simeonitarum 1 Par. 4, 30, quod Jos. 19, 4 contr. בְּתוּל scribitur. Jos. 15, 30 in eadem urbium serie (de cuius mira depravatione v. Relandi Palaestina p. 152. 153) exstat כְּסִיל.

בְּתוּלָה f. 1) *virgo,* eaque illibata, ita dicta utpote a virorum consortio separata et seclusa, v. rad. (Arab. بَتُول virgo pura, religiosa, البتول spec. de virgine Maria, syr. ܒܬܘܠܬܐ virgo, it. vir virginitatem professus, cf. aeth. ድንግል፡ virgo, adolescentulus castus. Syr. ܒܬܠ vitiavit virginem). Gen. 24, 16: וְהַנַּעֲרָ . . . . בְּתוּלָה אִישׁ לֹא יְדָעָהּ *et puella . . . . virgo erat, nec vir eam tetigerat.* 2 Sam. 13, 2. 18. נַעֲרָה בְּתוּלָה puella virgo i. e. illibata. Deut. 22, 23. 28. Iudd. 19, 24. 21, 12. 1 Reg. 1, 2. Dr. etiam 2) de muliere recens nupta, Joël 1, 8, ut lat. virgo Virg. Ecl. 6, 47. Aen. 1, 493, puella Georg. 4, 458, et arab. بِكْر virgo, LXX νύμφη. 3) Per προςωποποιΐαν Hebraeis familiarem, qua *civitates* sub figura mulierum exhibentur, hae etiam *virgines* dicuntur, v. exempla s. v. בַּת no. 5 laudata. Omisso בַּת etiam simpl. dicitur בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל *virgo Israëlis* de populo Israëlitico Jer. 18, 13. 31, 4. 21. Amos 5, 2. Recte Chald. כְּנִישְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל *coetus Israëlis.*

בְּתוּלִים m. plur. 1) *virginitas.* Lev. 21, 13: וְהוּא אִשָּׁה בִבְתוּלֶיהָ יִקָּח *et uxorem virginem ducat.* Iudd. 11, 37. Ez. 23, 3: דַּדֵּי בְּתוּלֵיהֶן *mammae virgineae earum.* Comm. 3. — 2) *signa virginitatis* (cf. בְּרִית no. 4 de signo foederis), nimirum stragulae inter primae noctis amplexus hymenis scissi sanguine inquinatae. Deut. 22, 14 sq. Cf. Leo Afric. p. 325. Niebuhrii descr. Arabiae p. 35 — 39. Arvieux itin. T. III. p. 257. 260. Michaëlis *mosaisches Recht* T. II. §. 92.

בְּתִיָּה v. בַּת I, 10, c.

בָּתִּים Plur. *domus,* v. בַּיִת.

בָּתַל rad. inusit. vic. radd. בָּתַר, בָּדַל i. q. arab. بَتَلَ separavit, segregavit. Inde בְּתוּלָה.

בָּתַק in Kal inusit. Semel in *Pi.* Ez. 16, 40: וּבִתְּקוּךְ בְּחַרְבוֹתָם *et caedent te gladiis suis.* LXX. κατασφάξουσί σε. Vulg. *trucidabunt te.* (Arab. بَتَكَ diffidit, secuit, amputavit, aeth. በተከ፡ rupit).

בָּתַר *dissecuit,* velut hostias mactatas, in Kal et Pi. Gen. 15, 10. Arab. بَتَرَ resecuit et abrupit. Radd. finitimae sunt بطر, متر, פָּטַר, פָּתַר.

בָּתַר chald. *post,* pro בְּאַתַר, v. אֲתַר p. 117.

בֶּתֶר c. Suff. בִּתְרוֹ, Plur. cstr. בִּתְרֵי m. 1) *pars dissecta* hostiarum Gen. 15, 10. Jer. 34, 19. — 2) *dissectio,* de regione montibus et vallibus dissecta (v. בִּתְרוֹן), fragosa et praerupta. Cant. 2, 17: עַל־הָרֵי־בָתֶר LXX. ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων i. e. montes vallibus discissos. Cf. בִּתְרוֹן.

בִּתְרוֹן m. *regio* montibus vallibusque *dissecta,* vel *vallis* montes *dissecans,* κοίλωμα, *Bergschlucht,* ut ῥαγάς a ῥηγνύω. 2 Sam. 2, 29. Alii certae cuiusdam regionis n. pr. fuisse censent; id vero parum refert, quum etiam nomen proprium non possit non a natura loci petitum esse.

בָּתַת rad. inusit. Arab. بَتَّ I. IV. secuit, resecuit, abrupit (cf. ad rad. בָּדַד no. I), بَتَاتٌ res abrupta, confecta, بَتَّةً et اَلْبَتَّةَ prorsus, omnino. Hebraeis notasse videtur 1) definivit i. e. *mensus est,* unde בַּת mensura; 2) abscidit rem, *finem imposuit rei,* prorsus vastavit i. q. בָּתָה, unde בַּתָּה, בָּתָה.

ג

Gimel (גִּימֶל), tertia alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *tres.* Nomen eius forma tantum diversum est a גָּמָל *camelus,* eiusque figura in monumentis Phoeniciis (𐤂, 𐤂), in nummis Maccabaeorum, et in alphabeto aethiopico (ገ) cameli collum utcunque refert. Graeci hanc litteram a Phoenicibus acceptam capite ad dexteram converso pinxerunt Γ.

Utpote litterarum palatinarum (גיכק) praeter Jod mollissima, cum durioribus כ et ק saepe *permutatur,* tum in ipso linguae hebraeae sinu, tum in comparatione cum linguis cognatis, v. גָּדִישׁ, جُدْسٌ, كَدِيسٌ, acervus mergitum, גָּפְרִית, ܟܒܪܝܬܐ, كِبْرِيتٌ sulphur, גָּנַן et כָּנַן texit, protexit, גָּנַז et כָּנַס; كَنَزَ collegit, coacervavit, רָגַל et רָכַל cursitavit, גָּבִיעַ, قُبْعَةٌ calix florum, גָּדַד, جَدَّ et قَدَّ secuit, שָׁקֵד, שָׁגֵד, ܫܓܕܐ amygdalus.

Rarius transit 2) in *gutturales* minus vicinas, nominatim ע v. גָּרָה, גָּמַץ, et ח, ut אֶפְרֹחַ, ܦܪܘܓܐ pullus avium, cf. אָחַח.

גֵּא adj. pro גֵּאֶה (a rad. גָּאָה) m. *superbus, fastuosus.* Jes. 16, 6.

גָּאָה fut. יִגְאֶה ve. poët. 1) *extulit se, crevit,* de aqua surgente Ez. 47, 5, de planta accrescente Iob. 8, 11. — Iob. 10, 16: וְיִגְאֶה כַּשַּׁחַל תְּצוּדֵנִי *et si extolleret se* (caput meum), *sicut leo venareris me.* 2) Metaph. *elatus, magnificus fuit,* de Deo. Ex. 15, 1. 21. In derivatis refertur 3) ad *decus* (v. גָּאוֹן no. 1) et 4) ad *superbiam fastumque,* v. גַּאֲוָה et גָּאוֹן no. 3. (Syr. Pa. ܓܐܝ decoravit, magnificum fecit. Ethpa. iactavit se, ܓܐܝܐ, ܓܐܝ decorus, magnificus. Superbiae significatu congruit gr. γαίω.

Derivv. sequuntur praeter גֵּא, גֵּוָה no. II.

גֵּאֶה adj. 1) *elatus, altus.* Jes. 2, 12. Iob. 40, 11. 12: רְאֵה כָל־גֵּאֶה וְהַשְׁפִּילֵהוּ *aspice omne altum, et deprime illud.*

2) *superbus, fastuosus* Jer. 48, 29. Plur. גֵּאִים superbi, saepe adiuncta impietatis notione, quemadmodum alibi mansuetudo et animus demissus pietatem comprehendit (v. עָנָו). Ps. 94, 2. 140, 6. Prov. 15, 25. 16, 19. LXX ὑπερήφανοι, ὑβρισταί.

גֵּאָה f. *superbia, fastus* Prov. 8, 13.

גְּאוּאֵל (maiestas Dei) n. pr. m. Num. 13, 15.

גַּאֲוָה f. pr. elatio (a גָּאָה) inde 1) *magnificentia, maiestas,* ut Dei Deut. 33, 26. Ps. 68, 35. 2) *decus, ornatus* (Pracht). Iob. 41, 7. Deut. 33, 29. — 3) *superbia, fastus.* Ps. 73, 6: לָכֵן עֲנָקַתְמוֹ גַאֲוָה

propterea fastus vestit collum eorum, i. e. fastu elati sunt. Collum autem resupinum est sedes superbiae. Ps. 31, 24. Prov. 14, 3. Jes. 9, 8. 13, 3. 11. 16, 6. 25, 11. De mari Ps. 46, 4: *contremiscunt montes prae superbia eius.*

גְּאוּלִים m. pl. (ad formam עֲשׁוּקִים, קְדוּמִים) *redemtiones, redemtio.* Jes. 63, 4: שְׁנַת גְּאוּלַי *annus redemtionis meae* i. e. quo populum meum redimam. Ita LXX. Vulg. Syr. Vulgo: *annus redemtorum meorum.*

גָּאוֹן cstr. גְּאוֹן, semel plur. גְּאוֹנִים (a rad. גָּאָה) Ez. 16, 56 pr. elatio, inde 1) *sublimitas, maiestas* Dei Ex. 15, 7. Jes. 2, 10. 19. 21. 24, 14: בִּגְאוֹן יְי צָהֲלוּ *maiestatem Dei cum iubilo celebrant.* Iob. 37, 4: קוֹל גְּאוֹנוֹ *vox sublimis eius*, tonitru. 40, 10: עֲדֵה־נָא גָאוֹן וָגֹבַהּ *orna te, quaeso, splendore et magnificentia* Mich. 5, 3.

2) *decus, splendor.* Jes. 4, 2. 60, 15: *faciam te* גְּאוֹן עוֹלָם *decus perpetuum.* 13, 19: תִּפְאֶרֶת גְּאוֹן כַּשְׂדִּים *splendidum decus Chaldaeorum,* de Babylone urbe. 14, 11. Ps. 47, 5: גְּאוֹן יַעֲקֹב *decus Jacobi* i. e. terra sancta it. numen ipsum Amos 8, 7. גְּאוֹן הַיַּרְדֵּן decus Jordanis poet. de ripa eius viridi et umbrosa salicibus, tamariscis et canna pulchre vestita, ubi leones inter arundines latitabant, Jer. 12, 5. 49, 19. 50, 44. Zach. 11, 3, cf. Hieron. ad Zach. l. c. Relandi Palaestina p. 274.

3) i. q. גַּאֲוָה no. 3. *superbia, fastus.* Prov. 16, 18: *ruinam antecedit fastus.* גְּאוֹן יַעֲקֹב fastus Jacobi Amos 6, 8. Nah. 2, 3. Iob. 35, 12. Jes. 13, 11. 16, 6. Tribuitur etiam fluctibus Iob. 38, 11. Cf. גֵּאוּת no. 4.

גֵּאוּת (c. Zere impuro) a rad. גָּאָה 1) *elatio, res elata.* Jes. 9, 17: גֵּאוּת עָשָׁן *columna fumi.* 2) *maiestas* Dei, Ps. 93, 1. 3) *decus, splendor.* Jes. 28, 1. 3. Concr. Jes. 12, 5. 4) *superbia, fastus.* Ps. 17, 10. 89, 10.

גַּאֲיוֹן adj. *superbus, fastuosus* Ps. 123, 4 Chethibh. Keri גְּאֵי יוֹנִים *superbi inter oppressores.*

גֵּאָיוֹת *valles* v. rad. גַּיְא.

I. **גָּאַל** fut. יִגְאַל 1) *redemit,* ut agrum fundumque venditum Lev. 25, 25. Ruth. 4, 4. 6, rem Deo consecratam Lev. 27, 13. 15. 19. 20. 31, servum Lev. 25, 48. 49. Part. גֹּאֵל redemtor (agri) Lev. 25, 26. Creberrime de Deo homines et spec. Israëlem redimente, velut ex servitute Aegypti Ex. 6, 6, ex exilio Babylonico Jes. 43, 1. 44, 22. 48, 20. 49, 7 cet. Constr. absol. et sq. מִן Ps. 72, 14, מִיַּד Ps. 106, 10. Part. pass. גְּאוּלֵי יְהוָה, גְּאֻלִים a Deo redemti Jes. 35, 9. 51, 10. Iob. 19, 25: אֲנִי יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי *ego scio,* quod *redemtor meus vivit,* Deus ipse me ex his calamitatibus vindicabit. — Iob. 3, 5 in diris in diem natalem iactatis: יִגְאָלֻהוּ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת *tenebrae et caligo eum* sibi *vindicent* i. e. recuperent, denuo occupent.

2) sq. דָּם: *sanguinem repetiit* i. e. *vindicavit, caedis factae poenas* ab aliquo *repetiit,* nonnisi in Part. גֹּאֵל הַדָּם vindex sanguinis. Num. 35, 19 sq. Deut. 19, 6. 12. Jos. 20, 3. 2 Sam. 14, 11, et omisso הַדָּם Num. 35, 12.

3) Quandoquidem et redimendi ius (no. 1) et caedis vindicandae officium (no. 2) proximi consanguinei erat, גֹּאֵל *consanguineum, propinquum* denotat. Num. 5, 8. Lev. 25, 25. Ruth 3, 12. C. art. הַגֹּאֵל *proximus consanguineus* Ruth 4, 1. 6. 8 cf. 3, 9. 12. Qui hunc proxime excipit, vocatur מִגֹּאֵל Ruth 2, 20 cf. 4, 4. Plur. גֹּאֲלִים cognati 1 Reg. 16, 11. (Ita hebraeo שְׁאֵר i. e. *consanguineus* respondet arab. ثَائِر vindex sanguinis, et ثَأْر tum

amicum notat et propinquum, tum tutorem et vindicem sanguinis).

4) Siquidem ex lege mosaica genere proximi praeterea erat, viri sine liberis defuncti viduam ducere (v. יָבַם, יָבָם), verbum גָּאַל etiam ad hoc propinquitatis ius et officium transfertur, ibique est denom. a גֹּאֵל. Vide Ruth 3, 13, ubi Boas: אִם־יִגְאָלֵךְ טוֹב יִגְאָל וְאִם־לֹא יַחְפֹּץ לְגָאֳלֵךְ וּגְאַלְתִּיךְ אָנֹכִי *si propinquitatis iure te ducere vult, ducat: sed si non vult, ego te ducam.* Cf. Tob. 3, 17.

Niph. pass. Kal no. 1. *redimi,* de agro fundoque Lev. 25, 30, de rebus consecratis Lev. 27, 20. 27. 28. 33, de servo Lev. 25, 54. Reflex. *se ipsum redimere* ib. comm. 49.

Derivv. גְּאֻלָּה, גְּאוּלִים et n. pr. יִגְאָל.

II. **גָּאַל**, sequioris Hebraismi verbum, in Kal inusit. *pollutus, impurus fuit* i. q. chald. גְּאַל, גְּעַל, Ithpe. אִתְגְּעֵל pollutus est.

Pi. גֵּאֵל *polluit, inquinavit.* Mal. 1, 7.

Pu. 1) *pollutus est.* Part. מְגֹאָל *pollutus, impurus;* de cibo Mal. 1, 7. 12. 2) *impurus declaratus* i. e. a sacro ministerio *remotus est* sacerdos. Esr. 2, 62. Neh. 7, 64. Cf. syr. ܓܥܠ abiecit, reiecit, et גָּעַל Hiph.

Niph. נִגְאַל Zeph. 3, 1 et נְגֹאֲלוּ Jes. 59, 3. Threu. 4, 14 (quae forma Passivo Conj. VII. Arabum انفعل similis est) *pollutus, inquinatus est.*

Hiph. inquinavit, ut vestem sanguine Jes. 63, 3. Forma אֶגְאָלְתִּי pro הִגְאַלְתִּי Syriasmum imitatur.

Hithpa. polluit se, cibis immundis Dan. 1, 8. Inde

גֹּאֶל Plur. cstr. גָּאֳלֵי *inquinationes,* Neh. 13, 29.

גְּאֻלָּה f. 1) *redemtio* agri fundique Lev. 25, 24. Ruth 4, 6, inde a) *ius redemtionis,* plenius מִשְׁפַּט הַגְּאֻלָּה Jer. 32, 7 cf. 8 (v. בְּכֹרָה). Lev. 25, 29. 31. 48. גְּאֻלַּת עוֹלָם ius redimendi in perpetuum Lev. 25, 32. b) sq. Gen. *ager* ab aliquo propinquitatis iure *redimendus.* Ruth 4, 6. c) *pretium redemtionis.* Lev. 25, 26. 51. 52. — 2) *cognatio, propinquitas* (v. rad. I, 3). Ez. 11, 15: אַנְשֵׁי גְאֻלָּתֶךָ *propinqui tui.*

גַּב c. Suff. גַּבִּי, plur. גַּבִּים et גַּבּוֹת (v. no. 5. 6) a rad. גָּבַב no. 1 pr. *gibbus, res in gibbi arcusve figuram incurvata,* 1) *dorsum* animalium Ez. 10, 12, et hominum Ps. 129, 3: עַל גַּבִּי חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים *super dorsum meum arabant aratores* i. e. verberibus dorsum proscindebant, ut solum aratro. — 2) *dorsum clypei, umbo* (cf. arab. جوب clypeus, et gall. *bouclier* a *boucle*). Iob. 15, 26 proverbio dicitur: יָרוּץ אֵלָיו... בַּעֲבִי גַּבֵּי מָגִנָּיו *irruit in eum ... densis clypeorum dorsis,* metaphora petita a militibus, qui scutis arcte et testudinis more iunctis impetum facere solent. Cf. Schult. ad l. c. Har. Cons. 23 p. 231. 40, 454 ed. de Sacy. — Hinc 3) *propugnaculum, arx.* Iob. 13, 12: גַּבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם *arces luteae arces vestrae.* Intelliguntur argumenta debilia et infirma, quibus adversarii se defendant (cf. Jes. 41, 21). Ita arab. ظهر dorsum pro propugnaculo. 4) *domus fornicata, fornix* spec. de lupanari, cella camerata, in qua meretrices prostabant (ut lat. *fornix* Juven. 3, 156) Ez. 16, 24. 31. 39. LXX. *οἴκημα πορνικόν, πορνεῖον.* 5) *orbis, curvatura* rotarum. Plur. גַּבִּים 1 Reg. 7, 33, גַּבּוֹת Ez. 1, 18. — 6) *supercilium* qs. arcus oculi. Plur. גַּבּוֹת Lev. 14, 9. Arab. جبة os super quo supercilia nascuntur.

7) *dorsum* i. e. superficies *altaris*. Ez. 43, 13. LXX. τὸ ὕψος τοῦ θυσιαστηρίου. Ita gr. νῶτος de superficie maris, terrae cet. Idem valet גַּג הַמִּזְבֵּחַ Ex. 30, 3. 37, 26, ut dubitare possis, sitne ita legendum.

גַּב chald. i. q. hebr. *dorsum*, Plur. *dorsa* pro sing. ut gr. τὰ νῶτα. Dan. 7, 6 Chethibh: eaque bestia *quattuor alas habebat* עַל גַּבַּיהּ *in dorso suo*. Keri גַּבַּהּ. LXX. ἐπάνω αὐτῆς. Theod. ὑπεράνω αὐτῆς. Vulg. super se.

גֵּב pl. גֵּבִים 2 Reg. 25, 12 Chethibh, v. rad. גּוּב no. 3.

I. גֵּב m. 1) *asser*, a secando dictus. Plur. גֵּבִים 1 Reg. 6, 9. 2) *puteus*. Plur. גֵּבִים Jer. 14, 3. Rad. גּוּב.

II. גֵּב (pro גֵּבֶה a rad. גָּבָה) *locusta*. Plur. גֵּבִים Jes. 33, 4. LXX. ἀκρίδες.

גֹּב chald. emph. גֻּבָּא *fovea*, in qua leones alebantur Dan. 6, 8 sq. In Targg. pro hebr. בּוֹר, syr. ܓܘܒܐ, ܓܘܒܐ, arab. جُبّ, aeth. ገብ፡ id.

גֹּב et גּוֹב (fovea, cisterna) n. pr. loci aliunde non cogniti 2 Sam. 21, 18. 19, pro quo in loco gemino 1 Par. 20, 4 גֶּזֶר.

גבא rad. inusit. i. q. arab. جَبَا ult. Waw et Je *congregavit* spec. aquam in aquarium, *collegit* tributum, أَجْبَى IV. congregavit, collegit. Inde

גֶּבֶא m. 1) *vas aquarium, cisterna*. Jes. 30, 14. Vulg. fovea. 2) *palus, piscina*. Ez. 47, 11.

גבב duplicem habet potestatem, alteram propriam, alteram aliunde petitam. Propria est 1) *curvatus, cavus fuit*, instar *gibbi*, fornicis, unde גַּב gibbus, eademque late patet in radd. vicinis, ut גָּוַר, גָּוָה, unde גַּו, גֵּו; כָּפַף, unde כַּף; גּוּף, unde גּוּפָה; it. כָּפַף (ubi plura) et כִּפָּה; קָבַב, قَابَ, adeoque חָקַק. Congruunt *gibbus, Giebel, Gipfel*. Adde radd. גָּבַהּ, גָּבַח, גָּבַן, גָּבַע.

2) Altera a גּוּב, יָגַב mutuo petita est: *secuit, fodit*, arab. جَبَّ secuit, exsecuit, cf. جَابَ med. Waw et Je id. Conj. VIII. puteum fodit. Unde chald. גֻּב puteus.

גבה rad. inusit. i. q. arab. جَبَا *egressus fuit e terra*, ut serpens e latibulo, inde جَابٌ pro جَابِئٌ locustae, ita dictae quod natae prorepunt ex terra cf. aeth. አንበጣ፡ locusta maxima, a نَبَطَ emersit ex aqua, cf. Plin. 11, 29 s. 35. Bocharti Hieroz. II pag. 443. Inde גֵּב no. II, גּוֹב.

גָּבַהּ inf. גְּבֹהַּ, semel גָּבְהָה Zeph. 3, 11, fut. יִגְבַּהּ, 3 plur. fem. irregulariter תִּגְבְּהֶינָה Ez. 16, 50 1) *altus fuit* (cf. ad גָּבַב no. 1), de arbore Ez. 19, 11, de coelis Ps. 103, 11, de viro procero 1 Sam. 10, 23. 2) *elatus, exaltatus est* ad maiorem dignitatis gloriaeque gradum Jes. 52, 13. Iob. 36, 7. 3) גָּבַהּ לֵב a) in bonam partem: *animum sumsit*. 2 Par. 17, 6: וַיִּגְבַּהּ לִבּוֹ בְּדַרְכֵי יְהוָֹה *et animum sumsit in viis Domini*. b) in malam partem: *extulit se cor eius ad fastum et superbiam, superbus fuit*. Ps. 131, 1. Prov. 18, 12. 2 Par. 26, 16. Hinc de ipso homine 4) *superbus, fastuosus fuit*. Jes. 3, 16. Jer. 13, 15.

Hiph. הִגְבִּיהַּ *altum fecit, exaltavit* Ez. 17, 24. 21, 31. Prov. 17, 19: מַגְבִּיהַּ פִּתְחוֹ *qui altiorem facit portam suam*. Jer. 49, 16: כִּי־תַגְבִּיהַּ כַּנֶּשֶׁר קִנֶּךָ *etsi nidum*

exaltas instar aquilae i. e. arces tuas in summis rupibus exstruis, cf. Obad. 4, ubi omittitur קִנֶּךָ. Sq. infin. adverb. Ps. 113, 5: הַמַּגְבִּיהִי לָשָׁבֶת *qui alte sedet.* Iob. 5, 7: יַגְבִּיהוּ עוּף *alte volant.* Omisso עוּף id. Iob. 39, 27 (30), sq. verbo finito Jes. 7, 11.

Derivv. sequuntur praeter n. pr. יָגְבְּהָה.

גָּבֵהַּ i. q. גָּבֹהַּ adj. *altus,* nonnisi cstr. גְּבַהּ עֵינַיִם Ps. 101, 5, גְּבַהּ לֵב Prov. 16, 5, גְּבַהּ רוּחַ Eccl. 7, 8 de superbo.

גָּבֹהַּ, raro גָּבוֹהַּ Ps. 138, 6 adj. cstr. גְּבַהּ 1 Sam. 16, 7 (cf. גָּבֵהַּ) f. גְּבֹהָה 1) *altus,* de arbore Ez. 17, 24, turri Jes. 2, 15, monte Gen. 7, 19. Jes. 57, 7, statura hominis 1 Sam. 9, 2, *potens* Eccl. 5, 7. Subst. *altum* i. q. *altitudo, proceritas* 1 Sam. 16, 7. 2) *superbus, fastuosus.* Jes. 5, 15. 1 Sam. 2, 3.

גֹּבַהּ m. c. Suff. גָּבְהוֹ 1) *altitudo,* arborum, aedificiorum cet. Ez. 1, 18. 40, 42. 1 Sam. 17, 4. Amos 2, 9. Iob. 22, 12: הֲלֹא־אֱלוֹהַּ גֹּבַהּ שָׁמָיִם *nonne Deus in excelsis coeli?* Plur. constr. Iob. 11, 8: גָּבְהֵי שָׁמַיִם מַה־תִּפְעָל *excelsa coeli* sunt ista divinae sapientiae penetralia, *quid facies?* — 2) *maiestas, magnificentia* Iob. 40, 10. — 3) *superbia, fastus* Jer. 48, 29, plenius גֹּבַהּ לֵב 2 Par. 26, 16, גֹּבַהּ רוּחַ Prov. 16, 18, et גֹּבַהּ אַף Ps. 10, 4, quae posterior locutio in Arabismo usitatissima est, v. Thes. p. 257.

גַּבְהוּת f. *superbia* Jes. 2, 11. 17.

גְּבוּל c. Suff. גְּבֻלִי, גְּבוּלִי Plur. גְּבוּלִים m. 1) *terminus, limes,* agri et regionis (pr. funis limitem constituens, a rad. גָּבַל no. 1) Deut. 19, 14. 27, 17. Prov. 22, 28. Iudd. 11, 18. גְּבוּל יָם terminus occidentalis Num. 34, 3. 6. De termino maris Ps. 104, 9. De formula וּגְבוּל Num. 34, 6. Deut. 3, 16. 17 cet. v. s. Waw copulativo. 2) *spatium finibus suis circumscriptum, fines, Gebiet.* Gen. 10, 19: גְּבוּל הַכְּנַעֲנִי *fines Canaanitarum.* כָּל־גְּבוּל מִצְרַיִם totus ambitus Aegypti Ex. 10, 14. 19. כָּל־גְּבוּל יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 11, 3. 7, גְּבוּל בְּנֵי עַמּוֹן Num. 21, 24 cet. Plur. *fines, territoria.* Jer. 15, 13. Jes. 60, 18. 2 Reg. 15, 16. Ez. 27, 4: *in medio mari* sunt *fines tui* (Tyri). 3) *margo* (altaris). Ez. 43, 13. 17.

גְּבוּלָה f. *terminus, margo.* Jes. 28, 25: וְכֻסֶּמֶת גְּבֻלָתוֹ *et far in margine eius* (agri). Plur. גְּבֻלוֹת termini, limites, velut agri Iob. 24, 2, regionum Num. 34, 2. 12, populorum Deut. 32, 8.

גִּבֹּר, גִּבּוֹר adj. 1) *fortis, validus, strenuus,* de venatore Gen. 10, 9, plerumque de milite strenuo, heroe. 2 Sam. 17, 10. Ps. 33, 16. 45, 4. מֶלֶךְ גִּבּוֹר rex strenuus (Alexander M.) Dan. 11, 3. אֵל גִּבּוֹר heros strenuus Jes. 9, 5. 10, 21 cf. Ez. 32, 11. Gen. 6, 4: הֵמָּה הַגִּבֹּרִים אֲשֶׁר מֵעוֹלָם אַנְשֵׁי הַשֵּׁם *hi sunt heroes illi in antiquo orbe famosi.* Prov. 30, 30: *leo est heros inter bestias.* it. de *milite* in universum. Jer. 51, 30. Ps. 120, 4. 127, 4, גִּבּוֹר חַיִל bellator strenuus Iudd. 6, 12. 11, 1. 1 Sam. 9, 1, plur. גִּבּוֹרֵי חַיִל 2 Reg. 15, 20, et גִּבּוֹרֵי חֲיָלִים 1 Par. 7, 5. 11. 40. De Deo Ps. 24, 8: יְהוָה עִזּוּז וְגִבּוֹר יְהוָה גִּבּוֹר מִלְחָמָה *Jehova* est *fortis et heros, Jehova* est *heros in bello.* Deut. 10, 17. Jerem. 32, 18. Neh. 9, 32. Irridentis est illud Jes. 5, 22: הוֹי גִּבּוֹרִים לִשְׁתּוֹת יָיִן אַנְשֵׁי־חַיִל לִמְסֹךְ שֵׁכָר *vae his, qui heroes sunt in vino bibendo, qui strenui in miscendo temeto.* Cf. quae observavimus ad Jes. 28, 1. Refertur denique ad *strenuitatem* in negotiis peragendis, גִּבּוֹר חַיִל vir strenuus (*thätiger, tüchtiger Mann*) 1 Reg. 11, 28. Neh. 11, 14, ad *opes,* גִּבּוֹר חַיִל opibus pollens (*vermögend*). Ruth 2, 1.

1 Sam. 9, 1. 2 Reg. 15, 20; ad *potentiam* Gen. 10, 8. Inde

2) *dux, praefectus militaris.* Jes. 3, 2: גִּבּוֹר וְאִישׁ מִלְחָמָה *praefectus militum et miles*, cf. Ez. 39, 20. Ita etiam intelligendi videntur, qui vocantur גִּבֹּרֵי דָוִד 2 Sam. 23, 8. 1 Reg. 1, 8. 1 Par. 11, 26. 29, 24. Generatim de praefecto 1 Paralip. 9, 26: גִּבֹּרֵי הַשְּׁעָרִים *praefecti portitorum.* Raro est

3) in malam partem *superbus, tyrannus* Ps. 52, 3, sicut arab. جَبَّار.

גְּבוּרָה f. (a rad. גָּבַר) 1) *robur.* Eccl. 9, 16: טוֹבָה חָכְמָה מִגְּבוּרָה *sapientia praestat robore.* 10, 17: *o beatam terram ... cuius principes iusto tempore edunt* בִּגְבוּרָה וְלֹא בַשְּׁתִי *ad robur* (ad corpus roborandum) *non ad potandum.* Plur. Ps. 90, 10: *vivimus septuaginta annos,* וְאִם בִּגְבוּרֹת שְׁמוֹנִים שָׁנָה *et si robore valemus, octoginta.* Iob. 42, 4. Spec. 2) *fortitudo, virtus bellica.* Iudd. 8, 21. Jes. 36, 5. Tribuitur etiam equo Iob. 39, 19, semel transfertur ad animum fortem et intrepidum prophetae Mich. 3, 8. Nonnunquam in concr. pro fortibus factis 1 Reg. 15, 23: *et reliquae res ab Asa gestae* וְכָל־גְּבוּרָתוֹ וְכָל־אֲשֶׁר עָשָׂה *et fortia facta eius et quaecunque fecit* cet. 16, 27. 22, 46, it. pro גְּבוּרִים viri fortes, heroes. Jes. 3, 25. 3) *potentia* Jes. 30, 15, impr. Dei Ps. 21, 14. 54, 3. 66, 7. 71, 18. 89, 14. Plur. גְּבוּרוֹת יְהוָה fortia facta, facinora Dei. Deut. 3, 24. Ps. 106, 2. Iob. 26, 14. 4) *victoria* Ex. 32, 18, cf. verbum cap. 17, 11.

גְּבוּרָה chald. emph. גְּבוּרְתָא *potentia* Dei Dan. 2, 20.

גָּבַח i. q. גָּבַהּ *altus fuit,* sed spec. de *statura* et *fronte*, chald. גְּבִיחַ nimis altae staturae homo, arab. أَجْبَهُ alta fronte praeditus, جَبْهَةٌ frons. Inde

גִּבֵּחַ m. adj. *qui frontem habet nimis altam* (nomina enim formae קִטֵּל vitium corporis indicant), *anteriore capitis parte calvus, recalvus.* Lev. 13, 41. LXX. ἀναφάλαντος. Opp. קֵרֵחַ i. e. occipite calvus.

גַּבַּחַת f. *calvitium sincipitis* Lev. 13, 42. 43. Transfertur ad *locum calvum et depilem* in *exteriore* et adversa vestium pannorumque *parte* Lev. 13, 55. Opp. קָרַחַת calvitium occipitis et aversae pannorum partis.

גַּבַּי (i. q. syr. ܓܒܝܐ tributi exactor) n. pr. viri Neh. 11, 8.

גֵּבִים (cisternae Jer. 14, 3, vel locustae Jes. 33, 4) n. pr. oppiduli non procul ab Hierosolymis septentrionem versus siti Jes. 10, 31.

גְּבִינָה f. *lac coagulatum, caseus* Iob. 10, 10, a rad. גָּבַן no. 3. Arab. جبن IV. coagulavit lac. V. coagulatum fuit, جُبْن, جُبُن, aethiop. ግብነት: syr. ܓܒܬܐ caseus.

גָּבִיעַ m. (a rad. גָּבַע) 1) *calix, scyphus* Gen. 44, 2 sq., *crater* vini Jer. 35, 5, distinguitur enim a כֹּסוֹת i. e. cyathis, quibus vinum e cratere hauritur. 2) *calix florum,* in ornamentis candelabri sacri. Ex. 25, 31 sq. 37, 17. 19, cf. arab. قُبَيْعَة calix florum, hebr. קֻבַּעַת calix, scyphus.

גְּבִיר m. *dominus,* a potentia dictus, bis legitur Gen. 27, 29. 37. Rad. גָּבַר.

גְּבִירָה f. *domina,* ubique de *regina,* spec. de regis uxore 1 Reg. 11, 19. 2 Reg. 10, 13, de regis matre 1 Reg. 15, 13. 2 Par. 15, 16.

גָּבִישׁ (a גָּבַשׁ) pr. *glacies* (v. אֶלְגָּבִישׁ), transl. de *crystallo*, glaciei simili et re vera pro glacie habito (Plin. H. N. 37, 2), cf. gr. κρύσταλλος et aeth. ኣብን ፡ በረድ ፡ *lapis grandinis* et *crystallus*. Semel legitur Iob. 28, 18.

גָּבַל 1) *torsit, contorsit, plexuit*, ut funem (vic. חָבַל, כָּבַל, cf. etiam جَبْلٌ funis), inde מִגְבָּלֹת, גַּבְלוּת opus tortile, et גְּבוּל pr. funis, quo mensurantur termini, dein *terminus* ipse (cf. *finis* et *funis*, angl. *boundary* terminus pr. filum), et a finis significatu جَبَلٌ mons, series montium, utpote nativus regionum terminus cf. ὅρος et ὄρος, et hebr. גְּבַל, גֶּבַל. Denominativum a גְּבוּל est

2) *terminavit*, a) de ipso termino. Jos. 18, 20: וְהַיַּרְדֵּן יִגְבֹּל־אֹתוֹ *et Jordanes terminabit eum*. b) c. acc. termini: *determinavit*. Deut. 19, 14: *ne transferas terminos vicini tui* אֲשֶׁר גָּבְלוּ רִאשֹׁנִים *quos determinarunt maiores*. 3) Sq. בְּ *conterminus fuit, adiacuit* terrae. Zach. 9, 2.

Hiph. terminavit, terminis sepivit. Ex. 19, 23: הַגְבֵּל אֶת־הָהָר *terminis cinge montem*. Comm. 12: וְהִגְבַּלְתָּ אֶת־הָעָם *et terminos constitue populo*.

Derivv. v. Kal no. 1.

גְּבַל (i. q. جَبَلٌ mons) n. pr. urbis Phoenicum, Tripolin inter et Berytum non procul a mari in *excelso loco* sitae (Strab. XVI p. 755 Casaub.), civibus habitatae rei nauticae (Ez. 27, 9) et architecturae peritis (1 Reg. 5, 32). A Graecis Βύβλος vocatur (v. Strab. Ptol. Steph. Byz.), raro Βίβλος, ab Arabibus hodieque جُبَيْلَةٌ et dimin. جُبَيْلٌ, جُبَيْلٌ i. e. parvus mons. N. gent. גִּבְלִי Plur. גִּבְלִים 1 Reg. 5, 32.

גְּבָל m. (montanum) Ps. 83, 8 *Gebalene*, n. pr. regionis montanae ab Idumaeis habitatae, a mari mortuo meridiem versus ad Petram usque patentis hodie جبال *Dschebâl* dictae, Judith 3, 1 (Vers. lat.) et apud scriptt. expeditt. cruciatarum *Syria Sobal*, Josepho, Eusebio Steph. Byz. Γοβολῖτις, Γεβαληνή, Γάβαλα.

גְּבֻל v. גְּבוּל.

גַּבְלוּת f. *opus tortile*, instar funis plexum et tortum, v. rad. Kal no. 1. Ex. 28, 22: *et facies pectorali* שַׁרְשֹׁת גַּבְלֻת מַעֲשֵׂה עֲבֹת זָהָב טָהוֹר *catenulas tortiles, opere plexili, ex auro puro*. Bene LXX. κροσσοὺς συμπεπλεγμένους. 39, 15. De eadem re 28, 14: *et duas catenulas ex auro puro* מִגְבָּלֹת תַּעֲשֶׂה אֹתָם מַעֲשֵׂה עֲבֹת *tortiles eas facias, opere plexili*. LXX. καταμεμιγμένα (ἐν ἄνθεσι). Intelligendae, si quid video, catenulae ex auri filis ductilibus in funis formam plexae, *schnurenförmige Kettchen, Goldschnur*, et מַעֲשֵׂה עֲבֹת id accuratius declarat per ἐπεξήγησιν.

גָּבַן 1) *incurvatus, gibbosus* fuit (v. ad גָּבַב no. 1), de corpore (v. גִּבֵּן), de monte (v. גַּבְנֻנִּים), de supercilio arcus instar curvato (syr. et chald. גְּבִינָא); 2) transfertur ad corpus *horrore percussum* seque *contrahens* (*zusammenfahren*), جَبُنَ et جُبْنٌ timidus, pusillanimis fuit, act. terruit; 3) de lacte, quod coit et coagulatur (nostr. *die Milch fährt zusammen, die Milch erschrickt*, pro *die Milch gerinnt*), unde גְּבִינָה lac coagulatum, caseus.

גִּבֵּן m. adj. *gibbosus* Lev. 21, 20, v. rad. no. 1.

גַּבְנֻנִּים m. plur. *cacumina* qs. gibbi montis. Ps. 68, 16: הַר־גַּבְנֻנִּים הַר־בָּשָׁן *mons gibborum, Basanis mons*, et comm. 17 per appositionem הָרִים גַּבְנֻנִּים *montes*, qui *cacumina* sunt i. e. cacuminibus abundant. (Cf. talm. גַּבְנוּנִית vertex, cacumen, syr. ܓܒܘܢܐ cacumen montis, supercilium, arab. جَبَّانَةٌ terra aspera et scabrosa (pr. gibberosa), coemeterium (a tumulis sepulcralibus ita dictum).

גָּבַע rad. in verbo inusit., vic. radd. גָּבַב (q. v.), גָּבַהּ, גָּבַח cet. vim habens *elationis*, instar montis, collis, spec. rotundae, instar calicis, capitis (v. גָּבִיעַ, גִּבְעֹל, מִגְבָּעָה), cf. قُبّ caput (princeps), *κεφαλή*, *caput, capo*, quae cuncta ex eadem stirpe primaria pendent.

גֶּבַע (collis) n. pr. urbis Levitarum in tribu Benjamin (Jos. 18, 24. 21, 17), in septentrionalibus imperii Judaici finibus sitae (2 Reg. 23, 8. Zach. 14, 10, plenius גֶּבַע בִּנְיָמִין 1 Sam. 13, 16.

גִּבְעָא (collis) n. pr. m. 1 Par. 2, 49.

גִּבְעָה Plur. גְּבָעוֹת f. 1) *collis*. 2 Sam. 2, 25. Jes. 40, 12. 41, 15. Cant. 2, 8 cet. גִּבְעֹת עוֹלָם colles antiqui, a mundo inde condito iidem atque hodie Gen. 49, 26. Iob. 15, 7: לִפְנֵי גְבָעוֹת חוֹלָלְתָּ num *ante colles natus es?* Prov. 8, 25. גִּבְעַת יְהוָה *collis Dei*, Zion Ez. 34, 26 cf. Jes. 31, 4. Non pauci Palaestinae colles nominibus propriis insigniti erant (חֲכִילָה, גָּרֵב, אַמָּה), alibi collis nomen translatum est

2) ad *oppidum in colle situm* (cf. *dunum* in antiquis Germaniae, Galliae et Britanniae urbibus in lingua celtica *collem* significans, veluti Augustodunum, Caesarodunum, Lugdunum cet.), velut a) גִּבְעַת בִּנְיָמִין 1 Sam. 13, 15, ג׳ בְּנֵי בִנְיָמִין 2 Sam. 23, 29 *Gibea Benjaminitarum*, etiam גִּבְעַת שָׁאוּל 1 Sam. 11, 4, גִּבְעַת הָאֱלֹהִים 1 Sam. 10, 5 cf. 10, *κατ᾽ ἐξοχὴν* הַגִּבְעָה Hos. 5, 8. 9, 9. 10, 9 et גִּבְעָה 1 Sam. 10, 26 cet. opp. Benjaminitarum, in quo Saulus natus erat, atroci civium flagitio infame (Iudd. 19, 12 sq. 20, 4 sq), caeterum, pariter atque Bethel, antiquis Palaestinae sanctuariis annumerandum (1 Sam. 10, 5. 6). N. gent. גִּבְעָתִי 1 Par. 12, 3. — b) גִּבְעַת פִּינְחָס (collis Pinehasi) in montanis Ephraimi Jos. 24, 33. c) גִּבְעָה oppd. in tribu Judae Jos. 15, 57.

גִּבְעוֹן (*ad collem pertinens* i. e. in colle exstructum) *Gibeon*, oppidum magnum Hevitarum (Jos. 10, 2. 11, 19) postea Benjaminitarum (Jos. 18, 25. 21, 17), distinguendum ab oppidis vicinis Geba (גֶּבַע) et Gibea (גִּבְעָה) et a septentrionali utriusque parte situm. Davide et Salomone regnantibus tabernaculum sacrum ibi fuit (1 Reg. 3, 4. 5. 9, 2). N. gent. גִּבְעֹנִי 2 Sam. 21, 1 sq.

גִּבְעֹל quadril. m. *calix, corolla florum (Blüthenknospe)* i. q. גָּבִיעַ *calix* addito in fine ל, quod interdum vim deminutivam inferre videtur, cf. כַּרְמֶל, חַרְגֹּל (a חָרַג). Semel legitur de lino Ex. 9, 31: *nam triticum erat arista* וְהַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל *et linum florum corollae* i. e. linum florum corollas habebat. Praeterea usurpatur in Mischna de *florum corollis* in summis hyssopi caulibus in spicae fere speciem provenientibus, Para 11, §. 7. 9. 12, §. 2. 3, ubi recte dudum interpretati sunt doctiores ex Hebraeis (v. quae uberius disputavimus in Thes. p. 261). *Culmi* significationem vocabulo Mischnico post Buxtorfium male tribuit A. Th. Hartmannus (Supplem. ad Lex. nostr. ex Mischna p. 10).

גִּבְעַת (collis) oppidum tribus Judae. Jos. 18, 28.

גָּבַר et **גָּבֵר** 2 Sam. 1, 23 fut. יִגְבַּר *valuit, invaluit.* (Primaria potestas est *ligandi,* vic. גָּבַל, ut in arab. جَبَرَ I. VII. VIII. religavit rem fractam, consolidavit: quae relata est ad robur et potentiam, ut Conj. V. *fortis, corroboratus* fuit, syr. ܐܬܓܒܪ, ܐܬܓܒܪ fortem se praestitit. Aeth. ገብረ: laboravit, fecit, quod a vi et robore derivatum videtur. Cognata radix est כָּבַר, كبر). Cstr. abs. de hoste invalescente Ex. 17, 11, de aquis invalescentibus Gen. 7, 18. 19. 20. 24, de opibus Iob. 21, 7, sq. מִן *praevaluit* alicui 2 Sam. 1, 23, it. sq. עַל Gen. 49, 26.

Pi. fortem, robustum fecit. Zach. 10, 6. 12. Eccl. 10, 10: חֲיָלִים יְגַבֵּר *vires intendit.*

Hiph. 1) *fortem, firmum fecit.* Dan. 9, 27: הִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים *foedus firmum init cum multis.* 2) intrans. *praevaluit* (pr. robur exercuit, cf. synn. הֶחֱזִיק, הֶאֱמִיץ, et lat. robur facere Hirt. bell. afr. 85, ital. *far forze*). Ps. 12, 5: לִלְשֹׁנֵנוּ נַגְבִּיר *lingua nostra praevalemus* (cf. Jes. 28, 15).

Hithpa. 1) *fortem se gessit,* sq. עַל. Jes. 42, 13. 2) *superbiit, ferociit,* ὑβρίζειν Iob. 36, 9, sq. אֶל contra aliquem. ib. 15, 25. Arab. V. superbus, contumax fuit, جَبَّار superbus, contumax.

גֶּבֶר plur. גְּבָרִים m. 1) *vir,* a robore dictus, i. q. אִישׁ, vc. exceptis paucis exemplis (Deut. 22, 5. 1 Par. 24, 4. 26, 12 cf. לַגְּבָרִים) nonnisi poët., in lingua aramaea (גְּבַר, ܓܒܪ, ܓܒܪܐ) longe usitatissimum. Ps. 34, 9: אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ *o beatum virum, qui ad eum confugit.* 52, 9. 94, 12 cet. לַגְּבָרִים, לַגְּבָרִים viritim Jos. 7, 14. 17. 1 Par. 23, 3. Spec. a) opp. feminae *mas, masculus.* Deut. 22, 5. Jer. 30, 6. 31, 22, adeoque de *prole mascula* recens nata dr. Iob. 3, 3: *nox, quae dixit,* הֹרָה גָבֶר *conceptus est masculus.* Cf. אִישׁ 1, a. b) opp. coniugi *maritus.* Prov. 6, 34. Nonnunquam c) *viri fortitudinem* designat. Jes. 22, 17: *ecce Jehova proiiciet te* טַלְטֵלָה גָּבֶר *iactu virili* i. e. valido, vehementissimo. Iob. 38, 3. 40, 7. Ps. 88, 5. Cf. אִישׁ 1, d. d) *homo* opp. numini, cf. אִישׁ 1, e. Iob. 4, 17. 10, 5. 14, 10. 14. e) *miles* (cf. אִישׁ 1, l. Iudd. 5, 30, cf. Jer. 41, 16: גְּבָרִים אַנְשֵׁי מִלְחָמָה.

2) i. q. אִישׁ no. 4. *quilibet, quivis.* Joël 2, 8: גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן *quivis in tramite suo pergit.* Thren. 3, 39 (in hemist. altero).

3) n. pr. m. 1 Reg. 4, 19 cf. 13.

גְּבַר i. q. גֶּבֶר *vir,* forma ad Chaldaismum inflexa Ps. 18, 26; in loco gemino 2 Sam. 22, 26 est גִּבּוֹר.

גְּבַר chald. id. *vir.* Dan. 2, 25. 5, 11. Plur. גֻּבְרַיָּא, גֻּבְרִין (qs. a גֻּבְרָא) *viri* Dan. 3, 8 sq. 6, 6 sq. cet.

גִּבַּר chald. i. q. גִּבּוֹר plur. cstr. גִּבָּרֵי m. *heros, miles.* Dan. 3, 20. Praeterea Esr. 2, 20 tanquam oppidi nomen, ut videtur, pro גִּבְעוֹן coll. Neh. 7, 25.

גַּבְרִיאֵל (vir Dei) *Gabriel,* summorum angelorum unus. Dan. 8, 16. 9, 21 cf. Luc. 1, 19.

גְּבֶרֶת c. Suff. גְּבִרְתִּי (a masc. גְּבִיר, pro גְּבִירֶת) f. *domina,* opp. ancillae Gen. 16, 4. 8. 9. 2 Reg. 5. 3. Prov. 30, 23. גְּבֶרֶת מַמְלָכוֹת regnorum domina Jes. 47, 5. 7.

גָּבַשׁ rad. in verbo inusit. i. q. arab. جبس et جمس *congelavit, concrevit* frigore, unde אֶלְגָּבִישׁ et גָּבִישׁ.

גִּבְּתוֹן (locus editus, clivus, cf. chald. גִּבְתָא) n. pr. oppidi Philistaeorum in agro Danitarum siti Jos. 19, 44.

21, 23. 1 Reg. 15, 27, Eusebio *Γαβαθὼν τῶν Ἀλλοφύλων*, Josepho *Γαβαθώ* dicti.

גַּג cstr. גַּג c. Suff. גַּגּוֹ, cum He parag. גַּגָּה Jos. 2, 6, plur. גַּגּוֹת m. 1) *tectum* domus, idque in Oriente planum Jos. 2, 6. 8. 1 Sam. 9, 25. 26. Prov. 21, 9 cet. De tecto turris Iudd. 9, 51, templi 16, 27. 2) *superficies altaris* Ex. 30, 3. 37, 26. — Derivant a جَحَّ *expandit*, sed haec radix errori debetur Golii atque Castelli جَحَّ scribentium pro جَحَّ expandit v. Kamûs p. 269 Calc. coll. p. 223. Suspicor tamen, גַּג idem fere valuisse, quod גָּבַח, جَحَّ, unde جَحّ planities, plana superficies rei, cf. سَطْح tectum a سطح expandit.

גַּד m. 1) semen *coriandri*, ita dictum a granis incisis et striatis, v. rad. גָּדַד no. 1. Ex. 16, 31. Num. 11, 7. LXX. Vulg. *κόριον*, *κορίανον*, *coriandrum*, et sic rel. intpp. orientales excepto Chald. sam., idemque suadet usus Poenorum, de quibus Dioscorides (3, 64): *Αἰγύπτιοι ὄχιον, Ἄφροι* (i. e. Poeni) *Γοίδ*.

2) i. q. גָּד no. 1. *fortuna*, c. Art. spec. *Fortunae numen* a Babyloniis et Judaeis apud hos exulantibus cultum, alibi Baal dictum (v. בַּעַל, בֵּל), i. e. Jovis sidus in toto Oriente pro fortunae auctore habitum (السعد الاكبر bona fortuna maior). Jes. 65, 11. In altero hemistichio memoratur מְנִי prob. Veneris sidus, in Oriente bona fortuna minor dictum, v. s. hoc vc. Uberius de his religionibus disputavimus ad Jes. T. II. p. 283 sq. 335 sq. Bene LXX *Τύχη*. Vulg. Fortuna. Cf. בַּעַל גָּד p. 163.

גָּד m. 1) *fortuna* i. q. גַּד no. 2, cf. rad. no. 3. (Arab. جَدّ et syr. ܓܕܐ id. جُدّ fortunatus, dives fuit, مَجْدُود fortunatus.) Gen. 30, 11 Chethibh: בָּגָד LXX. *ἐν τύχῃ*. Vulg. *feliciter* sc. hoc mihi accidit. Keri: בָּא גָד *venit fortuna*.

2) *Gadus* n. pr. a) filii Jacobi, a bona fortuna nomen habentis (Gen. 30, 11), quanquam Gen. 49, 19 alii eius significatui alluditur. Auctor erat tribus cognominis, cuius fines in montanis Gilead (Deut. 3, 12. 16), Manassitas inter et Rubenitas, describuntur Jos. 13, 24—28, cf. Num. 32, 34. 35. 36. Ez. 48, 27. 28. נַחַל הַגָּד torrens Gaditarum i. e. Jabbocus (minime Arnon) 2 Sam. 24, 5. N. gent. est גָּדִי (diversum a גַּדִּי) plerumque collect. הַגָּדִי Gaditae Deut. 3, 12. Jos. 22, 1. b) prophetae qui tempore Davidis florebat 1 Sam. 22, 5. 2 Sam. 24, 11 sq.

גְּדָבְרִין chald. v. infra גְּזָבָר.

גִּדְגֵּד quadril. aeth. *guadguada* pulsavit, tonuit. Inde

גִּדְגָּד (fort. tonitru), unde חֹר הַגִּדְגָּד Num. 33, 32 n. stationis Israelitarum, i. q. גֻּדְגֹּד Deut. 10, 7.

גָּדַד fut. יָגֹד 1) *incîdit*, *secuit*, arab. جَدّ putavit vitem, resecuit vestem textor. Cf. chald. גְּדַד. (Radd. finitimae sunt גָּדָה, גָּדַע. Hanc vero secandi, caedendi significationem syllaba גד communem habet cum sibilata גז, vide גָּזַז, ex qua sublato sibilo orta est: utraque autem litteris extenuatis e syllabis durioribus קץ, קש, כס, חץ, חז, et (demto sibilo) קט, קד, חט, חד, in quibus omnibus secandi potestas inest, prognata, v. radd. גָּזַז, קָצַץ, חָצַץ, קָדַד, חָדַד. Ex linguis indo-germanicis cf. *caedo*, *scindo*, *σχίζω* pro *σχίδω*, pers.

جيلن scindere, خرن i. q. angl. to *cut.*) A secando est

2) *penetravit, irrupit* i. q. גּוּד. Ps. 94, 21 sq. עַל. Inde גְּדוּד et Hithpo. A secando et definiendo est

3) *sortis* et *fortunae* significatio (cf. גָּזַר no. 2), unde hebr. גַּד, גָּד fortuna.

Hithpo. 1) *incidit se, incisiones* sibi *fecit* in cute, ut in luctu Jer. 16, 6. 41, 5. 47, 5, vel ad corpus quamcunque ob causam castigandum Deut. 14, 1. 1 Reg. 18, 28. 2) reflex. Kal no. 2. *sich drängen, zusammendrängen,* magna copia in omnium locum confluere Jer. 5, 7. Mich. 4, 14.

Derivv. גַּד, גָּד, גְּדוּד, et nomm. pr. מְגִדּוֹ, גַּדִּיאֵל, גַּדִּי.

גְּדַד chald. *cecidit, succidit* arborem. Imp. גֹּדּוּ Dan. 4, 11. 20. Cf. hebr. no. 1.

גַּדָּה v. חֲצַר גַּדָּה.

גָּדָה rad. inusit., quae *secandi, resecandi avellendi*que vim habebat, ut vicinae גָּדַד, q. v. Inde גְּדִי hoedus a carpendo dictus et

גָּדָה vel **גִּדְיָה** pl. cstr. גְּדוֹת *ripae* Jos. 3, 15. 4, 18. Jes. 8, 7, ita dictae, quia ab aquis avelluntur et diripiuntur. Cf. גָּרַף et חוֹף حَافَة littus a חָפַף detrivit, abluit, جَلْهَة ripa a جلم resecuit (unde etiam جَلَم hoedus), cf. gr. ἀκτή, ἀγή ab ἄγνυμι, ῥηγμίν, ῥαχία ab ῥήγνυμι. (Chald. גּוּדָא paries, maceria, it. ripa, qs. maceria maris. Arab. جُد littus, itidem a resecando dictum).

גְּדוּד Plur. גְּדוּדִים et גְּדוּדוֹת m. 1) *incisio* (a rad. גָּדַד) a) cutis Jer. 48, 37. b) agri, *sulcus* Ps. 65, 11. 2) *turma, agmen militum* (pr. *incisio*) dictum a figura, ut lat. *acies,* maxime de levis armaturae agminibus, praedas agentibus. Gen. 49, 19: גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ *Gado turmae instant.* Intelliguntur Arabum nomades Gaditis vicini. 2 Reg. 5, 2: אֲרָם יָצְאוּ גְדוּדִים *Syri incursarunt praedas agentes.* 1 Sam. 30, 8. 15. 23. 2 Sam. 3, 22. בְּנֵי הַגְּדוּד *filii* i. e. milites *turmae* 2 Par. 25, 13, poët. בַּת גְּדוּד Mich. 4, 14. De turma praedonum Hos. 7, 1. 1 Reg. 11, 24. גְּדוּדֵי יְהוָה agmina Jehovae, de angelis Iob. 25, 3, de agminibus malorum ab eo immissis 19, 12. (Syr. ܓܽܘܕܳܐ turma, agmen militum).

גָּדוֹל, raro defect. גָּדֹל Gen. 1, 16, cstr. גְּדוֹל, גְּדָל, ter in Keri גְּדָל־ Ps. 145, 8. Nah. 1, 3. Prov. 19, 19 1) *magnus,* de mole et ambitu הַיָּם הַגָּדוֹל Num. 34, 6; de numero et multitudine, ut גּוֹי גָּדוֹל Gen. 12, 2; de vehementia, ut gaudii Neh. 8, 12, luctus Gen. 50, 10; de gravitate rei Gen. 39, 9. Joël 2, 11. Gen. 29, 7: עוֹד הַיּוֹם גָּדוֹל *adhuc magnus* i. e. multus *est dies,* gall. *grand jour,* germ. *hoch am Tage.* LXX. ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή. Subst. גְּדֹל זְרוֹעֲךָ *magnitudo brachii tui.* Exod. 15, 16. Plur. גְּדֹלוֹת *magna facinora,* praeclare facta, maxime Dei Iob. 5, 9. 9, 10. 37, 5.

2) *lecythus, lenticula* a rotunditate dicta. De lecytho candelabri sacri Zach. 4, 3, conf. 2, ubi in masc. גֹּל. Eccl. 12, 6 in describenda senectute et morte: עַד אֲשֶׁר לֹא־יֵרָתֵק חֶבֶל הַכֶּסֶף וְתָרֻץ גֻּלַּת הַזָּהָב *antequam rumpatur funiculus argenteus, et conteratur lampas aurea.*

3) *globus, globulus* in columnarum capitulo. 1 Reg. 7, 41. 2 Par. 4, 12. 13.

גִּלּוּלִים m. plur. pr. *trunci, caudices,* a volvendo dicti (v. גָּלַל), hinc per irrisionem *idola* Lev. 26, 30. Deut. 29, 16 cet. in variis formulis, ut הָלַךְ אַחֲרֵי הַגִּלּוּלִים idola sequi 1 Reg. 21, 26, עָבַד הַגִּלּוּלִים idola colere 2 Reg. 17, 12. 21, 21, נָשָׂא עֵינַיִם אֶל־הַג׳ oculos coniicere in idola Ez. 18, 12. Iungitur saepe aliis nominibus ab idolorum contemtoribus excogitatis, ut שִׁקּוּצִים Deut. 29, 17, תּוֹעֵבוֹת Ez. 16, 36, אֱלִילִים 30, 13, et maxime frequentatur in locutionibus, quibus idolorum cultus castigatur, ut נִטְמָא בְגִלּוּלִים polluit se cultis idolis Ez. 20, 7. זָנָה אַחֲרֵי גִלּוּלִים 6, 9, נִאֵף אֶת־הַגִּלּוּלִים 23, 37 cet.

גְּלוֹם m. (a rad. גָּלַם) *stragula, pallium,* cui quis involvitur Ez. 27, 24. (Chald. גְּלִם, גְּלִימָא id. Inde gr. *χλαμύς, χλανίς, χλαῖνα*).

גָּלוֹן Jos. 21, 27 Keri i. q. גּוֹלָן q. v.

גָּלוּת, semel גָּלֻת Obad. 20 (c. Kamez impuro) f. 1) *deportatio, exilium.* 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31. Ez. 1, 2. 33, 21. 2) collect. *deportati, exules.* גָּלוּת יְהוּדָה exules Judae Jer. 24, 5. 28, 4. 29, 22. 40, 1. גָּלוּת יְהוּדָה de Israële in exilio vivente Jes. 45, 13.

גָּלוּת emph. גָּלוּתָא f. chald. *exilium.* בְּנֵי גָלוּתָא exules Dan. 2, 25. 5, 13. Esr. 6, 16. Syr. ܓܠܘܬܐ.

גָּלַח in Kal inusit. pr. glaber, hinc *nudus* (cf. גָּלָה) spec. *calvus* fuit. Arab. جلح calvus fuit in sincipite. Emollitum hoc ex rad. duriore קָרַח, transp. est חָלַק. Ex linguis occidentalibus congruunt *calvus,* slav. *goly, ho'y,* nostr. *kahl,* it. *gelu, glacies.*

Pi. rasit caput Num. 6, 9. Deut. 21, 12, virum 1 Par. 19, 4, *abrasit* capillum (v. Pu.), barbam 2 Sam. 10, 4. Semel intrans. *rasit sibi* (capillum barbamque) Gen.

41, 14. Metaph. *radere terram* dicitur, qui eam ferro flammave pervastat. Jes. 7, 20. (Chald. גְּלַח rasit, totondit, גְּלַח calvus, ap. Rabbinos de monachis, ut bohem. *holy*).

Pu. rasus est. Iudd. 16, 17. 22.

Hithpa 1) *rasit se* Lev. 13, 33; 2) *abrasit sibi* (cf. Lgb. p. 284 litt. d) c. acc. Num. 6, 19.

גִּלָּיוֹן (formae נִקָּיוֹן, חִזָּיוֹן, כִּלָּיוֹן) m. *tabula* e ligno, lapide, aut metallo facta, cui aliquid inscribatur, i. q. לוּחַ, ita dicta utpote pura, rasa, vacua (v. rad.) Jes. 8, 1. Ap. Talmudicos גִּלָּיוֹן est spatium chartae in librorum lateribus vacuum.

Plur. גִּלְיֹנִים Jes. 3, 23 *specula*, pr. tabulae s. *laminae* ex metallo polito factae, quales erant specula a mulieribus Hebraeis (Ex. 38, 8. Iob. 37, 18) more apud alios etiam antiquitatis populos recepto (v. Comment. nostrum ad Jes. l. c.) circumgestata, plerumque rotunda et manubrio munita. Ita Chald. Vulg. Kimchi in Comment., Abarbenel, Jarchi. Contra LXX (διαφανῆ Λακωνικά) et Kimchius *vestes* intelligunt *pellucidas* qs. *nudantes* corpus, cf. Schroeder de vestitu mull. hebr. p. 311. 312.

גָּלִיל 1) adj. *volubilis*, *versatilis*, de valvis 1 Reg. 6, 34. (Cf. Ez. 41, 24). 2) subst. *annulus*. Esth. 1, 6. Cant. 5, 14: יָדָיו גְּלִילֵי זָהָב מְמֻלָּאִים בַּתַּרְשִׁישׁ *manus eius* sicut *annuli aurei*, *ornati gemmis Tartessiis.* Nimirum digiti manus incurvatae annuli figuram referunt, ungues autem coloribus tincti cum gemmis comparantur. 3) *circulus*, *regio* i. q. כִּכָּר. Spec. גְּלִיל הַגּוֹיִם Jes. 8, 23 circulus gentium, et κατ' ἐξοχὴν הַגָּלִיל Jos. 20, 7. 21, 32. הַגָּלִילָה (c. He parag.) 2 Reg. 15, 29, אֶרֶץ הַגָּלִיל 1 Reg. 9, 11 vocatur regio cum viginti urbibus, etsi minoribus, in tribu Naphtalitarum, circa urbem Kedesch (ter enim occurrit קֶדֶשׁ בַּגָּלִיל), a gentilibus, Phoenicibus nimirum vicinis, habitata. LXX. ἡ Γαλιλαία.

גְּלִילָה f. i. q. גָּלִיל no. 3 *circulus*, *regio.* גְּלִילוֹת הַפְּלִשְׁתִּים regiones Philistaeorum Jos. 13, 2, גְּלִילוֹת פְּלָשֶׁת Joel 4, 4, Γαλιλαία Ἀλλοφύλων 1 Macc. 5, 15. גְּלִילוֹת הַיַּרְדֵּן i. q. כִּכַּר הַיַּרְדֵּן circulus, ripa Jordanis, *el Ghôr.* Jos. 22, 10. 11. Eadem fere regio significari videtur Ez 47, 8.

גַּלִּים (fontes) n. pr. oppidi Benjaminitarum, ab Hierosolymis septentrionem versus siti 1 Sam. 25, 44. Jes. 10, 30.

גָּלְיָת (exilium, exul) *Goliath*, gigas ex gente Philistaeorum, in certamine singulari a Davide (1 Sam. 17, 4. 23. 21, 10. 22, 10. Sir. 42, 5) interfectus. De 1 Par. 20, 5 v. s. vc. לַחְמִי.

גָּלַל 1 pers. גַּלּוֹתִי, sed plur. גָּלֲלוּ Gen. 29, 3. 8, imp. גֹּל, גּוֹל, semel גַּל Ps. 119, 22 *volvit*, ut lapides Gen. 29, 3. 8. Met. sq. מֵעַל *devolvit*, *amolitus est ab* aliquo v. c. dedecus Jos. 5, 9. Ps. 119, 22, sq. אֶל et עַל a se devolutum in alium transtulit. Ps. 37, 5: גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ *devolve in Jehovam viam tuam* i. e. omnes res tuas Deo permitte. Prov. 16, 3: גֹּל אֶל־יְהוָה מַעֲשֶׂיךָ *Deo permitte, quidquid agis.* Ellipt. Ps. 22, 9, ubi poeta inimicos suos fiduciam in Deo positam derisuros ita facit loquentes: גֹּל אֶל־יְהוָה יְפַלְּטֵהוּ *devolvat* res suas *in Deum*, *is* scilicet *eripiet eum*, ita ut גֹּל sit tertia persona Imperativi, vel *devolvit* cet., ita ut גֹּל infinitivus sit pro verbo finito positus.

Not. Genuinam huius radicis *latissime patentis*, quae sonum globi aliusve rei rotundae celerius se provolventis imitatur, potestatem exprimit germ. *rollen*, aeque ac illud onomatopoët. Refertur

igitur in derivv. a) ad res rotundas, globosas, rotantes, ut גַּלְגַּל rota, it. turbo, גָּלִיל annulus, מְגִלָּה volumen, *Rolle*, גֻּלְגֹּלֶת cranium, גֵּלֶל stercoris globulus, גֹּל, גֻּלָּה ampulla; b) ad res graves, quae volvuntur, non feruntur, unde גַּל lapidum acervus, גִּלּוּלִים trunci, caudices (Klötze) a volvendo dicti, גְּלָל lapis maior (arab. جَلَلٌ negotium grave). Usurpatur etiam c) de aquae fluctibus se provolventibus, ut germ. et angl. *quellen*, *to well*, unde גַּל, גַּלִּים nostr. *Wellen*. Ex fertilissima hac stirpe monosyllaba porro profluxerunt trilitterae radd. אָגַל, arab. أجل, עָגַל unde עֲגָלָה plaustrum, et tertia radicali in fine adiecta גָּלַם convolvit, גֹּלֶם, גֹּלֶם lat. *glomus*, *glom*eravit, *globus*, *Klumpen*; eademque tum in lingua hebraea sororias habet radices גּוּל in orbem ire et (palatina in gutturalem versa) חוּל, חִיל, אוּל, אִיל q. v.), tum ingentem propaginum vim in linguis occidentalibus maxime in graeca, cf. *κέλλω*, *κίλλω* (Valck. ad Herod. 7, 155), *κυλίω*, *κυλίνδω* (גלם), *κόλλοψ*, *κόλλαβος*, *κόλλιξ*, *κύλλος* (cf. *κοῖλος*, *κόλλυρα* (placenta rotunda כִּכָּר, et abiecta vel in finem reiecta palatina *ἴλλω*, *εἴλω*, *εἰλέω*, *εἰλύω*, *ἴλη*, *οὖλος*, *ἴουλος*, *ἴλιγγος*, *ἕλιξ* et *ἑλίσσω* cet. lat. *volvo*, lat. med. *callus* i. q. gall. *gallet*, *caillou* (גַּל), germ. *Galle*, *Gölle* i. q. Quelle, *quellen*, *wallen*, *wälzen* onomat. *kullern*, suec. *kula*, germ. inf. *Kaul* (unde *Kugel*).

Ubi res aliqua in solo asperiore, glareoso devolvitur, ut sonus oriatur radens qs. et verrens, radicibus littera canina asperatis גָּרַל, גָּרַר, כָּרַר hoc exprimunt, quarum propagines haud minus late diffusae sunt.

Niph. נָגֹל plur. נָגֹלּוּ fut. יִגַּל 1) *volvi*, de fluctibus aquae Am. 5, 24. 2) *convolvi*, de coelo instar libri convolvendo Jes. 34, 4.

Poal. *volutatus est* in sanguine i. e. sanguine inquinatus. Jes. 9, 4. *Hithpo.* id. 2 Sam. 20, 12. Sq. עַל *volutavit se* in aliquem i. e. irruit in eum. Gen. 43, 18.

Pilp. גִּלְגֵּל i. q. Kal no. 1. *volvit*, *devolvit* Jer. 51, 25. *Hithpalp.* הִתְגַּלְגֵּל *devolvit se* hostis irruens. Iob. 30, 14.

Hiph. fut. וַיָּגֶל *volvit*, *devolvit* lapidem. Gen. 29, 10.

Derivv. v. not. ad Kal.

גָּלָל m. 1) *stercus* a forma globosa dictum, i. q. גֵּלֶל, v. rad. no. 1. 1 Reg. 14, 10. Arab. جَلَّةٌ stercus animalium globosum, ut camelorum, ovium.

2) *res*, *causa*, nostr. *Umstand*, cf. ad etymon סִבָּה, אוֹדוֹת, unde בִּגְלַל, c. Suff. בִּגְלָלְךָ, בִּגְלַלְכֶם Praep. *propter*. Gen. 39, 5. Deut. 15, 10. 18, 12. Jer. 11, 17. 15, 4. Respondet arab. من جلالك et من اجللك (cum Elif prosthetico).

3) n. pr. duorum virorum (fort. gravis, dignus, ut أَجَلُّ) a) 1 Par. 9, 15. b) ibid. Vers. 16. Nehem. 11, 17.

גְּלָל m. chald. pr. *volutio*, dein *gravitas*, *magnitudo* (v. rad., not. ad Kal). Esr. 5, 8. 6, 4: אֶבֶן גְּלָל *lapides magni*, *graves*, quadrati, qui volvuntur, non feruntur. Germanice per iocum magnae molis librum *volutandum* magis quam pro nostri aevi more in marsupio portatilem *einen Wälzer* vocamus. Talm. גללא omisso אבן de lapide magno usurpatur (Buxt. p. 433).

גֵּלֶל m. i. q. גָּלָל no. 1. *stercus* hominum. In Sing. semel Iob. 20, 7: כְּגֶלְלוֹ לָנֶצַח יֹאבֵד sec. Chald. et Vulg. recte: *sicut stercus suum in aeternum peribit*, cf. de hac comparatione ignominiosum interitum significante 1 Reg. 14, 10.

Plur. גֶּלְלִים *stercora* pr. globuli stercoris Zeph. 1, 17, spec. humani Ez. 4, 12. 15.

גִּלֲלַי (fort. stercoreus) n. pr. viri Neh. 12, 36.

גָּלַם fut. יִגְלֹם *convolvit.* Semel legitur 2 Reg. 2, 8. Vide rad. גָּלַל ibique notam ad Kal. Oriuntur inde nomm. גְּלוֹם et

גֹּלֶם m. pr. *res convoluta,* deinde *materia rudis* et *informis,* nondum elaborata, cuius partes nondum evolutae sunt et expeditae. Itaque de embryone. Ps. 139, 16. (Frequentatur apud Talmudd. de quacunque re nondum elaborata et perfecta v. Chelim 12 §. 6, et transfertur ad hominem rudem, Pirke Aboth 5 §. 7).

גַּלְמַד quadril. inusit. conflatum ex جمد et جلد, quae utraque radix *duritiei* vim habet. Inde

גַּלְמוּד adj. quadrilitt. *durus,* arab. جُلْمُود hinc *sterilis,* proprie de solo duro, lapidoso (cf. στεῤῥός, *sterilis*), dein de muliere Jes. 49, 21, poët. de nocte, in qua nemo parietur Iob. 3, 7, *macer,* fame emaciatus (verhungert) 15, 34. 30, 3.

גָּלַע rad. in Kal inusit. Arab. Conj. III. *rixatus est* cum aliquo, maxime in alea, compotatione aut in hereditate dividenda. Ita hebr.

Hithpa. exacerbatus, irritatus est (altercatione). Prov. 20, 3: *honori est viro, desistere a lite,* וְכָל־אֱוִיל יִתְגַּלָּע *omnis autem stultus exacerbatur.* Sq. pers. rei 8, 1. Dicitur etiam de ipsa lite fervidius exardescente. Prov. 17, 14.

גַּלְעַד radix quadrilitt. inusit., arab. جَلْعَد *durus, asper.* Inde

גִּלְעָד n. pr. 1) nonnullorum virorum, ut a) filii Machir, nepotis Manassis. Num. 26, 29. 30. Inde patronym. גִּלְעָדִי Iudd. 11, 1. 12, 4. b) Iud. 11. 1. 2. c) 1 Paralip. 5, 14.

2) c. Art. הַגִּלְעָד (regio dura, lapidosa, sec. Gen. 31, 41 i. q. גַּלְעֵד collis testimonii) *Gileaditis,* Palaestinae regio transjordanensis. Proprie regionem montanam designat in australi fluminis Jabboc ripa sitam (Gen. 31, 21—48. Cant. 4, 1) cum urbe cognomine (Hos. 6, 8, cf. Iudd. 12, 7 LXX, quae eadem videtur atque רָמוֹת גִּלְעָד), ubi hodieque duo montes (*Dschebel Dschelaâd* et *Dschelaûd*) cum urbium cognominum ruinis reperiuntur (v. Burckhardti itin. edit. germ. II, p. 599). Transfertur deinde ad integrum illum tractum montanum Arnonem inter et Batanaeam a Gaditis, Rubenitis et Manassitis habitatum (hodie البلقاع et جبل عجلون) Num. 32, 26. 29. 39. Deut. 3, 12. Jos. 12, 2. 5. 13, 10. 11. 30. Am. 3, 13. Usurpatur propterea pro tribubus Gad et Ruben Ps. 60, 9. 108, 9, pro tribu Gad Iudd. 5, 17, cf. 5, 16, quanquam etiam, quae est in talibus inconstantia, 1 Sam. 13, 7 *terra Gad et Gilead* iunguntur. Semel adeo Ba'anaeam comprehendit et usque ad borealem Palaestinae terminum patet Deut. 34, 1.

גָּלַשׁ i. q. arab. جَلَسَ *sedit, consedit, discubuit.* Cant. 4, 1: *capilli tui sunt ut gregis caprarum* שֶׁגָּלְשׁוּ מֵהַר גִּלְעָד *quae discumbunt in monte Gilead.* 6, 5. Pr. discumbunt qs. pendentes e monte Gilead, e latere eius, v. מִן no. 3. Hieron. 4, 1: *quae ascenderunt.* LXX. 6, 4 Complut. ἀνέβησαν, cl. جلس Conj. II. ascendit).

גַּם pr. subst. *adiectio, cumulus,* hinc part. accessionem indicans, ut אַף (q. v.) 1) *etiam* Gen. 3, 6. 22. 7, 3. 19, 21. 35. 30, 15. 35, 17 cet. Vocabulis, ad quae refertur, praemittitur, ut lat. *etiam,* his tamen, quae emphaseos causa iterantur, in-

terponi solet, ut pronominibus, הִיא גַּם הִיא etiam ipsa Gen. 20, 5, בְּפִיו גַּם הוּא etiam *suo* ore 2 Sam. 17, 5. Prov. 23, 15. Gen. 27, 34 (cf. Gramm. §. 92, 1. Lgb. §. 191), verbis Gen. 46, 4: וְאָנֹכִי אַעַלְךָ גַם עָלֹה *et etiam descendam.* 31, 15. 1 Sam. 1, 6. Nonnunquam etiam ab initio enuntiationis positum non ad proximum vc., sed ad aliud remotius refertur. Gen. 16, 13: הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי *num hic video* i. e. vivo) *etiam post* (Dei) *visionem?* Prov. 19, 2. 20, 11. Jes. 30, 33. [Idem observa de part. אַף Jes. 34, 14, רַק Jes. 28, 19]. Poët. nonnunquam pro simpl. וְ (cf. dan. *og* et) Joel 1, 12. Iud. 5, 4. Ps. 137, 1. גַּם — גַּם *et — et, tam, quam* Gen. 24, 25. 43, 8. Ex. 12, 31, *ut — ita* Jer. 51, 12, adeo ter positum Jes. 48, 8, גַּם - וְגַם Gen. 24, 44.

2) non raro simul orationem intendit, *adeo* (v. אַף no. 1). Prov. 14, 20. 17, 26. Joel 3, 2, c. negandi particula *ne quidem* Ps. 14, 3. 53, 4. 2 Sam. 17, 12. 13 (cf. עַד no. 3, a).

3) Saepe tantummodo emphasi inservit et nonnunquam reddi potest *ubique, profecto, imo* vel proximum vocabulum cum emphasi proferendum esse docet. Iob. 18, 5: גַּם אוֹר רְשָׁעִים יִדְעָךְ *ubique lux improborum extinguitur.* 1 Sam. 24, 12: רְאֵה גַּם רְאֵה vide, imo vide (siehe, siehe doch!). Gen. 29, 30: *et amabat Rahelam magis quam Leam.* Iob. 2, 10: *bonum accepimus a Deo, nonne* cet. Hos. 9, 12: *nam vae illis!* Gen. 42, 22. Iob. 13, 16. 16, 19. Jes. 66, 4. Sic גַּם שְׁנֵיהֶם alle beyde, uterque Gen. 27, 45. Prov. 17, 15. 20, 10. 12. 1 Sam. 4, 17, גַּם כֹּל ad unum omnes, alle zusammen 2 Sam. 19, 31. Ps. 25, 3. גַּם עַתָּה nostr. nun gut Gen. 44, 10.

4) גַּם־כִּי *etiamsi*, sq. Fut. Jes. 1, 15. Hos. 8, 10. 9, 16, et omisso כִּי Jes. 49, 15. Ps. 95, 9. Dr. etiam כִּי גַם Eccl. 4, 14. 8, 12.

5) advers. *tamen, sed,* maxime sq. negandi part. Ps. 129, 2. Eccl. 4, 16. Ez. 16, 28.

גָּמָא in Kal inusit. *sorpsit, hausit, bibit*, i. q. chald.

Pi. poët. transfertur ad equum cursu celerrimo terram quasi haurientem. Iob. 39, 24: יְגַמֶּא אֶרֶץ *haurit terram* i. q. secum quasi abripit. (Eandem metaphoram frequentant Arabes in verbo لهم hausit, ut التهم الارض, v. Schultens ad h. l. et Bocharti Hieroz. I, p. 142 — 148).

Hiph. sorbendum s. bibendum dedit. Gen. 24, 17. Inde

גֹּמֶא m. *iuncus palustris* spec. *papyrus nilotica*, ita dicta, quia humorem sorbet et bibit (cf. *bibula papyrus* Lucan. 4, 136). Iob. 8, 11. Jes. 35, 7. Conficiebant inde Aegyptii vestes, calceos, corbes, varii generis vasa, praesertim navigia (Plin. 13, 21 — 26). Ex. 2, 3: תֵּבַת גֹּמֶא *arcula* s. *navigiolum ex papyro.* Jes. 18, 2.

גָּמַד rad. inusit. cuius veram vim plane neglexerunt Etymologi. Pr. est *abscidit, cecidit* frondes, arbores, ut aethiop. ገመደ: et arab. جمد Kamûs p. 353, cf. transp. גָּדַם, ܓܕܡ. Inde ductum 1) גֹּמֶד ramus, baculus, dein ulna; idem translatum ad bellatores fortes, qui hostes arborum instar *caedunt*; hinc 2) arab. جمد et syr. *Aph. audax fuit* miles. Inde vc., quod mire exercuit interpretes,

גַּמָּדִים m. plur. Ez. 27, 11 *milites fortes, audaces.* Hieron. *bellatores*, facessant enim vagae et indoctae intpp. coniecturae (v. Thes. p. 292), et

גֹּמֶד m. pr. *baculus*, ab amputando dictus (zab. ܓܘܪܡܝܕܐ baculus, littera ר inserta itemque ז et ד inter se permutatis, chald. גּוּרְמִידָא), dein *ulna*, ut nostri institores in sericis vendendis *Stab* pro duorum cubitorum mensura frequentant. Iudd. 3, 16. (Syr. ܓܘܪܡܝܕܐ cubitus, ulna, ܓܘܪܡܝܕܐ, ܓܪܡܝܕܐ id.).

גָּמוּל (ablactatus) n. pr. m. 1 Par. 24, 17. Cf. בֵּית גָּמוּל.

גְּמוּל m. 1) *actio, opus, bene* aut *male factum*, plenius גְּמוּל יָדַיִם Iudd. 9, 16. Prov. 12, 14. Jes. 3, 11, in bonam partem *beneficium* Ps. 103, 2. הֵשִׁיב גְּמוּלוֹ לְ rependit alicui actiones s. opera ipsius. Ps. 28, 4: הָשֵׁב גְּמוּלָם לָהֶם Prov. 12, 14, sq. עַל Ps. 94, 2. שִׁלֵּם גְּמוּל לְ id. Ps. 137, 8. Prov. 19, 17, sq. עַל Joel 4, 4. — 2) *retributio*. Jes. 35, 4. Rad. גָּמַל.

גְּמוּלָה i. q. גְּמוּל no. 1. 2. 2 Sam. 19, 37. Jes. 59, 18.

גָּמַז rad. inus. prob. i. q. גָּמַד *abscidit*, unde arab. جميز acutus ingenii, et جميز sycomorus, a secando dicta (v. בָּלַס). Inde

גִּמְזוֹ (i. q. גִּמְזוֹן locus sycomoris ferax) n. pr. oppidi tribus Judae 2 Par. 28, 18.

גָּמַל fut. יִגְמֹל 1) *tribuit, praestitit* alicui (bonum vel malum), sq. gem. acc., altero personae, altero rei (cf. graec. *εὖ, κακῶς πράττειν τινά*). 1 Sam. 24, 18: אַתָּה גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה *tu mihi benefecisti*. Gen. 50, 15: *omnia mala* אֲשֶׁר גָּמַלְנוּ אֹתוֹ *quae ei intulimus*. V. 17. Prov. 3, 30. 31, 12. Jes. 63, 7, sq. לְ pers. Jes. 3, 9: גָּמְלוּ לָהֶם רָעָה *sibi ipsis mala inferunt*. Ps. 137, 8: גְּמוּלֵךְ שֶׁגָּמַלְתְּ לָנוּ *id quod nobis intulisti*. — 2) *benefecit* alicui. Prov 11, 17: גֹּמֵל נַפְשׁוֹ *sibi ipsi benefacit*, sq. עַל Ps. 13, 6. 116, 7. 119, 17. 142, 8. — 3) *retribuit, rependit* alicui bonum malumve, sq. acc. Ps. 18, 21: יִגְמְלֵנִי יְהוָה כְּצִדְקִי *rependit mihi Deus pro iustitia mea*, עַל 2 Par. 20, 11. Ps. 103, 10, לְ Deut. 32, 6 (nisi aliter divisis vocibus הַל יְהוָה etiam h. l. accusativus personae est). — 4) *ablactavit* infantem. Jes. 28, 9 (ubi מֵחָלָב additur). Jes. 11, 8. 1 Reg. 11, 20. — 5) *maturavit* fructus. Num. 17, 23. Intrans. *maturuit*. Jes. 18, 5.

Not. Significationem primariam reliquarumque originem et cohaerentiam bene illustravit Alb. Schultensius (ad Prov. 3, 30) cl. arab. غمل pr. operuit fomentis ad ciendum calorem, *fovit*, quae fovendi et calefaciendi notio translata est a) ad fructus maturandos, b) ad puerum ablactatum, c) ad beneficia, quae in aliquem congerimus quibusque eum quasi fovemus, nec a veri specie alienum, tale vc. postea etiam in malam partem versum esse (v. בָּשַׁר).

Ni. pass. no. 4. Gen. 21, 8. 1 Sam. 1, 22.

Derivv. גְּמוּל, גְּמוּלָה, תַּגְמוּל, et n. pr. גַּמְלִיאֵל.

גָּמָל plur. גְּמַלִּים comm. *camelus, camela* (Gen. 32, 16). Reperitur hoc vc. in omnibus linguis semiticis, et praeterea non solum in graeca et lat., sed etiam in aegypt. (ϪⲀⲘⲞⲨⲖ, ϬⲀⲘⲞⲨⲖ) et sanscridanicâ sub forma *kramêla, kramêlaka*. Bochartus (Hieroz. I, p. 75 sq.) aliique ducunt a גָּמַל retribuit, quod camelus animal sit *μνησίκακον*. Magis probabile fuerit, גָּמָל adoptasse vim cognati حمل portavit.

גְּמַלִּי (qui camelos possidet, l. qui camelo vehitur) n. pr. m. Num. 13, 12.

גַּמְלִיאֵל (beneficium Dei) *Gamaliel*, n. pr. m. Num. 1, 10. 2, 20. 7, 55.

גָּמַם rad. inusit. i. q. עָמַם (quod vide) *congregavit, coniunxit, cumulavit*, cf. جَمَّ cumulum adiecit, auxit, et intrans. cumulatus, multus fuit. Inde גַּם et מְגַמָּה.

גָּמַץ rad. Hebraeis inusit. *fodit* v. גּוּמָּץ.

גָּמַר fut. יִגְמֹר 1) *perfecit, absolvit*. Ps. 57, 3: אֵל גֹּמֵר עָלָי *Deus qui perficiet pro me* i. e. causam meam aget. Ps. 138, 8 sq. בְּעַד. 2) intrans. *desiit, defecit*. Ps. 7, 10. 12, 2. 77, 9. (In diall. aramaeis haec radix utroque significatu frequentissima est).

גְּמַר chald. id. Part. pass. גְּמִיר *perfectus, absolutus* in arte vel doctrina. Esr. 7, 12.

גֹּמֶר *Gomer* n. pr. 1) populi borealis Japheto oriundi (Gen. 10, 2), a quo Togarma s. Armeni descendisse dicuntur (Gen. 10, 3), quique in exercitu Magogitarum una cum Togarma commemoratur (Ez. 38, 6). Probabiliter intelligendi *Cimmerii* (*Κιμμέριοι*) Chersonesum Tauricam cum regionibus vicinis ad Tanais et Istri ostia habitantes, incursionibus in Asiam minorem sexto ante Christum seculo factis famosi (Herod. I, 6. 15. 103. IV, 1. 11. 12). Apud Arabes huius regionis populi traiectis litteris vocantur قِرْم, unde hodieque *Krim* pro Chersoneso Taurica, et بَحْرُ ٱلْقِرْم mare Cimmerium de ponto euxino. Wahlius (Altes und neues Asien I, p. 274) comparat *Gamir*, quod apud Armenios Cappadociae nomen fuit. 2) uxoris Hoseae prophetae, mulieris meretriciae Hos. 1, 3. (Appell. i. q. جَمْر carbones).

גְּמַרְיָה (quem Jehova perfecit) n. pr. m. Jer. 29, 3.

גְּמַרְיָהוּ (id.) n. pr. viri ex optimatibus tempore Jeremiae Jer. 36, 10—12.

גַּן c. Suff. גַּנִּי comm. (f. Gen. 2, 15) *hortus*, maxime *arboretum* (pr. locus sepe munitus et protectus, a rad. גָּנַן). Gen. 2, 8 sq. גַּן הַיָּרָק viridarium. Deut. 11, 10. 1 Reg. 21, 2. גַּן עֵדֶן hortus Edeniticus a Deo plantatus Gen. 3, 24. Joël 2, 3, etiam גַּן אֱלֹהִים 28, 13. 31, 8. 9 et גַּן יְהוָה dictus Gen. 13, 10. Jes. 51, 3. *Hortus clausus* Cant. 4, 12 figurate de muliere casta. Plur. גַּנִּים Cant. 4, 13. 6, 2.

גָּנַב fut. יִגְנֹב 1) *furatus est, furto abstulit, surripuit*. (Videtur autem hoc verbum denominativum esse ab arab. جَنْب latus, chald. גַּב, et proprie valere *ad latus ponere*, nostr. *auf die Seite bringen*. Hinc جَنَب multas habet significationes a notione lateris ductas, ut fregit latus, duxit a latere). Sq. acc. rei Gen. 31, 19. 30. 32 et personae 2 Sam. 19, 42. Deut. 24, 7. Iob. 21, 18: וּכְמֹץ גְּנָבַתּוּ סוּפָה *et sicut palea, quam turbo aufert*. 17, 20. Part. pass. cum Jod parag. גְּנֻבְתִי Gen. 31, 39. — 2) *fefellit*, ut graec. *κλέπτειν*. Gen. 31, 27: וַתִּגְנֹב אֹתִי fefellisti me. Maxime sq. לֵב pr. *fefellit cor* i. e. intellectum alicuius, ut *κλέπτειν νόον* Hom. Il. 14, 217. V. 20: וַיִּגְנֹב יַעֲקֹב אֶת־לֵב לָבָן *et fefellit Jacobus Labanum*. V. 26. Vide L. de Dieu ad Gen. l. c. et Joh. 10, 24.

Niph. pass. no. 1. Ex. 22, 11.

Piel i. q. Kal 1) *furatus est*. Jer. 23, 30. 2) sq. לֵב *fefellit*. 2 Sam. 15, 6. *Pu.* pass. Iob. 4, 12: אֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב *furtim s. clam ad me delatum est oraculum*. Inf. absol. גֻּנֹּב Gen. 40, 15.

Hithp. *furtim egit*, sq. Gerun-

dio. 2 Sam. 19, 4: וַיִּתְגַּנֵּב הָעָם בַּיּוֹם הַהוּא לָבוֹא הָעִיר *et populus illo die furtim ingrediebatur in urbem.* (Syr. ܓܢܒ ܢܦܫܗ subduxit se). Inde

גַּנָּב m. *fur.* Ex. 22, 1. 6. 7. Item

גְּנֵבָה f. *furto ablatum.* Ex. 22, 3.

גְּנֻבַת (furtum) n. pr. m. 1 Reg. 11, 20.

גַּנָּה f. a גַּן *hortus.* Jes. 1, 30. Iob. 8, 16. Plur. גַּנּוֹת Am. 4, 9. 9, 14. Rad. גָּנַן.

גִּנָּה f. id., sed nonnisi in sequiore Hebraismo. Esth. 1, 5. 7, 7. 8. Cant. 6, 11. Rad. גָּנַן.

גָּנַז rad. inusit. i. q. arab. جنز et chald. גְּנַז abscondit, in thesauro reposuit. Vicinae radd. sunt כָּנַס, كنس, كنز, כָּנַשׁ, et transp. נָכַס, סָכַן, חָסַן, خزن. Inde

גְּנָזִים st. cstr. גִּנְזֵי 1) *thesauri.* Esth. 3, 9. 4, 7. 2) *cistae,* in quibus merces pretiosiores reconduntur. Ez. 27, 24.

גִּנְזִין chald. plur. m. *thesauri, gazae.* Esr. 7, 20. בֵּית גִּנְזַיָּא gazophylacium. Esr. 5, 17. 6, 1. Cf. גִּזְבָּר.

גַּנְזַךְ m. plur. ־כִּים *gazophylacia* templi. 1 Par. 28, 11. (Terminatio ַךְ, ֵךְ in aliis quoque vocibus chaldaeis, ut דֵּךְ, אִלֵּךְ, obvia est. Cf. Lgb. p. 516).

גָּנַן (vic. כָּנַן, עָנַן) pr. *texit, obtexit,* i. q. arab. جنّ, translate *protexit,* ubique de Deo homines protegente, sq. עַל, ut verba tegendi (v. עַל no. 2, a). 2 Reg. 20, 6: וְגַנּוֹתִי עַל־הָעִיר הַזֹּאת *et protegam hanc urbem.* Jes. 37, 35. 38, 6, אֶל 2 Reg. 19, 34. Praet. גַּנּוֹתִי, Inf. absol. גָּנוֹן Jes. 31, 5.

Hiph. fut. יָגֵן i. q. Kal. Jes. 31, 5. Zach. 9, 15 (sq. עַל), 12, 8 (sq. בְּעַד, v. בַּעַד no. 4).

Derivv. גַּן, גַּנָּה, גִּנָּה, מָגֵן, מְגִנָּה.

גְּנַת v. chald. גַּף.

גִּנְּתוֹן (hortulanus) n. pr. m. Neh. 10, 7. 12, 6. Comm. 4 vitiose legitur גִּנְּתוֹי.

גָּעָה *mugiit* bos, rad. onomatopoëtica 1 Sam. 6, 12. Iob. 6, 5. Talm. id. Syr. ܓܥܐ clamavit, vociferatus est. Respondet gr. γοάω, sanscr. *gau,* malab. *ko,* pers. كاو, گاو *kau, gau* bos, lat. *ceva* i. e. vacca Col. 6, 24 fin., in lingg. germ. *Ko, Cow, Kuh* vacca a mugiendo). Inde

גֹּעָה (mugiens) n. pr. loci prope Hierosolyma. Jer. 31, 39.

גָּעַל *fastidivit, cum fastidio abiecit, respuit.* (Chald. Ithpe. pollutus, impurus fuit, v. גָּאַל no. II, unde notio fastidii derivari potest, nimirum pro impuro, sordido habuit, cf. זָהַם). Saepe dicunt גָּעֲלָה נַפְשִׁי אֵת anima mea fastidit aliquid, Lev. 26, 11. 15. 30. 43, sq. בְּ Jer. 14, 19, et sine נֶפֶשׁ Lev. 26, 44. Ez. 16, 45.

Niph. abiectus est. 2 Sam. 1, 21: כִּי־שָׁם נִגְעַל מָגֵן גִּבּוֹרִים *ibi enim abiectus est clypeus heroum,* ut bene Vulg. LXX προςωχθίσθη.

Hiph. i. q. Kal Iob. 21, 10: שׁוֹרוֹ עִבַּר וְלֹא יַגְעִל *bos* i. e. vacca *eius concipit nec respuit* sc. tauri semen, i. e. abortum non patitur. Vulg. bos eorum concepit, et non abortivit, neque aliter Aqu. Symm. LXX. Malim tamen fere *taurus eius init* vaccam, *neque abiicit* sc. semen i. e. non frustraneus est coitus, concipiunt vaccae, ita ut in priore hemistichio de coitu prospero et fecundante, in posteriore de partu felici agatur.

גַּעַל (fastidium) n. pr. m. Iud. 9, 26. 28. 30.

גֹּעַל *fastidium.* Ez. 16, 5: בְּגֹעַל נַפְשֵׁךְ *cum fastidio animae tuae* i. e. ita ut te ipsam fastidires, i. q. בְּגָעֳלֵךְ; non, ut alii volunt, *cum fastidio vitae tuae.*

גָּעַר fut. יִגְעַר *increpuit, obiurgavit* aliquem, ut pater filium Gen. 37, 10: וַיִּגְעַר בּוֹ אָבִיו *et increpuit eum pater eius.* Ruth 2, 16. Jer. 29, 27. Cstr. c. acc. et בְּ. (Syr. ܓܥܪ id. Aeth. ገዐረ: clamavit. Affine est arab. جأر mugivit, alta voce rogavit, supplicavit cum gemitu et planctu). Saepe dr. de Deo, hostes suos increpante Jes. 17, 13. 54, 9. Ps. 9, 6. 68, 31. 119, 21, maxime ut eos compescat et absterreat a conatibus impiis Zach. 3, 2: יִגְעַר יְהוָֹה בְּךָ הַשָּׂטָן *Dominus increpet te, Satana!* i. e. cohibeat, coerceat te. Mal. 3, 11: גָּעַרְתִּי לָכֶם בָּאֹכֵל *coercebo vobis* (in vestrum commodum) *comestorem* i. e. animalia voracia et noxia. 2, 3: הִנְנִי גֹעֵר לָכֶם אֶת־הַזֶּרַע *ecce increpabo vobis semen,* i. e. vetabo semini, ne in horrea vestra intret, denegabo vobis messem vestram. Refertur etiam ad mare, quod a Deo increpatum exarescit. Ps. 106, 9. Nah. 1, 4. Inde מִגְעֶרֶת et

גְּעָרָה *increpatio, obiurgatio* Prov. 13, 1. 17, 10. Eccl. 7, 5. Jes. 30, 17, etiam de Deo hostes increpante, iisque exitium parante Ps. 76, 7. 80, 7, mare compescente, ut exarescat Ps. 104, 7. Jes. 50, 2.

גָּעַשׁ pr. *feriit, quassavit,* germ. *stoſsen.* (Syr. ܓܥܫ cornu petiit, *stoſsen*). Dein in coniugationibus passivis *concussus, commotus est,* pr. *hin- und hergestoſsen werden.* Et semel ita in Kal Ps. 18, 8: וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ *concussa est et contremuit terra.* In loco gemino 2 Sam. 22, 8 legitur Hitl.pa., in quo haec significatio crebrior est, scriptor tamen prima coniugatione intransitive usus esse videtur propter paronomasiam verborum הִגְעֵשׁ, תִּרְעַשׁ.

Pu. גֹּעַשׁ id. Iob. 34, 20: יְגֹעֲשׁוּ עָם וְיַעֲבֹרוּ *commoventur* i. e. vacillant *populi et pereunt.*

Hithpa. commotus est, de terra Ps. 18, 8 et 2 Sam. 22, 8 fin., de fluctibus Jer. 5, 22. 46, 7. 8.

Hithpo. vacillavit, titubavit ebrius. Jer. 25, 16.

גַּעַשׁ (concussio, terrae motus) n. pr. montis in montanis Ephraim, Jos. 24, 30. Iudd. 2, 9. Inde נַחֲלֵי גַעַשׁ *valles Gaas,* illi monti subiectae. 2 Sam. 23, 30. 1 Par. 11, 32.

גַּעְתָּם (tactus eorum) n. pr. Gen. 36, 11. 16.

גַּף m. (a rad. גָּפַף) 1) *dorsum* i. q. גַּב. עַל גַּפֵּי super dorsum i. e. super, i. q. chald. עַל גַּבֵּי. Prov. 9, 3. — 2) *corpus.* Inde בְּגַפּוֹ cum (solo) corpore suo i. e. caelebs, sine uxore et liberis. Ex. 21, 3. 4. LXX. *μόνος.*

גַּף chald. *ala.* Plur. גַּפִּין Dan. 7, 4. 6, syr. ܓܶܦܳܐ, cf. supra hebr. אֲגַפִּים. Dorsi significatio in lingua hebraea ad quamlibet superficiem et nominatim latus relata est, a latere fluxit alae significatus. Secundariae sunt radd. med. Nun גָּנַב, arab. جنف declinavit ad latus.

גָּפַן rad. inusit. i. q. גָּבַן *curvus, inflexus fuit.* Inde apud Arabes جَفْن cilium, palpebrae, it. palmes, *Weinrebe,* ab inflectendo dictus. Vide plura de hac rad. ab Etymologis male tractata Thes. p. 298.

גֶּפֶן c. Suff. גַּפְנִי plur. גְּפָנִים comm. (m. rarius Hos. 10, 1. 2 Reg. 4, 39) *palmes,* et planta palmites habens, maxime *vitis,* quae tamen,

ubi maiore accuratione opus videbatur, ut in legibus, גֶּפֶן הַיַּיִן vocatur Num. 6, 4. Iudd. 13, 14, raro de aliis plantis similibus, ut גֶּפֶן שָׂדֶה 2 Reg. 4, 39 palmes agrestis, in quo cucumeres agrestes crescunt. Creberrime dein simpl. *vitem* denotat Gen. 40, 9. Jes. 7, 23. 24, 7. 32, 12. Iudd. 9, 13 sq. *Vitis generosa* figurate designat generosiorem hominum indolem Jer. 2, 21 (cf. Jes. 5, 2), et contra *vitis peregrina, vitis Sodomitica* (Jer. l. c. Deut. 32, 32) indolem ignobilem et degenerem, ad posterius cf. de pomis Sodomiticis Jos. bell. iud. IV, 8 §. 4.

גָּפַף rad. inusit., i. q. גָּבַב *incurvatus est, more gibbi.* Inde גַּף, אֲגַפִּים.

גָּפַר rad. inusit., prob. i. q. כָּפַר et غفر *texit, obduxit.* Inde ἅπαξ λεγόμ.

גֹּפֶר Gen. 6, 14 pr. *picem* i. q. כֹּפֶר notasse suspicor, et עֲצֵי גֹפֶר interpretor: *arbores piceas, resinosas,* quales sunt pinus, abietes, cupressi, cedri aliaeque huius generis arbores fabricandis navibus adhibitae. V. גָּפְרִית. E recentioribus Bochartus (Phaleg I, 4) et Celsius (Hierob. 328) haud male spec. κυπάρισσον, *cupressum*, intelligunt, ad litterarum etiam similitudinem non temere provocantes.

גָּפְרִית f. pr. ni fallor, *pix*, cuius nomen dein ad alias materias ardentes translatum est, spec. *sulphur.* (Syr. ܟܒܪܝܬܐ et ܟܘܒܪܝܬܐ, arab. كِبْرِيتٌ unde كَبْرَتَ sulphure illevit, chald. גֻּפְרִיתָא, כּוּבְרִיתָא, גּוּפְרִיתָא id.) Gen. 19, 24. Deut. 29, 22. Jes. 30, 33. 34, 9. Iob. 18, 15.

גֵּר f. גֵּרָה *inquilinus* v. rad. גּוּר no. 1.

גֵּר m. *peregrinus, hospes, alienigena,* homo *extra patriam degens.* Gen. 15, 13. Ex. 2, 22. 18, 3. 22, 20 cet. Saepe iungitur syn. תּוֹשָׁב advena, accola (cf. Mich. in Jur. mos. 2, §. 38) Gen. 23, 4, opp. אֶזְרָח indigena Exod. 12, 19. Jes. 5, 17 גָּרִים videntur *pastores nomadesque peregrini* cum gregibus in terra oberrantes, quales olim Hebraei fuerant in terra Cananaea, et Rechabitae erant Jeremiae tempore. C. Suff. גֵּרְךָ, גֵּרוֹ peregrinus, hospes tuus, eius i. e. in patria (non in domo) tua, eius degens. Exod. 20, 10. Deut. 5, 14. 24, 14. 31, 12.

גִּר calx, v. גִּיר.

גֻּר *catulus leonis,* v. גּוּר.

גֵּרָא (i. q. גֵּרָה granum) n. pr. 1) filii Benjamin Gen. 46, 21. 2) Iudd. 3, 15. 3) 1 Par. 8, 7. 4) 8, 3. 5. 5) 2 Sam. 16, 5.

גָּרַב rad. inusit. pr. *scabit, rasit,* quam notionem plures radd. a גר ordientes prae se ferunt radendi sonum imitantes, v. גָּרַן, גָּרַם, גָּרַד, גָּרַע, גָּרַר. Refertur ea postea ad asperitatem (v. גֵּרָה, גָּרָל). Arab. جَرِبَ scabiosus fuit, جَرَبٌ scabies, syr. ܓܰܪܒܳܐ lepra, nostr. *Krätze, kratzen.*

גָּרָב m. *scabies*, fort. scabiei quoddam genus malignum. Lev. 21, 20. 22, 22. LXX ψώρα ἀγρία. Vulg. scabies iugis.

גָּרֵב (scabiosus) n. pr. 1) tribuni militum Davidis 2 Sam. 23, 38. 1 Par. 11, 40. 2) collis in vicinia Hierosolymorum Jer. 31, 39.

גַּרְגַּר pl. גַּרְגְּרִים m. *bacca,* a forma rotunda et volubili dicta, v. גָּרַר no. 5 i. q. גַּלְגַּל Jes. 17, 6. In Mischna id. Arab. جُرْجُرٌ.

גַּרְגְּרוֹת pl. f. *guttur, fauces* (cf.

gurges, Gurgel) i. q. גָּרוֹן, ubique tamen de collo exteriore Prov. 1, 9. 3, 3. 22. 6, 21. (Sing. גרגרת legitur in Mischna, Cholin 2, 4. 3, 3).

גִּרְגֵּשׁ quadril. inusit. Chald. גַּרְגִּשְׁתָּא argilla, gleba, syr. ܓܪܓܫܬܐ, arab. جرجس coenum nigrum. Inde

גִּרְגָּשִׁי (in solo argillaceo habitans) *Girgasaeus* coll. *Girgasaei*, populus Cananiticus, de cuius sedibus ex ipso V. T. non constat Gen. 10, 16. 15, 21. Jos. 24, 11. LXX. cum Josepho Ant. 1, 6 §. 2 *Γεργεσαῖος*. Euseb. in Onom. s. v. *Γεργασεί* eum trans Jordanem habitasse tradit.

גָּרַד in Kal inusit., chald. syr. arab. גְּרַד *scabit, rasit*, rad. sonum imitans, cf. חָרַת, חָרַשׁ, חָרַס, חָרַט, *χαράττω*, خارش, غرشين, et e linguis occidentalibus *grattare, gratter, to grate, to scratch, kratzen*. Cf. ad גָּרַב.

Hithpa. scalpsit se (testa) ad pruritum sedandum. Iob. 2, 8.

גָּרָה in Kal inus. pr. *asper* fuit (a radendo, cf. radd. גר ordientes), spec. de asperitate gutturis i. q. גָּרַר no. 3 (unde גָּרוֹן guttur); refertur dein ad morositatem, austeritatem proclivitatem ad iram, arab. غرى irae indulsit, IV. instigavit v. c. canem (aram. גְּרֵי, ܓܪܐ, ܐܓܪܝ irritavit, cf. germ. *kratzig, griesgramig* de homine moroso).

Pi. גֵּרָה *excitavit* litem. Prov. 15, 18: אִישׁ חֵמָה יְגָרֶה מָדוֹן *iracundus excitat litem.* 28, 25. 29, 22.

Hithpa. pr. *se ipsum*] *excitavit* ad iram, ad litem, ad pugnam, inde 1) *irritatus, ira percitus est.* Prov. 28, 4: שֹׁמְרֵי תוֹרָה יִתְגָּרוּ בָם *legis observantes irati sunt contra eos.* Dan. 11, 10 init. — 2) *bellum iniit* c. aliquo, sq. בְּ. Deut. 2, 5. 19: אַל־תִּתְגָּר בָּם *ne bellum cum iis geras.* Comm. 9 et 24 insuper additur מִלְחָמָה. גֵּרָה בַּיהוָה bellum iniit cum Jehova Jer. 50, 24. 2 Reg. 14, 10: לָמָּה תִתְגָּרֶה בְּרָעָה *quare lacesses* ad pugnam provocabis *infortunium?* Absol. Dan. 11, 10: יִתְגָּרֶה עַד־מָעֻזּה *bellum geret* penetrabit *usque ad arcem eius.* Vers. 25: יִתְגָּרֶה לַמִּלְחָמָה *excitabit se* surget *ad pugnam.*

Deriv. תִּגְרָה.

גֵּרָה f. 1) *ruminatio*, cibus, quem ruminando ex imo retrahit iumentum, arab. جرّة, v. rad. גָּרַר no. 3.

De quadrupede ruminante dr. הֶעֱלָה גֵרָה Lev. 11, 3 sq. Deut. 14, 6. 7, et גָּרַר גֵּרָה Lev. 11, 7. 2) *granum, faba* a volvendo et forma rotunda dicta i. q. גַּרְגַּר, v. rad. no. 5, dein de *pondere* et *nummo* Hebraeorum *minimo, vicesima sicli parte* Ex. 30, 13. Lev. 27, 25. Num. 3, 47. 18, 16. Valde enim probabile, Hebraeos, pariter atque Graecos et Romanos, in hac re siliquae s. ceratii fabis usos esse, quemadmodum hodieque hordei et piperis granis utuntur.

גָּרוֹן cstr. גְּרוֹן m. *guttur*, ita dictum utpote raucum raucosque sonos edens (v. גָּרָה, גָּרַר no. 3, גַּרְגְּרוֹת (cf. Ps. 69, 4). Memoratur tanquam instrumentum loquelae. Ps. 115, 7. 149, 6. 5, 10: קֶבֶר פָּתוּחַ גְּרוֹנָם *sepulcrum apertum* est *guttur eorum.* Significantur sermones blandi aliis hominibus sepulcri patentis instar exitium parantes. Jes. 58, 1: קְרָא בְגָרוֹן *clama gulture* i. e. plena voce, pleno ore. Qui enim voce submissa loquuntur, labiis tantum et anteriore clausi oris parte utuntur (1 Sam. 1, 13), qui alta voce clamant, hi ore aperto e gutture et pectore verba propulsant. Contemtim dr. de exteriore collo,

ut lat. *guttur, gula.* Jes. 3, 16: נְטוּיוֹת גָּרוֹן *gutture in altum erecto.* Ez. 16, 11.

גֵּרוּת f. *hospitium*, rad. גּוּר no. 1. Jer. 41, 17.

גָּרַז rad. in Kal inusit. i. q. גָּזַר (q. v.), arab. جرز *secuit, resecuit, segregavit*, it. comedit, voravit, unde sam. [Samaritan] locusta.

Niph. i. q. גָּזַר Niph. no. 2. Ps. 31, 23: נִגְרַזְתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *excisus s. exclusus sum e conspectu tuo*, cf. נִגְזַר Ps. 88, 6. 14 codd. etiam Ps. 31 scribunt נגזרתי.

גִּרְזִי (ad formam פִּרְזִי) vel **גִּזְרִי** (in terra deserta habitans, cf. arab. جُرْز terra sterilis) *Gerizaeus*, vel *Girzaeus*, n. pr. populi in vicinia Philistaeae a Davide debellati, 1 Sam. 27, 8 Chethibh.

גְּרִזִּים, ubique הַר גְּרִזִּים *mons Garizim*, mons in montanis tribus Ephraim, e regione montis Ebal situs (Deut. 11, 29. 27, 12. Jos. 8, 33) in quo post exilium templum a Samaritanis, domestici cultus sedes futura, exstructum est (Jos. Arch. XI, 7 §. 2. 8, §. 2. 4. 6). De cod. sam. scriptura Deut. 27, 4 vide Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 61. Quod ad originem attinet, הַר גְּרִזִּים putem proprie *montem Gerizaeorum* notare (v. גִּרְזִי), ab illius gentis colonia quadam, quae ibi forte consederit, pariter atque Amalecitae, Gerizaeis vicini, alii in eadem tribu monti nomen (הַר הָעֲמָלֵקִי Iudd. 12, 15) dederunt.

גַּרְזֶן m. *securis*, a secando dicta, instrumentum lignarii Deut. 19, 5. 20, 19. Jes. 10, 15, lapidarii 1 Reg. 6, 7. Vocabula cognata sunt كِرْزَن, كِرْزِيم, كِرْزِين, كِرْزَم, كَرْزَن securis.

גָּרַל rad. inusit. emollita ex גָּרַר (ut חָרַל ex חָרַר ussit) *asperitatis* vim habens, maxime de *solo aspero, glareoso*, squarroso, in quo pes sonum radentem et verrentem edat, inde arab. جَرَلٌ locus glareosus, جَرْلٌ glarea. Inde hebr. גּוֹרָל pr. *lapillus*, hinc *sors*, gr. transp. *ΚΛηΡος*, lat. *GLaRea*, et arab. جَرِلَ lapidosus fuit Kam. p. 1412, quod ductum est a nomine جَرْلٌ lapides, unde etiam جَرِلٌ locus lapidosus.

גְּרַל *asper, morosus* (*grämlich, g r o l l i g, g r i l l i g* dixeris eiusdem stirpis vocabulo germanico Prov. 19, 19 Cheth. גְּרַל־חֵמָה *asper irae*, i. e. irae asperae, iracundus et asper. Omnes Verss. exprimunt Keri: גְּדָל חֵמָה, quod tamen nimis dilutum videtur.

גֹּרָל v. גּוֹרָל.

גָּרַם pr. *resecuit*, ut syr. ܓܪܡ, et arab. جَرَمَ. In V. T. semel sq. dat. *reposuit, asservavit.* Zeph. 3, 3: לֹא גָרְמוּ לַבֹּקֶר *nihil reponunt in diem crastinum.* Optime ita LXX οὐχ ὑπελίποντο. Vulg. *non relinquebant ad mane.* Cf. אָצַל לְ Gen. 27, 36, adde جَرَمَ Cor. 11, 87.

Pi. גֵּרֵם (denom. a גֶּרֶם) *ossa derosit.* Num. 24, 8: *comedit gentes, hostes suos*, וְעַצְמֹתֵיהֶם יְגָרֵם *et ossa eorum derodit.* Hinc translate Ez. 23, 34: *ebibes et exsuges illud* (poculum) וְאֶת־חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי *et testes eius rodes* i. e. lambes, ne guttam quidem vini in illo relictura.

גֶּרֶם m. 1) *os* i. q. עֶצֶם, sed rarius et nonnisi poët. Prov. 17, 22. 25, 15. Plur. Iob. 40, 18. (Syr. chald. ܓܪܡܐ, ܓܪܡܐ, גַּרְמָא, sam. [Samaritan] id., arab. جِرْمٌ corpus. Littera r

et sibilo inter se permutatis vicinum est גֶּשֶׁם, جسم et ipsum עֶצֶם.

2) *corpus*, ut apud Arabes. Gen. 49, 14: חֲמוֹר גֶּרֶם *asinus* magni et validi *corporis* i. e. validus, robustus. Vulg. asinus fortis. (Ita etiam Arabes جِرْم *corpus* in laude iumenti ponunt, ut فرس جرم equus magni corporis, حمار جرم asinus validus: idemque peculiari adiectivo جريم exprimitur. 3) *substantia* rei, res *ipsa*, ut עֶצֶם os, ipse. 2 Reg. 9, 13: *et singuli sumebant vestes suas eique substernebant* אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת *super gradus ipsos*.

גְּרַם chald. *os*. Dan. 6, 25.

גַּרְמִי (osseus) n. pr. viri 1 Par. 4, 19.

גָּרַן rad. inusit. Arab. جرن *laevigavit, detersit*, vic. rad. גָּרַם aliisque a גר ordientibus.

גֹּרֶן c. Suff. גָּרְנִי, cum He parag. גֹּרְנָה Mich. 4, 12. Plur. גֳּרָנוֹת Joel 2, 24, estr. גָּרְנוֹת Hos. 9, 1 m. *area*, pr. locus exaequatus, complanatus. (Arab. جرن, جرين, مجرن id.). Dicitur a) de area ante portas urbium, alibi רְחֹב dicta, 1 Reg. 22, 10. 2 Par. 18, 9. b) maxime de area, in qua fruges triturantur. Ruth 3, 2 sq. Iud. 6, 37 cet. תְּבוּאַת גֹּרֶן proventus areae i. e. fruges. Num. 18, 30. Jes. 21, 10: בֶּן־גָּרְנִי *fili areae meae* i. e. o gens patria, quae nunc conculcata et fracta es, ut fruges in area solent. Parall. מְדֻשָׁתִי tritura mea. Cf. Mich. 4, 12. 13. Met. de ipso frumento. Iob. 39, 12.

גָּרַס pr. *radendo, scabendo contrivit, comminuit* et generatim *comminuit*, maxime in partes grossiores (cf. דָּכָא, דָּכַךְ). Ita syr. ܓܪܣ, arab. جرش, cf. hebr. עֶרֶס, unde עֲרִיסָה polenta, *Gries, Grütze*. In V. T. semel intrans. Ps. 119, 20: גָּרְסָה נַפְשִׁי לְתַאֲבָה *comminuta est anima mea desiderio*.

Hiph. comminuit, confregit. Thren. 3, 16: וַיַּגְרֵס בֶּחָצָץ שִׁנָּי *comminuit glarea dentes meos*, figurate pro conditione longe molestissima et infelicissima. Vide infra גָּרַשׁ.

גָּרַע fut. יִגְרַע pr. *scabit, rasit* (ut plurima verba a גר ordientia), inde 1) *abrasit* barbam (ut syr. ܓܪܥ) Jer. 48, 37, sec. nonnullos codd. Jes. 15, 2 (v. ad גָּדַע). Congruit gr. *κείρω, scheeren*. Inde 2) generatim *detraxit* (cogn. *χῆρος*, et intrans. *careo*). Jer. 26, 2: אַל־תִּגְרַע דָּבָר *nec quidquam inde detrahes* sq. מִן Iob. 36, 7. Saepe גָּרַע מִן valet: *detraxit (aliquid) de* aliqua re, ita quidem, ut accusativus partis detractae omittatur, cf. opp. הוֹסִיף no. 2. Deut. 4, 2. 13, 1. Ex. 5, 8. 19. Eccl. 3, 14. Hinc c. acc. *diminuit*, pr. detraxit de. — Ex. 21, 10. Ez. 16, 27. Iob. 15, 4: וְתִגְרַע שִׂיחָה לִפְנֵי אֵל *et diminuis infringis pietatem erga Deum*. Sq. אֶל *attraxit* i. e. *asservavit, recondidit sibi, für sich behalten*, cf. גָּרַם. Iob. 15, 8 *num auscultasti in consessu Dei* וְתִגְרַע אֵלֶיךָ חָכְמָה *omnemque sapientiam attraxisti*. Cognatus est Arabum usus, apud quos جرع est sorpsit, deglutiit.

Pi. i. q. Kal no. 2. *attraxit*. Iob. 36, 27: כִּי יְגָרַע נִטְפֵי־מָיִם *postquam attraxit* sursum traxit (Deus) *guttas aquae*.

Niph. 1) pass. Kal no. 2. *detractus est*. Constr. vel ita, ut res detrahenda diserte notetur Num. 27, 4. 36, 3, vel ita ut suppleatur, נִגְרַע מִן detrahitur (aliquid) de re,

imminuitur res. Num. 36, 3 fin. Exod. 5, 11. Levit. 27, 18. Hinc 2) *imminutum, inferiorem esse.* Num. 9, 7.

Deriv. מִגְרָעוֹת.

גָּרַף 1) *rapuit, abripuit, everrit.* (Est onomatopoëtici quiddam in hac radice, tum in litteris גר, quae radendi, scabendi notionem inferunt, v. ad rad. גרב, tum in syllaba רף cf. *rapere, raffen.* Arab. جرف averrit, abstersit, ut lutum pala. Conj. II. abstulit, asportavit, ut fluvius partem ripae, جُرْف, جُرُف litus aquae fluxu exesum. Aeth. ገሬፍ: verriculum, sagena. Chald. et Talmud. verrit, syr. ܓܪܘܦ de aqua res obvias asportante). Semel in V. T. Iudd. 5, 21: נַחַל קִישׁוֹן גְּרָפָם *Kison rivus abripuit eos.* LXX ἐξέσυρεν. Vulg. traxit cadavera eorum. 2) *corripuit,* inde אֶגְרוֹף pugna. Vide etiam מַגְרֵפָה.

גָּרַר rad. onomatop. pr. *radendi, verrendi, serrandi* similesque sonos raucos, ut quales in gutture proveniunt, exprimens, cf. gr. σαίρω, σαρόω, σύρω, lat. *sario, sarrio, serro, verro, garrio,* nostr. *zerren, scharren, schüren, scheuern, kehren* (v. etiam אָגַר). Spec.

1) *traxit, rapuit,* pr. ita ut terram *verras,* nostr. *zerren.* (Syr. et arab. id.). Hab. 1, 15. Prov. 21, 7 v. Hithp.

2) *serravit, serrâ dissecuit.* Syri et Arabes hunc significatum celebrant in forma cognata נגר. Inde מְגֵרָה serra. V. *Poal.*

3) *gargarizavit, sonos raucos in gutture produxit.* Cf. arab. جَرْجَر, غَرْغَر, quod varios sonos gutturales notat, tum liquore, tum voce editas, *schlürfen, schnarren, schnarchen, gurgeln,* γαργαρίζω, *gargariser.*

4) *ruminavit* i. e. cibum *per guttur sursum traxit* et denuo manducavit. Ita Fut. יִגַּר Lev. 11, 7, arab. جرّ IV et VIII, syr. ܐܬܓܘܪ. Potest haec forma vel pro Kal haberi chaldaizante, vel pro Niph., quemadmodum Syri et Arabes formis passivis s. reflexivis hoc exprimunt, pr. ruminavit *secum.*

5) Nonnunquam haec radix de propria sua vi remisit et etiam molliorem *volvendi* sonum exprimit, alibi vicino גָּלַל propriam. Ita aeth. ተንገርገረ: volutavit se, syr. ܓܪܓܪܬܐ i. q. ܓܠܓܠܬܐ currus, et in V. T. גַּרְגַּר pro גַּלְגַּל (ut in Talmude legitur) granum. Cf. כָּרַר, כִּרְכֵּר et lat. *currere.*

Niph. 1) *corrasus est,* de opibus (cf. vic. אָגַר, quod itidem de quaestu undique collecto et corraso frequentatur). Ita haud dubie expediendum Part. plur. נִגָּרוֹת (formae chald.) Iob. 20, 28 *opes corrasae* i. q. יְבוּל in altero hemistichio. Integrum comma reddendum: *evanescet proventus domus eius, opes eius evanescent die irae eius.* 2) *ruminavit.* Vide ad Kal no. 4.

Poal. serra dissectus est. 1 Reg. 7, 9. Cf. Kal no. 2.

Hithpo. i. q. Kal no. 1. de turbine omnia qs. averrente. Jer. 30, 23.

Derivata: גָּרוֹן, גַּרְגְּרוֹת, גֵּרָה, מְגֵרָה.

גְּרָר (sec. Simon. peregrinatio, hospitium, a rad. גרר i. q. גּוּר, cf. Gen. 20, 1; fort. etiam *hydriae,* arab. جِرَار) *Gerar,* n. pr. urbis quondam regiae Philistaeorum, patriarcharum tempore Abimelecho regi parentis. Gen. 20, 1. 26, 1. נַחַל גְּרָר *vallis Gerar* Gen. 26, 17.

גָּרַשׂ i. q. גָּרַס q. v., inde

גֶּרֶשׂ c. Suff. גִּרְשָׂהּ *contusum.* Lev. 2, 14. 16.

גָּרַשׁ pr. *pepulit, rapuit* (ut chald.). In Kal spec. 1) *expulit*, ut populos ex terra. Ex. 34, 11. Sed hoc significatu longe usitatius est Piël. De inanimatis Jes. 57, 20: *impii sunt sicut mare impulsum, quod quiescere nequit* וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט *cuiusque aquae lutum coenumque eiectant.* It. *abegit, repudiavit* uxorem. Part. pass. גְּרוּשָׁה (uxor) repudiata. Lev. 21, 7. 14. 22, 13. Num. 30, 10. Ez. 44, 22. 2) *diripuit, spoliavit.* Ez. 36, 5: לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ לָבַז *ut eam* (terram) *diriperent praedae causa.* מִגְרָשׁ h. l. est infinitivus formae aramaeae. In derivatis praeterea 3) *propulit, protrusit* fructum, v. גֶּרֶשׁ, et 4) *pastum egit* pecus, v. מִגְרָשׁ.

Pi. גֵּרֵשׁ *expulit, abegit* c. acc. pers. Gen. 3, 24. 4, 14. 21, 10 et מִן loci, ex quo quis expellitur Ex. 11, 1. Iudd. 11, 7. גֵּרֵשׁ מִפְּנֵי פ׳ expulit ante aliquem, i. e. ita ut eum fugere debeas v. c. Deus Canaanitas ante Israëlem Ex. 23, 29. 31. Iudd. 2, 3. *Pu.* גֹּרַשׁ pass. Ex. 12, 39.

Niph. 1) *expulsus est.* Jon. 2, 5. 2) *abreptus est* aquarum impetu. Am. 8, 8: נִגְרְשָׁה וְנִשְׁקָה כִּיאוֹר מִצְרָיִם *abrepta est et inundata ceu fluvio Aegypti.* 3) *impulsum et commotum fuit* mare. Jes. 57, 20: יָם נִגְרָשׁ *mare impulsum.*

Derivatur inde מִגְרָשׁ et quae statim sequuntur.

גֶּרֶשׁ m. pr. quod propellitur, protruditur, hinc *proventus.* Deut. 33, 14: גֶּרֶשׁ יְרָחִים *proventus mensium*, id quod singuli menses ex terra promovent, producunt. Cf. rad. no. 3.

גְּרֻשָׁה f. *expulsio* spec. civium ex possessione sua. Ez. 45, 9.

גֵּרְשׁוֹן (expulsio) n. pr. *Gerson*, filius Levi, auctor leviticae Gersonitarum gentis Gen. 46, 11. Ex. 6, 16. Num. 3, 17 sq. Inde patron. גֵּרְשֻׁנִּי Gersonita, et collect. *Gersonitae* Num. 3, 23. 26, 57.

גֵּרְשֹׁם (expulsio i. q. גֵּרְשׁוֹן) n. pr. 1) filii Mosis et Zipporae. Ex. 2, 22. 18, 3. In priore loco etymo huius nominis ita alluditur, ut appareat scriptor illud accepisse pro גֵּר שָׁם i. q. גֵּר שָׁם *peregrinus ibi* (cf. ثَمَّ i. q. שָׁם), quo factum est, ut LXX hoc etymon magis etiam declaraturi Γηρσάμ ponerent. 2 filii Levi, qui alibi גֵּרְשׁוֹן appellatur, q. v. 3) Iudd. 18, 30. 4) Esr. 8, 2.

גְּשׁוּר (pons, arab. جِسْر, syr. ܓܶܫܪܳܐ) n. pr. *Gesura*, Syriae tractus, Tolmai regi parens, cuius filiam Davides in matrimonio habebat 2 Sam. 3, 3. 13, 37. 15, 8. E verbis 1 Par. 2, 23 colligas, *Gesuram* in vicinia Gileaditidis quaerendam esse et Gesuraeos non diversos fuisse a גְּשׁוּרִים, de quibus statim s. v. גְּשׁוּרִי agetur.

גְּשׁוּרִי *Gesuraeus*, N. gent. 1) populi ad radices Hermonis, prope Maacham, a septentrione Batanaeae et Argob provinciae degentis, finibus quidem terrae sanctae inclusi, ita tamen, ut Hebraeorum imperio non pareret. Deut. 3, 14. Jos. 12, 5. 13, 13. 1 Par. 2, 23, cf. גְּשׁוּר. Hodieque in illa regione invenitur pons (Dschisr beni Jakub), quo Jordanem traiiciunt. 2) populi in vicinia Philistaeae. Jos. 13, 2. 1 Sam. 27, 8.

גָּשַׁם in Kal inusit. *pluit*, maxime vehementius, *giefsen.*

Hiph. pluere iussit Jer. 14, 22.

גֶּשֶׁם m. pl. גְּשָׁמִים, cstr. גִּשְׁמֵי 1) *pluvia vehementior, imber*, div. a מָטָר, quod quamvis pluviam notat. Inde מְטַר גֶּשֶׁם Regengufs Zach. 10, 1, et גֶּשֶׁם מָטָר Iob. 37, 6. Idem

apparet ex epithetis, ut גֶּשֶׁם גָּדוֹל 1 Reg. 18, 45, ג׳ שׁוֹטֵף Ez. 13, 11. 13. 2) n. pr. m. Neh. 2, 19. 6, 1. 2, quod et גַּשְׁמוּ scribitur.

גֹּשֶׁם id. C. Suff. גֻּשְׁמָהּ. Ez. 22, 24.

גְּשֵׁם c. Suff. גֶּשְׁמַהּ, גֶּשְׁמְהוֹן chald. *corpus*. Dan. 4, 30. 5, 21. (Syr. ܓܘܫܡܐ, ܓܘܫܡܐ, arab. جِسْم et جُثْمَان id. Cf. ad גֶּרֶם).

גֹּשֶׁן n. pr. *Gosen* 1) Aegypti regio, in qua Hebraei inde a Jacobi tempore usque ad Mosen (i. e. per quadringentos et triginta annos) habitarunt. Gen. 45, 10. 46, 28. 34. 47, 27. 50, 8. Exod. 9, 26. Quum huius regionis nomen a Graecorum geographis nunquam commemoretur, de situ eius in varias sententias abierunt interpretes et veteris geographiae scrutatores. Nobis satis exploratum videtur, Gosenitidem appellatam esse inferioris Aegypti regionem ab oriente brachii Pelusiaci Heliopolin inter et Heroopolitani sinus finem sitam. Et talis quidem eius situs a) non paucis V. T. locis haud obscure significatur. V. Gen. 46, 29. Ex. 13, 17. 1 Par. 7, 21. Accedit b) LXX interpretum auctoritas, qui גֹּשֶׁן bene reddunt *Γεσὲμ Ἀραβίας* Gen. 45, 10 et *Ἡρώων πόλις ἐν γῇ Ῥαμεσσῇ* 46, 28. Aliorum sententias recensuimus in Thes. p. 307. 2) urbs cum regione vicina in montanis tribus Judae. Jos. 10, 41. 11, 16. 15, 51.

גָּשַׁף rad. inusit. Syr. ܓܫܦ blande demulsit. Inde גִּשְׁפָּא (blanditia) n. pr. m. Neh. 11, 21.

גָּשַׁר rad. inusit. Arab. جَسَرَ *pontem struxit* (pr. iunxit, cf. קָשַׁר), dein audax fuit, si quidem pontem struere, maxime in bello et ubi flumen rapidum est, viri audacis est et strenui. Syr. ܓܫܪ id. Inde גִּשּׁוּר.

גָּשַׁשׁ rad. nonnisi in Piel usitata *palpavit*, *palpando quaesivit*, c. acc. Jes. 59, 10. (Arab. جَسَّ, aram. ܓܫ et ܓܫ id., sed plerumque trop. exploravit. Vic. est קָשַׁשׁ.

גַּת (contr. ex גַּנְת, ad formam בַּנְת, בַּת, pro יְגַנְת a rad. יָגַן) pl. גִּתּוֹת f. 1) *torcular*, vel potius *cupa*, in qua uvae pedibus conculcantur, unde succus uvis extortus in lacum torcularem (יֶקֶב) iuxta positum destillat. Joël 4, 13. דָּרַךְ גַּת calcavit torcular Neh. 13, 15. Thren. 1, 15.

2) n. pr. urbis Philistaeorum, in qua Goliath natus est. Jos. 13, 3. 1 Sam. 6, 17. 21, 11. 1 Reg. 2, 39. 40. Inde patron. גִּתִּי.

3) גַּת הַחֵפֶר (torcular putei) est oppid. Sebulonitarum (c. He locali גִּתָּה חֵפֶר) Jos. 19, 13, Jonae prophetae incunabulis celebratum.

4) גַּת רִמּוֹן (torcular mali granati) oppidum Danitarum Jos. 19, 45.

גִּתִּי *Gathaeus*, N. gent. a גַּת no. 2. 2 Sam. 6, 10. 11. 15, 18. Inde fem. גִּתִּית Ps. 8, 1. 81, 1. 84, 1 *instrumenti musici* genus, vel Gathitis familiare, vel q. s. *ἐπιλήνιον*, nimirum tempore vindemiae carminibus vinitorum adhibitum.

גִּתַּיִם (duo torcularia) n. pr. oppidi Benjaminitarum. Neh. 11, 33.

גֶּתֶר Gen. 10, 23 n. pr. regionis Aramaeorum, cuius fines prorsus ignorantur.

ד

Daleth (דָּלֶת), quarta alphabeti littera, ubi cifrae locum tenet i. q. *quattuor*. Nomen *portam* designat, ad cuius similitudinem antiquissima huius litterae figura expressa fuisse videtur.

Sono vicinum est Daleth 1) *dentalibus* durioribus, ut ט, ת, quibuscum haud raro permutatur, v. דָּבַב, טָבַב, טָפַף; בָּדַל, בָּתַל, بتل; בָּדַק, בָּתַק. Rarius transit etiam in ל, v. אָזַד. 2) sibilanti ז, de qua v. infra.

דָּא chald. i. q. hebr. זֹה et זֹאת *haec, hoc*, fem. et neutr. (alibi דָּךְ, דְּנָה). Dan. 4, 27. 5, 6: דָּא לְדָא *hoc ad illud*, invicem.

דָּאַב *tabuit, liquefactus est*, hinc *languit*. (Tabescendi s. contabescendi significatus late regnat in verbis cognatis, ut אָדַב, דָּבָא, דּוּב, דָּוָה, syr. ܕܘܒ, arab. ذَابَ, ذَأَبَ, et varie tum ad languorem aegroti senisve, tum ad pavorem translatus est. Primaria notio est liquescendi calore, zerschmelzen, zerfliefsen, cf. דּוּב. Ex linguarum stirpe indogerm. confero pers. تاب calor, تافتن, تفتن calefacere, accendere = θάπτω, تباهيدن tabescere, sanscr. *tapa*, lat. *tepeo*. Vic. est τήκω, דָּאַג.) Tribuitur oculo contabescenti prae moerore Ps. 88, 10 (v. עָשֵׁשׁ, בָּלָה), animae (נֶפֶשׁ) Jerem. 31, 25, ipsi homini 31, 12. Inde

דְּאָבָה f. *pavor, timor* (male enim Simonis vel in recentissima edit. *sollicitudo, moeror*), a liquescendo dictus (v. מָסַס). Iob. 41, 14. Et

דְּאָבוֹן st. cstr. דְּאֲבוֹן m. *tabes, contabescentia* animae Deut. 28, 65 (cf. Jer. 31, 25).

דָּאג i. q. דָּג *piscis*. Neh. 13, 16. Kamez in hoc voc. (ubi piscem, non piscatorem notat) quum purum sit (a דָּגָה), א littera, a compluribus msptis omissa notante Masora est mater lectionis redundans, ut in מְלָאכִים 2 Sam. 11, 1.

דָּאַג pr. i. q. דָּאַב liquefactus fuit, gr. τήκω. Refertur ad pavorem et metum (cf. מוּג, מָסַס), inde *timuit, metuit* Jer. 17, 8, sq. acc. 38, 19. Jes. 57, 11, מִן Jer. 42, 16; it. לְ pers. cui metuimus 1 Sam. 9, 5. 10, 2, et מִן rei, propter quam metuitur Ps. 38, 19. Inde

דֹּאֵג (timidus) n. pr. hominis Idumaei, pastorum principis in aula Sauli 1 Sam. 21, 8. 22, 9. Ps. 52, 2. In Chethibh 1 Sam. 22, 18. 22 est דּוֹיֵג ex pronuntiatione Syrorum.

דְּאָגָה f. i. q. דְּאָבָה *pavor, timor, sollicitudo*. Ez. 4, 16. 12, 18. 19. Jer. 49, 23. Prov. 12, 25.

דָּאָה fut. יִדְאֶה apoc. יֵדֶא Ps. 18, 11 *volavit*, de veloci avium rapacium volatu Deut. 28, 49. Jer. 48, 40. 49, 22, de numine Ps. 18, 11: וַיֵּדֶא עַל־כַּנְפֵי רוּחַ *et volabat super alas venti*. (De 2 Reg. 17, 21 v. נָדָא). Inde דַּיָּה et

דָּאָה f. tantummodo Lev. 11, 14 (nam in loco gemino Deut. 14, 13 est רָאָה, quanquam per errorem librariorum) *avis* quaedam *rapax*, eaque *celeriter volans*. LXX. γύψ. Vulg. *milvus*. Cf. Bocharti Hieroz. T. II, p. 191.

דָּאל v. יִדְאֲלָה.

דָּאר v. דּוֹר.

דֹּב et **דּוֹב** masc. epicoen. *ursus*, a lento incessu dictus (v. rad. דָּבַב) 1 Sam. 17, 34. 36. 37. 2 Sam. 17, 8. Prov. 17, 12. Hos. 13, 8: דֹּב שַׁכּוּל *ursus* (i. e. ursa) *catulis orbatus*. Pl. דֻּבִּים f. ursae. 2 Reg.

2, 24. (Arab. دُبٌّ, دُبَّةٌ ursus, ursa).

דֹּב chald. id. Dan. 7, 5.

דָּבָא rad. inusit. i. q. arab. دبا *quievit* pr. *languit, tabuit* vic. radici דָּאַב aliisque quas ibi laudavimus. Inde

דֹּבֶא m. *languor, quies,* poët. de morte. Semel legitur Deut. 33, 25: כְּיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ *ut vita tua, ita mors tua.* Vulg. *senectus tua;* non male, si etymon spectas, sed senectus minus recte vitae opponitur. Aliud huius radicis vestigium habes in n. pr. מֵידְבָא (aqua quietis).

דָּבַב, arab. دَبَّ 1) pr. *lente et leniter incessit, reptavit,* rad. onomatopoët. ut nostr. *tappen,* gall. *tapper.* Propinquum est טָפַף, de leni sed celere incessu usurpatum, quod nos verbo deminutivo *trippeln* exprimimus, cf. praeterea נָתַב unde נָתִיב, gr. στείβω. Alibi *calcandi* significatu Semitae frequentant transp. *pat,* v. ad rad. בּוּס. Inde דֹּב ursus. 2) *perreptavit,* de obtrectatore, hinc simpl. *obtrectavit,* unde דִּבָּה, cf. רָגַל et הָלַךְ רָכִיל. 3) de liquoribus *leniter fluxit,* ut de vino Cant. 7, 10. Cf. de h. l. sub vc. יָשֵׁן.

דִּבָּה f. (rad. דָּבַב no. 2) *obtrectatio, calumnia.* הוֹצִיא דִבָּה calumniam sparsit Num. 14, 36. Prov. 10, 18. Qui sequitur, genitivus vim habet tam activam, v. c. Ps. 31, 14: כִּי שָׁמַעְתִּי דִּבַּת רַבִּים *nam multorum audio obtrectationes,* Jer. 20, 10, quam passivam Num. 13, 32. 14, 37. Gen. 37, 2. Prov. 25, 10: וְדִבָּתְךָ לֹא תָשׁוּב (ita ut) *infamia nunquam a te recedat.* (Arab. دَبُوبٌ furtivus obtrectator, qui calumnias spargit. Syr. ܕܒܳܐ fama, rumor, et ܐܰܕܒܶܒ rumorem divulgavit. Chald. סִבָּה contumelia).

דְּבוֹרָה f. 1) *apis* Jes. 7, 18, plur. דְּבֹרִים Iud. 14, 18. Ps. 118, 12. Syr. ܕܶܒܽܘܪܳܐ apis, vespa. Arab. دَبْرٌ collect. *examen* apium, vesparum, qs. exagimen, ab exagendo v. דָּבַר no. 2 (ut agmen qs. agimen, itidem ab agendo). Hebraeum autem vc. est nomen unitatis a deperdito דְּבוֹר = دَبْرٌ. 2) n. pr. prophetissae Israëlitarum. Iud. 4, 4. 5. 5, 1.

דְּבַח chald. *sacrificavit,* i. q. hebr. זָבַח. Esr. 6, 3. Inde מַדְבַּח altare, et

דְּבַח pl. דִּבְחִין chald. *sacrificium.* Esr. 6, 3.

דִּבְיוֹנִים m. pl. 2 Reg. 6, 25 Keri, *stercora columbarum,* honeste dictum pro חֲרֵי יוֹנִים, ut est in Chethibh, pr. fluor, profluvium columbarum, a verbo דָּבָה, דָּבָא = דָּאַב, דּוּב fluxit, cf. ῥεῦμα γαστρός, διάῤῥοια, alvi profluvium.

דְּבִיר m. 1) *adytum* templi Salomonei, alibi קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים dictum, 1 Reg. 6, 5. 19—22. 8, 6. 8. 2 Chr. 3, 16. 4, 20. 5, 7. 9. Hieronymus vertit oraculum, oraculi sedem (a דִּבֶּר locutus est); sed vix dubitandum, quin pr. sit *pars postica* i. e. occidentalis (v. אָחוֹר no. 2), recte observante Car. Ikenio in dissert. philol. theol. P. I. p. 214. 2) n. pr. oppidi tribus Judae, alibi Kirjath Sepher dicti Iud. 1, 11.

דָּבַךְ rad. inusit. prob. i. q. דָּבַק *adhaesit,* et trans. *coniunxit,* v. נִדְבָּךְ.

דָּבַל (vic. זָבַל) *coëgit in massam,* maxime *rotundam.* Inde arab.

دُبَالٌ, دُبْلَةٌ globulus stercoris (cf. גֵּלֶל), دُبْلَةٌ, زِبْلَةٌ, ܐܛܠܡ stercus, دَبْلَةٌ, دُبْلَةٌ buccella rotunda. Inde

דְּבֵלָה f. st. constr. דְּבֶלֶת pl. דְּבֵלִים *placentae* e ficibus aridis, quae in massas coguntur, gr. *παλάθη* (ex דְּבֵלְתָּא, ܒܠܛܐ, abiecto Daleth 1 Sam. 25, 18. 1 Chr. 12, 40, addito תְּאֵנִים 2 Reg. 20, 7. V. Celsii Hierobot. T. II. p. 377—79. J. E. Faber ad Harmari Observatt. I, p. 389 sq.

דִּבְלָה Ez. 6, 14 haud dubie vitiose scriptum pro רִבְלָה, quod est oppidum in Palaestinae finibus septentrionalibus, v. infra.

דִּבְלָתַיִם (duae placentae, nomine prob. a figura oppidi ducto) Num. 33, 46, et בֵּית דִּבְלָתַיִם Jer. 48, 22 n. pr. oppidi Moabitarum. Hieron. (Onomast. s. v. Jassa): et usque hodie ostenditur inter Medabam et *Deblatai.*

דָּבַק et **דָּבֵק** fut. יִדְבַּק inf. דָּבְקָה 1) *adhaesit* spec. firmiter ceu visco, *agglutinatus* est, *ankleben, anbacken.* (Arab. دَبِقَ, syr. ܕܒܩ id. Vicinum est طَبَخَ coxit, *backen,* syllaba autem primaria est בק coquendi vim habens, cf. בַּג pers. باه, باج, بختن, پختن *bukhten, pukhten.* V. etiam פַּנַּג). Constr. sq. בְּ Iob. 19, 20, אֶל Jer. 13, 11, לְ Ps. 102, 6 intrans. Thren. 4, 4: דָּבַק לְשׁוֹן יוֹנֵק אֶל־חִכּוֹ *adhaeret lingua lactantis palato suo* (prae siti, ariditate). Ps. 22, 16. Eadem locutio usurpatur de eo, qui obmutescit reverentia ductus. Iob. 29, 10. Ps. 137, 6 (cf. Hiph. Ez. 3, 26). Deut. 13, 18: *nec quidquam manibus tuis adhaereat,* h. e. ne quidquam surripias. Iob. 31, 7. Trop. sequi aliquem, ei adhaerere Ruth 2. 8. 21, sq. בְּ V. 23. Hinc *addictus est alicui,* singulari eius amore ductus (*κολλᾶσθαι τινί*), v. c. regi, numini, uxori, sq. בְּ et לְ Deut. 10, 20. 11, 22. 2 Sam. 20, 2. 1 Reg. 11, 2. Jos. 23, 12. Gen. 2, 24. 34, 3, sq. אַחֲרֵי Ps. 63, 9: דָּבְקָה נַפְשִׁי אַחֲרֶיךָ *animus meus tibi adhaeret.*

2) *assecutus est,* attigit aliquem, sq. acc., בְּ et אַחֲרֵי Gen. 19, 29. Deut. 28, 60. Jer. 42, 16: שָׁם יִדְבַּק אַחֲרֵיכֶם *ibi (fames) vos assequetur.* Synon. הִשִּׂיג v. Hiph. no. 3.

Pu. pass. *conglutinatus est, firmiter cohaesit.* Iob. 38, 38. 41, 9.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *fecit, ut adhaereret, agglutinavit* Ez. 3, 26. 29, 4. Jer. 13, 11. 2) *persecutus est,* sq. acc. Iud. 18, 22. 2 Sam. 1, 6, et אַחֲרֵי. Iud. 20, 45: וַיַּדְבִּיקוּ אַחֲרָיו *eumque persecuti sunt.* 1 Sam. 14, 22. 31, 2. 3) *assecutus est,* attigit (ut Kal no. 3) Gen. 31, 23. Iud. 20, 42, nec non causat. *fecit, ut attingeret.* Deut. 28, 21.

Hoph. agglutinatus est. Ps. 22, 16.

Derivata protinus sequuntur.

דְּבַק chald. id. Dan. 2, 43.

דָּבֵק adj. verbale: *adhaerens.* 2 Reg. 3, 3. Prov. 18, 24.

דֶּבֶק m. 1) *ferruminatio* metalli, Jes. 41, 7. 2) pl. דְּבָקִים 1 Reg. 22, 34. 2 Chr. 18, 33, probab. *commissurae* loricae. Ita Chald. All. axillas intelligunt, cf. chald. מִדִּבְקֵי יְדָךְ Jer. 38, 12 Targ.

דָּבַר. Variae huius radicis significationes, quarum pleraeque in derivatis tantummodo, in linguis vero cognatis in verbo quoque apparent, hunc in modum dispescenda esse videntur. 1) Primaria potestas, ut recte dudum viderunt Belgiae Etymologi, est *serendi, nectendi, or-*

dinandi (gr. εἴρω); inde 2) *duxit, egit,* spec. pecudes *pastum egit* (v. מִדְבָּר, דָּבְרָה, דֹּבֶר), populum *rexit, administravit* (syr. et chald. ܕܒܰܪ duxit, rexit, arab. دَبَّرَ), it. *in ordinem coëgit, subegit* (v. Hiph.) cf. دَبْرٌ examen qs. grex apium, et דְּבוֹרָה, nom. unitatis, apis (q. v.). Quoniam pastor gregem sequitur, a *ducendi* notione proficiscitur 3) *secutus est, a tergo* s. *pone fuit* ut arab. دَبَرَ, unde دُبْرٌ pars postica, دَابِرٌ postremus, hebr. דְּבִיר adytum templi, et quoniam insidias structuri a tergo veniunt 4) *insidiatus est* (cf. עָקַב), *perdidit,* ut arab. دَبَّرَ et hebr. Pi. no. 2, unde דֶּבֶר, دَبْرٌ pernicies, mors, pestis. A primaria autem nectendi et serendi potestate oritur 5) usitatissima et in verbo frequentissima *loquendi*, propr. *verba serendi* cf. *sermo* et *dissero* a serendo et gr. εἴρω nectendi et dicendi significatu. In Kal non exstat nisi part. act. דֹּבֵר Ex. 6, 29. Num. 32, 27. 36, 5. Ps. 5, 7 pass. דָּבוּר Prov. 25, 11, et inf. c. Suff. דָּבְרֶךָ Ps. 51, 6. Frequentior est coniug.

Pi. דִּבֶּר et in media sententia דַּבֵּר, fut. יְדַבֵּר 1) *locutus est*, diversum ab אָמַר *dixit,* (q. v. no 1), ut germ. *reden* et *sagen,* gr. λαλεῖν et εἰπεῖν, aram. מַלֵּל et אֲמַר. Ponitur autem a) absol., v. c. Iob. 11, 5: מִי־יִתֵּן אֱלוֹהַּ דַּבֵּר *utinam Deus loqueretur.* 33, 2. Num. 12, 2. Ez. 3, 18 cet. nonnunquam emphat. pro eloquentem esse Ex. 4, 14: יָדַעְתִּי כִּי דַבֵּר יְדַבֵּר הוּא. Jer. 1, 6. Saepe additur אָמַר (v. exempla s. v. אָמַר p. 74). b) c. acc. eius, quod quis loquitur, in ore gerit, ut דִּבֶּר צֶדֶק, שֶׁקֶר, שָׁוְא, כָּזָב, iustitiam, fraudem, mendacium locutus est, in ore gestavit. Ps. 101, 7. Jes. 45, 19. 59, 3. Dan. 11, 27. דִּבֶּר דְּבָרִים i. q. lat. verba dedit Hos. 10, 4. Ex. 6, 29: דַּבֵּר אֶל־פַּרְעֹה אֵת כָּל־אֲשֶׁר אֲנִי דֹּבֵר אֵלֶיךָ *loquere cum Pharaone omnia, quae ego tecum loquor.* 24, 7: כֹּל אֲשֶׁר־דִּבֶּר יְהוָֹה נַעֲשֶׂה *quaecunque loquitur Jehova, faciamus.* Jer. 1, 17. Dan. 10, 11. Jon. 3, 2. c) Raro, ut אָמַר, ita usurpatur, ut dicta sequantur, et לֵאמֹר sit subaudiendum. Gen. 41, 17. Ex. 32, 7: וַיְדַבֵּר יְהוָֹה אֶל־מֹשֶׁה לֶךְ־ *tum Jehova Mosi dixit, age* etc. 1 Reg. 21, 5. 2 Reg. 1, 7. 9. Ez. 40, 4. Dan. 2, 4.

Is, quem alloquimur, vel quocum colloquimur, ponitur creberrime post particulas אֶל Gen. 8, 15. 19, 14 et לְ Iudd. 14, 7, verum etiam post עִם Gen. 31, 29. Deut. 5, 4; אֵת (אֶת) Gen. 23, 8. 42, 30, עַל Jer. 6, 10. דִּבֶּר בְּ allocutus est, celebratur de numine aliquid divinitus patefaciente. Zach. 1, 9: הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי *angelus, qui mecum loquebatur* V. 14. 2, 2. 7. 4, 1. 4. 55. Hab. 2, 1. Jer. 31, 20. Num. 12, 6. 8. Semel c. acc. (allocutus est) Gen. 37, 4, cf. λέγειν τινά alicui dicere. *Loqui de aliquo* vel *de aliqua re* ponitur c. acc. (ut λέγειν τινά). Ruth 4, 1: הַגֹּאֵל עֹבֵר אֲשֶׁר דִּבֶּר־בֹּעַז *propinquus praeteriit, quem dixerat Boas.* Gen. 19, 21. 23, 16, cum בְּ 1 Sam. 19, 3: וַאֲנִי אֲדַבֵּר בְּךָ אֶל־אָבִי *et ego loquar de te cum patre meo* (V. 4); אֶל Iob. 42, 7, עַל 1 Reg. 2, 19, hoc max. de iis, quae Deus effatur, promittit alicui (v. litt. a) 1 Reg. 2, 4. Dan. 9, 12. Jer. 25, 13. 42, 19. — *Contra* aliquem *loqui* c. c. עַל (propr. conviciis invasit in aliquem, insectatus est aliquem) Ps. 109, 20. Jer. 29, 32. Deut. 13, 6; vel בְּ (v. בְּ B, 6). Num. 21, 7: דִּבַּרְנוּ בַיהוָֹה וָבָךְ *contra Jehovam et te locuti sumus.* Iob. 19, 18. Ps. 50, 20. 78, 19. Sed דִּבֶּר בְּ est etiam *per* aliquem *locutus est,* aliquo

usus est interprete (v. בְּ C, 2) Num. 12, 2. 2 Sam. 23, 2. 1 Reg. 22, 28.

Loqui autem docente contextu saepe est a) i. q. *promittere*, zusagen. Deut. 19, 8. Jon. 3, 10, c. acc. rei Deut. 6, 3, c. אֶל et עַל pers. (v. supra); et in malam partem *minari* Ex. 32, 14. b) *praecipere*, *iubere* (cf. אָמַר no. 3) Gen. 12, 4. Exod. 1, 17. 23, 22, *admonere* 1 Sam. 25, 17. c) *eloqui* carmen i. q. *canere* Iudd. 5, 12, cf. arab. قَالَ et gr. ἔπος de carmine. d) *alloqui* mulierem, i. e. in matrimonium expetere, sq. לְ Iudd. 14, 7, בְּ 1 Sam. 25, 39. Cf. arab. خَطَبَ et Pu.

Praeterea notandae sunt hae locutiones: e) דִּבֶּר עַל־לֵב פ׳ *blande allocutus est* aliquem, impr. *consolatus est*, cf. παραμυθέομαι, lat. *alloquium*. Gen. 34, 3. 50, 21. Ruth. 2, 13. 2 Sam. 19, 8. 2 Chr. 30, 22. 32, 6. f) דִּבֶּר אֶל־, עַל־ לִבּוֹ *secum locutus est*. Gen. 24, 25. 1 Sam. 1, 13: מְדַבֶּרֶת עַל־לִבָּהּ *in corde suo loquebatur*. It. sq. בְּלִבּוֹ, עִם לִבּוֹ, Eccl. 1, 16. 2, 15. Ps. 15, 2. g) דִּבֶּר טוֹב, טוֹבָה עַל (de Deo) *bona locutus est de aliquo*, promisit. Num. 10, 29. 1 Sam. 25, 30. Jer. 18, 20. דִּבֶּר רָעָה עַל mala alicui decrevit, inflixit. 1 Reg. 22, 23. Jer. 11, 17. 19, 15. 26, 19. 35, 14, sq. אֶל־ 36, 31. Paulo aliter accipiendum est Esth. 7, 9: מָרְדֳּכַי אֲשֶׁר דִּבֶּר־טוֹב עַל־הַמֶּלֶךְ *Mordechai, qui in regis salutem locutus erat* (cf. 6, 2). h) דִּבֶּר טוֹבוֹת אֶת, אֶל־ *blande cum aliquo locutus est*. 2 Reg. 25, 28. Jer. 12, 6, it. דִּבֶּר שָׁלוֹם עִם *amice, quiete cum aliquo locutus est*. Ps. 28, 3, sq. אֶת Jer. 9, 7, sq. אֶל־ *salutem nuntiavit*, promisit. Ps. 85, 9; sq. בְּ id. Ps. 122, 8: אֲדַבְּרָה־נָּא שָׁלוֹם בָּךְ *fausta tibi apprecor*; sq. לְ Esth. 10, 3: דֹּבֵר שָׁלוֹם לְכָל־זַרְעוֹ *locutus est pro salute omnium posterorum suorum*. Adeoque absolute Ps. 35, 20.

i) דִּבֶּר מִשְׁפָּט אֶת *sententiam* (qua poena alicui constituitur) *in aliquem pronuntiavit*, et *contendit cum aliquo*. V. מִשְׁפָּט.

2) *insidias*, perniciem *struxit*. (Arab. conj. II, cf. supra Kal no. 4) Ps. 127, 5. Dein *perdidit*, *delevit*. 2 Chr. 22, 10 (cf. אִבֵּד loco parallelo 2 Reg. 11, 1).

Pu. pass. Ps. 87, 3: נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *gloriosa dicta* (a Deo decreta) *sunt de te*. Cant. 8, 8: בַּיּוֹם שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ *quando eam alloquentur*, ubi deposcetur. V. Pi. litt. d.

Niph. recipr. Pi. *collocutus est* Mal. 3, 16, sq. בְּ Ez. 33, 30. Ps. 119, 23 et עַל Mal. 3, 13.

Hiph. *subegit* (v. Kal no. 2) Ps. 18, 48: וַיַּדְבֵּר עַמִּים תַּחְתָּי *qui gentes mihi subiecit*. Ps. 47, 4. V. Kal no. 2.

Hithp. part. מִדַּבֵּר *colloquens* Num. 7, 89. 2 Sam. 14, 13. Ez. 2, 2.

Nomm. derivata statim sequuntur praeter מִדְבָּר, דְּבִיר, דְּבוֹרָה.

דָּבָר m. 1) *verbum*, λόγος Gen. 44, 18 cet. Saepe in plur. Gen. 29, 13: כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *omnia verba ista*. 34, 18. Ex. 4, 28. 18, 19. 19, 7. 8. 20, 1. 24, 3 cet. אִישׁ, בַּעַל דְּבָרִים vir eloquens Ex. 4, 10. 24, 14. Saepe collect. *verba, sermo, vox*. Iob. 15, 3. דְּבַר שְׂפָתַיִם vox labiorum i. e. sermo futilis, inanis Jes. 36, 5. נְבוֹן דָּבָר sermonis peritus 1 Sam. 16, 18. Spec. est a) *promissio, promissum*, 1 Reg. 2, 4. 8, 20. 12, 16. Ps. 33, 4. 56, 5 (cf. gr. τελεῖν ἔπος nostr. sein Wort halten). b) *praeceptum, edictum* (cf. דִּבֶּר no. 1, b). דְּבַר־מַלְכוּת mandatum regium. Esth. 1, 19. Ios. 1, 13. 1 Sam. 17, 29: הֲלֹא דָּבָר הוּא *nonne praeceptum erat?* Jes. 8, 10. Exod. 34, 28: עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים decem praecepta, decalogus. 1 Paral. 26, 32. 2 Paral. 29, 15. c) *effatum, sententia*, ut sapientis. Plur. Eccl. 1, 1: דִּבְרֵי

קְהֶלֶת Prov. 4, 4. 20. 30, 1. 31, 1; impr. *effatum numinis, oraculum,* Num. 23, 5. 16 (cf. ἔπος, λόγος). וַיְהִי דְבַר יְהוָה אֶל effatum Jehovae pervenit ad aliquem. Jer. 1, 4. 11. 2, 1. 13, 8. Ez. 3, 16. 6, 1. 7, 1. 11, 14, sq. עַל 1 Chr. 22, 8. Iob. 4, 12: אֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב *furtim ad me delatum est oraculum* (divinum). Saepissime collect. *oracula.* Hos. 1, 1. Mich. 1, 1. Joel 1, 1. d) *consilium, sententia proposita.* 2 Sam. 17, 6. e) *rumor, nuntius* 1 Reg. 10, 6. Sequ. genit. *verba de* aliqua re *facienda,* quod dicendum est de ea. Iob. 41, 4: *non tacebo* .. דְּבַר גְּבוּרוֹת *quod dicendum de robore* eius. 1 Reg. 9, 15. Deut. 15, 2. 19, 4. Possit etiam reddi: *quae sit ratio roboris* eius (cf. דִּבְרָה no. 1).

2) *res,* res gesta, *negotium,* propr. *id, de quo sermo* (cf. λόγος apud Passovium *A,* no. 11, ἔπος, ῥῆμα a ῥέω, germ. *Sache* a *sagen, Ding* quod primitus sermonem significat, v. Adelung h. v. Eadem verbi et rei potestas coniuncta est in aram. מִלָּה, ܡܠܬܐ, פִּתְגָם, arab. أمر et خطب). דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה res gestae, facinora Salomonis. 1 Reg. 11, 41. דִּבְרֵי הַיָּמִים rerum gestarum commentarii, acta diurna. 1 Chr. 27, 24. Esth. 6, 1. הַדָּבָר הַזֶּה haec res, hoc. Gen. 20, 10. 21, 11. 26. כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה omnes hae res, haec omnia Gen. 20, 8. כַּדָּבָר הַזֶּה Gen. 18, 25. 32, 20. 44, 7 et כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה 24, 28. 39, 17. 19 hoc modo, ita. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה (LXX μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα) his ita gestis, quo facto. Gen. 15, 1. 22, 1. 39, 7. דְּבַר יוֹם quotidianum, hinc דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ quotidianum suo die, i. e. diebus singulis, in dies singulos. Ex. 5, 13. 19. 16, 4. Lev. 23, 37. 1 Reg. 8, 59. It. בִּדְבַר יוֹם בְּיוֹם 2 Chr. 8, 13 et לִדְבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ V. 14. 31, 16. Saepius pleon. ponitur, ut gr. χρῆμα. 1 Sam. 10, 2: נָטַשׁ אָבִיךָ אֶת־דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת *pater tuus asinas dereliquit,* pr. die Angelegenheit, die Geschichte mit den Eselinnen. Ps. 65, 4: דִּבְרֵי עֲוֹנֹת גָּבְרוּ מֶנִּי *peccata me superant.* Ps. 105, 27. 145, 5. Inde

3) *aliquid.* Gen. 18, 14. אֵין דָּבָר, לֹא דָבָר nihil 1 Sam. 20, 21: אֵין דָּבָר *nihil est,* sc. quod timeas. Iud. 18, 7. 28: וְדָבָר אֵין־לָהֶם עִם־אָדָם *nec quidquam rei* s. *negotii erat ipsis cum* (aliis) *hominibus.* כָּל־דָּבָר omnis, ulla res. Num. 31, 23. Deut. 17, 1. דָּבָר טָמֵא impuri quiddam. Lev. 5, 2. עֶרְוַת דָּבָר foedi quiddam. Deut. 23, 15. 24, 1, cf. 2 Reg. 4, 41. 1 Sam. 20, 2. It. plur. דְּבָרִים טוֹבִים. 2 Chron. 12, 12.

4) *causa.* Jos. 5, 4. Hinc עַל דְּבַר propter Gen. 12, 17. 20, 11. 43, 18, עַל דִּבְרֵי id. Deut. 4, 21. Jer. 7, 22. 14, 1. עַל דְּבַר אֲשֶׁר sequente verbo, propterea quod. Deut. 22, 24. 23, 5. 2 Sam. 13, 22 (cf. דִּבְרָה no. 2).

5) *causa,* sensu forensi. Exod. 18, 16: כִּי־יִהְיֶה לָהֶם דָּבָר *si causam habent.* V. 22. 22, 8: עַל־כָּל־דְּבַר־פֶּשַׁע *in omni defraudationis causa.* 24, 14: בַּעַל דְּבָרִים *qui causas habet.*

דֶּבֶר m. pl. דְּבָרִים (Hos. 13, 14) pr. *pernicies, mors,* ut arab. دبر (v. rad. no. 4, et Pi. no. 3), hinc *pestis* (cf. מָוֶת no. 3) Ex. 9, 3. Lev. 26, 25. Deut. 28, 21. 2 Sam. 24, 13. 1 Reg, 8, 37 cet. LXX. plerumque θάνατος, cf. Sir. 39, 29.

דֹּבֶר i. q. מִדְבָּר *pascuum,* quo pecus agitur, v. rad. no. 2. Mich. 2, 12. Jes. 5, 17. (Syr. ܕܒܪܐ et ܕܒܪܐ, arab. دبر arvum).

דֹּבְרוֹת pl. f. *rates,* ut quae per

mare aguntur, v. rad. no. 2. 1 Reg. 5, 23.

דַּבְּרָה pl. f. דַּבְּרוֹת *verba, praecepta*, semel legitur. Deut. 33, 3: יִשָּׂא מִדַּבְּרֹתֶיךָ recte sec. Alex. et Vulg. (Israël) *accipit de verbis tuis* (Jehovae). De usu praep. מִן in h. l. v. מִן no. 1. Caeterum Dagesch in דַּבְּרָה potest etiam pro euphonico haberi, ut דַּבְּרָה sit i. q. דִּבְרָה, דְּבָרָה, non verbale Pielicum. Facile autem caremus coniectura Vateri, qui aliis vocalibus subiectis legebat יִשָּׂא מִדַּבַּרְתֶּךָ (Jehova) *gubernationem tuam suscipita* מִדְבֶּרֶת, quod *gubernationem* significare statuebat.

דִּבְרָה f. i. q. דָּבָר, sed in sequiore maxime Hebraismo 1) *ratio, modus* (v. דָּבָר no. 1 fin.) Ps. 110, 4: *tu es sacerdos in aeternum* עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק *secundum rationem Melchisedeci* (ִי— est paragogicum, v. Lgb. §. 127, 2). 2) i. q. דָּבָר no. 4. *causa*. Hinc עַל דִּבְרַת *propter*. Eccl. 3, 18. 8, 2. עַל דִּבְרַת שֶׁ *ideo ut* 7, 14. 3) i. q. דָּבָר no. 5. *causa*, sensu forensi. Iob. 5, 8.

דִּבְרָה chald. f. *causa*. Dan. 2, 30: עַל דִּבְרַת־דִּי *ideo ut*.

דְּבַשׁ c. suff. דִּבְשִׁי m. *mel*. (Arab. دِبْس, syr. ܕܶܒܫܳܐ id. Melit. *dibsi* flavus i. e. mellei coloris. Verbum, ex quo pendeat hoc nomen, in linguis semiticis non exstat: sed ex vc. semitico pendet gr. *τιθαιβώσσω* mellificare Od. 13, 106). Spec. est 1) *mel apum* Lev. 2, 11. 1 Sam. 14, 26. 27. 29. 43. Prov. 16, 24. 24, 13 cet. De melle silvestri Deut. 32, 13. Ps. 81, 17: מִצּוּר דְּבַשׁ אַשְׂבִּיעֶךָ *melle ex rupibus satiabo te*. 2) *mel uvarum*, i. e. mustum ad tertiam vel dimidiam partem decoctum, gr. *ἕψημα*, lat. *sapa, defrutum*, ital. *musto cotto*, quod hodieque ex Palaestina, imprimis ex Hebronis regione, in Aegyptum deportari solet (cf. Russel natural history of Aleppo p. 20) Gen. 43, 11. Ez. 27, 17.

דַּבֶּשֶׁת f. 1) *gibbus* cameli Jes. 30, 6. Significatio e contextu satis certa est et a Chald. Syr. Vulg. expressa: sed etymon diu interpretum ingenia exercuit, qui tantum non omnes ignorantiam fatentur. Equidem nunc putem, id pr. *alveare* notare (a דְּבַשׁ ductum), et propter similitudinem ad cameli gibbum translatum esse. Nec inepta est coniectura nuper mecum communicata, דַּבֶּשֶׁת permutatis et transpositis litteris dictum esse pro דַּגֶּשֶׁת, גַּדִּשׁ acervus. 2) n. pr. oppidi, Jos. 19, 11.

דָּג m. *piscis*, ita dictus, ut mirifice se multiplicans (v. rad. דָּגָה) Jon. 2, 1. 11. Pl. דָּגִים cstr. דְּגֵי Gen. 9, 2. Num. 11, 22. 1 Reg. 5, 13. Inde natum verbum denom. דּוּג piscari. Formam דָּאג v. supra. (In linguis cognatis piscis vocatur נוּן, نون, nostri vc. vestigia supersunt in gr. *ἰχθύς*).

דָּגָה cstr. דְּגַת fem. antecedentis, id. Deut. 4, 18. Jon. 2, 2, plerumque collect., ut סוּסָה, Gen. 1, 26. 28. Ex. 7, 18. 21. Num. 11, 5. Ez. 29, 4. 5.

דָּגָה pr. *texit* (ut arab. دَجَا operuit, deinde tenebrosus fuit, cf. vicinas radd. دَجَّ, دجل, دجم, دجن it. دَحَّ, quae cunctae tegendi notionem primariam habent, sicut etiam hebr. דָּגַל, דָּגַר, it. peregrinas *tego*, *τέγος*, *στέγω*, in Germaniae diall. vett. *dagen, dachen, decken*), quod refertur ad *multitudinem* et *copiam* omnia obtegentem (cf. جنان turba numerosa a جن texit, طبن ingens mul-

titudo, itidem ab tegendo). Ita semel in verbo *multiplicatus, auctus est* Gen. 48, 16. Praeterea inde דָּג, דָּגָה piscis (a mirifica multiplicatione dictus, cf. נוּן), דָּגוֹן et דָּגָן.

דָּגוֹן (piscis magnus) n. pr. Dagon, Philistaeorum idolum, Azoti cultum, capite manibusque humanis, reliquo corpore piscem referens v. 1 Sam. 5, 2 sq. maxime comm. 4. Iudd. 16, 23. 1 Par. 10, 10 cf. 1 Macc. 10, 83. 11, 4. Simillima erat figura Dercetûs, itidem pisciformis Ascalone cultae, de qua Diod. Sic. 2, 4: *αὕτη δὲ τὸ μὲν πρόςωπον ἔχει γυναικός, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος.* Cf. de piscium in his regionibus cultu Seldenum de Dis Syris II, 3. Creuzeri Symbol. II §. 12.

דָּגַל i. q. arab. دجل *texit, obduxit* (v. radd. vicinas ad דָּגָה), unde etiam tecte egit, fefellit (cf. בָּגַד). Inde דֶּגֶל velum, vexillum, ut germ. *Fahne* a *πῆνος, pannus.* Mirandi enim splendendique notio, quam huic radici olim tribui cum Nanninga (diss. Lugd. II, 916) et Muntinghio (ad Ps. 20, 6), mihi vix probari posse videtur. A nomine דֶּגֶל denuo profectum est verb. denom. דָּגַל *vexilla erigere.* Ps. 20, 6: בְּשֵׁם אֱלֹהֵינוּ נִדְגֹּל *in honorem Dei nostri vexilla erigemus,* cf. formulas קָרָא בְשֵׁם יְיָ, הִזְכִּיר בְּשֵׁם יְיָ. LXX. *μεγαλυνθησόμεθα,* legentes vel coniicientes נגדל. Muntinghius (v. supra) ex coniectura illa etymologica: *gloriabimur, exultabimus.* Part. pass. דָּגוּל *instar vexilli elatus, conspicuus, insignis,* de iuvene Cant. 5, 11.

Niph. vexillis instructus est. Cant. 6, 4, 10: אֲיֻמָּה כַּנִּדְגָּלוֹת *terribilis, ut vexillis instructa,* int. militum agmina vel castra. Symm. *ὡς τάγματα παρεμβολῶν.* Sistitur virgo utpote victrix omniumque animos capiens. Cf. similem imaginem de exercitu 2, 3, eandemque Arabum poëtis usitatissimam.

דֶּגֶל c. suff. דִּגְלוֹ, pl. דְּגָלִים cstr. דִּגְלֵי m. *vexillum militare* idque *maius,* quaternarum tribuum, minora enim אֹתוֹת vocabantur. Num. 1, 52. 2, 2. 3. 10. 18. 25. 10, 14. 55. Cant. 2, 4: וְדִגְלוֹ עָלַי אַהֲבָה *eiusque vexillum super me est amor.*

דָּגָן st. cstr. דְּגַן m. *frumentum,* a דָּגָה multiplicavit, ut נָדָן a נָדָה. Gen. 27, 28. 37. Num. 18, 27. Deut. 28, 51, de *pane* Thren. 2, 12. (Arab. داجن, sed nonnisi in Bibliorum Verss. arab.).

דָּגַר ut chald. דְּגַר *fovit* avis ova pullosque, pr. ni fallor, texit (v. ad דָּגָה, דָּגַל). Jer. 17, 11: קֹרֵא דָגַר וְלֹא יָלָד *perdix fovet ova, quae non peperit;* (cui similis est) *is, qui divitias colligit, nec iure.* LXX. *πέρδιξ συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκεν.* Jes. 34, 15 de serpente pullis (nec ovis) incubante. Vulg. utrobique *fovere.* Quae a J. D. Michaëli de hac rad. infeliciter disputata sunt, recte iam refutavit Rosenm. ad Bocharti Hieroz. II, 632 sq.

דַּד i. q. שַׁד, תַּד (q. v.) *mamma.* Nonnisi in dual. constr. דַּדֵּי, c. Suff. דַּדֶּיהָ *mammae* Ez. 23, 3. 8. 21. Prov. 5, 19.

דָּדָה *lente incessit* rad. secundaria contracta ex pleniore دَأْدَأَ II. tardavit, lente processit, vacillavit, inclinavit in incessu. Chald. et Talmud. דַּדָּה lente duxit, v. c. parvulum.

Hithp. הִדַּדָּה (pro הִתְדַּדָּה) Jes. 38, 15: אֶדַּדֶּה כָל־שְׁנוֹתַי *lente* (i. e. submisse, cf. הָלַךְ אַט 1 Reg. 21, 27) *incedam omnes annos vitae meae,* h. e. modeste et submisse agere et qs. lugere nunquam desinam. Hinc de solemni pompae tarditate Ps. 42, 5: אֶדַּדֵּם עַד בֵּית אֱלֹהִים *incedebam cum iis ad*

aedem Dei. Suffixum ־ָם est pro לָהֶם, dativus autem eo referendus, quod poëta praesulis s. choragi instar populo quasi viam praeibat.

דְּדָן 1) n. pr. populi cum regione cognomine, Rhegma oriundi Gen. 10, 7. Ez. 27, 15. Rhegmam in maris persici litore quaerendam esse, infra monstrabimus, neque alibi Dedana quaerenda, in qua cum Bocharto (Phal. IV, 6) et J. D. Michaeli Daden دادن, sinus persici insulam agnoscimus, a Syris ܕܝܕܢ dictam. Ac insulas huius maris tantum non omnes olim Phoenicum coloniis floruisse satis constat, cf. Heeren Ideen I, 2, p. 227. 2) populus Arabiae septentrionalis Keturâ oriundus Gen. 25, 3, Idumaeis vicinus Jer. 49, 8. 25, 23. Ez. 25, 13, itidem mercaturam exercens Jes. 21, 13, teste Eusebio haud procul ab urbe Phaenûs, fort. pro colonia illius (no. 1) habendus vel versa vice.

דֹּדָנִים m. plur. Gen. 10, 4 n. pr. populi a Javane i. e. Graecis originem ducentis. Quae lectio si genuina est, non potest non conferri Dodona, Epiri oppidum. Magis tamen placet רֹדָנִים *Rhodii,* quam scripturam exhibent Sam., LXX. et ipse contextus hebr. 1 Chr. 1, 7. V. s. v. רֹדָנִים.

דְּהַב m. chald. emphat. דַּהֲבָא, דַּהֲבָה *aurum,* i. q. hebr. זָהָב. Dan. 2, 32. 3, 1. 5. 7. Inde מַדְהֵבָה.

דֶּהָיֵא sec. Cheth. דַּהֲוָא m. pl. chald. *Dahi,* n. pr. populi, cuius colonia in Samariam deducta est Esr. 4, 9. Significari videntur *Δάοι* Herod. 1, 125 (probab. pagani a pers. ده *deh, dih* pagus), tribus persica, de qua plura dabit Lorsbachii Archiv II, p. 274. Etiam in Zendavesta huius populi mentio est.

דָּהַם rad. in Kal inusit. quam *obmutescendi* vim habuisse suspicor, ut בָּהַם, quae ad *stuporem* relata est, ut in שָׁמַם, הָמַם. Arab. دهم est supervenit subito, pr. obstupefecit, دهيم fatuus, immo: stupidus, دهيم infortunium subitaneum, pr. stuporem iniiciens.

Niph. part. נִדְהָם *stupefactus, attonitus* subito infortunio. Jer. 14, 9.

דָּהַר i. q. דּוּר *in orbem ivit,* maxime *celeriter* (cf. etiam דָּרַר). Inde 1) *celeriter latus est* de equo et equite Nah. 3, 2, pr. in orbem egit, quod facere solent, qui equos domant et exercent. V. nomen דַּהֲרָה. 2) diu *duravit.* Inde תִּדְהָר.

דַּהֲרָה f. *cursus equi concitatus.* Iud. 5, 22. (V. Bocharti Hieroz. P. I, p. 97. Michaëlis Supplem. p. 401).

דֹּב i. q. דֹּב ursus q. v.

דּוּב i. q. דָּאַב q. v. *tabuit, languit.* *Hiph.* causat. *tabem, languorem iniecit* Lev. 26, 16. Inde דִּיבוֹן n. pr.

דּוּג et **דִּיג** rad. secundaria denom. a דָּג, *piscatus est.* Jer. 16, 16: וְדִיגוּם *eosque piscabuntur.* Inde דּוּגָה, דַּיָּג et דַּוָּג piscator.

דַּוָּג m. *piscator* Ez. 47, 10 et Jer. 16, 16 Cheth.

דּוּגָה f. *piscatio.* סִירוֹת דּוּגָה harpagones piscatorii. Am. 4, 2: *hamis abripimini* וְאַחֲרִיתְכֶן בְּסִירוֹת דּוּגָה *et liberi vestri harpagonibus piscatoriis,* imagine a belluis domandis repetita, quarum naribus hami et annuli iniiciebantur. Cf. Jes. 37, 29: *hamum meum naribus tuis iniicio, — — teque reduco, unde venisti.* Cur piscatorii hami memorentur, intelligitur ex Ez. 29, 4. Iob. 40, 26, cf. Oedmanni verm. Sammll. aus d. Naturkunde V, 5. Solebant enim pisces

maiores iam captos ex annulis, quibus nares perforabant, suspensos aquae denuo immittere.

דוד rad. inusit. i. q. זוד, זיד pr. *efferbuit* aqua, inde generatim 1) *commotus, perturbatus est.* Syr. Pa. ܕܘܕ perturbavit, agitavit. Inde דוּד olla, syr. ܕܘܕܐ ahenum; 2) *amavit,* i. q. יָדַד, ودّ. Inde דּוֹד amor, דּוּדָאִים, et nomm. pr. דָּוִד, אֶלְדָּד (quem Deus amat), דּוֹדַי, דּוֹדוֹ.

דּוֹד c. suff. etiam defect. דֹּדוֹ, דֹּדְךָ m. 1) *amor,* in solo plurali usitat. דֹּדִים, maxime de amore sexuum Cant. 1, 2. 4. 4, 10. Ez. 16, 6. 23, 17: מִשְׁכַּב דֹּדִים *stratum amoris.* Prov. 7, 18: לְכָה נִרְוֶה דֹדִים *age, inebriemur amoribus.* Blanditias amatorias, suavia, oscula plurimis in locis intelligit Driessenius in dissertatt. Lugd. p. 1101 sq. 2) pro concr. *obiectum amoris, amatus* (cf. ودّ, حِبّ, حُبّ amor et amatus, amicus, מוֹדַעַת familiaritas pro familiari, nostr. *meine erste Liebe, Bekanntschaft*, angl. *a relation of mine*) Cant. 1, 13. 14. 16. 2, 3. 8. 9. 10. 16. 17. 55. 3) *amicus* Jes. 5, 1. Spec. patris frater, *patruus,* syr. ܕܕܐ, κατ᾽ ἐξοχὴν amicus familiae dictus, ut chald. חֲבִיבָא amicus, dein patruus, cf. חֲבִיבְתָּא socrus, nostr. *Freund* de propinquo, lat. *amita* qs. amata. Lev. 10, 4. 20, 20. 1 Sam. 10, 14. 15, 16. Esth. 2, 15. Jer. 32, 7. 8. 9; V. 12 vero pro בֶּן דּוֹד positum esse videtur.

דּוֹדָה f. *amita* s. patris soror Exod. 6, 20, it. *patrui uxor* Lev. 18, 14. 20, 20.

דּוּד m. 1) *olla,* v. rad. no. 1. Iob. 41, 11. 1 Sam. 2, 14. Pl. דְּוָדִים 2 Chr. 35, 13. (Syr. ܕܘܕܐ olla magna, ܕܘܕܐ ahenum, Sam. דורידה ollae). 2) *corbis* Jer. 24, 2. Ps. 81, 7. Pl. דּוּדָאִים 2 Reg. 10, 7.

דָּוִד, in Paralipp., ap. Esram, Nehemiam, Zachariam, rarius in antiquioribus libris (Hos. 3, 5) דָּוִיד (dilectus, part. pass. a דּוּד i. q. דּוֹד) n. pr. filii Isai, Israëlitarum regis numero secundi 1055 — 1015 a. Chr., bellis feliciter gestis non magis quam carminibus suis sacris celebratissimi. De vita eius v. maxime 1 Sam. 16 ad finem usque libri secundi. 1 Chr. 12 — 30. Messiam *Davidis filium* denotat i. q. בֶּן דָּוִד Ez. 34, 23. 24. 37, 24, alibi i. q. בְּנֵי דָוִד Hos. 3, 5. עִיר דָּוִד urbs Davidis i. e. Zion 1 Reg. 3, 1. 8, 1. 9, 24. בֵּית דָּוִד familia, posteri Davidis Jes. 7, 2. 13. Jer. 21, 12.

דּוּדַי pr. adj. cum terminatione chald. ־ַי i. q. ־ִי (a rad. דּוּד) in sing. inusit. Plur. דּוּדָאִים 1) coctorius coquinarius, inde *olla coquinaria,* i. q. דּוּד no. 1, dein *corbis* Jer. 24, 1. 2) *amatorius* (a rad. no. 2), plur. *poma amatoria,* Liebesäpfel Gen. 30, 14 sq., i. e. pomula Mandragorae (Atropae Mandragorae Linn.), herbae Belladonnae similis, radice rapae simili, floribus albis et subrubicundis odoratis (Cant. 7, 14), pomisque flavis itidem odoratis, quae a Maio ad Iulium fere maturescunt, et quibus superstitio orientis hodieque vim in rebus venereis tribuit (v. Gen. l. c.). Vide Dioscorid. 4, 76: *Μανδραγόρας ..... οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσι, ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρων εἶναι ποιητική. ..... καὶ παρ᾽ αὐτὰ* (*φύλλα*) *μῆλα, οὔοις* (sorbis) *ἐμφερῆ, ὠχρά, εὐώδη, ἐν οἷς καὶ καρπός, ὥσπερ ἀπίου.* Schulzii Leitungen des Höchsten T. 5, p. 197, d'Herbeloti biblioth. orientale p. 17. LXX. *μῆλα μανδραγορῶν.* Chald. יַבְרוּחִין quod idem valet, cl. arab. يبروح, vide Sprengel

hist. rei herbariae I, 215 ed. 2. Caeterum in hac planta definienda in alia omnia abierunt interpretes. Celsius (Hierobot. 1, pag. 1 sq.) Sidram s. lotum Cyrenaicam intelligit, refutatus a Mich. in Suppl. p. 410 sqq. Oedmann verm. Samml. fasc. V. p. 94 sq. J. E. Faber (in Rosenmuelleri Morgenland ad h. l.) speciem cucumerum s. melonum parvorum et odoratorum (arab. luffahh) intelligi coniicit: alii aliter, quorum sententias v. ap. Jo. Simonis in peculiari dissertatione de hoc vc. *Arcano formarum* annexa. Prorsus autem facessat G. T. Stegeri (Rosenmueller Repert. II, 45 sq.) sententia, qui omnino plantam intelligendam esse negat.

דָּוָה i. q. דָּאַב q. v. *languit, aegrotus fuit* (arab. دَوِيَ et دَآءَ pro دَوْءٌ), max. de mulieribus menstruatis. Lev. 12, 2: *immundities menstruae purgationis eius*, cf. 15, 33. 2) *tristis fuit*. Cf. דָּוֶה no. 2. Inde דָּוֶה, דְּוַי, דַּוָּי, מַדְוֶה.

דָּוֶה f. דָּוָה adj. 1) *languidus, a*, de mulieribus menstruatis. Lev. 15, 33: הַדָּוָה בְּנִדָּתָהּ. 20, 18. Inde דָּוָה Jes. 30, 22 vestis menstruata i. e. menstruis polluta. 2) *aeger* animi, *tristis*, Thren. 5, 17. 3) *afflictus, miser*. Thren. 1, 13. (Syr. ܕܘܳܐ luxit, infelix fuit. Aph. afflixit, infelicem reddidit. ܕܰܘܝܳܐ infelix, miser. ܕܘܳܝܽܘܬܳܐ infelicitas, miseria).

דּוּחַ in Kal inusit. i. q. נָדַח, דָּחָה *pepulit, trusit, abiecit*. Arab. دَاحَ abiectum reddidit et intrans. vilis, abiectus fuit. VI. proiecit.

Hiph. הֵדִיחַ 1) *pepulit, trusit*. Jer. 51, 34. 2) *abluit, purgavit* altare 2 Chr. 4, 6. Ez. 40, 38, culpam caedis perpetratae Jes. 4, 4.

דְּוַי m. (a rad. דָּוָה, ad formam קְטַל) 1) *languor, morbus* Ps. 41, 4. 2) *immundities, res immunda, fastidium movens* (v. דָּוֶה no. 2). Iob. 6, 6: *num comeduntur sale non condita, num est sapor in olere fatuo?* Comm. 7. *Taedet talia tangere*, הֵמָּה כִּדְוֵי לַחְמִי *et his simile est taedium* s. *immundities cibi mei*. Cibus fastidiosus, insipidus vocatur malum intolerabile. Etenim ex figura Orientalibus admodum familiari *comedere, gustare* aliquid dr. pro hanc illamve fortunam experiri, cf. אָכַל בְּטוֹבָה Iob. 21, 25, γεύεσθαι θανάτου, syr. ܛܥܶܡ ܡܰܘܬܳܐ, arab. ذَاقَ المَوتَ Cor. 3, 182, pers. غم خوردن curas edere i. e. experiri, عذاب خوردن tormenta edere, داوری خوردن iudicium edere, cf. in N. T. κρίμα ἐσθίει 1 Cor. 11, 29. Ferri non potest, quod a nonnullis propositum, כִּדְוֵי h. l. dictum esse pro כְּדֵי *sicut*: nam דֵּי ibi proprie est st. constr. vc. דַּי *satis* (q. v.): et minus etiam comparari potest ذات substantia, hoc enim pr. est fem. a ذو et respondet hebr. זֶה, זֹאת. Cf. A. L. Z. 1825 no. 258.

דַּוָּי m. (formae קַטָּל) *aeger* animi Jes. 1, 5. Jer. 8, 18. Thren. 1, 22. Rad. דָּוָה.

דָּוִיד v. דָּוִד.

דּוּךְ i. q. דָּכַךְ *tundere, contundere* Num. 11, 8. (Arab. دَاكَ id.). Inde מְדֹכָה mortarium.

דּוּכִיפַת f. Lev. 11, 19. Deut. 14, 18 *avis* quaedam *impura*, sec. LXX. Vulg. Saad. *upupa*, sec. Targ. *gallus montanus*, quod quidem posterius collatis דּוּ = ذو dominus et כִּיפַת = chald. כֵּיפָא rupes confirmari possit, cf. Bocharti Hieroz. T. II, p. 346. Nemo enim haerebit in terminatione ַת pro ָה, de qua vid. Lgb. p. 467. Minus apte Jo. Simonis *upupae* significa-

tum vindicaturus דּוּכִיפַת ex דּוּךְ = دِيك gallus, et פַּת cui stercoris notionem tribuit coll. فَتَّ stercus excrevit, conflatum esse censet.

דּוּם rad. inusit. i. q. דָּמַם no. 1 *obmutuit, siluit.* Arab. دَامَ quievit, mansit. II. quietum reddidit, sedavit. Inde tria nomina, quae sequuntur.

דּוּמָה f. 1) *silentium, locus silentii,* poët. de orco Ps. 94, 17. 115, 17. 2) n. pr. tribus et regionis Ismaëliticae in Arabia Gen. 25, 14. Jes. 21, 11, haud dubie eiusdem, quae hodie دومة الجندل Duma saxea, et دومة السامية Duma syriaca vocatur, in confiniis deserti Syriaci et Arabia sita, cum arce munita, in d'Anvillii mappa geogr. sub gr. 58 longit., 29°, 30′ latitud. designata, *Δουμαίθα* Ptolemaei. V. Abulfedae Arabia ed. Gagnier p. 50 ibique Jakutum. Michaëlis Supplem. p. 419. Niebuhrii Arabia p. 344. Comment. nostr. ad Jes. l. c.

דּוּמִיָּה f. (pr. fem. ab inusit. דּוּמִי tacitus, silens, signif. abstr., ut nomina in ־ִית) 1) *silentium* et adv. *tacite.* Ps. 39, 3, *quies*, remissio doloris Ps. 22, 3. 2) *silens* auxilii divini *expectatio, fiducia* in Deo reposita. Ps. 62, 2: אַךְ אֶל־אֱלֹהִים דּוּמִיָּה נַפְשִׁי *Deo soli confidit animus meus.* 65, 2: לְךָ דוּמִיָּה תְהִלָּה *tibi* (debetur) *fiducia, laus.*

דּוּמָם 1) subst. *silentium.* Hab. 2, 19: אֶבֶן דּוּמָם lapis mutus, silens. Possit tamen etiam h. l. adverbialiter accipi, cf. חִנָּם. 2) adv. *tacite.* Jes. 47, 5. Tren. 3, 26: *felix, qui expectat* וְדוּמָם idque *tacite.* Vim adiectivi nomen huius formae nunquam admittit.

דּוּמֶשֶׂק n. pr. 2 Reg. 16, 10 forma rara, sed Syris etiam usitata pro דַּמֶּשֶׂק vel דַּרְמֶשֶׂק *Damascus.*

דּוּן vel **דִּין** prob. i. q. دَانَ med. Waw intrans. *humilem, depressum, inferiorem esse,* unde דִּין (sec. Ewaldum gr. hebr. p. 418 pro הֵדִין) trans. *subiicere* sibi, *imperare, iudicare.* Vicinum est אָדַן q. v., inde derivatum אָדוֹן dominus. Semel legitur Gen. 6, 3: לֹא־יָדוֹן רוּחִי בָאָדָם לְעֹלָם *non in perpetuum spiritus meus* (i. e. superior et divina natura) *in hominibus humiliabitur* i. e. in corpore mortali habitabit, coelitus descendet, et in terra versabitur (coll. comm. 1. 2). Bene ad sensum Verss. veteres, ut LXX: *οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμα μου κτλ.* Vulg. *non permanebit,* Syr. Arab. non habitabit, neque opus est, aliam scripturam iis tribuere, ut יָדוּם = يدوم permanebit, יָדוּר habitabit. Vident eruditi, me in h. l. interpretando ad sententiam in edit. 1 Lex. maioris propositam rediisse. In Lexico minore interpretabar יָדוֹן = יָדִין: spiritus meus non in perpetuum regnabit in homine, neque aliter Rosenm., all. iudicabit i. e. litigabit. Alii aliter. Cf. Michaëlis Suppl. p. 422. Rosenm. de vers. Pent. pers. p. 19.

דּוּן Iob. 19, 29 Keri i. q. דִּין Chethibh, *iudicium.*

דּוֹנַג Ps. 97, 5 et **דֹּנַג** m. *cera.* Ps. 22, 15. 68, 3. Mich. 1, 4. Rad. דנג q. v.

דּוּץ *saltare.* Iob. 41, 14: וּלְפָנָיו תָּדוּץ דְּאָבָה *ante eum exsultat pavor.* Egregie enim trepidatio pavidi saltationi comparatur, cf. Ps. 29, 6. Respondet arab. داص med. Waw et Je, v. Schult. ad l. c., syr. ܕܳܨ in N. T. pro *σκιρτᾶν*, chald. דּוּץ, unde דִּיצָא caprea, lacon. *δίζα.* Vicinae radd. sunt דּוּשׁ, דָּרַשׁ. Haec autem contracta vel emollita ex דנץ (ut הוּךְ ex הָלַךְ, אוּץ ex אָלַץ, עוּק ex עָנַק) qua in

linguis germ. et slavicis saltatio exprimitur, *tanz, danza, taniec,* v. Adelung IV, 530. 31.

דּוּק rad. inusit. Chald. et syr. *circumspicere, prospicere, speculari.* Inde דָּיֵק.

דּוּק chald. i. q. דָּקַק, sed intrans. *comminutus est.* Pl. דָּקוּ Dan. 2, 35.

דּוּר 1) pr. i. q. arab. دار *circumire, in orbem ire,* unde دور et دائرة orbis, دائر rotundus. Vicinae radd. sunt תּוּר, טוּר, דָּרַר, דָּהַר, et dentali in sibilum versa זוּר, סוּר, שׁוּר, quae omnes circumeundi, se convertendi, cingendi potestatem varie inflexam habent. Inde דּוּר no. 1 et דּוֹר. 2) *commorari, habitare* (ut chald. דּוּר) Ps. 84, 11, vel quia primae habitationes in rotundum fuerint exstructae (quod Jo. Simoni placet), vel ita ut circumeundi et se convertendi notio ad divertendi significationem inflexa sit (cf. גּוּר, אָוָה), quod equidem praefero. E linguis occidentalibus confero δηρός, δηρόν tempus diuturnum, δηρὸς χρόνος, lat. *durus, durare, dauern,* antiqu. *duren, turen.*

דּוּר chald. *habitavit* Dan. 4, 9. 18. Part. דָּאֲרִין, Keri דָּיְרִין Dan. 2, 38. 3, 31. 6, 26, unde מְדוֹר, מְדָר, מְדוּרָה, תְּדִירָא.

דּוּר m. 1) *orbis* (arab. دور) Jes. 29, 3: כַּדּוּר *velut per orbem, circumcirca.* 2) *pila.* Jes. 22, 18. 3) *rogus,* strues lignorum *rotunda* Ez. 24, 5 (cf. מְדוּרָה V. 9).

דּוֹר et **דֹּר** m. 1) *aetas* hominum, qs. vitae annorum *periodus* et *orbis* a rad. דּוּר no. 1, cf. تارة tempus itidem a تار circumivit, aliaque vcc. tempus significantia s. v. אֹפֶן. (Ad litteram respondet دهر tempus, saeculum, med. Waw et He inter se permutatis, v. litt. ה). Eccl. 1, 4: דּוֹר הֹלֵךְ וְדוֹר בָּא *una hominum aetas discedit, altera venit.* Deut. 23, 3. 4. 9: שְׁלִשִׁי, דּוֹר עֲשִׂירִי *decima, tertia aetas.* Iob. 42, 16. Iud. 2, 10: דּוֹר אַחֵר *alia aetas.* Num. 32, 13: עַד־תֹּם כָּל־הַדּוֹר *usque dum consumta est tota aetas.* דֹּר וָדֹר omnis aetas, omnes aetates Ps. 61, 7. Joël 2, 2: עַד־שְׁנֵי דֹּר וָדֹר *ad omnem aetatem futuram.* Ps. 45, 18: בְּכָל־דּוֹר וָדוֹר *per omnes venturas aetates.* Sic לְדֹר דֹּר ad omnes aetates (futuras) Ex. 3, 15. Joël 4, 20, לְדֹר וָדֹר Ps. 10, 6. 33, 11. 49, 12, עַד דֹּר וָדֹר 100, 5. Jes. 13, 20, מִדֹּר דֹּר Exod. 17, 16. Alibi etiam de aetate praeterita Deut. 32, 7. Jes. 58, 12. 60, 15. Cf. infra plur. Addito genit. vel suff. *aetas,* i. e. *aequales* alicuius. Jes. 53, 8. Gen. 6, 9: תָּמִים הָיָה בְּדֹרֹתָיו *integer erat* (Noachus) *inter aequales suos.* Vulgo Hebraei, pariter atque nos, hominum aetati triginta ad quadraginta annos tribuisse videntur (v. Iob. 42, 16), patriarcharum, utpote longaevorum, tempore autem centum (Gen. 15, 16 cf. comm. 14 et Ex. 12, 40), et similiter apud Romanos *seculi* vocabulum olim hominum aetatem significasse, postea demum ad centum annorum spatium translatum esse notat Censorin. de die natali cap. 17. Neglecta aetatis notione saepe est *genus hominum,* in bonam partem Ps. 14, 5. 24, 6. 73, 15. 112, 2, in malam partem (ut nostr. *Race*) Deut. 32, 5: דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל *genus fallax et perversum.* V. 20. Jer. 7, 29: דֹּר עֶבְרָתוֹ *genus, cui irascitur Deus.*

2) *habitatio* (ut arab. دار) v. rad. no. 2. Jes. 38, 12. Ps. 49, 20: דּוֹר אֲבוֹתָיו *domus patrum suorum* i. e. sepulcrum.

3) n. pr. urbis v. נָפָה.

Pluralis duplicem habet formam (utramque masc. Iob. 42, 16),

דּוֹרִים et דּוֹרוֹת. Ac prior occurrit in una locutione דּוֹר דּוֹרִים *secula seculorum*, quae perpetuitatem significat Ps. 72, 5. 102, 25. Jes. 51, 8, posterior creberrime de *aetatibus venturis, posteris.* Lev. 23, 43: לְמַעַן יֵדְעוּ דֹרֹתֵיכֶם. 22, 3. Num. 9, 10: לָכֶם אוֹ לְדֹרֹתֵיכֶם *vobis vel posteris vestris*, 15, 14, maxime in formula legislatoria חֻקַּת עוֹלָם לְדֹרֹתֵיכֶם lex perpetua posteris vestris (observanda), Lev. 3, 17. 23, 14. 31. 41, cf. Gen. 17, 7. 9. 12. Ex. 12, 14. 17. 16, 32. 33.

דּוּרָא chald. n. pr. planitiei in Babylonia Dan. 3, 1. Conferunt *Duram* urbem ap. Ammian. Marcell. 25, 6 ad Tigridem sitam, vel aliam cognominem ap. Polyb. 5, 48 ad Euphratem prope ostium Chaborae. V. Miscellan. Lips. nova T. V. p. 274.

דּוּשׁ, דּוֹשׁ (Mich. 4, 13) et **דִּישׁ** Deut. 25, 4 (emollitum ex דָּרַשׁ q. v.) 1) *terere, conterere*, maxime *calcando*, inde *conculcare* Iob. 39, 15. Hab. 3, 12, max. hostes, *comminuere* Mich. 4, 13. 2) *triturare* frumentum, quod faciunt boves pedibus illud exculcantes Jer. 50, 11. Hos. 10, 11. Etiam de hominibus bovem triturantem agentibus. 1 Chr. 21, 20: וְאָרְנָן דָּשׁ חִטִּים *et Ornan triticum triturabat.* Transfertur 3) ad crudele supplicium, quod Hebraei subinde a captivis sumebant, frumenti instar tribulis ferreis eos in area triturantes. Am. 1, 3. (Arab. دَاسَ conculcavit terram pedibus, homines in bello, trituravit frumentum in area, syr. ܕܫ id.). Cf. אָדַשׁ.

Niph. נָדוֹשׁ inf. cstr. הִדּוֹשׁ pass. no. 1. Jes. 25, 10.

Hoph. pass. no. 2. Jes. 28, 27. Inde מְדוּשָׁה, דִּישׁוֹן, דַּיִשׁ.

דּוּשׁ chald. i. q. hebr. no. 1. Dan. 7, 23.

דָּחָה *trusit, impulit* ad lapsum, *stofsen, umstofsen.* (Arab. دحا id. v. Dschauh. ap. Schultens. ad Iob. p. 1101, etiam de coitu, ut ضرب et alia feriendi verba v. דָּחָה, syr. et chald. ܕܚܐ, דְּחָא id. Trudendi autem, feriendi, impellendique notionem habes in plurimis verbis, quarum syllaba primaria est דח, ut דּוּחַ, דָּחַח, דָּחַף, דָּחַק, נָדַח, دحب, دحم, دحر, דָּחַס, ܕܚܦ, cf. similes familias s. v. דָּכַךְ et דָּקַק). Ps. 35, 5. 118, 13: דָּחֹה דְחִיתַנִי לִנְפֹּל *impulisti me, ut caderem.* 140, 5. 62, 4: גָּדֵר הַדְּחוּיָה *murus subversus.*

Niph. pass. Kal *detrusus est* Prov. 14, 32: *malitia sua detruditur impius* i. e. perit, in perniciem ruit. Cf. יִדַּחוּ (pr. a דָּחַח) Jer. 23, 12. Sed Part. plur. constr. נִדְחֵי, ut נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל, rectius refertur ad נָדַח q. v.

Pu. praet. דֹּחוּ *impulsi sunt* ad lapsum. Ps. 36, 13.

Derivv. מִדְחֶה, דְּחִי, et

דַּחֲוָה f. pl. דַּחֲוָן chald. *concubina* (a rad. דָּחָה, arab. دَحَا et دَحَى subegit feminam). Dan. 6, 19: וְדַחֲוָן לָא־הַנְעֵל קָדָמוֹהִי *nec passus est concubinas ad se introduci.* Theodot. et Syrus *cibos* interpretantur, arbitrarie, melius interpretes Hebr. instrumenta musica, spec. pulsatilia.

דָּחַח i. q. דָּחָה, unde fut. Niph. יִדַּחוּ Jer. 23, 12. Sed, modo יִדָּחוּ scribas, potest ad דָּחָה referri.

דְּחִי in pausa דֶּחִי m. (a rad. דָּחָה) *impulsio* ad lapsum, *eversio* Ps. 56, 14. 116, 8.

דְּחַל chald. *timuit* i. q. hebr. זָחַל pr. serpuit, suspenso gradu incessit, quod faciunt timidi, *furchtsam heranschleichen.* Respondet syr.

ܕܚܠ timuit, arab. دحل fugit, recessit, pr. sich davonschleichen, clam se subduxit. Cstr. sq. מִן קֳדָם (cf. יָרֵא מִפְּנֵי) Dan. 5, 19. Part. דְּחִיל terribilis. Dan. 2, 31. 7, 7.
Pa. דַּחֵל *terruit.* Dan. 4, 2.

דָּחַן rad. inusit. arab. دخن *fumavit,* deinde de fumoso, fusco colore, unde esse videtur

דֹּחַן m. arab. دُخْن Ez. 4, 9, *holcus* (holcus dochna Linn.), germ. *Meerhirsen,* frumenti genus, cuius plures species in Italia, Syria et Aegypto coluntur, cuiusque folia viridia pabulo, grana autem matura *fusci, subnigri* coloris pani, pulmento cet. adhibentur. Cf. Oedmanni verm. Sammll. aus der Naturkunde T. 5, p. 92 vers. Germ. Forskål Flora aegyptio-arab. p. 174. Niebuhrii Arab. p. 295. Vett. Versiones reddunt *panicum,* vide Celsii Hierob. I, 453 sq.

דָּחַף *protrusit, propulit, impulit,* v. ad rad. דָּחָה. Part. pass. *impulsus,* concitatus, properans. Esth. 3, 15. 8, 14.
Niph. נִדְחַף *impulit se,* properavit. 2 Chr. 26, 20. Esth. 6, 12. Inde מַדְחֵפוֹת.

דָּחַק *trusit, pressit,* ut fit in magna multitudine Joël 2, 8. (Arab. دحق repulit, abegit, دحيق reiectus, unde quadril. دحقب trusit a tergo comp. ex دحق et عقب. Aram. ܕܚܩ, דְּחַק i. q. hebr. Congruit gr. διώκω). Part. דֹּחֵק oppressor (populi). Iud. 2, 18.

דַּי st. constr. דֵּי, c. suff. דַּיּוֹ 1) subst. *sufficientia, sat magna copia,* deinde adv. *satis.* (Forma est tanquam a verbo דָּיָה = דַּי [ut חַי, حَيِيَ a حَيّ] quod ex Simonis sententia idem valuit quod أَدَى multus fuit. Dici etiam possit דַּי per aphaeresin dictum esse pro אֲדַי, ad formam זְמַן ,זְמַנִּי; לְשַׁד, לְשַׁדִּי). Esth. 1, 18: וּכְדֵי בִּזָּיוֹן וָקָצֶף *et insolentiae et rixarum erit quantum satis.* Malach. 3, 10: *effundam vobis benedictionem* עַד בְּלִי דָי *usque ad defectum sufficientiae,* usque dum consumta erit abundantia mea: quod quum fieri non possit, sententia est: in aeternum, cf. Ps. 72, 6. (Jo. Simonis bene ad sententiam: ultra quam satis est, sed quomodo hoc ex verbis elicuerit, equidem non video). Qui sequitur, genitivus plerumque rem personamve designat, *cui* sufficit aliquid. Prov. 25, 16: דַּיֶּךָּ *quod tibi sufficit.* Ex. 36, 7: דַּיָּם *iis sufficiens.* Obad. 5. Jer. 49, 9. Lev. 5, 7: דֵּי שֶׂה *quantum sufficit ad agnum emendum* (non, ut Simonis ed. 1—4: quot sufficiunt ad agnum comedendum). 12, 8. 25, 26: כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ *quantum ad eum redimendum sufficit.* Neh. 5, 8: כְּדֵי בָנוּ *quantum in nobis erat,* pro viribus. Rarius genitivo id significatur, cuius sat magna copia adest. Prov. 27, 27: דֵּי חֲלֵב עִזִּים *satis lactis caprini.*

2) Statui constr. דֵּי saepius praemittuntur praepositt., unde novae oriuntur praepp. compositae, in quibus omnibus tamen sufficientiae copiaeque potestas plus minusve servata est.

a) כְּדֵי *secundum copiam, pro ratione.* Iudd. 6, 5: *innumeri* כְּדֵי אַרְבֶּה לָרֹב. Deut. 25, 2: כְּדֵי רִשְׁעָתוֹ *pro criminis eius ratione.*

b) מִדֵּי id. *secundum multitudinem, copiam* (cf. מִן 2, litt. d), unde sq. inf. *quoties, quotiescunque.* 1 Sam. 18, 30: וַיְהִי מִדֵּי צֵאתָם *et factum est, quoties expeditionem faciebant.* Cf. 1, 7. 1 Reg. 14, 28: וַיְהִי מִדֵּי בֹא הַמֶּלֶךְ *et factum est, quoties rex veniebat* cet. Jes. 28, 19. Jer. 31, 20. 2 Reg. 4, 8. Etiam sq. verbo finito,

ubi suppl. אֲשֶׁר. Jer. 20, 8: מִדֵּי אֲדַבֵּר *quoties loquor*, it. sq. nomine, ubi ellipsis est, ut מִדֵּי חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ Jes. 66, 23 i. e. *quoties mensis* venit *mense suo* i. e. tempore suo, *quovis mense*, et sic מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה *quotannis* 1 Sam. 7, 16. Zach. 14, 16.

c) בְּדֵי α) *secundum copiam* i. q. כְּדֵי et מִדֵּי (cf. בְּ B, 7), inde *quoties*. Iob. 39, 25: בְּדֵי שֹׁפָר *quoties tuba inflatur*. β) *ad sufficientiam* alic. (cf. בְּ B, 4) i. e. ut satis habeat, *pro* aliquo, et proprie quidem, ubi cibi est mentio. Nah. 2, 13: בְּדֵי גֹּרוֹתָיו *pro catulis suis*. In altero hemistichio: לְלִבְאֹתָיו. Hab. 2, 13: *laborarunt populi* בְּדֵי אֵשׁ *in pabulum ignis, et nationes laborarunt* בְּדֵי רִיק *in vanum*, incassum. Jer. 51, 58 (ubi eadem verba). Germ. für das Feuer, für Nichts. Absurde Jo. Simonis בְּדֵי רִיק reddit: quantum requiritur, ut aliquid frustra sit, et בְּדֵי אֵשׁ quantum materiae ignis requirit: quod in recentissima etiam edit. correctum non esse miror. — Nusquam בְּדֵי, quod *Vaterus* olim docebat, est forma mere poët. pro בְּ.

דִּי chald. A) pron. relat. *qui, quae, quod* i. q. hebr. אֲשֶׁר. (Ortum est hoc relativum ex demonstrativo זֶה, arab. ذو, ذى, quod posterius plerumque dominum reddunt, v. c. ذو القرنين dominus duorum cornuum, bicornis, sed nil nisi pronomen est, et etiam in Taiitarum dialecto pro relat. الذى adhibetur. Sic plur. اولو et اولى vulgo: domini, sed pr. i. q. اولا, אֵלֶּה *qui*, cf. דִּי זָהָב et Schultens ad Florileg. sentent. p. 182, ad Haririi Consessus T. II, p. 75. Syri et Chaldaei inde decurtarunt דְּ praefixum. Vide plura ad אֲשֶׁר p. 109.) De usu relativi observandum 1) subinde ponitur pro *is qui, id quod*, Dan. 2, 23, plenius מַה דִּי 2, 28. 43. Alibi 2) *mera* est *relationis nota*. דִּי תַמָּה ubi Esr. 6, 1. דִּי מְדָרְהוֹן quorum habitatio Dan. 2, 11. דִּי אִנּוּן qui Dan. 7, 17. 3) est *nota Genitivi* (cf. אֲשֶׁר לְ), v. c. שַׁלִּיטָא דִּי מַלְכָּא *praefectus regis*, pr. qui regis erat Dan. 2, 15, ita quidem ut substantivum ponatur vel in st. emphat. Dan. l. c., vel in constr. נְהַר דִּי נוּר Dan. 7, 10, vel c. Suff. pleon. שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא nomen Dei (germ. Gottes sein Name) Dan. 2, 20, קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא accusationes Judaeorum 3, 8. Genitivum materiae habes Dan. 2, 32: רֵאשֵׁהּ דִּי דְהַב טָב *caput eius ex auro bono*. Esr. 6, 4. 4) Pro verboso Chaldaeorum sermone interdum redundat ante praepp. בְּ, מִן. הֵיכְלָא דִּי בִירוּשְׁלֶם *templum (quod) Hierosolymis* est. Dan. 5, 2: בִּירְתָא דִּי בְמָדַי *arx (quae) in Media* est. Esr. 6, 2. Dan. 6, 14, inpr. 2, 34, cf. Esth. 1, 12 cum V. 15.

B) Abit in *coniunctionem*, ut hebr. אֲשֶׁר litt. B, et notat 1) *quod*, Dan. 2, 23, *eo quod, quia* 4, 15. 2) *ut, ita ut*. Dan. 2, 16. 47. 3) Praemittitur orationi rectae, ut כִּי, ὅτι. Dan. 2, 25: *ita dixit ei*, דִּי הַשְׁכַּחַת גְּבַר *vir repertus est* etc. V. 37. 5, 7. 6, 6. 14.

Componitur c. Praeff. 1) כְּדִי i. q. כַּאֲשֶׁר *quum*. Dan. 3, 7. 5, 20. 6, 11. 15. 2) מִן־דִּי *ex quo* (tempore) Dan. 4, 23. Esr. 5, 12. 3) כָּל־ v. קֳבֵל־דִּי.

דִּי זָהָב (locus auro abundans cf. ad chald. דִּי no. 1) n. pr. loci in deserto Sinaitico, qui ab auri abundantia dictus esse videtur. Deut. 1, 1. Nil dubito, quin idem sit locus, qui hodieque *Deheb* vocatur ad litus occidentale sinus Aelanitici situs, palmis abundans, v. Burckhardti itin. Syriae p. 847 et 1075 edit. nostr. LXX. *Καταχρύσεα*, cf. Euseb. et Hieron. in Onom. h. v.

דִּיבוֹן (tabes, v. rad. דּוּב) n. pr. 1) oppidi in finibus Moabitarum, in boreali litore Arnonis, a Gaditis conditi i. e. restituti (Num.

32, 34), unde Dibon-Gad (Num. 33, 45), deinde Rubenitis concessi (Jos. 13, 9. 17), postea a Moabitis iterum occupati (Jes. 15, 2. Jer. 48, 18. 22). Hodieque *Dibân* appellatur, v. Burckhardti itin. II, p. 633. Semel (Jes. 15, 19) permutatis litteris מ et ב scribitur דִּימוֹן, ut alludatur voci דָּם. 2) oppidi in tribu Judae Neh. 11, 25, quod דִּימוֹנָה scribitur Jos. 15, 22.

דִּיג *piscatus est*, v. דּוּג. Inde

דַּיָּג m. *piscator*. Jes. 19, 8 et Jer. 16, 16 Keri.

דָּיָה rad. inusit. et incerta. I) fort. i. q. chald. דְּהָה *obscurus fuit*, unde דְּיוֹ atramentum.

II) *sufficiens, multus* fuit. V. דַּי.

דַּיָּה f. Deut. 14, 13. Jes. 34, 15 *avis* quaedam *rapax*, in ruinis habitans. Bocharto *vultur niger* coll. דְּיוֹ: malim *falconem, milvum* a celeri volatu dictum, ut דַּיָּה sit a דָּאָה (א geminato in י mutato, ut syr. ܕܐܐ Pa. ܕܝܐ). LXX. ἰκτῖνος, Vulg. *milvus*.

דְּיוֹ m. (ad formam בְּלוֹ) *atramentum* Jer. 36, 18. Aram. דְּיוֹתָא, ܕܝܘܬܐ, arab. دَوَاةٌ atramentarium, pers. دويت id.

דִּימוֹן v. דִּיבוֹן no. 1. 2.

דִּין fut. יָדִין praet. דָּן 1) *regere, moderari*. (Pr. ut videtur, *subiicere, subiugare*, causat. radicis דּוּן q. v., qs. pro הֵדִין). Constr. c. acc. 1 Sam. 2, 10. Zach. 3, 7: *domum meam moderaberis*. 2) *iudicare* i. q. שָׁפַט, sed crebrius in sermone poëtico. Regendi nimirum et iudicandi notiones, ut in disciplina Orientis, ita in linguis eius arcte cohaerent, cf. שָׁפַט, it. دَانَ et حَكَمَ. Gen. 49, 16: דָּן יָדִין עַמּוֹ *Dan iudicat populum suum*; saepius de Deo, gentium iudice Ps. 7, 9. 9, 9. 50, 4. 72, 2. 96, 2. Jes. 3, 13. *Iudicare* aliquem spec. dicitur a) pro *damnare, punire* sontem, κατακρίνειν Gen. 15, 14. Iob. 36, 31, sq. בְּ Ps. 110, 6. b) *tueri ius* alicuius, efficere, ut ius obtineat, de iudice iusto, maxime Deo. Prov. 31, 9: דִּין עָנִי וְאֶבְיוֹן *causam age miseri et egeni*. Gen. 30, 6: דָּנַנִּי אֱלֹהִים *Deus causam meam vindicavit*. Ps. 54, 3: וּבִגְבוּרָתְךָ תְדִינֵנִי *potentia tua ius meum tuere*, ulciscere me. Plenius Jer. 5, 28. 22, 16: דָּן דִּין עָנִי וְאֶבְיוֹן *causam agit miseri et egeni*. 30, 13. 3) sq. עִם, *litigatus est cum aliquo*, ut Niph. Eccl. 6, 10.

Niph. נָדוֹן recipr. *litigatus est*. 2 Sam. 19, 10. Cf. syn. נִשְׁפַּט. (Arab. حكم iudicavit. III. IV. altercatus est). Inde praeter ea, quae proxime sequuntur, מָדוֹן, דָּן, מְדִינָה, מְדָנִים et nomm. pr. מִדְיָן, דָּנִיֵּאל, מָדֹן.

דִּין et **דּוּן** chald. id. part. Esr. 7, 25.

דִּין m. 1) *iudicium* (ex lingu. occidentalibus inde ductum arbitror hom. δήνεα) Ps. 76, 9. כִּסֵּא דִין tribunal Prov. 20, 8. 2) *causa, quae iudicatur*. Deut. 17, 8: בֵּין דִּין לְדִין *inter causam unius et alterius*. Prov. 29, 7. עָשָׂה דִין Ps. 140, 13, i. q. דָּן דִּין causam alicuius egit. Esth. 1, 13: כָּל־יֹדְעֵי דָּת וָדִין *omnes, qui legem et ius cognoverunt*. Iob. 36, 17 דִּין et מִשְׁפָּט sibi opponuntur, ut culpa et poena. 3) *lis, litigatio*, v. rad. no. 3 et Niph. Prov. 22, 10.

דִּין chald. 1) *iudicium*, et meton. pro *senatu*, cf. دِيوَان summus senatus. Dan. 7, 10: דִּינָא יְתִב *iudices considebant*. V. 26. 2) *ius, iustitia* Dan. 4, 34: אֹרְחָתֵהּ דִּין *eius viae sunt ius*. Dan. 7, 22: וְדִינָא יְהִב לְקַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין *et (donec) ius redditum est sanctis altissimi*. 3) *poena*. Esr. 7, 26.

דִּינָה (iudicata i. e. absoluta, vindicata) n. pr. filiae Jacobi. Gen. 30, 21. 34, 1 sq.

דִּינָיֵא m. pl. chald. n. pr. populi Assyriaci, in Samariam traducti. Esr. 4, 9.

דַּיָּן m. 1) *iudex.* 1 Sam. 24, 16. 2) *vindex*, causidicus. Ps. 68, 6. Chald. Esr. 7, 25.

דִּיפַת 1 Chr. 1, 6 varia lectio pro רִיפַת loco parallelo Gen. 10, 3, ubi tamen multi codd. cum intpp. graecis et lat. scribunt *Riphat* q. v.

דָּיֵק (a rad. chald. et syr. דוק speculari) m. *specula, turris oppugnatoria*, i. q. בַּחַן et syr. ܕܝܩܐ, plerumque collect. 2 Reg. 25, 1. Jer. 52, 4. Ez. 4, 2. 17, 17. 21, 27. 26, 8. Saepe dr. בָּנָה דָיֵק, semel נָתַן Ez. 26, 8. J. D. Michaëlis, quem olim sequebar, intelligebat *murum* quo obsidentes urbem circumvallaverint, Circumvallationslinie (LXX. in libro Reg. περίτειχος) sed cf. Rosenm. ad Ez. 4, 2, adde Barhebr. p. 206: exstruxit turrim ܠܕܝܩܐ ad speculandum.

דִּישׁ i q. דוּשׁ trituravit q. v. Inde

דַּיִשׁ m. *tempus triturandi.* Levit. 26, 5.

דִּישׁוֹן m. 1) *species dorcadis* a saliendo, saltando dicta, a rad. דוּשׁ pr. calcare, sed prob. etiam i. q. דוּץ salire, unde דִּיצָא, ܕܝܨܐ caprea, dorcas (cf. Bocharti Hieroz. II p. 270 ibique Rosenm.) Deut. 14, 5. LXX. πύγαργος, Syr. et Targ. ܪܝܡܐ, uterque Arabs الريم, quae vcc. cuncta dorcadum species notant. 2) n. pr. a) filii Seïri, ac regionis Idumaeae nomen eius gerentis. Gen. 36, 21. 30. 1 Chr. 1, 38. b) nepotis Seïri Gen. 36, 25. 1 Chr. 1, 41.

דַּךְ m. adj. (a דָּכַךְ) 1) *contritus*, hinc *depressus*, *afflictus*, miser Ps. 9, 10. 10, 18. 74, 21. Semel signif. act. accipiendum videtur pro *contundens* i. e. *castigans*, reprehendens. Ita enim cum Luthero et Geiero intelligo Prov. 26, 28: לְשׁוֹן שֶׁקֶר יִשְׂנָא דַכָּיו *lingua mendax* i. e. *homo mendax odit castigantes eum.* Adiectiva verbalia formae דַּךְ, דָּךְ et, ex quibus haec contracta est, קָטֵל plerumque quidem intransitiva sunt et a verbis intransitivis derivata, ut תַּם, דַּל, רַב et multa alia, nihil tamen obstat, quominus eiusmodi forma a verbo transitivo ducta, quale est דָּכַךְ, etiam transitive accipiatur, דָּכֵךְ contr. דַּךְ, דָּךְ = דָּכֵךְ, et in nonnullis certe re vera ita factum testantur אָמֵן, שָׁטֵן. LXX bene ad sensum: γλῶσσα ψευδής μισεῖ ἀλήθειαν, favetque alterum hemistichium: *os blandum parit ruinam.* Olim interpretabar cum Dathio: *lingua mendax odit a se atterendos*, eos quos perdere vult, sed illud nil dubitans praefero.

דֵּךְ m. chald. *hic* Esr. 5, 16. 17. 6, 7. 8, et דָּךְ fem. *haec* Esr. 4, 15. 16. 19. 5, 8. (Respondet arab. ذَاكَ: utrumque ortum ex simplice demonstrativo ذَا = זֶה, cum suffixo pleonast. alterius personae, ذَاكَ pr. hic tibi, alibi ذَلِكَ, et ubi cum pluribus colloquimur, ذَاكُمْ hic vobis. In Targg. pro hebr. זֶה frequentatur דֵּךְ, דֵּין, דֵּיכִי, דִּיכִי.

דָּכָא i. q. דָּכָה *contritus est*, in Kal inusit. Cf. דָּכַךְ.

Pi. דִּכֵּא 1) *contrivit* Ps. 72, 4: וִידַכֵּא עוֹשֵׁק *et conterit violentum.* 89, 11. 143, 3. Iob. 6, 9: וְיֹאֵל אֱלוֹהַּ וִידַכְּאֵנִי *et utinam Deus me*

confringeret! Metaph. Iob. 19, 2: וּתְדַכְּאוּנַנִי בְמִלִּים *et* (quousque) *verbis me comminuetis?* 2) *conculcavit* (pedibus). Thren. 3, 34, hincque (inferiorem) oppressit, Jes. 3, 15. Ps. 94, 5, maxime in foro Prov. 22, 22.

Niph. part. *oppressus.* Jes. 57, 15.

Pu. 1) *confractus,* contritus est, de brachio Iob. 22, 9. 2) *contusus est* (plagis) Jer. 53, 3. 3) *depressus,* moerore *confectus est* Jes. 19, 10. Jer. 44, 10.

Hithp. הִדַּכָּא pass. Pi. no. 2. Iob. 5, 4. 34, 25. Derivata sequuntur.

דַּכָּא adj. intensivum a rad. דָּכָא (ad formam קַטָּל) 1) *valde contritus, comminutus,* inde subst. *comminutum,* poët. pro *pulvere.* (Arab. دُكَّاءٌ pulvis). Ps. 90, 3: תָּשֵׁב אֱנוֹשׁ עַד־דַּכָּא *redigis hominem in pulverem.* 2) *confractus,* qui animum abiecit, despondit. Jes. 57, 15. Ps. 34, 19.

דָּכָא m. c. Suff. דַּכְּאוֹ et cum Dag. forti euphon. (Lgb. p. 87) דַּכְּאוֹ *contritio,* vulnus. Jes. 53, 10: יְהוָה חָפֵץ דַּכְּאוֹ הֶחֱלִי *Jehovae placuit, eius vulnus aegrum* (i. e. grave) *facere,* i. e. eum graviter vulnerare. Constructio est ἀσύνθετος.

דָּכָה i. q. דָּכָא *contusus est,* in Kal semel legitur Ps. 10, 10 Cheth. ודכה ישׁח *et contusus corruit.* Keri יִדְכֶּה id.

Pi. contudit, confregit Ps. 44, 20. 51, 10: תָּגֵלְנָה עֲצָמוֹת דִּכִּיתָ ut *ossa mea exsultent,* quae *contrivisti,* nimirum culpae conscientia.

Niph. pass. *confractus, contritus est* Ps. 38, 9, de animo. 51, 19: לֵב נִשְׁבָּר וְנִדְכֶּה *animus fractus et contritus.* Inde דֳּכִי.

דַּכָּה f. *contritio* (a rad. דָּכַךְ). Deut. 23, 2: פְּצוּעַ דַּכָּה *mutilatus* s. castratus *contritione* sc. testium. Significatur haud dubie peculiaris castrandi modus, etiamnum, ut accepimus a medicis Graecis, in Oriente usitatus, quo puerorum tenellorum testiculos in aqua calida emollitos conterendo exstirpant. Graecis huiusmodi eunuchus θλαδίας appellatur a θλάω. Bene Vulg. eunuchus attritis testiculis.

דֳּכִי a rad. דָּכָה m. *contusio, collisio* (fluctuum), hinc *fragor.* Ps. 93, 3: יִשְׂאוּ נְהָרוֹת דָּכְיָם *tollunt flumina fragorem suum.* (Arab. دكا tutudit, trusit. VI. collisit, cf. داك VI. presserunt se invicem in pugnae tumultu, دَوْكَةٌ tumultus, certamen).

דָּכַךְ rad. inusit., arab. دَكَّ *comminuit, contudit, contrivit,* i. q. דָּכָא, דָּכָה, דּוּךְ, unde דַּךְ, דַּכָּה. Cf. דָּקַק et quae observavimus ad דָּחָה. E linguis occidentt. confero gr. δάκω, δάκνω.

דִּכֵּן chald. *hic,* i. q. דֵּךְ. Dan. 2, 31. 7, 20.

דְּכַר chald. i. q. hebr. זָכַר *meminit,* unde דִּכְרוֹן, דָּכְרָן.

דְּכַר pl. דִּכְרִין chald. *aries.* Esr. 6, 9. 17. 7, 17. Pr. *marem* significat, ut hebr. זָכָר, spec. de *mare ovium* usurpatum, ut graec. ἄῤῥην *mas,* ἄρην, ὕρης *aries.*

דִּכְרוֹן (a rad. דְּכַר) m. emph. דִּכְרֹנָה chald. *memoria,* ὑπόμνημα, *monumentum, documentum* Esr. 6, 2.

דָּכְרָן m. chald. id. Esr. 4, 15: סְפַר־דָּכְרָנַיָּא *liber monumentorum,* i. e. acta publica regni a cancellario (hebr. מַזְכִּיר) publica auctoritate concinnata. Syr. ܕܘܟܪܢܐ memoria, v. c. de memoriis martyrum.

דַּל I) (a rad. דָּלַל) pr. *pendulus, nutans,* inde *valva* ianuae, ut quae

suspensa nutat et ultro citroque movetur. Semel legitur metaph. *valva labiorum* de ore Ps. 141, 3 (cf. Mich. 7, 5 et πύλαι στόματος Eurip. Hippol. 882). Longe frequentius est fem. דֶּלֶת *valva*, q. v.

II) plur. דַּלִּים, fem דַּלּוֹת *debilis* (a rad. דָּלַל) *infirmus, impotens.* 2 Sam. 3, 1: *Davides in dies invalescebat,* וּבֵית שָׁאוּל הֹלְכִים וְדַלִּים *et domus Sauli magisque debilitata est,* spec. a) *macer.* Gen. 41, 19. 2 Sam. 13, 4: מַדּוּעַ אַתָּה כָּכָה דַּל *cur tu adeo macrescis?* b) *tenuis, ignobilis.* Saepe in plur. דַּלִּים Ex. 23, 3. Lev. 14, 21. 19, 15. 1 Sam. 2, 8. Ruth. 3, 10. Ps. 41, 2. 72, 13. Prov. 10, 15. 14, 31. 19, 4. Jes. 14, 30. 25, 4. 26, 6.

דָּלַג *saliit, exsiliit,* in Kal semel legitur Zeph. 1, 9.

Pi. id. Jes. 35, 6: אָז יְדַלֵּג כָּאַיָּל פִּסֵּחַ *tunc salit cervi instar claudus,* sq. עַל Cant. 2, 8, sq. acc. Ps. 18, 30: בֵּאלֹהַי אֲדַלֶּג־שׁוּר *cum Deo meo muros transsilii.* (Chald. id.).

דָּלָה 1) i. q. דָּלַל *pependit deorsum, pendulus fuit* cf. arab. دلى Conj. V. de ramis dependentibus et aethiop. ደለወ: libravit, pependit. V. דָּלִית.

2) *pendere fecit,* i. e. *demisit* urnam *in puteum, hausit.* (Arab. دلا et دلى, syr. ܕܠܐ id. Inde gr. τλάω, et compositum ἀν-τλάω lat. *antlare*) Ex. 2, 16. 19. Metaph. Prov. 20, 5: *aqua profunda est consilium in animo viri,* וְאִישׁ תְּבוּנָה יִדְלֶנָּה *vir tamen prudens id exhaurit.*

Pi. hausit, extraxit (ex puteo), metaph. *liberavit.* Ps. 30, 2: אֲרוֹמִמְךָ כִּי דִלִּיתָנִי *te extollam, nam me liberasti.* De forma דַּלְיוּ Prov. 26, 7 v. ad דָּלַל.

Inde דַּל no. I, דַּלָּה, דֶּלֶת, דְּלִי, דָּלִית, דֶּלִי, et nomm. pr. דְּלָיָה, דְּלָיָהוּ.

דָּלָה i. q. דֶּלֶת *ianua* v. ad דַּל no. I. Jes. 26, 20 Keri, unde dual. דְּלָתַיִם, v. s. v. דֶּלֶת.

דַּלָּה f. (a דָּלַל) pr. *res pendula, tenuis, tenue quid,* spec. 1) *fila tenuia,* spec. *licium,* quo textum iugo alligatum est. Jes. 38, 12: מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי *a licio me abscindit,* imago mortis a textore petita, qui opus absolutum a iugo abscindit. (Chald. דַּלִּיל tela). 2) *coma* pendula. Cant. 7, 6, ubi Vulg. coma capitis. 3) *tenuitas,* paupertas, pro concr. *pauperes* 2 Reg. 24, 14. 25, 12. Plur. דַּלּוֹת הָעָם Jerem. 52, 15 et ד׳ הָאָרֶץ V. 16 id.

דָּלַח *turbavit* aquam pedibus. Ez. 32, 2. 13. (Syr. ܕܠܚ id.).

דְּלִי m. (a דָּלָה) *haustrum, situla* aquae hauriendae Jes. 40, 15. Arab. دَلْو.

דְּלִי m. id. Num. 24, 7: יִזַּל מַיִם מִדָּלְיָו *manat aqua ex eius situlis,* i. e. larga erit posteritas eius, metaphora ab aqua de situla destillante ad semen virile translata, ex nostro sensu obscoena, sed Orientalibus familiari, cf. שָׁגַל, سجل et Jes. 48, 1. In altero hemistichio זַרְעוֹ בְּמַיִם רַבִּים. דָּלְיָו (doliav) est a duali דְּלָיִם (haustra enim bina esse solent), Metheg etiam in penultima servato.

דְּלָיָה (quem Jehova liberavit) n. pr. m. 1) Neh. 6, 10. 2) 1 Chr. 3, 24. 3) Esr. 2, 60. Neh. 7, 62.

דְּלָיָהוּ (id.) n. pr. m. 1) Jer. 36, 12. 25. 2) 1 Chr. 24, 18.

דְּלִילָה f. (infirma, desiderio confecta) n. pr. mulieris Philistaeae, quam Simson amabat Iud. 16, 4 — 18.

דָּלִית non nisi pl. דָּלִיּוֹת fem. (cum Kamez impuro) *rami, palmites,*

ita dicti utpote penduli et nutantes. Jer. 11, 16. Ez. 17, 6. 23. 31, 7. 9. 12. (Syr. ܕܳܠܺܝܬܳܐ id.)

דָּלַל praet. plur. דַּלּוּ Jes. 19, 6, דָּלוּ Iob. 28, 4 et דַּלְיוּ Prov. 26, 7 (v. ad no. 1) 1 pers. דַּלּוֹתִי Ps. 116, 6 1) *deorsum pependit, pendulus fuit, nutavit* et vacillavit, *schlaff herabhängen, hinabwallen und schwanken*, ut de situla in puteum dependente, de frondibus lentis, ut palmarum, salicum, pendulis et huc illuc agitatis. (Vicinae radd. sunt דָּלָה, it. זָלַל, زلّ, תָּלַל et תָּלָה q. v. Conf. e linguis indogerm. sanscr. *til* moveri, gr. σαλεύω, σαλάσσω, σάλος fluctuare, fluctuatio. Ad eandem familiam referendae sunt חָדַל, خطل, عطل, in quibus cunctis penduli, laxitatis, languoris notio primaria inest.) Iob. 28, 4 de fossoribus in puteos metallicos se demittentibus: דַּלּוּ מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ *deorsum pendent ab hominum sede* et *vacillant*. Eodem refero dictum Prov. 26, 7: דַּלְיוּ שֹׁקַיִם מִפִּסֵּחַ וּמָשָׁל בְּפִי כְסִילִים *dependent* (nimirum, ut inutile pondus) *crura a claudo: et* aeque inutilis est *sententia in ore stultorum*. Nil enim dubito veram esse nonnullorum Rabbinorum sententiam דַּלְיוּ explicantium דַּלְלוּ, quam paucis declarare placet et vindicare. Nimirum littera semivocalis geminata nonnunquam mollius et ita prolata esse videtur, ut pro altera geminata j audiretur, quemadmodum in lingua italica, hispanica, gallica, in qua quidem postrema haec pronuntiandi ratio peculiari verbo *mouiller* exprimitur. Conferantur inter se lat. *filia, fille, figliuola; familia, famiglia, famille:* hispan. *hallar, lluvia, niño.* Simile exemplum est arab. دَيْبُوب i. q. دَبُّوب calumniator, hebr. דָּרְיוֹשׁ Esr. 10, 16 pro דָּרוֹשׁ, atque videtur pro altera geminata nonnunquam etiam Nun positum esse, ut arab. خُرْنُوب pro خُرُّوب siliqua, מַעֲזְנִיָּה Jes. 23, 11 pro מָעֻזֶּיהָ, et fortasse תַּמְנֵה Thren. 2, 12 pro תַּמֵּה. Ad Proverbiorum locum ut redeamus, bene sensum expressit Symm. ἐξέλιπον κνῆμαι ἀπὸ χωλοῦ, vide etiam L. de Dieu, qui formam דליו in eandem sententiam derivat a דָּלָה. Similiter olim nos. Statuebamus enim, דַּלְיוּ pro דַּלּוּ esse imp. Pi. a דָּלָה, locumque ita interpretabamur c. Chr. B. Michaëli: *tollite* (auferte qs. haurite) *crura a claudo et sententiose dictum* cet., utrumque enim inutile. Sed illud praestat.

2) *languidus, tenuis, debilis fuit*, a) de aqua languida et vadosa. Jes. 19, 6: דָּלְלוּ וְחָרְבוּ יְאֹרֵי מָצוֹר *languida et arefacta sunt flumina Aegypti* (cf. flumen languidum Hor. Od. 2, 14, 17, aqua languida Liv. 1, 4); b) de hominibus in tenui conditione constitutis Ps. 79, 8. 116, 6. 142, 7; c) de oculis desiderio languidis Jes. 38, 14: דַּלּוּ עֵינַי לַמָּרוֹם.

Niph. pass. no. 2 *debilitatus est*, de populo Iud. 6, 6. Jes. 17, 4.

Nomm. derivv. דַּל no. II, דַּלָּה et n. pr. דְּלִילָה.

דָּלַע rad. inusit. Arab. linguam exseruit. Chald. דַּלַּעַת cucurbita (fort. oblonga, linguae similis). Unde

דִּלְעָן (ager cucurbitinus) n. pr. oppidi tribus Judae. Jos. 15, 38.

דָּלַף fut. יִדְלֹף 1) *stillavit*, de domo Eccl. 10, 18: יִדְלֹף הַבָּיִת *domus stillat*, pluviam per tecti rimas intromittit. 2) *lacrimavit* (oculus). Iob. 16, 20: אֶל־אֱלוֹהַּ דָּלְפָה עֵינִי *ad Deum lacrimat oculus meus*. Ps. 119, 28: דָּלְפָה נַפְשִׁי *lacrimat anima mea*. Cf. נָפַשׁ no. 3. (Aram. id., arab. دَلَفَ lente

incessit, serpsit, VII. effusus est, fluxit, cf. דבב). Inde

דֶּלֶף m. *stillicidium*, Prov. 19, 13. 27, 15.

דַּלְפוֹן n. pr. filii Hamanis. Esth. 9, 7.

דָּלַק fut. יִדְלַק 1) *arsit, flagravit.* (Aram. ܕܠܶܩ id. Respondet gr. δέρκομαι pr. flagrare, splendere, quod ad videndi potestatem transfertur. Cf. שָׁזַף). Ps. 7, 14: חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל *sagittas suas ardentes facit,* h. e. iaculatur sagittas ardentes. Sq. בְּ conflagravit, accendit Obad. 18. 2) Ardendi autem potestas varie transfertur a) ad *amoris* et amicitiae *ardorem.* Prov. 26, 23: שְׂפָתַיִם דֹּלְקִים *labia ardentia* i. e. sermones amorem ardentissimum prae se ferentes vel simulantes. b) ad *angorem,* qui cum aestu saepe comparatur (Jes. 13, 8. Ps. 39, 4). Ps. 10, 2. Cf. Schult. ep. ad Menken. 1. p. 49. c) ad persecutionis ardorem, unde דָּלַק אַחֲרֵי *ardenter persecutus est* (sermone incolarum superioris Germaniae *nachfeuern*). Gen. 31, 36: כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי *quod me acriter persequeris.* 1 Sam. 17, 53, sq. acc. id. Thren. 4, 19: עַל־הֶהָרִים דְּלָקֻנוּ *super montes nos insectantur.* (Arab. دلق et ذلق varios usus metaphoricos habent ad usum Hebraeorum prope accedentes, ut دلق effuso cursu irruit turma, cf. litt. c., ذلق acuta et prompta fuit lingua, cf. litt. a.

Hiph. incendit Ez. 24, 10, *calefecit* (vinum). Jes. 5, 11: יַיִן יַדְלִיקֵם *vino incalescunt.*

דְּלַק chald. *arsit.* Dan. 7, 9.

דַּלֶּקֶת f. *febris ardens.* Deut. 28, 22.

דֶּלֶת f. (cf. masc. ἅπαξ λεγόμ. דַּל no. I, rad. דָּלָה) *valva* ianuae, a nutando et vacillando dicta (v. ad rad.), dein ipsa *ianua* e cardinibus suspensa Prov. 26, 14, quae clauditur, aperitur Gen. 19, 10. 2 Reg. 4, 4. 9, 3, pulsatur Iud. 19, 22. Differt a פֶּתַח, quod ostium notat valva clausum. Ubi *valvae bifores* exprimendae, plerumque utuntur Duali (q. v.), sed iam singularis utrumque complectitur v. 1 Reg. 6, 34: שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת הָאַחַת גְּלִילִים *duae valvae alterius ianuae versatiles erant.* Minus accurate Ez. 41, 24 דֶּלֶת tum de valvis singulis, tum de ianua positum est: וּשְׁתַּיִם דְּלָתוֹת לַדְּלָתוֹת שְׁתַּיִם מוּסַבּוֹת דְּלָתוֹת שְׁתַּיִם לְדֶלֶת אֶחָת וּשְׁתֵּי דְלָתוֹת לָאַחֶרֶת *duae valvae* erant *singulis ianuis, utraque versatilis, duae valvae priori ianuae, duae valvae posteriori.* De operculo arcae 2 Reg. 12, 10. — Metaph. Cant. 8, 9: *si ianua est* soror nostra i. e. si procis eam adeuntibus facilem se praebet.

Dual. דְּלָתַיִם cstr. דַּלְתֵי (pr. a forma דָּלָה) *valvae bifores, fores* maxime maiores, ut urbis, *portae.* Deut. 3, 5. 1 Sam. 23, 7. Jes. 45, 1. Jer. 49, 31. Metaph. *fores coeli,* quae pluviam demittunt (alibi אֲרֻבּוֹת) Ps. 78, 23. Iob. 3, 10: דַּלְתֵי בִטְנִי *fores uteri mei.* 41, 6: דַּלְתֵי פָנָיו *fores faciei eius* (fauces crocodili). 38, 8: *mare foribus conclusit,* cf. V. 10.

Plur. דְּלָתוֹת cstr. דַּלְתוֹת f. (sed Neh. 13, 19 masc.) 1) *valvae ianuae, portae* 1 Reg. 6, 31. Ez. 41, 24 (v. Sing.), inde 2) ipsa *ianua, porta* Iud. 3, 23—25. 19, 27. Ez. 26, 2: נִשְׁבְּרָה דַּלְתוֹת הָעַמִּים *effracta est porta gentium,* Hierosolyma. 3) *columnae* libri, a similitudine ianuae dictae, ut lat. a similitudine columnae Jer. 36, 23. Al. capita libri intelligunt, ut rabb. שַׁעַר.

I. **דָּם** m. cstr. דַּם c. suff. דָּמִי, דִּמְכֶם (Gen. 9, 5) 1) *sanguis* (prob. pro אָדָם a rad. אָדַם rubuit, unde Talmud. אָדָם, אִידְמָא, Pun. *Edom* teste Augustino ad Ps. 136.

Arab. دَم, raro دَمٌ, unde novum verbum دَمِيَ sanguinem emisit II. vulneravit). אָכַל עַל דָּם (carnem) *cum sanguine comedit.* 1 Sam. 14, 32. 33. Ez. 33, 25 (contra legem Mosaicam Lev. 17, 11. Deut. 12, 23). דָּם נָקִי *sanguis insons* 2 Reg. 21, 16. Ps. 106, 38, etiam de ipso insonte Ps. 94, 21: וְדָם נָקִי יַרְשִׁיעוּ *et sanguinem insontem damnant,* it. דַּם נָקִי sanguis insontis. Deut. 19, 10. 13. 27, 25. Jer. 19, 4. 22, 17. Trop. 2) *sanguis* spec. dr. pro *sanguine effuso, caede* Lev. 19, 16, et pro culpa caede contracta, *Blutschuld* Gen. 37, 26. Lev. 17, 4. Deut. 17, 8: בֵּין־דָּם לְדָם. Num. 35, 27: אֵין לוֹ דָּם *non est caedis reus.* 3) *sanguis uvae* dr. de vino, quod in Palaestina rubrum est, cf. αἷμα τῆς σταφυλῆς Sir. 39, 26. Gen. 49, 11. Deut. 32, 14.

Plur. דָּמִים 1) sanguis, spec. effusus Jes. 9, 4. אִישׁ דָּמִים vir sanguinolentus Ps. 5, 7. 26, 9. 55, 24. 2) *caedes, culpa caedis.* בֵּית, עִיר דָּמִים domus, urbs caedis rea 2 Sam. 21, 1. Ez. 22, 2. 24, 6. דָּמָיו בּוֹ Lev. 20, 9. Ez. 18, 13, דְּמֵיהֶם בָּם Lev. 20, 11 sq. caedis reus est, caedis rei sunt.

II. דָּם *similitudo* (a דָּמָה). Sic fort. in loco dubio Ezech. 19, 10: *mater tua viti similis est* בְּדָמְךָ, quod Kimchius explicat בִּדְמוּתְךָ *ad similitudinem tui,* instar tui, cf. etiam Targ. Plura dabit Rosenm. ad h. l.

I. דָּמָה (aram. דְּמָא, ܕܡܐ) *similis fuit, similis factus est,* sq. לְ Ps. 102, 7. 144, 4. Cant. 2, 9. 7, 8, אֶל Ez. 31, 8. Cum Dat. pleonast. Cant. 2, 17: דְּמֵה־לְךָ דוֹדִי לִצְבִי *similis sis, mi dilecte, dorcadi.* 8, 14.

Niph. assimilatus est, sq. כְּ Ps. 49, 13. 21, acc. Ez. 32, 2.

Pi. דִּמָּה 1) *comparavit, assimilavit,* sq. אֶל Jes. 40, 18. 25, לְ 46, 5. Cant. 1, 9. Thren. 2, 13: מָה אֲדַמֶּה־לָּךְ *quid tibi comparem?* Inde *parabolas proposuit* i. q. מָשַׁל, מִשֵּׁל. Hos. 12, 11: בְּיַד הַנְּבִיאִים אֲדַמֶּה per prophetas parabolas proposui. (Ita melius contextu iubente, quam *perdidi* i. e. exitium annuntiavi. 2) *animo sibi informavit, opinatus est.* Ps. 50, 21: דִּמִּיתָ הֱיוֹת־אֶהְיֶה כָמוֹךָ *arbitrabaris, me esse tui similem.* Esth. 4, 13. Jes. 10, 7. 3) *animum induxit, proposuit, meditatus est* facere aliquid. Num. 33, 56. Iud. 20, 5: אֹתִי דִּמּוּ לַהֲרֹג *me interimere meditati sunt.* Jes. 14, 24. 2 Sam. 21, 5: הָאִישׁ אֲשֶׁר כִּלָּנוּ וַאֲשֶׁר דִּמָּה לָנוּ *vir, qui nos perditurus erat et qui meditabatur contra nos* sc. perniciem. 4) *recordatus est.* Ps. 48, 10: דִּמִּינוּ אֱלֹהִים חַסְדֶּךָ *recordamur, Deus, gratiam tuam.*

Hithp. 1 fut. אֶדַּמֶּה Jes. 14, 14 *similem se fecit.*

Derivv. דָּם no. II, דְּמוּת, דִּמְיוֹן.

Haec similitudinis potestas huic radici propria esse videtur. Sed habet ea etiam aliam a cognata stirpe דּוּם, דָּמַם repetitam: nimirum

II. דָּמָה 1) *siluit, quievit, desiit.* Jer. 14, 17: *oculi mei in lacrimas effunduntur diu noctuque, neque quiescunt.* Thren. 3, 49. 2) causat. *finem fecit* rei, inde *perdidit* (cf. הִשְׁבִּית, הִכְחִיד, הֵדֵם, כִּלָּה no. 4), impr. *vastavit, destruxit.* Hos. 4, 5: דָּמִיתִי אִמֶּךָ *vasto matrem tuam,* i. e. patriam tuam. Jer. 6, 2: דָּמִיתִי בַּת־צִיּוֹן *vasto filiam Zionis* i. e. te.

Niph. excisus est, periit, de hominibus. Hos. 10, 15: בַּשַּׁחַר נִדְמֹה נִדְמָה מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל *crastino die excisus erit rex Israëlis.* Jes. 6, 5: אוֹי־לִי כִּי־נִדְמֵיתִי *heu mihi! nam pereo;* de populis Zeph. 1, 11. Hos. 4, 6; de urbibus, terris Jes.

15, 1. Jer. 47, 5. Hos. 10, 7. (In omnibus, quae laudavimus, exemplis legitur Praeteritum, in fut. utuntur formis יִדַּמּוּ, תִּדַּמּוּ a syn. דָּמַם). Inde דְּמִי, דֳּמִי.

דְּמָה chald. *similis fuit.* Dan. 3, 25. 7, 5.

דֻּמָה f. (a rad. דָּמַם) *vastatio*, et concr. *vastatum.* Ez. 27, 32: מִי כְצוֹר כְּדֻמָה *quid sicut Tyrus, sicut vastata*, sed haud inepte coniicit Houbigantius נִדְמָה.

דְּמוּת f. (a rad. דָּמָה no. I) 1) *similitudo, imago*, i. q. syr. ܕܡܘܬܐ. Gen. 1, 26: *faciamus homines* .... כִּדְמוּתֵנוּ *secundum similitudinem nostram*, cf. 5, 1. 3: *genuit filium* בִּדְמוּתוֹ כְּצַלְמוֹ *ad similitudinem et imaginem suam.* 2 Chr. 4, 3: דְּמוּת בְּקָרִים *imagines boum*, boves ficti, fusiles. Jes. 40, 18: מַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ לוֹ *quid simile ei comparabitis?* 2) *exemplar.* 2 Reg. 16, 10. 3) *species.* Ez. 1, 16: דְּמוּת אֶחָד לְאַרְבַּעְתָּן *species unius erat quattuor illis.* Sq. genit. *species* alic. est *species alicui similis*, ubi res describuntur in somnio vel in visione minus distincte visae. Ez. 1, 5: וּמִתּוֹכָהּ דְּמוּת אַרְבַּע חַיּוֹת *et in ea erat species quattuor animalium*, h. e. species quaedam animalibus similis. V. 26: דְּמוּת כִּסֵּא *solii species.* V. 28. 8, 2. 10, 1. 21. Dan. 10, 16. Cf. מַרְאָה. Inde 4) adv. *instar.* Jes. 13, 4, כִּדְמוּת id. Ps. 58, 5.

דֳּמִי m. *quies, tranquillitas*, a rad. דָּמָה no. II. Jes. 38, 10: בִּדְמִי יָמַי *in tranquillitate vitae meae*, i. e. quum iam tranquille regnare possem. LXX. ἐν τῷ ὕψει (ex scriptura vel coniectura בְּרֻמִי) τῶν ἡμερῶν μου. Vide plura in Comment. ad h. l. Olim cum plerisque Ev. Scheidium (Comment. ad Cant. Hiskiae ad h. l.) sequebar, qui *silentium* i. e. *institionem* solis s. meridiem intelligit (cf. נְכוֹן הַיּוֹם s. v. כּוּן), doctius quam verius de h. l. disputans. Idem est

דֳּמִי m. *quies* (a rad. דָּמָה no. II). Ps. 83, 2: אֱלֹהִים אַל־דֳּמִי־לָךְ *o Deus, ne sis tranquillus*, i. e. noli tranquille et nihil agens vexationes nostras spectare, et auxilium differre (cf. חָשָׁה, חָרַשׁ). Jes. 62, 6. 7.

דִּמְיוֹן (a דָּמָה no. I) i. q. דְּמוּת m. *similitudo, imago.* Ps. 17, 12.

דָּמַם praet. דַּמּוּ imp. et inf. דֹּם fut. יִדֹּם pl. יִדְּמוּ (more chaldaico) 1) *siluit, tacuit.* Levit. 10, 3. Thren. 3, 28. Ez. 24, 17: הֵאָנֵק דֹּם Vulg. *ingemisce tacens.* Iob. 29, 21: וְיִדְּמוּ לְמוֹ עֲצָתִי *siluerunt consilio meo.* Sq. לְ siluit alicui i. e. silens audivit aliquem. Inde דֹּם לַיהוָֹה silens i. e. patienter et cum fiducia eius auxilium exspectavit Ps. 37, 7. 62, 6. — 2) *stupuit, obstupuit* (v. not. etym.) i. q. שָׁמַם, de admirante Exod. 15, 16, simulque dolente. Jes. 23, 2: דֹּמּוּ יֹשְׁבֵי אִי *obstupescite* i. e. obstupescetis, *incolae litoris* (sc. Tyri). Thren. 2, 10. Silentium autem a loquendo etiam ad agendum transfertur (cf. חָשָׁה, חָרַשׁ), inde est 3) *quievit, cessavit, desiit.* Ps. 4, 5. 1 Sam. 14, 9. Iob. 31, 34. Thren. 2, 18: אַל־תִּדֹּם בַּת־עֵינֵךְ *ne cesset pupilla oculi tui*, flere desinat. Iob. 30, 27: מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ *visera mea aestuant, neque cessant*, it. *substitit.* Jos. 10, 12: שֶׁמֶשׁ בְּגִבְעוֹן דּוֹם *sol subsiste Gibeone!* V. 13: וַיִּדֹּם הַשֶּׁמֶשׁ *et sol substitit.*

Not. Radix nostra onomotapoëtica et latissime patens in aliis quoque linguarum propaginibus, pariter atque vicinae הָמַם, הוּם, דָּמָה et gr. μύω, sonum oris clausi (*hm, dm*) imitatur. Proprie igitur valet *mutum esse*, quod refertur tum ad *silentium* et *quietem*, tum ad stuporem et admirantis et stupidi, tum denique in coniugationibus causati-

vis et transitivis ad *perditionem* et *vastationem*, quandoquidem quae pereunt, vastantur et deserta fiunt, silent et quiescunt.

Nostrae radici maxime propinquae sunt דּוּם (in quo sonus obscurior notandus ori clauso peculiaris, v. infra vcc. lat. germ.) et דָּמָה, quae vide; eandem vero vim primariam habent שָׁמַם, תָּמַה, דָּהַם al. ut eas nunc taceamus, in quibus oris clausi notio ad saporem (טָעַם), vel inediam (צוּם), vel ad sonos frementes (בָּרַם, נָהַם, נָאַם, הָמָה), vel denique in universum ad *claudendi* potestatem (v. אָטַם, עָצַם cet.) relata est. E graecae linguae stirpibus huius familiae est *μύω*, quod tum de ore, labiis, oculis clausis, tum de sonis ore clauso prolatis frequentant (v. Passow Lex. gr. v. *μῦ*, *μύω* et quae ibi laudantur); dein *θαῦμα*, *θάμβος* = hebr. שָׁמַם, chald. תְּמַה; lat. *mutus* (a *μύδος*, *μύω*) et magis etiam in linguis germm. *dumm* theotisce = stupidus, angl. et anglosax. (quod ad originem propius) = mutus, quod nos addito sibilo *stumm*, cf. lat. *stupor, stupidus*, et nostr. *staunen,* angl. *to stun,* gall. *étonner.*

Po. דּוֹמֵם *ad silentium redegit, compescuit.* Ps. 131, 2.

Hiph. הֵדַם pr. ad silentium redegit, inde *excidit*, *perdidit* Jer. 8, 14. V. דָּמָה no. II, 2.

Niph. נָדַם plur. נָדַמּוּ (Jer. 25, 37), fut. יִדַּמּוּ, it. תִּדֹּמִּי (Jer. 48, 2) pass. Hiph. *excisus est, periit* (de hominibus). 1 Sam. 2, 9: רְשָׁעִים בַּחֹשֶׁךְ יִדָּמּוּ *impii pereunt in tenebris.* Jer. 49, 26. 50, 30. 51, 6; *vastata est* regio. Jer. 25, 37. 48, 2. Huc referas etiam Jer. 8, 14: *abeamus in urbes munitas,* וְנִדְּמָה־שָּׁם *ibique pereamus,* interitum exspectemus. נִדְּמָה pro נִדַּמָּה. (Vide gramm. §. 57, not. 11). Inde דְּמָמָה, דֻּמָּה.

דְּמָמָה f. *silentium*, v. c. ventorum, *malacia* Ps. 107, 29. קוֹל דְּמָמָה vox silentii i. e. tenuis, lenis 1 Reg. 19, 12 et sic poët. per *ἓν διὰ δυοῖν* Iob. 4, 16: דְּמָמָה וָקוֹל אֶשְׁמָע *silentium et vocem audivi* i. e. vocem lenem, susurrum, nisi mavis: *silentium* erat *et vocem audivi.* LXX. Vulg. *lenem auram* intelligunt.

דָּמַן rad. inusit. Arab. دمن *stercoravit,* unde praeter ea, quae statim sequuntur, מַדְמֵנָה, מַדְמֵן, מַדְמֵנָה.

דֹּמֶן m. *fimus*, stercus. (Arab. دِمْن et دِمَان). 2 Reg. 9, 37. Jer. 8, 2. 16, 4. 25, 33.

דִּמְנָה (sterquilinium) n. pr. oppidi Sebulonitarum. Jos. 21, 35.

דָּמַע *lacrimavit* Jer. 13, 17. Aram. et arab. id. Inde

דֶּמַע m. *lacrima*, metaph. de lacrima olivarum et uvarum i. e. de vino et musto (cf. graec. *δάκρυον τῶν δένδρων* Theophr., arborum lacrimae Plin. 11, 6). Ex. 22, 29: מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ LXX. *ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ.*

דִּמְעָה f. *lacrima,* plerumque coll. *lacrimae.* (Arab. دَمْع lacrimae, دَمْعَة lacrima una. Similiter gr. *δάκρυ* a poët. plerumque collect. usurpatur). Ps. 6, 7. 39, 13. 56, 9. Occurrit tamen plur. דְּמָעוֹת Ps. 80, 6. Thren. 2, 11. De dicto Jeremiae: תֵּרַד עֵינִי דִּמְעָה *oculus meus defluit lacrimis* v. s. v. יָרַד.

דָּמַר rad. inusit., unde תַּדְמֹר, q. v.

דַּמֶּשֶׂק quadril. inus. Arab. دَمْشَقَ properavit, strenuus fuit, دِمَشْق, دُمَشِق velox, expeditus, strenuus. Inde fort. n. pr.

דַּמֶּשֶׂק, arab. دِمَشْق et دِمِشْق (strenuitas, fort. industria ad mercaturam), aliquoties דּוּמֶּשֶׂק, דַּרְמֶשֶׂק q. v. 1) *Damascus*, metropolis Syriae Damascenae ad Chrysorrhoam fluvium, in magna et amoena planitie ad radices Antilibani sita. Gen. 14, 15. 15, 2. A Davide expugnata 2 Sam. 8, 6, Salomone regnante libertatem recuperabat 1 Reg. 11, 24, regibusque propriis parebat, donec Tiglat-Pilesar, Assyriae rege, eam imperio suo subiecit. 2 Reg. 16, 9. Jes. 7, 4. 8. 8, 4. 10, 9. Etiamnum Damascus est in opulentissimis Asiae anterioris urbibus. 2) Gen. 15, 2 i. q. אִישׁ דַּמֶּשֶׂק, vel בֶּן דַּמֶּשֶׂק, ut כְּנַעַן Hos. 12, 8 pro כְּנַעֲנִי. Hanc vero formam, non דַּמַּשְׂקִי, optabat haud dubie scriptor, ut alludatur praecedenti מֶשֶׁק. Cf. Lehrg. §. 164, 3.

דְּמֶשֶׁק (sec. codd. bene multos דְּמֶשֶׂק, דְּמֶשֶׁק, v. de Rossii schol. crit.) *pannus Damascenus*, isque sericus, artificiose textus, qui hodieque in linguis occidentalibus illius urbis nomen gerit, angl. et dan. *Damask,* ital. *Damasco,* gall. *Damas,* germ. *Damast.* Amos 3, 12. Idem vc. litteris varie permutatis et transpositis reperitur apud Arabes, nimirum دِمَقْس sec. Kamûsum p. 760 sericum, spec. e folliculis factum, unde iam eruperunt papiliones (Floretseide), sec. alios sericum album, it. دِمَقْس, دِمَقْس, دِمَقَاص.

Bombycum autem hodieque in radicibus Libani multa cultura.

דָּן (iudex) n. pr. 1) filii Jacobi, tribusque eius nomen gerentis, cuius fines Jos. 19, 40—48 describuntur. 2) oppidi, in septentrionali Palaestinae termino (alibi לַיִשׁ) Jos. 19, 47. Iud. 18, 29, quod nomen invenit a Danitarum colonia. In verbis autem דָּנָה יַעַן 2 Sam. 24, 6 mendum inesse et יַעַר reponendum videtur. Vulg. *silvestria.*

דֵּן chald. st. emphat. דְּנָה pron. demonstr. i. q. hebr. זֶה, זֹאת comm. *hic, haec, hoc.* Dan. 2, 18. 28. 30. 36. 43. 47 cet. כִּדְנָה *sicut hoc, ita.* Esr. 5, 7: כִּדְנָה כְּתִיב *ita scriptum erat.* Jer. 10, 11. Dan. 2, 10: מִלָּה כִּדְנָה *tale dictum.* עַל דְּנָה propterea. Dan. 3, 16. Esr. 4, 14. 15. אַחֲרֵי דְנָה postea. Dan. 2, 29 (In Targg. plerumque plene scribitur הָדֵין, הָדֵין, דֵּין pro hebr. זֶה; כְּדֵין ita).

דנג rad. inusit., quam *tenacitatis* vim habuisse suspicor, v. rad. תָּנַךְ.

דִּנָּה (locus humilis, a rad. דָּנַן) n. pr. oppidi tribus Judae. Jos. 15, 49.

דִּנְהָבָה (fort. pro דִּי נְהָבָה dominus i. e. locus direptionis, i. e. praedonum latibulum, cf. نهب praedatus est) n. pr. oppidi Idumaeorum Gen. 36, 32. 1 Chr. 1, 43.

דָּנִיֵּאל (iudex Dei, i. e. qui Dei nomine ius dicit) n. pr., impr. prophetae et sapientis Hebr., in aula Babylonica viventis. Dan. 1, 6, it. דָּנִאֵל Ez. 14, 14. 20. 28, 3.

דנן rad. inusit. Arab. دَنَّ = دَانَ med. Waw. *humilis fuit,* unde דִּנָּה.

דֵּעַ m. inf. nominascens rad. יָדַע *quae quis scit, cognita habet, scientia, cognitio.* Iob. 32, 10: אֲחַוֶּה דֵעִי אַף־אָנִי *et ego sententiam meam dicam.* V. 6. 17. 36, 3. Plur. תְּמִים דֵּעִים, qui perfectae sapientiae est. Iob. 37, 16.

דֵּעָה *cognitio,* sq. acc. Jes. 11, 9: דֵּעָה אֶת־יְהוָה *cognitio Jehovae.* 28, 9. Ps. 73, 11. Iob. 36, 4.

דְּעָה Prov. 24, 14, v. ind. analyt.

דָּעָה rad. inusit. i. q. arab. دعا *vocavit*, cuius vestigia habes in nomm. pr. אֶלְדָּעָה et

דְּעוּאֵל (invocatio Dei) n. pr. m. Num. 1, 14. 7, 42, pro quo 2, 14 legitur רְעוּאֵל.

דָּעַךְ i. q. syr. ܕܥܟ *exstinctus est*, pr. de lucerna Prov. 13, 9: נֵר רְשָׁעִים יִדְעָךְ *lucerna impiorum exstinguitur* i. e. fortuna eorum perit, cf. proverbium arab. الدهر اطفا سراجى mala fortuna exstinxit lucernam meam. 20, 20. 24, 20. Iob. 18, 5. 6. 21, 17. Translate de interitu hostium Jes. 43, 17, et de aqua exstincta, v. Niph.

Niph. exstincta est i. e. exaruit aqua (cf. exstinguere aquam Liv. 5, 16, succum Curt. 6, 4, mammas Plin. 23, 2). Iob. 6, 17.

Pu. exstinctus est hostis Ps. 118, 12.

דַּעַת inf. f. nominascens a verbo יָדַע (ut דֵּעַ et דֵּעָה) 1) *scientia, cognitio*, interdum sq. acc. Jer. 22, 16: הַדַּעַת אֹתִי *cognitio mei*. דַּעַת אֱלֹהִים Hos. 4, 1. 6, 6 et κατ᾽ ἐξοχὴν הַדַּעַת Hos. 4, 6 cognitio (Dei). בִּבְלִי דַעַת per ignorantiam, imprudenter (opp. de industria, consulto) Deut. 4, 42. 19, 4. Jos. 20, 5. מִבְּלִי דַעַת Jes. 5, 13 non est: ex improviso, subito (quam interpretationem tuitus sum in Comment. ad h. l.) sed coll. Hos. 4, 6 (ubi semel מִבְּלִי הַדָּעַת) *propter defectum cognitionis Dei* i. e. religionis. Recte igitur Alex. διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον. Deut. 4, 42. 19, 4. Jos. 20, 5. 2) *intelligentia, intellectus, sapientia* i. q. חָכְמָה, תְּבוּנָה Prov. 1, 4. 2, 6. 24, 5 cet. בִּבְלִי דַעַת insipienter, Iob. 35, 16. 36, 12. 38, 2. 42, 3. יָדַע דַּעַת sapientia polluit. Prov. 17, 27.

דָּפָה rad. inusit. Arab. دفّ, دفا *feriit, trusit* ad labandum, vulneravit, it. interfecit (cf. radd. affines דָּפַק, دفع, دَفَّ, הָדַף). Inde

דֳּפִי in pausa דֹּפִי m. Ps. 50, 20, prob. *ruina, pernicies* LXX. Vulg. σκάνδαλον, *offendiculum*, quod ex illo etymo bene deducitur. Male hebraei intpp. explicant, coniectura ex altero membro ducta, דִּבָּה רָעָה infamia.

דָּפַק 1) *pulsavit* (ianuam) Cant. 5, 2 cf. Hithpa. 2) *propulit acrius* gregem Gen. 33, 13. (Arab. دفق celeriter incessit, pr. propulsus est).

Hithp. part. מִתְדַּפְּקִים *certatim* (hanc enim vim in conj. Hithpa. h. l. inesse censeo) fores *pulsantes*. Iud. 19, 22. Inde

דָּפְקָה n. pr. stationis Israëlitarum in deserto. Num. 33, 12. Seetzenius (in v. Zach. monatl. Correspond. XXVII, p. 71) confert locum *el Tobbachâ* dictum.

דַּק adj. f. דַּקָּה (a rad. דָּקַק) 1) *tenuis, comminutus, minutus*, pr. de pulvere. Jes. 29, 5: אָבָק דַּק pulvis tenuis. Lev. 16, 12, hinc subst. *minutum, pulvis, pulvisculus*. Ex. 16, 14. Jes. 40, 15. 2) *tenuis, gracilis*, de crine tenui Lev. 13, 30, de vaccis et aristis macris Gen. 41, 3 sq., de homine nimium emaciato, tabido, vel membrum tabidum habente Levit. 21, 20; *exilis, debilis*, de aura 1 Reg. 19, 12.

דֹּק m. pr. inf. verb. דָּקַק *tenuitas, tenue*, hinc *pannus tenuis*, subtilis. Jes. 40, 22.

דָּקַל rad. inusit. Arab. دَقَلٌ, aram. דִּקְלָא, ܕܩܠܐ palma.

דִּקְלָה f. Gen. 10, 27, n. pr. regionis Arabiae Joctaniticae, prob. palmiferae, quales plures in Arabia reperiuntur. Ac nobile quidem palmetum statim in Arabiae felicis

aditu erat, graece φοινίκων dictum (Ptol. 6, 7), nimis tamen a reliquis Joctanidarum finibus remotum: malo igitur Bochartum sequi, qui (Phaleg II, 22) Minaeorum regionem intelligit, palmarum proventu feracem (Plin. 6, 28).

דָּקַק praet. דַּק, fut. יָדֹק i. q. דָּכַךְ, (q. v.) et arab. دقّ rad. onomatopoët. 1) *contudit, comminuit,* spec. triturando. Jes. 41, 15: *ecce! te faciam tribulam, acutam et novam ..... תָּדוּשׁ הָרִים וְתָדֹק triturabis montes et comminues eos.* In duplici significatione luditur Jes. 28, 28: לֶחֶם יוּדָק כִּי לֹא לָנֶצַח אָדוֹשׁ ..... יְדוּשֶׁנּוּ לֹא יְדֻקֶּנּוּ *triticum trituratur, sed non continuo triturat illud* (agricola) .... *nec comminuit illud.* Prius enim יוּדָק est i. q. יוּדַשׁ comm. 27 (nisi ita legendum) plaustello equisve exculcatur, opp. יֻחְבַּט comm. 27, יְדֻקֶּנּוּ comminutionem granorum, a qua abstinendum est, denotat. 2) *comminutus, tenuis fuit.* Ex. 32, 20: וַיִּטְחַן עַד אֲשֶׁר־דָּק *et comminuit* (eum), *donec tenuis esset pulveris instar.* Deut. 9, 21.

Hiph. הֵדַק i. q. Kal no. 1 *comminuit,* v. c. altaria, idola, 2 Reg. 23, 6. 15. 2 Chr. 15, 16. 34, 4. 7. Inf. הָדֵק adv. *tenuiter* (pulveris instar). Ex. 30, 36. Metaph. Mich. 4, 13: *comminuis multas gentes.* Inf. הָדֵק 2 Chr. 34, 7. Fut. c. suff. אֲדִיקֵם pro אֲדִקֵּם 2 Sam. 22, 43.

Hoph. pass. Jes. 28, 28, v. Kal no. 1. Inde דַּק, דֹּק.

דְּקַק chald. id. *comminutus est;* in Peal tantummodo דָּק Dan. 2, 35, forma a דּוּק repetita. Aph. הַדֵּק *comminuit,* in 3 praet. fem. הַדֶּקֶת Dan. 2, 34. 45, fut. תַּדֵּק, תַּדִּק, part. מַהַדֵּק f. מַדְּקָה Dan. 7, 7. 19.

דָּקַר fut. O. *transfodit, transfixit* ferro, hasta. Aram. دقر, דְּקַר id. Num. 25, 8. Iud. 9, 54. 1 Sam. 31, 4.

Niph. pass. Jes. 13, 15.

Pu. id. Jer. 37. 10. 51, 4. Thren. 4, 9: *beatiores confossi gladio, quam fame,* שֶׁהֵם יָזוּבוּ מְדֻקָּרִים מִתְּנוּבֹת שָׂדָי *nam hi contabuerunt transfixi* i. e. interemti *defectu proventuum agri.* מְדֻקָּרִים audacius h. l. vi oppositi dicitur de fame peremtis, ut in priore membro חַלְלֵי רָעָב opp. חַלְלֵי חֶרֶב (cf. Jes. 22, 2). Vulg. *contabuerunt consumti a sterilitate terrae.* Inde מַדְקָרוֹת, בִּדְקַר et

דֶּקֶר (perfossio) n. pr. viri 1 Reg. 4, 9.

דַּר m. Esth. 1, 6 vulgo i. q. arab. دُرّ, دُرّة *margarita,* impr. maior, a rad. דָּרַר micuit. Nec pavimenta margaritis distincta ab Asianorum luxuria aliena (v. Bocharti Hieroz. II, 708 sq.): malo tamen *lapidem margaritis similem* intelligere, fort. matricem margaritarum (Perlenmutter), aut alabastri genus, nostr. Perlenmutterstein.

דָּר chald. i. q. דּוֹר *generatio, aetas.* Dan. 3, 33. 4, 31.

דֹּר v. דּוֹר.

דָּרָא rad. inusit. Arab. درأ i. q. درء, درح *a se repulit,* max. malum, unde

דְּרָאוֹן m. *aversatio, abominatio.* Dan. 12, 2: *hi ad dedecus* לְדִרְאוֹן עוֹלָם *ad ignominiam aeternam.* (Theod. αἰσχύνη. Syr. ܢܘܙܠܐ) Et

דֵּרָאוֹן m. Jes. 66, 24 *quod abominationi est.*

דָּרַב rad. inusit. i. q. arab. ذرب *acutus fuit,* unde

דָּרְבוֹן nonnisi in pl. דָּרְבֹנוֹת (lege *dorbonoth,* cf. Lgb. p. 43) *aculei.* Eccl. 12, 11.

דָּרְבָן m. (lege dorban, de Metheg v. *Lehrgeb.* p. 43) *stimulus* boum, *βούκεντρον*. 1 Sam. 13, 21. Quod utramque hanc formam non *dorbon*, *dorban* (ad formam קָרְבָן), sed *dā'r'bon*, *dā-r' ban* efferendam esse voluerat Ewaldus in gramm. hebr. p. 143, id tacite iam ab eodem revocatum in gramm. min. §. 159. 214. Etenim Dag. lene in דָּרְבָן non magis necessarium, quam in אָבְדָן Esth. 8, 6 (vitiosum enim אָבְדָּן, quod in novissimam Lex. Simon. editionem irrepsit), et in מַלְכוּת, יַלְדוּת.

דָּרַג rad. inusit. Arab. درج *progressus est*, max. *gradatim* et ita *ascendit*, cogn. דָּרַךְ. Inde מַדְרֵגָה.

דַּרְדַּע (unio sapientiae, comp. ex דַּר, دُرّ, et דַּע = דֵּעַ, דַּעַת sapientia) n. pr. viri sapientis aetate Salomonis vel paulo ante degentis, 1 Reg. 4, 31 (5, 11), in loco gemino 1 Chr. 2, 6 (contr. vel corrupte) דָּרַע.

דַּרְדַּר m. *herba luxurians* eaque *inutilis* Gen. 3, 18. Hos. 10, 8. (Syr. ܕܪܕܪܐ pro gr. *τρίβολος* v. L. de Dieu ad Gen. 3, 18. Arab. دَرْدَر id.) a rad. דָּרַר no. 2.

דָּרוֹם m. pr. regio lucida (a rad. דָּרַר no. 2 pro דָּרוֹם), aprica, inde *plaga australis* (opp. צָפוֹן regio caligine tecta, cf. hom. *πρὸς Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε* et *πρὸς ζόφον*). Ez. 40, 24 sq. 42, 12 sq. Eccl. 1, 6. Poët. de *vento australi*. Iob. 37, 17.

דְּרוֹר m. 1) volatus celer, gyratio, inde concr. de ave in gyrum volante, sec. intpp. hebr. *hirundo* (in altero membro צִפּוֹר passer) sec. Verss. ant. *turtur* i. q. תֹּר, quod minus quadrat. Ps. 84, 4. Prov. 26, 2. Cf. rad. דָּרַר no. 1. 2) *fluxus liber*, *largus* (v. rad. no. 2). Ex. 30, 23: מָר־דְּרוֹר *myrrha, quae sponte effluxit*. Hinc 3) *libertas* (cf. נְדָבָה, נָדַב). קָרָא דְרוֹר לְ alicui libertatem annunciavit. Jes. 61, 1. Jer. 34, 8. 15. 17; sq. בְּ Lev. 25, 10. שְׁנַת הַדְּרוֹר annus manumissionis (servorum), i. q. annus iubilaeus. Ez. 46, 17.

דָּרְיָוֶשׁ *Darius* n pr. nonnullorum Mediae et Persiae regum 1) Darii Medi Dan. 6, 1. 9, 1. Erat hic Cyaxares (II), Astyagis filius et successor, Cyri avunculus, qui inter hunc et Astyagem Mediae imperium tenebat a 569—536 a. Chr. ita tamen ut Cyro uteretur regni vicario, quem propterea solum nominat Herodotus. Cyaxaris crebra mentio apud Xenoph. Cyrop. 1, 4. §. 7. 5, §. 2. 8, 7 §. 1, et recte de Dario Medo Josephus Ant. X, 11 §. 4: *ἦν Ἀστυάγους υἱός, ἕτερον δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐκαλεῖτο ὄνομα*. Varias intpp. et historicorum opiniones collegit veramque sententiam exposuit Bertholdtus in Comment. ad Dan. p. 842 sq. 2) Darii Hystaspis, Persiae regis Esr. 4, 5 5, 5. Hagg. 1, 1. Zach. 1, 1. 3) Darii Nothi, Persiae regis, Neh. 12, 22. Quod ad originem formae attinet, דָּרְיָוֶשׁ putaverim esse persicum دارابش regius, ex دارا, داراب rex et syllaba وش, quae similitudinem indicat in lingua neopersica. Quicquid est, genuinam formam *Darheusch* vel *Darjeusch* ex inscriptionibus Persepolitanis cuneiformibus (v. Niebuhrii itiner. P. 2. Tab. 24 G et B) non sine maxima veritatis specie indagavit Grotefendii nostri sagacitas (v. Heerenii opera hist. T. XI. p. 347) eaque ipsa iam Straboni innotuisse videtur (XVI p. 785), modo ibi cum Salmasio pro *Δαριάκης* legis *Δαριαύης*, vel quod praetulerim *Δαριάβης*.

דָּרְיוֹשׁ Esr. 10, 6 v. דָּרַשׁ.

דָּרַךְ fut. יִדְרֹךְ 1) pedibus *calcavit*,

treten. (Syr. et chald. id. Proxime cognatum דָּרַג, درج; طريق via, gr. *τρέχω:* praeterea huius familiae sunt דָּרַשׁ, درس pr. trivit, contrivit, trituravit, טָרַד, e linguis occidd. *tero, δρέμω, trappen, treten,* in quibus cunctis litterae initiales *tr* imitantur sonum pedis firmius solo impositi, maxime calcando aliquid frangentis, *TReTen, zertreten*). Spec. a) דָּרַךְ יֶקֶב Iob. 24, 11 vel גַּת, בַּגַּת Thren. 1, 15. Jes. 63, 2 *torcular calcavit,* ad exprimendum vinum oleumve, it. דָּרַךְ יַיִן בַּיְקָבִים Jes. 16, 10, דָּרַךְ זַיִת Mich. 6, 15, et simpl. דָּרַךְ *keltern.* Iud. 9, 27. Jer. 25, 30. Metaph. hostes tanquam uvas conculcavit Jes. 63, 3, quo etiam referendus locus Iudd. 5, 21: אָז תִּדְרְכִי נַפְשִׁי עֹז *tunc conculcabas, anima mea, robur* i. e. hostes robustos. b) דָּרַךְ קֶשֶׁת arcum calcavit, i. e. pede imposito tetendit, quod faciunt, ubi arcus praegrandis est et validus (Arrian. Ind. 16. Diod. Sic. 3, 8). Ps. 7, 13. 11, 2. 37, 14. 1 Chr. 5, 18. 8, 40. 2 Chr. 14, 7. Jes. 5, 28 cet. Neglecta locutionis origine dicitur etiam דָּרַךְ חִצִּים Ps. 58, 8. 64, 4.

2) Spec. calcavit viam locumve eundo, ingrediendo, hinc *ingressus est* locum Mich. 5, 4, in loco sq. בְּ Deut. 11, 24. 25. Jos. 1, 3. 14, 9. Jes. 59, 8, sq. acc. Iob. 22, 15, sq. עַל 1 Sam. 5, 5, sq. מִן *progressus est ex* Num. 24, 17. דָּרַךְ עַל est etiam: ingressus est super alq. Iob. 9, 8. Ps. 91, 13.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2 *ingredi iussit.* Jes. 11, 15: וְהִדְרִיךְ בַּנְּעָלִים *efficit, ut* in Euphratis alveo *ingredi possint calceis,* nimirum siccis, vix madefactis. Sq. בְּ ingredi iussit viam aliq. Ps. 107, 7: וַיַּדְרִיכֵם בְּדֶרֶךְ יְשָׁרָה *eos ingredi iubet viam rectam,* ducit eos in viam rectam 119, 35. Jes. 42, 16. 48, 17. Prov. 4, 11. Ps. 25, 5: הַדְרִיכֵנִי בַאֲמִתֶּךָ *fac ut incedam in veritate tua.* V. 9. 2) i. q. Kal no. 1 *calcavit* aream i. e. fruges in area Jerem. 51, 33; it. arcum, sed metaph. Jerem. 9, 2: וַיַּדְרְכוּ אֶת־לְשׁוֹנָם קַשְׁתָּם שֶׁקֶר *tendunt linguam suam* (velut) *arcum suum ad mendacium;* it. i. q. Kal no. 2 *ingressus est* viam, poët. c. acc. Iob. 28, 8. 3) i. q. arab. أدرك et syr. Aph. *assecutus est* aliquem, sq. acc. Iud. 20, 43. Inde מִדְרָךְ et

דְּרָךְ i. q. דֶּרֶךְ *via,* in solo Duali usitat. עִקֵּשׁ דְּרָכַיִם perversus duplici via, de homine bilingui, Prov. 28, 6. 18.

דֶּרֶךְ comm. (m. 1 Sam. 21, 6. f. Esr. 8, 21) c. Suff. דַּרְכִּי pl. דְּרָכִים cstr. דַּרְכֵי 1) pr. ingrediendi, eundi actio, *itio,* inde *iter,* quod quis facit, *Gang,* den jemand macht, als Handlung. עָשָׂה דֶרֶךְ *ποιεῖσθαι ὁδὸν* Iudd. 17, 8, הָלַךְ דֶּרֶךְ Prov. 7, 19 iter facere. 1 Reg. 18, 27: דֶּרֶךְ לוֹ profectus est, vel certe: prodiit e domo, er hat einen Gang, ist ausgegangen. דֶּרֶךְ יוֹם unius diei iter (de quo vide Rosenm. Alterthmsk. I, p. 161) 1 Reg. 19, 4, דֶּרֶךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים trium dierum iter Gen. 30, 36 cf. 31, 23. Ex. 5, 3.

2) *via,* qua inceditur, *Gang* = *Weg,* sexcenties. a) Sq. genit. loci est *via,* quae ad aliquem locum ducit (cf. de usu Atticorum Valck. ad Hippolyt. 1197), ut דֶּרֶךְ עֵץ via ad arborem Gen. 3, 24, דַּרְכֵי שְׁאוֹל Prov. 7, 27, cf. Gen. 16, 7. 35, 19. 38, 14. Ex. 13, 17, raro interposito alio vc., ut Hos. 6, 9: דֶּרֶךְ יְרַצְּחוּ שֶׁכְמָה *in via ad Sicimam trucidant.* In Accus. vim fere praepositionis induit: *in via ad, versus,* germ. *gen* (ortum ex *gegen* = nach der Gegend von). דֶּרֶךְ הַדָּרוֹם austrum versus, דֶּרֶךְ צָפוֹנָה septentrionem versus Ez. 8, 5. 21, 2. 40, 20 sq. 41, 11. 12. Deut. 1, 19: *peragravimus desertum* דֶּרֶךְ הַר הָאֱמֹרִי *versus montanum Amoritarum.* — b) Sq.

genit. personae *via alicuius* est via, qua aliquis incedere vel iter facere solet. דֶּרֶךְ הַמֶּלֶךְ via regia i. e. publica, militaris Num. 20, 17. 21, 22, ἡ ὁδὸς βασιληΐα Herod. 5, 53. הָלַךְ לְדַרְכּוֹ in itinere suo perrexit, via consueta domum petiit Gen. 19, 2. 32, 2. Num. 24, 25. Jos. 2, 16. דֶּרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ via omnium hominum i. e. ad inferos 1 Reg. 2, 2. Jos. 23, 14. — Nonnunquam est regio integra, in qua via est. Jes. 8, 23: דֶּרֶךְ הַיָּם *regio maritima*, ad littus maris Galilaei.

3) *via* i. q. *modus, ratio*, quam quis *ingreditur, sequitur* (ut gr. ὁδὸς, arab. طَرِيقٌ, سَبِيلٌ, aeth. ፍኖ: ፍኖት: ግዕዝ: germ. einen Gang nehmen). Gen. 19, 31: כְּדֶרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *more omnium hominum.* Spec. a) *vivendi, agendi ratio (Wandel).* Prov. 12, 15: דֶּרֶךְ אֱוִיל יָשָׁר בְּעֵינָיו *agendi ratio stulti ipsi recta videtur.* 1, 31: פְּרִי דַרְכָּם commoda vel incommoda ex vitae ratione nata. 1 Sam. 18, 14: *et Davides prudenter egit* לְכָל־דְּרָכָיו. Saepe servata viae imagine (cf. הָלַךְ no. 2), הָלַךְ בְּדֶרֶךְ, בְּדַרְכֵי פ׳ agendi rationem alic. sequi, imitari 1 Reg. 16, 26. 22, 43. 2 Reg. 22, 2. 2 Par. 17, 3. 21, 12. 22, 3. Jes. 8, 1. דֶּרֶךְ, דַּרְכֵי יְהוָה de hominibus: agendi ratio a Deo probata Ps. 5, 9. 27, 11. 25, 4, de Deo: eius agendi ratio Ps. 18, 31. Deut. 32, 4, spec. de creatione (das Wirken Gottes). Prov. 8, 22: יְהוָה קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ *Jehova creavit me ab initio creationis*, zu Anfang seines Wirkens. Plur. *opera* Dei Iob. 26, 14. 40, 19 (14). b) *Deum colendi ratio, religio, cultus* Dei (cf. مَنْهَجٌ, سَبِيلُ ٱللّٰهِ, pers. راه, ὁδὸς Act. 19, 9. 23). Amos 8, 14: דֶּרֶךְ בְּאֵר־שָׁבַע *cultus Beersabae* i. e. idolorum. Ps. 139, 24: דֶּרֶךְ עֹצֶב *cultus idolorum*, et ibid. דֶּרֶךְ עוֹלָם *cultus patrum*, patriarcharum i. e. verus et genuinus, cf. שְׁבִילֵי עוֹלָם Jer. 18, 15. Nonnunquam c) est passive: *sors*, quam aliquis experitur, *wie es* jemandem *geht.* בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם secundum sortem, quam Aegyptii experti sunt Jes. 10, 24. Ps. 37, 5: גּוֹל עַל יְיָ דַּרְכֶּךָ *Deo committe sortem tuam*, et servata viae imagine Iob. 3, 23. Amos 2, 7.

דַּרְכְּמוֹן m. Esr. 2, 69. Neh. 7, 70—72 *daricus*, nummus aureus Persarum i. q. אֲדַרְכּוֹן q. v., a quo tamen vc. hoc fortasse origine differt, et est i. q. pers. داراكمان *regis arcus*, quandoquidem sagittarii imaginem referebant hi nummi.

דַּרְמֶשֶׂק i. q. דַּמֶּשֶׂק *Damascus* 1 Par. 18, 5. 6, Dagesch forti more Syrorum in Resch resoluto.

דְּרָע chald. i. q. hebr. זְרוֹעַ *brachium.* Dan. 2, 32. Inde אֶדְרָע, אֶדְרְעִי.

דַּרְדַּע n. pr. v. דַּרְדַּע.

דרק rad. inusit., chald. i. q. זָרַק *sparsit*, arab. درق festinavit. Inde

דַּרְקוֹן n. pr. m. Esr. 2, 56.

דרר rad. in verbo inusit. pr. onomat. *torsit, drehen* (vic. radici דור aliisque, quas ibi laudavimus, adde τόρνος, τορνεύω, germ. *dorl, drillen, trillen, trillern*), arab. de fuso torquendo (دَرَارَةٌ fusus, مِدَرٌّ mulier fusum celeriter torquens), hebr. 1) *volavit in gyrum* avis (fort. etiam onomat.), ut nostr. *purren*, unde דְּרוֹר hirundo, a gyrando dicta; it. celeriter in orbem ivit equus (cf. דָּהַר, arab. دَرِيرٌ equus velox. Motus celer refertur 2) ad *micandi* et

radiandi significatum, unde دُرِّيٌّ stella radians, דַּר, دُرَّةٌ margarita (quanquam haec a rotunditate quoque dicta esse possit), et דְּרוֹם pro דַּר־וֹם regio lucida. A radiando denique est 3) *radiatim fluxit* lac, sanguis, pluvia (arab. دَرَّ ap. Gol. no. 1—3, دِرَّةٌ copia lactis), inde *libere se effudit* (v. דְּרוֹר no. 2. 3): it. luxuriavit, *exuberavit* herba, v. דַּרְדַּר. Paulo aliter has significationes dispescueram in Comment. ad Jes. 66, 11 a micandi significatu proficiscens: hic tamen secundarius esse videtur.

דָּרַשׁ fut. O pr. *trivit,* contrivit, calcavit, *conculcavit* pedibus, ut syr. ܕܪܫ calcavit viam, trituravit, arab. دَرَسَ trivit, trituravit, translate trivit libros, didicit, operam dedit litteris. (Vicinae sunt radd. ad דָּרַךְ commemoratae, omnes calcandi potestatem habentes. Littera R in vocalem emollita e nostra rad. facta est bilittera דּוּשׁ, cf. הָלַךְ, הוּךְ: et utramque habes etiam in linguarum stirpe germ. triturandi potestate: *dreschen,* belg. *dörschen,* germ. inf. *döschen*). Apud Hebraeos 1) calcavit locum pedibus (betreten), inde *adiit* locum, *frequentavit,* c. acc. 2 Par. 1, 5. Amos 5, 5, sq. אֶל Deut. 12, 5. Part. pass. דְּרוּשָׁה urbs *frequentata,* celebrata Jes. 62, 12. Inde c. acc. pers. *adiit* aliquem precibus, opem eius imploravit, sic דָּרַשׁ אֶת־יְיָ Ps. 34, 5. 69, 33. 105, 4, alibi, maxime in sequiore Hebraismo sq. לְ 2 Par. 15, 13. 17, 4. 31, 21, אֶל Iob. 5, 8. Cf. Niph. no. 1. Praeterea adeundi potestas transfertur ad *quaerendi, sciscitandi, poscendi,* it. *curandi* significatum. Est igitur

2) *quaesivit,* c. acc. rei Levit. 10, 16, sq. אַחַר *perquisivit* Iob. 39, 8 (*nach*suchen).

3) *quaesivit ex aliquo, percontatus est* Iudd. 6, 29. Deut. 13, 15. 17, 4. 9, c. acc. pers. et rei, *de qua percontantur,* 2 Par. 32, 31: לִדְרשׁ הַמּוֹפֵת *ad percontandum de miraculo.* 1 Par. 28, 9: כָּל־לְבָבוֹת דֹּרֵשׁ יְיָ *omnia corda examinat Jehova,* it. לְ 2 Sam. 11, 3, עַל 2 Par. 31, 9. Eccl. 1, 13. Spec. *oraculum petiit* ab aliquo, *consuluit* aliquem, ut Deum, c. acc. Gen. 25, 22. Ex. 18, 15. 2 Reg. 22, 13, it. idola, incantatores, sq. בְּ (pr. percontatus est ap. aliquem) 1 Sam. 28, 7. 2 Reg. 1, 2. 1 Par. 10, 14, אֶל (percontaturus adiit aliquem) Jes. 8, 19. 19, 3. Deut. 18, 11, לְ Ez. 14, 7, מֵעַל סֵפֶר יְיָ (ex libro Jehovae) Jes. 34, 16. Propheta, *per* quem Dei oraculum petunt, ponitur c. מֵעִם 1 Reg, 14, 5, מֵאֵת 2 Reg. 3, 11. 8, 8, בְּ Ez. 14, 7, v. c. 1 Reg. l. c. *venit mulier Jerobeami* לִדְרשׁ דָּבָר מֵעִמְּךָ אֶל בְּנָהּ *oraculum petitura a te de filio suo.*

4) *postulavit, poposcit* c. acc. rei et מִן, מֵעִם pers. Deut. 22, 2. 23, 22. Mich. 6, 8. Absol. *poposcit* panem, *mendicavit* Ps. 109, 10: דָּרְשׁוּ מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *mendicant* procul *a* domuum suarum *ruderibus.* It. *repetiit,* sq. מִיַּד Ez. 34, 10, adeoque *vindicavit, ultus est,* absol. Ps. 10, 4: בַּל יִדְרשׁ *non vindicat* Deus, comm. 13. Deut. 18, 19, spec. דָּרַשׁ דָּם מֵעִם, מִיַּד sanguinem repetiit ab aliquo i. e. caedem ultus est (cf. גָּאַל) Gen. 9, 5. 42, 22. Ez. 33, 6. Ps. 9, 13.

5) *operam dedit* alicui rei, *studuit, sectatus est* rem (cf. دَرَسَ studuit, aethiop. ደረሰ: studiose composuit librum), ut iustitiam Jes. 1, 17. 16, 5, bonum Am. 5, 14, legem divinam Ps. 119, 45. 1 Par. 28, 8. דָּרַשׁ שָׁלוֹם, טוֹבַת פ׳ saluti alicuius studuit Deut. 23, 7. Esr. 9, 12, דָּרַשׁ לְשָׁלוֹם לְ Jer. 38, 4, דָּרַשׁ רָעַת פ Ps. 38, 13. Prov. 11, 27. 31, 13: דָּרְשָׁה צֶמֶר *operam dat lanificio.* Hinc *curavit, curam*

rei *gessit* (cf. no. 1 et פָּקַד). Deut. 11, 12: אֶרֶץ אֲשֶׁר דֹּרֵשׁ יְיָ אֹתָהּ *terra, cuius curam gerit Dominus.* Iob. 3, 4. Ps. 142, 5. Ez. 34, 5. Inde דָּרַשׁ אֶת יְיָ Deum curare (i. q. יָדַע אֶת יְיָ) i. e. venerari, colere Ps. 14, 2. Hos. 10, 12. Jes. 58, 2. (De aliis eiusdem locutionis significatibus v. no. 1. 3).

Niph. נִדְרַשׁ inf. absol. אִדָּרֹשׁ (pro הִדָּרֹשׁ) Ez. 14, 3, 1 fut. אִדָּרֵשׁ 1) pass. no. 1 *adire se passus est, aditum praebuit* alicui, sq. לְ, inde *exaudivit* aliquem Deus. Ez. 14, 3: הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם *num exaudirem eos?* 20, 3. 31. Jes. 65, 1: נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ *exaudivi etiam non petentes.* Addito acc. rei petentibus concessae Ez. 36, 37 (cf. עָנָה c. accus. gewähren). 2) pass. no. 2 *quaesitus est* 1 Par. 26, 31. 3) *repetitus est,* pass. no. 4. Gen. 42, 22.

Pi. inf. דָּרִישׁ Esr. 10, 16, modo scriptura genuina sit, pro דָּרוֹשׁ, cf. ad rad. דָּלַל. Inde מִדְרָשׁ.

דָּשָׁא *germinavit,* gramine *viruit* Joël 2, 22. (Arabes hanc potestatem habent in rad. cogn. وَدَسَ, unde وَدْسٌ germina terrae) Joël 2, 22.

Hiph. germen produxit terra Gen. 1, 11, cf. הוֹצִיא comm. 4. Inde

דֶּשֶׁא m. *prima* terrae *germina, gramen tenerum, herba tenella,* gr. χλόη (ut quinquies LXX) Jes. 66, 14, prata vestiens Deut. 32, 2. 2 Sam. 23, 4, bestiarum deliciae Iob. 6, 5. יֶרֶק דֶּשֶׁא viror herbae Ps. 37, 2. Distinguitur a חָצִיר gramine messi maturo Prov. 27, 25, et ab עֵשֶׂב herba adultiore, quae semen iam concepit Gen. 1, 11. 12. (Chald. דִּתְאָה, syr. transp. ܬܕܐܐ, zab. ܐܬܕܐ.

דָּשֵׁן *pinguis fuit* et *factus est.* Deut. 31, 20. (Arab. دَسِمَ id., ם et ן inter se permutatis).

Pi. 1) *pinguem, medullosum reddidit.* Prov. 15, 30: שְׁמוּעָה טוֹבָה תְּדַשֶּׁן־עָצֶם *laetus nuntius pinguia reddit ossa* medulla qs. implet ossa, vires auget. Hinc *unxit* Ps. 23, 5. 2) *pinguem declaravit.* Ps. 20, 4: עוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה *holocaustum tuum pingue* h. e. acceptum *habeat.* (De ־ֶה parag. cf. 1 Sam. 28, 15). Sec. Kimchium (denom. a דֶּשֶׁן coll. no. 3) *in cineres redigat* Deus, nimirum igne coelitus demisso cf. 1 Reg. 18, 24. 36. 3) (denom. a דֶּשֶׁן) *a cineribus purgavit.* Ex. 27, 3. Num. 4, 13.

Pu. pass. Pi. no. 1, sed translate *large satiatus est.* Prov. 13, 4: נֶפֶשׁ חָרֻצִים תְּדֻשָּׁן *appetitus sedulorum abunde expletur.* 28, 25.

Hothp. הֻדַּשַּׁן pro הִתְדַּשֵּׁן *pinguedine unctus, oblitus est* gladius Jes. 34, 6.

Nomm. derivata statim sequuntur.

דָּשֵׁן adj. 1) *pinguis* (de solo) Jes. 30, 23. 2) *succosus* (de arboribus) Ps. 92, 15. 3) *dives, opulentus* (de personis) Ps. 22, 30. Cf. שָׁמֵן.

דֶּשֶׁן m. c. suff. דִּשְׁנִי 1) *pinguedo* Iud. 9, 9, meton. de cibo pingui, lauto Iob. 36, 16. Jes. 55, 2. Jer. 31, 14; *fertilitas, ubertas.* Ps. 65, 12. 2) *cinis,* isque pinguis, qualis ex hostiis combustis in altari (Lev. 1, 16. 4, 12. 6, 3. 4. 1 Reg. 13, 3) et e cadaveribus in rogo combustis (Jer. 31, 40) oritur, Fettasche. Usu differt ab אֵפֶר q. v. Cinere autem iam veteres ad prata et arva impinguanda usos esse docet Plin. 17, 9.

דָּת f. constr. דַּת, pl. דָּתִים, cstr. דָּתֵי sequioris Hebraismi et Chaldaismi (v. infra) vc., prob. persicae originis i. q. hebr. חֹק *statutum,* pr. *positio,* Satz, Satzung, Gesetz, pers. داد ius, iustitia, a

داذن dare, ponere, iubere, pehlev. *Dadha*, *Dadestan*, zend. *Daetie*, arm. դատ iudicium (syr. ܕܝܢ, ܕܝܢ placitum). Notat in V. T. 1) *legem* Esth. 1, 13. 15. 19 2, 12. כְּדָת הַיּוֹם secundum legem hodiernam, ut hodie. 9, 13. 2) *mandatum* regium, *edictum*. Esth. 3, 14. 8, 13. 9, 14. Huc refero etiam verba Deut. 33, 2: מִימִינוֹ אֵשׁ דָּת לָמוֹ *ad eius* (Jehova) *dextram ignis, iis* (Israëlitis) *norma* futura in itinere; ita ut respiciatur columna ignea. Al. *ignis legis*, lex in igne data. Vulg. *lex ignea*, et similiter Syr. Chald. Arabs.

דָּת chald. f. 1) *lex*. Dan. 6, 9. 13. 16. דָּתָא דִי אֱלָהָהּ lex dei. Esr. 7, 12. 21. 2) *religio*, religionis disciplina. Dan. 6, 6: בְּדָת אֱלָהֵהּ in religione sua, cf. 7, 25. (Rabbini etiam Christianam et Mohammedicam religionem ita appellant). 3) *edictum*, decretum. Dan. 2, 13. 15. 4) *sententia*, consilium. Dan. 2, 9: חֲדָה הִיא דָתְכוֹן *hoc solum est consilium vestrum.*

דֶּתֶא st. emph. דִּתְאָה chald. i. q. hebr. דֶּשֶׁא *herba tenera*. Dan. 4, 12. 20.

דְּתָבָר m. chald. (pr. pers.) Dan. 3, 2. 3 *legis peritus, iudex*, conflatum ex דָּת lex et terminatione בָר, ور, (cf. גְּדָבָר). In lingua pehlev. est *Datouber* iudex, pers. داذوران iureconsulti.

דֹּתַיִן (duo putei, dual. vocis chald. דָּת puteus) Gen. 37, 17 et forma contracta (Lehrgeb. p. 536) דֹּתָן 2 Reg. 6, 13 n. pr. oppidi ad septentrionem Samariae, graec. *Δωθαΐμ* Judith 4, 6. 7, 18, *Δωταΐα* 3, 9.

דָּתָן (fort. *fontanus* a דָּת = דָּת puteus) n. pr. socii Korachiticae coniurationis Num. 16, 1. 26, 9. Deut. 11, 6. Ps. 106, 17.

ה

He (הֵא), quinta alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *quinque*. Nomen quid significet, malo ignorare, quam coniecturas sequi longius petitas.

Gutturalem eius sonum si spectas, He medium tenet inter Aleph lenius, et Chet fortius efferendum. Commutatur cum א (v. pag. 1), rarius cum ח, ut גָּהַן, ܓܗܢ; גָּבַהּ, גָּבַח cet. Frequentius etiam ה littera in mediis radicibus emollita est in Waw quiescens, quanquam, ut nunc se habent linguae semiticae, forma durior ה in dialectis sequioribus magis frequentatur. Cf. בּוּשׁ aram. בְּהַת, ܒܗܬ pudore affici, דּוֹר, دهر aetas, מוּל, מְהַל circumcidere, נוּר, נְהַר illucescere, רוּץ, ܪܗܛ currere.

הַ, הָ, הֶ (de quarum formarum diverso usu vide notam), littera nominibus, et pronominibus, raro verbo praefixa, decurtata ex pleniore הַל, arab. ٱلْ in lingua vulg. nonnunquam هل (cf. vicinum אֵל, אֵלֶּה, et plura de horum vocc. familia p. 111, B)

1) pr. pronomen demonstrativum, *hic, haec, hoc*, ut *ὁ, ἡ, τὸ* apud Homerum et saepe apud Herodotum. Ita in formulis הַיּוֹם, اَلْيَوْمَ hoc die i. e. hodie, הַפַּעַם hac vice Exod. 9, 27, הַלַּיְלָה hac nocte Gen. 19, 34 cf. 35. Eodem referendum הַיּוֹם aliquando, pr. eo tempore, eo fere tempore, zu der Zeit. Raro a) relativo praemissum est, ut *is, ea, id*. 2 Reg. 6, 22: הַאֲשֶׁר שָׁבִיתָ בְּחַרְבְּךָ וּבְקַשְׁתְּךָ

eos, quos captivos fecisti gladio et arcu tuo, vel b) ipsius relativi vices gerit, adeoque verbo praefixum est, sed nonnisi in sequiore Hebraismo. Jos. 10, 24: *praefecti bellatorum* הֶהָלְכוּא אִתּוֹ *qui cum eo iverant.* Esr. 8, 25: *vasa,* הֵהֵרִימוּ הַמֶּלֶךְ וְיוֹעֲצָיו *quae obtulerant rex et ministri eius.* 10, 14. 17. 1 Par. 26, 28. 29, 17. Dan. 8, 1. (Similiter أَلْ pro الذى verbis et praepositionibus praemittitur, v. de Sacy gramm. I §. 793). — Abiit deinde

2) in *articulum definitum*, ut gr. ὁ, ἡ, τὸ, in quo vel ponendo vel omittendo similes leges sequuntur Hebraei, atque Graeci et nostrates, de quibus videndi libri grammatici (Lgb. p. 652 sq.). Unum locum, de quo nuper in utramque partem disputatum est, sed strictim et negligentius, ut fit, ubi ex paucis exemplis iudicatur (v. Wineri Lex. p. 239. gramm. Excurse p. 57. Ewaldi gramm. hebr. p. 568, et contra Gramberg Religion d. A. T. I, p. 12), nunc diligentius tractatum pristinis observationibus addere placet. Quaesitum enim est et ab aliis pernegatum, ab aliis vindicatum, utrum articulus definitus aliquando pro indefinito poni possit. Respondendum est: nunquam articulum definitum pro indefinito positum recte dici posse; multas tamen notiones ab Hebraeis definite cogitari et exprimi, quae in lingua graeca, germanica, gallica indefinite accepta articulo carent, quemadmodum recentiorum etiam linguarum usus hac in re saepe discrepat, et nominatim in lingua gallica ex singulari quodam linguae idiomate multa cum articulo efferuntur, quae in germanica eum non admittunt. Sic Gallice eleganter dicitur: nous aurons aujourd'hui *la pluie*, soyez *le bien venu*, il a *la mémoire bonne*, *l'esprit inquiet*, in quibus locutionibus cunctis ex nostrae linguae usu articulus ne ferri quidem posset. Iam quid Hebraeorum usus in hac re habeat peculiare, ad classes quasdam revocare placet quae tamen maximam partem eo redeunt, ut articulus rebus notis praefigatur (Apollon. de synt. 1, 6: *τὸ ἄρθρον προϋφεστῶσαν γνῶσιν δηλοῖ*, et ibid. *ἄρθρον, οὗ ἐξαίρετός ἐστιν ἡ ἀναφορά* cf. 2, 3: *ἰδίωμα ἀναφορᾶς προκατειλεγμένου προσώπου δευτέρα γνῶσις*. Cf. quae egregie disputata sunt in Harrisii Hermes I, p. 178 ed. germ.). Articulo igitur, secus atque nostratium fert consuetudo, muniuntur

a) nomina, quae *materias* et *rerum genera* designant *omnibus nota*, allgemein bekannte Materien und Gattungsbegriffe, ut הַצֹּאן, הַזָּהָב, הַכֶּסֶף, הַמַּיִם. Gen. 13, 2: *Abrahamus valde dives erat* בַּמִּקְנֶה בַּכֶּסֶף וּבַזָּהָב. Deut. 14, 26: *et eroga pecuniam* בַּבָּקָר וּבַצֹּאן וּבַיַּיִן וּבַשֵּׁכָר. Exod. 31, 4: לַעֲשׂוֹת בַּזָּהָב וּבַכֶּסֶף in Gold und Silber zu arbeiten. Thren. 4, 2: מְסֻלָּאִים בַּפָּז. Jes. 1, 22: *vinum* מָהוּל בַּמָּיִם. Ex. 3, 3: *et obtegebant arculam* בַּחֵמָר וּבַזָּפֶת *bitumine et pice.* 2 Reg. 9, 30: וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ sie legte ihre Augen in die Schminke. Cf. Jes. 28, 7. 40, 19. 43, 24. Similiter articulo delectantur

b) nomina abstracta, ut gr. *τὸ πολιτικόν, τὸ ἱππικόν*, nominatim nomina virtutum et vitiorum (cf. gall. *la* modestie convient à la jeunesse, *la* superstition engendre l'erreur, ubi nos plerumque sine art.). הָלַךְ בַּשֶּׁקֶר Jerem. 23, 14, cf. 51, 19. 16, 4. 5. Jes. 29, 21. Prov. 25, 5: יִכּוֹן בַּצֶּדֶק כִּסְאוֹ (quanquam frequentius in his articulus omittitur): maxime nomina malorum et calamitatum, ut מוּת בַּצָּמָא siti perire Jes. 41, 17. 50, 2. Iud. 15, 18; הַסַּנְוֵרִים coecitas (nos indefinite Blindheit, sed definite die Pest, die Blattern) Gen. 19, 11: *percussit eos* בַּסַּנְוֵרִים. Jes.

45, 16: יַחְדָּו הָלְכוּ בַכְּלִמָּה (in die Schmach, ut nos: in das Verderben), cf. 32, 19: בַּשִּׁפְלָה תִּשְׁפַּל הָעִיר (in die Niedrigkeit sinkt die Stadt). 46, 2: נַפְשָׁם בַּשְּׁבִי הָלָכָה, 47, 5: בֹּאִי בַחֹשֶׁךְ, cf. 60, 2.

c) Longe frequentissimus autem est articuli usus post כְּ, comparandi particulam, quandoquidem comparatio nonnisi cum rebus sat notis institui potest, cf. nostr. flink wie der Vogel in der Luft, wie der Fisch im Wasser, weifs wie der gefallene Schnee. Sic כַּצֹּאן Jes. 53, 6. Ps. 49, 15, כַּשֶּׂה Jes. 53, 7, כַּבָּקָר 11, 7. 65, 25. Iob. 40, 15, כַּצֶּמֶר Jes. 1, 18. 51, 8; כַּצֵּל Iob. 17, 8. 14, 2, כַּתּוֹלָע כַּשָּׁנִים sicut coccus Jes. 1, 18. Quam late hoc pateat, exemplis ex uno Jesaiae libro petitis monstrare placet. 5, 24: כַּמֹּק יִהְיֶה. V. 25: כַּסּוּחָה. V. 28: כַּצַּר et כַּסּוּפָה cf. 66, 15. Jer. 4, 13; Jes. 10, 14: כַּקֵּן, 13, 8: כַּיּוֹלֵדָה (et ita semper in hoc vc. Ps. 48, 7. Jes. 42, 14. Jer. 6, 24. 30, 6. 49, 24. Mich 4, 9. 10). 14, 17: כַּמִּדְבָּר (cf. 27, 10. Jer. 9, 11. Hos. 2, 5), 22, 18: כַּדּוּר sicut pila (cf. 29, 3), 24, 20: כַּשִּׁכּוֹר sicut ebrius cet. vide 30, 17. 29. 34, 4. 35, 6. 38, 14. 41, 15. 42, 13. 43, 17. 44, 22. Unum monemus, ibi articulum plerumque omitti, ubi nomen comparationi adhibitum adiectivo vel alia re satis definitum est. Cf. כַּקֵּן Jes. 10, 14 sed כְּקֵן מְשֻׁלָּח 16, 2; כַּמֹּץ Ps. 1, 4 sed כְּמֹץ עֹבֵר Jes. 29, 5, כְּנַחַל שׁוֹטֵף 30, 28, כְּצַפִּיחִת בִּדְבָשׁ Ex. 16, 31.

Minus ignotum d) articulo delectari Collectiva (Lgb. p. 653), recte praeterea e) observatum a nonnullis, articulum ibi poni, ubi accuratius nomen Suffixo definiendum erat (cf. de Sacy gramm. arabe II. §. 482, 1), ut si mulier maritum suum *κατ' ἐξοχὴν* maritum vocat, servus herum suum *der Herr*. Sic Jes. 9, 6: לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה pro מִשְׂרָתוֹ, comm. 2 הַשִּׂמְחָה pro שִׂמְחָתוֹ, neque aliter expediendum videtur הָעַלְמָה Jes. 7, 14, quod cum Hebraeis et Grotio explico עַלְמָתִי.

His ita expositis non est, quod moneam, nullum non nomen articulo munitum demonstrative accipi posse, atque adeo debere. Ad exempla quod attinet, quae olim in contrariam sententiam laudaveram (Lgb. p. 655) haec ita expedienda sunt: הָאֲרִי 1 Sam. 17, 34 leo, ut notus et perpetuus gregis hostis, cf. *ὁ λύκος* Joh. 10, 12, arab. الذيب, الغول; הַבְּאֵר Ex. 2, 15 puteus illius regionis, הַנַּעַר Num. 11, 27 puer, qui in castris servum agebat, et similiter הַפָּלִיט Gen. 14, 13 fugitivus, nempe unicus, qui evaserat. Sic 1 Sam. 17, 8: *ecce ego sum* הַפְּלִשְׁתִּי, nempe is, qui certamen singulare ingressurus est. Addo locum, in quo nuper offendi, Jes. 66, 3: שׁוֹחֵט הַשּׁוֹר מַכֵּה אִישׁ זוֹבֵחַ הַשֶּׂה עֹרֵף כֶּלֶב. Quaeri enim possit, cur vcc. שׁוֹר, שֶׂה articulo munita sint, אִישׁ et כֶּלֶב non sint. Causa est, quod boum oviumque mactatores re vera existebant et quasi digito intendi poterant a scriptore, homicidae et canum immolatores h. l. nonnisi finguntur comparationis causa: *der* Rinder-Opferer ist wie *ein* Menschenmörder. Satis recte praeterea praecipitur a Grammaticis, praedicatum orationis articulum non admittere (cf. *χαλεπὰ τὰ καλά* et *τὰ χαλεπά καλά*): notanda tamen exempla contraria in Deuteronomio et apud Jeremiam, ut Jerem. 19, 13: *domus Hierosolymorum erant* הַטְּמֵאִים *impurae*. Deut. 4, 3. 3, 21, et similiter ante participium pro verbo finito Jes. 40, 22. 23. 46, 6. Ps. 18, 33. 48.

Not. De vocalibus etiam litterae ה subiiciendis paulo accuratius, quam vulgo factum, praecipere iuvat. 1) Vulgo igitur ante litteras non gutturales habet Patach sq. Dag. forti, הַשֶּׁמֶשׁ; 2) gutturales Dag. forte non admittunt, sed diversa est harum ratio, nimirum a) ante א, quod geminationem

plane respuit, Patach ubique producitur in Kamez, ut הָאָדוֹן, הָאֵטָד, הָאָרֶץ, הָאִשָּׁה, non aliter ante ר, ut הָרֶגֶל, הָרוֹכֵל, et saepe etiam ante ע et ה, ut הָהָר, הָעָם. Contra b) duriores gutturales ה et ח geminationem quandam admittunt, quanquam Dagesch forti a Grammaticis non notatam (quemadmodum nos vocabula *sicher, verglichen* cum gemino fere *ch* appellamus), eamque ob causam syllaba magis acuta saepe servat Patach, ut הַחֹדֶשׁ, הַהוּא. c) Ubicunque autem gutturalis Kamez habet, Patach (ut saepe alibi, vide gramm. hebr. ed. 9. §. 17, not. 2) transit in Segol, maxime ante ח, ut הֶחָזוֹן, הֶחָדָשׁ, הֶחָג, הֶחָזֶה; ante ה et ע in monosyllabis est Kamez (sec. canonem litt. a), ut הָהָר, הָעָם, Segol nonnisi in bisyllabis vel trisyllabis, ubi tonus magis versus finem deproperat, הֶהָרִים (quanquam הָהָר), הֶעָנָן, הֶעָוֹן, הֶהָרִיוֹתֶיהָ, הֶהָמוֹן.

הֲ, הַ, הָ (de quarum formarum origine et usu diverso vide not.) Adv. interrogandi, ut arab. أ praefixum, primo sententiae vocabulo praefigi solitum, decurtatum ex pleniore הֲלֹ (Deut. 32, 6 ex Nehardeensium scriptura), arab. هَلْ 1) simplicem interrogationem, eamque rectam, indicans, ut lat. — *ne*. Iob. 2, 9: הֲשַׂמְתָּ לִבְּךָ אֶל־עַבְדִּי אִיּוֹב *num animum advertisti ad servum meum Iobum?* Ex. 10, 7. 33, 16 cet. a) Saepe ita interrogatur, ut responsionem negativam exspectes, et ipsa interrogatio vim negativam habeat, ubi proprius locus lat. *num?* Gen. 4, 9: הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי *num custos fratris mei sum?* pro: non sum fratris custos. Iob. 14, 14: אִם יָמוּת גֶּבֶר הֲיִחְיֶה *ubi mortuus est homo, num reviviscit?* i. e. non reviviscit. 8, 11. 21, 22 (cf. 23, 6. 36, 19, ubi responsio negativa ab ipso loquente suppletur). Notabile exemplum est 2 Sam. 7, 5: הַאַתָּה תִּבְנֶה לִּי בַיִת, quod 1 Par. 17, 4 in negativam sententiam translatum: לֹא אַתָּה ת׳. b) Alibi affirmationem intelligunt, ita ut interrogatio vim affirmativam habeat. Gen. 30, 2: הֲתַחַת אֱלֹהִים אָנֹכִי *nonne sub Deo ego?* 27, 36. 50, 19. Iob. 20, 4: הֲזֹאת יָדַעְתָּ *nonne hoc scis?* 1 Sam. 2, 27. Jer. 31, 20. Ez. 20, 4. In eandem sententiam dicitur הֲלֹא, cf. gr. ἦ γάρ; et ἦ γὰρ οὔ; pro *nonne?* et lat. — *ne* pro *nonne?* v. quae disputarunt Heusingeri ad Cic. off. 3, 17. c) In quaestionibus disiunctivis alteram quaestionem praecedit אִם et וְאִם (v. supra pag. 68): הֲ — אִם *utrum? an?* rarius הֲ — אוֹ Iob. 16, 3. Eccl. 2, 19. Caeterum הֲ — אִם et הֲ — וְאִם in libris poëticis etiam frequentatur, ubi duae quaestiones similem vel eandem sententiam aliis verbis expressam continentes se excipiunt ex legibus parallelismi: *num — an? num? — et —* (non: *utrum — an?*), quanquam etiam in his latet disiunctiva quaedam ratio, ita tamen ut discrimen utriusque quaestionis magis in verbis cernatur, quam in sententia. Iob. 4, 17: הַאֱנוֹשׁ מֵאֱלוֹהַּ יִצְדָּק אִם מֵעֹשֵׂהוּ יִטְהַר גָּבֶר, cf. 6, 5. 6. 8, 3. 10, 4. 5. 11, 2. 7. 22, 3. Crebro propterea in talibus alterum hemistichium simplex copula praecedit: הֲ — וְ Iob. 6, 26. 10, 3. 13, 7. 15, 7. 8. 11. 18, 4, cf. maxime 13, 7 et 8; ipsa adeo copula omissa 22, 4.

2) in interrogatione indirecta: *num*, germ. *ob* (cf. אִם no. B, 2), post verba explorandi Ex. 36, 4. Iudd. 2, 22, videndi Ex. 4, 18. Gen. 8, 8, experiendi Deut. 8, 2. 13, 4 (cf. dubito *an*). Ubi disiunctiva est propositio sq. אִם Gen. 18, 21, vel הֲ Num. 13, 18: *et intuemini terram et populum* הֶחָזָק הוּא הֲרָפֶה הַמְעַט הוּא אִם־רָב *utrum fortis sit an remissus, utrum magnus an parvus sit numero.*

Praefigitur aliis particulis, ut הַאִם,

vide אם; הֲכִי, vide כִּי; הֲלֹא, vide לֹא.

Not. Haec interrogandi particula, aeque atque ה demonstrativum, originem ducit a הַל, أَلْ demonstrativo, ut plurima interrogandi vcc. in aliis etiam linguis proprie affirmativa vel negativa sunt, et potestatem interrogativam postea demum induerunt, cf. affirmativa hebr. אם, הֵן, syr. ܗܳܐ, arab. إِذًا, gr. ἦ (v. Passow h. v.), negativa אִי (ex אַיִן, vide Append.), lat. *ne*, nostr. *nicht wahr?*

Ad formam quod attinet a) ante litteras neque gutturales, neque Schwa simplice munitas He interrogativum habet Chateph-Patach, הֲזֹאת, הֲתַחַת (vividus enim interrogationis sermo effecit, ut magis etiam, quam in demonstrando decurtaretur vc.); raro b) eandem formam habet atque He art., הַיִּיטַב Lev. 10, 19, maxime ante litteras Schwa munitas הַלְּבֶן Gen. 17, 17. 18, 21. 37, 32. Sic etiam cum Art. congruit c) ante gutturales, הַאֵלֵךְ, et d) ante gutturales Kamez munitas, הֶאָנֹכִי, הֶחָזָק. Vide plurima exempla ap. Nold. concordd. part. p. 856 sq.

הָא chald. interj. *ecce!* Dan. 3, 25. Syr. ܗܳܐ, arab. هَا id.

הֵא hebr. et chald. id. Gen. 47, 23. Ez. 16, 43. In lingua chald. pleon. Dan. 2, 43: הֵא כְּדִי *ecce sicut* cet. Ita saepe syr. ܗܳܐ.

הֶאָח interj. laetantis sonum imitans, *eia, evax*, nostr. *juchhe!* Jes. 44, 16. Ps. 35, 21. 25, etiam exsultantis de casu inimici Ps. 40, 16. Ez. 25, 3.

הַב imp. verbi יָהַב q. v.

הַבְהָבִים m. pl. Hos. 8, 13 *dona* h. l. sacrificalia pro יְהַבְהָבִים a rad. יָהַב dedit.

הָבַל fut. יֶהְבַּל pr. 1) *spiravit, exhalavit* (cf. de spirandi potestate in syllaba הב ad rad. אָהַב), inde הֶבֶל halitus, isque cum saepe de re vana usurpetur, 2) *vane egit, locutus est.* 2 Reg. 17, 15: וַיֵּלְכוּ אַחֲרֵי הַהֶבֶל וַיֶּהְבָּלוּ *sectabantur vanitatem* i. e. idololatriam *et vane agebant.* Jer. 2, 5. Iob. 27, 12: לָמָּה־זֶּה הֶבֶל תֶּהְבָּלוּ *cur tam vana proloquimini?* it. *vanae spei fuit.* Ps. 62, 11: בְּגָזֵל אַל תֶּהְבָּלוּ *in rapina spem vanam ne collocetis.*

Hiph. ad vana i. e. ad idolorum cultum *seduxit* Jer. 23, 16.

הֶבֶל c. Suff. הֶבְלִי, plur. הֲבָלִים cstr. הַבְלֵי 1) *halitus, spiritus* de leni aura Jes. 57, 13. (Bene Vulg. *aura.* Minus apte LXX *καταιγίς*). Saepius de *halitu oris* (Kimchi: אֵיד שֶׁיֵּצֵא מִפֶּה. Aqu. *ἀτμίς*, Symm. *ἀτμός*, quod quidem vc. Sap. 7, 25 syr. transfertur ܗܰܒܠܳܐ). Plerumque de re cito evanescente, fluxa, caduca. Iob. 7, 16: כִּי הֶבֶל יָמָי *nam halitus* sunt *dies mei.* Prov. 13, 11: הוֹן מֵהֶבֶל יִמְעָט *opes halitu citius evanescunt.* 11, 10: *nam iuventus et* vitae *aurora halitus* sunt. 21, 6. 31, 30. Ps. 39, 6. Eccl. 1, 2. 14. 2, 11. 17. 23. 4, 4. 8. 5, 9. 6, 9 cet. Inde nata significatio *rei vanae et inanis* Thren. 4, 17. Jer. 10, 3. 8, et adv. *vane, inaniter, frustra.* Iob. 9, 29. 21, 34. 35, 16. Jes. 30, 7. Ps. 39, 7. Spec. dicitur de idolis, utpote vanis et nihil valentibus, eorumque cultu 2 Reg. 17, 15. Jer. 2, 5. Plur. Ps. 31, 7: הַבְלֵי שָׁוְא *vana idola.* Jon. 2, 9.

2) *exhalatio, vapor, nebula, caligo,* quae perspici non potest. Eccl. 6, 4 de abortu: *nam in nebula venit et in tenebris discessit,* a nemine visa. 11, 8: כָּל־שֶׁבָּא הָבֶל *futurum quodque est nebula* i. e. tenebris obvolutum. 8, 14.

3) n. pr. *Abel* (LXX Ἄβελ), Adami filius natu secundus, a vitae brevitate prob. dictus. Gen. 4, 2 sq.

הֲבֵל i. q. הֶבֶל no. 1. halitus, inde *vanitas*, forma chaldaizante. הֲבֵל הֲבָלִים Eccl. 1, 2. 12, 8.

הבן rad. inusit. i. q. אָבַן, inde

הָבְנִי pr. lapideus (qs. אַבְנִי, ab אֶבֶן, אֶבֶן lapis), inde plur. הָבְנִים Ez. 27, 15 Keri, in Chethibh הוֹבְנִים *ligna ebena*, pr. ligna qs. lapidea, *Steinholz*, a duritie dicta (quod quidem etymon tam manifestum, ut de alio, nedum de exotico, vix anquiras). Servatum est nomen semiticum in lingua gr. et lat. ἔβενος, *ebenum* (v. Bocharti Hieroz. II, p. 141), ex graeca rediit cum terminatione in arab. et pers., ubi ابنوس, ابنوش scribitur. Plurali utuntur Hebraei, quia eiusmodi ligna in perticas (φάλαγγες Graeci vocant) dissecta exportare solebant nautae, cf. אַלְמֻגִּים, עֵצִים.

הָבַר *secuit, dissecuit* i. q. arab. هبر. Semel legitur Jes. 47, 13 Keri: הֹבְרֵי שָׁמַיִם *qui coelum dissecant* ad auguria captanda, horoscopi causa, i. e. augures, astrologi. LXX ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ. Vulg. *augures coeli.* Chethibh: הָבְרוּ (אֲשֶׁר) שׁ׳. Vide Comment. nostr. ad Jes. II, 351 sq. Aliis הָבַר est i. q. خبر scivit, sunt etiam qui legi velint הֹבְרֵי, coll. חֲבָרַיִךְ comm. 10.

הָגַג rad. hebr. inusit. Arab. هجّ IV. accendit, هجيج calor. Inde הָגִיג.

I. **הָגָה** fut. יֶהְגֶּה 1) *murmuravit, susurravit, fremuit* (idem fere quod הָמָה), de fremitu leonis praedam nacti (gr. ὑποβρυχάομαι; *rugire* est שָׁאַג, βρυχάομαι) Jes. 31, 4, de leni tonitru (vid. הֶגֶה Iob. 37, 2), de mussitatione incantatorum (vid. Hiph.), de strepitu citharae (vid. הִגָּיוֹן Ps. 9, 17. 92, 4), de murmure columbae Jes. 38, 14. 59, 11, de gemitu ac suspirio hominis (οἰμώζειν) Jes. 16, 7. Jerem. 48, 31.

2) poët. *locutus est*, a) absolute (*sonum edidit*) Ps. 115, 7. b) c. acc. r. Iob. 27, 4. Ps. 37, 30. Jes. 59, 3. Prov. 8, 7; hinc *cecinit, celebravit* (sicut *dicere*, אָמַר). Ps. 35, 28: לְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה צִדְקֶךָ *lingua mea celebrat iustitiam tuam.* 71, 24.

3) *meditatus est* (propr. secum collocutus est mussitans et submissa voce, quod saepe facere solent meditantes, cf. no. 1 et אָמַר בְּלִבּוֹ, אָמַר), sq. בְּ aliquid (über etwas nachdenken). Jos. 1, 8: וְהָגִיתָ בּוֹ יוֹמָם וָלַיְלָה *et meditaberis eam* (legem) *noctes diesque.* Ps. 1, 2. 63, 7. 77, 13: וְהָגִיתִי בְכָל־פָּעֳלֶךָ *meditor omnia tua opera.* 143, 5. (Syn. שִׂיחַ). Prov. 15, 28: לֵב צַדִּיק יֶהְגֶּה לַעֲנוֹת *cor iusti meditatur, quod respondeat.* It. *recordatus est alicuius rei* sq. acc. Jes. 33, 18: לִבְּךָ יֶהְגֶּה אֵימָה *cor tuum recordatur terroris.* Ac sensu malo *machinatus, molitus est.* Ps. 2, 1: לְאֻמִּים יֶהְגּוּ רִיק (cur) *nationes moliuntur vana* i. e. vanam seditionem? Prov. 24, 2. Jes. 59, 13. (Syr. ܗܓܐ meditatus est, syllabatim legit. Pa. meditatus, contemplatus est. Ethpa. legit. Cf. aeth. ሀገገ: murmuravit, vocem non explanabilem edidit, locutus, meditatus est, Conj. IV. legit. Arab. نَّ mussitare).

Po. inf. הֹגוֹ i. q. Kal no. 2. Jes. 59, 13.

Hiph. part. pl. מַהְגִּים *mussantes* i. e. fatidici, carmina murmurantes, vel *gementes*, nimirum praestigiatores, exilem ac submissam vocem manium imitantes. Jes. 8, 19.

Inde derivata sunt: הֶגֶה, הָגוּת, הִגָּיוֹן.

II. הָגָה i. q. יָגָה no. II. *amotus fuit* (cf. הָלַךְ et יָלַךְ), transit. *amovit.* Prov. 25, 4: הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף *separa scorias ab argento.* Inf. absol. iubendi significatu. Symm. κάθαιρε. Vulg. *aufer.* V. 5. (Al. legunt h. l. הֹגוֹ i. e. Hiph. v. יָגָה). Huc etiam, ut videtur, referend. Jes. 27, 8: הָגָה בְּרוּחוֹ הַקָּשָׁה בְּיוֹם קָדִים *abducit* (illos) *turbine vehemente Euri die.* Bene Kimchius הֵסִיר.

הֶגֶה m. 1) *fremitus* tonitru. Iob. 37, 2. 2) *gemitus, suspirium* Ez. 2, 10. 3) *cogitatio* Ps. 90, 9, cf. הָגוּת. Rad. הָגָה no. I.

הָגוּת f. (c. Kamez impuro) *cogitatio.* Ps. 49, 4. Rad. הָגָה no. I.

הָגִיג (a rad. הָגַג) *aestus, fervor animi.* Ps. 39, 4: בַּהֲגִיגִי תִבְעַר אֵשׁ *ex fervore meo erupit ignis.* Hinc *vox aestuantis* Ps. 5, 2.

הִגָּיוֹן m. cstr. הֶגְיוֹן, c. Suff. הֶגְיוֹנִי Ps. 19, 15. Thren. 3, 62 1) *strepitus* citharae. (Vid. rad. הָגָה I, 1. Cf. הֶמְיָה Jes. 14, 11). Ps. 92, 4: עֲלֵי הִגָּיוֹן בְּכִנּוֹר *ad strepitum, citharae,* LXX. μετ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. Ps. 9, 17 signum musicum est הִגָּיוֹן סֶלָה. LXX. ᾠδὴ διαψάλματος, neque aliter Symm. Aqu. Vulg. 2) *meditatio* Ps. 19, 15, *machinatio,* Thren. 3, 62 (cf. Ps. 2, 1).

הָגִין m. adj. *commodus, aptus* i. q. talmud. הָגוּן et מְהֻגָּן. Ez. 42, 12. Rad.

הָגַן, quae tamen in reliquis quoque linguis cognatis hac significatione est inusitata.

הָגַר rad. inusit. Arab. هَجَرَ *fugit,* unde هِجْرَةٌ fuga Muhammedis, cogn. חָרַג. Inde

הָגָר (fuga) n. pr. *Hagar,* ancilla Sarae, ex Aegypto oriunda, mater Ismaëlis a domina postea *fugata* Gen. 16, 1. 25, 12.

הַגְרִי (fugitivus) 1 Par. 11, 38. 27, 31. Pl. הַגְרִים Ps. 83, 7 et הַגְרִיאִים 1 Par. 5, 10. 19. 20 n. pr. populi arabici, quocum tribus trans Jordanem habitantes bellum gerebant. Haud dubie respondet Arabum هَجَر, unde N. gent. هاجرى, populus ac regio iuxta sinum Persicum, Ἀγραῖοι ap. Strab. XVI. p. 767 Casaub., Ἀγρέες Dionys. Perieget. 956 in provincia hodie *Bahhrein* dicta.

הֵד m. i. q. הֵידָד *clamor laetus, iubilatio* Ez. 7, 7, cf. Jes. 16, 9. 10. Rad. הָדַד.

הַדָּבְרִין m. pl. chald. *regis amici, administri, Staatsräthe, Vesire.* Dan. 3, 24. 4, 33. 6, 8, et הַדָּבְרֵי מַלְכָּא 3, 27 *supremi regis amici.* Quod ad etymon attinet, vix dubitaverim, quin sit chald. דָּבְרִין *duces, gubernatores* praefixo Art. Hebraeorum, qui cum ipso vc. ita coaluit, ut alibi Arabum articulus cum nonnullis vcc. hebraeis, v. אַלְ p. 55. Olim ex syllaba בר, (coll. גִּזְבָּר, דְּתָבַר) coniiciebam, hoc vc. persicae originis esse, ut alia munerum nomina in his capp., sed הַד quid significet, in medio mihi erat reliquendum.

הָדַד rad. inusitat. Arab. هَدَّ pr. *fregit, rupit* (vic. חָתַת), apud Hebr. translate *erupit in laetos clamores* (cf. פָּצַח רִנָּה), unde הֵידָד, הֵד. Similis ad sonum translatio apud Arabes, cf. هَدّ barritus cameli, vox gravis et crassa, هاد sonus fluctuum in littore se frangentium, هَدَّة fragor.

הֲדַד n. pr. regis Idumaeorum. Gen. 36, 35. 1 Par. 1, 46 coll. 50. Alioqui numinis syr. nomen est, v. בֶּן־הֲדַד p. 157 A.

הֲדַדְעֶזֶר n. pr. (cuius *auxilium Hadad* i. e. Adodus, vide sub בֶּן־הֲדַד) *Hadadeser*, rex Syriae Zobensis, Davidis aequalis. 2 Sam. 8, 3 sqq. Alibi legitur הֲדַרְעֶזֶר 10, 16. 19. 1 Par. 19, 16. 19, sed tamen ubique locorum sunt Mss., quibus prior illa eaque melior scriptura defendatur.

הֲדַדְרִמּוֹן n. pr. oppidi in planitie prope Megidduntem siti Zach. 12, 11, postea, recte Hieronymo *Maximianopolis* dicti. Et *Hadad* et *Rimmon* numinum Syrorum nomina sunt.

הָדָה i. q. יָדָה (cf. הָגָה יָגָה et הָגָה), *tetendit*, *direxit* (manum ad aliquid), semel legitur Jes. 11, 8. (Arab. هَدَى rectâ duxit, viam monstravit, syr. ܗܕܳܐ, هِدْيَةٌ via, mos, gr. ὁδός).

הֹדוּ (pro הִנְדּוּ), syr. ܗܢܕܘ, arab. هِنْد *India*. Esth. 1, 1. 8, 9. In Zend et Pehlvi est *Heando*.

הֲדוֹרָם Gen. 10, 27, n. pr. tribus Joctaniticae in Arabia felice. Esse videntur *Ἀδραμῖται*, *Atramitae* Ptolemaei VI, 7 et Plinii VI, 28 s. 32, ad oram Arabiae australem Homeritas (Himjaritas) inter et Sachalitas habitantes.

הִדַּי n. pr. m. 2 Sam. 23, 30, pro quo in loco parall. 1 Par. 11, 32 est חוּרַי.

הָדַךְ humi prostratum *conculcavit*, *contrivit*, semel obvium Iob. 40, 12. Radd. vicinae sunt דָּכָא, דָּכָה, דָּכַךְ. Arab. هَدَكَ destruxit (domum).

הָדַם rad. inusit. Arab. هَدَمَ *evertit*, *destruxit* (domos) pr. *solo aequavit*, unde הֲדֹם scabellum, pr. solum.

הֲדַם chald. Pa. הַדֵּם, ܗܰܕܶܡ in frusta discidit, syr. ܐܶܬܗܰܕܰܡ pass. Cf. arab. هَذَمَ celeriter secuit, festinanter comedit (einhauen). Inde

הַדָּם chald. *frustum*, syr. ܗܰܕܳܡܳܐ membrum. עֲבַד הַדָּמִין Dan. 2, 5, gr. *μέλη ποιεῖν* 2 Macc. 1, 16 frustulatim conscindere, supplicii genus compluribus populis antiquis usitatum, cf. ܗܰܕܶܡ Barhebr. p. 218.

הֲדֹם ubique sq. רַגְלַיִם *scabellum pedum*, nunquam non metaph. Jes. 66, 1: *orbis terrarum scabellum est pedum tuorum.* Ps. 110, 1: *donec hostes tuos fecero scabellum pedum tuorum.* Spec. *scabellum Dei* appellatur arca foederis, super qua praesens esse credebatur Jovae numen. 1 Par. 28, 2. Ps. 99, 5. 132, 7. Thren. 2, 1.

הָדַס rad. inusit. Talmud. saliit, subsiliit, festinavit.

הֲדַס plur. הֲדַסִּים m. *myrtus*, ita dicta (ut nonnulli putant), quod saliat i. e. celeriter crescat, ut *salix* sec. Verrium a saliendo, v. Isid. Origg. 17, 7. Neh. 8, 15. Jes. 41, 19. 55, 13. Zach. 1, 8. 10. 11. V. Celsii Hierob. P. II p. 17 sqq. (Arab. هَدَس id. in dial. Jemenitarum, ap. reliquos Arabes haec arbor vocatur آس).

הֲדַסָּה (myrtus) n. pr., quo prius appellabatur virgo Judaica posthac Esthera dicta. Esth. 2, 7.

הָדַף fut. יֶהְדֹּף 1) *trusit*, *detrusit*. (Chald. הֲדַף id. Cf. דָּפַק, דָּחָה) Num. 35, 20. 22. Ez. 34, 21. Iob. 18, 18: יֶהְדְּפֻהוּ מֵאוֹר אֶל־חֹשֶׁךְ *detrudunt eum ex luce in tenebras*, hinc: *prostravit* (umstofsen) Jer. 46, 15. 2) *repulit*, *removit* (zurückstofsen) 2 Reg. 4, 27. Prov.

10, 3. 3) *expulit* (verstoſsen, ausstoſsen). Deut. 6, 19. 9, 4. Jos. 23, 5.

הָדַר 1) pr., ut cognatum אָדַר, *amplus, tumidus fuit* et trans. *tumefecit.* (Arab. أَهْدَرَ tumidus, حدر intumuit). Part. pass. הָדוּר tumefactus, tumidus. Jes. 45, 2: הֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר *loca tumida* edita *complanabo.* LXX. ὄρη, nisi hi forte legerunt הררים. (Tumidos montes dicit etiam Ovid. Amor. 2, 16, 51).

Transfertur 2) ad superbiam Jes. 63, 1: הָדוּר בִּלְבוּשׁוֹ *tumidus* i. e. superbus *in vestitu suo*, sich brüstend in seinem Gewande.

3) ad ornatum (amplae enim sunt vestes pretiosiores Orientalium), hinc *decoravit, ornavit* (pr. de vestium ornatu, v. הָדָר), *honoravit*, c. c. a. Ex. 23, 3, sq. פְּנֵי פ׳ *vultum alicuius honorare* Lev. 19, 32, idque pro *favere alicui, partibus eius temere studere* (in iudicio), sicut נָשָׂא פָּנִים Ex. 23, 3. Lev. 19, 15.

Niph. praet. pl. in Pausa נֶהְדָּרוּ *honorati sunt* Thren. 5, 12 (cf. Kal no. 3).

Hithp. superbum se gessit, gloriatus est. Prov. 25, 6.

Derivata sequuntur.

הַדַּר chald. Pa. הַדַּר *honoravit.* Dan. 4, 31. 34.

הָדָר m. 1) *ornatus, decus.* Ps. 45, 4. 96, 6. Ez. 16, 14: הַדְרֵי קֹדֶשׁ *ornatus sanctus.* Ps. 110, 3. Prov. 20, 29: הֲדַר זְקֵנִים שֵׂיבָה *decus senum est canities.* Lev. 23, 40: עֵץ הָדָר *arbores decorae.* Spec. de *maiestate* Dei. Ps. 104, 1: הוֹד וְהָדָר לָבָשְׁתָּ *splendorem ac maiestatem induisti.* Iob. 40, 10. Ps. 29, 4: קוֹל יְהוָה בֶּהָדָר *vox Jovae decora* est. 2) *honos.* Ps. 149, 9.

הֶדֶר m. *decus.* Dan. 11, 20: מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת *mittens exactorem per decus regni* (Palaestinae) h. e. praestantissimam regni partem, sicut אֶרֶץ הַצְּבִי comm. 16, cf. Zach. 8, 6. Ad rem vide 2 Macc. 3, 1 sq. Sunt, qui tributum, censum intelligant, ex Graecismo cl. τιμή, sed v. quae observavimus in hist. ling. hebr. p. 64.

הֲדָרָה f. cstr. הַדְרַת i. q. הָדָר *ornatus* Prov. 14, 28. הַדְרַת קֹדֶשׁ ornatus sacer i. e. cultus festus, solemnis (non sacerdotalis, ut nonnulli voluerunt) Ps. 29, 2. 96, 9, cf. הַדְרֵי קֹדֶשׁ Ps. 110, 3.

הֲדַרְעֶזֶר. Sic male aliquoties pro הֲדַדְעֶזֶר q. v.

הָהּ interj. dolentis, sonum imitans, ut אֲהָהּ Ez. 30, 2.

הוֹ id. interj. dolentis i. q. הוֹי. Am. 5, 16.

הוּא 1) pron. 3 pers. sing. masc. *is*, neutr. *id.* (Litteram א in הוא et היא non paragogicam esse et otiosam, sed radicalem, recte monuit Ewaldus in gramm. hebr. p. 176, provocans ad arab. هُوَ, et Arabismum vulg. in quo *hué, hié* efferendum praecipit *Caussin* gramm. arabe p. 51. 55. Adde melit. *hûa, hûae; hîa, hîae,* notante Vassalli in gramm. melitensi p. 146, et aeth. ውእቱ፡ f. ይእቲ፡ in quibus syllaba ቱ, ቲ vim demonstrandi habet. Simile est e in germ. *sie, wie, die.* Syri abiecto א: ܗܘ, ܗܝ, quae forma exstat etiam in n. pr. אֱלִיהוּ, et fort. Jer. 29, 23 Chethibh, quod legendum videtur אָנֹכִי הוּ יֹדֵעַ. Persae idem habent pronomen abiecto ה (ut aeth.) وى, اوى, او, in dialectis germ. frequentantur formae *ho, hu, hue, hua, he, hei,* v. maximam exemplorum vim in Fuldae germ. Wurzelwörter p. 223. 224, cf. Schmitthenner Ursprachlehre p. 228). In Pentateucho הוא etiam sexum femininum complecti-

tur, et ponitur pro הִיא, quod (notante Masora ad Gen. 38, 25) nonnisi undecies in toto Pentateucho legitur. Qui puncta adscribebant, hoc Pentateuchi idioma minus agnoscentes, ubicunque הוא ad femininum refertur, vitium latere opinati, scribebant הִוא, proprie הִיא legendum esse significaturi. Praeter Pentateuchum הוא fem. exstat 1 Reg. 17, 15. Iob. 31, 11. Jes. 30, 33, a punctatoribus itidem הוא scriptum.

Latine saepe est a) i. q. *ipse, αὐτός*. Gen. 14, 15: הוּא וַעֲבָדָיו *ipse cum servis suis*. 20, 5: הֲלֹא הוּא אָמַר לִי *nonne ipse mihi dixit*. Jes. 7, 14: לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם אוֹת *propterea Dominus ipse vobis dabit signum*, et hoc quidem sensu emphatico in nonnullis formulis ad Deum refertur, quanquam male inter nomina divina relatum est (v. Simonis Onomast. V. T. p. 549). Deut. 32, 39: *videte* כִּי אֲנִי אֲנִי הוּא וְאֵין אֱלֹהִים עִמָּדִי *quod ego Ille* (*αὐτός*) *sum*, *nec praeter me ullus deus*: nimirum Ille, qui solus adorandus, qui unus mundum creavit et conservat. Jes. 43, 10. 13. 25. 48, 12. Jer. 14, 22 cet. Sic in nomm. pr. אֱלִיהוּא (cuius deus Ille) אֲבִיהוּא (cuius pater Ille). Eodem referri possunt exempla Ps. 44, 5. 2 Sam. 7, 28: אַתָּה הוּא הָאֱלֹהִים *tu es Ille, Deus*. b) *hic, οὗτος*. Gen. 4, 4: וְהֶבֶל הֵבִיא גַם הוּא *et Abel, etiam hic, offerebat*. 2, 11: הוּא הַסֹּבֵב אֵת כָּל־אֶרֶץ הַחֲוִילָה *hic est, qui omnem terram Chavilae ambit*. Saepe c. subst., ibique articulo munitum, ubi idem substantivo praefixus est. הָאִישׁ הַהוּא hic vir Iob. 1, 1, לַמָּקוֹם הַהוּא huic loco Gen. 21, 31. בַּיּוֹם הַהוּא hoc die, quae formula in prophetis frequentatur de futuro tempore praenuntiato, nos: an jenem Tage, Jes. 2, 11. 17. 20. 3, 7. 18. 4, 1. 2. 5, 30. 7, 18. 20. 21. 23. 10, 20. 27 cet. Aliquoties contemtim praemittitur, ut *οὗτος, iste*. 2 Par. 28, 22: הוּא הַמֶּלֶךְ אָחָז *rex iste Ahasus*, cf. זֶה. Alibi *δεικτικῶς* pro primae personae pronomine, ut lat. hic homo. Iob. 13, 28, cf. Tibull. Eleg. II, 6. 7 ibique intpp.

2) Saepe includit verbum substantivum: *is* est, *hic* est, erit, fuit. Gen. 2, 11 (v. 1, b). 20, 7: כִּי נָבִיא הוּא *nam propheta hic* est. 24, 65: הוּא אֲדֹנִי *hic* est *dominus meus*. 15, 2: *possessor domus meae* הוּא ד׳ אֱלִיעֶזֶר *is* erit *Elieser Damascenus*. Inde saepe pro *id est*, formula explicandi. Gen. 14, 8: בֶּלַע הוּא צֹעַר *Bela, quae* (nunc) *est Zoar*. Comm. 7: עֵין מִשְׁפָּט הוּא קָדֵשׁ *fons iudicii qui* (nunc) *est Kadesch*. Deut. 4, 48. Esth. 2, 16. 3, 7. Rarius pro ipso verbo substantivo ponitur Gen. 17, 12: אֲשֶׁר לֹא מִזַּרְעֲךָ הוּא *qui non de semine tuo est*, Lgb. §. 196, 1.

הוּא chald. i. q. hebr. Dan. 2, 21. 22. 28. 32. 38. 47. 4, 19 cet.

הֲוָא chald. i. q. הֲוָה q. v.

הוֹד (per aphaeresin, ut videtur, pro נְהוֹד, a rad. نهد extulit se, protuberavit, med. Damm. eminens, pulcher fuit) 1) *maiestas*, a) de maiestate Dei, saepe copulatur cum הָדָר Ps. 21, 6. 96, 6. 104, 1. 111, 3. Iob. 40, 10, b) principum et regum 1 Par. 29, 25. Dan. 11, 21. Cf. Num. 27, 20. c) vocis Jes. 30, 30. Iob. 39, 20 (23). — 2) *splendor, vigor, pulchritudo* Dan. 10, 8: הוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי *vigor* i. e. faciei color vividus *mihi immutabatur*, ich verfärbte mich (vor Schrecken). Hos. 14, 7: כַּזַּיִת הוֹדוֹ *instar olivae vigor eius*. De ornatu Zach. 10, 3. 6. 13. 3) n. pr. 1 Par. 7, 37.

הוֹדַוְיָה (fort. הוֹדוּיָהּ laudate Jehovam) n. pr. m. 1) 1 Par. 5, 24. 2) 9, 7. 3) Esr. 2, 40.

הוֹדַוְיָהוּ (id.) 1 Par. 3, 24.

הוֹדִיָּה (splendor Dei) n. pr. = הוֹדַוְיָה no. 2. Neh. 7, 43.

הוֹדִיָּה (id.) n. pr. Levitarum nonnullorum Neh. 8, 7. 9, 5. 10, 11. 14. 19.

הָוָה pr. spiravit (arab. هوى flavit ventus, aura, هواء aër, aura) ut radd. cognatae אָבָה, אָהַב q. v. Refertur primarius hic significatus 1) ad halitum animantium, inde vixit (v. חָוָה, חָיָה), et in linguae usu *fuit*, i. q. vulgare הָיָה. Apud Aramaeos haec verbi forma pro verbo substantivo usitatissima (הֲוָה, ܗܘܐ), apud Hebraeos poëtis tantum et recentioribus scriptoribus propria est satisque raro obvia. Eam tamen vulgari forma הָיָה antiquiorem et primitivam esse, tum ex Waw conversivo (v. וַ) colligas inde derivato, tum ex eo quod haec ipsa forma originem onomatopoëticam prae se fert. הָיָה igitur ortum est ex הָוָה, ut חָיָה ex חָוָה, quod quidem posterius primarium videtur. Part. הֹוֶה Neh. 6, 6. Eccl. 2, 22. Imp. הֱוֵה, הֱוִי Gen. 27, 29. Jes. 16, 4. Fut. apoc. יְהוּא Eccl. 11, 3 pro יְהִי ex יֶהֱוֶה.

2) *adspiravit* ad aliquid, *cupivit, desideravit* i. q. אָוָה (arab. هوى cupivit, amavit, voluit), unde הַוָּה no. 1 cupido. Quae significatio ubi magis etiam intenditur, fit

3) *praeceps ruit* in aliquid, *decidit ex alto, periit* i. q. هوى Iob. 37, 6: כִּי לַשֶּׁלֶג יֹאמַר הֱוֵא אָרֶץ *nivi enim dicit, rue in terram.* Vulg. — ut descendat in terram. (LXX sec. signif. 1. γίνου ἐπὶ γῆς).

הֲוָה et **הֲוָא** chald. *fuit,* i. q. hebr. הָיָה. Fut. יֶהֱוֵה et יֶהֱוֵא. Huic Futuro interdum ab initio apposita לְ particula, quae tunc est *ut,* plerumque ita, ut Futuri Praeformativum sit eiectum, ut לֶהֱוֹן ut sint, ut essent. Dan. 2, 43. 6, 2. 3, לֶהֱוְיָן Dan. 5, 17. Cf. Winer. Gramm. chald. §. 44, 4. Saepe iungitur participio alterius verbi, et est hic vulgaris aoristi circumscribendi modus. חָזֵה הֲוֵית *videbas* Dan. 4, 7. 10. 7, 2. 4 al.

הַוָּה f. Verb. Pi. a הָוָה 1) *cupiditas, cupido,* a rad. no. 2. Prov. 10, 3: הַוַּת רְשָׁעִים יֶהְדֹּף *cupidinem malorum repellit.* Parall. נֶפֶשׁ צַדִּיק. Cf. אַוָּה. (Arab. هوًى cupido, voluntas) 19, 13. Iob. 6, 2. 30, 13 (hisce duobus locis postremis Keri est הַיָּה).

2) *ruina, casus* (arab. هوِىّ) a rad. no. 3. Hinc: *casus adversus, pernicies.* Ps. 57, 2: עַד־יַעֲבֹר הַוּוֹת *donec transierit pernicies.* 91, 3: דֶּבֶר הַוּוֹת *pestis perniciosa.* 94, 20. Prov. 19, 13. Iob. 6, 2. 30, 13. Dein etiam: pernicies, quam quis alii infert, *iniuria, scelus.* Ps. 5, 10: קִרְבָּם הַוּוֹת *eorum intimum* vel animus *scelus est.* 38, 13: דִּבְּרוּ הַוּוֹת *loquuntur scelera.* 52, 4. 9. 55, 12. Prov. 11, 6. 17, 4: מֵזִין עַל־לְשׁוֹן הַוֹּת *auscultans linguae sceleris.* Iob. 6, 30.

הֹוָה i. q. הַוָּה no. 1 *casus adversus, calamitas.* Jes. 47, 11. Ez. 7, 26.

הוֹהָם (prob. pro יְהוֹהָם, quem Jehova impulit) n. pr. regis Hebronitici. Jos. 10, 3.

הוֹי interj. onomatopoët., ut אוֹי 1) minitantis: *hei, oï, vae!* sq. acc. Jes. 1, 4: הוֹי גּוֹי חֹטֵא *vae populo peccatori!* 5, 8. 11. 18. 20. 21. 10, 5. 28, 1. 29, 1. 15. 30, 1. 31, 1, אֶל Jer. 48, 1, עַל 50, 27. Ez. 13, 3, לְ 13, 18. 2) dolentis: *heu!* 1 Reg. 13, 30: הוֹי אָחִי *heu fratrem meum!* Jes. 17, 12. 3) adhortantis: *heus! he!* Zach. 2, 10. Jes. 18, 1. 55, 1.

הוּךְ chald. *ivit,* forma emollita ex הֲלַךְ, cf. דָּרַשׁ et דּוּשׁ, אֱלַךְ et אוּךְ, עָנַק et עוּק, et e linguis recentioribus angl. *talk, walk, dark, warm*

(quorum r in pronuntiando abiicitur), gall. *doux* ex *dulcis*, *faux* ex *falsus*. Fut. (quod solum est Fut A. in verbis עֹר) יְהָךְ Esr. 5, 5. 6, 5. 7, 13. Infin. מְהָךְ 7, 13.

הוֹלֵלָה f. Plur. הוֹלֵלוֹת *stultitia*. Eccl. 1, 17. 2, 12. Verbale ab הלל in Po.

הוֹלֵלוּת f. id. Eccl. 10, 13.

הוֹלֵם m. (Milêl) Jes. 41, 7, v. הָלַם.

הוּם *commovere*, *perturbare*, vic. radd. הָמָה, הָמַם. Deut. 7, 23: הָמָם מְהוּמָה גְדֹלָה *magnam eis afferet perturbationem.* Unde תְּהוֹם pr. mare commotum.

Niph. fut. יֵהֹם *conturbata*, *concitata fuit* civitas, terra. Ruth 1, 19. 1 Sam. 4, 5. 1 Reg. 1, 45.

Hiph. strepitum fecit, *Lermen machen*, *toben* (cf. הִשְׁקִיט Ruhe halten), de multitudine strepente Mich. 2, 12, de animo inquieto (Toben im Innern) Ps. 55, 3.

Derivata: מְהוּמָה, תְּהוֹם.

הוֹמָם (exitium, rad. הָמַם) n. pr. m. 1 Par. 1, 39, pro quo Gen. 36, 22 legitur הֵימָם.

הוּן i. q. arab. هَانَ levis, facilis fuit, cf. cogn. אִין, אוּן. Hinc 1) *levis momenti fuit.* Arab. conj. II. IV. X. parvi aestimavit, contempsit. Sic *Hiph.* Deut. 1, 41: וַתָּהִינוּ לַעֲלוֹת *parvi putabatis ascendere* i. e. leviter ac temere fecistis, quod ascendistis. Al. *spreto* (iussu divino) *ascendistis.* Cf. Num. 14, 44. 2) *rerum facultatem habuit*, *commode*, *beate vixit*, *dives*, *opulentus fuit.* Cf. אוֹן no. 2. 3. Inde ductum הִין et

הוֹן m. 1) *facultates*, *opes*. Prov. 1, 13. 6, 31. 8, 18. Ps. 44, 13: בְּלֹא הוֹן *gratis*, *nullo pretio*. Plur. הוֹנִים Ez. 27, 33. 2) adv. *satis*. Prov. 30, 15. 16. Sic LXX. (ἀρκεῖ), Chald. Syr. Ar. (Arab. هَوْن facilitas, commoditas, cf. آنَ med. Waw commode, placide vixit, أَوْن quies, commoditas, אוֹן facultates, opes).

הוֹר et **הֹר** 1) vc. priscum ac minus usitatum i. q. הַר *mons*, gr. ὄρος. Gen. 49, 26: הורי עד (lege הוֹרֵי עַד) *montes aeterni*, in altero hemistichio גִּבְעוֹת עוֹלָם *colles aeterni.* Masorethae quidem verba illa efferri voluerunt הוֹרַי עַד, atque videntur eam interpretationem indigitasse, quam Vulg. et Chald. amplexi sunt, ut הוֹרַי sit particip. verbi הָרָה *parentes mei*, עַד autem referatur ad ea quae sequuntur. Sed huic sententiae tum loci contrarii sunt huic similes Deut. 33, 15. Hab. 3, 6, tum etiam membrorum Parallelismus. 2) n. pr. duorum montium, quorum a) unus ad Idumaeae fines est, una statione et dimidia distans a mari mortuo versus meridiem; ad cuius radices sita Petra. Ab Aharone, qui in eo mortuus est, hodieque vocatur جبل نبى هارون (mons Aharonis prophetae), vel سيدنا هارون (Dominus noster Aharon). Vid. Comment. nostr. in Jes. 16, 1. Num. 20, 22. 33, 32. b) alter ad Libanum pertinet versus septentriones, Num. 34, 7. 8.

הוֹשָׁמָע (pro יְהוֹשָׁמָע, quem Jehova audit) n. pr. m. 1 Par. 3, 18.

הוֹשֵׁעַ (salus) *Hoseas* n. pr. 1) sic primo dictus fuit Josua, minister Mosis atque successor. Num. 13, 8. 16. 2) rex Israelis 2 Reg. 15, 30. 17, 1 sq. 18, 1 sq. 3) propheta. LXX. Ὡσηέ. Hos. 1, 1. 2.

הוֹשַׁעְיָה (cui Jehova auxiliatur) n. pr. aliquot virorum 1) Neh. 12, 32. 32. 2) Jes. 42, 1. 43, 2.

הוֹת v. הָתַת.

הָזָה *somniatus est*, *deliravit* in somniis Jes. 56, 10. Vic. est חָזָה, et origo est in *visione* nocturna.

LXX. ἐνυπνιαζόμενοι. Aqu. φανταζόμενοι. Symm. ὁραματισταί. (Arab. هذى et هذا deliravit in loquendo, impr. ex morbo; et sic fere apud Talmudicos).

הִי (pro נְהִי a verbo נָהָה, ut בּוּל pro יְבוּל) *lamentatio.* Ez. 2, 10.

הִיא 1) pron. 3 pers. sing. fem. *ea*, neutr. *id.* Syr. ܗܝ, arab. هِىَ. Cf. הוּא. Aliquoties in textu masorethico legitur הִוא, nimirum ubi הִוא neutraliter usurpatum ad masculina refertur, et Iudaeorum Critici exspectaverant הוּא Iob. 31, 11. Eccl. 5, 8. Ps. 73, 16. Caeterum quaecunque de masc. הוּא supra observavimus, cadunt etiam in fem. הִיא. Saepe est a) i. q. *ipsa*, αὐτή Jos. 6, 17; b) *haec*, αὕτη, maxime ubi articulo auctum est, ut בָּעֵת הַהִיא hoc tempore Mich. 3, 4, *eadem* 1 Reg. 19, 8. 2) Haud raro vices gerit verbi subst., ut Lev. 11, 39.

הִיא chald. i. q. hebr. Dan. 2, 9. 20. 21. 27. 44. 7, 7. Esr. 6, 15.

הֻיְּדוֹת pl. f. Neh. 12, 8 *celebrationes, cantica*, cf. 11, 17. Ortum vocab. ex הוֹדָה celebravit, pari signif. atque תּוֹדוֹת. Quanquam eiusmodi forma praeter hanc ipsam non exstat.

הֵידָד m. (rad. הָדַד) *laeta acclamatio, iubilum* a) vindemiatorum et torculariorum. Jer. 25, 30. 48, 33. b) militum, qui ad pugnam procedunt Jer. 51, 14. Jes. 16, 9. 10, ubi utraque significationis ratio sibi invicem opponitur.

הָיָה fut. יִהְיֶה apoc. יְהִי c. Waw convers. וַיְהִי, inf. absol. הָיֹה cstr. הֱיוֹת, semel הֱיֵה Ez. 21, 15, c. Praef. בִּהְיוֹת, לִהְיוֹת i. q. הָוָה chald. הֲוָה, syr. ܗܘܐ, ܗܘܐ. 1) *fuit, exstitit* (de origine v. not.), verbum substantivum. Dr. absol. Gen. 2, 5: שִׂיחַ הַשָּׂדֶה טֶרֶם יִהְיֶה בָאָרֶץ *frutices agri nondum exsistebant in terra.* Saepius iungit subiectum praedicato, sive adiectivo, sive substantivo hoc continetur, sive locum indicat, ubi quis est. Gen. 1, 2: וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ. 3, 1: וְהַנָּחָשׁ הָיָה עָרוּם. 2, 18: לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ. 3, 20: כִּי הִוא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי. 4, 8: וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה *et factum est, quum essent in agro.* 2, 25. 4, 14. (De ellipsi eius v. Lgb. p. 849).

Sq. לְ a) *fuit alicui* (res), i. e. eum possessorem habuit. Ex. 20, 3: *ne tibi sint dii alieni* i. e. ne habeas deos alienos. Deut. 21, 15. 2 Sam. 12, 2. Jes. 45, 14. Hos. 1, 9: אָנֹכִי לֹא אֶהְיֶה לָכֶם *ego non vobis ero* i. e. non ero deus vester. Saepius ita יֶשׁ לִי et negat. אֵין לִי. b) *fuit alicui rei* vel *in aliquam rem, pro aliqua re*, zu etwas dienen, gereichen. Gen. 1, 14. 15: וְהָיוּ לִמְאוֹרֹת *et erunt pro luminaribus.* Comm. 29. Ex. 4, 16: הוּא יִהְיֶה לְּךָ לְפֶה וְאַתָּה תִּהְיֶה לּוֹ לֵאלֹהִים *ille tibi erit pro ore, et tu ei eris pro deo* i. e. tu ei verba suggeres et quasi inspirabis, ut deus prophetis. 2, 16. Gen. 28, 21. Num. 10, 31. Etiam cum gerundio Jes. 44, 15: הָיָה לְאָדָם לְבָעֵר *est* (lignum) *homini ad comburendum.* It. *praestitit se ut talem.* 1 Sam. 4, 9: הֱיוּ לַאֲנָשִׁים *viros vos praestate*, et c. dat. pers. 18, 17: הֱיֵה לִי לְבֶן חַיִל *praesta te mihi virum fortem.* — Sequ. לְ ante inf. c) *in eo fuit ut*, (cf. angl. *I am to play*, er ist daran, im Begriff zu thun). Gen. 15, 12: וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא *sol in eo erat, ut occideret.* Jos. 2, 5: וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר *porta in eo erat, ut clauderetur* (passive, ut germ. dicimus: *es ist zum Essen da*, pro ut edatur). Jes. 6, 13. Deut. 31, 17. d) *intentus fuit rei*, nostr. *er war darauf*, plenius *darauf erpicht.* 2 Par. 26, 5: וַיְהִי לִדְרֹשׁ אֱלֹהִים *intentus erat cultui divino.* De

הָיָה in his locutionibus omisso v. Lgb. § 211.

הָיָה עִם fuit c. aliquo a) a partibus alic. stetit, εἶναι μετά τινος (Matth. 12, 30) 1 Reg. 1, 8 (v. עִם). b) הָיָה עִם אִשָּׁה rem habuit c. muliere, concubuit cum ea Gen. 39, 10. 2 Sam. 13, 20, syr. ܗܘܐ ܥܡ ܐܢܬܬܐ. — הָיָה בְּעֵינֵי פ׳ esse in oculis alic. i. e. videri alicui, v. עַיִן.

Cum part. alterius verbi imperfecto circumscribendo inservit. Gen. 4, 17: וַיְהִי בֹּנֶה i. q. וַיִּבֶן, maxime in serioris aetatis scriptoribus Iob. 1, 14. Neh. 1, 4. 2, 13. 15, cf. syr. ܩܳܛܶܠ ܗ݇ܘܳܐ interficiebat.

2) *factus est.* Absol. i. q. *exstitit, orta est* res. Gen. 1, 3: יְהִי אוֹר — וַיְהִי אוֹר *fiat lux — et facta est lux.* Comm. 6. Jes. 66, 2: וַיִּהְיוּ כָל־אֵלֶּה *haec omnia facta sunt* i. e. orta, exstiterunt. Alibi *facta est* res (opp. irrita cecidit). Jes. 7, 7: לֹא תָקוּם וְלֹא תִהְיֶה, sq. לְ auctoris 19, 15: לֹא יִהְיֶה לְמִצְרַיִם מַעֲשֶׂה *non fiet ab Aegyptiis ulla res.* *Factus est aliquid* dr. sq. acc. Gen. 19, 26: וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח *et facta est columna salis.* 4, 20. 21, saepius sq. לְ Gen. 2, 7: וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה *et factus est homo animans vivum.* 24. 17, 4. 18, 18. 32, 11. Ex. 4, 4. Jes. 1, 31. Sed הָיָה לְ praeterea est a) *accidit* ei (aliquid) Ex. 32, 1. b) *obtigit alicui* qs. in praedam, jem. zu Theil werden. Jes. 7, 23. 17, 2. 61, 7, spec. de muliere: הָיְתָה לְאִישׁ, ut syr. ܗܘܬ ܠܓܒܪܐ obtigit viro, viro se dedit. Hos. 3, 3. Jer. 3, 1. Ruth 1, 2.

הָיָה כְּ pr. factus est instar alic., similis factus est alicui Gen. 3, 5. 22, dein *idem expertus est atque.* Jes. 1, 9: כִּסְדֹם הָיִינוּ *Sodomitarum sortem experti essemus.* Gen. 18, 25: וְהָיָה כַצַּדִּיק כָּרָשָׁע *ut idem fiat probo atque improbo.* Num. 17, 5. Jes. 17, 3. 24, 2. 28, 4. 29, 7. 30, 13. Hos. 4, 9. Iob. 27, 7. Cant. 1, 7. Similis ratio est locorum Jes. 10, 9. 20, 6, in quibus הָיָה omissum.

In libris historicis frequentatur formula וַיְהִי כְּ, וַיְהִי וְ *et factum est, accidit ut,* ut in N. T. καὶ ἐγένετο ὅτι. Similiter in prophetis וְהָיָה *et fiet,* adeo repetito eodem verbo, Jes. 3, 24: וְהָיָה תַחַת בֹּשֶׂם מַק יִהְיֶה *et sic fiet, pro odoribus erit foetor putidus.* 2, 2. 7, 23.

Not. Cum verbi substantivi notio abstrusior sit, quam ut primitiva videri possit, de origine hebraei הָיָה et הָוָה recte anquisiverunt Etymologi. Quorum ex coniecturis olim eam amplexus sum sententiam, *cadendi* significatum primarium esse, coll. هوى ruit, decidit, et *accidendi, contingendi* vim inde derivatam esse, ad quam confirmandam provocare possis ad pers. افتادن cadere, accidere. Nunc hanc ipsam cadendi significationem primariam esse vix putem: et notio existentiae (sit venia verbo) videtur potius a *vivendo* profecta, et ad omnes res etiam inanimatas translata esse, ita ut verba חָוָה, חָיָה et הָוָה, הָיָה eiusdem originis sint. In his הָוָה et חָוָה pr. spirandi, flandi potestatem habebat (cf. הָבַל, אָהַב, אָבָה, אָוָה), quae partim ad adspirandi, cupiendi, ruendi vim, partim ad vivendi et exsistendi potestatem translata est. Cf. ad הָוָה.

Niph. נִהְיָה qs. pass. Hiph., inde i. q. Kal no. 2, sed rarioris usus, 1) *factus est.* Sq. לְ factus est aliquid Deut. 27, 9. Prov. 13, 19: תַּאֲוָה נִהְיָה *votum, quod factum est* (ein Wunsch, der geschehn ist) i. e. expletum, cf. V. 12, ubi respondet בָּאָה. Similiter Zach. 8, 10 de mercede concessa. 1 Reg. 1, 27: אִם מֵאֵת אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ נִהְיָה הַדָּבָר הַזֶּה *num a domino meo rege hoc factum est?* i. e. ab eo profectum et institutum. 12, 24. It. i. q. *accidit, evenit* Deut. 4, 32.

Iud. 19, 30. 20, 3. 12. Ez. 21, 12. 39, 8. Neh. 6, 8.

2) aliquando adiuncta notione rei absolutae et praeteritae (ut in illo: *fuimus* Troes), i. q. *confectus est, defecit*, fertig, vorüber, dahin seyn. Dan. 2, 1: שְׁנָתוֹ נִהְיְתָה עָלָיו *somnus eius defecit ei*, germ. *war vorbey für ihn, war dahin für ihn.* עָלָיו pro אֵלָיו, כִּי ex Syriasmo (non pro מֵעָלָיו). 8, 27: נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי *confectus eram* (deficiebam) *et aegrotabam*, germ. dicunt *ich war dahin, war fertig*, i. e. vires defecerunt. Vulg. *langui et aegrotavi.*

הַיָּה f. in Keri Iob. 6, 2. 30, 13 pro הַוָּה *pernicies.*

הֵיךְ forma Chaldaismum imitans pro אֵיךְ *quomodo?* 1 Par. 13, 12. Dan. 10, 17. (Frequens voc. ap. Chaldaeos. Sam. ࠄࠉࠊ id.).

הֵיכַל quadrilitt. haud usitat. Arab. هَيْكَلَ *magnus, altus fuit.* Inde

הֵיכָל comm. semel certe fem. Jes. 44, 28. (Arab. هَيْكَلٌ, syr. ܗܰܝܟܠܳܐ, aeth. ሀይከል፡ id.) Pl. ־ִים, semel ־וֹת Hos. 8, 14 1) *aedificium magnum, magnificum, palatium.* Prov. 30, 28. Jes. 39, 7. Dan. 1, 4. 2) הֵיכַל יְהוָה. palatium Jehovae vocatur templum Hierosolymitanum 2 Reg. 24, 13. 2 Par. 3, 17. Jer. 50, 28. Hagg. 2, 15. Zach. 6, 14. 15 (alibi בֵּית יְהוָה), it. tabernaculum sanctum, quo ante templum exstructum utebantur cf. בַּיִת no. 1. 1 Sam. 1, 9. 3, 3. Ps. 5, 8 (neque tamen 2 Sam. 22, 7. Ps. 29, 9, ubi coelum intelligendum), poët. etiam *coelum* Ps. 11, 4. 18, 7 (et 2 Sam. 22, 7). 29, 9. Mich. 1, 2 (interdum addito epitheto sancti). 3) Spec. est *pars* templi Hierosolymitani, nimirum ὁ ναός κατ᾽ ἐξοχήν, conveniens cum corpore s. navi aedium nostrarum, inter atrium et sanctum sanctorum (דְּבִיר) 1 Reg. 6, 5. 17. 7, 50. Mero errore nititur, quod in novissima Lex. Simonisiani editione הֵיכָל ipsum sanctum sanctorum esse legitur.

הֵיכַל emphat. הֵיכְלָא chald., ut hebr. 1) *palatium* regis. Dan. 4, 1. 26. Esr. 4, 14. 2) *templum.* Dan. 5, 2. 3. 5.

הֵילֵל Jes. 14, 12 sec. LXX. Vulg. Targ. Rabbin. Luth. *stella lucida* i. e. *Lucifer.* Nec male, additur enim בֶּן־שָׁחַר et apud Chaldaeos quoque Lucifer vocatur כּוֹכַב נֹגַהּ, apud Arabes زُهَرَةٌ i. e. splendida stella. In hanc sententiam הֵילֵל derivandum a rad. הלל splenduit, ut sit nomen participiale conj. קִיטֵל (cf. arab. بَيْطَرٌ, syr. ܫܰܡܛܳܐ et similia), vel verbi quadrilitteri הילל, cf. הֵיכַל, הֵידָד. Est tamen ipsum הֵילֵל haud raro Imper. Hiph. verbi יָלַל significatione: *eiula, lamentare* (Ez. 21, 17. Zach. 11, 2), quod quidem non minus aptum est ac Syro, Aqu. et Hieron. probatum.

הֵים v. הוּם.

הֵימָן (= מְהֵימַן chald. et syr. fidus) 1 n. pr. viri cuiusdam sapientis, qui floruit ante Salomonis tempora (1 Reg. 5, 11), ex tribu Judae oriundi 1 Par. 2, 6. Diversus est 2) Hemanus Levita e familia Kehathitarum, praefectus cantorum Davidis 1 Par. 6, 18. 15, 17. 16, 41. 42. Ps. 88, 1. Cf. Thes. p. 117.

הִין m. mensura fluidorum continens 12 לֹג, 2 χόας Atticorum (sec. Joseph. Ant. 3, 9 §. 4). Num. 15, 4 sqq. 28, 5. 7. 14. Ez. 4, 11. Alex. Εἶν, ἶν, ὗν. Etymologica ratio dubia. Ab הון ductum esse possit mensura *levis*, exigua.

הַכִּי v. כִּי.

הָכַר in Kal inusit. Arab. حَكَرَ et حَكِرَ

stupuit. Kamûs 1, 691: العَجَب أو اشْدّه *admiratio vel adm. vehementissima* i. e. stupor. Kimchius ex R. Jona תמיהה גדלה admiratio magna. Originem, quam Alb. Schult. ad Iob. 19, 3 in *rigendo* ponendam suspicabatur, sed ulterius anquirendum censens, nil dubitans pono in *tundendo, obtundendo* coll. syllaba primitiva חך, חק, in qua tundendi, caedendi potestas inest, coll. verbis vicinis חָקַק, חָקַר, فقّ et חָכַל, חָכַם q. v.

Hiph. obtudit, stuporem incussit. Iob. 19,3: לֹא תֵבֹשׁוּ תַּהְכְּרוּ לִי *sine pudore obtunditis me,* schaamlos übertäubet ihr mich, ut recte Cromayerus, Schultens. in animadverss. — תַּהְכְּרוּ dictum videtur pro תַּהְכִּירוּ (cf. וַיַּדְרְכוּ Jerem. 9, 2). Possit quidem etiam pro Fut. Kal haberi, sed propter Dativum לִי, ut quo casu delectantur verba in Hiphil (Lgb. p. 817), vulgaris sententia mihi praeferenda videtur.

הַכָּרָה f. (Verbale Hiph. a rad. נָכַר, ad formam הַצָּלָה, vid. Gr. §. 74, 29. §. 75, I.) *cognitio.* Jes. 3, 9: הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *cognitio vultus eorum* i. e. quod vultu suo cognoscendum praebent, prae se ferunt.

הַל 1) Articulus, arab. اَلْ, apud Hebr. הַ·, ל littera proximae inserta, v. Lgb. p. 197, et supra p. 261.

2) Particula interrogationis, arab. هَلْ, unde ortum הֲ interrogativum, q. v. Plena forma semel legitur Deut. 32, 6 sec. lectionem Nahardeensium, qui sic distrahunt הַל יְהוָה, quod ceteri iunctim scribunt הַלַיהוה. Illud si probas, גָּמַל accusativo iunctum est, ut saepe.

הָלָא *removit* vel *remotus est,* in Kal inusit. (Affine est syr. ܗܠܐ elongavit, reiecit, removit et arab. هَلّ II. retro mansit, abscessit, recessit).

Niph. partic. הַנַּהֲלָאָה *remotum* collective pr. remotis. Mich. 4, 7. Inde

הֶלֶא (forma segol., ut אֶרֶץ, מָוֶת) subst. remotio, longinquitas, semper c. He parag. הָלְאָה (Milêl, et propterea sine Metheg) adv. *ulterius, procul.* 1) de spatio. Gen. 19, 9: גֶּשׁ־הָלְאָה *recede ulterius,* apage. LXX. ἀπόστα ἐκεῖ. Vulg. *recede illuc.* (Vid. commentar. nostrum in Jes. 49, 20). Al. accede propius: falso et inepte ad sententiam. 1 Sam. 10, 3: מִשָּׁם וָהָלְאָה (et discedes) *inde protinus.* 20, 22: מִמְּךָ וָהָלְאָה *abs te ultra* i. e. *ultra te.* V. 37. (Oppon. מִמְּךָ וָהֵנָּה citra te). Num. 32, 19. Jes. 18, 2: עַם נוֹרָא מִן־הוּא וָהָלְאָה *populus terribilis ultra eum.* V. 7. — מֵהָלְאָה לְ *ultra* aliq., ut Amos 5, 27: מֵהָלְאָה לְדַמֶּשֶׂק *ultra Damascum.* 2) de tempore 1 Sam. 18, 9: מֵהַיּוֹם הַהוּא וָהָלְאָה *ab illo die et porro.* Lev. 22, 27. (Syr. ܗܠܐ, ܠܗܠܐ id., ܠܗܠܐ ܡܢ ultra, chald. לְהַלָּה, לְהַלָּא et לְהַלָּן, quae pertinent ad rad. med. gem., v. ad הָלָא.)

הִלּוּלִים m. pl. verbale Pi. ab הִלֵּל *festi dies* propter peractam messem celebrati, *supplicationes.* Iud. 9, 27. Lev. 19, 24.

הֲלוֹם vid. הֲלֹם.

הַלָּז comm. *hic, haec.* Masc. est Iud. 6, 20. 1 Sam. 14, 1. 17, 26. 2 Reg. 23, 17. Zach. 2, 8. Dan. 8, 16; fem. 2 Reg. 4, 25. Forma plenior proxime sequitur, haec apocopata est etiam apud Arabes, اَلَّذِى, اَلَّذ Gol. col. 2122.

הַלָּזֶה (Milêl) m. *hic.* Gen. 24, 65. 37, 19. Compositum ex הַלָּז et ple-

niore articuli forma הַל, Lamed duplicato, ut in cognato אֵל, אֵלֶּה. Congruit arab. اَلَّذِى, quod Relativi potestatem adsumsit. Inde decurtatum הַלָּז, اَلَّذْ, per aphaeresin ortum لَذِى.

הַלֵּזוּ id., semel legitur Ez. 36, 36, iunctum vc. אֶרֶץ, itaque gen. fem.

הָלִיךְ vel **הֲלִיךְ** m. *gressus*. Iob. 29, 6: הֲלִיכַי *gressus mei*. Rad. הָלַךְ.

הֲלִיכָה f. nonnisi in plur. 1) *incessus* Nah. 2, 6, spec. *pompa* Dei Ps. 68, 25. 2) *viae*. Hab. 3, 6: הֲלִיכוֹת עוֹלָם לוֹ *viis antiquis* (quas antiquitus ingressus erat) *incedit* Deus. Trop. *agendi ratio*. Prov. 31, 27: הֲלִיכוֹת בֵּיתָהּ (attendit ad) *vias domus suae* i. e. res suas domesticas. 3) *commeatus, viatorum catervae* Iob. 6, 19. Rad. הָלַךְ.

הָלַךְ et **יָלַךְ** (v. Gramm. §. 67) fut. יֵלֵךְ, וַיֵּלֶךְ (a יָלַךְ), semel c. Jod אֵילְכָה Mich. 1, 8, poët. יְהַלֵּךְ (a הָלַךְ), semel תִּהֲלַךְ Ps. 73, 9, imp. לֵךְ c. He parag. לְכָה vel He abiecto לֵךְ (v. לְכָה suo loco) fem. לְכִי, לְכָן, raro הֲלֹכוּ Jer. 51, 50, inf. abs. הָלוֹךְ, cstr. לֶכֶת c. Suff. לֶכְתִּי, part. הֹלֵךְ

1) *ivit, incessit, profectus est*. (Radices vicinae sunt אָרַח, הוּךְ, q. v.). Etiam de rebus inanimatis dictum: eunt naves Gen. 7, 18, rumores 2 Par. 26, 8, termini Jos. 16, 8, epistolae Neh. 6, 18. — 2 Sam. 15, 20: אֲנִי הוֹלֵךְ עַל אֲשֶׁר־אֲנִי הוֹלֵךְ *equidem ibo quocunque rapiar*, cf. 1 Sam. 23, 13.

Locus quem quis petit eundo, plerumque praepositum habet אֶל Gen. 26, 26, לְ 1 Sam. 23, 18. 2 Paralip. 8, 17, nonnunquam עַל 2 Sam. 15, 20, בְּ 1 Reg. 19, 4. Jes. 45, 16. 46, 2 (pr. ire, intrare in), vel ponitur in accus., ut Iud. 19, 18. 2 Par. 9, 21: אֳנִיּוֹת הֹלְכוֹת תַּרְשִׁישׁ *naves Tartessum petentes* aut c. He parag. 2 Reg. 5, 25.

Praeterea hae notentur verbi structurae: a) c. acc. est *pervadere* locum, *peragrare*, ut Deut. 1, 19: וַנֵּלֶךְ אֵת כָּל־הַמִּדְבָּר *peragravimus totum desertum*. 2, 7. Iob. 29, 3. Sic etiam dr. הָלַךְ דֶּרֶךְ Num. 20, 17. 1 Reg. 13, 12 (alibi הָלַךְ בְּדֶרֶךְ Prov. 7, 19). — b) sq. בְּ est *ire cum* aliquo vel cum aliqua re Ex. 10, 9, et *adducere, afferre*. Hos. 5, 6. (Cf. בְּ, C, 1). Aliud vide supra. — c) c. עִם vel אֵת (אֶת) *versari cum* aliquo, eo *uti familiariter* (nostr. *umgehen mit*) Iob. 34, 8. Prov. 13, 20. Cf. Iob. 31, 5. — d) c. אַחֲרֵי *ire pone* aliquem, eum *sequi* Gen. 24, 5. 8. 37, 17. הָלַךְ אַחֲרֵי אֱלֹהִים, בְּעָלִים Deum, Belos sectatus est, coluit. Deut. 4, 3. 1 Reg. 14, 8. Jer. 2, 8, it. *persequi*. 48, 2: אַחֲרַיִךְ תֵּלֵךְ חָרֶב *te persequitur gladius*. — e) c. dativo pleonast. הָלַךְ לוֹ *abiit* v. no. 3.

2) trop. *vixit, vitae rationem aliquam secutus est* (nostr. *wandeln*, cf. דֶּרֶךְ no. 3.) Ps. 15, 2: הֹלֵךְ תָּמִים *qui vivit integer animi*. Ps. 1, 1: הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים *vivit secundum consilium impiorum*. 1 Reg. 9, 4. הָלַךְ בְּדֶרֶךְ, בְּדַרְכֵי פ׳ vestigia alic. sequi, eum imitari vita et moribus, inde הָלַךְ בְּדַרְכֵי יי Dei praecepta sequi Deut. 19, 9. 28, 9. Ps. 81, 14. Rar. c. acc. (ut הָלַךְ דֶּרֶךְ). Jes. 33, 15: הֹלֵךְ צְדָקוֹת *iustam vitam degens*. Mich. 2, 11: הֹלֵךְ רוּחַ וָשֶׁקֶר *vitam degens in vento* (i. e. rebus vanis) *et mendaciis*. Prov. 6, 12: הוֹלֵךְ עִקְּשׁוּת פֶּה *qui vivit in oris perversitate* i. e. qui, dum vivit, perseverat in sermonibus perversis.

3) Spec. *abiit, evanuit* Ps. 78, 39. Iob. 7, 9. 19, 10. 14, 20, maxime sq. dat. pleon. הָלַךְ לוֹ, gall. *s'en aller*, ital. *andarsene*. Cant. 2, 11. 4, 6, saepe in imp. לֵךְ לְךָ Gen. 12, 1. 22, 2. Hinc *decessit, mortuus est*. Gen. 15, 2. Ps. 39, 14. (Sic apud

Arabes مضى, عبر, ذهب, مشى, درج, et plenius مضى سبيله ivit viam suam, syr. ܫܢܐ migravit, peregrinatus est; apud Aethiopes ገዓዘ: et አተወ:). Neque tamen huc pertinet Gen. 25, 32: אָנֹכִי הוֹלֵךְ לָמוּת; non enim vertendum: decedo moriendo, sed quotidie obviam eo morti, quotidie moriendi periculo exponor.

4) *ivit* aqua i. e. *fluxit, effusa est.* Jes. 8, 7. Frequentes apud Hebraeos sunt huiusmodi locutiones: *fluunt colles lacte, aqua* i. e. in collibus abunde fluit lac, aqua (v. Gramm. §. 107, 3. annot. Lgb. §. 218, 4). Joel 4. 18. Nec aliter Ez. 7, 17. 21, 12: כָּל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מָּיִם Vulg. *omnia genua fluent aquis* (scil. prae metu). Cf. Virg. Ge. 2, 166: auro plurima fluxit.

5) *processit, progressus est* in aliqua re, i. e. *incrementa cepit.* Varie struitur a) c. inf. pleon. הָלוֹךְ et participio alterius verbi, Gen. 26, 13: וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וְגָדֵל pr. *procedebat procedendo et adolescebat* i. e. procedebat quotidie in adolescendo, magis magisque adolescebat. Iud. 4, 24: וַתֵּלֶךְ יַד בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל הָלוֹךְ וְקָשָׁה *et manus Israelitarum gravior indies facta est* in Jabinum. 1 Sam. 14, 19. 2 Sam. 5, 10. 18, 25. b) Loco הָלַךְ prioris haud raro ponitur verbum ipsum, quo continetur actio incrementa capiens. Gen. 8, 3: וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם מֵעַל הָאָרֶץ הָלוֹךְ וָשׁוֹב *et aquae de superficie terrae magis magisque diffluebant.* 12, 9, cf. Gen. 8, 5. c) c. partic. הֹלֵךְ et partic. verbi alterius. 1 Sam. 17, 41: וַיֵּלֶךְ הַפְּלִשְׁתִּי הֹלֵךְ וְקָרֵב *et magis magisque appropinquabat Philistaeus.* 1 Sam. 2, 26: וְהַנַּעַר שְׁמוּאֵל הֹלֵךְ וְגָדֵל וָטוֹב *et Samuel puer magis indies adolescebat ac proficiebat.* 2 Sam. 3, 1. Esth. 9, 4. Jon. 1, 11. Prov. 4, 18. 2 Par. 17, 12. Cf. gallicum: *la maladie va toujours en augmentant et en empirant,* morbus magis magisque ingravescit. Vide gramm. §. 100, 3, ibique annot.

Niph. נֶהֱלַךְ pr. *abreptus est,* hinc *abiit, evanuit.* Ps. 109, 23.

Pi. הִלֵּךְ i. q. Kal, sed ubique (praeter 1 Reg. 21, 27) poët. (Chaldaeis et Syris usitatissimum), spec. 1) i. q. Kal no. 1. *ivit, incessit,* Iob. 24, 10. 30, 28. Ps. 38, 7. 104, 3. 2) i. q. Kal no. 2. Ps. 86, 11. 89, 16. 131, 1. Eccl. 11, 9. 3) i. q. Kal no. 3. Ps. 104, 26. 4) fort. *grassatus est* (quod aeque ac hebr. frequentativum est a gradior), unde מְהַלֵּךְ *grassator* Prov. 6, 11 (parall. אִישׁ מָגֵן). Cf. עָרָה, سلك incessit, invasit, latrocinatus est. Alii *erronem* malunt. Cf. Hithpa.

Hiph. הוֹלִיךְ (a יָלַךְ), raro הֵילִיךְ Ex. 2, 9, et partic. מַהְלְכִים Zach. 3, 7 (ab הָלַךְ et more quidem chaldaico fictum) 1) causat. Kal no. 1. pr. *curavit ut iret aliquis,* ergo *duxit.* Deut. 8, 2. 2 Reg. 24, 15. Jes. 42, 16 cet. Part. מַהְלְכִים *duces, comites.* Zach. 3, 7, it. *abstulit* (rem) Zach. 5, 10. Eccl. 10, 20. Sic Ex. 2, 9: הֵילִיכִי אֶת־הַיֶּלֶד הַזֶּה *aufer hunc infantem.* 2 Sam. 13, 13: אָנָה אוֹלִיךְ אֶת־חֶרְפָּתִי *quo auferam ignominiam meam,* quo abeam cum ignominia mea? 2) causat. Kal no. 3 *fecit ut periret, perdidit.* Ps. 125, 5. 3) causat. Kal no. 4 *fecit ut flueret* (aqua) Ez. 32, 14, *ut difflueret* (mare) Ex. 14, 21.

Hithpa. הִתְהַלֵּךְ 1) pr. *sibi ivit,* cf. gr. *πορεύομαι,* nostr. *sich ergehen,* inde *ambulavit* Gen. 3, 8. 2 Sam. 11, 2; *ambivit, circumivit* Ex. 21, 19. Iob. 1, 7. Zach. 1, 10. 11. 6, 7; *incessit* Ps. 35, 14. C. acc. (ut Kal) Iob. 22, 14: חוּג שָׁמַיִם יִתְהַלָּךְ *inambulat in fornice coeli.* 2) trop. (ut Kal et Pi. no. 2) *vixit.* הִתְהַלֵּךְ בֶּאֱמֶת, בְּתֹם *in veracitate, in integritate vixit.* Ps. 26, 3. 101, 2. Prov. 20, 7. 23, 31, *Coram Deo ambulare* Gen. 17, 1.

24, 40. 48, 15, et *cum Deo ambulare* 5, 22. 24. 6, 9 i. q. vitam degere Deo placentem. 3) i. q. Kal no. 4 fluxit, de vino Prov. 23, 31. 4) Part. מִתְהַלֵּךְ Prov. 24, 34 *grassator* vel *erro*, cf. Pi. no. 4.

Derivv. praeter ea, quae proxime sequuntur, haec sunt: הֲלִיכָה, הָלִיךְ, תַּהֲלוּכָה, מַהֲלָךְ, vid. etiam לֶכֶת.

הֲלַךְ chald. Pa. *incessit* Dan. 4, 26.

Aph. id. Part. מַהְלְכִין Dan. 3, 25. 4, 34.

הֵלֶךְ m. 1) *iter, via,* tum i. q. אִישׁ הֵלֶךְ *viator, peregrinus.* 2 Sam. 12, 4. (Cf. Gramm. 111, 2, litt. a). 2) *flumen.* 1 Sam. 14, 26: הֵלֶךְ דְּבַשׁ *flumen mellis.* Cf. הָלַךְ no. 4.

הֲלָךְ m. chald. *vectigal viarium.* Esr. 4, 13. 20. 7, 24.

הָלַל 1) *splenduit, luxit, hell seyn,* pr. de sono claro, acuto, splendido, cf. *hallen* et radd. vicinas *gellen,* צָלַל, *schallen.* Vide Pi. Transfertur 2) ad splendorem *luminis,* arab. هَلَّ (ut nos: *helle* Farben). V. Hiph. et nomen הֵילֵל. Inde 3) *splendorem prae se tulit,* tum cultu externo tum verbis grandiloquis, *glänzen wollen, prahlen,* Ps. 75, 5. Part. הוֹלְלִים *superbi, insolentes,* Ps. 5, 6. 73, 3. 75, 5. Hinc 4) *stolidus fuit.* Vid. Po. Quo quis enim magis gloriabatur, eo sacris scriptoribus videbatur stultior esse, quemadmodum contra modestus quisque sapiens habebatur et pius. Cf. נָבָל.

Pi. pr. *cecinit* (v. Kal no. 1), maxime laudes alic., hinc *laudavit, celebravit,* maxime Deum, c. a. הַלְלוּ־יָהּ *celebrate Jehovam.* Ps. 117, 1. 145, 2, apud sequiores scriptores c. לְ (pr. canere Deo) 1 Par. 16, 36. 25, 3. 2 Par. 20, 21. 30, 21. Esr. 3, 11, c. בְּ Ps. 44, 9. Etiam simpl. *laudavit* Prov. 27, 2. 28, 4 sq. אֶל *collaudavit* aliquem alicui, commendavit Gen. 12, 15. 2) intrans. *gloriatus est.* Ps. 56, 5: בֵּאלֹהִים אֲהַלֵּל *de Deo gloriabor.* Cf. 10, 3.

Pu. celebratus fuit. Ez. 26, 17. Part. מְהֻלָּל celebrandus (Deus), Ps. 18, 4. 96, 4. 145, 3. — Ps. 78, 63: וּבְתוּלֹתָיו לֹא הוּלָּלוּ ut nunc vocales dispositae sunt: *eiusque virgines haud celebrabantur* (carminibus nuptialibus), cf. chald. הִלּוּלָא epithalamium. At haec cum V. 64 non satis congrua sunt, et malo legere הוּלָלוּ pro הֵילִלוּ lamentabantur.

Po. הוֹלֵל fut. יְהוֹלֵל causat. Kal no. 4 *stultum reddidit* Eccl. 7, 7 et *stultum arguit, pudore affecit.* Iob. 12, 17. Jes. 44, 25: קֹסְמִים יְהוֹלֵל *augures stultitiae arguit.* — *Poal.* part. מְהוֹלָל *insanus,* pr. furore percitus. Ps. 102, 9: מְהוֹלָלַי *in me insanientes* (ut קָמַי). Eccl. 2, 2.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *fecit, ut luceret,* splenderet Jes. 13, 10. Iob. 41, 10. Eodem cum Ewaldo (hebr. Gramm. p. 471) retulerim Iob. 29, 3: בְּהִלּוֹ נֵרוֹ pro בְּהָהִלּוֹ נֵרוֹ (abiecto He praeformativo) *cum lucere iuberet lucem suam* Deus. Quibus haud ferenda videtur syncope litterae He, his הִלּוֹ est Inf. Kal ad formam שַׁךְ, et Suffixum pleon. positum, ut transferendum sit: *lucente eo* sc. *lumine suo,* coll. 33, 20. Ez. 10, 3. 2) *lucem sparsit,* i. q. הֵאִיר no. 2, Licht verbreiten, *leuchten.* Iob. 31, 26.

Hithpa. 1) pass. Pi. 1. *laudari* Prov. 31, 30. 2) *gloriari, sese iactare.* 1 Reg. 20, 11. Prov. 20, 14: אֹזֵל לוֹ אָז יִתְהַלָּל *discedit, tum gloriatur* (de lucro facto). C. בְּ, de re gloriatus fuit. Prov. 25, 14. 27, 1, impr. de Deo Ps. 34, 3. 64, 11. 105, 3. Semel c. עִם Ps. 106, 5.

Hithpo. 1) *insanivit, desipuit.* Jer. 25, 16. 51, 7. Nah. 2, 5: יִתְהוֹלְלוּ הָרֶכֶב *insaniunt currus,* cum impetu agitantur. Jer. 50, 38: בָּאֵימִים יִתְהוֹלָלוּ praegnanter dictum: *insani confidunt idolis.* 2) *simulavit dementiam.* 1 Sam. 21, 14.

Derivv. הִלּוּל, הֵילֵל, הוֹלֵלָה, תְּהִלָּה, תָּהֳלָה, מַהֲלָל, הוֹלֵלוֹת, nomm. pr. מַהֲלַלְאֵל, יְהַלֶּלְאֵל et

הִלֵּל *Hillel*, n. pr. viri, Iud. 12, 13. 15.

הָלַם fut. O (Ps. 74, 6) 1) *tudit, feriit, percussit.* Iud. 5, 26: הָלְמָה סִיסְרָא *percussit Siseram.* Ps. 74, 6. 141, 5. Jes. 41, 7: הוֹלֶם פָּעַם *qui tundit incudem,* pr. הוֹלֵם פַּעַם. De accentu mutato v. Lgb. p. 175. 308. De ungula equi terram pulsante Iud. 5, 22. Metaph. הֲלוּמֵי יָיִן Jes. 28, 1 *vino percussi*, saucii, ebrii, cf. gr. *οἰνοπλήξ*, lat. percussus tempora Baccho Tibull. et de similibus locutionibus Arabum Comment. nostr. ad Jes. l. c. 2) *contudit, diffregit.* Jes. 16, 8. 3) *dissolutus, dissipatus est* (exercitus), nostr. *sich zerschlagen.* 1 Sam. 14, 16: וַיֵּלֶךְ וַהֲלֹם *et* (copiae) *paulatim dissipabantur.*

Derivv. praeter proxima haec sunt: מַהֲלֻמוֹת, יַהֲלֹם.

הֲלֹם adv. loci 1) *huc.* Exod. 3, 5. Iud. 18, 3. 1 Sam. 10, 22. עַד־הֲלֹם *hactenus.* 2 Sam. 7, 18. Respondet arab. هَلُمَّ (non هَلُمَّ, ut in prioribus editt. et apud Winerum) adesdum, quod declinatur tanquam imperativus, unde fem. هَلُمِّي. Fortasse etiam hebraeum primitus fuit imperativus significans *accede huc*, ab הָלַם pulsavit pede terram (cf. פַּעַם). Ad sententiam conf. etiam gr. *δεῦρο, δευρί*, plur. *δεῦτε.* — 2) *hic.* Gen. 16, 13.

הֵלֶם (ictus) n. pr. viri 1 Par. 7, 35.

הַלְמוּת f. *malleus* Iud. 5, 26, a tundendo dictus. V. rad.

הָם vel **הָם** n. pr. regionis alioquin ignotae, quam habitabat Susaeorum gens, prob. in Ammonitide vel eius vicinia degens. Gen. 14, 5.

הֵם vel **הֵם** nonnisi in Plur. c. Suff. הֲמֵיהֶם pro הֲמֵיהֶם *opes eorum.* Ez. 7, 11: לֹא מֵהֶם וְלֹא מֵהֲמוֹנָם וְלֹא מֶהֱמֵהֶם *nihil ex iis* (remanebit), *neque ex multitudine* (populo) *eorum, neque ex opibus eorum.* Paronomasia verborum מֵהֶם, מֵהֲמוֹנָם, מֶהֱמֵהֶם vocabuli rarioris efficti vel arcessiti ansam videtur dedisse.

הֵם et **הֵמָּה** Pronom. pers. pl. m. *ii, illi.* Interdum minus recte positum pro feminino: *eae.* Zach. 5, 10. Ruth. 1, 22. — Articulo iunctum fit demonstrativum: *hi.* Vid. הוּא. — Haud raro vices quodammodo gerit verbi substantivi 1 Reg. 8, 40. 9, 20. Gen. 25, 16: adeo cum femininis, Cant. 6, 8, et pro secunda persona Zeph. 2, 12: *vos quoque, Cuschitae,* חַלְלֵי חַרְבִּי הֵמָּה *gladio meo perfossi eritis.* Cf. הוּא.

הָמָה fut. יֶהֱמֶה rad. onomatop. *fremuit*, nostr. *brummen, summen*, vel potius antiqu. *hummen*, angl. *to hum*, de fremitu apum, unde germ. *Hummel*, arab. هَمْهَمَ, زَمْزَمَ, هَمَسَ. Dicitur 1) de voce animalium nonnullorum, ut de fremitu ursi Jes. 59, 11, canis marrientis Ps. 59, 7. 15, de gemitu turturis Ez. 7, 16. Transfertur ad suspiria hominum Ps. 55, 18. 77, 4, quae ursorum et columbarum gemitui comparantur (Ez. 7, 16. Jes. 59, 11).

2) de strepitu citharae (cf. germ. *Hummel* de citharae quodam genere) Jes. 16, 11 (cf. 14, 11), aliorum instrumentorum musicorum Jer. 48, 36, pluviae 1 Reg. 18, 41, fluctuum Ps. 46, 4. Jes. 51, 15. Jer. 5, 22. 31, 35. 51, 55, populi turbulenti et tumultuantis Ps. 46, 7. 59, 7. 83, 3. Jes. 17, 12. Inde הוֹמִיּוֹת poët. loca strepentia i. e. plateae Prov. 1, 21. Prov. 20, 1: לֵץ הַיַּיִן הֹמֶה שֵׁכָר *irrisor vinum et strepitum facit temetum.* Cf. Zach. 9, 15.

3) de *tumultu interno* animi in-

quieti, curis, sollicitudine, misericordia agitati. Ps. 42, 6. 12. Jer. 4, 19. 31, 20, cf. Cant. 5, 4. Hic motus internus interdum a poëtis cum strepitu instrumentorum musicorum (no. 2) comparatur, quemadmodum Forsterus narrat, in maris pacifici insulis misericordiam latratum s. fremitum viscerum vocari. Jes. 16, 11: מֵעַי לְמוֹאָב כַּכִּנּוֹר יֶהֱמוּ *strepunt viscera mea propter Moabum citharae instar.* Jer. 48, 36: לִבִּי לְמוֹאָב כַּחֲלִלִים יֶהֱמֶה *cor meum propter Moabum tibiarum instar strepit.*

Hinc 4) de homine ob animi inquietudinem circumvagante, ut de muliere adultera Prov. 7, 11. 9, 13. Similis significatus est הָגָה.

Derivv. הֵם vel הָם, הֲמִיָּה, הָמוֹן.

הָמָה vid. הֵם.

הִמּוֹ et **הִמּוֹן** chald. pron. pers. pl. *ii, illi.* Dan. 2, 34. Esr. 4, 10. 23 i. q. hebr. הֵם.

הָמוֹן (rad. הָמָה) m. (fem. uno loco Iob. 31, 34) 1) *strepitus* imbris 1 Reg. 18, 41, cantantium Ez. 26, 13. Amos 5, 23; maxime multitudinis 1 Sam. 4, 14. 14, 19. Iob. 39, 7. Inde 2) ipsa *multitudo* hominum. קוֹל הָמוֹן strepitus multitudinis. Jes. 13, 4. 33, 3. Dan. 10, 6. הֲמוֹן גּוֹיִם Gen. 17, 4. 5. ה' עַמִּים Jes. 17, 12 populorum copia. הֲמוֹן נָשִׁים turba mulierum 2 Par. 11, 23. Impr. de copiis militum Iud. 4, 7. Dan. 11, 11. 12. 13. It. aquarum copia Jer. 10, 13. 51, 16. 3) *copiae, opes, divitiae.* Ps. 37, 16. Eccl. 5, 9. Jes. 60, 4. 4) *animi commotio.* Jes. 63, 15: הֲמוֹן מֵעֶיךָ pr. *commotio viscerum tuorum* i. e. misericordia tua, cf. rad. no. 3.

הִמּוֹן v. הִמּוֹ.

הֲמוֹנָה (copia) nomen prophet. urbis in valle sitae, ubi caedes Magogi futura sit Ez. 39, 16.

הֲמִיָּה f. *strepitus* (citharae). Jes. 14, 11. Rad. הָמָה.

הָמַל rad. haud usit. Arab. هَمَلَ continuo pluit vic. hebr. הָמַר. Origo esse videtur in *strependo,* cf. הָמָה de imbrium strepitu 1 Reg 18, 41. Hinc

הֲמֻלָּה et **הֲמוּלָּה** f. *strepitus,* i. q. הָמוֹן Ez. 1, 24: בְּלֶכְתָּם קוֹל הֲמֻלָּה כְּקוֹל מַחֲנֶה *euntibus illis strepitus* (audiebatur) *velut castrorum tumultus.* (Cf. קוֹל הָמוֹן Jes. 13, 4. 33, 3. 1 Reg. 20, 13. 28, imprimis Dan. 10, 6). Jer. 11, 16.

הָמַם fut. יָהֹם i. q. הוּם pr. *commovit,* in Bewegung setzen, hinc 1) *impulit,* incitavit. Jes. 28, 28: הָמַם גִּלְגַּל עֶגְלָתוֹ *impellit rotas currus sui.* (Cf. arab. حَمَّ instigavit iumentum). 2) *conturbavit, perturbavit, fugavit,* v. c. Deus hostes Ex. 14, 24. 23, 27. Jos. 10, 10. Ps. 144, 6: שְׁלַח חִצֶּיךָ וּתְהֻמֵּם *emitte sagittas tuas eosque* (hostes) *conturba.* Ps. 18, 15. 2 Par 15, 6: אֱלֹהִים הֲמָמָם בְּכָל־צָרָה *Deus eos perturbat omni miseria.* Inde 3) *penitus extinxit, delevit.* Deut. 2, 15. Esth. 9, 24 (ubi iuxta est אִבֵּד). Jer. 51, 34 (iuxta אָכַל).

הָמַן ἅπαξ λεγόμ. i. q. הָמָה, הָמַל, הָמַר *strepuit.* Inf. Ez. 5, 7: יַעַן הֲמָנְכֶם מִן־הַגּוֹיִם *propterea quod magis etiam obstrepitis* (Deo), *quam gentes* quae circa sunt. Cf. הָמָה Ps. 2, 1. 46, 7. Possit etiam הָמַן radix secundaria esse ex הָמוֹן formata. Hebraei interpretes הֲמָנְכֶם pro הֲמוֹנְכֶם dictum et ipsum nomen verbale הָמוֹן esse existimant.

הָמָן n. pr. nobilis illius Persae, propter insidias Judaeis structas famosi. Esth. 3, 1 sq. (In etymo definiendo olim Io. Simonem sequebar, qui coll. pers. همان *unicum, solum* vertit. Sed همان nil est nisi adv. *ita, tantummodo, solum.* Magis for-

tasse placebit pers. هُمام *homâm* magnificus, illustris, vel sanscr. *hêman* Mercurius planeta).

הַמְנִיךְ vel sec. Chethibh: הַמְנוּךְ chald. Dan. 5, 7. 16. 29 *monile*. Respondet syr. ܗܡܝܢܩܐ, ܗܡܝܢܩܐ et gr. μανιάκης, μανίακον, μάννος, it. μανάκιον, μαννάκιον, quae cuncta deminutiva sunt a μάνος, μάννος, μόννος, vocabulis maxime doricis, unde ipsum lat. *monile* (v. Polyb. 2, 31. Pollux 5, 16 et intpp. gr. V. T. apud Bielium et Schleusnerum). ה apud Chaldaeos et Syros prostheticum est, et ךְ vel ־ִיךְ— terminatio deminutiva Persis et Graecis familiaris. Ulterius ubi in etymon syllabae מן μάνος inquires, non improbabilis multorum opinio, hanc *lunam* proprie significare et μανιάκην pr. esse i. q. μηνίσκον, lunulam in collari gestatam (cf. שַׂהֲרוֹן). Apud Persas quidem hodiernos luna vocatur ماه, sed Nun primitivum abiectum esse produnt gr. μήν, μήνη, dor. μάνα, goth. *mana*, lat. *mensis*, nostr. *Mahn*, *Mond* Geddesius ad Ex. 25, 22 comparat lat. *manica* a manus, et ה proprie armillam notare censet.

הָמַס rad. inusit. i. q. همس, هَمَش, quae dicuntur de *leni strepitu* (cf. הָמָה, הָמַל, הָמַן, הָמַר) varii generis, ut euntium, sarmentorum et ramorum inter se commixtorum et se frangentium (Knicken des Reisholzes), cf. transp. هَشَم fregit rem aridam, sarmenta, هَشِيم sarmenta. Hinc

הֲמָסִים m. pl. Jes. 64, 1 *sarmenta*. Optime Saad. retinuit الهمس. Vide Schult. in Origg. I, p. 68. 69.

הָמַר rad. Hebraeis inusit. Arab. هَمَر *fluxit aqua* cursu effuso, هَمْرَة pluvia, imber. Origo haud dubie in *strependo* (cf. הָמָה), ut in הָמַל, quae radix ex nostra, littera ר emollita, coorta est. Ex eadem profectum gr. ὄμβρος, lat. *imber*. Rad. vicina est מָרַר.

Deriv. מַהֲמֹרוֹת.

I. **הֵן** pron. pers. 3 pers. pl. fem. *eae*. Nonnisi c. Praef. בָּהֵן Gen. 19, 29. 30, 26. 37, כָּהֵן Ez. 18, 14, מֵהֵן Ez. 16, 47, לָהֵן (propterea) Ruth 1, 13. Pronomen separatum ubique habet ה parag. הֵנָּה, q. v.

II. **הֵן**, sq. Makk. הֶן־ 1) Adv. seu interj. demonstrandi: *en, ecce!* (Vocc. cognata sunt אִם q. v. litt. A., arab. إِنْ ecce, هُنَا, هُنَا hic, gr. ἤν, ἠνί = הִנֵּה, ἠνίδε, lat. *en*, it. chald. הֵן, הָהֵן, אִהֵן pron. demonstr. hic, haec, hoc. Pronomina enim et adverbia demonstrandi saepe eodem vel simili vc. exprimuntur, cf. إِذَا, إِذْ ecce, et هٰذَا hic; אֵי ubi et أَيّ quis?) Gen. 3, 22. 4, 14. 11, 6. 15, 3. 19, 34. 27, 11. 29, 7. 30, 34. 39, 8. 47, 23. Iob. 8, 19 cet. Frequentius etiam est הִנֵּה q. v.

2) Abit in particulam interrogandi: *num*, certe in interrogatione obliqua, *an* (ob). Jer. 2, 10: רְאוּ הֵן הָיְתָה כָּזֹאת *videte, num tale quid factum sit.* Cf. chald. הֵן no. 2. Particularum demonstrativarum in interrogativas facilis transitus, cf. hebr. הֲ, אִם litt. B., adde syr. ܗܐ ecce, quod interrogative usurpant in nonnullis formulis, ut ܗܐ ܠܐ nonne?, lat. *ecquid?* pro *en quid* vel *ecce quid*.

3) part. conditionalis i. q. אִם litt. C, *si*, ut chald. הֵן, syr. ܐܢ, in recentioribus potissimum libris ad Chaldaismum deflectentibus 2 Par. 7, 13 (ubi sequitur אִם). Iob. 40, 23. Jes. 54, 15. Jer. 3, 1. Quomodo orta sit haec vc. potestas, vides

iam in his Pentateuchi locis Lev. 25, 20: *quid edamus anno septimo* הֵן לֹא נִזְרָע nam *ecce non serimus* i. q. nisi serimus. Ex. 8, 22.

הֵן chald. 1) *ecce, utique* Dan. 3, 17. 2) *an, utrum* (ob) Esr. 5, 17. 3) *si* Dan. 2, 5. 6. 3, 15. 18. Ubi geminatur: *sive, sive* Esr. 7, 26. V. hebr.

הֵנָּה 1) pron. 3 pers. plur. fem. *eae.* Gen. 41, 19, it. *ipsae, αὐταί* 33, 6, *hae*, c. Art. 1 Sam. 17, 28. Saepe incluso verbo substant. Gen. 6, 2: כִּי טֹבֹת הֵנָּה, vel pro eo 41, 26: שֶׁבַע פָּרֹת הַטֹּבֹת שֶׁבַע שָׁנִים הֵנָּה 27. Cum Praef. בָּהֵנָּה Lev. 5, 22. Num. 13, 19, מֵהֵנָּה Lev. 4, 2. Jes. 34, 16, לָהֵנָּה Ez. 1, 5. 23, כָּהֵנָּה Gen. 41, 19. Iob. 23, 14 (sicut haec = eiusmodi). כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה nostr. so und soviel 2 Sam. 12, 8.

2) Adv. loci. a) *huc, horsum* (comp. ex הֵן no. II ecce, hic, et ה parag. locali) Gen. 45, 8. Jos. 3, 9 cet. הֵנָּה וְהֵנָּה huc illuc Jos. 8, 20. 1 Sam. 20, 21: מִמְּךָ וָהֵנָּה *a te horsum* i. e. *citra te,* opp. מִמְּךָ וָהָלְאָה, v. הָלְאָה. עַד־הֵנָּה *hucusque* Num. 14, 19. 1 Sam. 7, 12, *huc* 2 Sam. 20, 16. 2 Reg. 8, 7, de tempore: *adhuc, hucusque* Gen. 15, 16. 1 Sam. 1, 16 cet. Contr. dicitur עֲדֶן, עֲדֶנָּה q. v.

b) *hic* (arab. هُنَا), ubi ה mere demonstrativum est Gen. 21, 29, repetitum *hic, illic* Dan. 12, 5. הֵנָּה וְהֵנָּה hic illic 1 Reg. 20, 40.

הִנֵּה, raro הִנָּה Gen. 19, 2 i. q. הֵן c. ה parag. vim demonstrativam habente (ut אֵי, אַיֵּה), part. demonstrandi *en, ecce!* (De etymo vel potius analogia v. הֵן no. II.). Inservit tum personis, rebus, locisque tum actionibus monstrandis. Gen. 12, 19: הִנֵּה אִשְׁתְּךָ *en mulierem tuam.* 16, 6. 18, 9: הִנֵּה בָאֹהֶל *ecce in tentorio* est. 20, 15. 16. 1, 29: הִנֵּה נָתַתִּי לָכֶם וגו׳ *ecce! do vobis omnem herbam* cet. maxime in descriptionibus et in alacriore orationis genere. Gen. 40, 9: בַּחֲלוֹמִי וְהִנֵּה גֶפֶן לְפָנָי *meo in somnio, ecce vitis ante me.* Comm. 16, 41, 2. 3. Jes. 29, 8. cf. Dan. 2, 31. 7, 5. 6. Nonnunquam est etiam excitantis Ps. 134, 1: הִנֵּה בָּרְכוּ אֶת יְיָ *agite! celebrate Dominum.*

Ubi res monstranda pronomine personali continetur, hoc suffigitur (ut ap. Plaut. eccum pro ecce eum) his formis: הִנְנִי *ecce me* (pronomen enim in *accus.* cogitandum, cf. Gr. §. 25, ed. 9) in Pausa הִנֵּנִי Gen. 22, 1. 11. 27, 1, et הִנֶּנִּי 22, 7. 27, 18; הִנְּךָ *ecce te* 20, 3, semel הִנְּכָה 2 Reg. 7, 2. f. הִנָּךְ Gen. 16, 11; הִנּוֹ ecce eum, eccum Num. 23, 17, הִנְנוּ ecce nos Jos. 9, 25, in Pausa הִנֶּנּוּ Iob. 38, 35, הִנֶּנּוּ Gen. 44, 16. 50, 18; הִנְּכֶם Deut. 1, 10, הִנָּם Gen. 47, 1. — הִנְנִי *ecce me!* הִנֶּנּוּ *ecce nos!* formula est, qua respondent vocati promptam obedientiam testaturi Gen. 22, 1. 7. 11. 27, 1. 8. Num. 14, 40. 1 Sam. 3, 8. Iob. 38, 35. Jes. 52, 6. 58, 9. 65, 1. Praeterea הִנֵּה cum Suff. in oratione vividiore saepissime praemittitur participio, ubi hoc pro verbo finito est, maxime pro futuro. Gen. 6, 17: הִנְנִי מֵבִיא אֶת ה׳ *ecce adducturus sum diluvium* (pr. ecce me adducturum). 20, 3: הִנְּךָ מֵת *ecce te moriturum,* tu moriturus es. Jes. 3, 1. 7, 14. 17, 1. Jer. 8, 17. 30, 10; sed etiam pro praet. Gen. 37, 7. 1 Par. 11, 25, et praesente Gen. 16, 14 Ex. 34, 11. Rarius sequitur verbum finitum, mutata persona, ut Jes. 28, 16: הִנְנִי יִסַּד *ecce me, qui fundavit,* pro יִסַּדְתִּי vel יֹסֵד.

הֲנָחָה f. (nom. verbale Hiphil a rad. נוּחַ) *quietis concessio, quies.* Esth. 2, 18. Tributi remissionem intelligunt LXX et Chald.

הִנֹּם *Hinnom,* vid. s. גַּי, litt. a.

הֵנַע n. pr. urbis Mesopotamiae, eiusdem, ut videtur, quae seriore tempore *Ana* (عَانَة) vocabatur, ad vadum Euphratis sita. 2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 37, 13.

הָסָה in Kal haud usit. (vic. חָשָׁה, σίζω, σιγάω).

Pi. Imper. apoc. הַס *sile! silentium!* formula silere iubentis, onomat., ut nostr. *st! pst*, ex qua demum radd. הסה, חָשָׁה prognatae sunt. Hab. 2, 20. Zeph. 1, 7. Zach. 2, 17. Iud. 3, 19. Amos 6, 10. Adv. *tacito* Amos 8, 3. LXX. σιωπήν. Plur. הַסּוּ Neh. 8, 11.

Hiph. *silere iussit, sedavit* (populum) Num. 13, 30.

הֲפוּגָה f. *remissio, intermissio, cessatio.* Thren. 3, 49. Rad. פּוּג.

הָפַךְ fut. יַהֲפֹךְ (aram. ܗܦܟ, arab. أَفَكَ) 1) *vertit*, ut placentam Hos. 7, 8, patinam 2 Reg. 21, 13. הֲפֹךְ יָדְךָ *verte manum tuam* vel *latus tuum*, h. e. revertere. 1 Reg. 22, 34. 2 Par. 18, 33. Cf. 2 Reg. 9, 23. הָפַךְ עֹרֶף לִפְנֵי advertit alicui cervicem Jos. 7, 8. It. intrans. (ut στρέφεσθαι et ap. Hom. nonnunquam etiam στρέφειν) *vertit se* 2 Reg. 5, 26, hinc *terga vertit, fugit* Iud. 20, 39. 41. Ps. 78, 9. — 2) *evertit, subvertit* oppida Gen. 19, 21. 25. Deut. 29, 22, sq. בְּ Am. 4, 11. (Arab. المُؤْتَفِكَات subversae κατ᾽ ἐξοχὴν vocantur Sodoma et Gomorrha). — 3) *convertit, mutavit* Ps. 105, 25. Sq. לְ in aliquid Ps. 66, 6. 105, 29. 114, 8. Jer. 31, 13. Intrans. (ut no. 1) *mutatus est*, sq. acc. in aliquid. Lev. 13, 3: שֵׂעָר בַּנֶּגַע הָפַךְ לָבָן *pili in plaga facti sunt albi.* Comm. 4. 10. 13. 20. — 4) *pervertit*, v. c. verba alic. Jer. 23, 36. Intrans. *perversum esse.* Jes. 29, 16: הַפְכְּכֶם *o perversitatem vestram!*

Niph. נֶהְפַּךְ inf. absol. נַהֲפוֹךְ 1) *vertit se* v. c. agmen Jos. 8, 20. Prov. 17, 20: נֶהְפָּךְ בִּלְשׁוֹנוֹ *qui versutae linguae est.* Sq. בְּ vertit se contra aliqu. Iob. 19, 19, עַל ad aliqu. Jes. 60, 5. 1 Sam. 4, 19: נֶהֶפְכוּ עָלֶיהָ צִרֶיהָ *convertebant se dolores ad eam* i. e. eam occupabant, incessebant: etiam sq. לְ Thren. 5, 2. 2) *eversus est* Ion. 3, 4. 3) *conversus* i. e. *mutatus est*, sq. לְ Ex. 7, 15. Lev. 13, 16. 17, sq. acc. Lev. 13, 25. Spec. *in peius mutatus est* i. e. degeneravit Jer. 2, 21 (cf. Ps. 32, 4. Dan. 10, 8).

Hoph. הָהְפַּךְ sq. עַל *vertit se* contra aliquem, eum *adortus est* Iob. 30, 15.

Hithpa. 1) *vertit, convertit se.* Gen. 3, 24: חֶרֶב מִתְהַפֶּכֶת *gladius* continuo *se vertens* i. e. micans. De nube se vertente i. e. qs. ambulante in coelo Iob. 37, 12. 2) *convertit* i. e. mutavit se. Iob. 38, 14. 3) *provolvit se* Iudd. 7, 13.

Derivv. praeter haec, quae statim sequuntur: מַהְפֵּכָה, מַהְפֶּכֶת, תַּהְפּוּכָה.

הֵפֶךְ et **הֶפֶךְ** m. *inversum* i. e. contrarium Ez. 16, 34.

הֲפֵכָה f. *eversio, subversio* Gen. 19, 29. V. rad. no. 2.

הֲפַכְפַּךְ adj. *curvus, contortus* Prov. 21, 8. Opp. יָשָׁר.

הַצָּלָה f. Verbale Hiph. a rad. נָצַל *ereptio, liberatio* Esth. 4, 14.

הָצַן rad. inusit. prob. i. q. حَصُنَ et خَصُنَ (ח et ה permutatis) *firmus* et *munitus est*, unde حِصْن munimentum, arma, aeth. ሐጺን: ferrum, pl. ferramenta. Inde

הֹצֶן Ez. 23, 24 (ubi tamen plures libri הצן) *arma*, ut bene Targg. et Kimchius.

הַר m. c. art. הָהָר, c. He locali הָרָה Gen. 12, 8. 19, 17. 19 cet. semel הָרָה 14, 10, Plur. הָרִים, cstr. הָרֵי, c. art. הֶהָרִים m. *mons*, nomen primitivum, med. gem., unde etiam הָרָר, הֲרַר, it. הוֹר q. v. (Congruit gr. ὄρος, slav. *gora*). Vc. frequentissimum. Saepe est *tractus montanus* Gen. 14, 10, inde הַר יְהוּדָה tractus montanus in tribu Judae Jos. 15, 48 sq., etiam κατ᾽ ἐξοχὴν הָהָר Jos. 10, 40. 11, 16, ἡ ὀρεινή Luc. 1, 39. 65; הַר אֶפְרַיִם regio montana Ephraimi (v. אֶפְרַיִם). הַר הָאֱלֹהִים mons Dei, appellatur a) Sinai, tanquam Jehovae sedes Ex. 3, 1. 4, 27. 18, 5; b) Zion Ps. 24, 2. Jes. 2, 3, qui saepius etiam *mons sanctus Dei* vocatur (plerumque הַר קָדְשִׁי, הַר קָדְשׁוֹ, ita ut Suff. ad Deum referatur) Jes. 11, 9. 56, 7. 57, 13. Ps. 2, 6. 15, 1. 43, 3. Obad. 16. Ez. 20, 40. Plenius Zion appellatur הַר בֵּית יי Jes. 2, 2. c) semel mons Batanaeae i. e. Hermon Ps. 68, 16, utpote mons praealtus; d) universa terra sancta, utpote montana Jes. 57, 13, saepius in Plur. montes Dei Jes. 14, 25. 65, 9. Caeterum de religione veterum, maxime Hebraeorum, qua montes sanctos habebant et numinum sedes, v. quae disputavimus in Comment. ad Jes. T. II. p. 316 sq. et in praef. ad Grambergii librum: die Religionsideen des A. T. pag. XV sq. — הַר הַמַּשְׁחִית mons i. e. arx perditoris, de Babylone Jer. 51, 25.

Nomm. propria sunt: a) הַר חֶרֶס (mons solis) oppidum Samaritarum Iud. 1, 35. b) הַר יְעָרִים, v. יַעַר.

הֹר v. הוֹר.

הָרָא (montanum) n. pr. regionis in regno Assyriae, prob. *Mediae magnae*, hodie عراق عجمى, etiam الجبال *montanum* dictae. 1 Par. 5, 26. Vide Bocharti Phaleg III, c. 14.

הַרְאֵל (mons Dei) de altari holocaustorum Ez. 43, 15, quod ibid. et comm. 16 אֲרִיאֵל vocatur, q. v.

הָרַג fut. יַהֲרֹג *interfecit* a) homines, et usurpatur tam de homicidio inter privatos (de quo saepius etiam רָצַח) Gen. 4, 8 sq. Exod. 2, 14, quam de caede hostium in bello Jes. 10, 4. 14, 20. Jos. 10, 11. 13, 23, et de caede quacunque 1 Reg. 19, 10 sq 2 Reg. 11, 18. Esth. 9, 6, sive gladio committitur Ex. 22, 23. 2 Sam. 12, 9. Am. 4, 10, sive saxo coniecto Iud. 9, 54. Inde tribuitur etiam pesti Jer. 18, 21, viperae Iob. 20, 16, adeoque poët. moerori Iob. 5, 2. b) bestias Jes. 27, 1, inde pro *mactavit* Jes. 22, 13. Metaph. c) refertur adeo ad plantas. Ps. 78, 47: יַהֲרֹג בַּבָּרָד גַּפְנָם *interfecit grandine vitem eorum.* Cf. מוּת Iob. 14, 8, et quae observabimus infra h. v. Virg. Ge. 4, 330: *felices interfice messes.* Constr. plerumque c. acc., raro sq. לְ 2 Sam. 3, 30. Iob. 5, 2, et sq. בְּ, quod est *caedem fecit inter* 2 Par. 28, 9. Ps. 78, 31. Cf. בְּ A, 2.

Niph. pass. *occisus est.* Ez. 26, 6. 15.

Pu. id. Jes. 27, 7. Ps. 44, 23.

Derivata sunt:

הֶרֶג m. *occisio, caedes* Jes. 27, 7. 30, 25. Ez. 26, 15. Esth. 9, 5. Prov. 24, 11, et

הֲרֵגָה f. id. צֹאן הַהֲרֵגָה grex mactandus Zach. 11, 4. 7 (cf. verbum Jes. 22, 13). גֵּיא הַהֲרֵגָה vallis caedis Jer. 19, 6.

הָרָה 1) *concepit* mulier, *gravida facta est* Gen. 4, 1. 17. 16, 4. 21, 2. 25, 21. 29, 32, sq. לְ viri, ex quo illa concepit Gen. 38, 18. 25. Part. הוֹרָה *concipiens*, hinc poët. de genitrice, matre Cant. 3, 4. Hos. 2, 7. Statuunt praeterea intpp. Hebraei, Plur. הוֹרִים quasi per zeugma (cf. arab. أَبَانِ *uterque pater* de parentibus) de parentibus

dici Gen. 49, 26, sed vide sub vc. הוֹר. — 2) metaph. animo *concepit*, hinc *meditatus est*, *molitus est* aliquid. Ps. 7, 15: הָרָה עָמָל וְיָלַד שָׁקֶר *concepit peccatum et peperit fraudem.* Iob. 15, 35. Jes. 33, 11. 59, 4.

Pu. הֹרָה pass. *conceptus est.* Iob. 3, 3: *et* (pereat) *nox*, quae *dixit* הֹרָה גָבֶר *conceptus est mas.* Bene Schultensius: „Inducitur nox illa (in qua Iobus conceptus sit) quasi conscia mysterii et exultans ob spem prolis virilis."

Plane de nihilo est, quod nonnulli huic verbo etiam pariendi significatum tribuerunt, provocantes ad 1 Par. 4, 17: וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם: ibi enim partus mentio omissa est.

Po. inf. absol. הֹרוֹ Jes. 59, 13 i. q. Kal no. 2.

Nomina derivv. sunt הֵרוֹן, הָרִי, הֵרָיוֹן.

הָרֶה adj. nonnisi fem. הָרָה *gravida.* Gen. 16, 11. 38, 24. 25. Ex. 21, 22 cet. הָרָה לָלַת gravida et partui vicina 1 Sam. 4, 19. הָרַת עוֹלָם gravida in perpetuum Jer. 20, 17. — Plur. הָרוֹת Jer. ibid. Cum Suff. הָרוֹתֶיהָ, הָרוֹתֵיהֶם (formae dagessandae, qs. a Pi.) 2 Reg. 8, 12. 15, 16.

הַרְהֹר chald. *cogitatio*, a הַרְהֵר cogitavit, v. הָרַר. Plur. Dan. 4, 2, ibique de visionibus somniantium, ut syn. רַעְיוֹן 2, 29. 30. 4, 16. Syr. ܗܪܗܘܪܐ phantasma, imaginatio.

הֵרוֹן m. (ab הָרָה) *graviditas* Gen. 3, 16. Zere impurum.

הָרִי i. q. הָרֶה fem. הָרִיָּה, unde הָרִיּוֹתָיו Hos. 14, 1.

הֵרָיוֹן m. *conceptus*, *conceptio* (ab הָרָה) Ruth 4, 13. Hos. 9, 11.

הֲרִיסָה f. (a rad. הָרַס) quod *destructum* est, domus destructae Am. 9, 11.

הֲרִיסוּת f. *destructio* Jes. 49, 19.

הָרַם rad. inusit. i. q. אָרַם, רוּם *altus fuit.* Arab. هرم magnifecit, extulit, unde هَرَم pyramis, aedificium altum. Inde הַרְמוֹן et

הֹרָם (elatio, ad formam עוֹלָם, vel montanus, a הַר adiecto ־ָם) n. pr. regis canaanitici Jos. 10, 33.

הָרִם (elatus) n. pr. m. 1 Par. 4, 8.

הַרְמוֹן i. q. אַרְמוֹן *arx*, *palatium*, de arce hostili. Am. 4, 3. Rad. הָרַם. Sunt, qui gynaeconitin intelligant, et qui Armeniam: sed illud unice verum.

הָרָן (montanus, ab הַר) n. pr. a) fratris Abrahami Gen. 11, 26. 27. b) 1 Par. 23, 9. בֵּית הָרָן v. pag. 145.

הָרַס fut. יֶהֱרֹס Iob. 12, 14. Jes. 22, 19 et יַהֲרֹס Ex. 15, 7. 2 Reg. 3, 25 1) *diruit*, *destruxit*, *einreifsen*, *niederreifsen.* (Significatio primaria inest in syllaba רס, quae aeque ac רץ et gr. ῥήσσω, ῥήττω nostr. *reifsen* lacerandi, rumpendi, diruendi potestatem habet, et onomatopoëtica est. Cf. עָרַץ, פָּרַס, פָּרַץ, it. רָצַח, רָצַץ cet. Arab. هرس, هرد est laceravit, dilaceravit). Proprie et plerumque est *diruit* domos, urbes, moenia 1 Reg. 18, 30. 19, 10. Jes. 14, 18. Jer. 1, 10. 45, 4. Thren. 2, 2. Ez. 13, 14. 16, 39. Mich. 5, 10 cet. Alibi est *excussit* dentes Ps. 58, 7, *decussit*, *deturbavit* aliquem de statione (herunterreifsen) Jes. 22, 19, *perdidit* populum Ex. 15, 7, et hinc regnum, Prov. 29, 4: *rex iustitiâ stabilit regnum*, וְאִישׁ תְּרוּמוֹת יֶהֶרְסֶנָּה *sed qui largitiones amat* i. e. ubi iniustus est rex, *diruit*, *perdit illud.* (Sententiam loci plane non ceperunt, qui verbo הרס h. l. *mores corrumpendi* potestatem tribuunt. Regnum comparatur aedificio, quod rege

iusto stabilitur, rege iniusto subruitur et corruit. — 2) intrans. *irruit, irrupit.* Exod. 19, 21: פֶּן יֶהֶרְסוּ אֶל־יי *ne irrumpant ad Dominum.* Comm. 24.

Niph. dirutus, destructus est Ps. 11, 3. Joel 1, 17. Ez. 30, 4 cet. etiam de montibus 38, 20.

Pi. i. q. Kal no. 1. Ex. 23, 24. Jes. 49, 17.

Derivv. הֲרִיסָה, הֲרִיסוּת, et

הֶרֶס ἅπαξ λεγόμ. idque dubiae auctoritatis Jes. 19, 18, ubi plurimi libri mss. et editi, consentientibus Aqu. Theod. Syr.: עִיר הַהֶרֶס יֵאָמֵר לְאֶחָת ex vulgari usu linguae: *urbs eversionis vocabitur una* (harum quinque urbium) i. e. ex idiomate quodam Jesaiae *diruetur harum urbium una,* cf. ad אָמַר Niph. Qui hanc scripturam probabant, Judaei Palaestinenses, eam referebant ad Leontopolin eiusque templum ipsis invisum, cuius destructionem h. l. praedici censebant: atque huius ipsius urbis nomen his verbis significari volebat *Ikenius* (dissertatt. philol. crit. no. XVI), coll. هَرَسٌ dilacerator i. e. leo. Probabilior tamen scriptura חֶרֶס q. v. Plura disputavimus in Comment. ad h. l.

הָרָר, semel c. Suff. הֲרָרִי Jer. 17, 3 et **הָרָר**, nonnisi c. Suff. הֲרָרִי Ps. 30, 8, plur. cstr. הַרְרֵי, c. Suff. הֲרָרֶיהָ Deut. 8, 9 i. q. הַר *mons,* sed plerumque poët. Jerem. l. c. הֲרָרִי בַּשָּׂדֶה — לָבַז אֶתֵּן *montem meum* (i. e. Zionem) *cum agro* ... in *praedam trado,* in membro parall. בָּמוֹתֶיךָ בְּחַטָּאת *excelsa tua cum peccato* i. e. cum idolis.

הֲרַר chald. in Kal inusit. vic. hebr. הָרָה concepit. Palp. הַרְהֵר concepit mente, cogitavit. Inde הַרְהֹר.

הֲרָרִי 2 Sam. 23, 33 et **הָרָרִי** Comm. 11 incola regionis montanae vel Ephraimiticae vel Judaeae.

הָשֵׁם (fort. i. q. חָשֵׁם pinguis) n. pr. m. 1 Par. 11, 34, in loco gemino יָשֵׁן 2 Sam. 23, 32.

הַשְׁמָעוּת Verbale Hiph. a rad. שָׁמַע i. q. inf. Ez. 24, 26: לְהַשְׁמָעוּת אָזְנַיִם *ut audiant aures.*

הִתּוּךְ verb. Hiph. a נָתַךְ *liquatio* Ez. 22, 22.

הֲתָךְ n. pr. spadonis in aula Xerxis. Esth. 4, 5. Bohlenius confert ܗܬܟܐ veritas.

הָתַל rad. in Kal inusit., eaque secundaria, orta ex Hiph. verbi תָּלַל, ita quidem ut plurimae formae originem a rad. תָּלַל prodant, in aliis ה littera radicalis naturam induat. Prius locum habet in Praet. הֵתֵל Gen. 31, 7, inf. הָתֵל Exod. 8, 25 fut. תְּהָתֵלּוּ Iob. 13, 9, pass. הוּתַל Jes. 44, 20 (quae formae cunctae sunt veri nominis Hiph. et Ho. a תלל); posterius in יְהַתֵּל 1 Reg. 18, 27, יְהָתֵלּוּ Jer. 9, 4, et derivv. הֲתֻלִּים, מַהֲתַלּוֹת (in quibus He, utpote radicale, servatum est). Significant hae formae: 1) *fefellit,* sq. בְּ Gen. 31, 7. Iudd. 16, 10. 13. 15. Iob. 13, 9. Jer. 9, 4. 2) *delusit, illusit* 1 Reg. 18, 27, v. derivata.

In linguis cognatis tum primariam habes radicem תלל, tum secundariam, in qua gutturalis praeformativa vim litterae radicalis induit. Etenim تَلَّ est *prostravit,* unde Hiph. הֵתֵל *fefellit,* ut רִמָּה, σφάλλω, fallo, quae potestas translata inest in cogn. طَلَّ fraudavit: dein ex הֵתֵל littera ה in gutturalem duriorem mutata ortum خَتَلَ fefellit, fraudavit, خَتْلٌ fraus, versutia. Cf. Ewaldum in gramm. hebr. p. 487, qui in eo tantum errat, quod ה radicale esse prorsus negat.

Aliae huius generis radices secundariae, in quibus una vel altera littera ex servili radicalis facta est, sunt נָחַת, שָׁחַת, תָּאַב q. v., adde ex linguis cognatis קֶשֶׁת arcus a rad. קוֹשׁ, inde ܩܫܬܐ; תָּמִיד a מוּד, inde rabb. הַתְמִיד; ܠܘܩܒܠ ante, a ܩܒܠ, inde ܠܘܩܒܠ. — Inde

הֲתֻלִּים m. plur. *illusiones, ludibria*, poët. pro illusoribus. Iob. 17, 2.

הָתַת rad. in Kal inusit. prob. i. q. חָתַת, فَتَّ fregit, inde *irrupit, irruit* in aliquem. Ἅπαξ λεγόμ. est

Po. Ps. 62, 4: עַד אָנָה תְּהוֹתְתוּ עַל אִישׁ *quousque irruitis in virum?* Alex. ἐπιτίθεσθε. Vulg. *irruitis.* Nec eos probo, qui radicem statuunt הוּת, nec clamandi potestatem (coll. arab. هات) huic loco aptam censeo.

ו

Waw, sexta alphabeti littera, ubi numeri nota est, = 6. Nomen וָו, subinde etiam ויו scriptum, *clavum uncum*que denotat (v. infra), cuius similitudinem vel hodierna huius elementi figura refert. Antiqua in monumentis phoeniciis huic similis est, ita tamen ut uncus superne maior sit, vide v. c. Inscr. Melit. bilinguem lin. 2.

De duplice huius litterae munere et potestate consulendi sunt Grammatici. Quatenus consonantis officio fungitur, ab initio radicum rarissima est, si quidem ubique י pro ea substituitur, וָלַד pro יָלַד ولد: in medio modo mobilis est (ibique commutatur cum ב, q. v.), modo quiescit (cf. Lgb. p. 406): in fine quiescit, praeter pauca exempla, ut שָׁלֵו, שַׁלְוָה.

וְ sq. Schwa mobili vel litteris במף **וּ**, ante monosyllaba et barytona, maxime accentu distinctivo munita **וָ** (v. plura Lehrgeb. §. 155) Conj. copulativa *et*, *καί* (arab. وَ, quod in lingua vulgari pronuntiant *u*, syr. ܘ, aeth. ወ) cuius usus vero latissime patet. Hebraei enim, saepe quidem connectendas esse sententias probe sentientes, quomodo vero connectendae sint non satis distinguentes, pro prisci sermonis simplicitate in hac una copula acquiescebant, ubi cultiores linguae particulis adversativis, causalibus, finalibus uti solent: et frequentissimo eius usui praecipue solutior quaedam orationis hebraeae indoles tribuenda est. Proprie et creberrime est igitur

1) *copulativa*, atque inservit copulandis et verbis (הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. 1, 1, תֹהוּ וָבֹהוּ 1, 2) et sententiis, maxime *orationi continuandae* Gen. 1, 2: וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ. De usu copulae notandum: a) ubi tria, quattuor vel plura nomina aut verba connectuntur, aut singulis interponitur copula Gen. 6, 21. Deut. 14, 26. Jes. 51, 19, aut alteri et tertio Gen. 13, 2, dein etiam quarto et quinto 2 Reg. 23, 5: לַבַּעַל לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ וְלַמַּזָּלוֹת וּלְכֹל צְבָא הַשָּׁמָיִם; aut, quod a nostra consuetudine remotius, primo et alteri Ps. 45, 9: מֹר וַאֲהָלוֹת קְצִיעוֹת, Iob. 42, 9. Jes. 1, 13. De copula plane omissa s. sententiis asyndetis v. Lgb. 842.

b) Nonnunquam ope copulae connectuntur nomina, quorum alterum ex primo, utpote regente, pendet (per ἓν διὰ δυοῖν, ut Grammatici loquuntur). Gen. 1, 14: *erunt* לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים *in signa et tempora* i. e. signa temporum. 3, 16: *augebo molestiam tuam et gravi-*

ditatem tuam, pro molestiam graviditatis tuae. Iob. 10, 17: חֲלִיפוֹת וְצָבָא *successiones et agmen* pro agmina continuo sibi succedentia, 2 Par. 16, 14. Vide tamen, quae de abusu in statuenda hac figura disputat Winerus in diss. de hypallage et Hendiady. Erl. 1826. 4. Similis ratio est locorum, ubi

c) copula *explicative* interiecta est vocabulis alibi per appositionem iunctis, ut lat. *isque*, *et quidem*. 1 Sam. 28, 3: בְּרָמָה וּבְעִירוֹ *in Rama, eaque urbe patria eius.* 17, 40. Ps. 68, 10: נַחֲלָתְךָ וְנִלְאָה וגו׳ *populum tuum defatigatum tu reficiebas.* Am. 3, 11. 4, 10. Jer. 15, 13. Thren. 3, 26. Jes. 2, 13. 14. 57, 11. Eccl. 8, 2. E contextu chaldaeo huc pertinet עִיר וְקַדִּישׁ Dan. 4, 10 *custos* (i. e. angelus) isque *sanctus*. Nonnunquam est exaggerantis, ut lat. *immo*, hebr. גַּם. Iob. 5, 19: *e sex angustiis salvavit te, et* (i. e. immo) *in septem non laedet te malum.* Sic in simili sententia Prov. 6, 16. 30, 15. 18 sq. 21 sq. 29 sq. Am. 1, 3. 6. 9. 11. Cf. Lgb. p. 702. (Cf. arab. و in Hamasa ed. Schult. p. 320 ibique Taurizium).

d) Quemadmodum substantivis, ita etiam verbis et sententiis praemittitur *explicative*, ubi etiam *relativo* locus erat. Gen. 49, 25: מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ וְאֵת שַׁדַּי וִיבָרְכֶךָּ *a deo patris tui* isque *adiuvit te* i. e. qui *adiuvit te*, *et* ab *Omnipotente*, isque *benedixit tibi*, pro qui *b. t.* Iob. 29, 12: *nam opem ferebam misero* ... וְיָתוֹם וְלֹא עֹזֵר לוֹ *et orphano, cui non erat auxiliator.* Jes. 13, 14. Ps. 55, 20. De intima necessitudine inter copulam et relativum bene disputavit Harrisius, Hermes p. 66 Vers. germ. —

e) incipit apodosin (ut arab. فَ, vide de Sacy gramm. arabe II, §. 551—56, maxime praecedente أَمَّا, ut germ. *so*, sed rectius transfertur *da*, *dann* (tum, tunc), est enim proprie particula temporis et orationem continuantis Gen 3, 5: בְּיוֹם אֲכָלְכֶם מִמֶּנּוּ וגו׳ *an dem Tag, wo ihr davon esset, da werden euch die Augen aufgehen.* Saepe praecedente אִם Ps. 78, 34: אִם הֲרָגָם וּדְרָשׁוּהוּ *ubi interficit eos, tunc quaerunt eum.* Iud. 4, 18.

Crebro et non sine vi ponitur post verba et sententias absolute positas, maxime tempus vel conditionem continentes. Ex. 16, 6: עֶרֶב וִידַעְתֶּם am Abend, *da* sollt ihr erfahren. Prov. 24, 27: אַחַר וּבָנִיתָ בֵיתֶךָ *postea, tunc aedificabis domum tuam*, hernach, *da* baue dein Haus. Gen. 2, 4. 5: בְּיוֹם עֲשׂוֹת יי אֶרֶץ וְשָׁמָיִם: וְכֹל שִׂיחַ וגו׳ 40, 9. 48, 7. Ex. 12, 15: כָּל־אֹכֵל חָמֵץ וְנִכְרְתָה *si ullus comedet fermentata, exstirpabitur* cet. 1 Sam. 2, 13. Ita etiam post nominativum subiecti Iob. 36, 26: שָׁנָיו וְלֹא חֵקֶר germ. *seine Jahre, die sind nicht zu zählen.* Prov. 23, 24. Iob. 23, 12. 28, 5. 1 Sam. 25, 27. Lgb. p. 723. (Haec posteriora exempla etiam ex signif. 5 commode explicantur).

f) Interponitur verbis (1 Sam. 12, 15) et sententiis inter se comparandis, ad similitudinem earum significandam (cf. עִם no. 1, e), וו השתואה Waw adaequationis vocant Grammatici. 1 Sam. 12, 15: *eritque manus Dei* בָּכֶם וּבַאֲבֹתֵיכֶם *contra vos, ut contra maiores vestros.* Iob. 5, 7: *ad aerumnas natus est homo, et filii fulguris* i. e. aves rapaces *alte volant*, pro *sicut* a. r. *alte volant.* 12, 11. 14, 19. 34, 3. Prov. 25, 25. (Ita Arabes, maxime in proverbiis, v. c. السوقية والكلاب السلوقية mercatores et canes Seleucienses sc. sibi similes sunt, v. Elnawab. ed. H. A. Schultens. no. 3. Carmen Togr. Vers. 2).

g) Geminatum וְ — וְ est: *et, et*

Num. 9, 14. Jos. 7, 24. Ps. 76, 7. Jes. 16, 5. Jer. 32, 24.

h) De *Waw conversivo* Praeteriti, quod merum est *continuativum*, v. Lgb. §. 88, et Ewald gramm. hebr. p. 547.

2) *Adversativis* sententiis praemittitur, et verti potest *sed* Gen. 2, 17. 17, 20. 21. Hos. 1, 7; *et tamen* Iud. 16, 15: *cur te me amare dicis* וְלִבְּךָ אֵין אִתִּי *quum tamen cor tuum mecum non sit.* Ruth 1, 21, maxime ante pronomina personalia: וְאָנֹכִי quum tamen ego (da ich doch) Gen. 15, 2. 18, 13. 27, וְאַתָּה Ps. 50, 17, וְהוּא Jes. 53, 7 (cf. quae ibi observavimus in Comment.), וְאַתֶּם Gen. 26, 27. וְאַתֶּם ibid. (cf. Arabum واو الحال, maxime ante pronomina, ut وانت) *quamvis* Iob. 6, 6. 15, 5. Mal. 2, 14, *alioquin* Iob. 6, 14. Ps. 51, 18. 143, 7.

3) Ante sententias *disiunctivas*: *aut.* Ex. 21, 17. Repetitum וְ — וְ *sive, sive* Ex. 21, 16. Lev. 5, 3. Deut. 24, 7. (Cave autem huc referas 1 Sam. 17, 34: בָּא הָאֲרִי וְאֶת הַדּוֹב et vertas: venit leo *aut* ursus, quod paene absurdum, vide Vers. 36. 37 et ad h. l. s. v. אֵת p. 113).

4) ante sententias *causales*, ut כִּי: *nam.* Gen. 20, 3: *ecce tu moriturus es propter mulierem, quam sumsisti,* וְהִוא בְּעֻלַת בָּעַל *nam haec maritum habet.* Ps. 60, 13; *quia, quod* Ps. 5, 12: *continuo iubilant* וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ *quia* (quod) *protegis eos;* inde post verba irascendi Gen. 18, 32 (Jes. 64, 5), iurandi Jos. 2, 12, credendi Gen. 30, 27. Jes. 43, 12: *vos testes mei,* וַאֲנִי אֵל *me Deum esse.*

5) ante sententias *conclusivas*: *itaque, igitur.* Ez. 18, 32: *nolo mortem peccatoris* ... וְהָשִׁיבוּ וִחְיוּ *itaque convertimini et vivetis.* Zach. 2, 10. Huc referenda maxima pars locorum, in quibus Waw est ab initio orationis. Ubique enim in antecedentibus latet ratio, et propositio, cui וְ praemissum, habet vim conclusionis. 2 Reg. 4, 41: וַיֹּאמֶר וּקְחוּ קָמַח *et dixit:* quae cum ita sint *afferte farinam,* vel *afferte igitur farinam,* so holt Mehl. Jes. 3, 14: וְאַתֶּם בִּעַרְתֶּם הַכֶּרֶם *vos igitur depavistis vineam* (sic enim intellexi causa cognita), vel: siccine vos cet. Ps. 4, 4: וּדְעוּ *scitote igitur, so* wisset denn. 2, 10: וְעַתָּה מְלָכִים *agite igitur, reges* cet., cf. comm. 6. 2 Sam. 24, 3. Jes. 47, 9. 58, 2. — Ex. 2, 20: *et dixit filiabus* (quae adventum Mosis nuntiaverant): וְאַיּוֹ *et ubi ille?*

6) ante sententias *finales* et *consecutivas*: *ita ut* (auf dafs) sq. fut. eoque plerumque apocopato vel paragogico (v. Lgb. p. 873), Jes. 13, 2. Iob. 10, 20. Gen. 42, 34; *ita ut* (so dafs), *quod.* Num. 23, 19: *non homo est deus* וִיכַזֵּב *ut mentiatur.* 1 Reg. 22, 7. Jes. 41, 26.

Not. Quod olim observavi (Lex. man. ed. 3, no. 9), a) וְ etiam quaestioni et responsioni copulandis inservire, coll. Iob. 28, 20. 21; b) et pro *copula,* quam vocant, *logica* i. e. verbo substantivo poni, coll. Iob. 4, 6. 2 Sam. 15, 34, id nunc minus certum videtur. Etenim Iob. 28 interrogatio, quae comm. 20 continetur, vim negationis induit, et sententia est: *sed sapientia nullibi reperitur,* 21 *et abscondita est oculis* cet.; exempla autem Iob. 4, 6. 2 Sam. 15, 34 pertinent ad 1, litt. e. תִּקְוָתְךָ וְתֹם דְּרָכֶיךָ *spes tua,* haec *integritas vitae tuae* i. e. haec in vita tua integra reposita est: 2 Sam. l. c. עֶבֶד אָבִיךָ וַאֲנִי מֵאָז Knecht deines Vaters, das war ich sonst.

וַ־ ante gutturales וָ, littera, quae Futuris praefixa his imperfecti vim tribuit, et propterea a Grammaticis וָו הַהִפּוּךְ *Waw conversivum* dicitur, יִקְטֹל interficiet, וַיִּקְטֹל interficiebat. Ortum est hoc prae-

fixum ex verbo substantivo הָוָה, ita ut primitus plene dictum sit הָוָה יִקְטֹל *fuit* (ut) *interficeret*, dein ה (quod etiam Syri in hoc vc. supprimunt, ܗܘܐ) abiectum, et וָה יִקְטֹל ope Dagesch fortis coniunctivi contractum in וַיִּקְטֹל, plane ut מַה זֶּה, מַזֶּה; מַה לָּכֶם, מַלָּכֶם. וַיִּקְטֹל igitur proprie est tempus compositum, et plane congruit cum arab. كَانَ يَقْتُلُ *fuit* (ut) *interficeret*, aeth. ሀለወ፡ ያጠምቅ፡ *baptizabat*, amhar. *fuit* (ነበረ) ut *tingeret* pro *tingebat*, v. Lgb. §. 87, et de usu huius formae Gramm. hebr. §. 99, 6 (ed. IX). Unum notandum, Waw conversivum *creberrime* includere etiam copulativum (וַיֹּאמֶר et dicebat, pro וְיֹּאמֶר, quod nunquam reperitur) et propterea semper ab initio sententiarum poni: non tamen *ubique* ita esse concesserim, quae nonnullorum est opinio, qui propterea וַ ex וְהָיָה ortum esse suspicantur, vel a Waw copulativo origine sua non diversum esse putant (v. Ewald gramm. hebr.). Legitur enim Futurum conversum etiam ab initio integrorum librorum, et talium quidem, quae cum antecedentibus plane non coniuncta sunt, ut Ruth 1, 1. Esth. 1, 1, neque potest provocari ad Ex. 1, 1. 1 Reg. 1, 1. Esr. 1, 1, ubi adeo Waw copulativum ab initio est: in his enim continuantur antecedentium librorum historiae.

וְדָן n. pr. loci arabici Ez. 27, 19. ו litteram radicalem esse, non copulativam, recte observat Michaëlis (Spicileg. Geogr. hebr. p. 274), nec tamen propterea legamus וְדָן necesse est.

וָהֵב vox dubia, semel Num. 21, 14 obvia. Nonnulli n. pr. loci esse putant, et Clerico auctore i. q. מַתָּן Vs. 18, coll. وهب dedit i. q. יָתַן. Sed iam Kimchius in Mss. אתוהב uno tenore legit, quod esset aram. Ethpa. verbi وهب = יְהַב: Jova dedit se in turbine. Omnis tamen ille sermo abruptus est et perobscurus.

וָו pl. וָוִים m. (c. Kamez impuro) *clavus, uncinus, paxillus*. Legitur tantummodo Ex. 26. 27. 36. 38 de clavis, ex quibus tentorii sacri vela suspendebantur. Etymologia obscura.

וָזַר arab. وَزَرَ *portavit* (unde وَزِير *Wezir*, pr. negotiis publicis onustus, cf. *baiulus* ap. medii aevi scriptores de legatis regiis, *chargés d'affaires*, unde nostr. *baillif*, ital. *bailo*) in pass. *poenis obrutus fuit*. Peccatum enim Semitis onus est, improbo homini impositum (Ps. 38, 4. Jes. 53, 11), unde et נָשָׂא, *αἱρέω* tollere, pro condonare. Inde

וָזָר m. *poenis obrutus*. Prov. 21, 8.

וַיְזָתָא (pers. ويزه purus pr. albus, v. בּוּץ n. pr. pers. filii Hamani natu minimi. Esth. 9, 9.

וָלַד i. q. יָלַד *peperit*. Arab. ولد. Inde

וָלָד m. *proles*. Gen. 11, 30 et

וָלֶד m. id. 2 Sam. 6, 23. Keri cum codd. occidentalibus exhibet יָלָד.

וַנְיָה n. pr. viri. Esr. 10, 36.

וָפְסִי (fortasse i. q. יָפְסִי additamentum meum) n. pr. m. Num. 13, 14.

וַשְׁנִי n. pr. m. 1 Par. 6, 13, forma, ut videtur, corrupta, namque Vs. 18 et 1 Sam. 8, 2 pro eodem est יוֹאֵל.

וַשְׁתִּי (pers. وشتی femina pulcra) *Waschti*, Xerxis coniux. Esth. 1, 9.

ז

septima alphabeti littera, זַיִן dicta i. e. syr. ܙܰܝܢܳܐ *telum;* telo enim in omnibus alphabetis antiquioribus haec littera similis est. Arabum duae respondent litterae, quarum efferendarum haud prorsus eadem est ratio, ذ *ds* et ز *s,* ut זָבַח ذَبَحَ mactavit; זֶרַע زَرْعٌ semen. Ubi illud est, in Aramaicis inde fit ד; ubi hoc, in his quoque ז servatur, itaque ܕܒܰܚ, דְּבַח mactavit; ܙܪܰܥ, זְרַע sevit cet. Cf. ד litteram.

Ceterum ذ etiam et ز inter se permutantur, v. c. עָזַר, عزر et عذر adiuvit; גָּזַם, جذم et جزم abscidit.

Commutatur ז a) c. צ *(ts)* in זָעַק et צָעַק clamavit; עָלַז et עָלַץ exsultavit, iubila edidit; זָהָב aurum cf. צָהֹב flavus, fulvus; b) c. ס, שׂ, ut זוּר et סוּר recessit; עָלַז, עָלַס exsultavit; בָּזָה, syr. ܒܣܳܐ contempsit; אָסוֹן damnum, ab אָסָה, أذى laesit.

זאב rad. inusit. Arab. ذأب terruit, unde forsitan

זְאֵב (c. Zere impuro) m. 1) *lupus,* quia gregem terret (nisi verb. est denominativum). Arab. ذِئْبٌ, syr. ܕܺܐܒܳܐ. Gen. 49, 27. Jes. 11, 6. 65, 25. Jer. 5, 6: זְאֵבֵי עֲרָבוֹת *lupi vespertini,* vespere praedatum exeuntes. Hab. 1, 8. Zeph. 3, 3, cf. λύκοι νυκτερινοί Oppian. Cyneget. 3, 266, νυκτιπόροι ibid. 1, 440. 2) n. pr. principis Midianitici Iud. 7, 25. 8, 3. Ps. 83, 12.

זֹאת *haec,* fem. pronominis זֶה q. v.

זבב rad. inusit. i. q. arab. ذَبْذَبَ fluctuavit, oscillavit, motitavit se in aëre, de insectis volatilibus, cf. דָּבַב reptavit in terra, de reptilibus. Prius germ. vertere possis: in der Luft wimmeln (schwärmen), posterius: auf der Erde wimmeln.

Derivata sunt זְבוּב, זַבַּי.

זָבַד semel Gen. 30, 20 *donavit.* Recte enim LXX. δεδώρηται. Vulg. *dotavit.* Cf. Chald. Saad. Abulw. Apud Arabes زبد idem valet, v. Dschauhar. ap. Schult. in origg. hebr. T. I, pag. 49, neque audiendus Schultensius, qui quidem ipse hoc vc. de vili tantummodo dono ab Arabibus usurpari censet, novamque propterea excogitavit explicationem satis contortam. Syri ipsam radicem non habent (v. tamen inscr. Palmyr. no. 4. lin. 5), sed nomen ܙܶܒܕܳܐ donum, habent Zabii, v. Cod. Nasar. III, p. 26. — Frequentiorem vc. usum in lingua hebraea multa probant nomina propria inde derivata. Praeter haec, quae statim sequuntur, v. זַבּוּד, זְבוּדָה, יוֹזָבָד, אֶלְזָבָד.

זֶבֶד m. *donum,* ibid.

זָבָד (donum) n. pr. m. 1) 1 Par. 2, 36. 2) 1 Par. 7, 21. 3) ibid. 11, 41. 4) 2 Par. 24, 26. In loco gemino 2 Reg. 12, 22 est יוֹזָבָר.

זַבְדִּי (prob. pro זַבְדִּיָּה donum Jehovae) n. pr. m. 1) Jos. 7, 1, in loco parallelo 1 Par. 2, 6 זִמְרִי. 2) 1 Par. 8, 19. 3) 1 Par. 27, 27. 4) Neh. 11, 17.

זַבְדִּיאֵל (donum Dei) n. pr. m. Neh. 11, 14, f. Σαβδιήλ 1 Macc. 11, 17.

זְבַדְיָה (donum Jehovae) *Zebedaeus*

(graece Ζεβεδαῖος) n. pr. complurium virorum. 1 Par. 8, 15. 17. 12, 7. 27, 7. Esr. 8, 8. 10, 20.

זְבַדְיָהוּ (id.) n. pr. m. 1) 1 Par. 26, 2. 2) 2 Par. 17, 8. 3) 19, 11.

זְבוּב m. *musca*, a rad. זָבַב. Jes. 7, 18. Eccl. 10, 1: זְבוּבֵי מָוֶת *muscae mortis* i. e. mortiferae, venenosae. בַּעַל זְבוּב dominus muscarum v. בַּעַל no. 5, litt. b.

זַבּוּד (donatus) n. pr. m. 1 Reg. 4, 5.

זַבּוּד (id.) Esr. 8, 14 Chethibh.

זְבוּדָה (donata) n. pr. f. 2 Reg. 23, 36 Keri, sed Cheth. est זְבִידָה.

זְבוּל et **זְבֻל** m. 1) *habitatio, domicilium* spec. Dei. 1 Reg. 8, 13. 2 Paralip. 6, 2. Ps. 49, 15. Jes. 63, 15. Hab. 3, 11: שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד זְבֻלָה *sol* et *luna subsistunt in habitaculo suo*, i. e. suum locum in coelis obtinent. Cf. quae monuimus ad מַזָּלוֹת. 2) n. pr. m. Iud. 9, 28.

זְבֻלוּן, זְבוּלֻן, זְבוּלוּן (habitatio, v. Gen. 30, 20) n. pr. 1) filii Jacobi natu decimi, quem ex Lea suscepit; 2) tribus Sebulon, cuius fines Jos. 19, 10—16 describuntur. N. gentil. est זְבוּלֹנִי a forma זְבוּלוֹן. Num. 26, 27.

זָבַח (cui vicinum טָבַח, arab. ذَبَحَ, syr. ܕܒܰܚ, sab. ܕܒܚ et ܐܕܒܚ, aeth. ዘብሐ: Vide sitne eadem radix in gr. σφάσσω, σφάζω, nimirum ΣΦαΓ). 1) *mactavit*. Gen. 31, 54. 1 Sam. 28, 24. 1 Reg. 19, 21. Ez. 39, 17. 2) spec. *ad sacrificandum mactavit, sacrificavit, immolavit* 1 Sam. 1, 4 sq. לְ (1 Reg. 8, 63) et לִפְנֵי (ibid. Vs. 62. 2 Par. 7, 4. Lev. 9, 4) ante nomen eius, cui sacrificium offertur. Non de sacerdotibus usurpatur victimas hostiasve mactantibus, sed de privatis hominibus suis sumtibus sacra facientibus.

Pi. זִבַּח fut. יְזַבַּח *sacrificavit*, i. q. Kal no. 2. 1 Reg. 12, 32. 2 Reg. 12, 4. Plerumque iterative usurpatur de sacrificandi consuetudine (ut arab. ذَبَّحَ multum sacrificavit) 1 Reg. 3, 2. 3. 11, 8. Hos. 4, 14 cet.

Derivatur inde מִזְבֵּחַ et

זֶבַח m. c. suff. זִבְחִי, pl. זְבָחִים, זִבְחֵי, semel זְבָחוֹת Hos. 4, 19 1) pr. *mactatio*, dein *carnes mactatorum animalium, epulae*. Gen. 31, 54. Ez. 39, 17. Prov. 17, 1: זִבְחֵי־רִיב *epulae rixosae*. 2) *sacrificium, hostia, victima*. Opp. tum מִנְחָה sacrificium incruentum 1 Sam. 2, 29. Ps. 40, 7, tum עֹלָה holocaustum, ita ut זֶבַח sacrificia ex parte tantum concremanda denotet, qualia erant sacrificia expiatoria, eucharistica cet. Exod. 10, 25. Lev. 17, 8. Num. 15, 5. זֶבַח שְׁלָמִים victima eucharistica Lev. 3, 1. 4, 10 cet. Dicitur etiam generatim de sacris magnis et solennibus, epulisque sacrificalibus. זֶבַח הַיָּמִים sacrum annuum. 1 Sam. 1, 21. 20, 6. זֶבַח מִשְׁפָּחָה sacrum domesticum 20, 29, coll. 9, 12. 13. 16, 3. 3) n. pr. regis Midianitici Iud. 8, 5. Ps. 83, 12.

זַבַּי n. pr. m. Esr. 10, 28. Neh. 3, 20 Keri, fortasse perperam scriptum pro זַכַּי, ut Esr. 2, 9. Neh. 7, 14 legitur.

זְבִידָה v. זְבוּדָה.

זְבִינָא (emtus) n. pr. m. Esr. 10, 43.

זָבַל 1) pr. ex nostra quidem sententia i. q. דָּבַל rotundus fuit, rotundum fecit, unde talm. זֶבֶל, זִבְל fimus, isque rotundus, conglobatus, ut caprarum, camelorum, syr. et arab. ܙܒܠܐ, زِبْلٌ. 2) *habitavit* (cf. דּוּר no. 2). Gen. 30, 20: יִזְבְּלֵנִי

habitabit me i. e. cohabitabit mecum (maritus meus), adiuncta notione concubitus. Habitandi enim verba accusativo iuncta cohabitationem notant, v. גּוּר, שָׁכַב.
Derivata sunt זְבוּל, זְבוּלוּן.

זָבֻל v. זְבוּל.

זְבֻלוּן v. זְבוּלוּן.

זְבַן chald. comparavit sibi, *emit* (ut Syr. et Samar.). Dan. 2, 8: דִּי עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין *quod tempus lucraturi estis*, i. e. dilationem quaeritis. (Cf. זְמָן). Inde n. pr. זְבִינָא.

זָג m. Num. 6, 4. *pellicula uvae*, clara et pellucida. Rad. est

זָגַג *clarus, pellucidus fuit*, cf. Samar. זגג i. q. זכך *purus fuit*. Arabum زُجَاج *vitrum* i. q. זְכוּכִית, chald. זוּג clarus, pellucidus fuit.

זֵד m. (adj. verb. a זוּד, זִיד) *superbus* (pr. tumidus, *inflatus*) cum adiuncta notione proterviae et impietatis (cf. הלל no. 3. 4). Jes. 13, 11. Jer. 43, 2. Ps. 19, 14. 119, 21. 51. 69. 78. 85. 122.

זָדוֹן st. cstr. זְדוֹן (quasi a rad. זָדָה = זִיד) c. Suff. זְדֹנְךָ 1 Sam. 17, 28. Jer. 49, 16 *tumor, superbia*, eaque nimia cum insolentia et arrogantia coniuncta, *fastus*. Prov. 11, 2. 13, 10. 21, 24. זְדוֹן לִבֶּךָ *insolentia cordis tui*. Jerem. 49, 16. Obad. 3. Deut. 17, 12. Concr. de Babylone fastuosissima Jer. 50, 31. 32.

זֶה c. Praef. בָּזֶה, לָזֶה, f. זֹאת, rarius זֹה Eccl. 2, 2. 5, 15. 18. 7, 23. 9, 13, זוֹ Hos. 7, 16. Ps. 132, 12 (et hoc quidem loco relat.), semel זֹאתָה Jerem. 26, 6 Chethibh Plur. אֵלֶּה (q. v.) 1) pron. demonstr. *hic, haec, hoc*. (Arab. ذَا, هٰذَا hic, syr. ܗܳܕܶܐ haec, aethiop. ዝ: fem. ዛ: ዛቲ: Inde orta aram. דִּי, דְּ et aeth. ዘ:, quae in relativa abierunt. Congr. sanscr. *sas, sa, tat*. De vcc. demonstrativis plerumque a littera demonstrativa *d*, eaque etiam sibilata ordientibus, v. supra pag. 111, adde nostr. *da*). Ponitur vel seorsum, vel cum subst., ita quidem ut plerumque, pariter atque adiectiva, substantivum sequatur et articulo munitum sit, ubicunque substantivum hunc sibi praefixum habet, ut הַדָּבָר הַזֶּה hoc verbum, בַּיּוֹם הַהוּא *hoc die* Gen. 7, 11. Alibi זֶה sine articulo nomini praemittitur, idque fit a) ubi in pronomine continetur praedicatum propositionis, זֶה הַדָּבָר *hoc* (est) *verbum* Ex. 35, 4. Iud. 4, 14; b) ubi pronomen est cum emphasi demonstrativum. Ps. 104, 25: זֶה הַיָּם הַגָּדוֹל (ecce!) *hoc mare magnum*. Esr. 3, 12: זֶה הַבַּיִת *haec domus*. Iud. 5, 5: זֶה סִינַי *hic Sinai*. Jos. 9, 12: זֶה לַחְמֵנוּ *hic panis noster*. Ps. 48, 15: זֶה אֱלֹהִים *hic deus*. 1 Reg. 14, 4. Jes. 23, 13. Cf. gr. *τοῦτο τὸ θηρίον*. Atque haec structura magis emphatica, Syris et Chaldaeis usitatissima (דְּנָה חֶלְמָא Dan. 4, 15), apud Hebraeos poëtis et sequioris aetatis scriptoribus familiaris est: nonnunquam etiam, ut gr. *οὗτος* et lat. *iste*, despicientis est et cum contemtu aliquem monstrantis. Ex. 32, 1: זֶה מֹשֶׁה הָאִישׁ comm. 23, cf. 10, 7. 1 Sam. 10, 27. Similiter vivide demonstrantis est, ubi pronominibus interrogativis additur, ad vim eorum augendam. Jes. 63, 1: מִי זֶה בָּא *quis* est *iste veniens?* Iob. 38, 2. 42, 2, alibi מִי הוּא (v. הוּא), et plenius מִי הוּא זֶה Jer. 30, 21. Ps. 24, 8 (et sic מַה־זֶּה qui tandem? wie denn? wie doch? Gen. 27, 20, cur tandem? Iud. 18, 24. 1 Reg. 21, 5, לָמָּה זֶה id. Gen. 18, 13. 25, 22, arab. لِمَاذَا).
Raro זֶה postponitur Dan. 10, 17: אֲדֹנִי זֶה, et cum pron. אַתָּה זֶה tu

(cf. lat. *ille ego*), *du da* Gen. 27, 21. Caeterum refertur tam ad antecedentia (Eccl. 6, 9), quam, idque saepius etiam, ad consequentia. Gen. 5, 1 in inscriptione capitis: *hic liber genealogiae Adami.* Ex. 30, 13: זֶה יִתְּנוּ — מַחֲצִית שֶׁקֶל *hoc dabunt .... dimidium siclum.* Ps. 7, 4: אִם עָשִׂיתִי זֹאת *hoc si feci* (nimirum quod sequitur). 42, 5. Jes. 56, 2. 58, 6. 66, 2. Ita plur. אֵלֶּה (q. v.), gr. οὗτος (v. Passow h. v. no. 2). Repetitum זֶה — זֶה hic, ille; unus, alter Iob. 1, 16. 1 Reg. 22, 20, זֶה אֶל זֶה unus ad alterum Jes. 6, 3.

2) rarius et nonnisi poët. ponitur pro relat., ut germ. *der* pro *welcher, da*mit pro *wo*mit (cf. de relativis ex demonstrativo utplurimum ortis s. vcc. אֲשֶׁר, הַ). Ps. 104, 8: אֶל־מְקוֹם זֶה יָסַדְתָּ לָהֶם *ad locum, quem iis fundasti,* destinasti. Prov. 23, 22. Iob. 15, 17. Ps. 78, 54. Et hoc quidem significatu, aeque ac אֲשֶׁר, indeclinabile videtur, poniturque etiam pro plur. Iob. 19, 19. Pro nota relationis (ut אֲשֶׁר A, 2) Ps. 74, 2: הַר צִיּוֹן זֶה שָׁכַנְתָּ בּוֹ *mons Zion, in quo habitas.* Jes. 25, 9.

3) Abit in Adv. a) loci: *hic,* pro בָּזֶה *in hoc* sc. loco Gen. 28, 17. Num. 13, 17 cet. מִזֶּה hinc Gen. 37, 17. Ex. 11, 1. מִזֶּה וּמִזֶּה *hinc et hinc,* utrinque Num. 22, 24. Jos. 8, 33. Cum vi demonstrantis est הִנֵּה זֶה siehe da! Cant. 2, 8. 1 Reg. 19, 3. — b) temporis: *nunc, iam,* pr. hoc sc. tempore. Mich. 5, 4: וְהָיָה זֶה שָׁלוֹם *et iam erit pax.* 1 Reg. 18, 24: זֶה יָדַעְתִּי *nunc novi.* עַתָּה זֶה nunc ipsum Ruth 2, 7. 1 Reg. 17, 24. Saepe hoc significatu numeralibus praemittitur Gen. 27, 36: זֶה פַעֲמַיִם *iam bis.* 31, 38: זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה *iam viginti annos.* Comm. 41. 43, 10. 45, 6. Num. 14, 22. Iudd. 16, 15. Zach. 7, 3: זֶה כַּמֶּה שָׁנִים *iam tot annos.*

4) Cum Praeff. a) בָּזֶה *in hoc* sc. loco, *hic* (v. no. 3) Gen. 38, 21. Ex. 24, 14, translate ad tempus *tunc* Esth. 2, 13. b) כָּזֹה וְכָזֶה et hoc et illud, so und so Iud. 18, 4. 2 Sam. 11, 25. 1 Reg. 14, 5.

זָהַב rad. inusit., haud dubie idem notans quod צָהַב, *splenduit instar auri.*

זָהָב st. cstr. זְהַב, semel זְהַב Gen. 2, 12 m. 1) *aurum.* (Arab. ذَهَبٌ, syr. chald. ܕܗܒܐ, דְּהַב id.) Gen. 24, 22. 53. 36, 39. Ex. 3, 22 cet. Ubi numeri antecedunt, pondus שֶׁקֶל cogitando inserendum est, v. c. Gen. 24, 22: עֲשָׂרָה זָהָב *decem (sicli) auri.* 2) metaph. de splendore coeli aureo, fortasse de sole ipso Iob. 37, 22; de oleo purissimo, auri instar splendido (hell wie Gold) Zach. 4, 12.

זָהָה rad. inusit. Arab. زهى *nituit, pulcher fuit* it. superbivit, زَهْوٌ nitor, pulchritudo, impr. florum, flos ipse, cf. زَهْرٌ flos a زهر splenduit. Syr. ܙܗܐ superbivit Ethpa. splendidus, nitidus factus est.

Derivata sunt זִו, זִיו et זַיִת.

זָהַם in Kal inusit. Arab. زَهِمَ *foetidus, rancidus fuit* (de pinguedine), chald. *foetuit, sorduit.* Zabii hac radice utuntur de aquae putridae odore. Vicina sunt צָחַן, זָנַח, زنخ.

Pi. foetidum habuit, ut sordidum aversatus est, *nauseavit, fastidivit* Iob. 33, 20: וְזִהֲמַתּוּ חַיָּתוֹ לָחֶם *fastidit eum* scil. *panem.* Suffixum πλεονάζει, cf. Lgb. §. 195, 2.

זַהַם (fastidium) n. pr. m. 2 Par. 11, 19.

זָהַר in Kal inusit. i. q. زهر, ܙܗܪ *splenduit, luxit,* cf. צָהַר.

Hiph. הִזְהִיר 1) *illustravit* h. c.

metaph. a) *docuit* (lehren) c. c. a. p. et r. Ex. 18, 20, *edocuit* (belehren), c. c. a. p. 2 Par. 19, 10. b) *monuit, dehortatus est* ab al. re 2 Reg. 6, 10, sq. מִן (warnen vor etwas) Lev. 15, 31. Ez. 3, 18: לְהַזְהִיר רָשָׁע מִדַּרְכּוֹ הָרְשָׁעָה *ad dehortandum improbum a vita sua improba.* Sed 3, 17. 33, 7: הִזְהַרְתָּ אֹתָם מִמֶּנִּי *admoneas eos meo nomine, mea auctoritate*, nostrat.: von mir, von meinetwegen. (Syr. Pa. et Aph. Chald. Aph. id.). — 2) intrans. *splenduit, fulsit*, proprie *lucem sparsit* Dan. 12, 3. Chald. אַזְהַר id.

Niph. edoctus, admonitus est Ps. 19, 12, it. *admonitionem admisit, commonefactus est* Eccl. 4, 13. Ez. 33, 4. 5. 6. Sq. מִן Eccl. 12, 12.

זְהַר chald. id. Part. pass. זְהִיר *commonefactus, cautus.* Esr. 4, 22. (Syr. Ethpe. cavit sibi, invigilavit rei).

זֹהַר m. *splendor* (coeli). Ez. 8, 2. Dan. 12, 3.

זִו m. i. q. זִיו (quod quidem multi libri exhibent) pro זְהִיו (a rad. זָהָה) *splendor*, impr. florum, unde nomen *mensis Hebr. secundi*, a novilunio Maii ad Iunii novilunium (sec. Rabbinos a novilunio Aprilis ad Maii), q. d. mensis florum. 1 Reg. 6, 1. 37. Chald. יֶרַח זִיו נִיצָנַיָּא mensis splendoris florum. Idem mensis Chaldaeis, Syris et Arabibus vocatur אִיָּר, ܐܝܪ, أيار, similiter a splendore. Cf. germ. *Lenz*, suec. *Glenz* ver, itidem a splendore dictum.

זוֹ v. זֶה.

זוּ comm. i. q. זֶה et זֹאת 1) pron. demonstr. Ps. 12, 8. Hab. 1, 11: זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ *haec vis ei pro numine est.* Saepius etiam 2) usurpatur pro *relativo* Ex. 15, 13. Ps. 9, 16. 142, 4, adeoque nota relationis Jes. 43, 21. 42, 24: זוּ חָטָאנוּ לוֹ *contra quem peccavimus.* (In Talmude דּוּ haud raro exstat pro זֶה, etiam in compositis. Arabes Tajitae ذو frequentant pro الذي, v. Schult. ad Har. II, p. 75).

זוּב 1) *fluxit*, pr. de aqua Ps. 78, 20. 105, 41. Jes. 48, 21. Saepe etiam dicitur de sanguine feminarum menstruo Lev. 15, 25, de fluxu seminis s. gonorrhoea viri. Lev. 15, 2. *Fluere* aliqua re autem ex idiomate linguae dicuntur res et personae, in quibus aliquid fluit, ut femina fluxu menstruo Lev. 15, 19, vir gonorrhoea laborans Lev. 15, 4 sq. 22, 4. Num. 5, 2. 2 Sam. 3, 29, impr. dr. de affluentia et redundantia, c. acc. rei, qua quid affluit vel redundat. Ex. 3, 8: אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ *terra lacte et melle affluens.* V. 17. 13, 5. 33, 3. Lev. 20, 24. Num. 13, 27. 14, 8. 16, 14. 2) *diffluxit, contabuit, mortuus est.* Thren. 4, 9. Aram. ܕܳܒ, דּוּב fluxit, diffluxit, liquefactus est. Arab. ذَابَ confectus est, fame, morbo. Vide ad rad. דָּאַב.

זוֹב m. *fluxus*, ut seminis virilis, gonorrhoea benigna Lev. 15, 1—15, sanguinis menstrui Lev. 15, 16 sq.

זוּד vel **זִיד** 1) i. q. vic. דּוּד *efferbuit* aqua, onomat. ut nostr. *sieden*, angl. *to seeth*, gr. ζέω, unde ζύθος (*Sud*, Ab*sud*), cf. simile σίζω. V. Niph. et Hiph. no. 1. Inde *redundavit* aqua fervens. Aeque ac gr. ζέω et lat. *ferveo* hoc 2) transfertur ad aestuosi animi *intemperantiam, ferocitatem* (cf. פָּחַז, arab. بغى et Schultens. Opp. min. p. 80), adeoque ad *proterviam* et *scelus.* Inde *proterve, sceleste egit*, in aliquem sq. עַל Ex. 18, 11, אֶל Jer. 50, 29. Hoc significatu vicinum est צָדָה. Arabes in utraque radice, زاد med. Waw et زاد

med. Je, significatus habent a fervendo coquendoque ductas, sed secundarias. Illa (pro زود) est: commeatum itineris paravit, زَادٌ commeatus itineris, a coquendo, vom Zukochen zur Reise; haec (pro زيد) increvit, numerum excessit, auxit, a redundando.

Niph. part. נָזִיד (a forma זִיד cf. Lehrgeb. p. 411, neque enim necesse est, aliam radicem נָזַד statuere) *coctum, ferculum.* Gen. 25, 29.

Hiph. 1) *coxit* (v. Kal no. 1), coquendo paravit. Gen. l. c. וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד *et coquebat Jacobus ferculum.* LXX. ἕψησε δὲ Ἰακὼβ ἕψημα.

2) *ferociter, proterve, sceleste egit,* maxime de iis, qui consulto et scientes contra dei praecepta peccant. Deut. 1, 43. 17, 13. Neh. 9, 16. 29, sq. gerundio Deut. 18, 20, sq. עַל pers. Ex. 21, 14: כִּי יָזִד אִישׁ עַל רֵעֵהוּ לְהָרְגוֹ בְעָרְמָה *si quis ferociter agit contra proximum suum, eum occidendo ex insidiis.* Neh. 9, 10.

Derivata sunt זֵד, זָדוֹן, זֵידוֹן.

זוד chald. id. Aph. Inf. הֲזָדָה i. q. hebr. Hiph. no. 2. *proterve, insolenter egit* Dan. 5, 20.

זוז rad. inusit. 1) pr. i. q. chald. זוּז *motitavit se.* Inde מְזוּזָה et זִיז no. 1. Motus celer refertur 2) ad micandi, radiandi significatum (cf. צִיץ et simillimam significationum seriem in דָּרַר), inde *radiatim fluxit lac,* et nomen זִיז de pleno ubere.

זוּזִים Gen. 14, 5, n. pr. populi ad Palaestinae fines habitantis, fortasse eiusdem ac זַמְזֻמִּים (q. v.), Aboriginum terrae Ammoniticae. LXX. ἔθνη ἰσχυρά, neque aliter Syr. Onk. Syr.

זָוָה rad. inusit. Arab. زوى *abdidit, celavit* VII. abdidit se, recepit se in angulum; Hebraeis, ut videtur, etiam *servavit.*

Derivata sunt מָזֶו et

זָוִיָּה s. **זָוִית** (c. Kamez impuro) extat in pl. tantum זָוִיּוֹת f. *angulus,* a rad. זָוָה. (Syr. ܙܘܝܬܐ, arab. زَاوِيَةٌ). Dr. de angulis arae Zach. 9, 15, et meton. de columnis angularibus palatii Ps. 144, 12: בְּנוֹתֵינוּ כְזָוִיֹּת מְחֻטָּבוֹת ad verbum, *filiae nostrae columnis angularibus* pulchre *exsculptis similes.* Intelligendae Caryatides in arte Aegyptiaca frequentissimae. Aqu. ὡς ἐπιγώνια. Vulg. *quasi anguli.*

זוֹחֵת n. pr. m. 1 Par. 4, 20. Radix neque in lingua hebr. neque in dialectis cognatis reperitur.

זוּל 1) i. q. זָלַל *profudit, effudit.* Semel legitur Jes. 46, 6: הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס *aurum e crumena profundentes,* prodigentes. (Arab. زَالَ IV vilipendit.) — 2) *removit, amovit,* cf. arab. زَالَ med. Waw et Je amovit, intrans. i. q. abiit, desiit, defecit. Inde

זוּלָה f. *remotio, amotio,* nonnisi in st. cstr. זוּלַת, et c. suff. זוּלָתִי, זוּלָתְךָ praep. *praeter* v. c. זוּלָתִי praeter me, pr. *remoto me* vel accuratius etiam *remotio mei, per remotionem mei.* 2 Reg. 24, 14. Jes. 45, 5. 21 cet. Nonnunquam c. Jod parag. זוּלָתִי pro זוּלַת Deut. 1, 36. 4, 12. Semel Conj. pro זוּלַת אֲשֶׁר *praeterquam quod, nisi quod* 1 Reg. 3, 18.

זוּן in Kal inusit. Chald. Syr. et Sam. *alere, pascere, cibare.*

Hoph. Jer. 5, 8: סוּסִים מוּזָנִים Chethibh: *equi pasti* i. e. pingues. Keri exhibet מְיֻזָּנִים, quod auctore Schultensio derivatur a יָזַן, وزن libravit, hoc sensu: *ponderibus instructi* (pondera i. q. testes v. c.

Catull. 62, 5. Stat. silv. 3, 4, 77), *bene vasati.* LXX. *ἵπποι θηλυμανεῖς.* Inde מָזוֹן.

זוּן chald. id.
Ithpe. fut. יִתְּזִין pass. Dan. 4, 9. Deriv. מָזוֹן.

זוֹנָה f. *scortum, meretrix,* part. fem. rad. זָנָה q. v.

זוּעַ (Syris, Chaldaeis et Zabiis usitatiss.) i. q. gr. *σείω, σεύω* (cf. נוּעַ *νεύω*) pr. concussit, *agitavit* (v. Pil. et זְוָעָה), in Kal intrans. *agitatus est,* inde 1) *movit se* Esth. 5, 9. 2) *commotus est, tremuit* Eccl. 12, 3.
Pil. part. מְזַעְזֵעַ *agitavit, divexavit.* Hab. 2, 7. (Aram. et arab. id.)
Derivata sequuntur excepto זֵעָה sudor.

זוּעַ chald. *tremuit, timuit,* sq. מִן. Part. זָאְעִין s. sec. Keri זָיְעִין Dan. 5, 19. 6, 27.

זְוָעָה f. (a זוּעַ c. Waw mobili) 1) *agitatio, divexatio.* Jer. 15, 4: נְתַתִּים לְזְוָעָה לְכֹל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ *dabo eos divexationi omnibus terrae regnis.* 24, 9. 29, 18. 34, 17. 2 Par. 29, 8. Keri ubique exhibet formam זַעֲוָה, utpote prolatu faciliorem q. v. 2) *terror.* Jes. 28, 19.

זוּף rad. inusit. Chaldaeis est *mutuatus est, mutuo accepit.* Inde n. pr. זִיף.

I. זוּר 1) *pressit, compressit, expressit.* (Syr. ܙܪ, ܙܘܪ manu cepit. Arab. زَيَّرَ compressit spec. labium equi. Origo est in coarctando, cf. vicinas radd. צוּר, צָרַר). Fut. Iud. 6, 38: וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה *compressit vellus.* Iob. 39, 15: וַתִּשְׁכַּח כִּי רֶגֶל תְּזוּרֶהָ *et* (struthio) *obliviscitur, quod pes ea* (ova) *comprimet,* non reputat, ea pedibus contritum iri, cf. Jes. 56, 5. Intrans. Praet. זֹרוּ (de qua forma intransitiva v. Lgb. p. 401), Jes. 1, 6: לֹא זֹרוּ (vulnera) *non sunt compressa,* expressa, sanguine purgata. Inde מָזוֹר no. I.

II. זוּר cui vicinum סוּר et גּוּר 1) *deflectere, recedere* (ut arab. زار med. Waw Conj. VI. VIII), sq. מִן ab aliquo. Iob. 19, 13. Ps. 78, 30, impr. a Deo Ps. 58, 4, a via recti verique, unde מָזוֹר mendacium, زُور falsum, mendacium, زار Conj. I. mentitus est. (Cf. גּוּר et arab. جار).

2) *deflectere a via,* divertere ap. aliquem (arab. زار visitavit aliq.), inde *peregrinum esse* (arab. زائر visitans, peregrinus).

Part. זָר *peregrinus, alienus,* spec. 1) *alîus populi,* gentis, *alienigena* Exod. 30, 33, cui subest saepe *hostis barbari*que notio (ut lat. *hostis* olim erat peregrinus Cic. off. 1, 12, et gr. *ξεῖνος* etiam hostem notabat Herod. 9, 11 contra sam. ࠔࠍࠀ pr. osor dein peregrinus). Jes. 1, 7. 25, 2. 29, 5. Ps. 54, 5. Ez. 11, 9. 28, 10. 30, 12. Hos. 7, 9. 8, 7. Obad. 11. אֵל זָר deus peregrinus s. exterus, alîus populi deus domesticus, apud Hebraeos adventicius Ps. 44, 21. 81, 10, ellipt. זָר Jes. 43, 12. Plur. זָרִים Deut. 32, 16. Jer. 3, 13. 5, 19. 2) *alîus familiae.* Fem. זָרָה mulier aliena (i. q. אֵשֶׁת רֵעַ Prov. 6, 29), impr. quoad consuetudinem cum illa illicitam, *adultera, moecha* Prov. 2, 16. 5, 3. 20. 7, 5. 22, 14. 23, 33. (Syr. et Sam. ܙܢܐ ࠆࠍࠀ est *adulterari,* pr. divertere). Sic זָרִים adulteri, moechi Jer. 2, 25. Ez. 16, 32, בְּנִים זָרִים filii alieni i. e. spurii Hos. 5, 7. 3) Opp. recto, vero, legitimo *alienus* est i. q. *illegitimus.* אֵשׁ זָרָה ignis alienus i. e. illegitimus, profanus, opp. igni sacro. Lev. 10, 1. Num.

3, 4. 26, 61. קְטֹרֶת זָרָה suffitus profanus Ex. 30, 9. 4) Opp. propriae personae i. q. אַחֵר *alius* Prov. 11, 15. 14, 10. 20, 16. 27, 2. 13. 1 Reg. 3, 18. 5) Transl. *novus, inauditus* Jes. 28, 21.

Niph. i. q. Kal no. 1. Jes. 1, 4.

Hoph. part. מוּזָר *abalienatus.* Ps. 69, 9.

Deriv. מָזוֹר no. II. — Iob. 19, 17 v. sub rad. זִיר.

זוּרֶה m. semel legitur Jes. 59, 5: וְהַזּוּרֶה תִּבָּקַע אֶפְעֶה *quodsi* (ovum) *comprimatur, erumpit vipera.* Vocales ubi bene se habent, זוּר est part. pass. verbi זוּר no. I. addito ־ָה pro ־ָה fem. gen. (sicut Zach. 5, 4, quanquam in utroque loco scribentis error videtur inesse). Aptior esset scriptura הַזּוֹרֶה part. act. ad formam praet. זֹרוּ Jes. 1, 6.

זָחַח in Kal inusit. i. q. arab. زَحَّ et زَحْزَحَ *dimovit, removit,* aram. ܙܘܚ, זוּחַ.

Niph. dimotus est. Ex. 28, 28. 39, 21.

זָחַל 1) *repsit, serpsit.* Part. זֹחֲלֵי־עָפָר *in pulvere serpentes,* angues. Deut. 32, 24. Mich. 7, 17. Inde 2) *timuit,* pr. suspenso gradu accessit, v. דָּחַל. Iob. 32, 6: עַל־כֵּן זָחַלְתִּי וָאִירָא *propterea timebam ac verebar.*

זֹחֶלֶת (serpens) n. pr. אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת (lapis serpentis) saxum prope Hierosolyma 1 Reg. 1, 9.

זֵידוֹן adj. m. (a rad. זוּד) *aestuosus, redundans,* de aquis. Ps. 124, 5.

זִיו chald. m. *splendor* (contr. ex זִהְיו, a rad. זְהָה q. v., i. q. hebr. זִו) Dan. 2, 31. 4, 33. Plur. de colore faciei bello hilarique Dan. 5, 6. 9: זִיוֹהִי שְׁנַיִן עֲלוֹהִי *color eius immutabatur ei* i. e. palluit. Vs. 10. 7, 28. Cf. hebr. cap. 10, 8. (Syr. ܙܝܘܐ splendor. Arab. زِيّ et زِيٌّ ornatus).

זִיז m. (a rad. זוּז) 1) *quod movetur,* was sich regt, was lebt und webt. Sic poët. זִיז שָׂדַי de bestiis agrestibus Ps. 50, 11. 80, 14. Recte conferunt *κνώδαλον* bestia pro *κινώδαλον,* adde *κινώπετον, κνώψ* a *κινέω, πρόβατον* a *προβαίνω.* 2) *plenum uber* (v. rad. זוּז no. 2). Sic primigenia imagine servata Jes. 66, 11: לְמַעַן תָּמֹצּוּ וְהִתְעַנַּגְתֶּם מִזִּיז כְּבוֹדָהּ *ut sugatis ac laeti sitis* (i. e. cum voluptate sugatis) *ex eius ubere gravido* s. *abundanti* h. e. ex eius mammis lacte refertis. Parall. מִשֹּׁד תַּנְחֻמֶיהָ.

זִיזָא (ubertas) 1) n. pr. m. 1 Par. 4, 37. 2) 2 Par. 11, 20.

זִיזָה (id.) n. pr. m. 1 Par. 23, 11, cuius loco Vs. 10 זִינָא.

זִיעַ (motio) n. pr. m. 1 Par. 5, 13.

זִיף (mutuo acceptum, a rad. זוּף) n. pr. 1) oppidi in tribu Judae siti Jos. 15, 55. 2 Par. 11, 8, cuius in vicinia erat eiusdem nominis desertum 1 Sam. 23, 14. 15. Hinc gentil. זִיפִי Vs. 19. 26, 1. 2) viri 1 Par. 4, 16.

זִיקוֹת pl. f. (pro זְקוֹת, זִנְקוֹת a rad. זָנַק cf. exempla, quae collegimus Lgb. p. 145, adde קִיצוֹן pro קְצוֹן, אִישׁ pro אֱנָשׁ) *malleoli, tela ardentia* Jes. 50, 11 i. q. זִקִּים Prov. 26, 18 (ubi multi codd. זִיקִים. Syr. ܙܝܩܐ telum, fulmen.)

זִיר arab. زَارَ med. Je, *fastidivit.* Intrans. *fastidio fuit.* Iob. 19, 17: רוּחִי זָרָה לְאִשְׁתִּי *halitus meus fastidio est uxori meae.* Alii, quos olim sequebar, praeeunte Syro, *animus meus* i. e. *ego alienus factus sum uxori.* Inde זָרָא (pro זָרָה) fastidium.

זַיִת cstr. זֵית, pl. זֵיתִים m. 1) *olea,*

arbor Iud. 9, 9, plenius זֵית שֶׁמֶן dicta Deut. 8, 8. שֶׁמֶן זַיִת olivarum oleum. Ex. 27, 20. 30, 24. Lev. 24, 2. הַר הַזֵּיתִים mons olearum ad Hierosolyma situs Zach. 14, 4, iam in V. T. sacer habitus 2 Sam. 15, 30. 1 Reg. 11, 7. 2) *oliva fructus.* עֵץ הַזַּיִת arbor olivarum. Hagg. 2, 19. דָּרַךְ זַיִת olivas calcavit. Mich. 6, 15. 3) *ramus olivae, frons oleagina.* Zach. 4, 11 coll. 12.

Frequentatur in omnibus linguis cognatis, syr. ܙܰܝܬܳܐ olea, arab. زَيْتٌ oleum, زَيْتُونٌ oliva, aeth. ዘይት: oleum et oliva, ex quibus migravit in copticam, ubi ϫⲱⲓⲧ est oliva et in hisp., in qua *azeyte* oleum. Origo, quam ignorare fatentur Etymologi, mihi quaerenda videtur in rad. זָהָה (q. v.) et زَهَى splenduit, زَهَّى ornavit, unde زِيٌّ forma pulchra, splendens, hebr. זִו, chald. זִיו: ut זַיִת pr. sit fem. a forma זַי et *splendorem* notet. Poterat hoc referri vel ad *oleae* virorem et pulchritudinem (cf. אוֹרוֹת), vel, quod praefero, ad *olei* splendorem (cf. יִצְהָר oleum a צָהַר splenduit, et זָהָב Zach. 4, 12 de oleo pellucido et splendente). Postquam vera origo in oblivionem abierat, ת littera pro radicali habita est: unde factum ut זַיִת masc. gen. sit, et Arabes novum verbum inde formaverint: زات oleo condivit II. oleum procuravit.

זֵיתָן (olea arbor, arab. زَيْتُون) n. pr. m. 1 Par. 7, 10.

זַךְ et **זָךְ** fem. זַכָּה adj. *purus* de oleo Ex. 27, 20, de thure 30, 34, transl. de animo et moribus. Iob. 8, 6. 11, 4. 33, 9. Prov. 16, 2. 20, 11. 21, 8. Rad. זָכַךְ.

זָכָה i. q. זָכַךְ *purus fuit,* ubique sensu morali. Iob. 15, 14. 25, 4. Ps. 51, 6. Mich. 6, 11. (Arab. زَكَا, syr. ܙܟܳܐ et ܙܟܺܝ id. Eiusdem stirpis est gr. ἅγιος, ἁγνός et prob. etiam lat. *sacer, sancio,* transp. *castus*).

Pi. purum fecit, mundavit, v. c. viam, animum. Ps. 73, 13. Prov. 20, 9. Ps. 119, 9: בַּמֶּה יְזַכֶּה נַּעַר אֶת־אָרְחוֹ *qua ratione adolescens castos mores servabit?*

Hithpa. הִזַּכָּה pro הִתְזַכָּה *mundavit se* Jes. 1, 16.

זְכוּ chald. f. *puritas,* morum *castitas* Dan. 6, 23.

זְכוֹכִית f. semel legitur Iob. 28, 17 *vitrum* vel *crystallus.* (Arab. زُجَاج, syr. ܙܓܘܓܝܬܐ id.). Rad. זָכַךְ. Cf. זַג.

זָכוּר m. i. q. זָכָר *mas, masculus,* de hominibus et animalibus. Exod. 23, 17. 34, 23. Deut. 16, 16. 20, 13.

זַכּוּר (memor) n. pr. complurium virorum Num. 13, 4. 1 Par. 4, 26. 25, 2. Neh. 3, 2. 10, 13. 13, 13.

זַכַּי (purus, innocens) n. pr. m. v. זַבַּי.

זָכַךְ i. q. זָכָה (q. v.) *purus fuit,* de rebus physicis Thren. 4, 7; de moribus Iob. 15, 15. 25, 5. Cf. vicinum זָגַג.

Hiph. mundavit, lavit. Iob. 9, 30.

Derivata sunt: זְכוֹכִית, זַךְ, זָךְ, et n. pr. זַכַּי.

זָכַר fut. יִזְכֹּר (arab. ذَكَرَ, syr. et chald. ܕܟܰܪ, דְּכַר) *meminisse, recordari, reminisci* (cf. de horum vcc. differentia Cic. Lig. 12, 35 et Doederlein lat. Synonyme und Etymologien I, 166), sq. acc. Gen. 8, 1. 19, 29 cet., rarius לְ Ex. 32, 13. Deut. 9, 27. Ps. 25, 7. 136, 23, בְּ Jer. 3, 16, sq. כִּי Iob. 7, 7. 10, 9. Deut. 5, 15. Spec. est a) *meminisse, memorem esse* i. e. memo-

ria tenere Ps. 9, 13. 98, 3. 105, 5. 42. 2 Par. 24, 22. Ex. 13, 3: זָכוֹר אֶת הַיּוֹם הַזֶּה *memor sis huius diei* 20, 8. זָכַר אֶת הַבְּרִית memorem esse foederis Gen. 9, 15. Lev. 26, 43. Am. 1, 9. b) *memoriam rei recolere, reputare (bedenken).* Deut. 5, 15: *reputa, quod servus eras in Aegypto.* 15, 15. 16, 12. 24, 18. Iob. 7, 7: זְכֹר כִּי רוּחַ חַיָּי *reputa, quod halitus vita mea.* Ps. 103, 14. c) *in memoriam revocata contemplari* i. e. *recordari.* Ps. 119, 55: זָכַרְתִּי בַלַּיְלָה שִׁמְךָ יְיָ *recordor noctu nomen tuum, Domine!* 52. 143. 63, 7. d) *reminisci, ἀναμιμνήσκειν,* in memoriam revocare. Opp. oblivisci. Gen. 40, 23: וְלֹא זָכַר שַׂר הַמַּשְׁקִים אֶת־יוֹסֵף וַיִּשְׁכָּחֵהוּ. Comm. 14. 42, 9. Num. 11, 5. Eccl. 9, 15. Iob. 21, 6. Jer. 44, 21 (syn. הֶעֱלָה עַל לֵב). Saepe adiuncta notione curae: *denuo prospicere* alicui (i. q. פָּקַד) Gen. 8, 1. 19, 29. 30, 22. e) Sequ. dat. pers. et acc. rei: *meminisse* alicuius rei vel in commodum vel in detrimentum alterius, *jemandem etwas gedenken*, in bonam partem Neh. 5, 19: זָכְרָה לִּי אֱלֹהַי לְטוֹבָה כֹּל אֲשֶׁר *memento, mi Deus, omnium, quae feci,* ut ea aliquando *remuneres.* 6, 14. 13, 22, in malam partem 13, 29. f) Refertur etiam ad res futuras, ut *reputare,* et *respicere, meminisse* in formulis tritissimis *respice finem, memento mori.* Thren. 1, 9: *et non respexit* reputavit *finem.* Jes. 47, 7. Inde *meditari, moliri* aliquid, auf etwas denken. Iob. 40, 32: זְכֹר מִלְחָמָה *denk an den Kampf,* i. e. aggredere, para pugnam.

Niph. 1) *memoria* alic. rei *retinetur* vel *revocatur, recolitur,* quod saepe idem est atque *memoratur.* Iob. 24, 20: עוֹד לֹא יִזָּכֵר *nemo eius meminit amplius,* non memoratur, in oblivionem abit. Jer. 11, 19: שְׁמוֹ לֹא יִזָּכֵר עוֹד *nomen eius porro non memoratur.* Ez. 3, 19. Jes. 23, 16. Zach. 13, 2. Esth. 9, 28: הַיָּמִים הָאֵלֶּה נִזְכָּרִים וְנַעֲשִׂים *horum dierum memoria recoletur et celebrabitur.* נִזְכַּר אֶל יְהוָה Ps. 109, 14 et לִפְנֵי יְיָ Num. 10, 9 memorari apud Deum, ei in memoriam revocari. Sq. לְ servatur memoria rei in alic. detrimentum (cf. Kal litt. e), jemandem gedacht werden. Ez. 18, 22. 33, 16.

2) denom. a זָכָר *masculus natus est* Ex. 34, 19 (arab. ذكر IV. peperit masculum).

Hiph. הִזְכִּיר 1) *in memoriam revocavit* alicui, apud aliquem. Gen. 40, 14: הִזְכַּרְתַּנִי אֶל־פַּרְעֹה *in memoriam me revoca Pharaoni.* 1 Reg. 17, 18. Ez. 21, 28. 29, 16. Jer. 4, 16: הַזְכִּירוּ לַגּוֹיִם *renuntiate gentibus!* In titulis Psalmorum 38. 70: לְהַזְכִּיר *ad* (se Deo) *in memoriam revocandum,* id quod ad argumentum quoque aptum est. — 2) *commemoravit.* (Arab. Conj. IV. commemoravit, laudavit). 1 Sam. 4, 18. Ps. 87, 4. Spec. *cum laude commemoravit, laudavit, celebravit* Ps. 45, 18. 71, 16. 77, 12; v. c. שֵׁם יְהוָה Jes. 26, 13 et בְּשֵׁם Jos. 23, 7. Ps. 20, 8. Am. 6, 10 (coll. קָרָא בְשֵׁם) Jes. 48, 1. 63, 7. — Semel causat. legitur *commemorandum, celebrandum curavit.* Ex. 20, 21. 3) i. q. Kal: *meminit,* i. e. in memoriam *sibi* revocavit Gen. 41, 9. Jes. 19, 17. 49, 1. 4) *sacrificium memoriale* (אַזְכָּרָה dictum) *obtulit, adoluit* Jes. 66, 3. 5) *memoriae prodidit.* Part. מַזְכִּיר subst. 1 Reg. 4, 2. 2 Reg. 18, 18. 37. 2 Par. 34, 8. Jes. 36, 3. 22 *memoriae prodens* i. e. *Cancellarius, historiographus, annalibus regni praefectus,* unus ex Hebraeorum regni ministris, cuius erat, res gestas, imprimis quae prope regem eveniebant, memoriae prodere. Idem munus memoratur in aula regia Persarum et veterum (Herod. 6, 100. 7, 90. 8, 100) et recentiorum (Chardin Voyage T. III, 327), apud quos *Vaka Nuwis*

vocatur, et Romanorum tempore Arcadii et Honorii sub nomine *magistri memoriae*.

Nomm. derivata protinus sequuntur, praeter אַזְכָּרָה, זָכוּר, זְכוּר.

זָכָר m. *mas, masculus,* ut per quem *memoria* parentum propagatur cf. 2 Sam. 18, 18. Dicitur de hominibus Gen. 1, 26. 5, 2. 17, 10 sq. 34, 15 sq., et de animalibus Gen. 7, 3. 9. 16. Exod. 12, 8. Plur. זְכָרִים Esr. 8, 4 sq. Cf. זָכַר Niph. no. 2 et זָכוּר. (Arab. ذَكَرٌ, syr. ܕܟܪܐ id., et illud quidem de masculinis quoque genitalibus).

זֵכֶר et **זֶכֶר** (Ex. 17, 14. Jes. 26, 14. Prov. 10, 7, ubi tamen alii codd. habent Zere, v. J. H. Michaëlis nott. crit.) c. suff. זִכְרִי m. 1) *memoria* (Andenken), arab. ذِكْرٌ. Ex. 17, 14: *Amaleci memoriam exstinguam.* Deut. 25, 19. 32, 26. Ps. 9, 7. 34, 17. 109, 15 cet. 2) *nomen,* quo *memoramus* aliquem, i. q. שֵׁם. Ex. 3, 15: זֶה־שְּׁמִי לְעֹלָם וְזֶה זִכְרִי לְדֹר דֹּר *hoc est nomen meum in sempiternum, sic me nominabitis per omnes aetates.* Ps. 30, 5: הוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ *celebrate nomen eius sanctum.* Hos. 12, 6. 3) *laus, celebratio.* Ps. 6, 6. 102, 13 (ذِكْرٌ laus).

זִכָּרוֹן m. st. cstr. זִכְרוֹן pl. ־ִים et ־וֹת 1) *memoria* Jos. 4, 7. Ex. 12, 14. Eccl. 1, 11. 2, 16. אַבְנֵי זִכָּרוֹן lapides memoriales, appellantur duae gemmae in fibulis humeralibus, quibus summi sacerdotis vestis ornata erat. Ex. 28, 12. 39, 7. מִנְחַת זִכָּרוֹן sacrificium memoriale Num. 5, 15. שׂוּם זִכָּרוֹן memoriam propagare, nimirum liberis procreandis Jes. 57, 8. 2) *memoria, ὑπόμνημα,* i. q. res memoriae prodita (gall. *mémoire*). Ex. 17, 14: כְּתֹב זֹאת זִכָּרוֹן בַּסֵּפֶר *scribe hoc memoriae causa in librum.* סֵפֶר זִכָּרוֹן Mal. 3, 16 et Plur. סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת Esth. 6, 1 liber memoriarum, annales, acta diurna, cf. דִּבְרֵי; *signum memoriale* Ex. 13, 9. 3) *celebratio* diei alicuius (cf. verbum Esth. 9, 28. Ex. 20, 8) Lev. 23, 24. 4) i. q. מָשָׁל *sententia memorialis, ἀπόφθεγμα.* Iob. 13, 12.

זִכְרִי (famosus, celeber, cf. ذِكْرٌ fama) n. pr. complurium virorum Ex. 6, 21. 1 Par. 8, 19. 23. 9, 15. 2 Par. 23, 1. Neh. 11, 9 al.

זְכַרְיָה et **זְכַרְיָהוּ** (cuius Jova meminit) n. pr. (gr. Ζαχαρίας) 1) regis Israelis, filii Jerobeami II, post sex mensium imperium anno a. Chr. 773 a Schallumo interfecti. 2 Reg. 15, 8—11. 2) prophetae post exilium florentis, cuius oracula in canone supersunt. Barachiae filius erat, Iddonis prophetae nepos (cf. בֵּן no. 1) Zach. 1, 1. 7. Esr. 5, 1. 6, 14. 3) filii Barachiae, Jesaiae aequalis, itidem prophetae, ut videtur, Jes. 8, 2, coll. 16. 4) prophetae, filii Jojadae, regnante Joaso in atrio templi interfecti 2 Par. 24, 20 sq. 5) prophetae Usia regnante Hierosolymis degentis 2 Par. 26, 5 cet.

זלג rad. inusit., prob. i. q. arab. زلج (vic. דָּלָה) hausit. Inde מַזְלֵג, מִזְלָגָה furca.

זֻלּוּת f. *terror, tremor.* Ps. 12, 9. Rad. זָלַל.

זַלְזַל tantum in pl. זַלְזַלִּים m. *flagella, palmites*, a motu tremulo ac vacillante. Jes. 18, 5. Rad. זָלַל, vide impr. Niph. Cf. etiam סַלְסִלּוֹת, תַּלְתַּלִּים, סַנְסִנִּים.

זָלַל resp. nostris *schüttern, schütteln, schütten* (vic. דָּלַל et quae ibi contulimus) 1) *concussit, quassavit,* v. Niph. — 2) *effudit, profudit* saccum quasi excutiendo (*ausschütten, ausschütteln*). Part. זוֹלֵל

prodigus Prov. 23, 21. 28, 7. Deut. 21, 20. Prov. 23, 20: זֹלְלֵי בָשָׂר *qui corporis sui prodigi sunt,* voluptuosi, voluptatibus dediti. Cf. זוּל. Profundimus autem et abiicimus nonnisi eas res, quas vilipendimus, hinc 3) intrans. *abiectus, vilis fuit.* Jer. 15, 19. Thren. 1, 11. (Arab. ذَلَّ id., ذُلّ vilitas, abiectio animi. Syr. ܙܠ vilis fuit). Vide Hiph.

Niph. נָזֹל (cf. de hac forma Lgb. §. 103, not. 7) *concussus est, contremuit.* Jes. 64, 2: מִפָּנֶיךָ הָרִים נָזֹלּוּ *ante faciem tuam contremiscunt montes.* Non aliter intelligenda verba Iud. 5, 5: הָרִים נָזְלוּ *contremiscunt montes,* נָזְלוּ enim ibi dictum pro נָזֹלּוּ Lgb. 103, not. 15. Bene LXX ἐσαλεύθησαν (radix זלל enim adeo etymo suo congruit cum σάλος, σαλεύω), idemque exprimunt Chald. et Syr. (Arab. زَلْزَلَ concussit terram, زَلْزَلٌ terrae motus). Vide זַלְזַלִּים.

Hiph. (punctis ad Chaldaismum inflexis) הֵזִיל causat. Kal *no.* 3. *vilipendit.* Thren. 1, 8.

זַלְעָף quadrilitt. inusit. i. q. זָעַף *ferbuit,* littera ל inserta, cf. Lgb. p. 864. Alia pericula etymologica, nominatim ab Eichhornio prolata ad Simonis Lexicon, utpote falsis verborum arabicorum significationibus nixa, diiudicavimus et refutavimus in Ephemerid. litt. Hal. 1820 no. 123. Inde

זַלְעָפָה et **זִלְעָפָה** Plur. ־וֹת (Ps. 11, 6. Thren. 5, 10) *aestus vehemens* spec. venti Ps. 11, 6 (int. ventus السموم vocatus i. e. venenosus), famis Thren. l. c. (Ez. 5, 2 coll. Vers. 12. 16. 17, λιμὸς αἴθοψ Hes. op. 361, ignea fames Quinctilian. declam. 12, arab. نار الجوع ignis famis ap. Haririum), denique irae Ps. 119, 53.

זָלַף rad. inusit. Chald. Pa. stillavit i. q. דָּלַף. Inde

זִלְפָּה (stilla) n. pr. ancillae Leae. Gen. 29, 24. 30, 9.

זִמָּה f. (a זָמַם) 1) *consilium,* idque turpe Prov. 21, 27. 24, 8, rarius honestum Iob. 17, 11 (quo de l., in quo vocabuli etymo alluditur, v. quae observavimus ad rad.). 2) *scelus, sceleste factum.* Ps. 26, 10. 119, 150. Spec. de peccatis ex impudicitia ortis, ut stupro, incestu Lev. 18, 17: זִמָּה הִיא *hoc scelus esset.* Iob. 31, 11. Ez. 16, 27. 22, 9. 11. 3) n. pr. m. 1 Par. 6, 5. 27. 2 Par. 29, 12.

זַמָּה f. i. q. זִמָּה no. 1. Pl. זַמּוֹתִי pro זִמּוֹתַי (cf. Gr. §. 79, adnot. 2) consilia mea Ps. 17, 3. Ita certe secundum accentus: vox enim זַמֹּתִי est Milra. Mutato accentu זַמּוֹתִי est: meditor, et melius fluit oratio, si vertis: (quod) *meditor, non transit os meum.*

זְמוֹרָה f. plur. ־ים (Nah. 2, 3) 1) *palmes, flagellum,* a putando dictum (v. rad. זָמַר). Num. 13, 23. Jes. 17, 10. 2) generatim *surculus, sarmentum.* Ez. 15, 2. 8, 17: *et en sarmentum naribus suis applicant;* quibus verbis respicitur mos Persarum, qui solem orientem adorantes virgarum fasciculum *Barsom* dictum sinistra manu tenebant, v. Strabo XV p. 733 Casaub.: τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες. Cf. Hyde de rel. vett. Persarum p. 350. Zendavesta ed. Anquetil du Perron II, 532.

זַמְזֵם quadril. inusit. i. q. arab. زَمْزَمَ onomatop. *summen,* murmuravit, fremuit, unde زَمْزَمَةٌ multitudo fremens. Inde

זַמְזֻמִּים m. pl. (populi strepentes) n. pr. gigantum populi Ammonitarum fines antiquitus habitantis, iam

ante Mosen extincti Deut. 2, 20. Cf. זוּזִים.

זָמִיר m. Cant. 2, 12 *tempus, quo vites putantur* (ad formam בָּצִיר, חָרִישׁ Lgb. §. 120, no. 5) a זָמַר. Bene LXX καιρὸς τῆς τομῆς. Symm. κ. τῆς κλαδεύσεως. Vulg. tempus putationis. Al. *tempus avium cantus,* repugnante tamen et usu verbi זָמַר et analogia nominum formae קָטִיל.

זָמִיר (Jes. 25, 5) pl. זְמִירוֹת *cantus.* Ps. 119, 54. 2 Sam. 23, 1. Spec. *hymnus, paean.* Jes. 24, 16. Iob. 35, 10: *qui hymnos* (i. e. gaudium, laetitiam) *dat noctu* (in infortunio); *cantus triumphalis* Jes. 25, 5. Rad. זָמַר, impr. Pi.

זְמִירָה (cantus) n. pr. m. 1 Par. 7, 8.

חָדִיד (acutus) n. pr. oppidi Benjaminitarum, in monte siti. Esr. 2, 33. Neh. 7, 37. 11, 34, *Ἀδιδά* 1 Macc. 12, 38, cf. Jos. antt. 13, 6 §. 5.

חֲדִין chald. plur. *pectus, pectora,* hebr. חָזֶה Dan. 2, 32. (In Targg. exstat sing. חֲדִי).

חָדַל et **חָדֵל** fut. יֶחְדַּל 1) *cessavit, desiit.* (Arab. خذل id. et deseruit, dereliquit, v. Scheidius ad Cant. Hiskiae p. 53. Schultens ad Iob. p. 72. Origo est in flaccescendo, quod refertur ad remissionem operis. Pertinet enim ad radicum familiam s. v. דָּלַל laudatarum, quae penduli flaccidique potestatem habent).

Constr. a) sq. gerundio Gen. 11, 8: וַיַּחְדְּלוּ לִבְנֹת הָעִיר *et desinebant urbem exstruere.* 41, 49. 1 Sam. 12, 23. Prov. 19, 27, poët. etiam c. inf. Jes. 1, 16: חִדְלוּ הָרֵעַ *desinite male agere,* et c. nomine verbali Iob. 3, 17: חָדְלוּ רֹגֶז *desinunt tumultuari.* b) absol. *cessavit* (a labore), *otiatus est.* 1 Sam. 2, 5: רְעֵבִים חָדֵלּוּ *esurientes otiantur;* it. *quievit* Iob. 14, 6. Iud. 5, 6: *feriabantur viae,* hominibus vacuae erant. c) absol. i. q. *esse desiit, defecit.* Ex. 9, 34: *cessabat pluvia et grando.* Comm. 29. 33. Jes. 24, 8, it. *defecit.* Deut. 15, 11: *non deficient pauperes.* Iob. 14, 7.

2) *destitit* ab aliqua re, sq. מִן ante inf. 1 Reg. 15, 31, inde *cavit sibi ab ea* Ex. 23, 5, *eam missam fecit* 1 Sam. 9, 5. Prov. 23, 4, c. acc. Iud. 9, 9 sq., etiam c. acc. pers. *misit, dimisit* aliquem Exod. 14, 12. Iob. 7, 16. 10, 20, et sq. מִן Jes. 2, 22: חִדְלוּ לָכֶם מִן הָאָדָם *mittite homines,* mittite vanam fiduciam in hominibus repositam. 2 Paralip. 35, 21: חֲדַל לְךָ מֵאֱלֹהִים *desiste a Deo* i. e. noli amplius ei adversari.

3) *omisit* aliquid facere, *non fecit, etwas lassen, unterlassen.* 1 Reg. 22, 6. 15: הֲנֵלֵךְ ... אִם נֶחְדָּל *num eamus . . . an non eamus?* gehen wir — oder lassen wir es? Ez. 2, 5. Jer. 40, 4. Iob. 16, 6. Zach. 11, 12. Sq. gerundio Num. 9, 13. Deut. 23, 23. Ps. 36, 4.

חָדֵל m. adj. verb. 1) *cessans aliquid esse* Ps. 39, 5. 2) *omittens aliquid facere* Ez. 3, 27. 3) intrans. *destitutus* (cf. arab. مخذول

id.). Jes. 53, 3: חֲדַל אִישִׁים *destitutus ab hominibus*, cf. Iob. 19, 14.

חֶדֶל m. *orcus*, propr. locus quietis, otii. Jes. 38, 11. V. rad. no. 1, b, cf. דוּמָיָה.

חַדְלַי (ferians, otians) n. pr. m. 2 Chr. 28, 12.

חָדַק rad. inusit. i. q. خدق pupugit, cui cognatae sunt حذق acidus fuit v. c. de aceto, et حدق acute vidit. Inde

חֵדֶק Mich. 7, 4 et **חֵדֶק** Prov. 15, 19 *spinae* genus. Arab. حَدَق melongena spinosa, v. Abulfadli ap. Celsium in Hierob. II, p. 40 sq.

חִדֶּקֶל n. pr. Tigridis fluvii. Gen. 2, 14. Dan. 10, 4. Aramaeis vocatur דִּגְלַת, ܕܶܩܠܰܬ, arab. دِجْلَة, دَجْلَة, zend. *Tedscherem*, pehlev. *Tedschera*, unde et graecum Tigridis nomen et formae illae Aram. et Arab. sunt exortae. In lingua hebr. ח praepositum est, ut in voc. חַשְׁמַנִּים aliisque.

חָדַר i. q. syr. ܚܕܰܪ *circumdedit, cinxit, obvallavit*, et in malam partem: *obsedit*. (Eiusdem familiae est haec radix atque חָצַר et גָּדַר q. v. Secundarium est arab. خِدْر aulaeum et خَدَر pone aulaeum latuit, it. aethiop. ኀደረ: habitavit). Ex hoc significatu nunc explico Ez. 21, 19: חֶרֶב הַחֹדֶרֶת לָהֶם *gladius, qui eos obsidet* (undique), iis circumquaque insidiatur. Abulwalides eandem insidiandi potestatem a sedendo et latitando (v. arab. et aethiop.) ductam suspicabatur. Vett. intpp. reddunt: *gladius terrens eos*, qs. idem sit quod חֲרֵדָה. Inde

חֶדֶר st. cstr. חֲדַר c. suff. חֶדְרוֹ plur. חֲדָרִים constr. חַדְרֵי m. 1) *conclave*, maxime *interius*, tum tentorii tum aedium Gen. 43, 30. Iud. 16, 9. 12; inde cubiculum 2 Sam. 4, 7. 13, 10, gynaeceum Cant. 1, 4. 3, 4, thalamus Iud. 15, 1. Joël 2, 16, cella promtuaria Prov. 24, 4. (Arab. خِدْر cortina, quibus conclave interius obvelatur, dein conclave, adytum, cf. יְרִיעָה velum tentorii et syr. ܡܰܚܕܪܳܐ tentorium. 2) Metaph. חַדְרֵי־תֵמָן Iob. 9, 9 penetralia austri, plagae australes remotissimae, cf. יַרְכְּתֵי צָפוֹן. חַדְרֵי־בֶטֶן penetralia pectoris Prov. 18, 8. 26, 22. חַדְרֵי מָוֶת penetralia mortis i. e. orci. Prov. 7, 27.

חַדְרָךְ (habitatio, a חֶדֶר et ךְ formativo, ut in גִּנְזָךְ) n. pr. urbis et regionis cognominis ad orientem Damasci sitae, semel legitur Zach. 9, 1. Certa eius vestigia desunt: nam de fide R. Jose Damasceni et Josephi Abassi subdubitare licebit, v. Io. D. Michaëlis Suppl. p. 676. Caeterum v. van Alphen de terra Hadrach et Damasco Traj. 1723. 8., et in Ugolini thes. T. VII no. 20.

חָדַשׁ in Kal inusit. *novus fuit*. (Arab. حدث novus, recens fuit. IV. recens protulit, sed Conj. III. IV etiam *polivit* ensem. Atque in secando, caedendo, poliendo primariam eius potestatem esse, non male observarunt Etymologi, v. dissertt. Lugd. p. 936. Eiusdem enim familiae est atque חָדַד, חָדַק, et novitatis significatus ab ense acuto, polito, splendido proficisci videtur, cf. 2 Sam. 21, 16. Aram. חֲדַת).

Pi. renovavit 1 Sam. 11, 14. Iob. 10, 17. Ps. 51, 12, impr. aedificia, oppida *instauravit*. Jes. 61, 4. 2 Chr. 15, 8. 24, 4.

Hithp. renovavit se Ps. 103, 5. Inde

חָדָשׁ f. חֲדָשָׁה adj. *novus*, v. c. de plaustro, tribulo 1 Sam. 6, 7. Jes.

41, 25, de domo Deut. 20, 5. 22, 8, de uxore Deut. 24, 5, rege Ex. 1, 5, carmine Ps. 33, 3. 40, 4, nomine Jes. 62, 2. Saepe est *recens, hornus*, de frumento (opp. יָשָׁן) Lev. 26, 10, *inauditus* Eccl. 1, 9. 10. *Dei novi* i. e. antea non culti Deut. 32, 17. חֲדָשָׁה novi quid Jes. 43, 19 plur. Jes. 42, 9. De חֲגוּר חֲדָשָׁה 2 Sam. 21, 16 v. חָגַר.

חֹדֶשׁ m. 1) *novilunium, novilunii dies*, qui veteribus Hebraeis festus erat, mensis lunaris Calendae Num. 29, 6. 1 Sam. 20, 5. 18, 24. Ex. 19, 1: בַּחֹדֶשׁ הַשְּׁלִישִׁי *tertiis Calendis* i. e. calendis mensis tertii. Hos. 5, 7: עַתָּה יֹאכְלֵם חֹדֶשׁ *iam novilunium eos absumet*, i. e. novilunii tempore absumti erunt. 2) *mensis*, isque lunaris, a novilunio incipiens. Gen. 8, 5. Ex. 13, 15 cet. חֹדֶשׁ יָמִים per mensis spatium (v. יָמִים). Gen. 29, 14. Num. 11, 20. 21. 3) n. pr. f. 1 Chr. 8, 9.

חָדְשִׁי n. metronym. antecedentis no. 3. 2 Sam. 24, 6.

חֲדַת chald. *novus fuit*, i. q. חָדַשׁ. Inde

חֲדַת chald. adj. *novus*. Esr. 6, 4. Syr. ܚܕܬܐ.

חָוָא v. חֲוָה.

חוּב *reum esse* vel *fieri*, ut syr. ܚܳܒ, arab. حَابَ de debito (Ez. 18, 7) et delicto.

Pi. חִיֵּב *reum fecit* aliquem Dan. 1, 10. Inde

חוֹב m. *debitum*. Ez. 18, 7.

חוֹבָה (latens, latibulum) n. pr. oppidi a septentrione Damasci, semel Gen. 14, 15, cf. Χωβά Judith 4, 4. 15, 4. Cum Cocabis, Ebionitarum sede, hoc oppidum confudit Eusebius in Onomast., v. notam nostram ad Burckhardti itin. II, p. 1054.

חוּג *circulum describere, circinare* Iob. 26, 10. (Syr. ܚܳܓ circuivit, ܚܽܘܓܳܐ circulus. Vicinae radd. sunt et חָגַג et עוּג). Inde מְחוּגָה et

חוּג m. *orbis, sphaera*, de hemisphaerio coeli Prov. 8, 27. Iob. 22, 14, de orbe terrarum Jes. 40, 22.

חוּד 1) pr. i. q. arab. حَاذَ med. Je, declinavit, divertit II. nodos fecit, unde duci potest hebr. חִידָה aenigma, parabola, quo adiecto 2) *aenigma proponere* Iud. 14, 12 sq., *parabolam proponere* Ez. 17, 2. Cf. מְלִיצָה et לוּץ et gr. ἐμπλέκειν αἰνίγματα Aesch. Prometh. vinct. 610. (Sic vulgo, neque male. Videndum tamen, possitne חידה dictum esse pro חֲדָה et *acute dictum* notare, חוד enim potest denominativum esse ab illo ductum). Inde אֲחִידָה, חִידָה.

חָוָה rad. in Kal inusit. 1) pr. *spiravit* (v. de hac potestate in syllaba הב, אב, או sub radd. אָהַב, הָבַל, אָוָה), cf. Pi. Inde 2) *vixit* i. q. חָיָה, cf. nomen חַוָּה.

Pi. חִוָּה pr. efflavit, inde *nuntiavit, indicavit*, vc. poët. pro pedestri הִגִּיד (chald. et syr. חַוִּי, ܚܰܘܺܝ, arab. transp. وحى, ut צִוָּה arab. وصى). Iob. 32, 10. 17. Constr. sq. dat. pers. Ps. 19, 3, saepius accus. 32, 6, c. Suff. 15, 17. 36, 2. Inde deriv. אַחְוָה.

חֲוָה chald. in Kal inusit.

Pa. חַוִּא i. q. hebr. חִוָּה *indicavit* Dan. 2, 11, sq. לְ pers. Dan. 2, 24, c. Suff. 5, 7.

Aph. inf. הַחֲוָיָה, fut. יְהַחֲוֵה *id.*, sq. לְ Dan. 2, 16. 24. 27, accus. 2, 6. 9.

Deriv. אַחֲוָיָה.

חַוָּה i. q. חַיָּה (a rad. חָוָה = חָיָה, cf. הָוָה et הָיָה) f. 1) *vita*. Inde n. pr. primae mulieris, utpote matris omnium viventium (אֵם כָּל־חָי)

Gen. 3, 20. 4, 1. LXX. *Εὔα* (cf. חִוִּי, *Εὐαῖος*) Vulg. *Heva*. 2) i. q. חַיָּה no. 2, arab. حَىّ familia, tribus spec. Nomadum, inde *pagus Nomadum*, *vicus* (ut versa vice אֹהֶל, أَهْل pr. tentorium, dein familia, homines) Num. 32, 41. Deut. 3, 14. Jos. 13, 30. Iud. 10, 4. 1 Reg. 4, 13. Vulgo aliud etymon arcessunt ab arab. حوى collegit, congregavit V. in gyrum se convolvit, quo tamen non opus est.

חוך rad. inusit., unde מָחוֹז q. v.

חוֹזַי (vates) n. pr. m. 1 Chr. 33, 19.

חוֹחַ m. 1) *spina, dumus* Iob. 31, 40. Prov. 26, 9. 2 Reg. 14, 9. Plur. חוֹחִים Cant. 2, 2 et c. Waw mobili חֲוָחִים 1 Sam. 13, 6 *dumeta*. 2) i. q. חָח *hamus*, annulus, quo per nares transmisso pisces maiores iam capti iterum in aquam immittebantur. Iob. 40, 26 (21). 3) eiusdem generis instrumentum, quo captivis vinciendis utebantur 2 Chr. 33, 11, cf. Am. 4, 2. (In linguis cognatis est خَوْخ, ܚܘܚܐ prunus spinosa, et hebr. cogn. חח et חָחִי. Verbum idoneae potestatis non reperitur et nomen ipsum primitivum esse videtur, et tale quidem, quod modo analogiam verborum ע״ו, modo ע״ע et ל״ה sequatur, cf. אָח frater, v. Lgb. p. 602).

חוט chald. *suere*, *consuere*. Syr. ܚܳܛ, arab. خاط med. Je id.

Aph. *resarcivit* murum Esr. 4, 12, cf. רְפָא. Inde

חוּט m. 1) *filum* Iud. 16, 12. Eccl. 4, 12. Cant. 4, 3. Proverbialiter dictum est Gen. 14, 23: מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ נַעַל *neque filum neque corrigiam calcei*, i. e. ne minimum et vilissimum quidem. Convenit lat. *neque hilum* (Lucr. 3, 784. Enn. ap. Varr. L. L. 4, 22) pro neque filum, unde *nihil*. Simili proverbio Arabes dicunt لا فتيلا, v. Hamasa Schultens. p. 404. 2) *funiculus* Jos. 2, 18.

חִוִּי (fort. paganus, a חַוָּה = חַיָּה no. 2) Nom. gent. *Hevita* plerumque collect. Hevitae (LXX. *Εὐαῖος*), populus Cananiticus, ad radices Hermonis et Antilibani (Jos. 11, 3. Iud. 3, 3), sed etiam alibi passim, ut Gibeone, habitantis (Gen. 34, 2. 2 Sam. 24, 7. 1 Reg. 9, 20. Jos. 11, 19).

חֲוִילָה *Chavila*, n. pr. 1) tractus Arabum Joctanidarum (Gen. 10, 29), in finibus orientalibus Ismaëlitarum (Gen. 25, 18) et Amalecitarum (1 Sam. 15, 7). Intelligo *Χαυλοταίους* Strabonis (XVI, p. 728 Casaub.) ad sinum Persicum habitantes, in cuius littore Niebuhrius (Arabiae p. 342) Chawîlae oppidum regionemve (حويلة) recenset. 2) regionis Cuschitarum (Gen. 10, 7. 1 Chr. 1, 9) in Aethiopia quaerendae. Mihi nunc intelligendae videntur *Avalitae* ad Avalitem sinum (hodie *Zeila*) habitantes, a meridie freti Bab el Mandeb dicti (Plin. 6, 28. Ptolem. 4, 7), eademque videtur iam Saadiae sententia fuisse, qui ter in Genesi pro חוילה posuit زويلة = زيلة Zeila.

3) Prior illa *Chawîla* (no. 1) viam, ni fallor, monstrabit ad inveniendam *terram Chawîlae* (אֶרֶץ הַחֲוִילָה) Gen. 2, 11, *auro*, margaritis (vulgo: bdellio) et gemmis feracem, Pischone (Indo?) circumfluam, quandoquidem Chawîla etiam Gen. 10, 29 terris auriferis iungitur et, utpote ad mare persicum sita, Indiae vicina est. Etenim intelligenda videtur *India* eaque ex usu veterum, quatenus haec *Arabiam* etiam complectitur. Vide Assemani bibl. orient. T. III. P. II. p. 568—70. Male nonnulli *Chwalam* intelligunt ad mare Caspium,

quod Russis dicatur Chwalinskoje More.

חוּל et **חִיל** fut. יָחוּל et יָחִיל, apoc. וַיָּחֶל (Ps. 97, 4), וַיָּחֶל (1 Sam. 31, 3), וַתָּחֵל (Jer. 51, 29), imp. חוּלִי Mich. 4, 10 et חִילוּ Ps. 96, 9 pr. *torquere, vertere, circumagere,* et intrans. *torqueri, verti, circumagi.* (Arab. حَالَ med. Waw conversa, mutata est res, حَوْلٌ circum, حَوْلٌ annus, حُوَّلٌ versutus. Vicina sunt آلَ rediit, convertit se, عَالَ declinavit, et in lingua hebraea אוּל, gr. εἰλέω, εἰλύω, ἴλλω: Waw quasi corroborato in Beth inde ortum חָבַל no. I). Inde

1) *saltare* in orbem. Iud. 21, 21. Cf. Pil. no. 1 et et nomen מָחוֹל.

2) *torqueri, contorqueri* in aliquid (geschwungen, geschleudert werden), pr. de gladio Hos. 11, 6, de turbine sq. עַל Jer. 23, 19. 30, 23, improprie 2 Sam. 3, 29: יָחֻלוּ עַל רֹאשׁ יוֹאָב וגו׳ *irruat* (caedes Abneri) *in caput Joabi* cet. Thren. 4, 6: לֹא חָלוּ בָהּ יָדַיִם *ei non immissae sunt manus* (humanae). Saepius ita in Targg., v. Buxtorf. p. 719. (Arab. حَالَ insilivit in equum, sich aufs Pferd schwingen. IV. irruit in aliquem flagello sq. على et ب).

3) *torqueri* doloribus, *dolere* (cf. חָבַל no. I), maxime de parturientibus Jes. 13, 8. 23, 4. 26, 18. 66, 7. 8. Mich. 4, 10. Metaph. sq. לְ dolere propter aliq. rem Mich. 1, 12, inde

4) *parere* Jes. 54, 1.

5) *tremere,* quod ductum videtur ab exsultatione et palpitatione cordis (cf. גִּיל no. 2). Deut. 2, 25. Joel 2, 6, sq. מִן pers., quae tremorem incutit 1 Sam. 31, 3. 1 Par. 10, 3.

6) *robustus, firmus* fuit. Verba enim ligandi, torquendi referuntur ad robur, v. בָּרַם, חָזַק, קָשַׁר. (Arab. حال med. Waw. id. Aram. Pa. חַיֵּל firmavit. Aeth. ሐየለ: unde חַיִל robur). Ps. 10, 5: יָחִילוּ דְרָכָו *firmae sunt eius viae* i. e. prospere succedunt res eius. Iob. 20, 21: לֹא יָחִיל טוּבוֹ *non duratura est felicitas eius.*

7) *mansit, praestolatus est* i. q. יָחַל. Gen. 8, 10. Iud. 3, 25.

Hiph. causat. Kal no. 5. Ps. 29, 8. *Hoph.* fut. יוּחַל pass. Kal no. 4 *nasci.* Jes. 66, 8.

Pil. חוֹלֵל 1) i. q. Kal no. 1 *in orbem saltavit* Iud. 21, 23. 2) i. q. Kal no. 4 *peperit* Iob. 39, 1 (4), et de inanimatis *creavit, finxit* Deut. 32, 18. Ps. 90, 2, causat. Ps. 29, 9. 3) i. q. Kal no. 5 *tremuit* Iob. 26, 5. 4) i. q. Kal no. 7 *exspectavit,* Iob. 35, 14.

Pul. חוֹלַל *natus est* Iob. 15, 7. Prov. 8, 24. 25. Ps. 51, 7.

Hithp. הִתְחוֹלֵל 1) *torqueri, contorqueri* i. e. irruere i. q. Kal no. 2. Jer. 23, 19. 2) *torqueri* doloribus Iob. 15, 20. 3) *praestolari* i. q. Kal no. 7 et Pil. no. 4. Ps. 37, 7.

Hithpalp. הִתְחַלְחֵל doloribus affectus est. Esth. 4, 4.

Derivv. חִיל, חַיִל, חֵל, חִלּוֹן, מָחוֹל, חַלְחָלָה, חֹלוֹן, חִילָה, חִיל, מְחוֹלָה.

חוֹל m. *arena* (syr. ܚܠܐ) vel a volvendo et rotando dicta (q. d. Gerölle), vel utpote a vento circumacta Ex. 2, 12. Deut. 33, 19. Jer. 5, 22. *Arena maris* (חוֹל הַיָּם, poët. חוֹל יַמִּים) saepissime est imago copiae Gen. 32, 13. 41, 49, et gravitatis Iob. 6, 3. Prov. 27, 3. — Iob. 29, 18 intpp. Hebraei *phoenicem* avem intelligunt, ex altero membro coniecturam facientes, adeoque codd. Babyl. legunt חוּל: sed non est, quod a vulgari significatu recedamus.

חוּל (orbis) n. pr. regionis Aramaeae Gen. 10, 23. Rosenm. (antt. bibl. II, 309) intelligit tractum Hhûle (ارض الحولة), Jordanis fontibus vicinum.

חוּם rad. inusit. *nigrum esse* pr. adustum esse, conf. cogn. חָמַם, arab. حَمَّ niger fuit. Inde

חוּם adj. *niger* Gen. 30, 32 sqq.

חוֹמָה f. *murus* a rad. חָמָה circumdedit, q. v. Ex. 14, 22. 29. Deut. 3, 5. 28, 52. Plerumque est *murus urbis* Jes. 22, 10. 36, 11. 12. Neh. 3, 8. 33 cet., raro aliarum aedium Thren. 2, 7. Metaph. de puella casta et accessu difficili Cant. 8, 9. 10.

Plur. חוֹמוֹת *moenia* Jes. 26, 1. Ps. 51, 20, c. plur. verbi Jer. 39, 8, neque aliter accipiendum Jer. 1, 18: *ego hodie te facio urbem munitam .... et moenia aenea*, quanquam in eadem formula 15, 20 singularis legitur. A Plur. formatus est Dual. חֹמֹתַיִם *moenia duplicia*, moenium duplex series, qua Hierosolyma ab australi parte cincta erant, inde בֵּין הַחֹמֹתַיִם inter duo moenia (Hierosolymorum) 2 Reg. 25, 4. Jes. 22, 11. Jer. 39, 4. Cf. de eiusmodi formis Lgb. §. 125, 6, et ad topographiam urbis comment. nostr. ad Jes. 22, 9.

חוּס fut. יָחוּס, יָחֹס, 1 pers. אָחוּס 1) *misereri* alicuius, sq. עַל Ps. 72, 13, *dolere* aliquam rem Ion. 4, 10: אַתָּה חַסְתָּ עַל־הַקִּיקָיוֹן *doles ricinum* amissum (cf. Gen. 45, 20). Hinc 2) *pepercit* sq. עַל Neh. 13, 22. Jer. 13, 14. Ez. 24, 14. Joël. 2, 17. (Aram. ܚܳܣ sq. ܥܰܠ id.).

Caeterum in hac radice struenda observandum, misericordiam et indulgentiam saepius etiam quam ipsis hominibus *oculis* tribui (ut alibi *remissio* et *robur* manibus, cf. רָפָה, חָזַק, contabescentia itidem oculis, v. כָּלָה), unde recte colligas, primariam significationem esse in *vultu clemente, indulgente*, ut nostr. nachsehn, Nachsicht, durch die Finger sehn. Sic dicunt Deut. 7, 16: לֹא־תָחוֹס עֵינְךָ עֲלֵיהֶם *ne parcas iis* pr. ne misereatur oculus tuus eorum, vel: ne cum misericordiae sensu eos aspicias. 13, 9. 19, 13. 21. 25, 12. Jes. 13, 18. Ez. 5, 11. 7, 4. 9. Gen. 45, 20: עֵינְכֶם אַל־תָּחֹס עַל כְּלֵיכֶם *ne doleatis supellectilem* relinquendam. Semel ellipt. 1 Sam. 24, 11: וַתָּחָס עָלֶיךָ *et* (oculus meus) *tibi pepercit.* Similiter Arabes oculo misericordiam tribuunt (vit. Tim. T. I, p. 542, l. 14).

חוֹף, חֹף m. *littus*, quippe quod a mari abluitur, a rad. חָפַף no. II defricuit, detersit, abluit, unde arab. حَافَة, حِفَفٌ ora et littus maris. Eandemque originem habent سَاحِل et ܣܳܚܠܳܐ littus maris. Gen. 49, 13. Deut. 1, 7. Jos. 9, 1.

חוּפָם (fort. littoris incola, a חוֹף) n. pr. m. filii Benjamini Num. 26, 39, pro quo חֻפִּים scribitur Gen. 46, 21, unde patron. חוּפָמִי Num. l. c.

חוּץ rad. inusit. Syr. ܚܳܨ Pa. ܚܰܝܶܨ *inclusit, circumdedit*, cf. حاط, ܚܰܝܛ circumdedit. Inde חַיִץ paries, murus et

חוּץ m. pr. paries, murus, deinde spec. *latus exterius* (aedium), unde saepe opponuntur מִבַּיִת וּמִחוּץ a latere interiore et exteriore, pr. a latere aedium et parietis Gen. 6, 14. Ex. 25, 11. Inde est 1) subst. *quicquid foris est*, a) extra domum, *platea* Jer. 37, 21. Iob. 18, 17, pl. חוּצוֹת Iob. 5, 10. Jes. 5, 25. 10, 6. b) extra urbem, *campi, pascua, deserta* Iob. 5, 10 (aram. בַּר), unde sibi opponuntur אֶרֶץ וְחוּצוֹת Prov. 8, 26 (culta) terra et regiones desertae, cf. Marc. 1, 45.

2) adv. *foris* Deut. 23, 14 v. c. מוֹלֶדֶת־חוּץ extra domum nata Lev. 18, 9, et *foras* Deut. 23, 13. Sic etiam c. ה parag. חוּצָה *foris* 1 Reg. 6, 6, *foras* Ex. 12, 46 c. art. הַחוּץ foras Iud. 19, 25. Neh. 13, 8 (pr. in plateam) et הַחוּצָה Gen. 15, 5. C. praepositt. a) בַּחוּץ *foris* (in platea) Gen. 9, 22. b) לַחוּץ poët. id. Ps. 41, 7 et לַחוּצָה 2 Chr. 32, 5. c) מִחוּץ *extrinsecus*, oppos. מִבַּיִת Gen. 6, 14. מֵהַחוּץ id. Ez. 41, 25. d) מִחוּץ לְ *extra* (de statu quietis) v. c. מִחוּץ לָעִיר extra urbem Gen. 19, 16. 24, 11. מִחוּצָה לְ Ez. 40, 40. 44. e) אֶל־מִחוּץ לְ *extra* (post verba motus) Num. 5, 3. 4: אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה *extra castra* Deut. 23, 11. Lev. 4, 12. Metaph. f) חוּץ מִן *praeter* Eccles. 2, 25. (Ita chald. בַּר מִן, syr. sam. et zab. ܠܒܪ ܡܢ). Inde חִיצוֹן.

חוק (ו vel י) i. q. חֵיק *sinus* Ps. 74, 11 Chethibh.

חָוַר fut. יֶחֱוַר *candidus fuit*, inde *palluit* (facies). Jes. 29, 22. (Aram. ܚܘܪ, חֲוַר id., arab. cum Waw quiescente حَارَ dealbata est vestis). Inde חוּר, חוֹר no. I, et חֹרִי, חִוָּר.

חוּר rad. inusit., quam *cavandi, forandi* vim habuisse, monstrant derivata חוֹר, חוּר no. II. foramen, caverna, et nomm. propr. חֹרִי, חַוְרָן, cf. nonnulla derivata rad. خَارَ, ut خَوْرَانٌ, خَوْرٌ fluminis os, sinus maris. Vicinae sunt radd. כּוּר et غَارَ, unde מְעוּרָה, مَغَارَةٌ, غَارٌ caverna.

I. **חוּר** et **חֻר** m. *linum candidum ac tenue* a rad. חָוַר. LXX. βύσσος. Esth. 1, 6. 8, 15.

II. **חוּר** m. 1) i. q. חוֹר n. II *foramen*, ut viperae Jes. 11, 8, de carcere subterraneo et pessimo (nostr. Loch) Jes. 42, 22. Rad. חוּר no. II. 2) n. pr. complurium virorum a) regis Midianitarum Num. 31, 8. Jos. 13, 21. b) mariti Mirjamae, sororis Mosis Exod. 17, 10. 24, 14. c) 1 Chr. 2, 19. 50. 4, 1. 4, cf. 2, 20. Ex. 31, 2. d) Neh. 3, 9. e) 1 Reg. 4, 8.

I. **חוֹר** i. q. חוּר no. I *linteum album*. Plur. חֹרִי (poët. pro חֹרִים) panni lintei l. byssini Jes. 19, 9. Affine est arab. حَرِيرٌ sericum album, aethiop. ሐሪር፡ bombycinum autore Ludolfo in Lex. aeth. p. 36. Rad. חָוַר.

II. **חוֹר** m. 1) *foramen* 2 Reg. 12, 10, de fenestra Cant. 5, 4, de cavo oculi Zach. 14, 12. 2) *caverna* Iob. 30, 6. 1 Sam. 14, 11, de lustro ferarum Nah. 2, 13. Rad. חוּר.

חוֹרִים *ingenui*, nobiles, v. חֹר.

חִוָּר m. chald. *albus* Dan. 7, 9, a rad. חִוַּר.

חוֹרִי v. חֹרִי.

חוּרִי (fort. lintearius, a חוּר no. I, ut arab. حريري Hariri) n. pr. m. 1 Chr. 5, 14.

חוּרַי (id. chald.) v. חֻרַי.

חוּרָם (fort. nobilis, ingenuus, a חֹר c. terminatione ָם) *Huram*, n. pr. 1) regis Tyrii, tempore Salomonis 2 Chr. 2, 2, alibi חִירָם 2 Sam. 5, 11. 1 Reg. 5, 15. 2) artificis Tyrii 2 Chr. 4, 11, alibi חִירוֹם 1 Reg. 7, 40, חִירָם 2 Chr. l. c. Chethibh, חוּרָם אָבִי 2 Chr. 2, 12, et חוּרָם אָבִיו 4, 16 (ubi una vel altera lectio depravata). 3) 1 Chr. 8, 5.

חַוְרָן n. pr. regionis ultra Jordanem, ab oriente Gaulanitidis (גּוֹלָן) et Batanaeae, ab occidente Trachonitidis (hodie Ledscha) sitae, a Jabboco usque ad agrum Damascenum patentis Ez. 47, 16. 18, gr. *Αὐρανῖτις*, *Ὠρανῖτις*, arab. حَوْرَانُ,

haud dubie a multitudine *caverna-rum* (חוֹר) dictae, quae hodieque ab huius regionis incolis habitantur. V. uberiorem eius regionis descriptionem in Burckhardti Itiner. Syr. et Pal. p. 111 sqq. 393 sqq. 446 ed. germ.

חוּשׁ 1) *festinare.* (Arab. حاش med. Je trepide fugit. Est haec rad. ex onomatopoëticis et qs. sonum celerrimi cursus imitatur, ut germ. *huschen,* transit. *haschen,* it. *hasten, Hast, hetzen.* Vicina sunt arab. هَشَّ movit, agitavit, excitavit ad alacritatem, hissen, hetzen; هَزَّ id., هَزَعَ agitavit, intrans. celer fuit, خشي timuit, hebr. חָסָה fugit, confugit, עוּשׁ, עוּז, عاذ q. v.). Constr. a) absol. 1 Sam. 20, 38 etiam pro cito advenit, adproperat Deut. 32, 35. b) sq. gerundio: festinare ad aliquid faciendum Ps. 119, 60. Hab. 1, 8, it. dativo nominis, Ps. 22, 20: לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *festina ad auxilium mihi ferendum.* 38, 23. 40, 14. 70, 2. 71, 12, et eadem sententia c. dat. pers. Ps. 70, 6: אֱלֹהִים חוּשָׁה לִּי *Deus, succurre mihi cito.* 141, 1. Part. pass. (potestate activa) *festinus.* Num. 32, 17.

2) Transfertur ad vehementiorem motum internum. Iob. 20, 2: בַּעֲבוּר חוּשִׁי בִי *propter impetum* s. *fervorem meum in me* i. e. quo agor, et inde

3) ad animi passiones, voluptates et libidines. Eccles. 2, 25: מִי יֹאכַל וּמִי יָחוּשׁ *quis epulatus est, quis genio indulsit?* s. vitae voluptatibus fructus est. (In Mischna non raro usurpatur de sensibus gaudii et doloris. Syr. ܚܳܫ et ܚܰܫ est: sensit, persensit, ܚܰܫܳܐ animi passio, ܚܘܼܫܳܠܳܐ libido, arab. حسّ itidem: sensit, unde حسّ et vic. حاسّة, aethiop. ሐዋስ፡ sensus).

Hi. 1) *acceleravit.* Jes. 5, 19. 60, 22. 2) i. q. Kal *festinavit* Ps. 55, 9. Iud. 20, 37. 3) celeriter *fugit.* Ies. 28, 16.

Derivv. חִישׁ et quae sequuntur nomm. pr.

חוּשָׁה (festinatio) n. pr. v. שׁוּחָה, patron. חֻשָׁתִי 2 Sam. 21, 18. 1 Chr. 11, 29. 20, 4.

חוּשַׁי (festinans) n. pr. *Husai,* Davidis amicus, et in bello contra Absalomum gesto socius 2 Sam. 15. 16.

חוּשִׁים (festinantes) n. pr. m. 1) Dani filius, v. שׁוּחָם. 2) 1 Chr. 7, 12. 3) 1 Chr. 8, 8. 11.

חוּת radix spuria a nonnullis propter formam יְחִיתַן Hab. 2, 17 accepta. Sed haec est pro יְחִתַּן a חָתַת.

חוֹתָם m. 1) *sigillum, annulus signatorius* (a rad. חָתַם) Ex. 28, 11. 21. Iob. 38, 14. 41, 7. Jer. 22, 24 cet. Solebant nonnunquam Hebraei, ut hodieque Persae, annulum signatorium e funiculo suspensum in pectore gestare (Gen. 38, 18), cui mori alluditur Cant. 8, 6. (Arab. خَاتَم et خَاتِم). 2) n. pr. m. a) 1 Chr. 7, 32. b) 11, 44.

חֲזָאֵל n. pr. (qui Deum videt) *Hasaël,* rex Syriae 1 Reg. 19, 15. 17. 2 Reg. 8, 9. 12. בֵּית ח׳ domus Hasaëlis, i. e. Damascus. Am. 1, 4.

חָזָה fut. יֶחֱזֶה apoc. תַּחַז Mich. 4, 11, in Pausa אֶחֱז Iob. 23, 9 *vidit, spectavit,* verbum Aramaeis familiare (ܚܙܳܐ, חֲזָא, ሐወጸ) pro hebraeo רָאָה, Hebraeis maxime poët., ut germ. *schauen* Ps. 46, 9. 58, 9 cet. Spec. 1) *Deum spectare* nonnunquam proprie dicitur de aspectu speciei divinae Ex. 24, 11.

Iob. 19, 26 (cf. 38, 1), alibi tribuitur his, qui templum adeunt Ps. 63, 3. Sic *faciem Dei spectare* improprie est *deum propitium habere* imagine petita a regibus, qui eos tantum, quibus favent, ad se admittunt Ps. 11, 7. 17, 15. 2) Vc. proprium est de his, quae prophetarum menti divinitus obiiciuntur, sive visionibus proprie dictis, sive oraculis. Hab. 1, 1: הַמַּשָּׂא אֲשֶׁר חָזָה ח' *effatum, quod spectavit Habacucus* i. e. quod huic divinitus oblatum, patefactum est. Jes. 1, 1. 2, 1. 13, 1. Num. 24, 4. Amos 1, 1. Ez. 13, 6: חָזוּ שָׁוְא *spectant mendacia.* Zach. 10, 2. Sq. לְ aliquoties: visa s. divinitus patefacta pronuntiavit alicui. Thren. 2, 14: נְבִיאַיִךְ חָזוּ לָךְ שָׁוְא *vates tui tibi mendacia nuntiant.* Jes. 30, 10. 3) Sq. בְּ est: *intuitus est,* anschauen Jes. 47, 13, maxime cum voluptate, *aspectu rei delectatus est* (cf. בְּ litt. B, 4) Ps. 27, 4. Cant. 7, 1. Iob. 36, 25. Mich. 4, 11. 4) *elegit* sibi, sich ausersehn Ex. 18, 21. Jes. 57, 8, cf. רָאָה לוֹ Gen. 22, 8. 5) *vidit* i. q. *expertus est.* Iob. 15, 17. 24, 1. 27, 12. Audaci metaphora transfertur ad plantae radices, quae in terra lapides sentiunt i. e. inveniunt, in lapidibus offendunt. Iob. 8, 17: *locum lapidosum experitur* (radix).

Derivv. sequuntur praeter חִזָּיוֹן, מַחֲזֶה, מֶחֱזָה, et nomm. pr. חֲזִיאֵל, חֲזָיָה, חֶזְיוֹן.

חֲזָה et **חֲזָא** chald. *vidit* Dan. 5, 5. 23. 3, 19: חַד־שִׁבְעָה עַל דִּי חֲזֵה *septuplo* (magis) *quam* (unquam) *visum.* Inf. מֶחֱזָא Esr. 4, 14.

חָזֶה m. *pectus* brutorum, pr. pars antica, aspectui patens. Ex. 29, 26. 27. Lev. 7, 30. 31, plur. חָזוֹת 9, 20. 21. (Chald. in plur. חֲדִין q. v.).

חֹזֶה m. 1) *vates, propheta,* argenteae aetatis vc., idem significans quod נָבִיא 1 Chr. 21, 9. 25, 5. 29, 29. 2) i. q. חָזוּת no. 3 (q. v.) *foedus* Jes. 28, 15, ubi vide Comm. nostrum.

חֲזוֹ (fort. pro חָזוּת visio) n. pr. filii Nahoris Gen. 22, 22.

חֵזוּ emph. חֶזְוָא, plur. חֶזְוִין chald. m. 1) *visio, visum, φαντασία* Dan. 2, 28. 4, 2. 7. 7, 7. 13. 2) *species* 7, 20. (Syr. ܚܶܙܘܳܐ).

חָזוֹן m. (a rad. חָזָה) 1) *visio divina.* Dan. 1, 17. 8, 1. 9, 24. Inde 2) generatim *revelatio* divina 1 Sam. 3, 1. 1 Chr. 17, 15. Prov. 29, 18. 3) *oraculum,* saepius collect. (cf. ὅραμα Act. 12, 5. 16, 9). Jes. 1, 1. Obad. 1. Nah. 1, 1.

חָזוֹת f. *visio,* revelatio 1 Chr. 9, 29, a rad. חָזָה.

חֲזוֹת chald. *prospectus, conspectus* Dan. 4, 8. 17.

חָזוּת f. (Kamez impuro) a rad. חָזָה 1) *species,* maxime magna et pulchra (cf. מַרְאֶה). Dan. 8, 5: קֶרֶן חָזוּת *cornu conspicuum, magnum.* V. 8: וַתַּעֲלֶינָה חָזוּת אַרְבַּע *et surgebant quattuor conspicua* (cornua). Sic enim interpretandum videtur propter comm. 5. 2) *visio* prophetica Jes. 21, 2, et 3) *revelatio, lex,* hinc *foedus* (quae utraque notio Hebraeis, quibus religio est foedus cum Deo, admodum vicina est). Jes. 28, 18 (cf. חֹזֶה V. 15). 29, 11.

חזז rad. inusit. Arab. خَزَّ transfixit, v. c. sagittâ, حَزَّ incidit, perforavit, sauciavit. Vicinum est חָצַץ. Inde חָזִיז.

חֲזִיאֵל (visio Dei) n. pr. m. 1 Chr. 23, 9.

חֲזָיָה (quem Jehova intuetur) n. pr. m. Neh. 11, 5.

חֶזְיוֹן (visio) n. pr. m. 1 Reg. 15, 18.

חִזָּיוֹן m. st. cstr. חֶזְיוֹן pl. חֶזְיֹנוֹת 1) *visio* Iob. 4, 13. 7, 14. 20, 8.

2) *revelatio* 2 Sam. 7, 17. גֵּי חִזָּיוֹן Jes. 22, 5 (coll. V. 1) vallis visionis, vel collect. visionum i. e. Hierosolyma, utpote sedes et patria revelationum divinarum (Jes. 2, 3. Luc. 13, 33), fortasse cum allusione ad הַצִּיּוֹן (quare Alex. Σιών), vel ad מֹרִיָּה, quod posterius visio Jehovae explicatur (Gen. 22, 2. 2 Chr. 3, 1). Urbs autem in valle sita erat.

חֲזִיז vel **חֲזִיז** m. (a rad. חָזַז) pr. *sagitta*, hinc *fulmen, fulgur* Zach. 10, 1, plenius חֲזִיז קֹלוֹת fulgur tonitruum Iob. 28, 26. 38, 25.

חֲזִיר m. *porcus* Lev. 11, 7. Syr. ܚܙܝܪܐ, arab. خنزير inserto Nun id., unde verbum خزر oculis angustis (porcinis) fuit, ductum esse videtur.

חֵזִיר (porcus) n. pr. m. 1 Chr. 24, 15. Neh. 10, 21.

חָזַק fut. יֶחֱזַק 1) *arcte ligavit*, fortius *constrinxit* vincula. (Arab. حزق et حزك id. Syr. cinxit. Eiusdem stirpis sunt hebr. חָשַׁק et gr. ἴσχω, ἰσχύω, ἰσχύς, tum haerendi tum roboris significatu). Intrans. *constrictus est* Jes. 28, 22. Inde

2) *firmiter adhaesit.* 2 Sam. 18, 9: וַיֶּחֱזַק רֹאשׁוֹ בָאֵלָה *et firmiter adhaerebat caput eius terebintho.* Sic ח׳ בַּתּוֹרָה legi adhaesit, legis studiosus fuit 2 Chr. 31, 4; sq. לְ c. inf. *perstitit* in aliqua re, *assiduus fuit* Deut. 12, 23. Jos. 23, 6. 1 Par. 28, 7.

3) *firmavit, firmum reddidit.* (Verba enim ligandi, constringendi, accingendi referuntur ad robur, quandoquidem lacertis constrictis, lumbisque accinctis fortiores sumus, discincti contra remissi. Vide radd. חָבַל, חוּל, קָשַׁר et quae ex Arabismo dederunt Bochartus in Hieroz. I, p. 514 sqq. et Schultens. in Opp. min. p. 187 sq.) Ez. 30, 21 idque pro *iuvit* 2 Paral. 28, 20. Crebrius intransit. *firmus, fortis fuit, factus est.* Dicitur de hominibus, qui opibus augentur Jos. 17, 13. Iud. 1, 28; de fame ingravescente Gen. 41, 56. 57. 2 Reg. 25, 3. Jer. 52, 6, de voluntate firma et stabili 2 Sam. 24, 4. 1 Par. 21, 4. Sq. מִן *praevaluit, superavit* 1 Sam. 17, 50; sq. עַל id. 2 Chr. 8, 3. 27, 5, et acc. 1 Reg. 16, 22. Translate a) ad corporis valetudinem est: *convaluit* Jes. 39, 1. b) ad animum: *fortis, imperterritus fuit.* Sic in formula: חֲזַק וֶאֱמָץ (gr. ἴσχεο) *forti sis animo* Deut. 31, 23, cf. Dan. 10, 19, et in eandem sententiam: fortes sunt manus alic. Iud. 7, 11. 2 Sam. 16, 21 (cf. ad rad. חוּס). c) *confirmatus est*, v. c. de imperio 2 Reg. 14, 5. 2 Par. 25, 3. d) in malam partem: *obfirmatus est, durus* fuit, de corde Exod. 7, 13. 22 cf. Mal. 3, 13.

4) *ursit* aliquem, *institit ei*, sq. עַל Ex. 12, 33. Ez. 3, 14, sq. acc. Jer. 20, 7.

Pi. חִזֵּק 1) causat. Kal no. 1. *cingulum adstrinxit* alicui, *cinxit* eum, sq. dupl. acc. Jes. 22, 21. Nah. 2, 2. 2) *firmum reddidit, firmavit*, spec. munivit urbem 2 Chr. 11, 11. 12. 26, 9; ruinas refecit 2 Reg. 12, 8. 9. 13. 15, sq. לְ 1 Chr. 26, 27; cf. Neh. 3, 19. Spec. a) est: *sanavit* (v. Kal no. 3, a) Ez. 34, 4. 16. b) *manum alicuius firmavit*, ei animum addidit Iud. 9, 24. Jer. 23, 14. Iob. 4, 3. 1 Sam. 23, 16. חִזֵּק יָדָיו manus suas confirmavit, animum cepit Neh. 2, 18. c) *adiuvit* aliquem 2 Chr. 29, 34. Esr. 6, 22. 1, 6: *omnesque vicini* חִזְּקוּ בִידֵיהֶם בִּכְלֵי־כֶסֶף *adiuverunt* i. e. donarunt *eos vasis argenteis* etc. d) in malam partem: adiecto לֵב *animum* obfirmavit, *obduravit* Ex. 4, 21. חִזֵּק לִבּוֹ, פָּנָיו se contumacem praestitit Jos. 11, 20. Jer. 5, 3.

Ps. 64, 6: יְחַזְּקוּ לָמוֹ דָּבָר רָע *contumaces sunt in impie factis.*

Hiph. הֶחֱזִיק 1) *firmiter adstrinxit* rei, hinc *adiunxit*, in formula הֶחֱזִיק יָדוֹ בְּ manum suam adiunxit alicui rei i. e. *prehendit* eam (cf. gr. ἰσχω, teneo). Gen. 21, 18: הַחֲזִיקִי אֶת־יָדֵךְ בּוֹ *manum tuam iunge ei* h. e. eum prehende. Alibi omisso יָד sq. בְּ pers. vel rei *prehendit, cepit* aliquem, aliquid (cf. gr. κρατεῖν τινος) Ex. 4, 4. Deut. 22, 25. 25, 11, it. sq. לְ 2 Sam. 15, 5, עַל Iob. 18, 9, poët. c. acc. Jes. 41, 9. 13. Jer. 6, 23. 24. 8, 21. 50, 43. Mich. 4, 9: הֶחֱזִיקֵךְ חִיל *dolor prehendit te* et eadem sententia Jer. 49, 24: רֶטֶט הֶחֱזִיקָה *capit terrorem.* (Sic latine dicunt *ignis comprehendit ligna* et vicissim *domus comprehendit ignem*, it. *capere misericordiam, detrimentum*, ubi proprie nos misericordia cet. prehendimur. Cf. hebr. אָחַז Iob. 18, 20. 21, 6). Sed *comprehendit* aliquem saepe est a) i. q. *retinuit* eum Ex. 9, 2. Iud. 19, 4. b) *cepit, complexus est* (de vase) 2 Chron. 4, 5. c) *potitus est* Dan. 11, 21.

2) *adhaesit* rei, v. c. iustitiae, innocentiae Iob. 2, 3. 9. 27, 6, sq. עַל pers. Neh. 10. 30.

3) *firmavit*, hinc a) (aedificia) *instauravit* Neh. 5, 16. Ez. 27, 9. 27. b) *corroboravit* Ez. 30, 25. et intrans. *invaluit, vicit* (cf. lat. *robur facere*, ital. *far forze*) 2 Chr. 26, 8. Dan. 11, 32. c) *adiuvit*, sq. בְּ Levit. 25, 35, cf. מַחֲזִיק adiutor Dan. 11, 1, sq. acc. V. 6.

Hithp. 1) *confirmatus est*, de novo rege 2 Chron. 1, 1. 12, 13. 13, 21; *confirmavit se* i. e. vires collegit Gen. 48, 2, animos cepit 2 Chron. 15, 8. 23, 1. 25, 11. 2) *strenuum*, fortem *se praestitit* 2 Sam. 10, 12, sq. לִפְנֵי contra aliq. 2 Chr. 13, 7. 8. 3) *adiuvit* sq. בְּ et עִם 2 Sam. 3, 6. 1 Chr. 11, 10. Dan. 10, 21. Inde

חָזָק m. adj. verb. 1) *firmus*, in malam partem *obfirmatus.* Ez. 3, 9: חִזְקֵי־מֵצַח ,לֵב *obfirmati, contumaces.* Ez. 2, 4. 3, 7, cf. V. 8. 2) *fortis, potens.* Jes. 40, 10: בְּחָזָק יָבוֹא *tanquam fortis veniet*, v. בְּ no. 17.

חָזֵק id. *invalescens.* Exod. 19, 19. 2 Sam. 3, 1.

חֵזֶק c. suff. חִזְקִי *robur* idque pro auxilio Ps. 18, 2.

חֹזֶק m. *robur* Ex. 13, 3. 14. 16. Am. 6, 13.

חֶזְקָה pr. inf. verbi חָזַק 1) כְּחֶזְקָתוֹ 2 Chr. 12, 1. 26, 16 *quum robur nactus esset*, invaluisset. 2) Jes. 8, 11: כְּחֶזְקַת־הַיָּד *impellente* i. e. agitante me *manu* (Dei) h. e. spiritu divino agitatus, cf. verbum Ez. 3, 14. Jer. 20, 7. 3) Dan. 11, 2: כְּחֶזְקָתוֹ בְעָשְׁרוֹ *divitiis suis confirmatus* i. e. confidens.

חָזְקָה f. 1) *vis, vehementia.* בְּחָזְקָה per vim, violenter, 1 Sam. 2, 16. Ez. 34, 4; *vehementer, valde* Iud. 4, 3. 8, 1. 2) *refectio* (aedium) 2 Reg. 12, 13, cf. verbum Pi. no. 2.

חִזְקִי (validus) n. pr. m. 1 Chron. 8, 17.

חִזְקִיָּה et **חִזְקִיָּהוּ** (robur Jehovae i. e. a Jova datum, q. d. germ. *Gotthard*) n. pr. gr. Ἐζεχίας, lat. *Ezechias*, quod gerunt 1) rex Iudaeorum 728 — 699 a. Chr. 2 Reg. 18, 1. 10, etiam יְחִזְקִיָּה et יְחִזְקִיָּהוּ dictus pro יְחַזְקִיָּהוּ, יְחַזְקִיָּהוּ, more derivatorum Futuri, ut יְחֶזְקֵאל pro יְחַזְקֵאל) Hos. 1, 1. Jes. 1, 1. 2) unus ex Sophoniae prophetae maioribus, quem multi eundem esse arbitrantur, atque Ezechiam regem Zeph. 1, 1. 3) 1 Chron. 3, 23. 4) Neh. 7, 21. 10, 18.

חָזִר v. חֲזִיר.

חַח c. Suff. חַחִי pl. חַחִים (cum Dag.

forti implic. v. Lgb. §. 38, 1) pr. *spina*, i. q. חוֹחַ q. v. Hinc 1) *annulus*, per nares perforatas bestiarum domandarum transmissus, ex quo lorum pendeat. 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29. Ez. 29, 4 (cf. Iob. 40, 26 et quae observavimus s. v. חוֹחַ no. 2). 2) *fibula*, qua vestis mulierum conseritur (cf. *épingle*, germ. *Spindel* a spinula, v. Tac. Germ. 17) Exod. 35, 22. Alii *annulum naribus appensum* intelligunt, alibi נֶזֶם dictum, v. Bocharti Hieroz. I, p. 764.

חָחִי i. q. חַח, pl. Ez. 29, 4, ubi Chethibh חַחִיִּים.

חָטָא fut. יֶחֱטָא 1) pr. *aberravit* a *scopo* iaculator (opp. metam attigit, feriit), v. Hiph. Iud. 20, 16, *pede erravit* et *lapsus est* (Prov. 19, 2), germ. *fehlen*, *verfehlen*, spec. *fehlschiefsen*, *fehltreten*. (Eadem origo est in arab. خطى aberravit a scopo, opp. صاب scopum feriit, v. Dschauharium in spec. a Scheidio edito p. 67—71, et gr. ἁμαρτάνω, de telo Il. 10, 372. 4, 491, de via Od. 7, 292). Opp. מָצָא attigit, invenit, nostr. *treffen*. Prov. 8, 36: חֹטְאִי חֹמֵס נַפְשׁוֹ *qui a me aberrat, nocet vitae suae*. Opp. מֹצְאִי V. 35. Iob. 5, 24: *lustras pascuum tuum* וְלֹא תֶחֱטָא *et nihil desideras*, nihil deest, omnes pecudes adsunt. (Hoc significatu congruit aethiop. ኀጥአ: non reperit, non habuit, defuit ei, caruit re, v. Ludolf Lex. aethiop. p. 288).

2) *peccavit* (pede aberravit et lapsus est in virtutis tramite), sq. לְ eius, in quem peccatur, unde חָטָא לַיהוָֹה Gen. 20, 6. 9. 1 Sam. 2, 25. 7, 6 cet., it. sq. בְּ rei, qua peccatur Gen. 42, 22. Lev. 4, 23. Neh. 9, 29; sq. עַל Lev. 5, 4. Num. 6, 11. Neh. 13, 26. Praegnans est constructio in his Lev. 5, 16: אֵת אֲשֶׁר חָטָא מִן־הַקֹּדֶשׁ *quod surripuit peccando de rebus sacris*.

3) *reus factus est alicuius rei*, sq. acc. Lev. 5, 7, cf. V. 11. Prov. 20, 2: חוֹטֵא נַפְשׁוֹ *vitae suae fit reus*, vitam in discrimen adducit, cf. Hab. 2, 10. Gen. 43, 9: *nisi eum reduxero*, וְחָטָאתִי וגו׳ *reus ero* i. e. culpam feram *per omnem vitam*.

Pi. חִטֵּא 1) *peccatum luit*, sq. acc. Gen. 31, 39, inde 2) tanquam *sacrificium piaculare obtulit*. Lev. 6, 19: הַמְחַטֵּא אֹתָהּ *qui illud* (piaculum) *offert*. 9, 15: וַיְחַטְּאֵהוּ *eumque ut piaculum obtulit.* 3) *expiavit*, *mundavit* sacro ritu i. q. כִּפֶּר, ut homines Num. 19, 19. Ps. 51, 9, vasa, aedem cet. Lev. 6, 19, sq. עַל Ex. 29, 36.

Hiph. הֶחֱטִיא 1) i. q. Kal no. 1 *a scopo aberravit* iaculator Iud. 20, 16 (Arab. conj. IV.). 2) causat. no. 2 *ad peccandum induxit* l. *seduxit* aliquem Exod. 23, 33. 1 Reg. 15, 26: וּבְחַטָּאתוֹ אֲשֶׁר הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל *et in eius peccato, ad quod Israëlem seduxerat* (de idolorum cultu, ut saepe). 16, 26. 2 Reg. 3, 3. 10, 29. 3) i. q. הִרְשִׁיעַ *reum declaravit*, *damnavit* in foro Jes. 29, 21.

Hithp. 1) i. q. Kal *aberravit* a via, de homine terrore perculso et attonito, ideoque in praecipite fuga a via aberrante. Iob. 41, 17, cf. Schultens. opp. min. p. 94. 2) reflex. Pi. no. 3 *expiavit se* Num. 19, 12 sq. 31, 20.

Nomina derivata statim sequuntur omnia.

חֵטְא m. c. Suff. חֶטְאִי plur. חֲטָאִים cstr. חֲטָאֵי (quod posterius a חֲטָא) *peccatum*, *delictum* Lev. 19, 17. 22, 9. הָיָה חֵטְא בְּ peccati reus est. Deut. 15, 9.

חַטָּא m. (c. Kamez impuro) 1) *peccator* Gen. 13, 13. 2) *qui peccatum luit*, *reus* 1 Reg. 1, 21.

חַטָּאָה f. *peccatum* Gen. 20, 9.

חַטָּאָה 1) f. voc. חַטָּא *peccatrix* Am. 9, 8. 2) i. q. חַטָּאת a) *peccatum* Ex. 34, 7. b) *poena*, ut no. 3. Jes. 5, 18.

חַטָּאת st. cstr. חַטַּאת plur. חַטָּאוֹת f. 1) *peccatum* Ex. 34, 7. Jes. 5, 17 cet. Etiam de *re, qua peccant*, ut de idolis Hos. 10, 8. Deut. 9, 21, cf. 2 Reg. 13, 2. *Aqua peccati* i. e. lustratoria Num. 8, 7. 2) *sacrificium piaculare* Lev. 6, 18. 23, quod quomodo differat ab אָשָׁם v. h. v. 3) *poena* Jes. 5, 18. Thren. 3, 39. Zach. 14, 19, hinc *calamitas, infortunium* Jes. 40, 2. Prov. 10, 16 (opp. חַיִּים).

חָטַב 1) *cecîdit, incîdit* lignum Deut. 29, 10 sq. Jos. 9, 21. 23. 2 Par. 2, 10. Jer. 46, 22. Arab. حَطَب lignum caesum, حَطَبَ lignatus est. Vicinum est חָצַב cecîdit lapides, it. קָצַב et quae ibi laudantur. 2) med. E. intrans. pr. *caesus fuit, virgis caesus* inde *virgulatus, striatus fuit*, cf. חָבַר no. 3. Arab. خَطِبَ striata, versicolor fuit vestis. Inde pl. f. חֲטֻבוֹת *tapetes striatae*, versicolores. Prov. 7, 16. Syr. ܡܚܛܒܬܐ tunica versicolor, pr. striata. Eundem significatum habes in radice cognata قَطَفَ, v. Castelli Heptagl. p. 3329.

Pu. pass. no. 1 *excisus est* Ps. 144, 12.

חִטָּה f. *triticum* idque in sing. maxime quatenus agros vestit. Ex. 9, 32. Deut. 8, 8. Iob. 31, 9. Jes. 28, 25. Joël 1, 11. De granis tritici tamen explicanda est formula חֵלֶב חִטָּה Ps. 81, 17 adeps tritici, et חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה adeps renum tritici Deut. 32, 14: namque adeps ibi medullam tritici, farinam denotat, μυελὸν ἀνδρῶν, et dicitur etiam חֵלֶב חִטִּים Ps. 147, 14.

Plur. חִטִּים de granis tritici (de uno grano habes singul. חטה Mischn. Chelaim 1 §. 9), inde קְצִיר חִטִּים Jer. 12, 13, זֶרַע חִטִּים Gen. 30, 14. 1 Sam. 15, 1, דוּשׁ חִטִּים 1 Paral. 21, 20, כֹּר חִטִּים 27, 5. Per Chaldaismum חִטִּין Ez. 4, 9.

In linguis cognatis est حِنْطَة, حِنْطَا chald. חִנְטִין et sunt, qui propterea חָנַט *condivit* radicem eius esse statuant. Sed possit tamen littera Nun etiam inserta esse et orta ex Tet geminato, ut radix sit חט. Congruere videtur gr. σῖτος triticum, aspiratione in sibilum versa.

חַטּוּשׁ (prob. congregatus a rad. חָטַשׁ) n. pr. m. 1) 1 Chr. 3, 22. Esr. 8, 2. 2) Neh. 3, 10. 3) Neh. 10, 5. 12, 2,

חָטַט rad. inusit., aram. ܚܛܛ *fodit*, perscrutatus est, arab. خَطَّ sculpsit, scripsit. Inde n. pr. חֲטִיטָא.

חֲטִי m. chald. *peccatum*, c. Suff. חֲטָיָךְ Dan. 4, 24, a rad. חֲטָא i. q. hebr. חָטָא.

חֲטִיטָא (fossio, perscrutatio) n. pr. m. Esr. 2, 42. Neh. 7, 45. V. חָטַט.

חַטִּיל (vacillans) n. pr. m. Esr. 2, 57. Neh. 7, 59. Rad. חָטַל.

חֲטִיפָא (raptus, captus) n. pr. m. Esr. 2, 54. Neh. 7, 54.

חָטַל rad. inusit. Arab. خَطِلَ pendulus, laxus fuit, vic. חָטַר. Inde n. pr. חַטִּיל.

חָטַם *obturavit* os bestiae capistro, *capistravit* (arab. خَطَمَ, unde خِطَام capistrum. Cognata sunt חָכַם, עָצַם, it. חָתַם, cf. quae de significatione syllabae תם, טם, דם, חם observavimus p. 252. Huius radi-

cis potestati vicinum est *domare, dämmen, zudämmen, zähmen*. Metaph. Jes. 48, 9: אֶחֱטָם־לָךְ *domo* s. *capistro* (me) *adversus te*, cohibeo me.

חָטַף f. יַחְטֹף i. q. חָטַף *rapuit, cum vi cepit* Iud. 21, 21. Ps. 10, 9. (Aram. ܚܛܦ, arab. خطف id.). Inde n. pr. חֲטִיפָא.

חטר rad. inusit. Arab. خطر (vic. radicibus חָטַל, خطل, عطل, aliisque, quarum syllaba primaria est *dal, tal, sal*, penduli, nutandi, vacillandi potestatem habens, v. ad דָּלַל p. 248) *vibravit* virgam, hastam (*schwenken*), motitavit caudam (*wedeln*), v. Alb. Schult. Hamas. p. 350. 51. epist. ad Menken. II. p. 61.

חֹטֶר m. *virga lenta* Prov. 14, 3, *ramus, surculus* Jes. 11, 1. (Arab. خطر ramus, syr. ܚܘܛܪܐ baculus, virga. Sam. ࠀࠈࠓ, Aleph et Chet inter se permutatis).

חטש rad. inusit., fort. i. q. حتش congregavit se (de populo). Inde n. pr. חַטּוּשׁ.

חַי cstr. חֵי fem. חַיָּה, pl. חַיִּים fem. חַיּוֹת (a rad. חָיִי) A) adj. 1) *vivus, vivens*. Gen. 43, 7: הַעוֹד אֲבִיכֶם חַי *num pater vester adhuc vivus est*? Comm. 27. 28. 45, 3. 20. 46, 30. כָּל־חַי omne vivum Gen. 3, 20. 8, 21. חֵי־הָעוֹלָם in aeternum vivens i. e. Deus Dan. 12, 7. Solennis est iurandi formula: חַי יְהוָֹה vivus (est) Jehova, ita Deus vivat Ruth 3, 13. 1 Sam. 14, 41. חַי אֱלֹהִים 2 Sam. 2, 27, poët. חַי אֵל Iob. 27, 2, et חַי אָנִי ita vivam, ubi Jehova ipse iurat Num. 14, 21. 28. Deut. 32, 40. Jer. 23, 24. Ez. 5, 11. 14, 15. 17. 19 cet., etiam de rege iurante Jer. 46, 18. חַיִּים viventes i. e. homines Eccl. 6, 8, אֶרֶץ חַיִּים terra viventium, opp. orco Ez. 26, 20. 32, 33. 2) *vividus, vegetus* 2 Sam. 23, 20, sec. Chethibh (Keri אִישׁ חַיִל). Cf. חָיֶה. It. *valens, incolumis* 1 Sam. 25, 6. 3) *reviviscens*, inde metaph. כָּעֵת חַיָּה Gen. 18, 10. 14. 2 Reg. 4, 16. 17 ubi revixerit tempus i. e. annus, *vere proximo*, hieme praeterlapsa, περιπλομένου ἐνιαυτοῦ (Od. XI, 247). 4) *crudus*, de carne 1 Sam. 2, 15. Lev. 13, 14 sq. 5) *recens*, de planta recente Ps. 58, 10, de aqua fluente opp. stagnanti et putrescenti, quae arab. الما الميت aqua mortua vocatur. Gen. 26, 19. Lev. 14, 5. 20.

B) subst. *vita* Lev. 25, 36. Ita in formula iurandi חֵי פַרְעֹה per vitam Pharaonis Gen. 42, 15. 16, חֵי נַפְשְׁךָ per vitam tuam 1 Sam. 1, 26. 17, 55. Jehovae nomen in hac phrasi antecedit חַי (v. litt. A, 1), unde חַי יְהוָֹה וְחֵי נַפְשְׁךָ 1 Sam. 20, 3. 25, 26. Longe usitatior est hoc significatu

Plur. חַיִּים, semel חַיִּין Iob. 24, 22 *vita* Gen. 2, 7. 3, 14. 15. 7, 15 cet. רוּחַ חַיִּים halitus vitae Gen. 6, 17. עֵץ הַחַיִּים arbor vitae, nimirum longioris, θεοεικέλου s. immortalitatis Gen. 2, 9. cf. 3, 22. 24. Inde a) *victus*, βίος Prov. 27, 27. b) *recreatio* Prov. 3, 22. 4, 22. c) *prosperitas, salus* (cf. syr. ܚܝܐ Luc. 19, 9 pro graeco σωτηρία) *felicitas*, Ps. 34, 13. Prov. 4, 22. 23. 12, 28. 13, 14. 14, 27. אֹרַח חַיִּים via salutis 2, 19. 5, 6.

חַי chald. st. emph. חַיָּא plur. חַיִּין 1) adj. *vivus, vivens* Dan. 2, 30. 4, 14. 31. 6, 21. 27. 2) Plur. חַיִּין etiam subst. *vita* Esr. 6, 10. Dan. 7, 12.

חִיאֵל (fort. pro יְחִיאֵל Deus vivit) n. pr. m. 1 Reg. 16, 34.

חִידָה f. (a rad. חוּד, q. v. cf. Dan. 5, 12) pr. *implexum, perplexum*, unde 1) *calliditas, fraus* Dan. 8,

23. 2) *oratio perplexa, aenigma,* cf. מְלִיצָה. De aenigmate proponendo frequentant חוּד q. v., de solvendo הִגִּיד Iud. 14, 14. 3) i. q. מָשָׁל *sententia* Prov. 1, 6; *parabola* Ez. 17, 2, *carmen* Ps. 49, 5. 78, 2, cf. Hab. 2, 6; *oraculum, visio* Num. 12, 8.

חָיָה inf. absol. חָיֹה Ez. 18, 9 et חָיוֹ 3, 21. 18, 28, cstr. c. Suff. חֲיוֹתָם Jos. 5, 8, c. Praef. לִחְיוֹת Ez. 33, 12, imp. c. Praef. וֶחְיֵה Gen. 20, 7, pl. וִחְיוּ 42, 18, fut. יִחְיֶה apoc. יְחִי, וַיְחִי 1) *vixit,* vc. usitatissimum. (Arab. حَيِيَ, quae forma etiam in Hebraismo est, v. חָיַי. Aeth. ሐየወ: syr. ܚܝܐ id. Origo est in *spirando,* quandoquidem animantium vita in spirando cernitur, cf. נֶפֶשׁ, et antiquior eius forma est הָוָה q. v. Eadem origo est in graeco ζάω, ζώω, cui cognatum ἄω, ἄημι spiro, quodque ap. Aeschylum etiam de ventis spirantibus usurpatur. Videant praeterea linguarum scrutatores, sintne eiusdem radicis sanscr. *dschîv* vivere, gr. βιόω, lat. *vivo*). Sq. עַל vivere *de* aliqua re, cf. עַל no. 1, a, litt. γ. Saepe i. q. *bene vixit, valuit, viguit* Deut. 8, 1. 30, 16. Neh. 9, 29. יְחִי הַמֶּלֶךְ *vivat,* floreat *rex* 1 Sam. 10, 24. 2 Sam. 16, 16. יְחִי לְבַבְכֶם *vivat* i. e. vigeat, hilare sit *cor vestrum* Ps. 22, 27. 69, 33. 2) *vivus et incolumis mansit* Jos. 6, 17. Num. 14, 38, impr. in formula חָיְתָה נַפְשִׁי anima mea vivit, vivus maneo Gen. 12, 13. 19, 20. Jes. 55, 3. Jer. 38, 17. 20. 3) *revixit* Ez. 37, 5 sq. 1 Reg. 17, 22, inde 4) *convaluit* Gen. 20, 7. Jos. 5, 8, sq. מִן ex morbo 2 Reg. 1, 2. 8, 8 et *refocillatus est* (de fesso, tristi) Gen. 45, 27. Iud. 15, 19.

Pi. חִיָּה 1) *vivere iussit, vivificavit, vitam dedit* alicui. Iob. 33, 4. Mulier *semen* viri *vivificare* dicitur, ubi concipit ex eo Gen. 19, 32. 34; similiter Hos. 14, 8: יְחַיּוּ דָגָן *vivificabunt frumentum* in terra deserta, agris denuo cultis et semine sparso. Metaph. Hab. 3, 2: *Jehova, opus tuum vivifica* i. e. exsequere. It. *valere, vigere iussit.* Ps. 119, 137.

2) *vivum conservavit,* cf. Kal no. 2. Gen. 12, 12. Ex. 1, 17. Ps. 40, 3. 138, 7. Iob. 36, 6, חִיָּה נֶפֶשׁ פ׳ id. 1 Reg. 20, 31. Ps. 22, 30. חִיָּה זֶרַע semen conservavit Gen. 7, 3. חִיָּה בָקָר boves aluit Jes. 7, 21.

3) *in vitam revocavit, vitae restituit* 1 Sam. 2, 6. Ps. 30, 4. Deut. 32, 39, hinc *refocillavit* Ps. 71, 20. 85, 7, et translate *instauravit* (urbem) 1 Par. 11, 8. Neh. 3, 34: הַיְחַיּוּ אֶת־הָאֲבָנִים *num lapides in vitam revocabunt?* Ita syr. ܢܚܐ suscitare ruinas.

Hiph. הֶחֱיָה 1) i. q. Pi. no. 2 *vivum conservavit* Gen. 6, 19. 20, addito נֶפֶשׁ Gen. 19, 19, e vitae discrimine eripuit Gen. 47, 25. 50, 20, sq. לְ 45, 7, it. vivere passus est, *vitam concessit* Jos. 6, 25. 14, 10. 2 Sam. 8, 2. 2) i. q. Pi. no. 3 *vitae reddidit* 2 Reg. 5, 7. 8, 1. 5. Inde מִחְיָה.

חָיָה et **חֲיָא** chald. id. Dan. 2, 4: מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי *vive in aeternum, rex,* solennis formula, qua reges salutantur. 3, 9. 5, 10. 6, 7. 22, cf. Neh. 2, 3: הַמֶּלֶךְ לְעוֹלָם יִחְיֶה 1 Reg. 1, 31.

Aph. part. מַחֵא *vivum servans,* cf. syr. ܡܚܐ Dan. 5, 19.

חָיֶה adj. pl. f. חָיוֹת *vividae,* robustae, validae. Ex. 1, 19. V. חַי no. 2.

חַיָּה f. cstr. חַיַּת et poët. חַיְתוֹ c. Waw parag. Gen. 1, 24. Ps. 50, 10. 79, 2. 104, 11 (cf. gramm. §. 78, not. Lehrgb. §. 127, 3) f. adiectivi חַי *viva,* vel neutr. *vivum,* hinc 1) *animal, bestia* animata. חַיָּה רָעָה bestia fera Gen. 37, 20. 37.

Plur. חַיּוֹת Ps. 104, 25. Jes. 35, 8. Ez. 1, 5; sed saepius tamen in Sing. collect. כָּל חַיָּה omnia animalia Gen. 8, 17. 9, 5. Lev. 11, 46. Usurpatur autem hoc vc. a) sensu amplissimo de omnis generis bestiis, etiam aquatilibus Lev. l. c., saepius b) de quadrupedibus, opp. avibus Gen. 1, 30. 2, 19. 8, 19. 9, 2. Lev. 11, 2. 27. 17, 3. Jes. 46, 1; c) de animalibus agrestibus, opp. pecori (בְּהֵמָה) Gen. 1, 25. 2, 20. 7, 14. 21. 8, 1. 9, 10; spec. feris, quo sensu saepe plenius dicitur חַיַּת הַשָּׂדֶה Exod. 23, 11. Lev. 26, 22. Deut. 7, 22. Hos. 2, 14. 13, 8. Jerem. 12, 9. Ezech. 33, 27, et חַיָּה רָעָה Ezech. 14, 14. 34, 25. Arab. حَيَّة spec. serpentem notat.

2) *gens* Ps. 68, 11, hominum *caterva* 2 Sam. 23, 11. 13 i. q. חַוָּה no. 2. Fem. *viva* in hoc vc. collect. accipitur pro *vivis* (Lgb. p. 477), חַיִּים, spec. *hominibus.*

3) subst. *vita,* nonnisi poët. i. q. חַיִּים Iob. 33, 18. 22. 28. Ps. 143, 3. Sic in נֶפֶשׁ חַיָּה c. art. הַחַיָּה animal vitae i. e. vivum, v. נֶפֶשׁ no. 4. Vita autem dr. de *vigore,* robore. Jes. 57, 10: חַיַּת יָדֵךְ מָצָאת *vigorem in manu tua* adhuc *invenis.* Inde

4) i. q. נֶפֶשׁ no. 2 *vis vitalis, anima,* cui tribuitur fames, sitis, taedium (Iob. 33, 20). מִלֵּא חַיָּה Iob. 38, 39 i. q. מִלֵּא נֶפֶשׁ animam explere i. e. satiare. Poët. חַיַּת נֶפֶשׁ etiam dr. pro *animo,* ut נֶפֶשׁ no. 3, cui praeter alia etiam libido et sanguinolentia tribuitur (Ps. 27, 12. 41, 3). Ita interpretor Ps. 74, 19: אַל תִּתֵּן לְחַיַּת נֶפֶשׁ תּוֹרֶךָ *ne tradas animo* sanguinolento hostium *turturem tuum* i. e. populum tuum innocentem.

חֵיוָא emph. חֵיוְתָא, חֵוְתָא f. chald. *animal, bestia* Dan. 4, 12 sq. 7, 3. 12. 17 pro חַיְתָה, duplici Jod in יו mutato.

חָיוּת f. *vita* 2 Sam. 20, 3.

חָיַי i. q. חָיָה *vixit,* sed verbum med. gem. ad instar arab. حَيَّ. Huc pertinet 3 Praet. חַי Gen. 5, 5: כָּל־יְמֵי אָדָם אֲשֶׁר־חַי *omnes dies Adami, quos vixit.* 3, 22: וְאָכַל וָחַי לְעֹלָם (ne) *edat et vivat in aeternum.* Num. 21, 8. Cave ne huc referas exempla, in quibus חַי est Adiectivum, ut הַעוֹד אֲבִיכֶם חָי *vivusne adhuc pater vester* (sc. est)? Gen. 43, 7. Inde חַי, חַיָּה, חַיּוּת.

חִיל v. חוּל.

חַיִל m. cstr. חֵיל c. Suff. חֵילִי pl. חֲיָלִים (v. חוּל no. 6) *robur, vis, fortitudo,* maxime bellica. Ps. 18, 33. 40. 33, 16. עָשָׂה חַיִל fortem se praestitit Num. 24, 18. Deut. 8, 18. Ps. 60, 14. 108, 14. Hinc 2) *copiae, exercitus* Ex. 14, 28. שַׂר הַחַיִל dux exercitus 2 Sam. 24, 2. אַנְשֵׁי, בְּנֵי חַיִל milites Deut. 3, 18. 1 Sam. 14, 52. Ps. 110, 3: בְּיוֹם חֵילֶךָ *die militiae tuae* i. e. expeditionis bellicae. 3) *facultates,* opes Gen. 34, 29. Iob. 20, 15. עָשָׂה חַיִל opes sibi comparavit Deut. 8, 17. 18. Ruth. 4, 11. Prov. 31, 29. 4) *virtus, probitas, integritas.* אַנְשֵׁי חַיִל viri strenui, probi Gen. 47, 6. Ex. 18, 21. 25. אֵשֶׁת חַיִל uxor proba Ruth. 3, 11. Prov. 12, 4. 31, 10. בֶּן־חַיִל vir integer, honestus 1 Reg. 1, 52. 5) *robur* arboris poët. dr. de fructibus Joël. 2, 22, cf. כֹּחַ Iob. 31, 39.

חֵיל m. chald. 1) *robur,* fortitudo. Dan. 3, 4. 2) *exercitus* Dan. 3, 20. 4, 32.

חֵיל et **חֵל** m. pr. i. q. חַיִל, spec. 1) *exercitus* 2 Reg. 18, 17, semel חֵל Obad. 20, it. Ps. 10, 10 sec. Keri, ubi חֵל־כָּאִים reddi possit multitudo afflictorum; sed praestat

sequi Chethibh, v. חֵלְכָה. 2) *munitio*, impr. pars quaedam munimentorum, nimirum *fossa* cum *antemurali*, qua cincta est 2 Sam. 20, 15. Jes. 26, 1. Nah. 3, 8. Thren. 2, 8, cf. 1 Reg. 21, 23. Ps. 48, 14. 122, 7. Alex. *προτείχισμα*, *περίτειχος*. Vulg. *antemurale*. (Apud Talmudistas חיל est spatium, templi murum ambiens, v. Lightfoot Opp. T. II. p. 193).

חִיל m. et **חִילָה** f. Iob. 6, 10 1) *dolor*, impr. parturientium Ps. 48, 7. Jer. 6, 24. 22, 23. Mich. 4, 9. 2) *tremor, pavor* Ez. 15, 14. V. חוּל no. 3. 5.

חֵילָה Ps. 48, 14 sec. scripturam vulgarem i. q. חֵיל no. 2, sed LXX. Vulg. Syr. Chald. Hier. et 18 codd. legunt addito Mappik חֵילָהּ, a voc. חֵיל, idque praestat.

חֵילָם 2 Sam. 10, 16 et **חֵלָאם** V. 17 n. pr. oppidi prope Euphratem, pugna Davidis cum Hadadesere nobilis.

חִילֵן n. pr. oppidi sacerdotalis in tribu Judae, 1 Par. 6, 43.

חִין m. Iob. 41, 4 (3) i. q. חֵן *gratia, pulchritudo*, unde חִין עֶרְכּוֹ *pulchritudo structurae eius*, forma Chaldaismum imitans. In hoc enim חֵן, חִנָּא, חִינָא est i. q. hebr. חֵן, ut גִּנָּא, גִּינָא pro גַּן. Quod Alb. Schultensius confert, arab. حين *opportunitas*, de tempore solo usurpatur.

חַיִץ m. *paries* Ez. 13, 10. Arab. حايط id. V. rad. חוּץ.

חִיצוֹן m. חִיצוֹנָה f. (adj. a vc. חוּץ) *exterior, us* Ez. 10, 5. 40, 17. 31, hinc *civilis* (oppositum sacro) 1 Chr. 26, 29, cf. Neh. 11, 16. לַחִיצוֹן foris 1 Reg. 6, 29. 30.

חיק rad. inusit. Arab. حاق med. Je *circumdedit*, vic. חוּג, עוּג, q. v. Inde verosimil.

חֵיק, raro חֵק Prov. 17, 23 c. Suff. חֵיקִי Ps. 35, 13, et חֻקִּי Iob. 19, 27 m. 1) *sinus vestis* Prov. 16, 33. שֹׁחַד בַּחֵק *donum in sinum (ingestum)* i. e. clam datum Prov. 21, 14, cf. 17, 23. (Lat. *sinum laxare, expedire* est munera expectantis, cf. Senec. epist. 119. Thyest. 430). 2) *sinus hominis*. שָׁכַב בְּחֵיק in sinu (mulieris) cubuit, de complexu venereo 1 Reg. 1, 2. 3, 20. Mich. 7, 5, inde refertur ad intimum amorem coniugum, אֵשֶׁת חֵיקֶךָ uxor, quae in sinu tuo est Deut. 13, 7. 28, 54, cf. 56. שִׁלֵּם אֶל חֵיק Jer. 32, 18, הֵשִׁיב אֶל חֵיק פ׳ Ps. 79, 12 rependit alicui in sinum (Deus actiones) i. q. alibi הֵשִׁיב בְּרֹאשׁ Iudd. 9, 57. 1 Sam. 25, 39. Joel 4, 7. (Non audiendus enim Winerus, qui Lex. p. 323 *plenam* mensuram hac formula significari docet, non manu, sed sinu vestium excipiendam, coll. Luc. 6, 38: nihil enim aliud in ea inest, quam aliquid eo redire, unde profectum sit, cf. similem formulam Arabum رد في نحوره redit in iugulum alicuius, hist. Tim. T. I. p. 30 Mang.). De *pectore* pro animo dicto Iob. 19, 27. Eccl. 7, 9. 3) metaph. dr. *sinus currus*, cavum currus 1 Reg. 22, 35; *sinus altaris*, foci pars depressior, in quo ignis alitur. Ez. 43, 13.

חִירָה (nobilitas, genus nobile) n. pr. m. Gen. 38, 1. 12.

חִישׁ i. q. חוּשׁ *festinavit*, imp. חִישָׁה Ps. 71, 12 Chethibh. Inde

חִישׁ adv. *festinanter* Ps. 90, 10.

חֵךְ c. Suff. חִכִּי m. *palatum* cum parte inferiore oris, quae illi respondet, *os internum*, *fauces*, ut מַלְקָחַיִם. (Arab. حنك palatum et pars oris inferior ei respondens, rostrum, syr. ܚܢܟܐ palatum. Rad.

est חֵךְ no. 1). Unde Iob. 20, 13: בְּתוֹךְ חִכּוֹ *in medio ore eius.* 33, 2. a) pro instrumento gustus Iob. 12, 11 cf. 6, 30. Ps. 119, 103. b) vocis. Prov. 8, 7: כִּי אֱמֶת יֶהְגֶּה חִכִּי *nam verum loquitur palatum meum.* Iob. 31, 30: *non passus sum palatum meum peccare*, cf. 8, 1: *ad palatum* (os) *buccinam!* Cf. חַכָּה. — Cant. 7, 11 coll. 5, 16 *palatum* honeste dici videtur de saliva osculis percepta, cf. Lette ad Amrulk. Moall. p. 180.

חָכָה *exspectavit.* (Alb. Schultensius ad Iob. 3, 21 originem quaerit in nectendo, coll. arab. حَكَأَ nodum adstrinxit et lat. *moram nectere* ap. Senecam Trag. et Val. Flacc.). In Kal semel Part. cstr. חוֹכֵי Jes. 30, 18 sq. לְ. Usitatius est

Pi. חִכָּה id. 2 Reg. 7, 9; sq. acc. et לְ Iob. 32, 4, max. חִכָּה לַיהוָֹה (fiduciae plenus) Jehovam exspectavit Ps. 33, 20. Jes. 8, 17. Ps. 30, 18: יְחַכֶּה יְהוָֹה לַחֲנַנְכֶם *Jehova exspectat, ut vobis sit propitius*, si vobis denuo propitius esse possit. Inf. more chald. חַכֵּי Hos. 6, 9.

חַכָּה *hamus*, fem. a חֵךְ, ita dictus, quod piscium palato infigitur Iob. 40, 25. Jes. 19, 8.

חֲכִילָה (tenebrosus) n. pr. collis prope desertum Siph 1 Sam. 23, 19. 26, 1. 3. Rad. חָכַל.

חַכִּים chald. adj. *sapiens* Dan. 2, 21; spec. *magus.* Dan. 2, 12 sq. 4, 3. 5, 7. 8.

חָכַל rad. inusit. Arab. حَكِلَ *obscurus fuit*, v. c. de sono et sermone obscuro, de negotio perspectu difficili, de oculo caligante ebrii. Apponere lubet latine reddita, quae de hac radice exstant in Kamuso (p. 1426), a Schultensio ad Prov. 23, 29 non satis recte intellecta: اَلْحُكْلُ *est quod sonum audibilem non edit, ut formicae . . . addito He* اَلْحُكْلَةُ *quod peregrinum* (intellectu difficile) *est in sermone*, حَكِلَ sq. عَلَى *dubium, obscurum fuit negotium . . . .* Conj. VIII. *confusus fuit, barbare locutus est*, حَاكِلٌ *vino ebrius.* Atque postrema haec glossa ad usum loquendi Hebraeorum proxime accedit. Utrumque enim eius derivatum, חַכְלִילִי, et חַכְלִלוּת dicitur de oculis caligantibus ebriorum, vel certe potatorum. (Vide praefat. ad Lex. manuale hebr. germ. ed. 3 p. XXXIV, ubi Schultensii hanc radicem de *rubore* explicantis sententiam refutavimus).

חֲכַלְיָה (quem Jehova conturbat) n. pr. m. Neh. 10, 2.

חַכְלִילִי adj. *caligans*, de oculo, v. rad. Gen. 49, 12: חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן *caligans oculis a vino*, quod h. l. in bonam partem accipiendum vini ubertatem in tribu Judae significat.

חַכְלִלוּת f. *caligatio*, *caligo* oculorum, quae ex ebrietate oritur Prov. 23, 29.

חָכַם fut. יֶחְכַּם *sapuit*, *sapiens fuit, factus est.* (Arab. حَكَمَ iudicavit, hinc imperavit, حُكْمٌ iudicium, حَكَمٌ et حَاكِمٌ iudex, aram. scivit, rarius: sapuit. Ac primaria quidem potestas, si quid video, est in iudicando, ut vicinum sit radici חָקַק). Prov. 6, 6. 23, 19. Eccl. 2, 19. 1 Reg. 4, 31. Iob. 32, 9 cet.

Pi. sapientem fecit, docuit sapientiam Iob. 35, 11. Ps. 105, 22. *Pu.* part. *sapiens factus*, doctus Prov. 30, 24, de mago Ps. 58, 6.

Hiph. i. q. Pi. Ps. 19, 8.

Hithp. 1) *sapiens sibi visus est* Eccl. 7, 16. 2) *callidum se prae-*

stitit, sq. לְ decepit Ex. 1, 10. (Cf. graecum σοφός callidus).

Nomm. derivata statim sequuntur omnia.

חָכָם adj. i. q. gr. σοφός, pr. iudicandi vi praeditus (v. rad.), sciens, hinc 1) artium *peritus* Jes. 3, 3. 40, 20. 2 Par. 2, 6. 12, plenius חֲכַם־לֵב v. c. Ex. 28, 3. 31, 6. 35, 10. 36, 1. 2. 8 (cf. hom. εἰδυῖαι πραπίδες). Jer. 10, 9: מַעֲשֵׂה חֲכָמִים *opus artis peritorum*. Ibid. 9, 16: חֲכָמוֹת (praeficae) *peritae* sc. קִינָה lamentationis.

2) *sapiens*, i. e. *intelligens* (φρόνιμος, verständig), ratione praeditus eaque utens Deut. 4, 6. 32, 6. Prov. 10, 1. 13, 1. Hos. 14, 10, cui saepe iungitur נָבוֹן Deut. l. l. c. c. opp. נָבָל ibid., אֱוִיל, כְּסִיל Prov. 17, 28. Eccl. 6, 8, *consilii nunquam expers* 2 Sam. 13, 3. Jer. 18, 18. Jes. 19, 11. 29, 14, vitae experientia edoctus rerumque humanarum (Prov. 1, 6. Eccl. 12, 11) et divinarum peritus (Gen. 41, 8, hinc de incantatoribus et magis Ex. 7, 11 cf. chald. חַכִּים), *iudicandi facultate pollens* (1 Reg. 2, 9), adeoque *callidus* Iob. 5, 13, animi fortis sibique constantis Jes. 31, 2. Quis fuerit virtutum ingeniique dotum, quas hoc vc. complectebantur Hebraei, ambitus, bene colligitur ex eorum historia et moribus, quorum sapientia in proverbium apud eos abierat, ut Salomonis (1 Reg. 5, 9 sq.), Danielis (Ez. 28, 3), Aegyptiorum (1 Reg. l. c.). Sic Salomonis sapientia cernitur in iudicii acumine (3, 16. 10, 1 sq.), in plurimarum rerum maxime naturae cognitione (5, 13), in carminum sententiarumque copia, quae vel ipse composuerat vel memoriâ tenebat (5, 12. Prov. 1, 1), in recto de rebus humanis iudicio cet.; alibi sapientia etiam rerum civilium peritiam (Jes. 19, 11), vaticinandi, somnia explicandi, incantandi artes complectitur (Ex. 7, 11. Dan. 5, 11). Hominibus maior et illustrior sapientia tribuitur angelis 2 Sam. 14, 20, Deo Iob. 9, 4. 28, 1 sq. Sedes eius ponitur in corde, hinc saepe חֲכַם לֵב Prov. 16, 23, et חֲכַם לֵב 11, 29. 16, 21. Pl. חֲכָמִים sapientes, magi. Gen. 41, 8.

חָכְמָה f. 1) *peritia* artificis Ex. 28, 3. 31, 6. 36, 1. 2. 2) *sapientia*, de cuius notione v. plura s. v. חָכָם no. 2. Iob. 11, 6. 12, 2. 12. 15, 8. 26, 3. 20, 18. Complectitur ea doctrinam variam Dan. 1, 17, pietatem in Deum (Iob. 28, 28): tribuitur imperatori Deut. 34, 9, regi Jes. 11, 2, hominibus maior quaedam et illustrior Deo Iob. 12, 13. 28, 12 sq.

חָכְמָה chald. id. Dan. 2, 20.

חַכְמֹנִי (sapiens) n. pr. m. 1 Chr. 11, 11. 27, 32.

חָכְמוֹת f. sing. (ut עוֹלֵלוֹת) *sapientia*, cstr. cum sing. Prov. 9, 1 cf. 14, 1 (fortasse 1, 20, ubi tamen הָרֹנָּה etiam pluralis esse possit), cum pl. 24, 7, praeterea semel legitur Ps. 49, 4.

חַכְמוֹת id. cum sing. Prov. 14, 1.

חֵל v. חַיִל.

חֹל m. *profanus*, opp. sancto, sacrato Lev. 10, 10. 1 Sam. 21, 5. 6, a rad. חָלַל Pi. no. 4.

חָלָא (vic. חָלָה) 1) prob. *trivit*, it. *strinxit*, reiben, aufreiben, streichen, aufstreichen. (Arab. حلأ *trivit* oculisque *illevit* collyrium, aufstreichen, *percussit* gladio, streichen; pellem detraxit, abstreifen). Inde חֶלְאָה.

2) *aegrotus fuit* fort. pr. *attritus fuit* i. q. חָלָה no. 2. 3. Semel legitur וַיֶּחֱלָא 2 Par. 16, 12. Inde תַּחֲלוּא.

חֶלְאָה f. 1) *aerugo* ollae cupreae fort. a deterendo dicta. Ez. 24, 6 sq. 2) n. pr. f. 1 Chr. 4, 5. 7.

חֲלָאִים v. חֲלִי.

חלב rad. inusit. *pinguis fuit.* (Origo est in lubricitate rerum pinguium et congruunt graeca λίπα, λιπάω, λιπόω, ἀλείφω, lat. *lippus*). Inde n. pr. אַחְלָב et quae proxime sequuntur.

חָלָב m. c. art. הֶחָלָב cstr. חֲלֵב (tanquam a חֵלֶב), c. suff. חֲלָבִי *lac,* idque recens, diversum a חֶמְאָה, dictum a pinguedine Gen. 18, 8. 49, 12. Prov. 27, 27. De formula אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ v. sub rad. זוּב. *Lac* populorum *sugere* poët. pro opes eorum suos facere, sibi vindicare Jes. 60, 16. (Arab. حَلَبٌ, حَلِيبٌ id., unde حَلَبَ mulsit lac, aeth. ሐሊብ፡ lac).

חֵלֶב et חֶלֶב (Jes. 34, 6) c. suff. חֶלְבּוֹ pl. חֲלָבִים cstr. חֶלְבֵי Gen. 4, 4 m. 1) *pinguedo, adeps.* Lev. 3, 3, sq. 4, 8. 31. 35, metaph. a) *optimum, praestantissimum* cuiusque generis. חֵלֶב הָאָרֶץ pinguedo terrae, i. e. optimi eius fructus Gen. 45, 18, חֵלֶב חִטָּה Ps. 81, 17, חֵלֶב חִטִּים 147, 14 adeps tritici et חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה Deut. 32, 14 (cf. Jes. 34, 6) adeps renum tritici, i. e. triticum optimum. b) *cor pingue* i. e. torpens Ps. 17, 10, cf. 73, 7 et gr. παχὺς lat. pinguis pro stulto, hebete. Quod nonnulli contulerunt, خِلْبٌ pericardium, id itidem a pinguedine dictum videtur, quanquam sub rad. خلب Arabes alia omnia habent.

2) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. 23, 29, pro quo 1 Chr. 11, 30 חֵלֶד et 27, 19 חֶלְדַּי.

חֶלְבָּה (pinguedo i. e. regio fertilis) n. pr. oppidi Asseritarum, Iud. 1, 31.

חֶלְבּוֹן (pinguis i. e. fertilis) n. pr. urbis Syriae, vini generosi feracis Ez. 27, 18, gr. Χαλυβών, de cuius vino praestantissimo olim regibus Persiae allato v. Strabo XV, pag. 1068 (al. 735). Arabice haec urbs in medio aevo celeberrima (vid. Freytag hist. Halebi) حَلَب, hodie *Aleppo* vocatur, v. Bocharti Hieroz. I, 543. Abulfedae Syria p. 118. Golius ad Alferganum p. 270 sq. — J. D. Michaëlis (Supplem. p. 748 sq.) urbem *Kennesrin* intelligi coniicit, quae a nonnullis Aleppo vetus vocatur; nec tamen hoc necessarium.

חֶלְבְּנָה f. *galbanum,* gummi graveolens ferulae galbaniferae in Syria et Arabia nascentis Ex. 30, 34. Syr. ܚܠܒܢܐ gummi. Cf. Celsii Hierob. T. I. p. 267.

חלד rad. inusit. I) i. q. syr. ܚܠܕ *fodit,* unde חֹלֶד. II) arab. خَلَدَ *perduravit, perennavit, sempiternus fuit.* Inde

חֶלֶד m. 1) *duratio s. tempus vitae* Ps. 39, 6. 89, 48, inde *vita* Iob. 11, 17, sec. all. tempus (ut עוֹלָם). 2) *mundus* (cf. עוֹלָם). Ps. 49, 2. 17, 14: מְתִים מֵחֶלֶד *rerum terrestrium amantes,* cf. κόσμος Jo. 15, 18. 19.

חֹלֶד m. *talpa* Lev. 11, 29. (Syr. ܚܘܠܕܐ, arab. خُلْدٌ, خُلْدٌ id.). V. Bocharti Hieroz. T. I. p. 1022. Oedmann verm. Sammlungen aus der Naturkunde II, p. 50.

חֻלְדָּה (talpa?) n. pr. prophetissae 2 Reg. 22, 14. 2 Chr. 34, 22.

חֶלְדַּי (mundanus, terrestris) n. pr. m. 1) v. חֵלֶב. 2) Zach. 6, 10, pro quo V. 14 חֵלֶם (somnium).

חלה pr. tritus fuit (cf. חָלָא), inde 1) *politus, laevis fuit,* unde חֲלִי, חֶלְיָה mundus muliebris, a politura

dictus, it. arab. حلي ornavit mundo muliebri, et syr. ܚܠܐ dulcis, suavis fuit (pr. laevis), Pa. ornavit, ܚܠܝܐ suavis.

2) *viribus attritus, infirmus fuit.* Iud. 16, 7 sq. Jes. 57, 10.

3) *aegrotavit* Gen. 48, 1. חָלָה חֳלִי ut gr. *νοσεῖν νόσον.* 2 Reg. 13, 14. חָלָה אֶת רַגְלָיו pedibus laboravit 1 Reg. 15, 23. De morbo ex vulnere 2 Reg. 1, 2. 1 Sam. 31, 3. רָעָה חוֹלָה malum aegrum i. e. vix sanabile. Eccl. 5, 12. 15. חוֹלַת אַהֲבָה aegra amore Cant. 2, 5. 5, 8.

4) *doluit* Prov. 23, 35, hinc metaph. *sollicitus fuit* sq. עַל 1 Sam. 22, 8. (Respondet aethiop. ሐለየ፡ sollicitum esse pro gr. *μεριμνᾶν* Matth. 6, 28, v. Lud. de Dieu ad h. l.).

Niph. נֶחֱלָה 1) *viribus attritus, languore confectus est* Jer. 12, 13. 2) *morbo affectus est* Dan. 8, 27. Part. f. נַחְלָה v. c. מַכָּה נַחְלָה vulnus aegrum, aegre curabile Jer. 14, 17. 30, 12, cf. 10, 19. Nah. 3, 19. 3) *sollicitus fuit,* sq. עַל Am. 6, 6.

Pi. חִלָּה 1) *demulsit, permulsit* faciem alic., a primaria radicum חָלָא et חָלָה potestate, nimirum atterendi, abstergendi, stringendi, palpandi, cf. gr. *κηλέω* mulceo, blandior. Ubique plene dicitur: חִלָּה פְּנֵי פ׳ demulsit faciem alic. a) de blandiente, adulante, nimirum regi, nobili Iob. 11, 19. Prov. 19, 6. Ps. 45, 13: *donis tibi adulantur ditissimi populorum.* b) de rogante, gratiam alic. implorante Ex. 32, 11. 1 Sam. 13, 12. 1 Reg. 13, 6. 2 Reg. 13, 4. Dan. 9, 13. Cf. Iliad. 8, 371. 10, 454 sq.

2) *aegrum fecit, morbo affecit* Deut. 29, 21. Ps. 77, 11: חַלּוֹתִי הִיא hoc me aegrum fecit.

Pu. pass. *debilis factus est* (de umbra in orco) Jes. 14, 10.

Hiph. praet. הֶחֱלִי (forma Syr. pro הֶחֱלָה) Jes. 53, 10 1) *aegrum fecit* vulnus Jes. l. c. Mich. 6, 13, *morbum peperit,* sibi contraxit. Hos. 7, 5: *die regis nostri* הֶחֱלוּ שָׂרִים חֲמַת מִיָּיִן *morbum sibi contrahunt principes ex calore vini.* 2) *aegritudine affecit.* Prov. 13, 12.

Hoph. vulneratus est 1 Reg. 22, 34.

Hithp. 1) *aegrotavit* (prae moerore) 2 Sam. 13, 2. 2) *se aegrotum esse simulavit,* ibid. V. 5. 6.

Nom. derivata a *poliendo* ducta v. sub Kal no. 1, ab *aegrotando* sunt חֳלִי, מַחֲלָה, מַחֲלֶה, מַחֲלוּי.

חַלָּה f. *placenta* 2 Sam. 6, 19, maxime in sacris adhibita, *libum* Lev. 8, 26. 24, 5, a rad. חָלַל no. 1 perforavit, liba enim, ut apud Arabes et Judaeos nostrates, perforabantur.

חֲלוֹם pl. חֲלוֹמוֹת m. *somnium* Gen. 20, 3. 6. 31, 10. 11. 24. Somnia pro *nugis* Eccl. 5, 6, cf. 2. Rad. חָלַם.

חַלּוֹן comm. (Jos. 2, 18. Ez. 42, 16) pl. ־ים Joël 2, 9, et ־ות Ez. 40, 16 *fenestra,* a perforando dicta, v. rad. חָלַל. בְּעַד הַחַלּוֹן per fenestram Gen. 26, 8. Jos. 2, 15. Iud. 5, 28.

חֹלוֹן n. pr. (sec. Sim. commoratio) 1) oppidi sacerdotalis in tribu Judae; fort. eiusdem quod alibi חִילֵן appellatur 1 Chr. 6, 43. Jos. 15, 51. 21, 15. 2) oppidi Moabitarum Jer. 48, 21, probab. i. q. חוֹרוֹן.

חֲלוֹף m. *bona relicta* (morientis) Prov. 31, 8: בְּנֵי חֲלוֹף *liberi relicti,* orphani. (Arab. خلف II. liberos reliquit moriens Marc. 12, 19. 20. Act. 18, 21.)

חֲלוּשָׁה f. *clades* Ex. 32, 18, a rad. חָלַשׁ.

חֲלַח n. pr. provinciae assyriacae, in quam decem tribuum pars a Salmanassare deportata est, probabiliter Calachenes (*Καλαχηνή* Strab. XVI, 1, *Καλακινή* Ptol. VI, 1), quae est borealis Assyriae provincia ad

Armeniae fines 2 Reg. 17, 6. 18, 11. Cf. כָּלַח.

חַלְחָלָה f. (a rad. חוּל Pilp.) 1) *dolor* parturientis Jes. 21, 3. 2) *tremor, terror* Nah. 2, 11. Ez. 30, 4. 9.

חָלַט rad. in Kal inusit. Talmudicis in Kal et Hiph. est *declaravit, confirmavit* (v. Mischn. Surenh. V, p. 216. VI, p. 42), idque potest adhiberi verbis hebraeis 1 Reg. 20, 33: וַיְמַהֲרוּ וַיַּחְלְטוּ הֲמִמֶּנּוּ *et properarunt, eumque declarare iusserunt, num ab ipso* (pronuntiatum sit), i. e. studiose id agebant, ut rex sententiam suam denuo declararet et confirmaret. וַיַּחְלְטוּ pro וַיַּחְלִיטוּ 1 Sam. 14, 22. 31, 2. Lgb. p. 322. Arab. حلط est studiose contendit, iuravit, quod minus aptum est ad h. l. LXX. ἀνελέξαντο τὸν λόγον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Vulg. rapuerunt verbum ex ore eius (חלט pro חָלַץ).

חֲלִי m. pl. חֲלָאִים pro חֲלָיִים (Lgb. p. 575) *monile* a poliendo dictum, v. חָלָה no. 1. Prov. 25, 12. Cant. 7, 2. (Arab. حَلْي id.).

חֳלִי in pausa חֹלִי c. Suff. חָלְיוֹ plur. חֳלָיִים m. 1) *morbus* (a rad. חָלָה no. 3), tum internus Deut. 7, 15. 28, 61, tum externus Jes 1, 5. 2) *aegritudo*. Eccl. 5, 16: חָלְיוֹ pro חֳלִי לוֹ. 3) *malum, calamitas*, ein Uebel, Eccl. 6, 2.

חֶלְיָה f. voc. חֲלִי *monile* Hos. 2, 15, a rad. חָלָה no. 1.

חָלִיל 1) subst. m. *tibia*, a perforando dicta (v. rad. חָלַל no. 1) Jes. 5, 12. 30, 29. 1 Reg. 1, 40.

2) adj. *profanus* (v. rad. Pi. no. 3, b et Hiph. no. 3) et neutr. *profanum*, unde cum He parag. חָלִילָה, חָלִלָה (Milêl) propr. *ad profana*, i. e. absit (Talmud. חולין לך), vox detestantis. 1 Sam. 20, 2: חָלִילָה לֹא תָמוּת *absit! non morieris*, cf. 2, 30. Dicitur a) חָלִילָה לִּי sq. מִן c. inf. *absit a me, ut* (ita) *agam* Gen. 18, 25. 44, 7. 17. Jos. 24, 16, cf. Iob. 34, 10. b) sq. אִם c. futuro Iob. 27, 5. 1 Sam. 14, 45 (omisso לִּי) 2 Sam. 20, 20. Passim utrique formulae additum מֵיהוָה 1 Sam. 24, 7. 26, 11. 1 Reg. 21, 3 in hanc sententiam: ad loca profana s. maledicta a Domino (v. מִן 2, b), vel significatione primaria neglecta: maledictio s. exsecratio mihi a Domino, si cet. Jos. 22, 29: חָלִילָה לָּנוּ מִמֶּנּוּ לִמְרֹד בַּיהוָה *vae nobis ab illo* (i. e. Jehova), *si peccaremus contra Jehovam*. Paululum diversa est ratio loci 1 Sam. 20, 9: *absit a te* (pro *me*) *ut, si cognovero — tibi non indicem*.

חֲלִיפָה f. (a rad. חָלַף) 1) *permutatio, vicissitudo*. 2 Reg. 5, 5: עֶשֶׂר חֲלִיפוֹת בְּגָדִים *decem mutationes vestium* i. e. vestes decies mutandae, decem iusti ornatus (angl. dixeris *changes*) 22, 23. Iud. 14, 12. 13. Gen. 45, 22, etiam omisso בְּגָדִים Iud. 14, 19. Spec. dicitur de militibus alternis vicibus vigilias servantibus, unde metaph. Iob. 14, 14: *omnes dies militiae meae exspectarem* עַד־בּוֹא חֲלִיפָתִי *donec alii in stationem succederent*, donec missa esset statio mea: misera enim conditio in orco molestiis comparatur militis in vigilia constituti. Alibi de agmine recente in defatigatorum locum succedente. 10, 17: חֲלִיפוֹת וְצָבָא עִמִּי per ἓν διὰ δυοῖν: *vices et agmina contra me* i. e. agmina continuo sibi succedentia me oppugnant. De similibus operarum vicibus 1 Reg. 5, 28 adv. *alternis vicibus*.

חֲלִיצָה f. *exuviae*, quae homini occiso detrahuntur 2 Sam. 2, 21. Iud. 14, 19, a rad. חָלַץ.

חָלַךְ rad. inusit. Arab. حلك *niger* metaph. *miser, infaustus fuit*, ut عمر حالك vita misera. (Origo, ni fallor, est in urendo,

adurendo, et haec nostra radix emollita est ex chald. חֲרַךְ, arab. حرق adussit, cf. חוּם niger, a rad. חוּם et חָמַם). Inde

חֶלְכָה (pro חֵלְכָא) adj. quadril. (in fine additis א et ה, v. Lgb. p. 865) m. Ps. 10, 8, in pausa חֵלְכָה V. 14 pl. חֵלְכָאִים V. 10 Chethibh *miseri, infelices*, ut recte vett. interpretes. Alii reddebant חלכה *agmen tuum* (o Deus) et חל כאים, quod etiam Masora divisim scribere iubet, *agmen attritorum:* sed illud praestat.

חָלַל 1) *perforavit, confodit, transfodit* (arab. خلّ Conj. I et V), et intrans. *transfossus, vulneratus est* Ps. 109, 22. Inde חָלָל, חָלִיל, חַלָּה, חַלּוֹן, מְחִלָּה. Cf. Pi. et Po.

2) *solvit, aperuit.* (Arab. حلّ, contigua sunt gr. χαλάω, λύω). Cf. Pi. Hiph.

Pi. 1) *vulneravit.* Ez. 28, 9. 2) *solvit,* dissolvit (foedus) Ps. 55, 21. 89, 35.

3) *aperuit,* aditum dedit, hinc a) חִלֵּל הַבַּת Lev. 19, 29 filiae pudicitiam prostituit, cf. 21, 7. 14. b) *profanavit* (quae enim sancta habentur, plebis aditui non patent), ut sanctuarium Lev. 19, 8. 21, 9 sq. Mal. 2, 11; sabbatum Ex. 31, 14; nomen Dei 19, 22. Mal. 1, 12; sacerdotes Jes. 43, 28, patris cubile (incestu) Gen. 49, 4. — Praegnanter dictum est Ps. 89, 40: חִלַּלְתָּ לָאָרֶץ נִזְרוֹ *profanas eius coronam* (proiiciendo) *in terram,* cf. 74, 7. Ez. 28, 16. חִלֵּל הַכֶּרֶם vineam (primum sacro usui destinatam) rebus profanis adhibuit (Lev. 19, 23) i. e. fructus eius in usum suum convertit Deut. 20, 6. 28, 30. Jer. 31, 5. Inde חֹל, חָלִילָה.

4) *subvertit, destruxit,* ut gr. *λύειν.* Jes. 23, 9.

5) denom. a חָלִיל *tibia cecinit* 1 Reg. 1, 40.

Pu. pass. Pi. no. 1 Ez. 32, 26, pass. no. 3, b, Ez. 36, 23.

Po. חוֹלֵל *vulneravit, transfodit.* Jes. 51, 9: מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין *qui draconem* (int. Aegyptum) *confodit.* Pass. מְחוֹלָל *vulneratus* Jes. 53, 5. Alex. ἐτραυματίσθη.

Niph. נִחַל (pro נֶחַל) inf. הֵחֵל (ut הָמֵס) fut. יֵחַל, תֵּחַל pass. Pi. no. 3, b *profanatus est* Ez. 7, 24. 20, 9. 14. 22. Lev. 21, 4.

Hiph. הֵחֵל 1) *solvit, liberavit* Hos. 8, 10: וַיָּחֵלּוּ מְעַט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ *ii* (populi hostiles) *liberabunt* eos *mox ab onere* (i. e. imperio iis molesto) *regis.* — 2) (fidem) *fregit* Num. 30, 3. — 3) i. q. Pi. no. 3, b *profanavit.* Ez. 39, 7. — 4) *incepit,* quod ab *aperiendo* ductum, ut complura synonyma, v. c. פתח arab. aperuit, incepit, syr. ܦܬܚ solvit, aperuit, incepit, germ. eröffnen. Ponitur sq. לְ cum inf. Gen. 10, 8, omisso לְ Deut. 2, 25. 31. 1 Sam. 3, 2, raro sq. verbo fin., ut Deut. 2, 24: הָחֵל רָשׁ. 1 Sam. 3, 12: הָחֵל וְכַלֵּה *incipiendo et finiendo,* i. e. ab initio usque ad finem. Gen. 9, 20: וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה *et Noachus coepit* (esse) *agricola.*

Hoph. pass. *coeptum est* Gen. 4, 26.

Nomm. derivata sunt: חֹל, חַלָּה, חָלִיל, חַלּוֹן, מְחִלָּה, תְּחִלָּה et

חָלָל m. adj. 1) *confossus,* hinc vulnere mortifero affectus Iob. 24, 12. Ps. 69, 27. Jer. 51, 52, et frequentius *interfectus,* in pugna Deut. 21, 1. 2. 3. 6. חֲלַל חֶרֶב ferro occisus Num. 19, 16, et translate propter antithesin חַלְלֵי־רָעָב fame occisi Thren. 4, 9, cf. Jes. 22, 2. 2) *profanus* (v. verbum Pi. no. 4). Ez. 21, 30, f. חֲלָלָה (iuxta זוֹנָה positum) *profanata* i. e. meretrix, Lev. 21, 7. 14. — De significatione activa confodentis i. e. militis, quam nonnulli commendarunt, v. comment. ad Jes. 22, 2.

חָלַם fut. יַחֲלֹם 1) arab. حَلُمَ conj. I. V. *pinguis, torosus fuit,* de infante, pecude, v. Lexicographos Arabum ap. Scheidium ad Cant. Hiskiae p. 140 (cogn. חֵלֶב, حلب). Hinc semel Iob. 39, 4 (7) *fortis, robustus* factus est. (Syr. Pe. et Ethpe. convaluit).

2) *somniavit* (uti volunt, quia corpus pingue ad somnum et somnia inclinet, quod nunc in medio relinquimus: certum tamen pinguedinis et somnii significationem in reliquis etiam linguis cognatis sub iisdem litteris frequentari, arab. حلم, aeth. ሐለመ: syr. ܚܠܡ) Gen. 37, 5 sq. 42, 9. Jes. 29, 8. חוֹלֵם חֲלוֹם somnians somnia, i. q. נָבִיא, quandoquidem somnia inspirationi divinae tribuere solebant Deut. 13, 2. 4, cf. Joël. 3, 1. Num. 12, 6.

Hiph. 1) *convalescere iussit* Jes. 38, 16. 2) *somnia induxit* Jer. 29, 8.

Derivv. חֲלוֹם, חַלָּמוּת, אַחְלָמָה.

חֵלֶם m. 1) emph. חֶלְמָא chald. *somnium* Dan. 2, 4 sq. 4, 2 sq. 2) n. pr. v. חֶלְדַּי no. 2.

חַלָּמוּת f. ἅπαξ λεγόμ. Iob. 6, 6 multis interpretum coniecturis vexatum, in eo certe consentientium, connexam orationem *cibum quendam insulsum, insipidum* flagitare. Ut veram eius significationem indagemus, ab etymo proficiscimur. Notat igitur חַלָּמוּת (formae פַּלָּצוּת) a חָלַם pr. *somnolentiam, somnia,* hinc *fatuitatem* (coll. Eccl. 5, 2. 6), *rem fatuam,* quod commode ad cibum fatuum referri poterat, ut vicissim *insulsi, insipidi* notio a sapore ad sermonem transfertur, cf. μωρὸς ap. Dioscorid. de radicibus insipidis. Quis fuerit hic cibus, egregie docuit Syrus interpres, reddens ܚܠܡܬܐ; hoc enim vocabulum, hebraeo nostro simillimum, *portulacam* notat, oleris genus, cuius sapor fatuus apud Arabes (أَحْمَقُ مِنْ رِجْلَةٍ portulaca stultior, v. Meidanii prov. no. 344, p. 219 ed. H. A. Schultens, Golius ad sententias arab. no. 81), Graecos (μωρὸν λάχανον, βλίτον, unde βλίτων, βλιτὰς, βλιτομάμας Arist. Nub. 997 de homine fatuo) et Romanos (*bliteus* Plaut. Trucul. 4, 4, 1) in proverbium abiit, inde *olus fatuum* الْبَقْلَةُ الْحَمْقَاءُ dictum, quod ipsum vc. arabicus Iobi interpres pro syr. ܚܠܡܬܐ adhibet. Accedit talmud. חַלְמִית, quod de olerum genere legitur Chilaim 8, §. 8. — רִיר חַלָּמוּת ap. Iob. l. c. pr. *saliva portulacae* contemtim dici videtur de iusculo oleris, quo etiam nos proverbialiter et iocando de re fatua, maxime sermone fatuo uti possumus (Kohl-Brühe). — Hebraei intpp. et Targg. חַלָּמוּת idem esse volunt quod חֶלְמוֹן et חֶלְבּוֹן vitellum ovi (a rad. חָלַם = חָלַב no. 1), et *salivam vitelli* albumen ovi interpretantur, utpote cibum insulsum: haud ita male, sed illud magis placet, propter tot linguarum analogiam.

חַלָּמִישׁ m. quadrilitt. *silex,* lapis durus Iob. 28, 9. Ps. 114, 8, plenius צוּר הַחַלָּמִישׁ Deut. 8, 15. 32, 13. (Arabes habent خَلَنْبُوسٌ, non خَلَنْبُوسٌ, pyrites. Origo esse videtur in glabritie, quae significatio in pluribus radicibus a חל ordientibus inest, v. חלב, חלה, חלק, cf. nostr. *glaber, gladius, glatt.* Contiguum est gr. χάλιξ silex).

חָלַף fut. יַחֲלֹף poët. pro עָבַר 1) *praeteriit* Iob. 4, 15. 9, 26. Cant. 2, 11, inde *abiit* 1 Sam. 10, 3, *periit,* evanuit Jes. 2, 18, (legem) *migravit* 24, 5. 2) *transiit,*

unde causat. *transfodit* Iud. 5, 26. Iob. 20, 24. 3) hostiliter *invasit* in aliquem Iob. 9, 11. 11, 10; de vento Jes. 21, 1; de flumine 8, 8. 4) *successit*, hinc *reviruit* planta. Ps. 90, 5. 6. Translate Hab. 1, 11: אָז חָלַף רוּחַ *tum reviviscit eius animus.* (Syr. Aph., Arab. خلف conj. IV. id.).

Pi. mutavit (vestes) Gen. 41, 14. 2 Sam. 12, 20. (Syr. Pa. id.).

Hiph. 1) *commutavit, permutavit* Gen. 35, 2. Lev. 27, 10. Ps. 102, 27. 2) *mutavit* Gen. 31, 7. 41. 3) causat. Kal no. 4 *revirescere fecit* arborem Jes. 9, 9, et intrans. *reviruit* (pr. nova germina, folia produxit) Iob. 14, 7, unde adiecto כֹּחַ novas vires sumsit Jes. 40, 31. 41, 1, et per ellipsin eius vocis Iob. 29, 20.

Derivv. חֵלֶף, חֲלוֹף, חֲלִיפָה, מַחֲלָפוֹת.

חֲלַף chald. *praeteriit* tempus. Dan. 4, 13. 20. 29.

חֵלֶף 1) subst. permutatio, inde praep. *pro, loco* Num. 18, 21. 31. 2) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 33.

I. חָלַץ fut. יַחֲלֹץ 1) *extraxit* Thren. 4, 3, hinc *exuit* (calceum) Deut. 25, 10. 2) *subtraxit, subduxit se*, sq. מִן Hos. 5, 6 cf. nostr. *abziehn* pro *weggehn*, discedere. (Arabes priorem significatum habent in rad. خلع, ץ et ע inter se permutatis, extraxit, exuit vestes, calceos: posteriorem in خلص exiit ex loco, liber evasit, v. exempla ap. Schroeder. de vestitu mul. Hebr. p. 212).

Pi. 1) *extraxit, evellit*, ut lapides ex pariete Lev. 14, 40. 43. 2) *liberavit* 2 Sam. 22, 20. Ps. 6, 5. 50, 15. 81, 8. 3) ex usu Syrorum in Pe. et Pa. *spoliavit.* Ps. 7, 5: *si spoliavi inimicum meum.* Cf. חֲלִיצָה.

Niph. liberatus est Prov. 11, 8. Ps. 60, 7. 108, 7.

Derivv. חֲלִיצָה, מַחֲלָצוֹת.

II. חָלַץ *alacer, strenuus fuit*, fort. cogn. חָרַץ. Part. pass. חָלוּץ *alacer, expeditus* ad pugnam (syr. ܡܚܠܨܐ), plene חָלוּץ צָבָא ad bellum expeditus Num. 32, 21. 27. 29 sq. Deut. 3, 18. Jos. 6, 7 sq. Jes. 15, 4: חֲלֻצֵי מוֹאָב *viri expediti Moabi* poët. pro pedestri גִּבּוֹרֵי מוֹאָב milites Moabi, quod est in loco ex illo Jesajano expresso Jer. 48, 41.

Niph. se accinxit, alacer fuit ad pugnam Num. 31, 3. 32, 17.

Hiph. alacrem, expeditum reddidit. Jes. 58, 11.

חָלָץ nonnisi dual. חֲלָצַיִם *lumbi*, ab alacritate dicti. Hinc *lumbos accingere* i. q. pugnam parare Iob. 38, 3. 40, 7; *ex lumbis* alic. *exire*, ex eo gigni Gen. 35, 11. (Chald. חַרְצִין, syr. ܚܨܐ, eiecto ל vel ר v. ad חָלַץ no. II).

חֶלֶץ (fort. lumbus i. q. חָלָץ) n. pr. m. 1) 1 Chron. 2, 39. 2) 2 Sam. 23, 26, pro quo חֵלֶץ 1 Chr. 11, 27. 27, 10.

חָלַק fut. יַחֲלֹק 1) *glaber, laevis fuit.* (Arab. خلق et خلق id., sed خلق act. formavit, finxit, creavit, propr. laevigavit, cui cogn. est حلق crines totondit, propr. glabrum fecit caput, mentum. Glabritiei autem significationem habent plurimae stirpes a *gl* ordientes, maxime *glc* etiam in linguis occidentalibus, ut χαλκός, χάλιξ silex glaber, *calculus*, κόλαξ homo laevis, blandus = חָלָק no. 2, γλυκύς cuius vis primaria in tactu est, γλοῖος, γλίσχρος, lat. *glacies, glaber, gladius, glisco, gluten;* nostr. *glatt, gleiten, Glas, gleifsen* = glänzen, cf. hebr. גָּלַח, جلا polivit cet.). Metaph. *blandus fuit*, de

corde Hos. 10, 2, de ipsis hominibus Ps. 55, 22.

2) *divisit, partitus est,* maxime sorte Jos. 14, 5. 18, 2. 22, 8. (Ductum hoc a nomine חֵלֶק, quod proprie lapillum glabrum, dein *sortem* denotat, coll. chald. חֲלַק lapillus computatorius, sors, خَلَاقَة id. Secundarium est arab. خَلَقَ destinavit, praedestinavit, aethiop. *huálekuá* numeravit, adnumeravit, *húelqu* numerus, sors, cf. aram. ܚܘܠܩܐ, חוּלְקָא sors, חֲקַלְקָא ager sorte divisus, hereditas). 2 Sam. 19, 30. 1 Sam. 30, 24: יַחְדָּו יַחֲלֹקוּ *pariter* (inter se) *partiantur,* i. e. aequis portionibus. Prov. 17, 2: *medios inter fratres partitur hereditatem* i. e. eandem cum fratribus portionem habebit, cf. Iob. 27, 17; sq. עִם cum aliquo partitus est Prov. 29, 24; sq. לְ alicui impertivit Deut. 4, 19. 29, 25. Neh. 13, 13, sq. בְּ rei. Iob. 39, 17: וְלֹא חָלַק לָהּ בַּבִּינָה *nec impertivit ei de sapientia,* cf. חֵלֶק no. 2 litt. b.

3) *spoliavit,* a חֵלֶק no. 2, b. 2 Chr. 28, 21: *Ahasus spoliavit domum Dei, domum regis et principum.* Bene LXX. ἔλαβεν τὰ ἐν τῷ οἴκῳ, *domus* enim dicitur pro opibus ibi asservatis, v. בַּיִת no. 9.

Niph. 1) *divisus, distributus est* Num. 26, 53. 55. 2) *divisit se.* Iob. 38, 24. Gen. 14, 15 cstr. praegn.: וַיֵּחָלֵק עֲלֵיהֶם *divisit se super eos* i. e. copiis divisis impetum fecit in eos. 3) *partiri inter se,* ut Hithpa. 2 Paralip. 23, 6: וַיֶּחָלְקֵם *partitus est eos,* 24, 6. Praestat tamen legere וַיְחַלְּקֵם, v. Lehrgeb. p. 462.

Pi. 1) ut Kal no. 2 *partitus est,* v. c. praedam Gen. 49, 27. Ps. 68, 13, sq. לְ distribuit inter 2 Sam. 6, 19. Jes. 34, 17. 1 Reg. 18, 6: וַיְחַלְּקוּ לָהֶם אֶת־הָאָרֶץ *distribuebant inter se terram.* It. i. q. *attribuit.* Iob. 21, 17. Jes. 53, 12: אֲחַלֶּק־לוֹ בָרַבִּים *attribuam ei sortem inter potentes.* 2) *dispersit.* Gen. 49, 7. Thren. 4, 16. *Pu. divisus, distributus est* Jes. 33, 23. Am. 7, 17. Zach. 14, 1.

Hiph. 1) trans. Kal no. 1 *laevem fecit, laevigavit* (de artifice) Jes. 41, 7. Metaph. *laevem fecit linguam* Ps. 5, 10. Prov. 28, 23, *laevia dedit verba* Prov. 2, 16. 7, 5 i. e. *blanditus est,* etiam omissis his accuss. Prov. 29, 5: גֶּבֶר מַחֲלִיק עַל־רֵעֵהוּ *vir blandiens alteri.* Ps. 36, 3. 2) causat. Kal no. 2. Jer. 37, 12: לַחֲלִק מִשָּׁם *ut portionem* (hereditatem) *suam inde accipiat.*

Hithp. (inter se) *partiri.* Jos. 18, 5.

Derivv. statim sequuntur praeter מַחֲלֹקֶת.

חָלָק m. adj. 1) *laevis, glaber* (opp. piloso, hirsuto) Gen. 27, 11, hinc *calvus,* de monte Jos. 11, 17. 12, 7, *blandus,* de palato i. e. ore meretricis Prov. 5, 3, cf. 26, 28. 2) *lubricus,* fallax. Ez. 12, 24, cf. 13, 7.

חֲלָק chald. *pars, sors* Esr. 4, 16. Dan. 4, 12. 20, cf. hebr. חֵלֶק.

חֲלַקּוֹת f. plur. *blanditiae.* Dan. 11, 32.

חֵלֶק c. suff. חֶלְקִי pl. חֲלָקִים cstr. חֶלְקֵי, semel חַלְּקֵי (c. Dag. euph. Jes. 57, 6) m. 1) *laevor, laevitas.* Jes. 57, 6: בְּחַלְּקֵי־נַחַל חֶלְקֵךְ *in laevoribus* (i. e. partibus calvis, non frondosis cf. Jos. 11, 17) *vallis est sors tua* i. e. idola colis, ubi luditur in duplice significatione verbi חֵלֶק laevitas, sors, portio. Metaph. blandities Prov. 7, 21.

2) *sors, pars, portio* (v. ad rad. no. 2). חֵלֶק כְּחֵלֶק aequis portionibus Deut. 18, 8. Spec. a) *pars praedae* Gen. 14, 24. 1 Sam. 30, 24, unde *praeda* ipsa, poët. pro praedatoribus אַנְשֵׁי חֵלֶק. Iob. 17, 5: לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים (qui) *praeda-*

toribus prodit amicos. b) *pars agri*, *ager* ipse 2 Reg. 9, 10. 36. 37 (it. transpositis litteris chald. חַקְלָא et aeth. ሐቅል፡ ager), hinc *terra continens* (oppos. mari) Am. 7, 4. c) חֵלֶק יַעֲקֹב *pars Jacobi*, dr. Jehova, quem Israëlitae colendum sortiti sunt Jer. 10, 16. 51, 19, cf. Deut. 4, 19. Ps. 16, 5. 142, 6 et versa vice חֵלֶק יְהוָה dr. de populo Israëlitico, quem Deus sortitus est protegendum et fovendum. Deut. 32, 9. d) יֵשׁ לִי חֵלֶק וְנַחֲלָה עִם, אֶת־פְּלוֹנִי mihi est pars et hereditas i. e. commercium s. communio cum aliquo Deut. 10, 9. 12, 12. 14, 27. 29. 2 Sam. 20, 1. 1 Reg. 12, 16. Ps. 50, 18. e) *sors* hominis in hac vita, *μοῖρα* Eccl. 2, 10. 3, 22. 5, 17. Iob. 20, 29. 31, 2: חֵלֶק אֱלוֹהַּ *sors a Deo destinata.*

3) n. pr. filii Gileadi Num. 26, 30. Jos. 17, 2, cuius patron. est חֶלְקִי Num. l. c.

חָלָק adj. *laevis.* 1 Sam. 17, 40: חֲמִשָּׁה חַלֻּקֵי אֲבָנִים *quinque laeves lapidum* q. e. quinque lapides laeves, de quo idiomate cf. Jes. 29, 19. Hos. 13, 2 et Lgb. p. 678.

חֶלְקָה f. i. q. חָלָק 1) *laevitas, laevor* Gen. 27, 16 pl. viae laeves, lubricae Ps. 73, 18. Metaph. *blandities* Prov. 6, 24. שְׂפַת חֲלָקוֹת labia blanda Ps. 12, 3. 4 pl. חֲלָקוֹת id. Jes. 30, 10.

2) *pars,* addito שָׂדֶה portio agri Gen. 33, 19. Ruth 2, 3, eoque omisso id. 2 Sam. 14, 30. 31. 23, 12.

חֲלֻקָּה f. *partitio* 2 Chr. 35, 5.

חֶלְקַי (blandus) n. pr. m. Neh. 12, 15.

חִלְקִיָּה et **חִלְקִיָּהוּ** (pars Jehovae i. e. Deo peculiari modo attributus) *Hilkias* n. pr. 1) pontificis maximi regnante Josia 2 Reg. 22, 8. 12. 2) patris Jeremiae Jerem. 1, 1. 3) patris Eljakimi 2 Reg. 18, 18. 26. Jes. 22, 20. 36, 3. 4) 1 Chr. 26, 11. 5) Jer. 29, 3. 6) 1 Chr. 6, 30. 7) Neh. 8, 4.

חֲלַקְלַקּוֹת pl. f. 1) *loca lubrica* Ps. 35, 6. Jer. 23, 12. 2) *blandimenta,* Dan. 11, 21. 34.

חָלַשׁ 1) fut. יַחֲלֹשׁ *prostravit*, *vicit* Ex. 17, 13, sq. עַל Jes. 14, 12, ut nostr. *siegen über.* (Arab. حَلَسَ stravit, حِلْسٌ strenuus, fortis). Inde חֲלוּשָׁה. 2) fut. יֶחֱלַשׁ intrans. *debilis, caducus, confectus fuit* pr. prostratus est. Iob. 14, 10. (Syr. Ethpa. debilitatus est, ܚܰܠܫܳܐ debilis).

חַלָּשׁ m. *debilis.* Joël. 4, 10.

I. חָם nonnisi c. suff. חָמִיךְ, חָמִיהָ m. *socer* Gen. 38, 13. 24. 1 Sam. 4, 19. 21. Fem. est חָמוֹת q. v. Sequitur analogiam nominum irregularium אָב, אָח, Lgb. p. 479. 605. 606. (Arab. حَمٌ socer, propinquus mariti vel uxoris, aeth. ሐም፡ socer, ተሐመወ፡ affinitatem contraxit, gener factus est, sam. ࠇࠌ socer, it. sponsus. Apparet ex his, propriam vc. potestatem esse in affinitate, respondet igitur gr. *γαμβρός* pro *γαμερός* socer, gener, sponsus, affinis, a *γάμος*, *γαμέω*. Neque significatio tantum horum vcc. congruit, sed utrumque eiusdem stirpis est. Utrumque enim, et semiticum חָם et gr. *γάμος*, pertinet ad late patentem familiam radicum coniungendi potestatem habentium, nimirum אָמַם, גָּמַם, maxime עָמַם, ubi vide plura).

II. חַם 1) adj. *calidus* (a rad. חָמַם), de pane recens cocto Jos. 9, 12, plur. חַמִּים Iob. 37, 17. 2) n. pr. a) *Hamus*, Noachi filius, cuius posteri Gen. 10, 6 — 20

australes potissimum terrae regiones occupasse perhibentur, perquam apte ad nomen eius, quod *calidum* significat.

III. **חָם** Aegypti nomen, proprie apud ipsos Aegyptios domesticum, ita tamen inflexum, ut Hebraei Hamum, Noachi filium, praeter alios populos Aegyptiorum etiam proauctorem, cogitarent. Ps. 78, 51. 105, 23. 27. 106, 22. (In recentiore lingua coptica Aegypti nomen scribitur ⲬⲎⲘⲒ, in dialecto sahidica ⲔⲎⲘⲈ, quae vocabula nigredinis et caloris significationem habere iam Plutarchus observavit, de Iside et Osir. VII, p. 437 Reisk., suffragante etymologia coptica, in qua ⲬⲀⲘⲈ nigrum, ϦⲘⲞⲘ calidum, calorem significat. Similiter Aegyptus vocatur in titulo Rosettensi, in quo hoc vc. plus quam decies [lin. 1. 6. 7. 8. 11. 12. 13] occurrens a Champollione *chmè* legitur. V. Iablonskii Opuscc. ed. te Water I, p. 404 sq. Champollion l'Egypte sous les Phar. I, p. 104 sq. Åkerblad lettre à Silv. de Sacy sur l'inscription de Rosette p. 33—37.

חֹם m. *calor* Gen. 8, 22, a rad. חָמַם.

חָמָא rad. inusit. Arab. خمأ spissum fuit lac, unde מַחֲמָאֹת, חֶמְאָה, et חֵמָה no. II.

חֵמָא more chaldaeo scriptum pro חֵמָה *ira* Dan. 11, 44.

חֱמָא, חֲמָא f. chald. *fervor, ira.* Dan. 3, 13. 19, i. q. hebr. חֵמָה.

חֶמְאָה f. 1) *lac spissum* (a rad. חָמָא) Gen. 18, 8. Iud. 5, 22 (Joseph. Arch. 5, 6: γάλα διέφθορος ἤδη, tale enim vim inebriandi habet) Jes. 7, 22. 2 Sam. 17, 29, poët. etiam de quovis lacte Iob. 20, 17. Jes. 7, 15. Deut. 32, 14. *Lacte et melle vesci* dicuntur Jes. l. c. terram habitantes ab hostibus vastatam, agri frugibus carentes. 2) *caseus* Prov. 30, 33. Nullo V. T. loco *butyrum* intelligi videtur, quo veteres et etiamnum orientales in re medica tantum uti solebant, v. Michaëlis Suppl p. 807. J. H. Voſs ad Virg. Georg. p. 634. Per syncopen dr. forma חֵמָה, q. v.

חָמַד fut. יַחְמֹד et יֶחְמַד, unde נֶחְמְדֵהוּ Jes. 53, 2 1) *concupivit, appetiit.* Ex. 20, 14. 34, 24. Mich. 2, 2. 2) *delectatus est* aliqua re Ps. 68, 17. Jes. 1, 29. 3, 2. Prov. 12, 12, adiecto dat. commodi לוֹ Prov. 1, 22. Part. חָמוּד *desideratum, desiderabile,* hinc quod alicui carissimum est. Iob. 20, 20. Ps. 39, 12. חֲמוּדֵיהֶם Jes. 44, 9 *eorum deliciae,* i. e. idola (cf. Dan. 11, 37).

Niph. part. נֶחְמָד 1) *desiderabilis*, hinc *suavis, iucundus* Gen. 2, 9. 3, 6. 2) *pretiosus* Ps. 19, 11. Prov. 21, 20.

Pi. i. q. Kal no. 1. Cant. 2, 3: בְּצִלּוֹ חִמַּדְתִּי וְיָשַׁבְתִּי *in eius umbra sedere cupio.* Lgb. §. 222, 1 not.

Inde מַחְמָד, מַחְמֹד, et quae statim sequuntur:

חֶמֶד m. *pulchritudo, amoenitas.* Ez. 23, 6: בַּחוּרֵי חֶמֶד *iuvenes formosi.* שְׂדֵי חֶמֶד arva amoena Jes. 32, 12, cf. Am. 5, 11.

חֶמְדָּה f. 1) *desiderium* 2 Chr. 21, 20: בְּלֹא חֶמְדָּה *discessit a nemine desideratus.* 2) *quod desideratur, deliciae* 1 Sam. 9, 20. Dan. 11, 37: חֶמְדַּת נָשִׁים *deliciae mulierum,* flagitante contextu intelligendum idolum a mulieribus Syris studiose cultum, ut Astarte, Anaïtis. 3) *amoenitas,* praestantia. אֶרֶץ חֶמְדָּה terra amoena Jer. 3, 19. Ez. 26, 12. כְּלִי חֶמְדָּה vasa pretiosa 2 Chr. 32, 27. 36, 10.

חֲמֻדוֹת et **חֲמוּדוֹת** f. pl. *res pretiosae* Dan. 11, 38. 43. בִּגְדֵי, כְּלֵי חֲמֻדוֹת, pulchrae vestes, vasa pretiosa Gen. 27, 15. 2 Chr. 20, 25.

לֶחֶם חֲמוּדוֹת cibus delicatior (a quo ieiunantem se abstinere oportet), Dan. 10, 3. אִישׁ חֲמוּדוֹת Vs. 11. 19 et omisso אִישׁ 9, 23 vir carus, deliciae (coeli).

חֶמְדָּן (suavis) n. pr. m. Gen. 36, 26, pro quo 1 Chr. 1, 41 perperam scriptum est חַמְרָן.

חָמָה rad. inusit. Arab. حمى *custodivit, muro cinxit,* unde חוֹמָה, et nomm. propria חֲמָת, יַחְמַי.

חַמָּה f. (a rad. חָמַם) 1) *calor, aestus* solis Ps. 19, 7. 2) poët. pro ipso *sole.* Iob. 30, 28. Cant. 6, 10. Jes. 30, 26. (Ita saepe in Mischna).

I. **חֵמָה** f. st. constr. חֲמַת (pro יַחְמָה a rad. יָחַם) *aestus, ira* (arab. حُمَّة, حُمَة) Gen. 27, 44. Jer. 6, 11.

כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה Jer. 25, 15 et כּוֹס הַחֵמָה Jes. 51, 17 calix irae, quem Jehova gentibus propinat cf. Apoc. 16, 19 et Iob. 21, 20: *de ira omnipotentis bibat.* 2) *venenum* (quod viscera adurit). Deut. 32, 24. Ps. 58, 5. (Arab. حُمَة venenum scorpii, aeth. ሐመት፡ venenum).

II. **חֵמָה** i. q. חֶמְאָה (eiecto א radicali) f. *lac* Iob. 29, 6.

חֲמוּאֵל (aestus Dei) n. pr. m. 1 Chr. 4, 26.

חֲמוּטַל (socer l. affinis roris i. e. roris instar recreans, fort. etiam pro חֲמוֹת טַל) n. pr. uxoris Josiae regis 2 Reg. 23, 31. 24, 18. Jer. 52, 1, quibus posterioribus locis in Chethibh est חֲמִיטַל.

חָמוּל (qui clementiam expertus est) n. pr. m. Gen. 46, 12. 1 Chr. 2, 5. Patron. חָמוּלִי Num. 26, 21.

חַמּוֹן (calidus, vel apricus, a rad. חָמַם) n. pr. 1) oppidi Asseritarum Jos. 19, 28. 2) oppidi Naphtalitarum 1 Chr. 6, 61.

חָמוֹץ m. *violentus,* i. q. חָמֵץ. Jes. 1, 17, a rad. חָמֵץ no. 3, a. Sec. alios: qui violentiam s. iniuriam passus est, LXX. *ἀδικούμενος,* Vulg. *oppressus;* neque repugno: forma enim intransitiva (חָמוֹץ) passivam vim induisse potest.

חַמּוּק m. *ambitus.* Cant. 7, 2: חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ כְּמוֹ חֲלָאִים *ambitus femorum tuorum instar monilium,* nimirum tuberum in monilibus. Pingitur puella *καλλίπυγος,* a rad. חמק.

חֲמוֹר, חֲמֹר m. 1) *asinus* Gen. 49, 14. Ex. 13, 13, a colore subrubro dictus, qualis non solum onagri, sed etiam vulgaris asini saepe est in regionibus australibus, a quo hisp. *burro, burrico* vocatur. Cf. etiam צָחֹר.

2) i. q. חֹמֶר *acervus,* quae forma rarior fortasse propter paronomasiam arcessita est Iudd. 15, 16 (17): בִּלְחִי הַחֲמוֹר חֲמוֹר חֲמֹרָתַיִם *maxilla asini (cecidi) acervum, immo duos acervos.* Rad. חָמַר no. 3.

3) n. pr. viri Hevitae Patriarchis coaevi Gen. 33, 19. 34, 2. Jos. 24, 32. Iud. 9, 28.

חֲמֹרָה f. i. q. חֲמוֹר no. 2 *acervus,* q. v.

חָמוֹת f. (ad formam אָחוֹת, pro חֲמֹוֶת, a masc. חָם, חָמִי = חָמוּ) *socrus* Ruth 1, 14. 2, 11. V. חָם no. I.

חָמַט rad. inusitat. Chald. *humi procubuit* in Targg. pro hebr. כָּרַע. Inde

חֹמֶט m. Lev. 11, 30, prob. *lacertae* species, LXX *σαύρα.* Vulg. *lacerta.*

חָמִיץ m. adj. *salsus.* Jes. 30, 24: בְּלִיל חָמִיץ *farrago salsa,* i. e. sale conspersa, quam oves et iumenta ita in deliciis habent, ut proverbio dicant Arabes, dulce pabulum (حلو) esse camelorum panem,

salsum iis esse pro bellariis. Vid. Bocharti Hieroz. T. I. p. 113. Faber ad Harmari observatt. de oriente T. I. p. 409.

חֲמִישִׁי et **חֲמִשִׁי** m. ־ִית f. adj. numerale ordinale (a card. חָמֵשׁ): *quintus, quinta* Gen. 1, 33. 30, 17. Lev. 19, 25. Num. 6, 36 cet. Fem. saepe etiam ellipt. (omisso חֲלָקָה) *pars quinta* Gen. 47, 24. Lev. 5, 16. 17, 15. Plur. irreg. חֲמִשִׁיתָיו Lev. 5, 24.

חָמַל fut. יַחְמֹל inf. חֶמְלָה Ez. 16,5 *mansuetus, mitis fuit.* (Arabes litteris transpositis حَلُمَ mitis, longanimis fuit, حِلْمٌ μακροθυμία, حَلِيمٌ mansuetus. Origo est in mollitie, et primaria significatio servata est in gr. ἁμαλός, ἀμαλός, ἁπαλός). Inde 1) *misertus est,* sq. עַל pers. Ex. 2, 6. 1 Sam. 23, 21. 2) *pepercit,* sq. עַל 1 Sam. 15, 3. 15. 2 Sam. 21, 7. 2 Chr. 36, 15. 17, sq. אֶל Jes. 9, 18 (19), it. *pepercit rebus, parce usus est,* sq. אֶל Jer. 50, 14, לְ c. inf. 2 Sam. 12, 4, עַל Iob. 20, 13. Ez. 36, 21: *parcam nomini meo sancto,* honori eius consulam.

Inde מַחְמָל (nisi hoc est ab arab. كمل) et

חֶמְלָה f. *clementia, mansuetudo* Gen. 19, 16. Jes. 63, 9.

חָמַם fut. O יָחֹם c. Waw conv. וַיִּחַם sed fut. A יֶחֱמוּ Hos. 7, 7 *caluit, calefactus est.* (Vicinum est יָחַם. Arab. حَمَّ calefecit, med. Kesr. calidus fuit; حَمِيَ ferbuit dies). Exod. 16, 21. Jes. 44, 16. כְּחֹם הַיּוֹם tempore meridiano Gen. 18, 1. 1 Sam. 11, 9. Impers. חַם לוֹ fut. יֵחַם לוֹ calidus factus est (nostr. es ward ihm warm) 1 Reg. 1, 2. Eccl. 4, 11. Metaph. de animi aestu Ps. 39, 4, de aestu vino contracto Jer. 51, 39, de libidine Hos. 7, 7. — Ad inf. Kal huius verbi referunt לַחְמָם Jes. 47, 14, sed v. ind. analyt.

Niph. part. נֵחָמִים Jes. 57, 5 *accensi* sc. libidine, sq. בְּ. Reliquae, quas huic coniugationi tribuunt, formae, partim ad primam pertinent (יֶחֱמוּ cf. Lgb. p. 366), partim ad rad. יָחַם fut. יֵחַם, יֵחַם.

Pi. calefecit Iob. 39, 14 (17).

Hithp. calefecit se Iob. 31, 20.

Derivv. חַם no. II, חֹם, חֵמָה, חַמָּן et nomm. pr. חֲמוּאֵל, חַמּוֹן.

חַמָּן pl. tantum חַמָּנִים *simulacrorum* quoddam genus Levit. 26, 30. Jes. 17, 8. 27, 9. Ezech. 4, 6. 2 Par. 14, 4. 34, 7, quibus locis plerumque cum Astartes statuis (אֲשֵׁרִים) componitur: ex 2 Par. 34, 4 praeterea חַמָּנִים in Baalis aris stetisse apparet. Statuas *Solis* iam Jarchius interpretatus est: eaque interpretatio et res ipsa nunc eximie illustratur inscriptionibus nonnullis phoeniciis, in quibus בעלחמן (lege בַּעַל חַמָּן) est numinis nomen, cui lapides votivi inscripti sunt. In his sunt 1) quattuor lapides Humbertiani Lugduni Batavorum asservati, a Cl. Hamackero (in diatribe philol. crit. aliquot monumentorum punicorum nuper in Africa repertorum interpretationem exhibente, Lugd. Bat. 1822. 4.) editae et explicitae: cum quorum interpretatione in Ephemerid. Hal. (1826, no. 111) a nobis data magnam partem consentit Cl. Steph. Quatremère (Nouveau Journal asiatique 1828, p. 15 sq.) contra editorem, qui בעל חמלא legerat, et in causa sua defendenda nuper vix satisfecit (v. Miscellanea Phoenicia, Lugd. 1828 p. 106 sq.); 2) lapis Melitensis (v. Hamackeri Miscell. tab. 3 no. 1), in quo ferme sine controversia, etiam ab editore, legitur לבעל חמן (לְבַעַל חַמָּן), quanquam hic utro-

que verbo seiuncto iungit: לְבַעַל חַמָּן אֶבֶן *Baali, stelam lapideam.* Accedit 3) inscr. Palmyr. III, lin. 2, ubi aramaeis verbis legitur: ... חַמָּנָא דנה ועלתה ד(נה) (ע)בדו וקרבו לשמש *hanc (statuam) Solarem et hanc aram fecerunt et Soli consecrarunt* cet. Vide Kopp Bilder und Schriften der Vorzeit II, p. 133.

Ad interpretationem grammaticam quod attinet, בַּעַל חַמָּן non dubitans explico *Baal* s. *Dominus Solaris* (a חַמָּה sol, cum terminatione adiectivorum, cf. רַחֲמָן, נְחֻשְׁתָּן), et חַמָּן epitheton Baalis esse censeo, quatenus Soli praeest (cf. de aliis eius epithetis pag. 162), quodque sono suo fortasse alludat ad אָמוֹן *Ἀμμῶνα* Aegyptiorum. Pluralis חַמָּנִים in S. S. concise dictum pro בְּעָלִים חַמָּנִים, et eodem contextu legitur, quo alibi בְּעָלִים. Et similem rationem grammaticam sequitur etiam Hamackerus in doctissima de hoc vocabulo disputatione (Miscell. phoen. p. 50 sq.), in eo tamen a nobis dissentit, ut subintellecto פֶּסֶל *(statuam) solarem* intelligat, cuius generis statuas forma conica vel etiam pyramidali in templorum adytis stetisse docetur. Cf. etiam Bocharti Geogr. s. II, 17.

חָמַס fut. יַחְמֹס 1) *violenter egit, violenter oppressit, iniuriam intulit* pr. acer, vehemens, hinc violentus fuit i. q. חָמֵץ no. 3, a. (Arab. حَمِسَ in bonam partem, fortis, strenuus, constans fuit, حَمَاسَةٌ virtus bellica, cf. שָׁדַד. Neque absimile est חָמֵץ acer fuit, quae illius quoque significatio primaria esse possit, deinde vehemens, fervidus, cf. חָמֵץ no. 4). Jer. 22, 3. Prov. 8, 36: *qui peccat in me* חֹמֵס נַפְשׁוֹ, *is iniuriam facit* nocet *vitae suae.* Iob. 21, 27: מְזִמּוֹת עָלַי תַּחְמֹסוּ *consilia* vestra, *quibus me opprimere vultis,* die Pläne, wie ihr mich schlagen wollt. חָמְסוּ תוֹרָה legem violavit Ez. 22, 26. Zeph. 3, 4. 2) *violenter destruxit, revellit* (umbraculum) Thren. 2, 6, *sibi avellit* Iob. 15, 33: יַחְמֹס כַּגֶּפֶן בִּסְרוֹ *instar vitis avellit sibi* i. e. deiicit *uvas acerbas.*

Niph. violenter tractatus est Jer. 13, 22, h. l. id quod alterum membrum demonstrat, violenter nudatus est.

Inde תַּחְמָס et

חָמָס m. 1) *violentia, iniuria* Gen. 6, 11. 13. 49, 5. אִישׁ חָמָס Ps. 18, 49. Prov. 3, 31 et אִישׁ חֲמָסִים 2 Sam. 22, 49. Ps. 140, 2. 5 vir violentus. עֵד חָמָס testis iniuriae i. e. falsus Ex. 23, 1. Genitivus et Suffixum tum ad eum refertur, qui iniuriam infert, tum ad eum, qui patitur. Prioris generis sunt חֲמָסוֹ *iniuria eius* i. e. quam intulit Ps. 7, 17, חֲמַס יְדֵיהֶם 58, 3 cf. Ez. 12, 19, posterioris חֲמָסִי iniuria mihi illata Gen. 16, 5, חֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה Joël. 4, 19, adde Iudd. 9, 24. Obad. 10. Hab. 2, 8. 17. Jer. 51, 35. (Sic in hoc ipso *iniuriae* vocabulo lat. v. c. Caes. bell. gall. 1, 30: pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani i. e. populo Romano illatis, ubi vide intpp., adde Heinrich ad Cic. part. inedit. p. 21). 2) *quod vi et iniuria partum est.* Am. 3, 10.

חָמֵץ fut. יֶחְמַץ inf. חֲמֹצָה *acer fuit.* Refertur 1) ad gustum, hinc *acidus fuit,* de pane fermentato Ex. 12, 39, de aceto (חֹמֶץ), it. *salsus fuit* (v. חָמִיץ). (Arab. حَمُضَ, syr. ܚܡܰܨ). Ubi refertur ad visum: 2) *acuti coloris fuit,* i. e. *splendidi,* qui fulgore suo oculos perstringit, max. de rubore splendente. Part. pass. חָמוּץ splendens, de pallio imperatoris coccineo Jes. 63, 1, cf. אָדֹם Comm. 2 et LXX. Syr. (Eodem modo Graeci

dicunt χρῶμα ὀξὺ i. e. κόκκινον, πορφύραι ὀξύνται, ὀξυφέγγη ῥόδα v. Bocharti Hieroz. I, pag. 114. Simonis Arc. formarum p. 66 102. 3) translate ad animum a) *vehementer, violenter egit,* ut cognatum חָמַס, unde part. חֹמֵץ violentus Ps. 71, 4 cf. חָמוֹץ et חָמֵץ no. 2. (Aethiop. ሐመፀ: iniustus, violentus fuit, iniuria affecit). b) acerbus fuit, de dolore, v. Hithpa.

Hiph. part. intrans. מַחְמֶצֶת *fermentatum* pr. tamen quod acrorem traxit, cepit Ex. 12, 19. 20.

Hithp. exacerbatus est i. e. ira, dolore percitus Ps. 73, 21. (Chald. Pa. id.).

Inde חָמִיץ, חָמוֹץ cum his, quae sequuntur.

חָמֵץ m. 1) *fermentatum* Ex. 12, 15. 13, 3. 7 all. 2) probab. *quod vi et iniuria partum est* i. q. חָמָס Am. 4, 5, v. rad. no. 3. Ita Chald. — Ferri quidem potest vulgaris fermentati significatio, sed illud praestat.

חֹמֶץ m. *acetum* Num. 6, 3. Ruth 2, 14. Ps. 69, 22. Ὄμφακα reddunt vett. intpp. Ps. l. c. et Prov. 10, 26, idque vindicare studet Michaëlis in Suppl. p. 828; vulgaris tamen significatus nusquam ineptus.

חָמַק 1) *circuivit,* cogn. rad. חָבַק. V. Hithp. 2) *vertit se,* discessit. Cant. 5, 2.

Hithpa. circumvagatus est, v. Kal. Jer. 31, 22.

Deriv. חַמּוּק.

חָמַר 1) *aestuavit, ferbuit.* (Arab. خمر conj. I. II. VIII. ferbuit fermentum, et conj. VIII. ferbuit vinum). De aestu maris Ps. 46, 4, vini Ps. 75, 9 (ubi alii rubendi potestatem adhibent, cf. no. 2). Cf. pass., חֲמַרְמַר vinum, חֹמֶר no. 1.

2) *rubuit,* a fervendo, aestuando, inflammando. (Arab. حمر conj. IX et XI rubuit, conj. I med. E ira exarsit. Conj. II rubro colore scripsit, أحمر ruber, حمرة rubedo, حمارّة ardor vehementissimus: خجل erubuit, pudore affectus est). De facie lacrymando inflammata Iob. 16, 16, sec. nonnullos de vino Ps. 75, 9 (cf. no. 1). Inde חֵמָר, חֲמוֹר, חֹמֶר no. 2.

3) *tumuit,* itidem ab aestuando et effervescendo: quae enim aestuant, ut mare, fermentum, ulcus, ea intumescunt. Inde חֹמֶר, חֲמוֹר, חֲמוֹרָה tumulus, acervus.

4) denom. a חֵמָר *bituminavit, bitumine oblevit* Ex. 2, 3.

Pass. gem. formae *Poalal.* חֳמַרְמַר *aestuavit* (gähren, brausen), de visceribus hominis valde commoti (cf. הָמָה no. 3, רָתַח) Thren. 1, 20. 2, 11, de facie lacrymarum aestu inflammata Iob. 16, 16. (Huius generis formas geminatas in linguis semiticis ibi potissimum adhiberi, ubi motus celer significandus est, multis exemplis ostendit H. Hupfeld in Exercitatt. aethiop. p. 27. 28).

Nomm. derivata v. ad Kal no. 1—3.

חֵמָר m. ἄσφαλτος, *bitumen,* quod prope Babylonem, in vicinia maris mortui et in eiusdem fundo ex fontibus subterraneis olei vel picis fervidi instar ebullit, postea solis calore concrescit et in superficie maris mortui colligitur, id quod inde *lacus asphaltites* vocatur (Tac. hist. 5, 6. Strabo XVI. p. 763. Diod. 2, 48. 19, 98. 99. Curt. 5, 16. et quae ex recentiorum itineratorum commentariis collegit Rosenmüller, altes und neues Morgenland I, no. 24. 31) Gen. 11, 3. 14, 10. Ex. 2, 3. Arab. حُمَر. Dictum est vel ab effervescendo et ebulliendo ex fontibus (v. Gen. 14, 14), a rad. no. 1, vel a rubedine, praestantissimum enim rubet. Diosc. 1, 99: ἄσφαλτος διαφέρει ἡ ἰουδαϊκὴ τῆς

λοιπῆς· ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα ..... Γεννᾶται καὶ ἐν Φοινίκῃ καὶ ἐν Σιδόνι καὶ ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἐν Ζακύνθῳ.

חֶמֶר m. *vinum*, a fermentando dictum Deut. 32, 14. Jes. 27, 2. Vide rad. חָמַר no. 1. (Arab. خَمْرَةٌ, syr. ܚܰܡܪܳܐ id.).

חֲמַר chald. emph. חַמְרָא m. id. Esr. 6, 9. 7, 22. Dan. 5, 1. 2. 4. 23.

חֹמֶר m. 1) *aestus* (undarum) Hab. 3, 16, cf. חָמַר no. 1. 2) *argilla* (a rubore dicta, cf. rad. no. 2) a) figuli Jes. 45, 9, b) ad consignandum Iob. 38, 14; *caementum* Gen. 11, 3, *coenum*. Jes. 10, 6. Iob. 10, 9. 30, 19. 3) *tumulus, acervus* (v. rad. no. 3) Ex. 8, 10, hinc *Chomer*, aridorum mensura, decem Bathos continens. Lev. 27, 16. Num. 11, 32. Ez. 45, 11. 13. 14. Apud serioris aetatis scriptores eadem vocatur כֹּר, q. v.

חַמְרָן n. pr. v. חֶמְדָּן.

I. **חָמַשׁ** rad. inusit. *pinguis fuit*, unde חֹמֶשׁ abdomen. Arab. est خَمِيشٌ adeps Kam. p. 826, sed multo usitatius transpositis litteris شَحْمٌ adeps, شَحُمَ pinguis, obesus fuit, it. حَشَمَ pinguis evasit post maciem.

II. **חָמַשׁ** rad. finitima radicibus חָמַם et חָמֵץ i. q. arab. حَمِسَ acer, strenuus fuit in proelio. II. IV. ad iram incitavit. XII. iratus fuit. V. durum et contumacem se gessit (in religione et) in bello, حَمِيسٌ, أَحْمَسُ fortis, bellicosus, حَمَاسَةٌ virtus bellica, cf. حَمِشَ iratus fuit, حَمَشَ irâ accendit, quae cuncta ab *acrimoniae* potestate proficiscuntur.

Inde part. pass. plur. חֲמֻשִׁים (cuius vc. etymon diu frustra quaesitum) i. e. *acres, strenui, alacres* ad pugnandum Ex. 13, 18. Jos. 1, 14. 4, 12. Iud. 7, 11, cf. quod eodem contextu legitur חֲלוּצִים Jos. 4, 13 (coll. 12). Num. 32, 30. 32. Aqu. ἐνωπλισμένοι. Symm. καθωπλισμένοι. Vulg. *armati*, neque aliter Onk. Syr. Fuerunt, qui referrent ad חָמֵשׁ no. III, coll. خَمِيسٌ i. e. agmen instructum pr. quinquepartitum, nimirum acie media, agmine primo et extremo et utraque ala constans, Theod. πεμπτάζοντες; aliique aliter; sed illud et orationi contextae et linguae rationibus accommodatissimum.

III. **חָמֵשׁ** cstr. חֲמֵשׁ f. et חֲמִשָּׁה, חֲמֵשֶׁת m. numerale *quinque*, arab. خَمْسٌ, خَمْسَةٌ, in reliquis linguis cognatis חמש. In linguarum stirpe indogerm. hoc numerale est sanscr. *pantschan*, zend. et pehlev. *peantche*, *pandj*, pers. پنج, gr. πέντε (aeol. πέμπε), quae cuncta cum semitico in duobus posterioribus radicalibus congruunt: palatinam vero pro labiali habes etiam in lat. *quinque* (κένκε), ut πῶς, κῶς, λύκος *lupus*, ἵππος *equus*, ἕπομαι *sequor* cet. Ut numerus septenarius saepe sacer est et rotundus, ita nonnunquam et quinquenarius Jes. 17, 6. 30, 17, maxime, ut observare licet, in rebus aegyptiacis Gen. 43, 34. 45, 22. 47, 2. Jes. 19, 18 i. q. repetitum videtur a religionibus Aegyptiorum Indorum aliorumque populorum orientalium, in quibus *quinque* planetae minores, *quinque* elementa et potestates elementares sacrae habebantur (cf. πεντάδα sacram Basilidianorum Iren. adv. haeres. 1, 23. Epiphan. I, p. 68. Colon.).

Pl. חֲמִשִּׁים *quinquaginta*, c. suff. חֲמִשָּׁיו, חֲמִשֶּׁיךָ quinquaginta tui, eius 2 Reg. 1, 9—12. שַׂר חֲמִשִּׁים praefectus quinquaginta (militum), *πεντηκόνταρχος* 2 Reg. 1, 9—14. Jes. 3, 3. Inde

חִמֵּשׁ *Pi.* q. d. *quintavit* aliquem i. e. quintam redituum partem exegit ab aliquo Gen. 41, 34, et

I. חֹמֶשׁ m. *pars quinta* (a חָמֵשׁ quinque, ut רֹבַע quarta pars, a אַרְבַּע, רָבַע). Spec. quinta redituum pars, quam Aegyptii pro tributo solvebant Gen. 47, 26.

II. חֹמֶשׁ m. *abdomen.* 2 Sam. 2, 23. 3, 27. 4, 6. 20, 10, a rad. חָמֵשׁ no. I. (Syr. ܡܚܡܫܐ 2 Sam. 3, 27. 4, 6 id., aethiop. ሐምስ፡ uterus, talmud. חִימְצָה, שׁ et צ permutatis, abdomen. E vcc. semiticis ortum videtur lat. *omasum*).

חֲמִשִׁי v. חֲמִישִׁי.

חמת rad. inusit. Arab. حَمِتَ calidus fuit dies, med. E. corruptus est, de aqua, butyro all., unde حَمِيتٌ et تَحْمُوتٌ uter, et res, in eo rancida facta; nisi potius radix illa secundaria est et ab his demum nominibus ducta, radix primaria autem حَمِيَ calidus fuit, unde حَمِيت pro حَمِيَّة. Vel a חָמָה vel a חָמַת est

חֵמֶת m. Gen. 21, 15. 19, cstr. חֵמַת Vs. 14 (contra חֲמַת Iob. 21, 20. Hos. 7, 5 est st. constr. a חֵמָה calor) *uter.*

חֲמָת (munimentum, arx, a rad. חָמָה, cogn. חוֹמָה murus) n. pr. *Hamath,* urbs nobilissima Syriae ad Orontem in borealibus terrae sanctae finibus sita (Num. 13, 21. 34, 8) olim magni regis, Davidis amici, sedes, a Graecis Epiphania dicta, ab Arabibus antiquo nomine حَمَاة, plene Am. 6, 2 חֲמַת רַבָּה Hamath magna, et חֲמַת צוֹבָה 2 Chr. 8, 3. N. gent. est חֲמָתִי Gen. 10, 18. אֶרֶץ חֲמָת 2 Reg. 25, 21 ager Hamathensis. Vide Abulfedae (qui huius urbis, etiamnum nobilis, princeps erat) tab. Syriae p. 108. 109. Relandi Palaestinam p. 119 sq. Burckhardti itiner. I, p. 249. 514. vers. germ.

חֵן c. suff. חִנִּי m. (a rad. חָנַן) 1) *gratia, favor, benevolentia.* a) מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פְּלֹנִי favorem alic. consecutus est, gratiam iniit ap. aliquem Gen. 6, 8. 19, 19. 32, 6. 18, 3: אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ *modo tu mihi faves* Gen. 30, 27. 47, 29. 50, 4. In eandem sententiam נָשָׂא חֵן וגו' Esth. 2, 15. 17. b) נָתַן חֵן פ' בְּעֵינֵי favorem conciliavit alicui apud aliquem. Ex. 3, 21: וְנָתַתִּי אֶת־חֵן הָעָם הַזֶּה בְּעֵינֵי מִצְרָיִם *et favorem conciliabo huic populo apud Aegyptios.* 11, 3. 12, 36. Gen. 39, 21. Eccl. 9, 11. 2) *gratia* i. q. *venustas, suavitas.* Prov. 22, 11. 31, 30. 5, 19: יַעֲלַת חֵן *rupicapra venusta.* Ps. 45, 3. Eccl. 10, 12. אֶבֶן חֵן *lapis pulcher* i. e. pretiosus Prov. 17, 8. 3) *obsecratio, preces* Zach. 12, 10. V. verbum in Hithp. 4) n. pr. m. Zach. 6, 14, sed cf. Vs. 10.

חֵנָדָד (pro חֵן הֲדַד gratia Hadadi, v. הֲדַד) n. pr. Esr. 3, 9. Neh. 3, 18.

חָנָה fut. יַחֲנֶה, apoc. וַיִּחַן 1) *inclinavit, flexit se.* (Vicinae radd. sunt עָנָה, חָנַן. Arab. حَنَا flexit, inclinavit, metaph. propensus, propitius fuit, cf. חָפֵץ). Iud. 19, 9: הִנֵּה חֲנוֹת הַיּוֹם *en inclinationem diei,* diem iam inclinantem. Inde חֲנִית lancea, a flexibilitate dicta. 2) *consedit,* tentorium posuit Gen. 26, 17; *castra posuit, castra metatus est* Ex. 13, 20. 17, 1. 19, 2. Num. 1, 51: בַּחֲנֹת הַמִּשְׁכָּן *ubi tentorium demittitur* i. e. figitur. a) sq. עַל hostiliter castra locavit

adversus aliquem, urbem, hinc *oppugnavit* Ps. 27, 3. 2 Sam. 12, 28. Jes. 29, 3. Sq. acc. id. Ps. 53, 6. b) defendit aliq., sq. לְ Zach. 9, 8, cf. Ps. 34, 8. 3) *habitavit* Jes. 29, 1.

Derivv. מַחֲנֶה, חֲנִית, חָנוּת, תַּחֲנוֹת, n. pr. תַּחַן.

חַנָּה f. (a rad. חָנַן) 1) plur. חַנּוֹת *gratia*, misericordia Ps. 77, 10. 2) *obsecratio, preces*, ut חֵן no. 3. Iob. 19, 17: וְחַנּוֹתִי לִבְנֵי בִטְנִי *et preces meae* (fastidio sunt) *filiis uteri mei* i. e. fratribus meis. חַנּוֹתִי (quod pro 1 praet. a חָנַן accipitur, invito accentu) pro חַנּוֹתַי. 3) n. pr. *Hanna*, Samuelis mater. 1 Sam. 1, 2 sq.

חֲנוֹךְ n. pr. (initiatus vel initians) 1) filius Caini primogenitus Gen. 4, 17, cuius nomen etiam urbi a patre conditae inditum. 2) Methusalae pater, propter pietatem in coelum translatus (Gen. 5, 18—24). Ex nominis etymo coniecturam facientes recentiores Iudaei non solum nobilissimum prophetam antediluvianum, sed etiam litterarum et doctrinae inventorem eum finxerunt, proptereaque libros ei supposuerunt (vid. epist. Iudae comm. 12): recoxerunt has fabulas Arabes, quibus ادريس vocatur. 3) filius Rubeni primogenitus. Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. 4) Midiani filius Gen. 25, 4. Patron no. 3. חֲנֹכִי Num. 26, 5.

חָנוּן (gratiosus) n. pr. 1) regis Ammonitarum 2 Sam. 10, 1. 1 Chron. 19, 2. 2) Neh. 3, 30. 3) ibid. Vs. 13.

חַנּוּן m. adj. *misericors, benignus* Ps. 111, 4. 112, 4, a rad. חָנַן.

חָנוּת f. *fornix, cella, taberna* (chald. et syr. חָנוּתָא, ܚܢܘܬܐ taberna mercatoris, *Gewölbe*, arab. حَانُوت, حَانَة), ab incurvando dicta (v. rad. no. 1). Hinc Jeremias 37, 16 coniectus esse dicitur אֶל בֵּית הַבּוֹר וְאֶל הַחֲנֻיוֹת *in carcerem subterraneum et in fornices* (die Gewölbe), intellige subterraneos. Sic vulgo, nec male. Paululum tamen ad contextum aptior Ev. Scheidii expositio in Diss. Lugdun. p. 988, qui *cippos* intelligit *nervos*que *curvos* et *obtortos*, in quibus distortus sedebat captivus, alibi סַד, מַהְפֶּכֶת dictos, cf. Jer. 20, 2. 3. 29, 26, gr. κύφων a κύπτω, coll. arab. حَنْو lignum inflexum ephippii sellaeque.

חָנַט *condivit*, a) cadavera Gen. 50, 2. 3. 26 (حنط I. II. id.). b) poët. ficus condivit i. e. succo aromatico implevit, *maturavit* Cant. 2, 13. Inde

חֲנֻטִים m. pl. *conditura* cadaverum, inde tempus condituræ (ad analogiam nominum tempus designantium, ut זְקֻנִים, נְעֻרִים) Gen. 50, 3.

חִנְטִין m. pl. chald. *triticum* Esr. 6, 9. 7, 22 i. q. hebr. חִטִּים, q. v.

חַנִּיאֵל (gratia Dei) n. pr. 1) phylarchae Manassitarum Num. 34, 23. 2) 1 Chr. 7, 39.

חָנִיךְ m. propr. *initiatus*, hinc *peritus, probatae* fidei Gen. 14, 14. Rad. חָנַךְ no. 2, b. Arab. حَنِيك expertus, probatus, حُنْكَة experientia.

חֲנִינָה f. *gratia*, misericordia Jer. 16, 13. Rad. חָנַן.

חֲנִית pl. חֲנִיתִים 2 Par. 23, 9, חֲנִיתוֹת Jes. 2, 4. Mich. 5, 4 f. *hasta*, a flexibilitate dicta (v. חָנָה no. 1). 1 Sam. 18, 11. 19, 10. 20, 33.

חָנַךְ 1) *anxit* et intrans. *angustus fuit, enge seyn* i. q. חָנַק, עָנַק, q. v. Inde חֵךְ pro חֵנֶךְ, arab. حَنَك fauces (cf. עֲנָק collum a vic. עָנַק, et חָנַק suffocavit).

2) denom. a חֵךְ, حَنَكٌ fauces, palatum, pr. ἐμβύειν, *ori indidit aliquid, gustandum dedit*, dein ex metaphora satis trita, qua sapor ad intellectum refertur (v. טַעַם et Iob. 12, 11) a) *imbuit* aliquem aliqua re, *edocuit* (cf. نشغ ori indidit aliquid, it. edocuit). Prov. 22, 6: *edoce puerum secundum viam eius*, pro ratione morum et indolis. Transfertur adeo ad res inaminatas, inde b) *initiavit* aedes Deut. 20, 5, templum 1 Reg. 8, 63. 2 Paral. 7, 5. (Arab. حَنَكَ intellexit. Quod aethiop. ሐለከ: reddiderunt *sensit*, idonea auctoritate non nititur, v. Ludolfi Lex. aeth. p. 40, plane falsum autem, quod addiderunt, *sapuit, sensu percepit*).

Derivv. חֵךְ, חֲנֻכָּה, חָנִיךְ, n. pr. חֲנוֹךְ et

חֲנֻכָּה f. *initiatio*, domus, arae Num. 7, 11, *sacrificium initiationis* V. 10. Ps. 30, 1.

חֲנֻכָּה f. chald. id. Dan. 3, 2. 3. Esr. 6, 16. 17.

חִנָּם adv. (a חֵן et syllaba ָם, qua adverbia formantur) 1) *gratis, gratuito* (gratiarum causa) Gen. 29, 15. Ex. 21, 2. 2 Sam. 24, 24; sine praemio Iob. 1, 9. 2) *frustra* Prov. 1, 17, plenius אֶל־חִנָּם (nostr. für umsonst) Ez. 6, 10. Cf. δωρεάν N. T. gratis, frustra, et *frustra* ap. Plautum pro *gratis*. 3) *sine causa, temere, immerito* Iob. 2, 3. 9, 17. Ps. 35, 7. 1 Reg. 2, 31: דְּמֵי־חִנָּם *sanguis innocens*. Prov. 26, 2. Cf. Lgb. p. 827.

חֲנַמְאֵל (fortasse i. q. חֲנַנְאֵל) n. pr. m. Jer. 32, 7. 9.

חֲנָמַל quadril. semel obvium Ps. 78, 47, ubi in altero membro est בָּרָד grando, docente contextu, res arboribus noxia. LXX. Vulg. Saad. Abulwalides *pruinam* reddunt, quod tamen etymologicis rationibus vix firmare possis. Malo igitur *formicas*, coll. arab. نَمْل formicae, نَمْلَة formica, praeposita litt. ח, vide חַבַצֶּלֶת, חַרְגֹּל. Plura dedit Bochartus in Hieroz. III, p. 255 ed. Lips.

חָנַן fut. יָחֹן et more perfectorum יָחֳנַן Am. 5, 15, prius c. Suff. יְחָנֵּנוּ Ps. 67, 2. 123, 2, יְחָנֵּנוּ Jes. 27, 11, sed c. Suff. 2 pers. יָחְנְךָ pro יְחָנְךָ Gen. 43, 29. Jes. 30, 19; inf. absol. חָנוֹן Jes. l. c., cstr. c. Suff. חֲנַנְכֶם Jes. 30, 18 et חֶנְנָהּ Ps. 102, 14

1) *propensus fuit* (cf. vic. חָנָה), hinc *propitius fuit, favit alicui, misertus est eius*. (Arab. حَنَّ desiderio, misericordia affectus est erga aliquem, sq. إلى, على). Sq. acc. Ex. 33, 19. Thren. 4, 16. Prov. 14, 31. חָנֵּנִי, חָנֵּנוּ (semel חָנְנֵנִי Ps. 9, 14) miserere mei, nostri Ps. 4, 2. 6, 3. 31, 10.

2) *gratificatus est* alicui aliquid, sq. dupl. acc. pers. et rei. Gen. 33, 5. Ps. 119, 29. Iud. 21, 22, acc. pers. Prov. 19, 17, absol. Ps. 37, 21. 26. Ad Iob. 19, 17 v. חָנַת no. 2.

Niph. נֵחַן (ad formam נֵאַר a rad. אָרַר, נֵחַם a rad. חָמַם, v. Lgb. p. 371) *miserandus fuit* Jer. 22, 23, pass. Po. 2.

Pi. gratum fecit (cf. חֵן, חִין). Prov. 26, 25.

Po. 1) i. q. Kal no. 1. Prov. 14, 21. 2) *miseratus est, doluit*. Ps. 102, 15.

Hoph. misericordia affici i. q. מָצָא חֵן *Mitleid, Gnade finden* Prov. 21, 10. Jes. 26, 10.

Hithp. misericordiam imploravit, sq. לְ pers. Esth. 4, 8. Iob. 19, 16, אֶל 1 Reg. 8, 33. 47. Iob. 8, 5. Ps. 30, 9 et לִפְנֵי 1 Reg. 8, 59. 9, 3. 2 Chr. 6, 24.

Derivv. praeter ea quae statim sequuntur: חֵן, חִין, חַנָּה, חַנּוּן,

תַּחֲנוּנִים, תְּחִנָּה, חִנָּם, חֲנִינָה, et nomm. pr. יְהוֹחָנָן, חֲנַנְאֵל, חָנוּן.

חֲנַן chald. *misertus est,* sq. acc. Inf. מִחַן Dan. 4, 24.

Ithpa. supplicavit. Dan. 6, 12.

חָנָן (misericors) n. pr. 1) viri ex tribunis Davidis 1 Chr. 11, 43, 2) complurium hominum levioris momenti, Esr. Neh.

חֲנַנְאֵל (quam Deus donavit) n. pr. turris Hierosolymitanae Jer. 31, 38, cf. Zach. 14, 10. Neh. 3, 1. 12, 39.

חֲנָנִי (propitius) n. pr. m. 1) prophetae, patris Jehu 1 Reg. 16, 1. 2 Chr. 16, 7. 2) fratris Nehemiae Neh. 1, 2. 7, 2, aliorum.

חֲנַנְיָה (quem Jehova donavit) gr. Ἀνανίας, n. pr. 1) prophetae mendacis, Jeremiae aequalis Jer. 28, 1 sq. 2) socii Danielis, postea Sadrach nominati Dan. 1, 6. 7, aliorum.

חָנֵס semel Jes. 30, 4, n. pr. urbis in Aegypti mediae insula ab occidente Nili sitae, Graecis Heracleopolis, Ἡρακλέους πόλις, arab. اهناس, aegyptiace ϨΝΕϹ, ϨΝΗϹ, ΕϨΝΗϹ dictae, urbis quondam regiae Aegypti, v. Etienne Quatremère Mémoires sur l'Égypte T. I. p. 500. 501. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, p. 309, et quae observavimus ad Jes. l. c.

חָנֵף fut. יֶחֱנַף 1) *profanatus* (contaminatus) *est* Ps. 106, 38. Jes. 24, 5. 2) *profanus*, impius *fuit.* Jer. 23, 11. 3) Jer. 3, 9 causat. ut Hiph. *profanavit.* (Origo incerta).

Hiph. profanavit terram Num. 35, 33. Jer. 3, 2, homines i. e. ad impietatem, defectionem induxit Dan. 11, 32. (Syr. ܚܢܦܐ immundus, gentilis, ܐܬܚܢܦ defecit a vera religione). Inde

חָנֵף *profanus, impius* i. q. arab. كافر Iob. 8, 13. 13, 16. 15, 34. 17, 8 cet. LXX. ἀσεβής, ἄνομος, παράνομος, bis ὑποκριτής.

חֹנֶף m. *impietas* Jes. 32, 6.

חֲנֻפָּה f. id. Jer. 23, 15.

חָנַק in Kal inusit. pr. *angustus* fuit, *enge* seyn, eiusdem stirpis atque אָנַק, חָנַק. עָנַק (עוּק), et in linguis occidentt. ἄγχω, ἀνάγκη, *ango, angustus, enge (Zange, Zwang).* Inde

Pi. strangulavit, suffocavit, ἄγχω (würgen), πνίγω, ut leonem Nah. 2, 13. (Arab. خنق, aeth. ኀነቀ፡ syr. ܚܢܩ id.).

Niph. strangulavit se 2 Sam. 17, 23. Inde מַחֲנָק.

חַנָּתוֹן (gratiosum) n. pr. oppidi Sebulonitarum. Jos. 19, 14.

חָסַד rad. in Kal inusit., cui tum benignitatis, tum (per antiphrasin) probri et opprobrii potestatem tribuunt. Primaria potestas, si quid video, est in *acri* et *ardente studio, quo aliquis fertur,* i. q. קָנָא, quod, pariter atque in קָנָא, transfertur 1) ad *amorem, studium* erga aliquem (v. Hithpa. et חֶסֶד no. 1); 2) ad aemulationem, *invidiam* (arab. حسد invidit, حسد invidia), inde *odium* et *opprobrium* (v. חֶסֶד no. 2 et Pi.).

Pi. probro, contumelia affecit Prov. 25, 10. Syr. ܚܣܕ id., in Targg. חַסֵּד hebr. חֵרֵף conviciatus est, ܚܣܕܐ invidia oppressus, it. adamatus, v. Kal.

Hithp. benignum se praestitit Ps. 18, 26. Cf. Kal no. 1.

Derivv. praeter ea quae sequuntur: חָסִיד, חֲסִידָה.

חֶסֶד c. Suff. חַסְדִּי pl. חֲסָדִים, cstr. חַסְדֵי pr. *studium* (v. rad.), inde

1) in bonam partem *studium erga* aliquem, *amor*, spec. a) hominum inter se, *benignitas, benevolentia*, quae mutuis beneficiis cernitur Gen. 21, 23. 2 Sam. 10, 2, ubi refertur ad infelices *misericordia* (LXX plerumque ἔλεος) Iob. 6, 14. Frequens est formula עָשָׂה חֶסֶד עִם benigne egit cum aliquo Gen. l. c. 2 Sam. 3, 8. 9, 1. 7, etiam sq. אֶת Zach. 7, 9, עַל 1 Sam. 20, 8, plenius עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם Gen. 24, 49. 47, 29. Jos. 2, 14. 2 Sam. 9, 3: אֶעֱשֶׂה לוֹ חֶסֶד אֱלֹהִים *Dei instar benigne cum eo agam.* נָטָה חֶסֶד לְ conciliavit (Deus) alicui benevolentiam, gratiam Gen. 39, 21, plenius Esr. 7, 28: עָלַי הִטָּה חֶסֶד לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ *mihi conciliavit* (Deus) *benevolentiam coram rege*, et Dan. 1, 9: וַיִּתֵּן הָאֱלֹהִים לְדָנִיֵּאל לְחֶסֶד *et fecit Deus, ut Danieles benevolentiam consequeretur.* b) hominum erga Deum, *pietas.* חֲסִידִים = אַנְשֵׁי חֶסֶד pii Jes. 57, 1. c) Dei erga homines, *favor, gratia.* Ps. 5, 8. 36, 6. 48, 10 cet. Saepissime copulatur cum אֱמֶת (v. אֱמֶת no. 2) gratia constans. Occurrunt eaedem formulae, atque sub litt. a., ut עָשָׂה חֶסֶד עִם Gen. 24, 12. 14, sq. לְ Ex. 20, 6. Deut. 5, 10, עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם 2 Sam. 2, 6. 15, 20. Plur. חֲסָדִים beneficia (Dei) Ps. 89, 2. 50. 107, 43. Jes. 55, 3: חַסְדֵי דָוִד הַנֶּאֱמָנִים *beneficia constantia, qualibus Davides ornatus est.* Meton. Deus ipse vocatur חֶסֶד q. d. die Huld, Liebe. Ps. 144, 2. Ion. 2, 9. — Semel aeque ac syn. חֵן videtur *gratiam* notare sensu *decoris*, pulchritudinis Jes. 40, 6. LXX δόξα et sic 1 Petr. 1, 24.

2) in malam partem *studium contra* aliquem, *invidia*, hinc *probrum* (v. rad. no. 2). Prov. 14, 34. Lev. 20, 17. Sunt etiam, qui huc referant Iob. 6, 14.

3) n. pr. m. 1 Reg. 4, 10.

חֲסַדְיָה (quem Deus amat) n. pr. filii Serubabel 1 Par. 3, 20.

חָסָה pr. *fugit* (v. ad rad. חוּשׁ), spec. *confugit* aliquo, sq. בְּ loci, ut בְּצֵל פ׳ in umbram (tutelam) alicuius Iud. 9, 15. Jes. 30, 2, בְּצֵל כְּנָפֵי יְיָ in umbram alarum Dei Ps. 57, 2. 61, 5, inde *fiduciam reposuit in aliquo*, maxime Deo sq. בְּ Ps. 2, 12. 5, 12. 7, 2. 25, 20. 31, 2. 37, 40 cet. Absol. Ps. 17, 7. Prov. 14, 32: חֹסֶה בְמוֹתוֹ צַדִּיק *confidit* (Deo) *iustus in morte sua* i. e. moriens, moribundus.

Derivv. חָסוּת, מַחֲסֶה, מַחְסֶיָה et

חֹסָה (confugiens l. refugium) n. pr. m. 1 Par. 16, 38. 26, 10.

חָסֹן adj. *fortis, robustus* Am. 2, 9, *potens*, collect. potentes (civitatis) Jes. 1, 31. Rad. חָסַן.

חָסוּת f. *refugium* Jes. 30, 3, a rad. חָסָה.

חָסִיד adj. (a rad. חָסַד) 1) *benignus* Ps. 12, 2. 18, 26. 43, 1; 2) de Deo: *misericors, gratiosus* Jer. 3, 12. Ps. 145, 17; 3) *pius* erga Deum. חֲסִידֵי יְהוָֹה pii Jehovae cultores Ps. 30, 5. 31, 24. 37, 28; חָסִיד לוֹ Ps. 4, 4.

חֲסִידָה f. *ciconia*, propr. (avis) *pia*, dicta ab amore et pietate in pullos, veteribus celebrata (v. Plin. H. N. X, 28. Aelian. hist. anim. 3, 23. 10, 26), ut contra Arabes struthiocamelum feminam ظَلِيمٌ *avem impiam* nuncupant propter duritiem in pullos (v. Iob. 39, 13 sq.) Lev. 11, 19. Deut. 14, 18. Ps. 104, 17. Jer. 8, 7. Zach. 5, 9. V. Bocharti Hier. II, 327 sq. — Iob. 39, 13 חֲסִידָה non pro ipso *ciconiae* nomine habendum, sed pro adj. fem. *pia*, ita tamen ut ad ciconiam alludatur. Verba sunt: *struthionis ala exultat*, אִם אֶבְרָה

חֲסִידָה וְנוֹצָה *at num* etiam *pia* est *penna et pluma* eius? i. e. sed non (ciconiae instar) pia est erga pullos, contra eos impie tractat (vers. 14—16).

חָסִיל m. *locustae* species, pr. depascens (rad. חָסַל). 1 Reg. 8, 37. Ps. 78, 46. Jes. 33, 4. Joël. 1, 4. LXX *βροῦχος* i. e. locusta nondum alata a *βρύκειν* devorare dicta.

חָסִין adj. *robustus*, potens Ps. 89, 9. Rad. חָסַן.

חַסִּיר chald. adj. *mancus*, de pondere, *iusto levior* Dan. 5, 27.

חָסַל *depavit* locusta Deut. 28, 38. (Chald. id. Vicinum est radicibus קָצַר, גָּזַר, חָסַר, q. v.) Inde חָסִיל.

חָסַם *obturavit* os Deut. 25, 4, nares Ez. 39, 11: וְחֹסֶמֶת הִיא אֶת־הָעֹבְרִים (haec vallis) *obturabit* (nares) *praetereuntibus* sc. foetore facto; nisi mavis cum Syro: (multitudine cadaverum) *praetereuntibus viam praecludet*. Inde מַחְסוֹם.

חָסַן 1) *fortis fuit*, ut syr. et chald. ܚܣܢ, חֲסַן. Inde חָסִין, חָסוֹן, חֲסֵן. 2) *opibus valuit* (v. חֹסֶן), inde *coacervavit*, *recondidit* in thesauro. (Arab. خَزَنَ, unde مَخْزَنٌ horreum).

Niph. reconditus est Jes. 23, 18. Derivv. v. ad Kal no. 1.

חֲסַן chald. Aph. (vel potius Hiph. more hebraeo) *possedit*, Dan. 7, 18. 22.

חֱסֵן chald. emphat. חִסְנָא *robur, potentia*, Dan. 2, 37. 4, 27.

חֹסֶן m. *opes*, v. rad. no. 2. Prov. 15, 6. 27, 24. Jer. 20, 5. Ez. 22, 25, *thesaurus*, *abundantia*. Jes. 33, 6: חֹסֶן יְשׁוּעֹת *abundantia salutis*. In altero membro est אוֹצָר. (Chald. אַחְסֵן possedit).

חָסַף rad. in Kal inusit. i. q. חָשַׂף *decorticavit, desquamavit, scabit.* Arab. حسف decorticavit dactylos, et transp. سحف abrasit, inde chald. חֲסַף, arab. خَزَفٌ et حرشف squama, testa, syr. ܚܨܦܐ id. In linguis occidentalibus eiusdem originis sunt *σκάπτω*, *scabo*, *squama*, nostr. *schaben*, *schuppen*, *Schuppe*, *Scherbe*, *Schiefer*, *schaufeln*, in quibus cunctis sibilans praecedit, ut in hebr. et arab. סָחַף, سحف. Quadril. חַסְפַּס part. pass. מְחֻסְפָּס Exod. 16, 14 *desquamatum*, *decorticatum*, i. e. squamis simile. Inde

חֲסַף m. chald. *testae*, *opus figlinum* Dan. 2, 33 sq. Rad. חָסַף.

חָסֵר fut. יֶחְסַר pl. יַחְסְרוּ 1) *caruit* aliqua re, sq. acc. (ut verba copiae et inopiae) Deut. 2, 7. 8, 9. Ps. 34, 11. Prov. 31, 11. Gen. 18, 28: אוּלַי יַחְסְרוּן חֲמִשִּׁים הַצַּדִּיקִם חֲמִשָּׁה *fortasse desunt ad quinquaginta viros iustos quinque*, propr. fortasse carent quinquaginta iusti quinque hominibus. 2) Absol. *inopia laboravit* Ps. 23, 1. Prov. 13, 25. 3) *defecit*, *imminutus est* Gen. 8, 3. 5. 1 Reg. 17, 14. 4) *defuit* Eccl. 9, 8. Deut. 15, 8. (Arab. خَسِرَ et خَسِرَ iacturam, damnum fecit).

Pi. carere jussit, curavit. Ps. 8, 6: וַתְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט מֵאֱלֹהִים *fecisti, ut non multum careret prae Deo*, ut Deo non multum inferior esset, sq. מִן rei Eccl. 4, 8.

Hiph. 1) causat. *fecit, ut deesset* (fehlen, mangeln lassen) Jes. 32, 6. 2) intrans. *inopia laboravit* Ex. 16, 18.

Derivv. מַחְסוֹר, חַסִּיר, et quae statim sequuntur.

חָסֵר adj. *carens*, *indigens*, sq. acc.

1 Reg. 11, 22, sq. מִן Eccl. 6, 2. חֲסַר לֶחֶם pane carens. 2 Sam. 3, 29. חֲסַר לֵב *vecors* Prov. 6, 32. 7, 7. 9, 4, subst. *vecordia* 10, 21.

חֶסֶר m. *inopia* Prov. 28, 22. Iob. 30, 3.

חֹסֶר m. id. Am. 4, 6.

חַסְרָה n. pr. m. 2 Chr. 34, 22, pro quo in loco parallelo 2 Reg. 22, 14 est חַרְחַס.

חֶסְרוֹן m. *inopia* Eccl. 1, 15.

חַף adj. m. *purus*, sensu ethico Iob. 33, 9. Rad. חָפַף no. II.

חָפָא probab. i. q. חָפָה et חָפַף no. I. *texit*, unde Pi. *occulto* l. *clam fecit*, *clam locutus est* 2 Reg. 17, 9.

חָפָה 1) *texit, velavit*, ut caput 2 Sam. 15, 30. Jer. 14, 4, faciem Esth. 6, 12. 7, 8. (Syr. ܚܦܐ, arab. خفى id.). Cf. חָפַף no. I. 2) *protexit*, v. Pu.

Pi. obduxit argento, auro, ligno, sq. dupl. acc. 2 Chr. 3, 5. 7. 8. 9.

Pu. חֻפָּה *protectus est*, sq. עַל ut plurima verba tegendi, Jes. 4, 5: עַל־כָּל־כָּבוֹד חֻפָּה *omnes res magnificae obteguntur.* LXX σκεπασθήσεται. Aliis חֻפָּה h. l. est nomen, in eandem sententiam: *super splendida quaeque est tegumentum*, quod iusto durius videtur.

Niph. pass. Pi. Ps. 68, 14.

חֻפָּה f. (a rad. חָפַף no. I) 1) pr. *tegumentum* (v. חָפָה Pu.), inde lectus superne obvelatus, *torus nuptialis*, Himmelbett, Brautbett, cf. עֶרֶשׂ. Ps. 19, 6. Joël. 2, 16. 2) n. pr. m. 1 Chr. 24, 13.

חָפַז fut. יַחְפֹּז 1) *trepide fugit.* (Arab. causat. حفز trusit, impulit. Vic. est פָּחַד). 2 Reg. 7, 15 (Chethibh). Iob. 40, 23 (18), *trepidavit* Ps. 31, 23. 116, 11. 2) *festinavit* 2 Sam. 4, 4. Cf. lat. *fugere, trepidum esse* de quavis festinatione Virg. Ge. 3, 462. 4, 73, it. hebr. נִבְהַל, syr. ܐܬܒܗܠ trepidare, festinare iussit.

Niph. 1) *fugit* Ps. 48, 6. 104, 7. 2) *festinavit* 1 Sam. 23, 26. Inde

חִפָּזוֹן m. *fuga concitata* Ex. 12, 11. Deut. 16, 3.

חֻפִּים (tegumenta) n. pr. m. 1) Gen. 46, 21, alias חוּפָם. 2) 1 Chr. 7, 12. 15.

חָפַן rad. inusit. Arab. حفن *utraque manu cepit, utramque manum explevit.* Inde (nisi verbum potius denom. est)

חֹפֶן, tantum in dual. חָפְנַיִם *pugnus uterque* Exod. 9, 8. Lev. 16, 12. Prov. 30, 4. Ez. 10, 2. 7. Eccl. 4, 6. (Aram. ܚܘܦܢܐ, arab. حفنة. Transpositum est πύγμη, *pugnus*).

חָפְנִי (fort. pugil, pugnator) n. pr. filii Eli 1 Sam. 1, 3. 2, 34. 4, 4.

I. **חָפַף** i. q. חָפָה *texit*, sq. עַל (cf. כָּסָה), hinc *protexit* Deut. 33, 12. (Arab. حفّ operuit veste. Tegendi potestas inest in syllaba חַף, ut in cognatis חב, כף, עף, עב, cf. praeter חָפָה et חָפָא radd. חָבָא et חָבָה abscondit; כָּפַר, كفر, غفر et כפשׁ texit, עוּף Jes. 31, 5, עָבָה, עָבַב cet. item כָּנַף, עָלַף, in quibus Nun et Lamed syllabae primariae inserta sunt, ut in אָלַץ, אוּץ cet.).

Derivv. חֻפָּה, חֻפִּים.

II. **חָפַף** rad. inusit. 1) *defricuit, abrasit, detersit* (arab. حفّ rasit, fricuit), 2) *abluit, lavit.*

Derivv. חַף, חוֹף.

חָפֵץ fut. יַחְפֹּץ et יֶחְפַּץ 1) i. q. arab. خفض *flexit, inflexit*, v. c.

lignum. Iob. 40, 17: יַחְפֹּץ זְנָבוֹ *flectit caudam suam.*

2) intrans. et metaph. *propensus fuit* a) ad aliquid faciendum, *voluit*, absol. Cant. 2, 7. 3, 5, sq. Gerundio Deut. 25, 8. Ps. 40, 9. Iob. 9, 3. 1 Sam. 2, 25, inf. nudo Jes. 53, 10. Iob. 13, 3. 33, 32: חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָּ *volo iustificationem tuam.* b) in aliquem, i. e. *propitius fuit ei, eo delectatus est*, ut Deo, hominibus, *eum amavit*, sq. בְּ Gen. 34, 19. 2 Sam. 20, 11. Num. 14, 8. 2 Sam. 22, 20. 24, 3, sq. acc. Ps. 40, 7. Mich. 7, 18. Refertur etiam ad res 2 Sam. 24, 3. Ps. 51, 18.

חָפֵץ m. (Zere impuro) adj. verbale antecedentis, cum pronominibus personalibus saepe pro verbo v. c. 1 Reg. 21, 6: אִם חָפֵץ אַתָּה *si tu vis*, si lubet. Mal. 3, 1: אַתֶּם חֲפֵצִים *vos vultis*, *cupitis.* נֶפֶשׁ חֲפֵצָה lubens animus. 1 Chron. 28, 9.

חֵפֶץ m. c. suff. חֶפְצִי 1) *oblectatio* 1 Sam. 15, 22. Ps. 1, 2. 16, 3. 1 Reg. 10, 13: כָּל־חֶפְצָהּ *omnia, quibus delectabatur.* דִּבְרֵי חֵפֶץ verba accepta, iucunda. Eccl. 12, 10. 5, 3: אֵין חֵפֶץ בַּכְּסִילִים (Deus) *non oblectatur stultis.* 2) *desiderium, voluntas.* Iob. 31, 16. 3) *res pretiosa* (cf. חֶמֶד). אַבְנֵי־חֵפֶץ lapides pretiosi. Jes. 54, 12, Plur. חֲפָצִים res pretiosae Prov. 3, 15. 8, 11. 4) *studium*, inde *negotium, res.* LXX. πρᾶγμα. Eccl. 3, 1: וְעֵת לְכָל־חֵפֶץ *et tempus suum* est *cuivis rei*, i. e. omnia sunt fluxa et caduca, nihil stabile et aeternum. 5, 7: אַל־תִּתְמַהּ עַל הַחֵפֶץ *noli mirari hanc rem.* 8, 6. Origines huius significationis habes his fere in locis Jes. 53, 10: חֵפֶץ יְהוָֹה בְּיָדוֹ יִצְלָח *res Jehovae feliciter procedunt in manu eius.* 44, 28. 58, 3. 13. Iob. 21, 21. 22, 3. (Simile est Syrorum ܨܒܘ res, negotium a ܨܒܐ i. q. חָפֵץ voluit).

חֶפְצִי־בָהּ (in qua oblectatio mea, qua delector) n. pr. matris regis Manassis 2 Reg. 21, 1, cf. Zionis nomen symb. Jes. 62, 4.

I. חָפַר fut. יַחְפֹּר, arab. حَفَرَ

1) *fodit*, ut puteum, foveam Gen. 21, 30. 26, 15 sq. Eccl. 10, 8; de equo Iob. 39, 21 (24): יַחְפְּרוּ בָעֵמֶק *fodiunt in campo.* Virg. Ge. 3, 87. 88: *cavat tellurem.* (In linguis occidentalibus haec potestas litteris transpositis est in rad. *grf, glf*, ut γράφω, χρίμπτω; γλάφω, γλύφω; sCRiBo, sCaLPo, sCuLPo; *graben*). Metaph. *foveam fodit* pro insidias struxit, Ps. 35, 7. 2) *eruit, exploravit, rimatus est* (cf. בָּקַר no. 3, et Sim. arc. form. p. 62). Iob. 39, 29 (32): *inde praedam speculatur;* sq. acc. *exploravit* (terram) Deut. 1, 22. Jos. 2, 2. 3. — De verbis Jes. 2, 20 v. חֲפַרְפֵּרָה.

II. חָפֵר fut. יֶחְפַּר semel in plur. תַּחְפְּרוּ Jes. 1, 29 arab. خَفِرَ *erubuit, pudore suffusus est.* (Fortasse vicinum est חָמַר no. 2 rubuit). Plerumque de pudore ex spe irrita Ps. 35, 4. 26. 40, 15. 70, 3. 83, 18, addito פָּנִים Ps. 34, 6. Iob. 11, 18: וְחָפַרְתָּ לָבֶטַח תִּשְׁכָּב (nunc) *pudefactus* (post) *tranquille habitabis;* sq. מִן rei, cuius spe excidit aliquis Jes. 1, 29 (cf. בּוֹשׁ).

Hiph. 1) *pudefecit*, ignominia affecit Prov. 13, 5. 19, 26. 2) intrans. ut Kal (cf. verba colorum) Jes. 54, 4, de monte Libano Jes. 33, 9.

חֹפֵר v. חֲפַרְפֵּרָה.

חֵפֶר (fovea, puteus) n. pr. 1) urbis regiae Cananitarum Jos. 12, 17 (cf. 1 Reg. 4, 10). 2) plurium virorum a) filii Gileadis Num. 26, 32. 27, 1. Jos. 17, 2. b) tribuni Davidis 1 Chr. 11, 36. 3) 1 Chr. 4, 6. Patron. no. 1. חֶפְרִי Num. 26, 32.

חֲפָרַיִם (duae foveae) n. pr. oppidi Issacharitarum. Jos. 19, 19.

חָפְרַע n. pr. *Hophra*, rex Aegypti, aequalis Nebucadnezaris Jer. 44, 30. LXX. *Οὐαφρῆ* (fort. sacerdos solis, copt. ⲞⲨⲎⲂ ⲪⲢⲎ), apud Manethonem *Οὔαφρις*, septimus rex secundae dynastiae Saïticae, idem quem Herodotus (2, 161. 162. 169. 4, 159) et Diodorus (1, 68) Apriem (*Ἀπρίην*) nuncupant.

חֲפַרְפֵּרָה f. *animal* reptile domesticum, idque *fodiens*. Hieron. *talpa*, melius fort. *mus maior, rattus*, a fodiendo dictus. Hoc autem nomen restituendum videtur loco Jes. 2, 20, ubi nunc divisim legitur: לַחְפֹּר פֵּרוֹת i. e. *in foramen murium*. Orationi contextae accommodatius leges: לַחֲפַרְפֵּרוֹת *muribus* l. *rattis, talpis*. Cf. פֵּרָה.

חָפַשׂ *investigavit*, in Kal ubique metaph. *exploravit*, v. c. sapientiam Prov. 2, 4, cf. 20, 27. Ps. 64, 7: יַחְפְּשׂוּ עוֹלֹת *excogitant scelera*. (In lingua Chald. et Sam. est potestas propria humum effodiendi, in terra scrutandi cf. חָפַר no. I, 2).

Niph. pass. *pervestigatus est* Obad. 6.

Pi. quaesivit Gen. 31, 35. 44, 12, sq. acc. 1 Sam. 23, 23, *pervestigavit* 1 Reg. 20, 6. Zeph. 1, 12. Metaph. semel Ps. 77, 7: וַיְחַפֵּשׂ רוּחִי *mens mea scrutatur*.

Pu. 1) *quaesitus est*, inde quaeri se passus est, *abdidit se* Prov. 28, 12, cf. V. 28 et Hithpa. 2) *excogitatus est* Ps. 64, 7.

Hithpa. pr. quaeri se passus est, *occultavit se* (v. Pu. no. 1), hinc *alium se simulavit, alia veste sumta se occultavit.* 1 Sam. 28, 8. 1 Reg. 20, 38: וַיִּתְחַפֵּשׂ בָּאֲפֵר עַל־עֵינָיו *et faciem suam mutavit fascia oculis obducta.* 22, 30. Iob. 30, 18: בְּרָב־כֹּחַ יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי *ingente vi* eius *vestis mea* i. e. cutis *mutata est*, cf. Comm. 19.

חֵפֶשׂ m. *excogitatum, consilium* Ps. 64, 7, v. Pu. no. 2.

חָפַשׁ pr. *solutus, liber, expeditus fuit*, opp. ligato, coacto. Hinc 1) *res solutas* l. expeditas humi *stravit, prostravit* (v. חֹפֶשׁ). Arab. خفش II. prostravit. 2) *prostratus*, ideoque *infirmus, debilis fuit*, qs. viribus solutis. (Cf. חָלַשׁ. Arab. خفش med. E.). Inde חָפְשִׁי, חָפְשׁוּת. 3) *manu misit, liberum dimisit* (servum). Arab. خفش libere se effudit.

Pu. manu missus est servus Lev. 19, 20. Inde

חֹפֶשׁ m. *stratio*, semel Ez. 27, 20: בִּגְדֵי־חֹפֶשׁ לְרִכְבָּה *tapetes stratae ad equitandum*, v. rad. no. 1.

חֻפְשָׁה f. *libertas* Lev. 19, 20, v. verbum no. 3.

חָפְשִׁי adj. (pr. a subst. חֹפֶשׁ = חֻפְשָׁה, cum terminatione adj. ־ִי) pl. חָפְשִׁים 1) *prostratus, infirmus* Ps. 88, 6. 2) *liber*, oppos. servo et captivo Iob. 3, 19. שִׁלַּח חָפְשִׁי manu misit servum, libertum fecit Deut. 15, 12. 13. 18, שִׁלַּח לַחָפְשִׁי id. Ex. 21, 26. 27. יָצָא חָפְשִׁי, לַחָפְשִׁי manu missus est (v. יָצָא). 3) *immunis* ab oneribus publicis 1 Sam. 17, 25.

חָפְשׁוּת et **חָפְשִׁית** f. *infirmitas, morbus*, unde בֵּית הַחָפְשִׁית nosocomium 2 Reg. 15, 5. 2 Chr. 26, 21.

חֵץ m. c. suff. חִצִּי pl. חִצִּים 1) *sagitta*, a rad. חָצַץ. בַּעֲלֵי־חִצִּים sagittarii Gen. 49, 23. *Sagittae Dei* sunt a) fulmina, ut Hab. 3, 11 dein b) poët. mala, calamitates hominibus inflictae Deut. 32, 42. Iob. 6, 4. Ps. 38, 3. 91, 5, max. fames Ez. 5, 16. — Num. 24, 8: חִצָּיו יִמְחָץ *sagittas suas agitat* (in sanguine), cf. Ps. 68, 24. 2) *vulnus* sagitta inflictum Iob. 34, 6. (Contra ap. Euripid. Iphig. Taur. 314 tela vocantur *τραύματα*

ἐπιόντα vulnera advolantia). 3) חֵץ הַחֲנִית 1 Sam. 17, 7 (Chethibh) est *cuspis ferrea hastae*, sed in Keri et locis similibus 2 Sam. 21, 19. 1 Chr. 20, 5 legitur עֵץ lignum, *hastile:* idque contextui unice accommodatum. Errant enim, qui חֵץ eandem vim habere et ligneam hastae partem notare posse censent.

חָצַב et **חָצֵב** fut. יַחְצֹב 1) *cecîdit, excîdit,* max. lapides (cf. חָטַב) Deut. 6, 11. 8, 9. Jes. 5, 2. 10, 15. 22, 16. Prov. 9, 1. Part. חֹצֵב *lapicida* 2 Reg. 12, 13, it. *lignator* Jes. 10, 15, de utroque 1 Reg. 5, 29. Metaph. Ps. 29, 7: *vox Jehovae findit igneas flammas*, i. e. emittit fissas flammas igneas. 2) translate *delevit, necavit.* Hos. 6, 5: חָצַבְתִּי בַּנְּבִיאִים *interficio* (eos) *per prophetas*, mortem et internecionem iis annuncio. In altero membro הֲרַגְתִּים.

Niph. incisus est (in lapides) Iob. 19, 24.

Pu. excisus i. e. formatus *est* Jes. 51, 1.

Hiph. i. q. Kal no. 2. Jes. 51, 9.

Deriv. מַחְצֵב.

חָצָה i. q. חָצַץ q. v. *divisit*, maxime a) in duas partes Gen. 32, 8. Ps. 55, 24: לֹא יֶחֱצוּ יְמֵיהֶם *ne dividant dies vitae suae*, i. e. ne dimidiam vitae partem attingant. Sq. בֵּין — וּבֵין divisit et distribuit inter et inter Num. 31, 27. 42. Jes. 30, 28: עַד צַוָּאר יֶחֱצֶה *usque ad collum dividit* (flumen hominem), i. e. ad collum usque ascendens eum in duas partes quasi dissecat. b) etiam in plures. Iud. 9, 43. Iob. 40, 30 (25).

Niph. divisus est, divisit se 2 Reg. 2, 8. 14. Dan. 11, 4. Spec. in duas partes Ez. 37, 22.

Nomm. derivv. חֲצִי, חֲצוֹת, מַחֲצִית, מֶחֱצָה et nomm. pr. יַחְצְאֵל, יַחְצִיאֵל.

חָצוֹר (pagus, villa) n. pr. 1) oppidi Naphtalitarum, a Salomone muniti Jos. 11, 1. 12, 19. 19, 36. Iud. 4, 2. 1 Reg. 9, 15. 2 Reg. 15, 29. 2) opp. Benjaminitarum Neh. 11, 33. 3) regionis arabicae Jer. 49, 28.

חֲצוֹצְרָה v. חֲצֹצְרָה *tuba.*

חֲצוֹת tantum in st. cstr. חֲצוֹת f. sing. *medium*, a rad. חָצָה divisit, dimidiavit. Iob. 34, 20. Ps. 119, 62. Ex. 11, 4.

חֲצִי et **חֵצִי** st. cstr. חֲצִי, c. suff. חֶצְיוֹ m. 1) *dimidium, dimidia pars* Ex. 24, 6. Num. 12, 12. Jos. 22, 23. חֶצְיֵנוּ dimidia pars nostrum 2 Sam. 18, 3. 2) *medium* Iud. 16, 3. 3) i. q. חֵץ *sagitta*, a חָצָה dissecandi significatu. 1 Sam. 20, 36. 37. 38. 2 Reg. 9, 24.

חֲצִי הַמְּנֻחוֹת (medium locorum quietis) n. pr. m. 1 Chr. 2, 52, unde patron. חֲצִי הַמְּנֻחְתִּי V. 54.

I. **חָצִיר** i. q. חָצֵר pr. *septum*, dein poët. *habitatio, domicilium* i. q. בַּיִת. Jes. 34, 13: *domicilium arundinis et cannae.* Rad. חָצַר no. I.

II. **חָצִיר** m. 1) *gramen* Iob. 8, 12. 40, 15. Ps. 104, 14. 2) *porrum* Num. 11, 5. Rad. חָצַר no. II.

חֹצֶן Ps. 129, 7 et חֵצֶן Jes. 49, 22. Neh. 5, 13 m. *sinus* vestium, quo res gestantur. Arab. حِضْن, aeth. ሐፅን፡ id., unde verbum denom. حضن in sinu gestavit.

חֲצַף chald. *acer*, hinc *durus, severus fuit*, et (maxime Pa. et Aph.) trans. *ursit, properavit.*

Part. Aph. מְהַחְצְפָה *severus* vel *festinus* (de edicto regio) Dan. 2, 15. 3, 22.

חָצַץ *divisit*, et intrans. *divisus est.* (Arab. حَصَّ conj. III. portionem cum alio partitus est, حِصَّة pars, portio. Talmud. dissecavit, discidit, unde חֲצִיצָה ascia, dein translate distinxit. Radices finitimae sunt חָצָה, חָצַב, chald. חֲצַף. Secandi, caedendi acuendique potestatem syllaba primaria חץ communem habet cum cognatis חז [v. חָזָז], חד [v. חָדַד, חָדַשׁ], item קץ, כס, גז, גד, v. ad radd. גָּדַד, גָּזַז, קָצַץ). Prov. 30, 27: *locustae regem non habent*, וַיֵּצֵא חֹצֵץ כֻּלּוֹ *et procedunt* tamen *omnes divisi*, i. e. partito agmine (cf. Gen. 14, 15). Hieron. *per turmas suas.*

Pi. part. מְחַצְצִים Iud. 5, 11 (praedam) *dividentes* (cf. Jes. 9, 2. 33, 23. Ps. 68, 13). Alii Targg. et Hebraeos secuti *sagittarios* reddunt, quasi sit denom. a חֵץ.

Pu. abscissus est i. e. absolutus, exactus (de mensibus vitae) Iob. 21, 21. Inde חֵץ et

חָצָץ m. 1) *lapillus, scrupulus* (a concidendo, comminuendo), et collect. *lapilli, glarea* Prov. 20, 17. Thren. 3, 16. (Syr. ܚܨܨܐ, arab. حَصًى). 2) i. q. חֵץ *sagitta,* poët. pro fulmine Ps. 77, 18.

חַצְצוֹן־תָּמָר, חַצֲצֹן־תָּמָר (amputatio palmae) Gen. 14, 7. 2 Chr. 20, 2, n. pr. oppidi in deserto tribus Judae siti, palmetis suis nobilis, postea עֵין גֶּדִי dicti. De palmis Engaddae v. Plin. H. N. V, 7. Celsii Hierob. II, 491.

חֲצֹצְרָה et **חֲצוֹצְרָה** f. *tuba* Num. 10, 2 sq. 31, 6. Hos. 5, 8. 2 Reg. 12, 14. De etymo varie coniectatum est. Plurimi, quos ipse olim secutus sum, duxerunt a חָצַר, arab. حضر praesens fuit Conj. X. convocavit, inde formam חֲצוֹצֵר ad analogiam Conj. Arabum duodecimae ortam esse censentes: (tubâ) convocavit, unde חֲצֹצְרָה tuba, a convocando dicta. Alii, ut nuper Ewaldus (gr. hebr. p. 242), חֲצֹצְרָה a חָצֵר no. I ducentes, hoc instrumentum ita dictum existimarunt, quia *tenue* sit et *angustum:* quod multo etiam minus placet. Nobis non dubium, hoc vc. onomatopoët. esse et tubae sonum fractum imitari, ut lat. *taratantara* in versu Ennii ap. Serv. ad Virg. Aen. 9, 503, nostr. *trarara.* Huic simile nostrum, maxime si arabico more pronuntiaveris حضاضرة *hadādera.* Ab hoc nomine ductum est verbum

חִצְצֵר *tubam inflavit, trompeten.* Legitur in Part. מחצצרים (מַחְצְצְרִים) 1 Par. 15, 24. 2 Par. 5, 13. 7, 6. 13, 14. 29, 28 Chethibh, ubi in Keri altero צ abiecto est מחצרים (מַחְצְרִים aut מְחַצְּרִים, Part. Pi. aut Hiph.), ex ieiuna formae illius insolentioris correctione. — 2 Par. 5, 12 est מחצררים, quod in mendo cubare videtur.

I. **חָצַר** rad. inusit. arab. حصر, aeth. ሐጸረ: *circumdedit, circumvallavit,* unde حِصَار sepimentum, munimentum, castellum. Radd. contiguae sunt עָצַר, et quae dedimus s. vcc. אָזַר et גָּדַר. Inde חָצֵר, חָצִיר no. I. et n. pr. חָצוֹר.

II. **חָצַר** rad. inusit. i. q. خَضِرَ *viruit,* unde חָצִיר gramen, q. v.

חָצֵר cstr. חֲצַר c. suff. חֲצֵרִי, plur. חֲצֵרִים cstr. חַצְרֵי, et חֲצֵרוֹת cstr. חַצְרוֹת comm. *septum,* locus septo circumdatus, spec. 1) *atrium, vestibulum* Neh. 8, 16. Esth. 5, 2, impr. templi et tabernaculi sacri Ex. 27, 9 sq. הֶחָצֵר הַפְּנִימִית vestibulum internum i. e. sacerdotum 1 Reg. 6, 36, חָצֵר הַגְּדֹלָה atrium magnum

1 Reg. 7, 12. 2) *villa, praedium, pagus*, quales alibi vocantur בָּנוֹת הָעִיר Jos. 13, 23. 28. 15, 32 sq. Lev. 25, 31, etiam de *mobilibus* Nomadum *pagis* ex tentoriis constantibus Gen. 25, 16. Jes. 42, 11 (cf. Cant. 1, 5).

Inde sunt haec nomina oppidorum pagorumve:

1) חֲצַר־אַדָּר (pagus Addaris) oppidum in confinio tribus Judae Num. 34, 4, brevius אַדָּר appellatum Jos. 15, 3. 2) חֲצַר סוּסָה Jos. 19, 5, et חֲצַר סוּסִים 1 Chr. 4, 31 (pagus equorum) in tribu Simeonis. 3) חֲצַר עֵינוֹן Ez. 47, 17 et חֲצַר עֵינָן 48, 1. Num. 34, 9. 10 (pagus fontium) in Palaestinae finibus septentrionalibus. 4) חֲצַר שׁוּעָל (pagus vulpis) Jos. 15, 28. 19, 3. 1 Chr. 4, 28. Neh. 11, 27 in tribu Simeonis. 5) חֲצַר הַתִּיכוֹן (pagus medius) Ez. 47, 16 in finibus Auranitidis. 6) plur. חֲצֵרוֹת statio Israëlitarum in Arabia Petraea Num. 11, 35. 12, 16. 33, 17. Deut. 1, 1.

חֶצְרוֹן (inclusus, circumvallatus) n. pr. 1) filii Ruben Gen. 46, 9. Ex. 6, 14. 2) filii Perez Gen. 46, 12. Ruth 4, 18. Graec. Ἐσρώμ Mt. 1, 3. Patron. est חֶצְרֹנִי Num. 26, 6.

חֶצְרַי (id.) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. 23, 35 Chethibh. In Keri et 1 Chr. 11, 37 חֶצְרוֹ.

חֲצַרְמָוֶת (atrium mortis) n. pr. regionis in Arabia felice ad mare Indicum sitae, thure, myrrha et aloë feracis, sed ob aëris insalubritatem famosae (unde nomen), etiamnum arab. حَضْرَمَوْتُ, حَضْرَمُوتُ dictae, Gen. 10, 26. V. Abulfedae Arabia ed. Gagn. p. 45. Niebuhrii Arabiae descriptio p. 283—94.

חֵק v. חֵיק.

חֹק m. sq. Makk. חָק־, c. suff. חֻקִּי, sed חָקְךָ Lev. 10, 13, חֻקְּכֶם Ex. 5, 14, pl. חֻקִּים cstr. חֻקֵּי et חוּקֵי Ez. 20, 18 pr. *statutum, definitum* (a rad. חָקַק no. 3) v. c. חֻקִּי quod in me decretum est Iob. 23, 14. Spec. a) *demensum, pensum*, laboris Ex. 5, 14. Prov. 31, 15, cibi Prov. 30, 8. b) *limes definitus, terminus* Iob. 26, 10. Prov. 8, 29. לִבְלִי חֹק sine termino, in infinitum Jes. 5, 14. 24, 5. c) *tempus statutum* Iob. 14, 13. 38, 26. d) *lex statuta* Gen. 47, 26. Ex. 12, 24, de legibus, quas natura sequitur Iob. 28, 26, de legibus, quae hominibus a Deo datae sunt Deut. 4, 5. 8. 14. 6, 24. 11, 32. 22, 1; *decretum* Dei Ps. 2, 7; *mos, consuetudo* instar legis observanda Iud. 11, 39, *ius, privilegium* instar legis observandum Ex. 29, 28.

חָקָה in Kal inusit. i. q. חָקַק pr. *incidit* (hacken, hauen), inde *insculpsit* (Pu. no. 1), *delineavit, pinxit* (Pu. no. 2, v. חָקַק no. 2), it. *rastro effodit* (aufhacken), v. Hithpa.

Pu. part. מְחֻקֶּה 1) *insculptum* 1 Reg. 6, 35. 2) *delineatum, pictum* Ez. 8, 10, cf. 23, 14.

Hithpa. terram rastro *effodit, aufhacken*, einen Graben aufwerfen. Ita ex significatu primario explicuerim Iob. 13, 27: עַל־שָׁרְשֵׁי רַגְלַי תִּתְחַקֶּה *circa radices pedum meorum effodisti* terram, s. fossam fecisti, ut procedere nequeam, i. e. viam mihi obstruxisti cf. 19, 8. Thren. 3, 7. Vulgo: circa rad. p. m. delineasti i. e. designasti pedibus meis, quousque progrediantur.

חֻקָּה f. a חֹק *statutum, definitum*, spec. a) *lex*, v. c. coeli, naturae Iob. 38, 33. Jer. 31, 35. 33, 25, Dei Ex. 27, 21: חֻקַּת עוֹלָם *lex aeterna*. b) *mos, consuetudo* v. c. gentilium i. e. idololatria 2 Reg. 17, 8. Lev. 20, 23, *ius, privilegium* Ex. 29, 9.

חֲקוּפָא (curvatus) n. pr. m. Esr. 2, 51. Neh. 7, 53, a rad. inusit.

חָקַף = حقف curvavit se.

חָקַק pr. *cecídit, incídit (hauen, einhauen*, cf. vicina eaque cuncta onomatopoëtica חָקָה, حقّ et حقحق percussit gladio, *hauen*, dein vehementius calcavit, it. vehementius congressus est; حكّ et حكحك id., *hacken, to hack*. Obiter notamus, maxime in verbis med. gem. multa esse sonum imitantia eamque ob causam multis linguis communia, ut לָקַק *lecken*, דָּבַב, טָפַף *tappen*, הָלַל *hallen*, צָלַל *tinnio, schallen*, דָּקַק tudit, contudit cet., et in formis geminatis גַּרְגַּר gargarizavit, צִפְצֵף pipivit, צִלְצַל tintinnum edidit cet.). Spec. 1) *incídit*, ut sepulcrum in petram Jes. 22, 16, *insculpsit* litteras et figuras tabulae Jes. 30, 8. Ez. 4, 1. 2) i. q. *γράφειν, delineavit, pinxit* Jes. 49, 16. Ezech. 23, 14. 3) *decrevit, statuit* (verba enim sculpendi et scribendi, quod legis latoris est, ad decernendi vim referuntur) Jes. 10, 1, *descripsit, definivit* Prov. 8, 27. 29. Part. חֹקֵק poët. pro שֹׁפֵט iudex Iud. 5, 9.

Pu. part. מְחֻקָּק *statutum* Prov. 31, 5.

Hoph. fut. יֻחָקוּ pro יֻחְקְקוּ (eiecto Dag. f.) *insculptus, inscriptus est.* Iob. 19, 23.

Po. i. q. Kal no. 3 *decrevit* Prov. 8, 15. Part. מְחֹקֵק 1) *legislator* Deut. 33, 21. Jes. 33, 22, *dux* Iud. 5, 14. 2) *sceptrum* Num. 21, 18. Ps. 60, 9. Gen. 49, 10.

Inde חֹק, חֻקָּה et

חֵקֶק m. nonnisi in plur. cstr. חִקְקֵי *decreta* Jes. 10, 1. Iud. 5, 15 (ubi alluditur simili vocabulo חִקְרֵי V. 16.).

חָקַר fut. יַחְקֹר (Iob. 13, 9) *scrutatus est, investigavit.* (Origo fortasse est in perscrutando terram, quod fit fodiendo, ut vicina sint כָּרָה, נָקַר, v. מֶחְקָר Ps. 95, 4). Constr. absol. Deut. 13, 15. Ez. 39, 14, sq. acc. pers. vel rei *exploravit*, ut terram Iud. 18, 2, cibum potumque (gustavit) Prov. 23, 32, sapientiam Iob. 28, 27, animum alicuius 1 Sam. 20, 12. Ps. 139, 1. Prov. 28, 11: *vir dives sapiens sibi videtur*, וְדַל מֵבִין יַחְקְרֶנּוּ *sed pauper intelligens eum perscrutatur.* LXX. καταγνώσεται. Aqu. Theod. ἐξιχνιάσει.

Pi. i. q. Kal Eccles. 12, 9.

Niph. pass. Kal. Jer. 31, 37. 1 Reg. 7, 47: לֹא נֶחְקַר מִשְׁקַל נְחֹשֶׁת *pondus aeris investigari non poterat*, cf. אֵין חֵקֶר.

Inde מֶחְקָר et

חֵקֶר 1) *perscrutatio, investigatio*, Iob. 34, 24. אֵין חֵקֶר quod investigari nequit Prov. 25, 3, hinc de re innumerabili Iob. 5, 9. 9, 10. 36, 26, it. *deliberatio* Iud. 5, 16. 2) *quod investigando cognoscitur, absconditum, intimum.* Iob. 38, 16: חֵקֶר תְּהוֹם *intimi maris recessus.* Metaph. חֵקֶר אֱלוֹהַּ Iob. 11, 7 i. q. τὰ βάθεα τοῦ θεοῦ.

חֹר m. tantum in plur. חֹרִים, *nobiles, ingenui* 1 Reg. 21, 8. 11. Neh. 2, 16. 4, 13, semel plene חוֹרִים Eccles. 10, 17. Rad. חָרַר. no. 2.

חֹר *foramen*, v. חוֹר.

חֻר vid. חוּר.

חָרָא vel **חָרֵא** rad. inusit. Arab. خرى *cacavit, alvum deposuit*, vc. obscoenum magis, quam honestum. Hanc ob causam ubicunque derivatum eius in contextu sacro legitur, in margine vocabulum honestius ab Hebraeorum Criticis posi-

tum est. Vide מַחֲרָאוֹת, חֲרֵי יוֹנִים pro חַרְאֵי יוֹנִים, et

חֲרָאִים m. plur. *stercora, excrementa.* Jes. 36, 12. In margine honestius vc. צוֹאָה legitur, cuius vocales huic vocabulo substratae sunt.

חָרַב, unde imp. חֲרַב, et חָרֵב fut. יֶחֱרַב 1) *exsiccatus est*, de aqua, fluviis, terra. Gen. 8, 13. Iob. 14, 11. Jes. 13, 15. Ps. 106, 9. Differt a יָבֵשׁ aridum esse, arescere, vide Gen. 8, 13 coll. 14, adde Jes. 19, 5, ubi surgit oratio: וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ. Cf. Reimarus de differentia vocc. hebr. p. 64. (Eiusdem stirpis est gr. κάρφω exsicco, κράμβος siccus).

2) *desolatus, vastatus est*, de terris, urbibus (desertum enim siccum Jes. 42, 15. 48, 21) Jes. 34, 10. Jer. 26, 9, de sacrariis Am. 7, 9, it. *exstinctus, deletus est* populus Jes. 60, 12, et trans. *exstinxit, delevit* Jer. 50, 21. (Imp. חֲרֹב).

3) *obstupuit* Jer. 2, 12, cf. synn. שָׁמַם et שָׂעַר. (Arab. خَرِبَ vastatus est, conj. II. vastavit, delevit, cui tamen cogn. est حَرَبَ I. II. IV. bellum gessit).

Niph. 1) pass. Kal no. 2 *vastatus est* Ez. 26, 19. 30, 7. 2) recipr. *delere se studuerunt*, hinc pugnaverunt. 2 Reg. 3, 23.

Pu. pass. no. 1 *exsiccatus est* Iud. 16, 7. 8.

Hiph. 1) *exsiccavit* Jes. 50, 2. 2) *devastavit*, oppida, terras Ez. 19, 7. Iud. 16, 24; *delevit*, populos 2 Reg. 19, 17. *Hoph.* pass. Hi. no. 2. Ez. 26, 2. 29, 12.

Nomm. derivata statim sequuntur omnia.

חֲרַב chald. i. q. hebr. *Ho. excisus, devastatus est* Esr 4, 15.

חָרֵב adj. fem. חֲרֵבָה 1) *siccus* Lev. 7, 10. Prov. 17, 1. 2) *vastatus, excisus* Jer. 33, 10. 12. Neh. 2, 3. 17. Ez. 36, 36.

חֶרֶב f. 1) *gladius.* (Arab. حَرْبَةٌ, syr. ܚܰܪܒܳܐ, unde graec. ἅρπη, v. Bocharti Hieroz. II, p. 760). הִכָּה לְפִי חֶרֶב percussit acie gladii, ferro interemit Deut. 13, 16. 20, 13. Jos. 6, 21. 8, 24. 10, 28. 2) Transfertur ad *alia instrumenta secantia*, v. c. cultrum, quo circumcidunt Jos. 5, 2. 3, novaculam Ezech. 5, 1, caelum Ex. 20, 22, securim Ez. 26, 9. Poët. de dente falcato hippopotami Iob. 40, 19. 3) *siccitas* Deut. 28, 22.

חֹרֵב et **חוֹרֵב** (siccus, desertus) n. pr. *Horeb*, clivus humilior montis Sinai, ex quo versus meridiem ad montem Sinai proprie sic dictum (جبل موسى) adscenditur. Ex. 3, 1. 17, 6. Deut. 1, 2. 6. 4, 10. 15. 5, 2. 18, 16. 1 Reg. 8, 9. 19, 8. Mal. 4, 4, cf. Burckhardti itin. p. 873 sq. 1077 sq. ed. germ.

חֹרֶב m. 1) *siccitas* Iud. 6, 37. 39, hinc *aestus* Gen. 31, 40. Iob. 30, 30. 2) *devastatio.* עָרֵי חֹרֶב oppida vasta Jes. 61, 4. Ez. 29, 10.

חָרְבָּה plur. חֳרָבוֹת, c. art. הֶחֳרָבוֹת cstr. חָרְבוֹת f. *desolatum, locus vastus, ruinae.* Levit. 26, 31: נָתַתִּי אֶת־עָרֵיכֶם חָרְבָּה *oppida vestra desolata faciam.* בָּנָה חֳרָבוֹת ruinas s. loca vastata restituit. Ez. 36, 10. 33. 38, 12. Mal. 1, 4. Jes. 58, 12. 61, 4. Iob. 3, 14: *reges et consiliarii terrae* הַבֹּנִים חֳרָבוֹת לָמוֹ *qui ruinas sibi aedificant*, i. e. aedificia splendida mox tamen ruinas futura, q. d. die grofse Steinhaufen aufbauen. Illi syn. est הֵקִים חֳרָבוֹת Jes. 44, 26. חָרְבוֹת מֵחִים ruinae i. e. domus ruinosae divitum Jes. 5, 17.

חֲרָבָה f. (pro חֳרָבָה) *siccum, terra sicca* Gen. 7, 22. Exod. 14, 21. 2 Reg. 2, 8.

חֲרָבוֹן plur. cstr. חַרְבֹנֵי m. *siccitas, aestus* Ps. 32, 4.

חַרְבוֹנָא (probab. pers. خربان asinarius) n. pr. eunuchi Xerxis Esth. 1, 10, pro quo חַרְבוֹנָה 7, 9.

חָרַג ἅπαξ λεγόμ. Ps. 18, 46 *tremuit, trepidavit.* (Chald. חַרְגָּא timor, trepidatio. Syllaba primaria est רג, quae, aeque atque רע, motus tremulos indicat, v. רָגַז, רָגַע). L. c. וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם *et trepidabant ex claustris suis* i. e. trepidi exibant ex munimentis eaque mihi tradebant, cf. Mich. 7, 17. Hos. 11, 11. Alii coll. arab. خرج exiit: *exibant ex claustris,* sed hoc dilutius. In loco gemino 2 Sam. 22, 46 est וְיַחְגְּרוּ.

חַרְגֹּל quadril. inusit. i. q. arab. خَرْجَلَ saliit, saltitavit equus, locusta, *galoppiren.* Est a trilittero חָרַג trepidavit, quod refertur ad saltationem (v. גִּיל). Eiecto ר e nostra radice denuo orta est trilittera חָגַל. Inde

חַרְגֹּל m. *locusta,* a saltando dicta (v. rad., cf. ἀττακός, ἀττέλαβος ab ἅττειν), eaque alata esuque idonea Lev. 11, 22. (Arab. خَرْجَلَةٌ agmen equorum, it. locustarum, خَرْجُوَانٌ, l et n permutatis, locustae genus alis carens).

חָרַד fut. יֶחֱרַד 1) *tremuit, trepidavit, territus est.* (Inusit. חָרַד prob. terrendi potestatem habebat, conf. עָרַץ, ἀράσσω). Ex. 19, 16. 1 Sam. 28, 5. Jes. 10, 29, sq. לְ causae Iob. 37, 1. Praegnanter dictum Gen. 42, 28: וַיֶּחֶרְדוּ אִישׁ אֶל אָחִיו לֵאמֹר *trepidabant* i. e. trepidi se converte*bant ad se invicem, dicentes.* 2) Sq. אֶל pr. *metuit alicui,* i. e. curam eius gessit 2 Reg. 4, 13. 3) *trepide accurrit, festinavit* (cf. חָפַז Niph.), sq. מִן e loco Hos. 11, 10. 11. לִקְרַאת obviam 1 Sam. 16, 4. 21, 2.

Hiph. terruit, perterrefecit Iud. 8, 12. 2 Sam. 17, 2. Levit. 26, 6. Iob. 11, 19. Jes. 17, 2.

Nomm. derivata statim sequuntur excepto n. pr. חֲרוֹד.

חָרֵד adj. 1) *trepidus, timidus* Iud. 7, 3, sq. עַל, cui timemus 1 Sam. 4, 13. 2) Transfertur ad timorem Dei et pietatem. Esr. 10, 3: הַחֲרֵדִים בְּמִצְוַת אֱלֹהֵינוּ *timentes* s. reveriti *mandatum dei nostri,* cf. 9, 4. Jes. 66, 2: חָרֵד עַל דְּבָרִי *qui verba mea reveretur,* sq. אֶל comm. 5.

חֲרָדָה f. cstr. חֶרְדַּת plur. חֲרָדוֹת Ez. 26, 16 1) *terror, timor.* Gen. 27, 33: *et territus est Isaacus* חֲרָדָה גְּדֹלָה *terrorem magnum.* Genitivus refertur modo ad eum, qui timetur, ut חֶרְדַּת אָדָם timor hominum Prov. 29, 25; modo ad eum, qui terrorem incutit, חֶרְדַּת אֱלֹהִים terror, pavor a Deo incussus, terrorem panicum dixeris. 1 Sam. 14, 15. — 2) *cura, studium* 2 Reg. 4, 13. — 3) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto. Num. 33, 24.

חָרָה fut. יֶחֱרֶה apoc. יִחַר 1) *arsit, exarsit,* cogn. חָרַר. Ubique de ira, de qua hae formulae usitatae sunt: a) חָרָה אַפּוֹ Ex. 22, 23, sq. בְּ contra aliquem Gen. 30, 2. 44, 18. Iob. 32, 2. 3. 42, 7, rarius sq. אֶל Num. 24, 10, עַל Zach. 10, 3. b) omisso אַף: חָרָה לוֹ *exarsit ei* (ira), *iratus est.* Gen. 31, 36. 34, 7. 1 Sam. 15, 11. 2 Sam. 19, 43. c) חָרָה בְּעֵינָיו *exarsit* (ira) *in oculis eius,* quandoquidem ira in oculis flagrantibus vultuque torvo conspicua est. Gen. 31, 35. 45, 5.

— Aliquoties hae formulae tristitiae potius quam irae affectum designant, eamque ob causam etiam ab intp. Alexandrino redduntur verbo *λυπέομαι*, ut Gen. 4, 5. Ion. 4, 4. 9. Neh. 5, 6, cf. de harum notionum vicinia זָעַם Ni. et עָצַב Hithpa.

2) *iratus est*, sq. בְּ Hab. 3, 8.

Niph. נִחַר (Cant. 1, 6) part. נֶחֱרִים pl. i. q. Kal no. 2 *iratus est* Jes. 41, 22. 45, 25, sq. בְּ contra aliquem Cant. 1, 6.

Hiph הֶחֱרָה fut. וַיַּחַר 1) *exardescere iussit, sivit* iram. Iob. 19, 11, sq. עַל. 2) *studiose fecit, egit*, sq. alio verbo finito. Neh. 3, 20: אַחֲרָיו הֶחֱרָה הֶחֱזִיק בָּרוּךְ *post eum magno studio* (aedificia) *instauravit Baruchus*, vel: eum aemulatus instauravit cet.

Tiph. fut. יְתַחֲרֶה (ad formam תִּקְטֵל) *aemulatus est, studiose contendit* Jer. 22, 15, sq. אֶת c. aliquo Jer. 12, 5.

Hithpa. iratus, indignatus est Ps. 37, 1. 7. 8. Prov. 24, 19.

Nomm. derivata: חֳרִי, חָרוֹן, תַּחֲרָא.

חֲרֹד (timor, terror) n. pr. fontis vel loci huic vicini. עֵין חֲרֹד Iud. 7, 1. Inde gentil. חֲרֹדִי 2 Sam. 23, 25.

חֲרוּזִים m. pl. *series margaritarum* l. gemmarum, coraliorum. Cant. 1, 10, a rad. חָרַז q. v. Syr. ܚܪܘܙܐ et arab. خَرَزٌ monile ex gemmis margaritisve consertum).

חָרוּל m. Iob. 30, 7. Zeph. 2, 9. Pl. חֲרֻלִּים Prov. 24, 31 *urtica*, ab urendo dicta, a rad. חָרַל = חָרַר. Cf. aethiop. አሕለለ: adussit, pro አሕረረ. Vid. Celsii Hierobot. T. II. p. 166.

חָרוֹן m. (a rad. חָרָה) *ardor* et concr. de re ardente Ps. 58, 10. Plerumque dicitur חֲרוֹן אַף *ardor irae* Num. 25, 4. 32, 14. 1 Sam. 28, 18 et simpl. חָרוֹן de *ira* Neh. 13, 18. Ps. 2, 5. Plur. חֲרֹנִים irae Ps. 88, 17.

חָרוּץ (Kamez puro, v. Amos 1, 3) part. pass. a rad. חָרַץ incidit, acuit 1) *incisus, fossus*, hinc *fossa* urbis munitae Dan. 9, 25. (Chald. חֲרִיץ). Cf. rad. no. 1, b. Verbum נִבְנְתָה l. c. tantum per zeugma ad חָרוּץ referri potest.

2) *acutus* (v. rad. no. 2), inde epith. poët. *tribuli*, instrumenti rustici, quo utuntur ad triturandum, plenius מוֹרַג חָרוּץ tribulum acutum Jes. 41, 15, et inde omisso substantivo eadem sententia Jes. 28, 27. Iob. 41, 22. Plur. חֲרוּצוֹת Am. 1, 3. De huius instrumenti fabrica v. מוֹרַג.

3) *decisum*, inde *iudicium* (v. rad. no. 3). Joël 4, 14: בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ *in valle iudicii* i. e. poenae. LXX. *ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης*.

4) poët. *aurum* designat Ps. 68, 14. Prov. 3, 14. 8, 10. 16, 16. Zach. 9, 3, sive a colore acuto dictum est (v. חָמַץ no. 3), sive, quod avide appetitur ab hominibus (v. חָרַץ no. 4, b, arab. حرص avidus fuit), sive quacunque de causa. Congruere videtur gr. *χρυσός*.

חָרוּץ (formae dagessandae, pro חָרּוּץ) 1) *acer* (v. rad. no. 4, b), inde *sollers, sedulus*. Pl. חָרוּצִים Prov. 10, 4. 12, 24. 13, 4. 21, 5. — 2) n. pr. soceri regis Manassis 2 Reg. 21, 19.

חָרַז rad. inusit., cognata radici חָרַץ, *pupugit*, hinc *perforavit, transfixit*. Arab. خرز perforavit v. c. margaritas gemmasve conserendas. Inde חָרוּז.

חַרְחֻר m. (a rad. חָרַר) 1) *inflammatio, febris ardens* Deut. 28, 22.

LXX. ἐρεθισμός. Vulg. *ardor.* — 2) n. pr. viri Esr. 2, 51. Neh. 7, 53.

חָרַט rad. inusit. syr. ܚܪܛ *incidit, insculpsit,* ut vicinae חָרַץ, חָרַשׁ, חָרַת, χαράσσω, χαράττω. Plura vide ad rad. גָּרַד. Inde חֶרֶט scalprum, tornus, et arab. خرط tornavit.

חֶרֶט m. 1) *scalprum, tornus* Ex. 32, 4. 2) *stylus,* quo litterae ligno lapidive insculpuntur, inde poët. de scripturae genere Jes. 8, 1: בְּחֶרֶט אֱנוֹשׁ *stylo vulgi* i. e. litterarum figuris vulgaribus, etiam a vulgo sine negotio legendis.

חַרְטֹם m. nonnisi in plur. חַרְטֻמִּים *scribae sacri,* scripturae sacrae (i. e. hieroglyphicae) periti, ἱερογραμματεῖς, sacerdotum aegyptiorum genus (v. Jablonskii Prolegg. in Panth. aegypt. p. 91 sq. Creuzer Mythologie und Symbolik I, p. 245) Gen. 41, 8. 14. Ex. 7, 11. 22. 8, 3. 14. 15. 9, 11. quorum nomen etiam ad magos Babylonios translatum est Dan. 1, 20. 2, 2. Nobis origine hebraeum videtur hoc vc., sive derivabis a חֶרֶט stylus et ם— formativo (cf. פִּדְיוֹם a פָּדָה, דָּרוֹם a דָּרַר), sive quadrilitterum esse putabis conflatum ex trilitteris חָרַט et חָרַם sacer fuit. Neque tamen improbabilis eorum opinio, qui Hebraeos his litteris simile vc. aegyptiacum imitatos esse suspicantur (cf. מֹשֶׁה, אַבְרֵךְ, בְּהֵמוֹת): nimirum auctore Jablonskio (l. c. et Opuscc. ed. te Water I, p. 401) ⲈⲠⲬⲰⲘ thaumaturgus, vel Ignatio Rossio (in Etymol. aegypt. p. 366) ⲤⲀⲠⲈⲤⲦⲰⲘ i. e. custos secretorum. Contra plane ineptum videtur, huic vocabulo, quod Pentateucho acceptum refertur in libro Danielis, aliud ibi etymon anquirere ex lingua persica, nimirum a خردمند *chyredmand* (non *chardamand*) sapientia praeditus. Praeter Jablonskium et Rossium vid. Michaëlis Supplemm. pag. 920. Rosenmüller ad Bocharti Hieroz. II, pag. 468. Pfeifferi dubia vexata, ad Exod. 7, 11.

חַרְטֻמִּין chald. plur. i. q. hebr. Dan. 2, 10. 27. 4, 4. 6. 5, 11.

חֳרִי m. addito אַף *ardor irae* Exod. 11, 8. Deut. 29, 23. Jes. 7, 4 cet. Rad. חָרָה.

I. **חֹרִי** m. *panis albus, similagineus,* a rad. חור no. I. Semel legitur Gen. 40, 16: סַלֵּי חֹרִי Vulg. *canistra farinae,* LXX. κανᾶ χονδριτῶν. In tractatu Mischnico Edajoth 3 §. 10 חורי est panis l. placentae genus, arab. حُوَّارَى panis albus, farina alba.

II. **חֹרִי** (troglodyta, a חוֹר no. II. foramen, caverna, et terminatione ִי—) n. pr. 1) populi, qui antiquissimo tempore montana Seïr habitabat (Gen. 14, 6), ab Edomitis postea pulsus est (Deut. 2, 12, 22). Gen. 36, 20-30. 2) complurium virorum a) Gen. 36, 22. b) Num. 13, 5.

חֲרֵי יוֹנִים pro **חַרְאֵי יוֹנִים** (a rad. חָרָא) *stercora columbarum* 2 Reg. 6, 25 Chethibh. Potest hoc proprie accipi, haud enim incredibile, homines diuturna fame pressos stercora columbina comedisse (cf. Celsii Hierobot. II, p. 32. Rosenmüller ad Bocharti Hieroz. II, p. 582); non minus autem probabile, improprie cibum quendam e *regno vegetabili* designari, ut apud Arabes *stercus passerum* (خرو العصافير) dicitur de herba Kali, et in officinis nostris *excrementa diaboli* (Teufelsdreck) de asa foetida. Vide Bocharti Hieroz. II, p. 44 sq., collato tamen Celsio l. c., qui recte docuit, Bochartum in eo errasse, quod stercus columbarum passerumque ab Arabibus pro cicere

frixo frequentari affirmaverat. In Keri 2 Reg. l. c. est דִּבְיוֹנִים q. v.

חָרִיט m. pr. *tornatum, tornatile* (a rad. חָרַט), spec. *loculus, marsupium* coniforme 2 Reg. 5, 23. Jes. 3, 22. Arab. خَرِيطَةٌ. Cf. Schroederus de vestitu mulierum hebr. c. 17.

חָרִיף (arab. خَرِيفٌ pluvia auctumnalis, a חֹרֶף auctumnus) n. pr. viri, Neh. 7, 24. 10, 20. Pro eo Esr. 2, 18 itidem legitur יוֹרָה (pluvia auctumnalis).

חָרִיץ (nom. verbale a rad. חָרַץ secuit, acuit) 1) *segmentum, τμῆμα.* 1 Sam. 17, 18: עֲשֶׂרֶת חֲרִיצֵי הֶחָלָב *decem segmenta lactis* spissi s. mollis casei. LXX. τρυφαλίδες i. e. teste Hesychio τμήματα τοῦ ἁπαλοῦ τυροῦ. Vulg. decem formellae casei. Arab. كَرِيص (خ mutato in ك) caseus mollis. — 2) *acutus* i. q. חָרוּץ no. 2. Spec. de tribulo acuto 2 Sam. 12, 31. 1 Par. 20, 3.

חָרִישׁ (a rad. חָרַשׁ) m. *aratio* 1 Sam. 8, 12, *tempus arandi, ἄροτος* Gen. 45, 6. Ex. 34, 21.

חֲרִישִׁי adj. *silens, quietus,* hinc *aestuosus,* de euro. Jon. 4, 8.

חָרַךְ rad. ἅπαξ λεγόμ. Prov. 12, 27 prob. *ussit, adussit* (ut chald. חֲרַךְ et arab. حرق) inde *torruit, assavit* carnem. Prov. l. c. לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה צֵידוֹ *non assabit iners ferinam suam* i. e. homo ignavus et desidiosus semper carebit lucro exoptato: nil enim sine labore acquiritur, der Träge brät kein Wildpret. רְמִיָּה pro אִישׁ ר׳. LXX. οὐκ ἐπιτεύξεται θήραν non assequetur praedam. Chald. et Syr. נִתְקַבַּל *capiet, consequetur,* sed hi omnes liberius solum sensum secuti sunt. Capiendi significatio certe dubia, nisi in חֲרַכִּים aliquid praesidii habet. C. B. Michaëlis interpretatur *irretiet,* ita ut sit denom. a חֲרַכִּים clathri, opus reticulatum.

חֲרַךְ chald. *ussit, adussit,* i. q. arab. حرق.

Ithpa. אִתְחָרַךְ *adustus est.* Dan. 3, 27.

חֲרַכִּים m. *cancelli, clathri* fenestrarum, pr. *rete,* opus reticulatum. Cant. 2, 9. LXX. δίκτυα. (Chald. חֲרַכָּא fenestra).

חָרַל vid. חָרוּל.

חָרַם in Kal inusit. pr. *clausit* (cf. חֵרֶם rete no. 1) 1) spec. *nasum occlusit, contraxit* (cf. חָסַם). Inde part. חָרוּם Lev. 21, 18 qui *naso contracto* s. *depresso* est, *simus.* Vulg. naso parvo. (Arab. خرم et خَرَمَ perforavit isthmum narium et annulum traiecit camelo, pr. nasum contraxit).

2) *prohibuit* a communi usu, deo *sacravit* (opp. חִלֵּל). Arab. حَرَمَ *prohibuit,* pec. a communi usu, II. sacrum reddidit. IV. devovit. حَرَمٌ sacrum, adytum it. gynaeceum. Aeth. ሐረመ: illicitum esse censuit, አሐረመ: vetuit, prohibuit. Vide Hiph.

Hiph. הֶחֱרִים 1) *consecravit, devovit* (aeth. አሐረመ: anathemate notavit) Deo, ita quidem ut redimi non possit Lev. 27, 28. 29. Mich. 4, 13. In bellis internecinis contra Cananaeos hunc in modum devovebantur urbes, quae captae hominibus bestiisque ad unum omnibus occisis funditus delebantur, hinc 2) *internecione delevit, exstirpavit* oppida (Luth. verbannen) Deut. 2, 34. 3, 6. 7, 2. 20, 17. Jos. 8, 26. 10, 28. 37. 11, 21. 1 Sam. 15, 3 sq. Jes. 34, 2. 37, 11. Nonnunquam additur לְפִי חֶרֶב Jos. 11, 12. 1 Sam. 15, 8. Formula

הֶחֱרִים אַחֲרֵי פ׳ Jer. 50, 21 depingere videtur hostem perdendos persequentem (cf. בִּעֵר אַחֲרֵי 1 Reg. 14, 10. 21, 21.) Poët. ipse Deus dicitur aliquid devovere, i. e. devotum exstirpare. Jes. 11, 15: וְהֶחֱרִים יְהוָה אֵת לְשׁוֹן יָם־מִצְרַיִם *et devovebit* i. e. exsiccabit *Jehova sinum maris aegyptiaci.*

Ho. הָחֳרַם *devotus est, consecratus est* Esr. 10, 8, de hominibus i. q. *occisus est* Ex. 22, 19. Lev. 27, 29.

חֳרֵם (devotus, sacer) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 38.

חָרִם pro חָרִים (i. q. חָרוּם simus) n. pr. viri Esr. 2, 32. 10, 31. Neh. 3, 11.

חֵרֶם, semel **חֶרֶם** (Zach. 14, 11) c. Suff. חֶרְמִי, חֶרְמוֹ pl. חֲרָמִים 1) *rete*, piscatoris et aucupis, a claudendo dictum, v. rad. no. 1 Hab. 1, 16. 17. Ez. 26, 5. 14. 47, 10. Metaph. *retia* de illecebris mulierum Eccl. 7, 26.

2) *devotio* rei ad internecionem. Malach. 3, 24. Zach. 14, 11. אִישׁ חֶרְמִי vir a me devotus 1 Reg. 20, 42. Jes. 34, 5.

חָרְמָה (devotio, locus desolatus) n. pr. urbis regiae Canaanitarum, postea Simeonitis concessae Num. 14, 45. 21, 3. Deut. 1, 41. Jos. 12, 14. 19, 4, olim צְפַת Iud. 1, 17.

חֶרְמוֹן (i. q. خَرْم, خُرْم prominens montis vertex, pr., ut videtur, nasus montis, cf. أَنْف) *Hermon*, iugum Antilibani Jos. 11, 3. 17. Ps. 89, 13. 133, 3, ad ortum Jordanis, nunc Dschebel el Scheikh (جبل الشيخ) et austrum versus *Dschebel el Heisch* dictum, pluribus montibus constans, propterea in plur. חֶרְמוֹנִים Ps. 42, 7. Teste Deut. 3, 9. 4, 48 haec montana ab Amoraeis שְׂנִיר, a Sidoniis שִׂרְיוֹן appellata sunt, nonnunquam etiam שִׂיאֹן dicta, sed 1 Par. 5, 23 *Senir* et *Sirjon* a se invicem distinguuntur. Videntur enim diversi huius regionis montes nominibus appellati fuisse modo ampliore, modo angustiore sensu acceptis.

חַרְמֵשׁ quadril. prob. conflatum ex خَرَم resecuit et חָרַשׁ incidit. Inde

חֶרְמֵשׁ m. *falx* messoria. Deut. 16, 9. 23, 26.

חָרָן (i. q. arab. حَرَّان locus sole ustus, siccus) n. pr. 1) oppidi Mesopotamiae, gr. et lat. Κάῤῥαι, *Carrae*, arab. et syr. حَرَّان, ܚܪܢ dicti, postea clade Crassi nobilitati Gen. 11, 31. 12, 5. 27, 43. 2 Reg. 19, 12 et Ez. 27, 23 (quo loco J. D. Michaëlis, qui de toto hoc commate falsam sequitur hypothesin, aliam intelligit Arabiae felicis urbem). Vid. Gol. ad Alferg. p. 249. Schult. ind. geogr. v. Charrae. J. D. Michaëlis suppl. p. 930. — 2) viri 1 Chr. 2, 46.

חֹרֹנַיִם (duae cavernae, dual. a חוֹר = חֹרֶן) n. pr. oppidi Moabitarum, in clivo siti Jes. 15, 5. Jer. 48, 3. 5. 34. Nom. gent. חֹרֹנִי Neh. 2, 10. 19. Diversum est בֵּית חֹרוֹן pag. 145.

חַרְנֶפֶר (fort. pro נַחֲרְנֶפֶר a נָחַר ronchissavit et نفح anhelavit) n. pr. m. 1 Par. 7, 36.

חָרַס et **חָרַשׁ** rad. inusit. 1) i. q. حَرِش et خَرِش *scabit, scalpsit,* et intrans. *asper fuit,* حَرْش testa, a scabendo dicta. Inde חֶרֶשׂ testa, et חַרְסוּת, חֶרֶס.

2) fort. *siccus, aridus, calidus fuit.* Asperitatis enim notio ad res *torridas, aridas,* adeoque ad *aestum* refertur, v. ad rad. חָרַר. Inde חֶרֶס sol.

חֶרֶס m. 1) *scabies* Deut. 28, 27, a scabendo dicta (Krätze von krazzen).

2) *sol*, vc. rarius et magis poët. Iob. 9, 7. Iud. 8, 13, c. He parag. חַרְסָה 14, 18 (ut לַיְלָה, אַרְצָה). Proprie *aestum* notare videtur, ut חַמָּה, v. rad. no. 2, nisi mavis cum Hitzigio V. D. (quem edit. 3 sequebar) statuere, חֶרֶס proprie *orbem* (solis) esse, die Sonnen-*scheibe*, a scabendo, fabricando dictum, ut germ. *Scheibe* a verbo *schaben* (v. Adelung h. v.). — עִיר הַחֶרֶס, quod Jes. 19, 18 est in 16 codd., nonnullis editt., et expressum a LXX. Compl. (*Ἀχερές*), Symm. (*πόλις ἡλίου*), Vulg. (civitas solis), Saadia (قرية حرس), testesque habet Talmudistas in Menachoth fol. 110 A, si certum exploratumque loquendi usum sequimur, *urbem solis* notat, i. e. Heliopolin in Aegypto, alibi בֵּית שֶׁמֶשׁ ,אֹן dictam, quidcunque statues de authentia verborum: עִיר הַחֶרֶס יֵאָמֵר לְאֶחָת. Ex usu loquendi Arabum coll. حرس *tuitus est, servavit* reddi possit: *urbs servata vocabitur una* i. e. una harum quinque urbium servabitur. Quicquid praetuleris, praestat haec scriptura alteri עִיר הַהֶרֶס, de qua vide p. 287.

חַרְסוּת f. *figlina* sc. officina, *Töpferey*, in qua fiunt vasa testacea (a חֶרֶשׂ). Inde שַׁעַר הַחַרְסוּת porta figlinae Jer. 19, 2, porta Hierosolymorum, valli Hinnom vicina. In Keri est הַרְסִית.

חרע rad. incerta, v. תַּחְרַע.

חָרַף fut. יֶחֱרַף (Iob. 27, 6) 1) *carpsit, decerpsit.* (Arab. خرف. Concordat lat. *carpo*, et praemisso sibilo german. *scarp*, *scharf*. Syllaba primaria רף etiam in aliis radd. *rapiendi* significatum habet, ut טָרַף, זָרַף, גָּרַף, v. ad רָפָא). Inde חֹרֶף, خريف tempus, quo fructus decerpuntur, auctumnus, et ab hoc

2) denom. *auctumnum* (et hiemem) *transegit, hiemavit, χειμάζω.* Jes. 18, 6: וְכָל־בֶּהֱמַת הָאָרֶץ עָלָיו תֶּחֱרָף *et omnes bestiae agri super eo hiemabunt*, ut recte Chald. Hieron. Luth. Opp. קִיץ aestatem transegit (a קַיִץ). Etiam verbum arab. خرف multas habet significationes a خريف ductas et denominativas.

3) translate *carpsit conviciis, conviciatus est, probris affecit* Ps. 69, 10. 119, 42. Prov. 27, 11. Iob. 27, 6: לֹא יֶחֱרַף לְבָבִי מִיָּמָי *non probris afficit cor meum* conscientia mea *ullum diem, quem vixerim*, i. e. poenitet me nullius diei.

Pi. חֵרֵף 1) i. e. Kal no. 3 *probris affecit, conviciatus est* 1 Sam. 17, 26. 36. 2 Reg. 19, 22. 23. Ps. 42, 11. 102, 9 cet., sq. לְ 2 Par. 32, 17, בְּ 2 Sam. 23, 9. חֵרֵף חֶרְפָּה Ps. 79, 12. 89, 51. 52. 2) sq. נֶפֶשׁ *vilem habuit vitam* i. e. vitam proiecit, praesentissimo vitae discrimini se exposuit, maxime in pugna, *παραβάλλεσθαι*. Iud. 5, 18: זְבֻלוּן עַם חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת *Sebulonis gens vitam proiiciebat in mortem.* Similiter Arabes utuntur verbis اهان, بذل, عرض, v. Comment. nostrum ad Jes. 53, 12.

Niph. pass. Pi. no. 2. *desponsata est* (mulier), pr. *proiecta* i. e. viro *tradita*, *concessa est.* Lev. 19, 20: *ancilla* נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ *quae viro desponsata est.* Ita Talmudicis חֲרוּפָה est i. q. אֲרוּסָה desponsata. Eadem ratio est verborum arabicorum بذل, رخص, pr. vilipendit, dein viro commisit mulierem, v. Schultensii Opp. min. p. 145 sq.

Nomm. derivata sequuntur excepto חָרִיף.

חָרֵף (carpens) n. pr. m. 1 Paral. 2, 31.

חֹרֶף m. *auctumnus, tempus, quo poma carpunt* (v. rad. no. 1), arab. خَرِيف, v. Schult. ad Iob. 29, 4. Plerumque etiam hiemem complectitur, et קַיִץ וָחֹרֶף *aestas et auctumnus* integrum annum constituunt. Gen. 8, 22. Ps. 74, 17. Zach. 14, 8. בֵּית חֹרֶף domus hiberna Am. 3, 15. Metaph. de aetate matura, virili cf. gr. ὀπώρα Pind. Isthm. 2, 8. Nem. 5, 11, ὥρα Plato legg. 8, p. 415, auctumnus Ovid. Met. XV, 200. Iob. 29, 4: בִּימֵי חָרְפִּי *diebus maturitatis meae* i. e. aetatis virilis, τῆς ἀκμῆς μου, cum aetate florerem.

חֶרְפָּה f 1) *probrum, ignominia, contumelia* a) qua aliquem afficiunt. Iob. 16, 10. Ps. 39, 9. 79, 12, pass. Mich. 6, 16: חֶרְפַּת עַמִּי *ignominia, qua populus me affecit.* b) quam quis subiit. Jes. 54, 4: *probrum viduitatis* i. e. quo viduae notatae sunt. Jos. 5, 9: *probrum Aegypti* i. e. labes Israëlitis inde ab exitu ex Aegypto adspersa. Jes. 25, 9. Jer. 31, 19. Ez. 36, 30.

2) Meton. *homo*, vel *res, quae probro, contumelia afficitur.* Neh. 2, 17. Ps. 22, 7. Joel 2, 17. 19. Plur. חֲרָפוֹת Ps. 69, 17. Dan. 12, 2.

3) *pudenda* Jes. 47, 3.

חָרַץ fut. יֶחֱרַץ 1) pr. *secuit, incidit*, vic. חָרַשׁ, חָרַת. (LXX. aliquoties reddunt συντέμνειν Prov. 21, 5. Jes. 10, 23. 28, 22). Inde חָרִיץ segmentum. Spec. a) *incidit in cutem, leviter vulneravit*, (Arab. حَرَصَ fidit cutem, حَارِصَةٌ vulnus quod cutem paulum laedit, حَرْصَةٌ tale vulnus in capite). Part. חָרוּץ nonnihil vulneratus Lev. 22, 22. b) *fodit*, v. חָרוּץ no. 1.

2) *acuit, cuspidavit* (cf. arab. خِرْبِص cuspis hastae. Schult. ad Prov. 21, 5). Tantum in formula proverbiali Exod. 11, 7: לְכֹל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ *ad omnes Israëlitas ne canis quidem cuspidabit linguam suam*, i. e. nemo vel leviter eos offendet vel irritabit. Vulg. *non mutiet* canis. Jos. 10, 21, cf. Judith 11, 13 (19). Inde חָרוּץ no. 2.

Accedunt significatus improprii 3) *decidit, definivit.* 1 Reg. 20, 40: *haec est sententia tua* אַתָּה חָרָצְתָּ *tu ipse eam tulisti.* Iob. 14, 5: אִם חֲרוּצִים יָמָיו *ubi definiti sunt dies vitae eius.* Jes. 10, 22: כִּלָּיוֹן חָרוּץ *exitium decretum est.* Cf. Ni. et חָרוּץ no. 3.

4) Ab acuendo est: *acer* (de sapore), *acidus fuit*, unde חַרְצַנִּים uvae acidae, et

5) *acer* i. e. strenuus, sollers *fuit* (nos: sich's sauer werden lassen). Inde adj. חָרוּץ strenuus q. v. et semel in verbo 2 Sam. 5, 24: אָז תֶּחֱרָץ *tunc expeditus esto* i. e. festina. (Arab. حَرَصَ avide cupivit, aviditate et studio impulsus fuit. VIII. concupivit, studuit, sollers fuit, حِرْص studium.)

Niph. part. נֶחֱרָצָה cstr. נֶחֱרֶצֶת *decisum, decretum*, maxime in formula כָּלָה וְנֶחֱרָצָה *exitium et decretum*, ἓν διὰ δυοῖν pro exitio (a Deo) decreto. Jes. 10, 23. 28, 22. Dan. 9, 27. 11, 36. — Dan. 9, 26: נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת *vastationes decretae.*

Nomm. derivv.: utrumque חָרוּץ, חָרִיץ, חַרְצַנִּים.

חֲרַץ chald. *lumbus*, inferior pars dorsi, cui cingulum circumligatum, i. q. hebr. חֲלָצַיִם, ל et ר permutatis. Chaldaei eo utuntur in sing. (Deut. 33, 11. 2 Reg. 1, 4) et in plur. חַרְצִין (Ex. 28, 42. Iob. 40,

11), neque aliter Syri, qui singularem ܚܨܐ (eiecto Resch) frequentant pro *dorso* (Rom. 11, 10, v. Castelli Lex. syr. ed. Michaëlis p. 316). Sic Dan. 5, 6: קִטְרֵי חַרְצֵהּ מִשְׁתָּרַיִן *vincula lumbi eius solvebantur* i. e. articuli dorsi, vertebrae ei concidebant.

חַרְצֵב rad. inusit. quadril. i. q. arab. transp. حَصْرَبَ valide constrinxit funem, cf. حَصْرَمَ et حَظْرَبَ. Inde

חַרְצֻב pl. חַרְצֻבּוֹת 1) *vincula valide adstricta* Jes. 58, 6. 2) *tormenta, dolores* Ps. 73, 4. Cf. חֶבֶל et חוּל.

חַרְצָן tantum in pl. חַרְצַנִּים *uvae acidae, immaturae*, cf. rad. חָרַץ no. 4. Num. 6, 4. Arab. sam. transp. حِصْرِمٌ, ꠸ id., حِصْرِمِيَّةٌ cibus ex uvis acidis paratus; *acinos* tamen intelligunt Talmudici, itidem ab acrimonia dictos, v. Mischnae tract. de Nasiraeis VI, §. 2.

חָרַק fut. יַחֲרֹק *striduit, frenduit* dentibus, rad. onomatopoët. (Arab. حَرَقَ syr. ܚܪܩ id., ܚܘܪܩܐ stridor dentium. Congruit etiam gr. *κρίζω*, aor. *ἔκριγον*, cuius radix *ΚΡΙΓ*.). Dicunt חָרַק בְּשִׁנַּיִם Iob. 16, 9, et ח׳ שִׁנַּיִם Ps. 35, 16. 37, 12. 112, 10. Thren. 2, 16.

חָרַר 1) *arsit*. (Arab. حَرَّ ferbuit, incaluit, aeth. ሐረረ፡ aestuavit. Ardendi significatus inest in stirpe חר, cf. חָרָה, חָרַךְ, חָרַל, حَرَقَ, lat. *areo*, *uro*, et germ. *har*, *hyr* ignis, *Heerd*, *harsten* torrere. Origo est in scabra duritie rerum exsiccatarum vel tostarum, cf. חָרַב, חָרַם). Dicitur de metallo candente Ez. 24, 11, de ossibus, quae aestu exaruerunt Iob. 30, 30 (29), de hominibus fervore absumtis Jes. 24, 6.

2) i. q. arab. حَرَّ pro حَرِرَ nobili stirpe natus, *liber, ingenuus fuit*, unde حُرٌّ, hebr. חֹר, חוֹר nobilis, ingenuus, syr. ܚܪܪ libertum fecit, ܚܐܪܐ liber, ingenuus. Origo esse videtur in candore, puritate, *splendore* hominis, qui nulla macula obfuscatur.

Niph. נִחַר, et נָחַר (Ps. 69, 4. 102, 4 ad formam נִחַל a חָלַל et נִחַת a חָתַת) fut. יֵחַר (Ez. 15, 5) *adustus est* Jer. 6, 29. Ez. 15, 5. 24, 10, *arefactus est* Ps. 69, 4.

Pilp. inf. חַרְחַר *accendere* (litem) Prov. 26, 21.

Nomm. derivata: חָרֹן, חַרְחֻר et

חֲרֵרִים m. pl. *loca arida, sole combusta*. Jer. 17, 6.

חָרַשׁ i. q. חָרַס q. v. Inde

חֶרֶשׂ m. *testa* Iob. 2, 8. 41, 22. Ps. 22, 16. Ez. 23, 34. כְּלִי חֶרֶשׂ vas testaceum Deut. 6, 21. 11, 33. 14, 5. 50. 15, 2, pro quo poët. etiam חֶרֶשׂ Prov. 26, 23. *Testa* proverb. de re vili Jes. 45, 9. (Arab. خُرْسٌ seria vini, خَرَسَ vini seriam ex opere figlino fecit, Gol. ex Maruph.).

חָרַשׁ 1) *incidit, insculpsit* literas tabulae, gr. *χαράσσω, χαράττω* Jer. 17, 1. (Radd. vicinae sunt חָרַז, חָרַץ, חָרַט quas vide. Syr. ܚܪܫ est iugulavit).

2) *fabricatus est*, ex metallo (1 Reg. 7, 14), ligno, lapidibus (v. חָרָשׁ), c. acc. materiae 1 Reg. l. c. Metaph. *machinatus est* mala Prov. 6, 14. 12. 20, 14, 22 (ubi semel per zeugma etiam חֹרְשׁ טוֹב), sq.

עַל contra aliquem 3, 29. Ita lat. *fabricari fraudem* Plaut. Asin. I, 1, 89, *doli fabricator* Virg. Aen. 2, 264, κακὰ τεύχειν, δόλον τεύχειν Hom. Hesiod., τεχνάζω machinor, τέκτων machinator, τεκταίνεσθαι μῆτιν Il. 10, 19.

3) fut. יַחֲרֹשׁ *aravit* (arab. حَرَثَ aeth. ሐረሰ፡ id., حَارِث arator, agricola, مِحْرَاث aratrum), dicitur de bobus arantibus Iob. 1, 14, et de aratore, sq. בְּ iumenti Deut. 22, 10. Iud. 14, 18, c. acc. agri 1 Reg. 19, 19. Ps. 129, 3: עַל גַּבִּי חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים *in dorso meo ararunt aratores* i. e. dorsum verberibus, quasi solum aratro, prosciderunt. Metaph. *arare, inarare nequitiam* (Unheil einackern), ut alibi *serere malum* est hoc parare futuro tempori, opp. *metere calamitatem* Iob. 4, 8. Hos. 10, 13.

4) fut. יֶחֱרַשׁ *surdus fuit* (cf. חֵרֵשׁ surdus) Mich. 7, 16, it. *mutus fuit* (quod saepe pendet ex surditate et cum ea coniunctum est), *obmutuit, siluit*. (Syr. ܚܪܫ med. E., arab. خَرِسَ id., أَخْرَسُ mutus. Origo est in caedendo, tundendo, et חָרַשׁ pr. est *obtusus, stumpf*, stumpfsinnig, ut κωφός mutus et surdus a κόπτειν, et germ. *stumm* eiusdem originis atque *stumpf*. Aliis חֵרֵשׁ dictus esse videtur is, cui lingua auditusque praecisus sit). Plerumque de Deo dicitur, precibus hominum non respondente, i. e. homines non exaudiente (opp. עָנָה). Ps. 35, 22: רָאִיתָה יְיָ אַל־תֶּחֱרַשׁ *cernis* (omnia), *domine, ne sileas*. 39, 13. 83, 2. 109, 1. Sq. מִן praegn. Ps. 28, 1: אַל תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne sileas a me*, ne silens avertas te a me.

5) Significationis chaldaeae *implicatus fuit* vestigium habes in nomine חֹרֶשׁ.

Niph. pass. no. 3. *aratus est* Jer. 26, 8. Mich. 3, 12.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 2. *fabricatus, machinatus est*, malum 1 Sam. 13, 9. 2) i. q. Kal no. 4 *surdus fuit* (pr. surdum egit) 1 Sam. 10, 27, *mutus fuit* (pr. mutum egit), *obmutuit, siluit* Gen. 34, 9. Ps. 32, 3. 50, 21. Sq. לְ *tacitum ferre, praeterire* aliquid Num. 30, 5. 8. 12. 15, sq. acc. id. Iob. 11, 3; sq. מִן siluit ab aliquo i. e. silens audivit aliquem Iob. 13, 13, sq. אֶל id. Jes. 41, 1; tacere aliquid (etwas verschweigen) Iob. 41, 4. Pariter atque Kal saepe est *quievit, quietus fuit*. Exod. 14, 14: *Dominus pugnabit pro vobis*, וְאַתֶּם תַּחֲרִישׁוּן *et vos quieti eritis*. Sq. מִן quietus discessit ab aliquo, dimisit eum Jer. 38, 27. 1 Sam. 7, 8; sq. gerundio: quietus et nil agens praetermisit aliquid facere 2 Sam. 19, 11. De deo: tacitus tulit (peccatum), condonavit, opp. poenae. Zeph. 3, 17.

Hithpa. quietum se continuit. Iud. 16, 2.

Nomm. derivata sequuntur exceptis מַחֲרֵשָׁה, מַחֲרֶשֶׁת, חֲרִישִׁי.

חָרָשׁ (formae dagessandae, pro חָרָּשׁ) cstr. חָרַשׁ (Ex. 28, 11. Jes. 44, 12. 13, cl. פָּרָשׁ cstr. פָּרַשׁ Ez. 26, 10) 1) *sculptor* lapidum Exod. 28, 11. 2) *faber* ferri, aeris, lapidum, lignorum. Exod. 35, 35. Deut. 27, 15, nonnunquam plenius חָרַשׁ בַּרְזֶל faber ferrarius Jes. 44, 12, חָרַשׁ עֵצִים faber lignarius ib. comm. 13. 2 Sam. 5, 11. 1 Par. 14, 1. 22, 15. Metaph. חָרָשֵׁי מַשְׁחִית fabri perniciei Ez. 21, 36.

חֵרֵשׁ (formae קָטֵל) adj. pl. חֵרְשִׁים *surdus* (v. rad. no. 4) Exod. 4, 11. Levit. 19, 14. Ps. 38, 14. Metaph. de hominibus, prophetas audire legique obtemperare nolentibus Jes. 29, 18.

חֶרֶשׁ m. 1) *opus fabrile*, affabre factum. Inde גֵּי חֲרָשִׁים vallis fabrorum, prope Hierosolyma. 1 Par.

4, 14. Neh. 11, 33. — 2) *artificium,* in malam partem de *praestigiis,* ut syr. ܚܪܫܐ, ܚܪܫܘܬܐ, cf. ܚܪܫܐ chald. חָרַשׁ magus, incantator. Jes. 3, 3: חֲכַם חֲרָשִׁים *peritus artificiorum* i. e. praestigiarum, sequitur נְבוֹן לַחַשׁ incantator peritus. Ita Chald., contra LXX. Vulg. Syr. Saad. *fabrum* peritum intelligunt. — 3) *silentium* (rad. no. 4) et adv. *tacite* Jos. 2, 1. — 4) n. pr. viri 1 Par. 9, 15.

חֹרֵשׁ m. pr. part. Kal verbi חָרַשׁ no. 1. 2 *secans, fabricans,* dein *instrumentum, quo secatur.* Gen. 4, 22: כָּל־חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת *omnis generis instrumenta aenea.*

חֹרֶשׁ m. *silva densa,* a verbo chaldaeo חֲרַשׁ implicatus, perplexus fuit, חוּרְשָׁא silva, חֲרִישׁוּתָא densa arborum, cf. sam. [samaritan] silva Jes. 17, 9. Ez. 31, 3. Cum He parag. חֹרְשָׁה 1 Sam. 23, 16, quod adeo cum praeposítt. retinetur בַּחֹרְשָׁה comm. 15. 18. Pl. חֳרָשִׁים 2 Par. 27, 4.

חַרְשָׁא (chald. incantator, magus) n. pr. m. 1) Esr. 2, 52. 2) Neh. 7, 54.

חֲרֹשֶׁת f. 1) *fabricatio* lignorum, lapidum Ex. 31, 5. 35, 33. 2) 'ח הַגּוֹיִם n. pr. oppidi in Palaestina boreali. Iud. 4, 2. 13. 16.

חָרַת i. q. חָרַשׁ no. 1. *insculpsit,* cf. *χαράσσω, χαράττω.* Semel legitur Ex. 32, 16. (Chald. חֲרַת id.).

חֶרֶת (prob. i. q. חֹרֶשׁ silva) n. pr. silvae in montanis Judae. 1 Sam. 22, 5.

חֲשׂוּפָא (nudatus) n. pr. m. Esr. 2, 43. Neh. 7, 46.

חֲשִׂיף m. pr. *segregatum,* de *parvo grege segregato.* 1 Reg. 20, 27: שְׁנֵי חֲשִׂפֵי עִזִּים LXX. *δύο ποίμνια αἰγῶν.* Vulg. *duo parvi greges caprarum.* Bene Abulwalides ms. قطيعان, quod vc. arabicum et etymo et significatione congruit.

חָשַׂךְ fut. יַחְשֹׂךְ 1) *cohibuit, coercuit.* (Syr. et chald. חֲסַךְ, ܚܣܟ id. Cognatum est חָזַק). 2 Sam. 18, 16: *cohibuit Joahas populum* a persequendo. Prov. 10, 19: חֹשֵׂךְ שְׂפָתָיו *qui cohibet labia sua.* Iob. 7, 11. 16, 5. Jes. 58, 1: *clama pleno gutture* אַל תַּחְשֹׂךְ *ne cohibe* (guttur, os). Sq. מִן cohibuit ab aliqua re Gen. 20, 6. 1 Sam. 25, 39. 2 Sam. 18, 16.

Inde 2) *servavit, tutum praestitit* ab aliqua re Prov. 24, 11. Ps. 78, 50. Iob. 33, 18, et

3) *retinuit* aliquem ab aliqua re, i. e. denegavit ei rem, sq. מִן personae et acc. rei Gen. 39, 9. 22, 12, sed comm. 16 omisso מִן rei.

4) *pepercit* a) rebus (germ. *sparen*). Prov. 13, 24: *qui parcit virga, odit filium suum.* 11, 24. 21, 26. b) hominibus (germ. *schonen*). Jes. 14, 6. 2 Reg. 5, 20. Sq. לְ reservavit alicui rei (für etwas aufsparen) Iob. 38, 23.

Niph. 1) *cohibitus est,* pass. no. 1. Iob. 16, 6. 2) pass. no. 4. *reservatus est* alicui rei Iob. 21, 30.

חָשַׂף fut. יֶחְשֹׂף vicinum rad. חָסַף (q. v.) 1) *decorticavit,* ut arborem (arab. حسف et سحف) Joël 1, 7.

2) *retexit* velum, sq. acc. veli Jes. 47, 2: חֶשְׂפִּי שֹׁבֶל *retege syrma.* Jer. 13, 26, c. acc. pers. retecto velo *nudavit* Jer. 49, 10. Jes. 52, 10: *Dominus nudavit brachium suum sanctum.* Ez. 4, 7. Jes. 20, 4: חֲשׂוּפַי שֵׁת *nudati natibus. Nudare* arborem i. q. foliis privare Ps. 29, 8.

3) *hausit,* pr. de summo, oben abschöpfen Jes. 30, 4. Hagg. 2, 16. (Habent quidem Arabes خَسُوف perennis aquae in terra arenosa

puteus, sed huius origo aliunde petendus).

Derivv. חֲשִׂיף, מַחְשֹׂף et n. pr. חֲשׂוּפָא.

חָשַׁב fut. יַחְשֹׁב (sed יַחֲשָׁב־ Ps. 40, 18, יַחֲשֹׁבוּן Ps. 35, 20) 1) *cogitavit, meditatus est.* (Arab. حَسِبَ, syr. ܚܫܰܒ, aethiop. ሐሰበ: et ሐዘበ: id. Primaria notio videtur esse *putandi, supputandi*, vide Pi. no. 1, inde *rationes subducendi;* nisi forte *miscendi*, ut arab. خَشَبَ et أَشَبَ, unde חֹשֵׁב polymitarius pr. artificiose miscens fila coloresque). Jes. 10, 7. Gen. 50, 20. Sq. acc. i. q. *excogitavit, meditatus est*, ut carmina Am. 6, 5, opera artificiosa (cf. חִשָּׁבוֹן) Ex. 31, 4, unde חֹשֵׁב *artifex* 2 Par. 26, 15, impr. *polymitarius*, operis Damasceni figuris ornati textor (div a רֹקֵם) Ex. 26, 1. 31. 28, 6. 35, 35. 36, 8. 39, 8. Saepius in malam partem: perniciem meditatus est, *machinatus est*, ut ח׳ מְזִמָּה, חָשַׁב אָוֶן Ps. 10, 2. 21, 12. 35, 20. 36, 5. 52, 4, חָשַׁב רָעָה עַל Gen. 50, 20. Mich. 2, 3. Nah. 1, 11, חָשַׁב מַחֲשָׁבוֹת עַל (contra aliquem) Jer. 11, 19. 18, 11. 18, sq. אֶל Jer. 49, 20. 50, 45, sq. gerundio cogitavit, *molitus est* aliquid facere Ps. 140, 5. 1 Sam. 18, 25. Jer. 18, 8. 26, 3. 36, 3. Iob. 6, 26. Esth. 9, 24 (ubi accedit עַל personae).

2) *putavit, habuit al. pro* —, sq. acc. et dat. (λογίζεσθαί τινα εἴς τι). Gen. 38, 15: וַיַּחְשְׁבֶהָ לְזוֹנָה *putavit eam meretricem* s. habuit eam pro meretrice. 1 Sam. 1, 13. Iob. 13, 24. 19, 15. 33, 10. 35, 2. 41, 9. 13, sq. acc. et כְּ Iob. 19, 11. Absol. *magni fecit, aestimavit* (*achten* pro *hochachten*). Jes. 13, 17: אֲשֶׁר כֶּסֶף לֹא יַחְשֹׁבוּ *qui nihili aestimant argentum.* 33, 8. 53, 3. Mal. 3, 16.

3) *imputavit* alicui aliquid, sq. לְ pers. et acc. rei, v. c. peccatum Ps. 32, 2. 2 Sam. 19, 20, honeste factum Gen. 15, 6.

Niph. 1) pass. Pi. no. 1. *computatus, supputatus est* 2 Reg. 22, 7, *annumeratus est* sq. לְ Jos. 13, 3, עַל 2 Sam. 4, 2. — 2) pass. Kal no. 2 *habitus est pro* — sq. acc. Prov. 17, 28: *etiam stultus, modo silet,* חָכָם יֵחָשֵׁב *sapiens habetur.* Gen. 31, 15. Jes. 40, 15. Sq. כְּ *aequiparari* alicui Iob. 18, 3. 40, 15. 41, 21. Hos. 8, 12 (inde *similem esse* Jes. 5, 28); sq. לְ id. 1 Reg. 10, 21. Thren. 4, 2, בְּ Jes. 2, 22: בַּמֶּה נֶחְשָׁב הוּא *cuinam rei hic aequiparandus est* i. e. quanti hic aestimandus est?, sq. עִם Ps. 88, 5. — 3) pass. Kal no. 3 *imputari* alicui, sq. לְ Lev. 7, 18. 17, 4. Num. 18, 27. Ps. 106, 31.

Pi. 1) *computavit, supputavit* (de primaria radd. significatione saepius in Piël servata, v. Lgb. p. 242) c. acc. (etwas berechnen, ausrechnen) Lev. 25, 27. 50. 52. 27, 18. 23, אֶת (אֵת) rationes subducere *cum* al. 2 Reg. 12, 16. — 2) *reputavit* (bedenken) Ps. 77, 6. 119, 59. — 3) *cogitavit, meditatus est* i. q. Kal no. 1 absol. Ps. 73, 16, sq. acc. *excogitavit* Prov. 16, 9, in malam partem *machinatus est*, sq. עַל pers. חִשֵּׁב מַחֲשָׁבוֹת עַל Dan. 11, 24. 25, אֶל pers. Nah. 1, 9. Hos. 7, 15. Metaph. de rebus inanimatis: *in eo esse ut* — Ion. 1, 4: *navis in eo erat ut frangeretur.*

Hithp. reflex. i. q. Niph. no. 1 *annumeravit se.* Num. 24, 9.

Derivv. sequuntur exc. חֲשׁוּב, מַחֲשָׁבָה.

חֲשַׁב chald. i. q. hebr. no. 2 *aestimavit, reputavit* pro al. re, sq. לְ Dan. 4, 32.

חֵשֶׁב m. *cingulum* summi sacerdotis, quo humerale (אֵפוֹד) eius colligabatur Ex. 29, 5. Lev. 8, 7, plene חֵשֶׁב הָאֵפוֹד Ex. 28, 27. 28. 39, 20. 21, חֵשֶׁב אֲפֻדָּתוֹ ib. 28, 8. 39,

5. Dictum est ab opere polymito (v. rad. no. 1).

חֲשַׁבְדָּנָה (pro חֲשַׁב בְּדִינָה ratio in iudicando, fort. iudex sapiens) n. pr. viri Neh. 8, 4.

חֲשֻׁבָה (aestimatus, pro חָשׁוּב, cum articulo Aramaeorum) n. pr. viri, filii Serubabelis. 1 Par. 3, 20.

חֶשְׁבּוֹן m. 1) *ratio, intelligentia* Eccl. 7, 25. 27. 9, 10. Vulg. *ratio.* 2) n. pr. urbis, piscinis nobilis (Cant. 7, 5), quae olim Amoritarum regia fuerat (Num. 21, 26 sq.) dein in confiniis Gaditarum et Rubenitarum sita Levitisque assignata (Jos. 13, 17. 2 Par. 6, 30), denique Moabi oppidis annumerata (Jes. 15, 4. Jer. 48, 1). Arabes *Esbonitas* memorat Plinius H. N. 5, 11. Abulfedae (tab. Syriae p. 11) et hodieque appellatur حُسْبَان, teste Seetzenio et Burckhardto (II, p. 623 sq.).

חִשָּׁבוֹן pl. חִשְּׁבֹנוֹת m. (Eccl. l. c.) 1) *machinae bellicae* spec. *tormenta, ballistae* (cf. חָשַׁב no. 1, cf. *ingenium,* quod medii aevi latinitate *ballistam* pr. machinam ingeniose fabrefactam notat, unde gall. *ingenieur*). 2 Paral. 26, 15. 2) *artes, machinationes.* Eccles. 7, 29.

חֲשַׁבְיָהוּ, חֲשַׁבְיָה (quem Jehova magni facit) n. pr. complurium Levitarum 1) 1 Par. 6, 30. 2) 9, 14. Neh. 11, 15. 3) 1 Par. 25, 3. 19. Esr. 8, 19. 4) 1 Par. 26, 30. 27, 17. 5) Esr. 8, 24. Neh. 12, 24. 6) Neh. 3, 17. 10, 11. 11, 22.

חֲשַׁבְנָה (i. q. praecedens, ex quo hoc ortum videtur, י in נ mutato) n. pr. m. Neh. 10, 26.

חֲשַׁבְנְיָה (id.) n. pr. m. 1) Neh. 3, 10. 2) 9, 5.

חָשָׁה fut. יֶחֱשֶׁה 1) *siluit* (rad. onomatop. cf. ad הָסָה). Eccl. 3, 7. Ps. 107, 29. 2) *quievit,* saepe de Deo auxilium exspectatum denegante Jes. 62, 1. 6. 64, 11. 65, 6. Sq. מִן quietus et nihil agens avertit se ab aliquo Ps. 28, 1. Cf. חָרַשׁ no. 4.

Hiph. הֶחֱשָׁה 1) trans. *silere iussit, sedavit* Neh. 8, 11. 2) intrans. *siluit* ut Kal (pr. silentium egit, cf. הֶחֱרִישׁ, הִשְׁקִיט) Iudd. 18, 9. 2 Reg. 2, 3. 5. 7, 9. Ps. 39, 3. 3) *quievit* i. q. Kal no. 2. Jes. 57, 11. 1 Reg. 22, 3. — De forma וַיַּחַשׁ Iob. 31, 5 v. ind. analyt.

חֲשׁוּב (intelligens) n. pr. m. 1) 1 Par. 9, 14. Neh. 3, 23. 11, 15. 2) Neh. 3, 11. 10, 24.

חֲשׁוֹךְ chald. *tenebrae* Dan. 2, 22. Rad. חֲשַׁךְ.

חֲשׁוּקִים v. חִשֻּׁקִים.

חֲשַׁח chald. 1) *necesse fuit.* (Syr. ܚܫܚ aptus, utilis fuit). Esr. 6, 9: מָה־חַשְׁחָן *quae necessaria sunt.* 2) *necesse habuit,* sq. gerundio. Dan. 3, 16. Inde

חַשְׁחוּת f. *necessitas,* quod necessarium est Esr. 7, 20.

חֲשֵׁיכָה v. חֲשֵׁכָה.

חֻשִׁים v. חוּשָׁם.

חָשַׁךְ fut. יֶחְשַׁךְ *obscurus, obscuratus, caligine circumfusus est* (syr. ܚܫܟ id.), de luce solis Iob. 18, 6. Jes. 5, 30. 13, 10, de terra Ex. 10, 15, de oculis caligantibus Thren. 5, 17. Ps. 69, 24, de hominibus Eccl. 12, 3.

Hiph. 1) *obscuravit.* Am. 5, 8: יוֹם לַיְלָה הֶחְשִׁיךְ *diem obscurat, ut nox fiat,* sq. לְ 8, 9. Metaph. Iob. 38, 2: מִי זֶה מַחְשִׁיךְ עֵצָה וגו׳ *quis iste, qui consilium* meum *obscurat verbis insipientibus* i. e. ei officere studet. 2) intrans. *obscurus fuit* (pr. caliginem fecit). Ps. 139, 12. Jer. 13, 16.

חָשֹׁךְ plur. חֲשֻׁכִּים adj. *obscurus, ignobilis* Prov. 22, 29. Chald. חֲשׁוֹכָא, חֲשִׁיכָא id.

חֹשֶׁךְ m. 1) *tenebrae* Gen. 1, 2 sq. Ex. 10, 21. 22 cet. inde de loco tenebricoso, ut de orco Ps. 88, 13 coll. Iob. 10, 21, de carcere (subterraneo) Jes. 42, 7. 47, 5. 49, 9. אוֹצְרוֹת חֹשֶׁךְ thesauri tenebrarum i. e. in tenebris, cellis subterraneis reconditi Jes. 45, 3. 2) metaph. a) *miseria, pernicies* Jes. 9, 1. Iob. 15, 22: לֹא יַאֲמִין שׁוּב מִנִּי חֹשֶׁךְ *non sperat evadere ex pernicie.* 23. 30. 20, 26. 23, 17. Mich. 7, 8. Am. 5, 18. 20. Ps. 18, 29, adeoque de *morte* Eccl. 11, 8, cf. אוֹר de vita comm. 7. b) *ignorantia* Iob. 37, 19 (cf. 12, 25 ibique comm. 24). c) *tristitia* Eccl. 5, 16.

חֲשֵׁכָה f. id. Gen. 15, 12. Jes. 8, 22. Ps. 82, 5, it. חֲשֵׁיכָה Ps. 139, 12. Plur. חֲשֵׁכִים Jes. 50, 10.

חֶשְׁכָה vel **חֲשֵׁכָה** (Zere puro), st. constr. חֶשְׁכַת (sine D. leni) Ps. 18, 12.

חָשְׁכָה f. id. Mich. 3, 6: וְחָשְׁכָה לָכֶם מִקְּסֹם *et tenebrae vobis* circumfusae erunt *ne vaticinemini.* Nonnulli libri חָשֵׁכָה, ut sit 3 praet. fem. impers., *obscurum erit vobis:* sed illud commendat nomen לַיְלָה in membro gemino.

חָשַׁל in Kal inusit. i. q. חָלַשׁ *prostravit, debilitavit.*

Niph. part. נֶחֱשָׁלִים *debilitati,* fessi. Deut. 25, 18.

חֲשַׁל chald. *tenuem fecit,* hinc *contudit, comminuit* i. q. הֵדַק. Dan. 2, 40. (Chald. et Talm. Hi. extenuavit, malleo diduxit, חוּשְׁלָא hordeum contusum. Syr. ܚܫܠ malleo diduxit).

חַשְׁמַל m. *aes laeve* i. e. *politum.* Ez. 1, 4. 27, 8, 2. Bocharto (Hieroz. II, p. 877 sq.) compositum videtur ex נְחַשׁ pro נְחֹשֶׁת aes, et chald. מַלְלָא aurum, ut sit *aurichalcum,* sed hoc ipsum מַלְלָא incertae auctoritatis esse videtur. Quum cap. 8, 7 eodem contextu legatur נְחֹשֶׁת קָלָל *aes laeve,* חַשְׁמַל mihi in eandem sententiam explicandum videtur, nimirum a נְחַשׁ (abiecto per aphaeresin Nun) et מַל, quam syllabam non solum mollitiei, sed etiam *laevoris* et *glabritiei* significationem habuisse ostendunt radices bene multae ab ea ordientes, ut מָלַט, מָלַץ, ملس, ملق, μαλάσσω, *mulceo, mollis* et praemissa gutturali חמל (v. מָלַץ). LXX vertunt ἤλεκτρον, Vulg. *electrum,* quibus vocc. non succinum intelligendum, sed metalli genus fulgore suo insigne ex auro argentoque compositum, v. Pausan. 5, 12. Plin. 33, 4 s. 23. Buttmann über das Electron in dessen Mythol. II, 337 sq. Apoc. 1, 15 in simili contextu legitur χαλκολίβανον, quod explicuerim χαλκὸν λιπαρόν = חַשְׁמַל.

חָשַׁם rad. inusit. Arab. حشم 1) *pinguis fuit,* transp. מָשַׁח; 2) *magnum famulitium habuit* (pr. dives, opulentus fuit). Inde חֶשְׁמוֹן, חַשְׁמֹנָה et

חָשֻׁם (dives, opulentus, arab. حشيم magni famulitii vir) n. pr. viri Esr. 2, 19. 10, 33. Neh. 7, 22. 8, 4. 10, 19.

חֻשָׁם v. חוּשָׁם.

חֶשְׁמוֹן (pinguedo, solum pingue) n. pr. oppidi in tribu Judae, Jos. 15, 27.

חַשְׁמֹנָה (id.) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto. Num. 33, 29.

חַשְׁמַנִּים m. pl. ἅπαξ λεγόμ. Ps. 68, 32 viri *pingues* i. e. divites, nobiles, coll. arab. حشيم vir magnus et magni famulitii. Bene interpretes Hebraei אנשים גדולים ונגידים.

Longius petitum neque probabile, quod suasit Ewaldus (gramm. hebr. pag. 520), hoc vc. repetere ab arabico خشم *nasus*, quod ad *principem* relatum sit, ut أنف nasus, princeps. Ignorant adeo lexica arabica nomen خشم *nasum* significans, quanquam أخشم est magni nasi homo, naso, خشم fregit cartilagines nasi. Cf. ad חַרְטֹם.

חָשַׁן rad. inusit. i. q. arab. حسن *pulcher fuit*, Conj. II. IV. ornavit. (In linguis occidentalibus fortasse congruunt goth. *sceinan*, nostr. *scheinen*, unde *skon*, *schön*). Inde

חֹשֶׁן m. *ornamentum*, de pectorali summi sacerdotis, extrinsecus duodecim gemmis ornato, intrinsecus cavo, plenius חשֶׁן הַמִּשְׁפָּט vocato. Ex. 28, 15 sq. 39, 5 sq. Lev. 8, 8. Cf. אוּרִים. LXX. λογεῖον, ap. Philonem λόγιον, λογεῖον κρίσεως Sir. 45, 10.

חָשַׁק 1) pr. *coniunxit* (cf. חָזַק no. 1. 2) et intrans. (pro חָשֵׁק) *coniunctus fuit, adhaesit* v. Pi. In Kal ubique metaphorice, nimirum 2) *adhaesit* alicui i. e. summo amore eum amplexus est, qs. *affixus est* ei, ut ap. Cic. ad Q. fratrem 3, 1. Sq. בְּ Gen. 34, 8. Deut. 7, 7. 10, 15. 21, 11. (Congruit عشق adhaesit puellae, amore eius flagravit). Constructio praegnans est in his Jesaiae 38, 17: וְאַתָּה חָשַׁקְתָּ נַפְשִׁי מִשַּׁחַת בְּלִי *et amans vitam meam* extraxisti *ex fovea perditionis*. 3) sq. gerundio: *placuit ei* aliquid facere. 1 Reg. 9, 19. 2 Par. 8, 6.

Pi. trans. Kal no. 1 *coniunxit* Exod. 38, 28.

Pu. pass. Pi. ibid. 27, 17. Inde

חֵשֶׁק c. Suff. חִשְׁקִי m. *desiderium, deliciae* 1 Reg. 9, 1. 19. Jes. 21, 4: נֶשֶׁף חִשְׁקִי *nox deliciarum mearum*.

חֲשֻׁקִים, חֲשׁוּקִים m. pl. *iuncturae* i. e. *perticae*, quae in tabernaculo sacro columnis atrii superne coniungendis inserviebant et ex quibus aulaea suspensa erant. Ex. 27, 10. 11. 38, 10 sq.

חִשֻּׁקִים m. pl. *radii* rotae, quibus modiolus et apsis *coniunguntur*. 1 Reg. 7, 33.

חָשַׁר rad. inusit. Arab. حشر congregavit. Inde

חַשְׁרָה vel **חֲשָׁרָה** constr. חַשְׁרַת f. *congregatio* aquae, poët. de nubibus. 2 Sam. 22, 12. In loco gemino Ps. 18, 12 est חֶשְׁכַת.

חִשֻּׁרִים m. pl. *modiolus* rotae (Nabe des Rades), in quo radii *congregantur* 1 Reg. 7, 33.

חָשַׁשׁ rad. inusit. Arab. حَشَّ est *foenum dedit* pro pabulo, sed hoc est denominativum a حشيش foenum, gramen siccum: primaria significatio est in Conj. IV. *exsiccatus est, siccus fuit*, fortasse pr. *corrugatus* (coll. קַשׁ, قش). Inde

חֲשַׁשׁ m. *gramen siccum, foenum*. Jes. 5, 24: חֲשַׁשׁ לֶהָבָה *foenum flamma correptum*, flagrans. 33, 11.

חַת (a חָתַת) c. Suff. חִתְּכֶם (Gen. 9, 2) 1) adj. *fractus* (de arcu) 1 Sam. 2, 4, consternatus, *pavidus* Jer. 46, 5. 2) Subst. *timor, pavor* Gen. 9, 2. Iob. 41, 25.

חֵת (terror, timor) n. pr. viri Cananaei Gen. 10, 15, auctoris tribus Cananaeae idem nomen gerentis, modo בְּנֵי חֵת Gen. 23, 3 sq. 25, 10 (בְּנוֹת חֵת 27, 46), modo חִתִּי plur. חִתִּים appellatae, in vicinia Hebronis degentis (Gen. 23, 7). Gen. 15,

20. Deut. 7, 1. Jos. 1, 4. מַלְכֵי הַחִתִּים 2 Reg. 7, 6 dr. de omnibus regibus Cananaeis.

חָתָה fut. יַחְתֶּה *cepit*, *prehendit*, *corripuit* (fortasse cogn. חָתַף, unde emollita tertia radicali fieri poterat חתב et חָתוּ). Semel refertur ad hominem Ps. 52, 7, alibi semper ad ignem, prunas. Jes. 30, 14: לַחְתּוֹת אֵשׁ מִיָּקוּד *ad ignem e foco auferendum*. Prov. 6, 27. 25, 22 constr. praegn.: כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל־רֹאשׁוֹ *nam prunas tu aufers et coacervas super capite eius*. Cf. s. v. גַּחַל. — Inde מַחְתָּה batillus.

חִתָּה (a חָתַת) f. *terror* Gen. 35, 5.

חִתּוּל (a חָתַל) m. *fascia* vulneri obligando. Ez. 30, 21.

חַתְחַת plur. חַתְחַתִּים adj. *timidus*, *pavidus*. Eccl. 12, 5. Rad. חָתַת.

חִתִּי v. חֵת.

חִתִּית (a חָתַת) f. *pavor* Ez. 32, 23. 26. C. Suff. חִתִּיתָם pavor eorum i. e. quem incutiunt. 26, 17.

חָתַךְ pr. *cecídit*, *decídit*, ut ap. Chald. et Rabb. (cogn. radd. ordientibus a קץ, קט, קש), inde *destinavit*.

Niph. pass. Dan. 9, 24: *septuaginta septimanae* נֶחְתַּךְ עַל עַמְּךָ *destinatae sunt* et *venturae super populum tuum*. Theod. et Gr. Venet. συνετμήθησαν, τέτμηνται. LXX. ἐκρίθησαν.

חָתַל *fasciis involvit* infantem recens natum. Arab. ختل pr. texit, hinc occultavit, fefellit.

Pu. et *Hoph.* pass. Ez. 16, 4.

N. derivv. חִתּוּל,

חֲתֻלָּה f. *fascia* Iob. 38, 9, et

חֶתְלֹן (latibulum, latebrae) n. pr. oppidi in Syria Damascena siti Ez. 47, 15. 48, 1.

חָתַם fut. יַחְתֹּם 1) *sigillo clausit*, *obsignavit*. (Vicinum est aliis verbis claudendi, ut חָטַם, אָטַם, עָצַם. Arab. ختم id. Conj. IV. obseravit. Generalis claudendi potestas est etiam in nonnullis formis rad. aeth. ኀተመ: vide Ludolphum p. 282). Construitur absol. Jer. 32, 44. 32, 10, addito בְּ annuli signatorii 1 Reg. 21, 8. Esth. 8, 8; c. accus. Jes. 8, 17: חֲתוֹם תּוֹרָה *obsigna oraculum*, it. בְּעַד Iob. 9, 7 (cf. בְּעַד no. 3), et בְּ Iob. 37, 7: בְּיַד כָּל־אָדָם יַחְתּוֹם *obsignat manus omnium hominum* i. e. arcet eos a labore, impedit eos quominus manibus utantur. 33, 16: בְּמֹסָרָם יַחְתֹּם pr. *obsignat admonitionem eorum* i. e. clam admonet eos. (Hoc sensu congruit cum arabico ختم sq. ب revelavit alicui, v. Schult. ad h. l.). Part. pass. חָתוּם obsignatus Cant. 4, 12. Iob. 14, 17. Solebant autem veteres multas res, quas nos sera, sigillo claudere (Lips. ad Tac. Annal. 2, 2. Salmas. Exercitatt. cap. 45) Cant. l. c. cf. Dan. 6, 16. Matth. 27, 66. Quoniam volumini vel epistolae ad finem perductae sigillum imprimitur,

2) *complevit* (ut arab. ختم coronide clausit, finivit) Dan. 9, 24: לַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא *donec impleantur vaticinia prophetarum*.

Ni. pass. no. 1. *obsignatus est* Esth. 3, 12. 8, 8.

Pi. *clausit*, (v. ad Kal no. 1), sq. לְ q. d. claustrum obiecit, seram obdidit alicui. Iob. 24, 16: יוֹמָם חִתְּמוּ לָמוֹ *interdiu occludunt se* pr. claustrum sibi obdunt.

Hiph. i. q. Pi. semel legitur Lev. 15, 3: אוֹ הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ מִזּוֹבוֹ *sive obstruxerit carnem suam a fluxu* i. e. obstructa sint pudenda eius, ita ut sponte fluere non possint.

Derivv. חוֹתָם, חֹתֶמֶת.

חֲתַם chald. i. q. hebr. *obsignavit* Dan. 6, 18.

חֹתָם v. חוֹתָם sigillum.

חֹתֶמֶת f. id. Gen. 38, 25.

חָתַן 1) *filiam collocavit, nuptum dedit* (verheyrathen). Inde part. Kal חֹתֵן *socer* isque *pater uxoris* (pater enim mariti vocatur חָם), qui nuptum dedit, in matrimonium commisit filiam. חֹתֵן מֹשֶׁה socer Mosis Exod. 18, 1. Iud. 19, 4 sq. Fem. חֹתֶנֶת *socrus,* mater uxoris. Deut. 27, 25. 2) in matrimonium duxit, *heyrathen.* Inde חָתָן, חֲתֻנָּה.

Hithpa. filias sibi invicem in matrimonium dare, eoque *affinitatem inire,* sq. אֶת, cum aliquo Gen. 34, 9. 1 Reg. 3, 1, בְּ Deut. 7, 3. Jos. 23, 12. 1 Sam. 18, 22. 23. 26. 27. Esr. 9, 14, לְ 2 Paral. 18, 1. (Arab. ختن Conj. III. id., خَتَن gener, affinis).

חָתָן m. qui in matrimonium duxit natam alicuius, graec. *γαμβρός*, inde respectu sponsae 1) *sponsus* Ps. 19, 6. Jes. 62, 5. Difficile dictu, quo sensu filius recens natus Ex. 4, 25 a matre post circumcisionem vocetur חֲתַן דָּמִים *sponsus sanguinum.* Nobis in hac appellatione metaphorica latere videtur comparatio circumcisionis, qui quidem ritus signum est foederis Deum inter et infantem recens natum iungendi (Gen. 17, 10. 13), cum matrimonio, eamque ipsam ob causam verbum arabicum ختن *affinitatem contraxit* etiam *circumcidendi* potestatem habet, haud dubie secundariam et ab illa repetitam. Aben-Esra: „mos est mulierum, filium, cum circumciditur, sponsum vocare.“ Procul a vero aberrare videntur, qui non ad puerum, sed ad Mosen, haec verba referunt. Vide quae disputavit Pocockius in not. miscell. ad portam Mosis p. 52. Rosenm. ad Ex. l. c. 2) respectu parentum *gener* Gen. 19, 12. Iud. 15, 6. 3) *affinis,* affinitate cum aliquo iunctus. 2 Reg. 8, 27.

חֲתֻנָּה f. *nuptiae* Cant. 3, 11.

חָתַף i. q. חָטַף *rapuit* more leonis Iob. 9, 12. Inde

חֶתֶף m. *rapina,* idque poët. pro אִישׁ חֶתֶף *praedo* (ut הֵלֶךְ pro אִישׁ הֵלֶךְ 2 Sam. 12, 4). Prov. 23, 18.

חָתַר fut. יַחְתֹּר *perrupit* murum sq. בְּ Ez. 8, 8. 12, 5. 7. 12, c. acc. חָתַר בָּתִּים perrupit domos (fur), irrupit in eas Iob. 24, 16; *irrupit* Amos 9, 2: אִם יַחְתְּרוּ בִשְׁאוֹל *si irrumpunt in orcum.* Metaph. *perrupit* fluctus remigando, *remigavit.* Absol. Ion. 1, 13.

Deriv. מַחְתֶּרֶת.

חָתַת 1) pr. *fregit* (vicinum aliis radd. onomatopoët. כָּתַת, פָּתַת; כָּתַשׁ, פָּתַשׁ, فَتَّ) v. Niph. Pi. Hiph. In Kal tantum 2) intrans. *fractus est,* spec. *metu fractus, consternatus est.* (Plura verba frangendi ad terrorem referuntur, ut שֶׁבֶר Iob. 41, 16, arab. فرق, كسر, فَتَّ. Schult. opp. min. p. 93. Qui enim gravi terrore metuve corripiuntur, *fractis* qs. genubus corruunt, *sie brechen zusammen*). Iob. 32, 15. Jes. 20, 5. 37, 27. Jer. 8, 9. 14, 4. 48, 1. 20. 39. 50, 2. 36. Saepe iungitur verbum בּוֹשׁ.

Ni. נִחַת (quod forma sua convenit cum Pi. et Niph. verbi נָחַת) fut. יֵחַת, pl. יֵחַתּוּ 1) pass. Kal no. 1 *fractus, confractus est,* de imperio Jes. 7, 8, de iustitia l. salute dei 51, 6. 2) i. q. Kal no. 2 *metu fractus, consternatus est.* Saepe cum syn. יָרֵא, ut Deut. 31, 8: לֹא תִירָא, לֹא תֵחָת *ne timeas neve consterneris.* 31, 8. Jos. 1, 9. 8, 1. 10, 25. Sq. מִפְּנֵי ante personam Jer. 1, 17. Ez. 2, 6. 3, 9,

מִן ante rem, quam metu fracti fugimus (cf. מִן no. 2, a) Jes. 30, 31. 31, 4. Jer. 10, 2. Ad prius, si sententiam spectas, etiam referendum Mal. 2, 5: מִפְּנֵי שְׁמִי נִחַת הוּא *et nomen meum timuit*, reveritus est.

Pi. 1) intrans. (ita ut significatio eius intensiva sit) *confractus est* (arcus) Jer. 51, 57. 2) causat. Kal no. 2 *terruit* Iob. 7, 14.

Hiph. הֵחַת fut. יָחֵת, c. Suff. יְחִתַּנִי semel יְחִיתַן Hab. 2, 17 pro יְחִתַּן (v. Lgb. p. 369), raro more verborum regularium הַחְתַּתִּי Jer. 49, 37 1) *fregit*, *confregit*. Jer. 9, 3. 2) *terruit*, *pudefecit* Jer. 1, 17. 49, 37. Iob. 31, 34. (Arab. أَخَتَّ territus, pudefactus est).

Derivv. חַת, חִתָּה, חִתִּית, חַתְחַתִּים, מְחִתָּה, n. pr. חַת, et

חֲתַת m. 1) *terror* Iob. 6, 21. 2) n. pr. viri 1 Par. 4, 23.

ט

Tet, nona alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *novem*, unde טו 9 + 6 scribitur pro יה 15. Nomen ipsum huius elementi *serpentem* denotat (arab. طَيْطٌ serpens), huiusque figuram haec littera in plurimis Semitarum alphabetis refert (v. Koppii Bilder und Schriften der Vorzeit II §. 366).

Ad *pronuntiationem* quod attinet, ט est t cum quadam gulae rasura prolatum (*t'* commode scribas), diversum a ת et aspirato (th, ϑ) et raphato s. tenui (t, τ): pariter atque ק, *k'* in fine palati ad gulam prolatum sono differt a כ et aspirato (ch, χ) et raphato s. tenui (k, ϰ). Contra novam Ewaldi opinionem, qui ט litteram vere aspiratam esse demonstratum ivit in gramm. hebr. p. 26, bene iam disputavit Hupfeldius in eius libri censura (Hermes T. XXXI, pag. 9. 10). Provocaverat ille 1) ad Graecorum ϑ, quod nomine (טֵית, ϑῆτα) et loco, quem in alphabeto obtineat, concordet cum ט, et haud dubie aspiratum sit. Sed litterae graecae utcunque tantum semiticis respondent, et tantum abest, ut ab illarum pronuntiatione subtiliora pronuntiationis hebraeae praecepta repetere possimus, ut nonnullae vim et naturam suam plane mutaverint (ה = *E*; ח = *H*; ע = *O*; א = *A*).

2) ad arab. ط, quod itidem sonum habeat semigutturalem. Recte, sed hic non confundendus erat cum aspiratione. — Vulgaris ratio nititur etiam auctoritate LXX interpretum, qui ט exceptis paucissimis exemplis (unicum 2 Sam. 5, 6 laudatum video ab *Hartmanno* ling. Einleitung pag. 63 et Ewaldo l. c.) constanter reddunt per *τ*, שָׂטָן *Σατανᾶς*, טוֹבִיָּה *Τωβίας*, טַרְפְּלָיֵא *Ταρφαλαῖοι*; et contra consuetudine Syrorum, pro graeco *T* ubique ܛ, pro *Θ* constanter ܬ ponentium, ut *Τιμόθεος* ܛܝܡܬܐܘܣ, *Τίτος* ܛܝܛܘܣ.

Ex litteris arabicis hebraeo ט respondent ط et ظ, saepius tamen illud, cum hoc ad sibilum prope accedens hebraeo צ fere respondeat. Cf. radd. טָהַר, טָלַל, טָעַן.

Permutatur a) cum צ, v. s. h. litt. b) cum ת, ut חָתַף, חָטַף rapuit, קְטַל قتل interfecit, טָעָה, תָּעָה, ܛܥܐ erravit; c) cum ד, pag. 228.

טְאֵב chald. *laetus fuit*, sq. עַל Dan. 6, 24. Syr. ܛܐܒ id, v. טוב no. 3.

טַב chald. *bonus*, i. q. hebr. טוֹב. Dan. 2, 32. Esr. 5, 17: הֵן עַל־מַלְכָּא טָב *si regi bonum videtur* i. e. acceptum est. Cf. טוֹב Esth. 1, 19. 3, 9.

טָבְאֵל in Pausa טָבְאֵל (bonitas Dei, s. bonus est Deus, forma syrissans pro טוֹבְאֵל, cf. טָבְרִמּוֹן, טוֹבִיָּה) n. pr. syr. 1) hominis ignobilis, cuius filio Syri et Ephraimitae solium Hierosolymitanum destinaverant Jes. 7, 6, cf. Comment. nostr. ad h. l. 2) praefecti pers. in Samaria Esr. 4, 7.

טָבַב rad. inusit. Syris ܛܰܒ Aph. est i. q. hebr. דָּבַב no. 2, it. in bonam partem: rumorem sparsit secundum. Inde טֵבֵת.

טְבוּלִים m. pl. *mitrae, tiarae, Turbane*, Ez. 23, 15. Vulgo a rad. טָבַל immersit, cui respondet arab. طبل tinxit coloribus, malumus ab aeth. ጠብለለ: involvit, obvolvit fasciis.

טַבּוּר m. *locus editus, fastigium*, a rad. טָבַר i. q. צָבַר. Iud. 9, 37: יֹרְדִים מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ (V. 36: רָאשֵׁי הֶהָרִים) *descendunt de fastigio terrae*. Ez. 38, 12: יֹשְׁבֵי עַל־טַבּוּר הָאָרֶץ *qui habitant fastigium terrae* i. e. terram sanctam, quam reliquis terris eminentiorem sibi fingebant Hebraei, cf. הָרֵי יִשְׂרָאֵל pro terra Israelitica 6, 2. 33, 28. 35, 12. 38, 8. Congruit sam. ꟾ aeth. ደብር: mons. LXX. Vulg. טַבּוּר reddunt *umbilicum*, qs. fastigium ventris, coll. talmud. טִיבּוּר umbilicus.

טָבַח 1) *mactavit* (pecus) Exod. 21, 37 (22, 1), spec. ad esum 1 Sam. 25, 11. Prov. 9, 2. De mactatione ad sacrificium utuntur verbo cognato זָבַח q. v. (Aeth. ጠብሐ: mactavit, iugulavit, arab. طبخ coxit, assavit, cf. אֲבַטִּיחִים). 2) *occidit, trucidavit* homines Ps. 37, 14. Thren. 2, 21. Ezech. 21, 15.

Deriv. מַטְבֵּחַ et

טַבָּח m. *mactator*, hinc 1) *coquus* 1 Sam. 9, 23. 24. Arab. طَبَّاخ id. 2) *carnifex*, inde *satelles regius*, cuius erat in Oriente, supplicia sumere. רַב־טַבָּחִים 2 Reg. 25, 8 sq. Jer. 39, 9 sq. et שַׂר־הַטַּבָּחִים Gen. 37, 36. 39, 1. 40, 3. 4. 41, 10. 12 *princeps carnificum* i. e. *satellitum* s. praetorianorum, idem fere, qui hodie in aula Turcica *Kapidschi-Pascha* vocatur.

טַבָּח chald. i. q. hebr. no. 2 *carnifex*, hinc *satelles regius* Dan. 2, 14.

טֶבַח m. c. Suff. טִבְחָהּ 1) *mactatio* pecudis Prov. 7, 22. Jes. 53, 7, it. *caedes* Jes. 34, 2. 6. Jer. 48, 15. 50, 27. 2) *pecudes mactatae, epulae* inde paratae. Prov. 9, 2. Gen. 43, 16, cl. זֶבַח no. 1. 3) *N. pr.* filii Nahoris. Gen. 22, 24.

טַבָּחָה f. *coqua*. 1 Sam. 8, 13.

טִבְחָה f. i. q. masc. טֶבַח 1) *mactatio, laniena* Ps. 44, 23. Jer. 12, 3. 2) *pecudes mactatae* et epulae ex iis paratae 1 Sam. 25, 11.

טִבְחַת n. pr. oppidi Syriae 1 Par. 18, 8, quod in loco gemino 2 Sam. 8, 8 בֶּטַח scribitur. Vide sub h. v.

טָבַל fut. יִטְבֹּל *tinxit, intinxit, immersit* sq. acc. rei et בְּ fluidi Gen. 37, 31. Lev. 9, 9. Deut. 33, 24. Iob. 9, 31. Ruth 2, 14, it. sine acc. Ex. 12, 22. 2 Reg. 8, 15. Intrans. *immersit se* 2 Reg. 5, 14: *descendit* וַיִּטְבֹּל בַּיַּרְדֵּן שֶׁבַע פְּעָמִים *et immersit se in Jordanem septies*. (Chald. טְבַל, arab. طبل id.).

Niph. pass. Jos. 3, 15.

Inde טְבוּלִים et

טְבַלְיָהוּ (quem Jehova immersit i. e. lustravit) n. pr. m. 1 Chr. 26, 11.

טָבַע 1) pr. *immersit, impressit* in materiam mollem, ut lutum, hinc *sigillum impressit, obsignavit* (arab. طبع), unde טַבַּעַת sigillum. (Vicinum est צָבַע, صبغ intinxit, immersit, aeth. ጠመቀ: id., itemque טָבַל. Syllaba enim primaria est טב, quae etiam in linguis germanicis *profunditatis* et *immergendi* potestatem habet, cf. goth. *diup*, nostr. *deep, tief;* it. *doufan, taufen, stippen,* ital. *tuffare.* Graeci habent δύπτω et emollita labiali δεύω, praeterea litteris transpositis βαθύς, βύθος. Cf. Adelung IV, 544). 2) intrans. *immersus, submersus est,* ut in lutum, foveam, sq. בְּ Ps. 9, 16. 69, 3. 15. Jer. 38, 6. Thren. 2, 9: טָבְעוּ בָאָרֶץ שְׁעָרֶיהָ *demersae in terram sunt eius portae.* Improprie 1 Sam. 17, 49: וַתִּטְבַּע הָאֶבֶן בְּמִצְחוֹ *et lapis immersus* i. e. infixus *est in frontem eius.*

Pu. i. q. Kal no. 2. Ex. 15, 4.

Hoph. id. Jer. 38, 22, de terrae, montium fundamentis Hiob 38, 6. Prov. 8, 25.

טַבַּעַת plur. טַבָּעוֹת cstr. טַבְּעוֹת f. 1) *sigillum, annulus signatorius.* Gen. 41, 42. Esth. 3, 10, v. rad. טָבַע no. 1. 2) *annulus* quivis, etiam sigillo carens, ut de annulis quibus aulaea tentorii sancti conserta erant Ex. 35, 22 sq. 37, 3 sq.

טַבָּעוֹת (annuli) n. pr. m. Esr. 2, 43.

טָבַר rad. inusit. prob. i. q. צָבַר *coacervavit,* inde טַבּוּר, q. v.

טַבְרִמּוֹן (pro טֹב לְרִמּוֹן, qui Rimmoni placuit, cf. de רִמּוֹן q. e. idolum Syrorum s. h. v.) n. pr. patris Benhadadi, regis Syriae 1 Reg. 15, 18.

טַבָּת (fortasse i. q. ܛܰܒܳܬ݂ celebris) n. pr. oppidi ad Abel-Mecholam in tribu Ephraim siti Jud. 7, 22.

טֵבֵת mensis Hebraeorum decimus, a Ianuarii usque ad Februarii novilunium patens. Esth. 2, 16. „Decimus mensis, qui Hebraeis appellatur Tebeth, et apud Aegyptios Τύβι [apud la Crozium Τώβι, in cod. Vienn. Τῆβι, arab. طوبة] apud Romanos Januarius." Hieron. ad Ez. 39, 1. Caeterum Aegyptiorum mensis modo memoratus est a d. XX. Decembris usque ad d. XX. Januarii.

טָהוֹר adj., cstr. טְהֹר, aliquoties טְהָר־ Iob. 17, 9. Prov. 22, 11 *purus,* spec. a) *mundus* opp. sordido, de vestimento Zach. 3, 5. b) *non mixtus,* merus e. c. de auro. Exod. 25, 11 sq. 28, 36. c) sensu levitico opp. polluto, contaminato Levit. 13, 17, hinc de animalibus esculentis Gen. 7, 2. 8, 20. d) sensu morali. Ps. 12, 7. 19, 10. 51, 12: לֵב טָהוֹר *cor purum* Iob. 14, 4. Subst. *puritas.* Prov. 22, 11.

טָהֵר fut. יִטְהַר 1) *nituit, splenduit,* ut vicina זָהַר, צָהַר. Inde טֹהַר no. 1, טְהָר.

2) *purus fuit, evasit* a) sensu physico (opp. sordibus leprae) 2 Reg. 5, 12. 13; b) levitico, opp. טָמֵא Lev. 7, 19. 10, 10. 11, 36; c) morali Iob. 4, 17. Prov. 20, 9. (Arab. طهر purus, mundus fuit, spec. a menstruis, cogn. ظهر manifestus, conspicuus fuit. Aethiop. አጥሀረ: purificavit, abluit se aqua).

Pi. טִהַר fut. יְטַהֵר 1) *purgavit,* ut terram a cadaveribus Ez. 39, 12. 18, ab idolorum sordibus 37, 23, templum ab immunditie 2 Par. 29, 15. 18. 34, 8, coelum a nubibus Iob. 37, 21, homines a peccatis, ut metalla a scoriis Mal. 3, 3. 2) *purum declaravit* aliquem l. aliquid a) sensu levitico Lev. 13, 6 sq. 14, 11. 16, 30. b) sensu ethico Ps. 51, 4.

Pu. purgatus est Ez. 22, 24.

Hithp. הִטַּהַר et הִטֶּהָר *mundavit se* Gen. 35, 2. Lev. 14, 4 sq. Num. 8, 7. Esr. 6, 20. Neh. 12, 30. 13, 22.

Derivv. statim sequuntur exc. טָהוֹר.

טֹהַר m. 1) *nitor, puritas,* aetheris. Ex. 24, 10. 2) *purificatio.* Lev. 12, 4. 6.

טְהָר m. *splendor,* maiestas, cf. rad. no. 1. Ps. 89, 45: הִשְׁבַּתָּ מִטְּהָרוֹ *desinere facis splendorem eius* Verbum הִשְׁבִּית sq. מִן constructum habes Ez. 34, 10, ad cuius loci normam h. l. reddendum pr. *desinere facis, ut non amplius sit splendor eius*; vel, quod malim, est constructio praegnans pro: *desinere facis* et detrahis *de splendore eius.* Caeterum quum nomina formae טְהָר incertae auctoritatis sint, videant eruditi, sitne potius traiecto Schwa legendum מְטַהֲרוֹ, a vulgari טֹהַר. Magis nunc placet hoc, quam quod olim (Lgb. p. 87) conieci Aben Esram et Kimchium secutus, Dagesch in hoc vc. euphonicum et מ formativum esse, ita ut מִטְּהָרוֹ l. מִטַּהֲרוֹ (quod in nonnullis codd. est) sit pro מִטְהָרוֹ a nomine מִטְהָר.

טָהֳרָה fem. 1) *puritas* cordis. 2 Chr. 30, 19. 2) *purificatio.* Lev. 13, 35. 14, 2. דְּמֵי טָהֳרָה *sanguis purificationis,* = a quo puerpera est purificanda. Lev. 12, 4, 5.

טוֹא vel **טוּא** rad. inusit., prob. *lutosus fuit,* unde arab. طَاءَةٌ lutum. Inde

Pilp. טֵאטֵא *lutum everrit* (cf. דִּשֵּׁן cinerem removit, a דֶּשֶׁן), ut apud Talmud. טַאטֵא et טִיאֵט, quod posterius etiam a טִיט derivari possit. Jes. 14, 23: טֵאטֵאתִיהָ בְּמַטְאֲטֵא הַשְׁמֵד *everram eam* (Babylonem) *everriculo internecionis,* i. e. eam prorsus evertam, non aliter ac si verrendo loco sublata esset, cf. 2 Reg. 21, 13. Ab hac forma quadrilittera (radicem secundariam dicere possis) ductum est nomen hoc ipso loco obvium מַטְאֲטֵא.

טוֹב Praet. טֹבוּ (pro futuro utuntur forma יִיטַב, a יָטַב) 1) *bonus fuit.* (Arab. طَابَ med. Je bonus, suavis, iucundus fuit, praecipue de suavi odore, cf. בָּאַשׁ, בְּאֹשׁ). Ubique impers., in his formulis a) טוֹב לִי *bene est mihi,* bene mecum *actum* est. Deut. 5, 30. 15, 16. 19, 13. Num. 11, 18. Eccl. 9, 4, it. bene me habeo, bene valeo 1 Sam. 16, 16. Sq. אֶל id. 1 Sam. 20, 11. Iob. 13, 9: הֲטוֹב כִּי *num bene* (vobis) *cedet, si* —. De loco Iob. 10, 3 vide litt. b. b) טוֹב בְּעֵינַי bonum est in oculis meis i. e. *placet mihi* Num. 24, 1. In serioris aetatis libris sq. עַל 1 Chr. 13, 2. Esth. 1, 19: אִם־עַל־הַמֶּלֶךְ טוֹב *si regi placet.* 3, 9. 5, 4. 8. 7, 3. Neh. 2, 5, cf. Esr. 5, 17, semel sq. לְ Iob. 10, 3: הֲטוֹב לְךָ *num tibi placet?* Vulg. Chald.

2) *pulcher, suavis fuit* Num. 24, 5. Cant. 4, 10.

3) *hilaris, laetus fuit* (qui usus vocis apud Syros viget), maxime de corde. 1 Sam. 25, 36. 2 Sam. 13, 28. Esth. 1, 10.

Hiph. הֵטִיב 1) *bene fecit, recte fecit* aliquid, c. acc. 1 Reg. 8, 18. 2 Reg. 10, 30. 2) *benefecit* alicui, *beneficia contulit.* Ezech. 36, 11. 3) *pulchrum fecit, ornavit* Hos. 10, 1. 4) *hilarem fecit.* Eccl. 11, 9. Frequentius est הֵיטִיב a יָטַב.

טוֹב f. טוֹבָה adj. 1) *bonus,* vario modo, a) physice, ut *terra bona* (i. e. fertilis) Ex. 3, 8, *arbor bona* 2 Reg. 3, 19, *aurum bonum* i. e. purum Gen. 2, 12. b) ἠθικῶς, *bonus, benignus, honestus* Jes. 5, 20, et neutr. honestum, benignitas. עָשָׂה טוֹב bene egit, honeste

vixit Ps. 34, 15. 37, 3. Eccl. 7, 20. עָשָׂה טוֹב עִם benigne egit c. aliquo Gen. 26, 29. טוֹב לְ benignus erga aliquem Thren. 3, 25. טוֹב עַיִן benigni oculi homo i. e. misericors, opp. רַע עַיִן Prov. 22, 9, ubi vide LXX. Vulg. לֹא טוֹב per λιτότητα malus, improbus Prov. 18, 5. 20, 23. — Saepe aa) de *sorte bona* s. felice. Cf. no. 4. הָיָה טוֹב לִי *bene mihi est.* Eccles. 8, 12. 13. לְטוֹב לָנוּ, לָהֶם ut nobis, iis bene cedat. Deut. 6, 24. 10, 13. Jer. 32, 39 (propr. pro: לִהְיוֹת טוֹב לְ, sicuti לְרַע לָהֶם, בְּצַר לִי). טוֹב לִי bene mihi! Ps. 119, 71. Thren. 3, 27. לְטוֹב in bonam partem, in salutem (cf. טוֹבָה), saepe in formulis mediis Ps. 119, 122. Deut. 30, 9. bb) טוֹב בְּעֵינֵי פ׳ bonum in oculis alicuius, *quod* alicui *placet* Num. 24, 1. Deut. 6, 18. Gen. 16, 6: עֲשִׂי־לָהּ הַטּוֹב בְּעֵינָיִךְ *fac ei quod bonum tibi videtur* = age cum ea pro arbitrio; 19, 8. Iud. 10, 15. 19, 24, it. sq. לִפְנֵי Eccl. 2, 26, et לְ Iob. 10, 3. Deut. 23, 17. — *Adv. bene, recte* 2 Sam. 3, 13. Ruth 3, 13 et *subst. boni quid, bonum* Iob. 7, 7, in genitivo postpositum ut בִּרְכַּת טוֹב benedictio boni, pro: bona. Prov. 24, 25.

2) *bonus aspectu, pulcher, formosus,* de hominibus Exod. 2, 2. Gen. 6, 2 et rebus Jes. 5, 9; saepius addito מַרְאֶה Gen. 24, 16. Esth. 1, 11. 2, 3. 7.

3) *iucundus, suavis.* Gen. 3, 6. Cant. 1, 2. 4, 10. Speciatim de odore שֶׁמֶן הַטּוֹב unguentum suave olens. Ps. 133, 2. Jes. 39, 2. Cant. 1, 3. קָנֶה הַטּוֹב calamus odoratus Jer. 6, 20.

4) *felix,* bene se habens, cf. no. 1, aa. Jes. 3, 10. Jer. 44, 17. Ps. 112, 5: טוֹב־אִישׁ *o felicem virum.* Eccl. 5, 4. 17. 7, 18, cf. Thren. 3, 26. Am. 6, 2. (Syr. ܛܘܒܝܗܘܢ ? o felicitates τοῦ — saepe pro hebr. אַשְׁרֵי, v. Mt. 5, 2 Pesch.)

5) *eximius, praestans.* Ps. 69, 17: כִּי טוֹב חַסְדֶּךָ *nam eximia est gratia tua.* 109, 21 (cf. Ruth 3, 10). Syr. ܛܒ adv. valde.

6) *hilaris.* Esth. 8, 8. 1 Reg. 8, 66. בְּלֵב טוֹב laeto animo. Eccl. 9, 7.

7) n. pr. regionis transjordanensis Iud. 11, 3. 2 Sam. 10, 6, ut videtur, i. q. Τούβιον, Alex. Vat. Τώβιον 1 Macc. 5, 13.

טוֹב אֲדֹנִיָּהוּ n. pr. m. 2 Chr. 17, 8.

טוּב m. 1) *bonitas.* Ps. 119, 66: טוּב טַעַם *bonitas intelligentiae,* bona intelligentia; *benignitas* Dei Ps. 25, 7. 27, 13. 31, 20. 145, 7. Jer. 31, 14. 2) concr. *bonum, optimum* al. rei i. e. optima pars. Gen. 45, 18. 20. טוּב הָאָרֶץ praestantissima dona terrae Gen. 45, 23. Jes. 1, 19. Esr. 9, 12. 3) *bona* i. q. *opes, divitiae* Deut. 6, 11, res pretiosae Gen. 24, 10, cl. V. 22. 30. 4) *formositas.* Hos. 10, 11. Zach. 9, 17. De splendore divino Ex. 33, 19: אֲנִי אַעֲבִיר כָּל־טוּבִי. 5) *salus, felicitas.* Iob. 20, 21. 21, 16. Prov. 11, 10. 6) addito לֵב *hilaritas.* Deut. 28, 47. Jes. 65, 14.

טוֹבָה f. 1) *bonum.* לְטוֹבָה in bonam partem Neh. 5, 19: *memento, mi Deus,* לְטוֹבָה *in bonam partem* i. e. ita ut mihi quoque bene facias. 13, 31. Similiter et alibi inservit formulis mediis accuratius definiendis. Ps. 86, 17. Jer. 14, 11. 24, 6. Esr. 8, 22. 2) *benignitas* (Dei). Ps. 65, 12. 3) *bona, opes* Eccl. 5, 10. 4) *felicitas, salus.* Ps. 16, 2. 106, 5.

טוֹבִיָּה et **טוֹבִיָּהוּ** (i. q. טוֹב לַיהוָֹה Jehovae placens) n. pr. *Tobias* 1) Neh. 2, 10. 4, 1. 2) Esr. 2, 60. Neh. 7, 62. 3) Zach. 6, 10. 14.

טָוָה 1) i. q. arab. طوى *convolvit, contorsit,* hinc *nevit.* Ex. 35, 25.

26. 2) *famem passus est, ieiunavit* i. q. arab. طَوِىَ, unde طَوًى fames, طَاوٍ famelicus. Pr. *convolutus est* sc. visceribus. Viscera enim complicata s. convoluta esurientibus tribuunt Arabes, v. c. Haririus Cons. 3 p. 142 ed. Schult.: طوى الاحشا على الطوى complicuit viscera prae inedia. Cf. Schult. libro laud. p. 4. 136.

Derivv. טְוָת, מַטְוֶה.

טוּחַ *obduxit, oblevit*, parietem calce Lev. 14, 42. 1 Chr. 29, 4. sq. dupl. accus. Ez. 13, 10—15. 22, 28, oculos, ne videant Jes. 44, 18. (Arab. طاخ med. Je II. adipe obduxit, v. Kamûs p. 328. Ex linguis occidentalibus cf. τέγγω, *tingo, tünchen*). Jes. l. c. est Praet. טַח pro טָח (tanquam a טָחַח).

Niph. pass. Lev. 14, 43. 48.

Derivv. טִיחַ, טֻחוֹת.

טוּט rad. inusit. v. טִיט.

טוֹטָפוֹת pl. f. *ligamenta, fasciae*, spec. ligamenta precatoria Judaeorum (תְּפִלִּין, φυλακτήρια Matth. 23, 5) i. e. schedae membranaceae, quibus inscriptae erant variae legis Mosaicae sententiae (Ex. 13, 1—10. 11—16. Deut. 6, 4—9. 11, 13—21), quasque Judaei fronti carpoque sinistro alligatas inter precandum gestare solebant Ex. 13, 16. Deut. 6, 8. 11, 18. (Chald. טוֹטְפָא, טוֹטַפְתָּא armilla, frontale. Dictum est pro טַפְטָפָה, sicut בָּבֶל pro בַּלְבֵּל, כּוֹכָב pro כַּבְכָּב, גֻּלְגֹּלֶת, syr. ܛܘܛܦܬܐ, Lgb. p. 869. Rad. טוּף, q. v., neutiquam טפף, cui ligandi significatum temere subiiciunt).

טוּל in Kal inusit. Arab. طال med. Waw longus fuit.

Hiph. הֵטִיל *prostravit, iecit* (der Länge lang hinwerfen, cf. Jes. 22, 17), *proiecit*, ut hastam 1 Sam. 18, 11. 20, 33, *eiecit*, ut e terra Jer. 16, 13. 22, 26, e navi Jon. 1, 5. 22, *immisit* ventum Jon. 1, 4.

Hoph. prostratus est Ps. 37, 24. Iob. 41, 1, *iacta est* sors Prov. 16, 33, *eiectus est* Jer. 22, 28.

Pilp. טִלְטֵל i. q. Hiph. *prostravit, proiecit*. Jes. 22, 17.

Deriv. טַלְטֵלָה.

טוּף rad. inusit. arab. طاف med. Waw *circumdedit*.

Inde טוֹטָפוֹת ligamenta, qs. cingula.

טוּר rad. inusit. aeque ac vicina תּוּר, דּוּר *circumdedit* (v. Hartmanni linguist. Einl. p. 82). Inde

טוּר m. 1) *paries* circumductus, *septum*. Ez. 46, 23. (طَوْرٌ limes, طُوَارٌ septum). 2) *series, ordo*, ut gemmarum Ex. 28, 17 sq. 39, 10 sq.

טוּר chald. m. *mons, rupes*. Dan. 2, 35. 45, i. q. hebr. צוּר. Syr. ܛܘܪܐ id.

טוּשׂ *cum impetu volavit, praedam petiit* aquila, pr. tutudit, cf. nostr. *stoſsen*, vox propria de avibus rapacibus, unde *Stöſser, Stoſsvogel*, angl. *to toſs*. Iob. 9, 26: כְּנֶשֶׁר יָטוּשׂ עֲלֵי אֹכֶל. (Congruit syr. ܛܐܣ de volatu aquilae, accipitris, pro hebr. דָּאָה Jer. 48, 40. 49, 22, Pa. Deut. 32, 11. Iob. 39, 13, ܛܘܣܐ volatus sublimis, vehemens).

טְוָת chald. f. *ieiunium*, adv. ieiunando, cibo non sumto Dan. 6, 19. Rad. טְוָא i. q. hebr. טָוָה no. 2 ieiunavit, a cibo abstinuit, q. v.

טָחָה in Kal inus. *tetendit, extendit*. Arab. طحا expandit.

Pil. part. מְטַחֲוֵי־קֶשֶׁת tenden-

tes arcum i. e. *sagittarii.* Gen. 21, 16. Ad formam cf. שָׁחָה, Hithp. הִשְׁתַּחֲוָה.

טֻחוֹת pl. f. ex auctoritate interpretum hebr. *renes*, ita dicti, quod *adipe* obducti sunt, a rad. טוּחַ, طلخ II. adipe obduxit. Cf. חֵלֶב no. 2. Pariter atque לֵב et כְּלָיוֹת est sedes animi et intellectus. Ps. 51, 8: *ecce veritate delectaris in renibus* (hominis). Iob. 38, 36: *quis renibus tuis indidit* hanc *sapientiam?* sc. qua omnia illa cognita et perspecta habes. In altero membro שֶׂכְוִי animus. Quomodocunque hunc locum capies, eadem vocabuli טֻחוֹת significatio adhibenda erit, atque Ps. l. c.

טְחוֹן m. *mola*, eaque manuaria. Thren. 5, 13. Rad. טָחַן.

טְחוֹרִים m. pl. *tumores ani*, *mariscae* haemorrhoidales ex ano *promicantes* (v. טָחַר) et tenesmo protrusae, ubi alvus deiiciendus est. 1 Sam. 6, 11. 17, et Deut. 28, 27. 1 Sam. 5, 6. 9 in Keri pro Chethibh עֳפָלִים quod vc. minus honestum fuisse videtur. Inde syr. ܛܚܪ tenesmo laboravit, ܛܚܪܐ, ܛܚܘܪܐ tenesmus cum fluxu sanguinis, arab. زحير.

טָחַח v. טוּחַ.

טָחַן *contrivit* c. acc. Ex. 32, 20, spec. *moluit* molâ manuariâ. Iud. 16, 21. Num. 11, 8. (Arab. طحن, aram. ܛܚܢ, טְחַן id.). טָחַן פְּנֵי עֲנִיִּים *faciem pauperis commoluit* i. e. oppressit, divexavit eum Jes. 3, 15. Cf. דָּכָה. Iob. 31, 10: תִּטְחַן לְאַחֵר אִשְׁתִּי *molat alteri mea coniux*, sit eius molitrix i. e. abiectissima serva itemque pellex (cf. Ex. 11, 5. Jes. 47, 2). LXX. Vulg. Chald. coll. Vs. 9 *molat alteri* volunt improprie et sensu obscoeno dictum esse pro permolatur a viro alieno, ut gr. *μύλλειν* Theocr. 4, 58, lat. *molere*, *permolere* dr. pro coire cum femina, v. intpp. ad Petron. sat. 23. Hor. Sat. 1, 2, 35. Bocharti Hieroz. 1, p. 188, sed molendi vc. ubique soli viro tribuitur.

Inde טְחוֹן et

טַחֲנָה f. *mola*, eaque manuaria Eccl. 12, 4.

טֹחֲנוֹת pl. f. *molitrices* i. e. dentes molares, arab. طاحنة. Eccl. 12, 4.

טָחַר rad. inusit., quam idem notasse suspicor, quod טָהַר (ה mutato in litteram fortiorem ח), ظهر conspicuus fuit l. factus est, *promicuit*, hervor-, zum Vorschein kommen.

Inde טְחוֹרִים q. v.

טִיחַ m. *tectorium*, *Tünche*. Ez. 13, 12. Rad. טוּחַ.

טִיט m. 1) *lutum*, *argilla*. Jes. 41, 25. Nah. 3, 14. 2) *coenum* Ps. 18, 43. 69, 15. (Aethiop. ጽጥ፡ lutum, arab. ضويطة lutum in ima piscina collectum, a ضوط collegit).

טִין chald. m. *argilla*. Dan. 2, 41. 43: חֲסַף טִינָא *testa argillacea*. (Syr. et arab. طين, ܛܝܢܐ id., unde verbum denom. طان med. Je luto illevit, ex luto formavit).

טִירָה f. 1) *paries*, *murus* circumductus, Ringmauer i. q. טוּר no. 1, a rad. טוּר circumdedit. 2) *locus muro* s. pariete *septus*, inde a) *arx* Cant. 8, 9, *septum*, pagus rusticorum et Nomadum Gen. 25, 16. Num. 31, 10. 1 Chr. 6, 39 (54). Ps. 69, 26. Ez. 25, 4.

טַל in pausa טָל, c. Suff. טַלִּי m. *ros* Gen. 27, 28. 39. Ex. 16, 13. 14. Deut. 32, 2. Jes. 26, 19. Zach. 8, 12.

(Arab. طَلّ pluvia tenuis, aethiop. ጠለ: ros.) Rad. טָלַל no. I.

טַל chald. id. Dan. 4, 12.

טָלָא *sarsit, assuit.* (Chald. טְלָא id.) Jos. 9, 5: נְעָלוֹת מְטֻלָּאוֹת *calcei resarti.* Part. טָלוּא *maculosus,* maculas habens maiores panno assuto similes (cf. germ. *Fleck* quod et maculam notat et panni frustum assutum i. q. Flicke, unde *flicken*). Gen. 30, 32 sq. Ez. 16, 16.

טְלָאִים v. טְלִי et טָלֶם.

טָלָה rad. inusit. i. q. ܛܠܐ *recens fuit,* cf. gr. θάλλω.
Inde טְלִי et

טָלֶה m. *agnus tenellus.* 1 Sam. 7, 9. Jes. 65, 25. (Arab. طَلًا foetus cuiuscunque generis, impr. pullus dorcadis recens natus, aeth. ጠሊ: hoedus, syr. ܛܠܝܐ puer, ܛܠܝܬܐ puella.

טַלְטֵלָה f. *proiectio* Jes. 22, 17. Rad. טוּל Pilp.

טְלִי i. q. טָלֶה, tantum in plur. m. טְלָאִים pro טְלָיִים (cf. Lgb. 575) *agnelli,* Jes. 40, 11.

I. טָלַל, arab. طَلَّ, aethiop. አጠለለ: *leviter humectavit* terram ros, pluvia.
Inde טַל ros.

II. טָלַל i. q. צָלַל no. III, arab. ظَلَّ II. *obumbravit,* inde *texit, obtexit.*

Pi. טִלֵּל *texit* impr. trabibus, *contignavit* (alibi קָרָה) Neh. 3, 15, cf. Gen. 19, 8: צֵל קוֹרָתִי.

Pilp. טִלְטֵל est a טוּל, q. v.

טְלַל chald. i. q. hebr. no. II.
Aph. אַטְלֵל *umbram captavit* Dan. 4, 9.

טלם rad. inusit. Aram. טְלַם, arab. ظَلَمَ, aethiop. ጠለመ: oppressit, vim intulit. Inde

טֶלֶם (oppressio) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. 15, 24, ex Kimchii aliorumque sententia idem quod 1 Sam. 15, 4 טְלָאִים (agnelli) appellatur.

טַלְמוֹן (oppressus) n. pr. m. Esr. 2, 42. Neh. 7, 45.

טָמֵא, inf. טָמְאָה (Lev. 15, 32) 1) *immundus fuit* vel *factus est, pollutus est.* (Syr. ܛܡܐ, quod analogiam verborum gutturalium sequitur, polluit, ܛܡܐ pollutus, cf. lat. *contamino, attamino, intamino*). Maxime de immunditie levitica, et hominum et animalium (a quorum carnibus abstinendum erat, v. Lev. 11, 1—31), et rerum, ut aedificiorum, vasorum. Opp. טָהֵר. Lev. 11, 24 sq. Sq. בְּ pollutus, contaminatus est aliqua re. Lev. 15, 32. 18, 20. 23.

Niph. נִטְמָא part. plur. נִטְמָאִים Ez. 20, 30. 31 pass. Pi. *polluit se,* ut mulier adulterio Num. 5, 13. 14. 20. 27. 28, populus scortatione s. idololatria Hos. 5, 3. 6, 10. Sq. בְּ rei, qua quis polluitur, ut idolis Ez. 20, 7. 23, 30.

Pi. טִמֵּא 1) *polluit* Lev. 15, 31 hinc a) *profanavit* terram sceleribus Lev. 18, 28. 20, 3, templum Ps. 79, 1, excelsa (בָּמוֹת) i. e. diruit, removit ea 2 Reg. 23, 8. 10. 13. b) *vitiavit, stupravit* feminam, virginem Gen. 34, 5. 13. 27. Ez. 18, 6. 15. 2) *immundum declaravit* aliquem sacerdos Lev. 13, 3. 8. 11 sq. 3) *se contaminari passus est.* Ez. 20, 26.

Pu. part. *pollutus* Ez. 4, 14.

Hithp. fut. יִטַּמָּא i. q. Niph. *polluit se,* sq. בְּ (Lev. 11, 43. 18, 30) et לְ (Lev. 11, 24. 21, 11) rei,

qua quis polluitur. *Hothp.* הֻטַּמָּא id. Deut. 24, 4.

טָמֵא f. טְמֵאָה adj. *impurus* a) sensu levit., de hominibus, animalibus et rebus. Levit. 5, 2. Deut. 14, 19. b) ethico Iob. 14, 4. טְמֵאַת הַשֵּׁם quae male audit, infamis Ez. 22, 5.

טָמְאָה f. Mich. 2, 10 et

טֻמְאָה f. *immundities, pollutio* Lev. 5, 3. 7, 21, it. *res immunda* Iud. 13, 7. 14. 2 Par. 29, 16. Plur. cstr. טֻמְאֹת Lev. 16, 19.

טָמָה i. q. טָמֵא; certe nonnullae formae huius verbi imitantur analogiam verborum לה. Ita

Niph. נִטְמֵתֶם Lev. 11, 43 et Iob. 18, 3: נִטְמִינוּ בְּעֵינֵיכֶם *immundi sumus in oculis vestris* i. e. impii, cf. 14, 4. Nonnulli tamen intpp. Hebraei, parallelismo non abnuente, טָמָה idem esse volunt atque טָמַם, אָטַם obturatum h. l. stolidum esse. Vulg. *sorduimus.*

טָמַן (cogn. צָפַן) *abscondit,* Jos. 2, 6. Iob. 31, 33, spec. sub terra, *defodit,* Gen. 35, 4. Exod. 2, 12. Jos. 7, 21. 22. Jer. 43, 10. טָמַן פַּח לְ Ps. 140, 6. 142, 4; ט׳ רֶשֶׁת לְ Ps. 9, 16. 31, 5 occultavit laqueum, rete alicui i. e. insidias ei struxit, cf. 64, 6. Iob. 18, 10. נֵפֶל טָמוּן abortus clandestinus Iob. 3, 16. Sq. לְ recondidit i. e. *reservavit* alicui. Iob. 20, 26: כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו *omnis generis calamitates reconditae* (reservatae) *sunt thesauris eius.* Observa lusum verborum in vocc. cognatis טָמוּן et צָפוּן. Similis est Deut. 33, 19: שְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל *occultissimi thesaurorum arenae* (int. vitrum). Facete dictum Prov. 19, 24: טָמַן עָצֵל יָדוֹ בַּצַּלַּחַת *piger manum suam abscondit in paropsidem.* Egregie pingitur manus hominis pigri tarde alteque in paropsidem se immergens.

Niph. abscondit se sub terra Jes. 2, 10.

Hiph. i. q. Kal 2 Reg. 7, 8. Deriv. מַטְמוֹן.

טָנָא rad. inusit. fort. i. q. arab. ﻃﻦّ texuit, plexuit, ut corbem, unde مِطَنَّة corbis. Inde

טֶנֶא m. *corbis.* Deut. 26, 2. 4. (Chald. צַנָּא id.).

טָנַף in Kal inusit. Aram. ܛܢܦ inquinatus, pollutus est.

Pi. polluit, inquinavit. Cant. 5, 3.

טָעָה i. q. תָּעָה *erravit,* aram. טְעָה ܛܥܐ et arab. طغا, طغى.

Hiph. ad errorem seduxit. Ez. 13, 10.

טָעַם 1) *gustavit* (ut in omnibus linguis cognatis) a) *saporem exploravit.* Iob. 12, 11. b) *libavit, delibavit* 1 Sam. 14, 24. 29. 43. Jon. 3, 7. c) *gustu, sapore percepit.* 2 Sam. 19, 36. Metaph. 2) *mente percepit, sensit.* Prov. 31, 18. Ps. 34, 9: טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה *sentite et videte, Jehovam esse benignum.*

Inde praeter ea quae statim sequuntur: מַטְעַמִּים.

טְעֵם chald. id.

Pa. gustandum i. e. comedendum *praebuit.* Dan. 4, 22. 5, 21.

טַעַם m. 1) *gustus, sapor* cibi Num. 11, 8. Jer. 48, 11. Iob. 6, 6.

2) metaph. *sapor* pro *iudicio, ratione* (ut lat. *sapere, sapiens, sapientia* et contra *insipidus*) 1 Sam. 25, 33. Ps. 119, 66. Iob. 12, 20. אִשָּׁה סָרַת טָעַם *mulier insipida,* insulsa Prov. 11, 22. שִׁנָּה טַעַם mutavit rationem i. e. dementem se simulavit Ps. 34, 1. מְשִׁיבֵי טַעַם qui prudenter respondent. Prov. 26, 16.

3) *sententia regis*, hinc *decretum regium*, Jon. 3, 7. V. chald.

טְעֵם m. chald. i. q. hebr. no. 3 *decretum, mandatum* Esr. 6, 14. Frequentius est

טְעֵם m. chald. 1) *sapor*, spec. suavis. Dan. 5, 2: בִּטְעֵם חַמְרָא *in sapore vini* i. e. inter media pocula. 2) *ratio*. Dan. 2, 14. יְהַב טְעֵמָא rationem reddere Dan. 6, 3. שׂוּם טְעֵם עַל rationem habere al. rei Dan. 3, 12. 3) *sententia, edictum regium*. Dan. 3, 10. 12. 29. שׂוּם טְעֵם mandatum dare. Esr. 4, 19. 21. 5, 3. 9. 13. 6, 1. 7, 13. De causa diiudicanda Esr. 5, 5. בְּעֵל טְעֵם penes quem est imperium, praefectus regius Esr. 4, 8. 9. 17.

I. טָעַן *transfodit* gladio. (Arab. طَعَنَ id., طَعِينٌ confossus, طَعْنَةٌ ictus. Chald. Pa. id.).

Pu. pass. Jes. 14, 19.

II. טָעַן *oneravit* iumenta Gen. 45, 17. (Aram. טְעַן, ܛܥܰܢ onustus fuit. Arab. ظَعَنَ VIII in camelo sedere, ظَعُونٌ camelus onustus, ظَعِينَةٌ pilentum camelinum. Cf. צָעַן).

טַף m. c. suff. טַפִּי collect. *parvuli, pueri et puellae* ab incessu agili et trepidante dicti (a rad. טָפַף, cf. עוֹלֵל) Gen. 34, 29. 43, 8. 45, 19. 46, 5, opp. adolescentibus et virginibus Ez. 9, 6, viris ultra viginti annos natis Ex. 12, 37. Nonnunquam patet ad *universam familiam* solique patri familias opponitur. 2 Chr. 20, 13: גַּם־טַפָּם נְשֵׁיהֶם וּבְנֵיהֶם *etiam familia eorum*, (nempe) *feminae et liberi eorum*. 2 Chr. 31, 18. Gen. 47, 12: לְפִי הַטַּף *pro ratione familiae*. Exod. 10, 10. Num. 32, 16. 24. 26.

טָפַח in Kal inusit. Syr. ܛܦܰܚ expandit. Cogn. צָפַח.

Pi. טִפַּח 1) *expandit, extendit*, ut coelum Jes. 48, 13. 2) *in palmis* (lat. dicunt in ulnis) *gestavit* (parvulos), denom. a טֶפַח no. 1. Thren. 2, 22.

Deriv. מִטְפַּחַת, et quae statim sequuntur.

טֶפַח m. 1) pr. manus expansa, *palma*, ubique pro mensura quattuor digitorum 1 Reg. 7, 26. 2 Chr. 4, 5, cf. Jer. 52, 21. Ps. 39, 6: הִנֵּה טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי *en! palmares fecisti dies meos* i. e. perbreves. 2) in architectura *mutuli*, i. e. lapides eminentes, quibus trabium capita sustinentur (Kragsteine). 1 Reg. 7, 9. LXX. *γείσεα*.

טֹפַח m. i. q. טֶפַח no. 1 *palma* Ex. 25, 25. 37, 12. Ez. 40, 5. 43.

טִפֻּחִים m. pl. nom. verbale a טִפַּח no. 2 *gestatio* puerorum. Thren. 2, 20.

טָפַל pr. (ut in dial. Talmud.) *sarsit, assuit*: translate *mendacia concinnavit*, cf. *δόλον ῥάπτειν*, suere dolos. Ps. 119, 69. Iob. 13, 4. Elliptice Iob. 14, 17: וַתִּטְפֹּל עַל־עֲוֹנִי *concinnas* fingis (falsa) *super iniquitatem meam* i. e. peccata mea falsis criminationibus auges. Cf. locum simillimum Deut. 1, 1 Jon. טַפֵּלְתּוּן עֲלוֹי מִלֵּי שִׁקְרָא *fingitis eique additis verba mendacia*. (Arab. طَفَّلَ orationem artificiose concinnavit, cf. gr. *ῥάπτειν ἔπη*, unde *ῥαψῳδός*).

טִפְסַר m. Jer. 51, 27 pl. טַפְסְרִים Nah. 3, 17 vc. peregrinum, *satrapa, praefectus* provinciarum et militum apud Assyrios et Medos. Ex hodierna lingua persica si coniectura facienda est, contuleris cum Lorsbachio et Bohlenio (Symb. p. 20) تاوسر dux bellicus, idque magis placet, quam quod Ewaldus (grammat. hebr. pag. 520) vult,

تابسر altitudinis princeps, a تاب et سر. In Targ. Jonath. Deut. 28, 12 est nomen angeli cuiusdam nobilioris.

טָפַף, arab. طف et دف *agilis fuit* in eundo, *trepidavit* (trippeln), minutis passibus incessit, de incessu parvulorum (inde טַף) et mulierum elegantularum et ineptientium. Semel legitur Jes. 3, 16: הָלוֹךְ וְטָפוֹף תֵּלַכְנָה ubi Luth. ad sensum satis feliciter: *sie treten einher und schwänzen*, i. e. clunibus agitant, ut Saad. تتخطرن, chald. בְּפִתְיָהֶן מְקַפְּן. (Arab. طف et دف agilis fuit equus, tolutim incessit, v. Schroeder de vest. mulier. p. 127. Vicina sunt דָּבַב *tappen, trappen*, eiusque demin. *trippeln*).

טְפַר chald. pl. טִפְרִין m. i. q. hebr. צִפֹּרֶן 1) *unguis* hominum Dan. 4, 30. 2) *ungula* animalium. 7, 19.

טָפַשׁ *pinguis, obesus fuit*, metaph. *iners, stupidus fuit*, cf. παχύς, lat. *pinguis*. Ps. 119, 70. (Frequentius in Chaldaismo).

טָפַת (gutta = נְטֹפָה, rad. נטף) n. pr. filiae Salomonis. 1 Reg. 4, 11.

טָרַד *trusit* (quod quidem verbum latinum easdem radicales habet), hinc *continuo secutus est* alterum. Prov. 19, 13. 27, 15: דֶּלֶף טֹרֵד *stillicidium trudens*, i. e. continuo stillans, in quo gutta guttam trudit. (Arab. طرد trusit, propulit, IV. res consecuta est aliam, v. Schult. ad Prov. l. c. Taur. ad Ham. p. 516. Syr. et chald. טְרַד i. q. conj. I).

Inde n. pr. מַטְרֵד.

טְרַד chald. *protrusit, propulit, eiecit*. Dan. 4, 22. 29. 30.

טָרָה rad. inus. i. q. טָלָה *recens fuit*. Arab. طرى et طرو id., aethiop. ጥሬ፡ crudus, incoctus. Origo fortasse est in decerpendo, ita ut טרה (טָרוּ, טרב) sit i. q. טָרַף q. v. no. 1. 2.

Inde טָרִי.

טרום (טְרוֹם) i. q. טֶרֶם *nondum*, Ruth 3, 14 Chethibh.

טָרַח in Kal inusit. arab. طرح Conj. I. IV. VIII. *coniecit, proiecit*.

Hiph. Iob. 37, 11: אַף־בְּרִי יַטְרִיחַ עָב *etiam in pluvia proiicit* (Deus) *nubem*, quibus verbis exhibetur imago ipsarum nubium vi pluviae devolutarum vel devolvi visarum (Wolkenbruch). At arab. طرح sq. على significat etiam: *iniecit, imposuit* alicui rei (cf. טֹרַח onus), ita ut vertere liceat: *imbre onerat nubem*. Symm. ἐπιβρίσει.

טֹרַח m. *onus, molestia*. Deut. 1, 12. Jes. 1, 14. (Chald. טָרְחָא labor, defatigatio, טְרַח fatigatus est, aeth. ሰርሐ፡ id.).

טָרִי adj. fem. טְרִיָּה *recens*, de vulnere Jes. 1, 6; de asini maxilla Iud. 15, 15. Rad. טָרָה.

טָרַם rad. inusit., prob. i. q. טָרַף decerpsit, cf. صرم *resecuit*. Inde

טֶרֶם pr. resectio, pars resecta (der Abschnitt, die Stelle, wo ein Zweig vom Baume frisch abgeschnitten ist) inde *initium*. Ubique adv. 1) בְּטֶרֶם pr. in initio, ante initium i. e. *antequam, priusquam*, sq. praet. Ps. 90, 2. Prov. 8, 25, neque non sq. futuro, eoque significatione futuri Jes. 66, 7. Iob. 10, 21: בְּטֶרֶם אֵלֵךְ *antequam ibo*, sed saepius praeteriti Jer. 1, 5: *sanctificavi te* בְּטֶרֶם תֵּצֵא *antequam exires*. Ruth 3, 14. 2 Reg. 2, 9, sq.

inf. Zeph. 2, 2: בְּטֶרֶם לֶדֶת. Ibid. bis est pleonast. בְּטֶרֶם לֹא יָבוֹא cf. nostr. *ehe er nicht kommt.* (Eandem rationem sequuntur טֶרֶם et لَمَّا nondum, et אָז tunc: futurum enim poni videtur pro praeterito, quod actio post has particulas tanquam futura cogitabatur).

2) מִטֶּרֶם i. q. בְּטֶרֶם pr. ab initio, pro *ante initium* Hagg. 2, 15. Cf. מִן in formula מִקֶּדֶם, מֵרֵאשִׁית, Jes. 46, 10.

3) טֶרֶם (in Acc.) a) *nondum* sq. praet. 1 Sam. 3, 7, crebrius tamen sq. fut. de re praeterita Gen. 2, 5. Ex. 10, 7. Jos. 2, 8. 1 Sam. 3, 3. b) i. q. בְּטֶרֶם *priusquam* sq. fut. de re praeterita Jos. 3, 1. Ex. 12, 34, de re futura Jes. 65, 24.

טָרַף fut. יִטְרֹף, semel יִטְרַף Gen. 49, 27 1) *decerpsit* (vic. טָרָה, טָרַם, cf. gr. θρύπτω), inde arab. طَرُفَ *recens fuit* (frisch abgebrochen), hebr. טָרָף, טֶרֶף no. 3.

2) *discerpsit, dilaniavit* fera Gen. 37, 33. 44, 28. Deut. 33, 20. Ps. 22, 14. Nah. 2, 13. Metaph. de ira Iob. 16, 9. 18, 4, adeoque de Deo. Ps. 50, 22: פֶּן־אֶטְרֹף *ne dilacerem* more ferarum. Hos. 6, 1.

Niph. pass. no. 2. Ex. 22, 12. Jer. 5, 6.

Pu. id. Gen. 37, 33. 44, 28.

Hiph. *cibum discerpere* i. e. comedere *fecit* (hominem). Prov. 30, 8. Inde

טָרָף adj. *recens*, de folio. Gen. 8, 11, v. rad. no. 1.

טֶרֶף m. 1) *folium viride, frons recens*, a decerpendo dicta (cf. Gen. 8, 11). Ez. 17, 9. (Chald. syr. טַרְפָּא, ܛܰܪܦܳܐ id.). 2) *animal dilaniatum, praeda* ferae Iob. 4, 11. 29, 17. 38, 39. הַרְרֵי טֶרֶף *montes praedae* h. e. praedatorum, latronum, unde hostes rapinas faciunt Ps. 76, 5. 3) *cibus*, Prov. 31, 15. Mal. 3, 10. Ps. 111, 5, cf. verbum in Hiph.

טְרֵפָה f. coll. *dilaniatum, pecudes dilaniatae* (a feris) Gen. 31, 39. Ex. 22, 12. Lev. 7, 24.

טַרְפְּלָיֵא chald. Esr. 4, 9, nomen gentis, ex qua reges Assyrii coloniam in Samariam deduxerunt. LXX *Ταρφαλαῖοι*.

Jod, decima alphabeti littera, ubi numeri nota est, = *decem*. *Nomen* huius elementi יוֹד aeque ac hebr. יָד haud dubie *manum* significat (cf. יוֹם pl. יָמִים ab inusit. יָם), eiusque figuram rudius pictam hoc elementum hodieque repraesentat in scriptura Phoenicum, Samaritanorum et in nummis Maccabaeorum. Accedit auctoritas Aethiopum, quibus haec littera *Jaman* (i. e. manus dextera) vocatur.

Magnam partem radicum primae Jod (פ״י) in linguis arabica et aethiopica esse פ״ו, ex libris grammaticis constat (v. Lgb. §. 105 A), ut יָלַד, وَلَدَ, ወለደ: cet. De cognatione verborum פ״י cum aliis radicibus bilitteris, maxime verbis ע״ו et ע״ע, vide Lgb. §. 112, 2.

יָאַב *desideravit*, sq. לְ. Ps. 119, 131. (Syr. ܝܶܐܒ et quadrilitt. ܝܰܐܒܶܒ id. Cogn. sunt אָבָה, אָוָה).

יָאָה *pulcher, decorus fuit*, i. q. נָאָה, נָאוָה (Ps. 33, 1, Prov. 17, 7.) Impers. sq. לְ *decet* aliquem Jer. 10, 7: כִּי לְךָ יָאָתָה *nam te decet.* LXX. ed. Compl. *σοὶ γὰρ πρέπει.* (Syr.

יָנוֹ, decorus, sq. ל decens, πρέπον).

יְאֹר v. יְאֹר fluvius.

יַאֲזַנְיָה (quem Jehova exaudit) n. pr. m. 1) Jer. 35, 3. 2) Ez. 11, 1.

יַאֲזַנְיָהוּ (id.) 1) 2 Reg. 25, 23, contr. יְזַנְיָהוּ Jer. 40, 8, יְזַנְיָה 42, 1. 2) Ez. 8, 11.

יָאִיר (quem *illuminat* sc. Deus) n. pr. (gr. Ἰάειρος Mc. 5, 22) 1) filii Manassis. Num. 32, 41. 2) iudicis Israëlitarum Iud. 10, 3. 3) Esth. 2, 5. Patron. יָאִרִי 2 Sam. 20, 26, a no. 2.

I. יָאַל propr. וָאַל in Kal inusit. *stultus fuit*, i. q. אָרַל q. v.

Niph. נוֹאַל *stultus fuit* Num. 12, 11. Jer. 5, 4, *stultum egit*, Jes. 19, 13. Jer. 50, 36: חֶרֶב אֶל־הַבַּדִּים וְנֹאָלוּ *gladius* (stringitur) *adversus vates mendaces, et stultos agunt* (cf. הוֹלֵל Iob. 12, 17. Jes. 44, 25).

II. יָאַל in Kal inusit. cogn. אוּל, איל, arab. أَوَّلَ *praecessit, primus fuit.*

Hiph. הוֹאִיל *coepit* Deut. 1, 5. Hos. 5, 11. Jos. 17, 12: וַיּוֹאֶל הַכְּנַעֲנִי לָשֶׁבֶת בָּאָרֶץ *et coeperunt Canaanitae considere* pedem figere *in terra* Iud. 1, 27. 35. Interdum maiore cum vi: coepit rem arduam, *aggressus, conatus est* Gen. 18, 27. 31, it. de eo, qui aliorum precibus cedens aliquid facit, *benigne voluit, placuit* ei al. facere. Iud. 17, 11. 19, 6: הוֹאֶל־נָא וְלִין *placeat tibi pernoctare.* Exod. 2, 21. 2 Sam. 7, 29. 2 Reg. 5, 23. Iob. 6, 9. 28. Construitur sq. Gerundio Jos. 17, 12. Iud. 1, 35, vel verbo finito copula modo addita (Iud. 19, 6) modo omissa ἀσυνδετῶς (Deut. 1, 5. Hos. 5, 11).

יְאֹר et יְאוֹר m. *fluvius*, vox Aegyptiorum, apud quos memphitice ιαρο, sahidice ιερο (v. Jablonskii Opusce. ed. te Water T. I. pag. 93. 444. Champollion l'Egypte I, p. 137. 138, II, 238), in titulo Rosettensi lin. 14. 15 *ior* (v. Kosegarten de scriptura vett. Aegyptiorum p. 14) scribitur, proinde de solo fere *Nilo* usurpata Gen. 41, 1 sq. Ex. 1, 22. 2, 3. 7, 15 sq., semel de alio fluvio Dan. 12, 5. 6. 7.

Plur. יְאֹרִים *flumina, canales.* Iob. 28, 10. Jes. 33, 21, spec. Nili brachia et canales Ez. 29, 3 sq. 30, 12. Ps. 78, 44, hinc יְאֹרֵי מִצְרַיִם, יְאֹרֵי מָצוֹר Jes. 7, 18. 19, 6. 37, 25.

יָאַשׁ in Kal inusit. arab. يَئِسَ et transp. أَيِسَ *desperavit, animum despondit.*

Niph. id. Sq. מִן *destitit ab aliquo.* 1 Sam. 27, 1: וְנוֹאַשׁ מִמֶּנִּי שָׁאוּל לְבַקְשֵׁנִי עוֹד *desistet a me Saulus neque amplius quaeret me.* Part. נוֹאָשׁ *desperatus.* Iob. 6, 26. Neutr. *desperatum est*, frustra est. Jes. 57, 10. Jer. 2, 25. 18, 12.

Pi. inf. יַאֵשׁ, sq. לֵבּ *desperationi se dedit.* Eccl. 2, 20.

יֹאשִׁיָּה (v. voc. sequ.) n. pr. m. Zach. 6, 10.

יֹאשִׁיָּהוּ n. pr. (quem Jehova sanat, a rad. אָשָׁה = اسى sanavit, et יָהוּ) *Josias*, rex Judae, 642—611 a. C., sacrorum mosaicorum instaurator, in proelio ad Megidduntem cum Nechone, Aegypti rege, commisso interfectus 2 Reg. 23, 23. 2 Chr. 34, 33. Gr. Ἰωσίας.

יְאָתְרַי n. pr. m. 1 Chr. 6, 6, pro quo V. 26. אֶתְנִי.

יָבַב in Kal inusit.

Pi. vociferatus est, clamavit. Iud. 5, 28. (Aram. id., spec. de laetis clamoribus, in Targg. pro hebr. רִנֵּן, הֵרִיעַ, syr. etiam tubam

inflavit, ܩܘܼܒܵܠܵܐ clangor tubae. Arab. أَبَّ id. maxime de clamore hostem adorientium. Cf. יוֹבֵל).

Inde יוֹבָב n. pr.

יְבוּל m. *proventus* terrae, a rad. יָבַל, ut תְּבוּאָה proventus, a בּוֹא. Lev. 26, 4. 20. Deut. 11, 17. 32, 22. Iud. 6, 4. Ps. 67, 7. 85, 13. Hab. 3, 16. Iob. 20, 28: יִגֶל יְבוּל בֵּיתוֹ *exsulat proventus domus eius* h. e. opes in domo eius coacervatae.

יְבוּס (locus conculcatus, ut area, a rad. בּוּס) n. pr. *Jebus*, nomen antiquum Hierosolymorum, Cananitarum tempore usitatum. Iud. 19, 10. 11. 1 Chr. 11, 4. 5. Nom. gent. est יְבוּסִי *Jebusaeus* collect. *Jebusaei*, gens Cananaea, quae illam urbem cum montibus vicinis incolebat, a Davide devicta, Esrae tempore adhuc superstes Gen. 10, 16. 15, 21. Num. 13, 30. Jos. 15, 63. 2 Sam. 5, 6. Esr. 9, 1. Idem nom. gent. aliquoties de ipsa urbe ponitur (pro עִיר הַיְבוּסִי Iud. 19, 11). Jos. 15, 8. 18, 16, et poët. de Hierosolymis Zach. 9, 7, ut כַּשְׂדִּים de Chaldaea.

יִבְחָר (quem *eligit* sc. Deus) n. pr. filii Davidis. 2 Sam. 5, 15. 1 Chr. 14, 5.

יָבִין (quem *animadvertit*, sc. Deus) n. pr. duorum regum terrae Hazor 1) Jos. 11, 1. 2) Iud. 4, 2. Ps. 83. 10.

יָבִישׁ v. יָבֵשׁ.

I. יָבַל 1) *fluxit*, maxime copiose et cum quodam impetu. (Arab. وَبَلَ copiose fluxit, pluit, unde وَبْلٌ, وَابِلٌ imber. Congruit nostr. *wallen*, unde *Welle*). Inde יָבָל, יוּבַל, אוּבַל fluvius, בּוּל pro יְבוּל pluvia, מַבּוּל (in quo Jod, pariter atque alibi Nun, proximae litterae insertum est) diluvium.

2) *diffluxit* sanie, unde יַבָּל sanie diffluens.

3) poët. *ivit*, *incessit*, ut nostr. *wallen* poët. pro incessit, metaphora ab aqua petita, cf. gall. *aller*, quod eiusdem stirpis esse atque *wallen*, iam Adelungius (IV, p. 1366) recte observavit. Vide Hiph.

Hi. הוֹבִיל (syr. ܐܘܒܸܠ) causat. no. 3 poët. pro הֵבִיא, 1) *duxit* v. c. homines Ps. 60, 11. 108, 11. 2) *tulit*, *obtulit*, ut munera Ps. 68, 30. 76, 12. Zeph. 3, 10. 3) *produxit* terra. Inde יְבוּל, בּוּל proventus, תֵּבֵל terra fertilis, habitata.

Hoph. הוּבַל 1) *ductus est*, Ps. 45, 15. 16. Jes. 53, 7. 55, 12. Jer. 11, 19. 2) *allatus est*, *oblatus est*, Jes. 18, 7. Hos. 10, 6. 12, 2, *delatus est*, ut in sepulcrum Iob. 10, 19. 21, 30. 32.

Derivata v. in Kal no. 1 et Hiph. no. 3.

יְבַל chald. i. q. hebr.

Aph. הֵיבֵל *attulit* Esr. 5, 14. 6, 5.

יָבָל m. 1) *flumen*, *rivus*. יִבְלֵי־מַיִם Jes. 30, 25. 44, 4. Rad. יָבַל no. 1. 2) n. pr. *Jabal*, Lamechi filius, vitae pastoriciae auctor Gen. 4, 20.

יַבָּל f. יַבֶּלֶת adj. *diffluens* sc. sanie, ulceribus affectus, de pecore. Lev. 22, 22. Vulg. *papulas habens*, et ita in sermone Talmudico, v. Mischna Erubhin 10, §. 13. Arab. وَأَبْلَة defluxus pilorum.

יִבְלְעָם (a יַבֶּלֶת et עָם, populum consumens) n. pr. oppidi tribus Manassis. Jos. 17, 11. Iud. 1, 27. 2 Reg. 9, 27, quod 1 Chr. 6, 55 בִּלְעָם scribitur.

יָבָם m. *levir*, mariti frater, qui lege mosaica fratris absque liberis

defuncti uxorem ducere tenebatur. Deut. 25, 5—9. Inde denom.

Pi. יִבֵּם pr. *levirum egit*, eius officio functus est, *fratris* mortui *uxorem duxit.* Deut. l. c. Gen. 38, 8.

יְבָמָה c. Suff. יְבִמְתּוֹ, יְבִמְתֵּךְ f. *fratria*, fratris uxor Deut. 25, 7. 9; it. leviri uxor Ruth 1, 15.

יַבְנְאֵל (quod *Deus aedificari iussit*) n. pr. 1) oppidi Judaeorum Jos. 15, 11. 2) oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 33.

יַבְנֶה (quod Deus *aedificandum curat*) n. pr. oppidi ad mare mediterraneum siti Philistaeis ab Usia erepti 2 Chr. 26, 6, cf. Jos. 15, 46 LXX. Ἰαμνία 1 Macc. 4, 15 et Ἰάμνεια 5, 58. 2 Macc. 12, 8. Strab. XVI, 2, arab. يبنا, quod nomen hodieque viculo in antiqui oppidi ruinis sito inhaeret.

יְבְנִיָּה (quem *Jehova aedificabit* i. e. fortunabit) n. pr. m. 1 Chr. 9, 8.

יִבְנִיָּה (id.) ibid.

יָבַץ rad. inusit. arab. وبص splenduit.

Inde n. pr. תֵּבֵץ.

יַבֹּק *Jabbok*, n. pr. torrentis monti Gilead vicini, in Ammonitarum terminis septentrionalibus ab oriente in Jordanem influentis, hodie وادى زرقا i. e. rivus caeruleus Num. 21, 24. Gen. 32, 23. Deut. 2, 37. 3, 16. Jos. 12, 2. Iud. 11, 13. Vide Burckhardti itin. Syriae p. 598 interp. germ. ibique notam nostram, in qua Pocockii aliorumque hunc torrentem cum Hieromiace (arab. يرموك) confundentium errorem refellimus. Quod ad etymon attinet, Io. Simonis in Onomast. p. 315 יַבֹּק non male derivavit a בָּקַק evacuavit, per Chaldaismum pro יָבֹק, inde *effusio*, *evacuatio*; Gen. 32, 25 tamen huic nomini ita alluditur, quasi dictum sit pro יֵאָבֵק, a rad. אָבַק.

יְבֶרֶכְיָהוּ (cui *Jehova benedicet*) n. pr. m. Jes. 8, 2.

יִבְשָׂם (iucundus) n. pr. m. 1 Chr. 7, 2.

I. יָבֵשׁ fut. יִיבַשׁ pl. יָבְשׁוּ inf. cstr. יְבוֹשׁ, יְבֹשֶׁת Gen. 8, 7 *exaruit, aridus fuit* vel *factus est,* de plantis, arboribus, gramine Jes. 15, 6. 19, 7. 40, 7. 8. Joel 1, 12, de satis arvisque Jer. 23, 10. Zach. 11, 17. Jes. 27, 11, de terra Gen. 8, 14, de ossibus medulla destitutis Ez. 37, 11, de manu torpente 1 Reg. 13, 4 (cf. Marc. 3, 1), hinc de vi vitali Ps. 22, 16: יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ כֹּחִי *exarescit testae instar robur meum.* Dr. etiam ipse humor exarescere, inde de fluviis et mari Iob. 14, 11. Gen. 8, 13. Joel 1, 20. (Arab. يبس id.). Quomodo differat a חָרֵב siccus fuit, v. sub h. v.

Pi. יִבֵּשׁ *arefecit.* Iob. 15, 30. Prov. 17, 22. Nah. 1, 4 (ubi וַיַּבְּשֵׁהוּ est pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ).

Hiph. הוֹבִישׁ 1) *arefecit.* Ios. 2, 10. 4, 23. 2) intrans. *aridus factus est*, de plantis, fructibus, messe Joël 1, 10. 12. 17, et metaph. V. 12: *exaruit gaudium filiis hominum* i. e. periit.

II. יָבֵשׁ *Hiph.* הוֹבִישׁ significatione a בּוֹשׁ petita 1) *pudore affecit* 2 Sam. 19, 6. 2) intrans. i. q. בּוֹשׁ in Kal, *pudefactus est*, *pudore affectus est* Jer. 2, 26. 6, 15. 8, 12, maxime de homine, qui spe sua excidit Joël 1, 11. Jer. 10, 14. Zach. 9, 5, poët. de urbibus eversis (cf. nostr. zu Schanden werden) Jer. 48, 1. 20. 50, 2. 3, 3) *pudenda fecit*, turpiter se gessit. Hos. 2, 7.

יָבֵשׁ adj. f. יְבֵשָׁה 1) *aridus* Iob. 13, 25. Ez. 17, 24. 21, 3. 2) n. pr. a) oppidi Gileaditarum, quod etiam

יָבִישׁ scribitur 1 Sam. 11, 1. 3. Iud. 21, 8. b) viri 2 Reg. 15, 10. 13. 14.

יַבֵּשׁ (forma intensiva) i. q. יָבֵשׁ, tantum in fem. יַבָּשָׁה *aridum*, das Trockene. בַּיַּבָּשָׁה in arido, *sicco pede* Ex. 14, 16. 22. 29. Jos. 4, 22. Dein pro *terra continente* opp. mari Gen. 1, 9. Ex. 4, 9. Jon. 1, 9. 13. 2, 11. Ps. 66, 6. Sic gr. ἡ ξηρά et τὸ ξηρόν Matth. 23, 15 (opp. ἡ θάλασσα) Sir. 37, 3, Vorstius de Hebraismis N. T. ed. Fischer. cap. 2 §. 2.

יַבֶּשֶׁת f. id. Exod. 4, 9. Ps. 95, 5. Chald. st. emphat. יַבֶּשְׁתָּא Dan. 2, 10.

יִגְאָל (quem *vindicabit* Deus) n. pr. m. 1) Num. 13, 7. 2) 1 Chr. 3, 22. 3) 2 Sam. 23, 36.

יָגַב i. q. גּוּב *secuit, aravit.* Part. plur. יוֹגְבִים *aratores*, agricolae. 2 Reg. 25, 12 Keri. Jer. 52, 16. Inde

יָגֵב m. pl. יְגֵבִים *ager.* Jer. 39, 10.

יָגְבְּהָה c. ה parag. יָגְבְּהָה (editum) n. pr. oppidi Gaditarum. Num. 32, 35. Iud. 8, 11.

יִגְדַּלְיָהוּ (quem *magnum faciet Jehova*) n. pr. m. Jer. 35, 4.

I. **יָגָה** in Kal inusit. *doluit* animo, *moestus fuit.* Vicinum est יָגַע.

Pi. יִגָּה *moerore affecit.* Fut. וַיַּגֶּה pro וַיְיַגֶּה Thren. 3, 33. Cf. יַבֵּשׁ Pi.

Hiph. הוֹגָה *moerore affecit, afflixit.* Iob. 19, 2. Thren. 1, 5. 12. 3, 32. Jes. 51, 23.

Niph. נוּגָה (pro נוֹגָה) Part. *afflictus, moestus.* Thren. 1, 4. Zeph. 3, 18: נוּגֵי מִמּוֹעֵד *moesti* ut prohibiti *a conventu sacro.*

Derivv. יָגוֹן, תּוּגָה.

II. **יָגָה** i. q. הָגָה no. II. *seiunctus est.*

Hiph. הוֹגָה *seiunxit, removit.* 2 Sam. 20, 13. (Arab. وجى Conj. IV. id.).

יָגוֹן m. *moeror, moestitia.* Gen. 42, 38. 44, 31. Ps. 13, 3. Rad. יָגָה no. I.

יָגוּר (hospitium, deriv. fut. a גּוּר) n. pr. oppidi tribus Judae. Jos. 15, 21.

יָגִיעַ m. adj. *defatigatus, fessus* Iob. 3, 17. Rad. יָגַע.

יְגִיעַ (a rad. יָגַע) m. 1) *labor,* maxime operosus adeoque *dolor* (Iob. 39, 11.). Gen. 31, 42: יְגִיעַ כַּפַּי *labor manuum mearum.* 2) *res labore parta,* hinc *opus* Iob. 10, 3, saepius *opes, quaestus, divitiae.* Jes. 45, 14. 55, 2. Jer. 3, 24. 20, 5. Ez. 23, 29. Ps. 109, 11. Neh. 5, 13, maxime agro colendo partae Ps. 78, 46. 128, 2. יְגִיעַ כַּפַּיִם Hagg. 1, 11 id.

יְגִיעָה f. *labor, defatigatio.* Eccl. 12, 12.

יָגְלִי (in exilium deductus) n. pr. m. Num. 34, 22.

יָגַן rad. inusit. Arab. وجن *tutudit, contudit, pressit.*

Inde גַּת (pro יְגֶנֶת, גֶּנֶת) torcular, ut prelum (qs. premulum) a premendo.

יָגַע fut. יִיגַע 1) *laboravit* maxime cum virium contentione et ad defatigationem usque. (Arab. وجع doluit, cf. יָגָה). Constr. a) absol. Iob. 9, 29: לָמָּה־זֶּה הֶבֶל אִיגָע *cur tandem frustra laborem?* Prov. 23, 4. Jes. 49, 4. 65, 23. b) sq. בְּ rei, in qua laboratur. Jos. 24, 13. Jes. 47, 12. 62, 8, semel sq. acc. in eandem sententiam Vs. 15. 2) *defatigatus, fessus est.* 2 Sam. 23, 10. Jes. 40, 31. Sq. בְּ rei Ps. 6, 7: יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי *fessus sum gemendo,* Jer. 45, 3. Ps. 69, 4, it. בְּ personae Jes. 43, 22: כִּי יָגַעְתָּ

כִּי יָגַעְתָּ בִּי יִשְׂרָאֵל *nam defatigatus es me*, i. e. taedet te mei, *Israel*.

Pi. defatigavit. Jos. 7, 3. Eccl. 10, 15.

Hiph. הוֹגִיעַ *defatigavit* aliquem, *molestus fuit* alicui, sq. acc. pers. et בְּ rei. Jes. 43, 23: לֹא הוֹגַעְתִּיךָ בִּלְבוֹנָה *non fatigavi te thure* (quod flagitassem). V. 24: הוֹגַעְתַּנִי בַּעֲוֺנוֹתֶיךָ *tu defatigasti me peccatis tuis*. Mal. 2, 17.

Derivv. יְגִיעַ, יְגִיעָה, et quae statim sequuntur:

יָגָע m. *labore partum, quaestus*. Iob. 20, 18.

יָגֵעַ adj. verbale, *qui defatigatur, fatigatus, fessus*. Deut. 25, 18. 2 Sam. 17, 2. Eccl. 1, 8: כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים *omnia verba fatigantur*, fessa fiunt (non, ut Winerus transtulit, fatigant, fessos faciunt).

יָגַר rad. inusit. Aethiop. ወገረ: iecit, proiecit, lapidavit, ወግር: collis, acervus lapidum, cui cogn. hebr. אָגַר. Inde

יְגַר m. chald. *collis, acervus lapidum*. Gen. 31, 47. (Syr. ܝܓܪܐ id.).

יָגֹר 2 pers. יָגֹרְתָּ i. q. גּוּר no. 2. *metuit*, sq. acc. Iob. 3, 25. 9, 28. Ps. 119, 39, et מִפְּנֵי Deut. 9, 19. 28, 60. (Arab. وَجِرَ id.).

יָגֹר part. vel adj. verbale *metuens*, additis pronominibus pers. verbo finito circumscribendo inservit. Jer. 22, 25. 39, 17.

יָד cstr. יַד c. Suff. יָדִי, sed יֶדְכֶם, יֶדְכֶן (pro יַדְכֶן, יַדְכֶם), dual. יָדַיִם cstr. יְדֵי. Plur. יָדוֹת fem. (v. tamen Ez. 2, 9)

1) *manus* hominis, semel de pedibus stellionis, ut qui manibus humanis similes sunt Prov. 30, 28. (Syr. ܐܝܕܐ, arab. يَدٌ id., aethiop. እድ:). Potiores locutiones, in quibus propria manûs significatio servata est, hae sunt:

a) יָדִי עִם, אֶת־פ׳ *manus mea est cum aliquo* i. e. ei opem fero, a partibus eius sto. 1 Sam. 22, 17. 2 Sam. 3, 12. 2 Reg. 15, 19.

b) יָדִי הָיְתָה בְּפ׳ *manus mea est in aliquem* i. e. contra eum (Gen. 16, 12), ei vim et iniuriam infero. Gen. 37, 27. 1 Sam. 18, 17. 21. 24, 13. 14. Jos. 2, 19. Sic יַד יְיָ הָיְתָה בְּ de manu Dei puniente et affligente Ex. 9, 3. Deut. 2, 15. Iud. 2, 15. 1 Sam. 7, 13. 12, 15, raro (in bonam partem) opem ferente, favente 2 Par. 30, 12. Esr. 9, 2; ad vitandam huius formulae mediae ambiguitatem additur לְרָעָה Iud. 2, 15. Tantum in malam partem usurpatae sunt formulae: נָתַן יָדוֹ בְּ (de Deo) Exod. 7, 4, et יָצְאָה יַד יְיָ בְּ Ruth 1, 13, in bonam dictum est Jes. 25, 10: תָּנוּחַ יַד יְיָ בָּהָר הַזֶּה *quiescet manus Jovae super hoc monte*.

c) Itidem in utramque partem (sed saepius tamen in bonam) utuntur hac formula: הָיְתָה יַד יְיָ עַל פ׳ *manus Dei est super aliquo*, nimirum opem latura. Esr. 7, 6: כְּיַד יְיָ אֱלֹהָיו עָלָיו *quum manus Jehovae, dei eius, super eo* esset. Comm. 28. 8, 18. 31. Bis diserte dicitur יַד אֱלֹהִים הַטּוֹבָה Esr. 7, 9. Neh. 2, 8, vel additur לְטוֹבָה Esr. 8, 22. In bonam partem porro dictum est Jes. 1, 25: אָשִׁיבָה יָדִי עָלַיִךְ, sed in malam Am. 1, 8: הֲשִׁיבוֹתִי יָדִי עַל עֶקְרוֹן *convertam manum meam contra Accaronem*, et sic sq. אֶל (pro עַל) Ez. 13, 9, et in N. T. Act. 13, 11: χεὶρ Κυρίου ἐπί σε, καὶ ἔσῃ τυφλός κ. τ. λ.

d) Formulâ: *manus Dei est super* (עַל) al. praeterea utuntur in hanc sententiam, *spiritu divino agitari coepit* vates, quandoquidem manu imposita spiritus divinus cum hominibus communicatur. Ez. 1, 3. 3, 14. 22. 37, 1. 2 Reg. 3, 15,

sq. אֶל (pro עַל) 1 Reg. 18, 46. Idem est הֶזְקַת יַד יְיָ עַל Ez. 3, 14 (cf. Jes. 8, 11) et נָפְלָה יַד יְיָ עַל Ez. 8, 1 (coll. 11, 5, ubi pro יַד est רוּחַ). Ex his iam intelligis, quid sit Jer. 15, 17: מִפְּנֵי יָדְךָ *propter manum tuam* i. e. propter spiritum divinum, qui me agitat.

e) נָתַן יָד *manum dedit*, est fidem dantis 2 Reg. 10, 15. Esr. 10, 19, spec. victi victori manus victas dantis Ez. 17, 18. Jer. 50, 15. Thren. 5, 6. 2 Par. 30, 8: תְּנוּ יָד לַיהוָֹה *fidem date Jehovae.* (De simili usu Syrorum v. Act. 27, 13 Pesch. ibique Lud. de Dieu. Eodem pertinet glossa Lexicographorum arabicorum يَدٌ fideiussio in pignore, deditio, subiectio, *χείρωσις*). Simile est נָתַן יָד תַּחַת פ׳ subiecit se alicui 1 Par. 29, 24.

f) *Manus κατ᾽ ἐξοχὴν* (הַיָּד) nonnunquam dr. *α*) de *manu Dei* (ut הָרוּחַ pro רוּחַ יְיָ, הַשֵּׁם pro שֵׁם יְהוָֹה). Sic Jes. 8, 11: כְּחֶזְקַת הַיָּד pro כח׳ יַד יְיָ (conf. litt. d) et Iob. 23, 2: יָדִי כָּבְדָה pro יַד יְהוָֹה אֲשֶׁר בִּי כָּבְדָה *manus Dei,* puniens, *quae contra me, gravis est,* cf. litt. b. — *β*) de *manu* i. e. ope *hominum, humana.* לֹא בְיָד Iob. 34, 20 et בְּאֶפֶס יָד Dan. 8, 25 sine ulla humana, sola Dei potentia, chald. לָא בִידַיִן Dan. 2, 34. 35. Cf. Thren. 4, 6.

g) יָד לְיָד e *manu in manum* (von Hand zu Hand) i. e. per omnes generationes et aetates, et cum particula negandi: *nunquam.* Prov. 11, 21: יָד לְיָד לֹא יִנָּקֶה רָע *per omnes generationes impunis non erit malus.* 16, 5. (Similiter Persae utuntur formula دست بدست, Schult. animadverss. ad Prov. l. c., et syr. ܐܝܕܐ ܒܐܝܕܐ est *sigillatim*, unus post alium. Eodem pertinet, quod Arabes يد *successionem* interpretantur).

h) יָד לְפֶה *manum ad os* sc. pone i. e. tace, sile (cf. Iob. 21, 5. 29, 9. 39, 34. Mich. 7, 16). Pers. دست بر دهان.

i) שׂוּם יָד עַל רֹאשׁ 2 Sam. 13, 19 nostr. die Hände über dem Kopf zusammenschlagen, gestus graviter lugentis, cf. Jer. 2, 37.

Alias locutiones v. sub verbis מִלֵּא, תָּמַךְ, שָׁלַח, רָפָה, נָשָׂא, נָטָה, מָצָא, תָּקַע cet., et adiectivis חָזָק, רָם.

Cum praepositt. ita, ut nonnunquam propria vis nominis pereat:

aa) בְּיָדִי *α*) *in manu mea,* saepe pro *mecum,* post verba ferendi, ducendi, ut *secum ferre.* 1 Sam. 14, 34: וַיַּגִּשׁוּ כָל הָעָם אִישׁ שׁוֹרוֹ בְּיָדוֹ *et in universo populo quisque taurum suum secum ducebat.* Jer. 38, 10: קַח בְּיָדְךָ מִזֶּה שְׁלֹשִׁים אֲנָשִׁים *tecum abducas hinc triginta viros.* Gen. 32, 14. 35, 4. Num. 31, 49. Deut. 33, 3. 1 Sam. 16, 2. 1 Reg. 10, 29. Quae *mecum* duco, fero, ea possideo: propterea refertur ad possessionem, ut אֵת, עִם, lat. *penes.* Eccl. 5, 13: *gignit filium* וְאֵין בְּיָדוֹ מְאוּמָה *qui nihil habet* (cf. nostr. etwas in der Hand haben, et hebr. יָדִי מָצְאָה דָבָר s. v. מָצָא). Chald. Esr. 7, 25: *sapientia dei tui, quae in manu tua* i. e. qua polles. — *β*) *in manum meam* i. e. in potestatem meam, post verba tradendi Gen. 9, 2. 14. 20. Exod. 4, 21. 2 Sam. 18, 2. Inde צֹאן יָדוֹ grex in manum eius traditus Ps. 95, 7, et eodem referenda sunt verba Jes. 20, 2: *dixit Dominus* בְּיַד יְשַׁעְיָהוּ LXX. *πρὸς Ἡσαΐαν,* videl. revelationem ei traditurus. — *γ*) *per manum meam,* saepe pro *per me, me mediante.* Num. 15, 23: *quaecunque Deus vos iussit* בְּיַד מֹשֶׁה *per Mosen.* 2 Par. 29, 25. 1 Reg. 12, 15. Jer. 37, 2 cet. Saepe post verba mittendi 1 Reg. 2, 25: *et misit rex Salomo* בְּיַד בְּנָיָהוּ. Ex. 4, 13. Prov. 26. 6. 1 Sam. 16, 20. 2 Sam. 12, 25, cf. Act. 11, 30. 15, 23. — *δ*) *ad manum meam*

i. e. *ante me*, *in conspectu meo* i. q. לְפָנַי. (Hoc sensu Arabes frequentant بين يديه inter manus alicuius v. Cor. 2, 256. 3, 2. 20, 109. Schult. Opp. min. p. 29. 30, ad Iob. p. 391, Graeci ἐν χερσίν Apollon. Rhod. 1, 1113, cf. πρὸ χειρῶν nostr. *vorhanden*, διὰ χειρῶν ἔχειν, lat. hostes sunt *in manibus* i. e. in conspectu Caes. bell. gall. 2, 19. Sallust. Iug. 94. Virg. Aen. 11, 311: ante oculos *interque manus* sunt omnia vestras, i. e. πρόχειρά ἐστι). 1 Sam. 21, 14: *dementem se simulabat* בְּיָדָם *in conspectu eorum*. Iob. 15, 23: *novit* כִּי נָכוֹן בְּיָדוֹ יוֹם חֹשֶׁךְ *ei instare diem tenebricosum*.

bb) בֵּין יָדַיִם *inter manus*, in pectore, corpore anteriore. Zach. 13, 6. Cf. בֵּין עֵינַיִם in fronte.

cc) כְּיַד *pro manu*, in formula כְּיַד הַמֶּלֶךְ pro manu regis 1 Reg. 10, 13. Esth. 1, 7. 2, 18 i. e. pro liberalitate regia. Significatur manus regis liberalis, aperta. Minus apte alii: *pro potentia regis*, nam non *vis* et *robur* eius in his spectatur, sed *liberalitas*.

dd) מִיַּד פ׳ *e manu* i. e. potestate *alic.*, frequentatur post verba poscendi Gen. 9, 5. 31, 39. Jes. 1, 12, accipiendi Gen. 33, 19. Num. 5, 25, liberandi Gen. 32, 12. Ex. 18, 9. Num. 35, 25, unde dr. e manu leonis et ursi 1 Sam. 17, 37, canum Ps. 22, 21, gladii Iob. 5, 29, orci Ps. 49, 16. 89, 49, flammae Jes. 47, 14.

ee) עַל יְדֵי פ׳, עַל יַד פ׳ α) *super manum*, *manus* alic., post verba tradendi, mandandi Gen. 42, 37. 1 Sam. 17, 22. 2 Reg. 10, 24. 12, 12. 22, 5. 9. Esr. 1, 8. Sic: tradere עַל יְדֵי חֶרֶב in manus gladii Ps. 63, 11. Jer. 18, 21. Sed in eandem sententiam etiam dr. תַּחַת יַד, יְדֵי פ׳ sub manus alic. Gen. 16, 9. 41, 35. Jes. 3, 6. — β) עַל יַד (Esr. 1, 8), saepius עַל יְדֵי *ad manus alic.* i. e. *manu ducente* aliquo, s. *ductu*, *sub auspiciis* eius (an der Hand jemandes, jemandem zur Hand). 1 Par. 25, 3: עַל יְדֵי אֲבִיהֶם *sub ductu* s. *auspiciis patris eorum*. Comm. 2. 6. 7, 29. (Latine dr. servus *a manu*, *ad manum* esse). Etiam de absente et mortuo, quem ducem sequuntur posteri. 2 Par. 23, 18: עַל יְדֵי דָוִיד *duce Davide*, i. e. secundum Davidem, ex instituto Davidis. Esr. 3, 10. De rebus 2 Par. 29, 27: *coepit cantus cum tubis* עַל יְדֵי כְּלֵי דָוִיד *ad organa* (musica) *Davidis* i. e. sequebatur cantus modos instrumentorum musicorum Davidis. Cf. de hoc idiomate Lud. de Dieu ad Jer. 5, 31, Criticae sacrae p. 240. (Arab. عَلَى يَدِهِ, عَلَى يَدَيْهِ sub auspiciis, curâ eius, quae formula in nummis arabicis de opifice monetario frequentatur). Vide etiam sub no. 5.

ff) לְיַד v. no. 1, litt. g., et no. 5.

Dual. יָדַיִם *utraque manus* corporis humani, etiam pro plurali Iob. 4, 3. Prov. 6, 17. Jes. 13, 7.

2) Plur. יָדוֹת *manus artefactae*, etiam *de rebus*, *quae manuum speciem referunt*, a) *cardines* asserum (Zapfen) Exod. 26, 17. 19. 36, 22. 24. b) *axes* rotae 1 Reg. 7, 32. 33. De discrimine inter dualem et pluralem fem. in substantivis membra designantibus v. Lgb. 540. (Arab. يَدٌ manubrium, ut molae, securis, syr. plur. ܐܝܕܘܬܐ manubria, cardines). Cf. כַּפּוֹת.

3) Quandoquidem manus sedes est roboris, metaph. *potestas*, *robur* (ita quidem ut propria vc. vis plerumque pereat, cf. supra 1, dd). בְּיַד cum vi, robore. Jes. 28, 2. יַד אֵל potentia Dei Iob. 27, 11. Ps. 76, 6: *cunctique viri fortes non inveniebant* יְדֵיהֶם *manus suas* i. e. robore se destitutos videbant. (Vicissim in vita Tim. 1, 44: *in-*

venerunt manum et latus eorum, i. e. promtam habuerunt omnem vim eorum). De uno egregio facinore Ex. 14, 31 (cf. *manus* Virg. Aen. 6, 688). Spec. *praesidium, auxilium* Deut. 32, 36: אָזְלַת יָד *evanuit auxilium.* (Sic arab. يَد الصبا vis Euri, لا يَد لك به nihil vales in ea re, syr. ܐܝܕܐ ܕܪܘܡܝܐ potestas Romanorum, pers. دست potentia). De *manu brevi* et *longa* v. sub verbo קָצַר.

4) Manu verberant, hinc *plaga*. Iob. 20, 22: כָּל־יַד עָמֵל תְּבֹאֶנּוּ *omnis plaga aerumnosi invadit eum*, quaecunque aerumnosos invadere solet. (Cf. lat. *manus* pro ictu, in re gladiatoria).

5) *latus*, pr. de utroque latere hominis, ubi sunt manus et brachia (cf. lat. ad dextram, sinistram manum, ad hanc manum Terent. Ad. 4, 2, 31). Hinc Dual. יָדַיִם pr. utrumque latus, maxime in formula רְחַב יָדַיִם *latus* (a, um) *utrinque* i. e. longus et latus, late patens Gen. 34, 21. Ps. 104, 25. Jes. 33, 21 cet. In Sing. de latere i. e. *ripa* fluvii Ex. 2, 5. Deut. 2, 37 (syr. ܡܢ ܓܒܐ littus). Cum Praepositt. לְיַד 1 Sam. 19, 3. 1 Paral. 18, 17. 23, 28. Prov. 8, 3, בְּעַד יַד 1 Sam. 4, 18, אֶל יַד 2 Sam. 14, 30. 18, 4, עַל יַד Jos. 15, 46. 2 Sam. 15, 2. 2 Paralip. 17, 15. 31, 15. Job. 1, 14. Neh. 3, 2 sq., עַל יְדֵי Num. 34, 3. Iud. 11, 26, *ad latus, iuxta* (syr. ܡܢ ܓܒ iuxta). 1 Par. 6, 16: אֲשֶׁר הֶעֱמִיד דָּוִיד עַל יְדֵי שִׁיר בֵּית יְהוָה *quos constituit Davides apud cantum templi*, plane ut nostrum: er stellte ihn an bey dem Gesange. Plura de particula עַל יְדֵי vide no. 1, cc. — Plur. יָדוֹת latera a) solii regii, *brachia* dicas, *fulcra lateralia* 1 Reg. 10, 19. b) *prominentiae laterales* basium ibid. 7, 35. 36.

6) *locus* Deut. 23, 13. Num. 2, 17: אִישׁ עַל יָדוֹ *quisque suo loco*. Jes. 56, 5 (cf. no. 8). 57, 8: יָד חָזִית *locum eligis tibi*. Ez. 21, 24. Dual. id. Jos. 8, 20: לֹא הָיָה בָהֶם יָדַיִם לָנוּס *non erat iis locus ad fugiendum.*

7) *pars* (fort. pr. manipulus, pars rei capienda inter dividendum). Jer. 6, 3. Dan. 12, 7. Plur. יָדוֹת 2 Reg. 11, 7: וּשְׁתֵּי הַיָּדוֹת בָּכֶם *et duae partes vestrum*, opp. tertia pars. Gen. 47, 24: אַרְבַּע הַיָּדוֹת *quatuor partes*, opp. חֲמִישִׁית quinta pars. Neh. 11, 1. (Cf. פֶּה). Etiam hoc contextu Dan. 1, 20: *et invenit eos* עֶשֶׂר יָדוֹת עַל כָּל־הַחַרְטֻמִּים *decem partibus* i. e. decies *sapientiores omnibus magis*. Gen. 43, 33. 2 Sam. 19, 44.

8) *monumentum* i. q. שֵׁם (quia *manu* monstratur et *indicatur*), victoriae 1 Sam. 15, 12, sepulcrale 2 Sam. 18, 18. Jes. 56, 5: *dabo iis in moenibus meis* יָד וָשֵׁם *monumentum* (l. portionem) *et nomen.* Ab hac monumenti appellatione in lingua hebraea non alienum videtur, quod cippis antiquis *manum elatam cum brachio* insculptam videmus. V. Hamackeri diatribe de monumentis Punicis (Humbertianis, Lugduni asservatis) p. 20, et Reuvensii ad eadem animadverss. p. 5 sq.

De *Duali* vide no. 1. 3. 5. 6. De *Plurali* יָדוֹת no. 2. 5. 7.

יַד chald. st. emph. יְדָא Dan. 5, 5. 24, c. suff. יְדֵהּ, יְדָךְ, יְדְהֹם Esr. 5, 8. Dual. יְדַיִן Dan. 2, 34. 45 i. q. hebr. יָד *manus*. מִן יַד *e manu* i. e. potestate, post verbum liberandi (cf. hebr. מִיַּד) v. c. e manu leonum Dan. 6, 28. Ad Esr. 7, 14. 25 cf. hebr. no. 1, aa.

יְדָא chald. i. q. hebr. יָדָה.

Aph. laudavit (Deum). Part. מְהוֹדֵא Dan. 2, 23, contr. מוֹדֵא 6, 11.

יְדַאֲלָה (quod Deus monstravit, pro יְדַלְלָה, flexione Syr. a ܕܠ monstravit)

n. pr. oppidi tribus Sebulon. Jos. 19, 15.

יִדְבָּשׁ (fort. mellitus, cf. דְּבַשׁ) n. pr. m. 1 Chr. 4, 3.

I. יָדַד i. q. יָדָה *iecit, proiecit,* ut sortem. Praet. plur. יַדּוּ Joël. 4, 3. Nah. 3, 10. Obad. 11.

II. יָדַד i. q. דּוּד *dilexit.* Arab. وَدَّ.

Inde sunt יָדִיד dilectus, יְדִידוּת deliciae et nomm. propr. יְדִידְיָה, יִדּוֹ, מֵידָד.

יָדָה *iecit,* i. q. יָדַד no. I., vic. est הָדָה. Aeth. ወደየ: id. Imp. יְדוּ Jer. 50, 14.

Pi. i. q. Kal, *proiecit,* ut lapides. Fut. וַיַּדּוּ pro וַיְיַדּוּ Thren. 3, 53. Inf. יַדּוֹת Zach. 2, 4.

Hiph. הוֹדָה fut. יוֹדֶה nonnunquam יְהוֹדֶה Ps. 28, 7. 45, 18. Neh. 11, 17 1) *professus est, confessus est,* nescio an pr. extensa manu *monstravit, indicavit,* a notione manus proiectae i. e. extensae (v. Kal, cf. שָׁלַח יָד et יָרָה Kal et Hiph. iecit, dein manu extensa monstravit). (Arab. وَدَى Conj. X. Syr. Aph. id.). Constr. sq. acc. Prov. 28, 13, et sq. עַל (de) Ps. 32, 5. 2) *gratias egit, laudavit, celebravit,* quandoquidem agnitionem beneficii facile sequitur gratiarum actio et beneficiorum celebratio, sq. acc. Gen. 29, 35. 49, 8. Ps. 7, 18. 30, 13, et לְ pers. Ps. 75, 2. 1 Par. 29, 13. Esr. 3, 11. הוֹדָה שֵׁם יְי celebravit nomen Jehovae 1 Reg. 8, 33. Ps. 54, 8, לְשֵׁם יְי id. 106, 47. 122, 4.

Hithpa. הִתְוַדָּה (assumto Waw pro Jod) i. q. Hiph. 1). *confessus est* (pr. *de se* confessus est, se ipsum reum indicavit. Aethiop. አስተዋደየ: accusavit, crimini dedit, pr., ni fallor, *obiecit,* nostr. vorwerfen, a iaciendi potestate, ውደት: accusatio, Vor*wurf*). Dan. 9, 4, sq. acc. rei Lev. 5, 5. 16, 21. 26, 40, עַל rei Neh. 1, 6. 9, 2. 2) *laudavit, celebravit,* sq. לְ 2 Chr. 30, 2.

Nomm. derivata: הֻיְּדוֹת, תּוֹדָה, it. nomm. pr. יְהוּדָה, יְדָיָה, יְדוּתוּן, et quae ab hoc denuo proficiscuntur הִתְיַהֵד, יְהוּדִית, יְהוּדִי, יְהוּד.

יִדּוֹ (pro יָדוֹן amans, amori deditus) n. pr. m. 1) 1 Chr. 27, 21. 2) Esr. 10, 42.

יָדוֹן (iudex) n. pr. m. Neh. 3, 7.

יַדּוּעַ (notus) n. pr. m. 1) Neh. 10, 22. 2) 12, 11. 22.

יְדוּתוּן, יְדֻתוּן et **יְדִיתוּן** 1 Par. 16, 38 (laudans, celebrans, a nomine obsoleto יְדוּת laudatio, rad. יָדָה Hi. laudavit, addita terminatione וּן) n. pr. viri Levitae, qui a Davide choro musico praefectus erat. 1 Chr. 9, 16. 16, 38. 41. 42. 25, 1, it. posterorum eius, qui et ipsi arti musicae operam dabant 2 Chr. 35, 15. Neh. 11, 17. Ps. 39, 1. 62, 1. 77, 1.

יַדַּי n. pr. Esr. 10, 42 Keri.

יָדִיד (a rad. יָדַד no. II) m. 1) *dilectus, amicus.* Jes. 5, 1. יְדִיד יְהוָֹה a Domino dilectus Ps. 127, 2, de Benjamino Deut. 33, 12, in Plur. de Israelitis. Ps. 60, 7. 108, 7. 2) *suavis, iucundus.* Ps, 84, 2. Plur. יְדִידוֹת suavitates. Ps. 45, 2: שִׁיר יְדִידוֹת *carmen suave.* Al. carmen amorum, inde epithalamium. (Syr. ܝܕܝܕܐ dilectus).

יְדִידָה (dilecta) n. pr. matris regis Josiae. 2 Reg. 22, 1.

יְדִידוּת f. *deliciae, id quod amatur* Jer. 12, 7.

יְדִידְיָה (deliciae Jehovae) cognomen Salomoni recens nato a Nathane propheta inditum. 2 Sam. 12, 25.

יְדָיָה (quem *Jehova monstravit*) n. pr. m. 1) 1 Chr. 4, 37. 2) Neh. 3, 10.

יְדִיעֲאֵל (a Deo cognitus) n. pr. filii Benjamini. 1 Chr. 7, 6. 10. 11.

יְדִיתוּן v. יְדוּתוּן.

יִדְלָף (lacrimans) n. pr. filii Nahori. Gen. 22, 22.

יָדַע fut. יֵדַע, semel יִידַע (v. Lgb. 389) inf. absol. יָדוֹעַ, cstr. דַּעַת plane respondet gr. *οἶδα*, *vidit*, et propterea *animadvertit*, *expertus est*, *novit*, *scivit*. Complectitur enim actionem et inchoatam, das *Kennenlernen*, *Erfahren*, et finitam, das *Kennen*, *Wissen*, *Weiseseyn*. (Latissime patet hoc thema in linguis indo-germanicis tum videndi tum sciendi significatu, ut sanscr. *wid*, *budh*, zend. *weedem*, gr. *εἴδω*, *ἴδω*, *οἶδα*, *δαέω*, lat. *video*, goth. *vitan*, angl. *weet*, nostr. *weten*, *wissen*, *weise*, adeo in linguis slavicis, ut polon. *widze* video, bohem. *wedeti* videre). Propriam potestatem habes in his fere exemplis Ex. 2, 4: *et soror stabat a longinquo* לְדֵעָה מַה יֵּעָשֶׂה לוֹ *ad videndum*, *quid ei eveniret*. 1 Sam. 22, 3. Adde Jes. 6, 9: רְאוּ רָאוֹ וְאַל תֵּדָעוּ *videbitis*, *et nihil animadvertetis* (in altero membro: audietis et non intelligetis). יָדַע igitur significat id, quod visum sequitur, nisi quis aut sensibus et mente caret, aut obfirmato est animo. Ut singula persequamur, est igitur

1) *animadvertit* (*wahrnehmen*, *gewahr werden*), tum oculis (Jes. 6, 9), tum tactu Gen. 19, 33, plerumque mente, hinc *intellexit* Iud. 13, 21, addito עִם לֵבָב Deut. 8, 5. Sq. בְּ rei, ex qua aliquid intelligitur Gen. 15, 8: בַּמָּה אֵדַע *unde intelligam?* 24, 14. Ex. 7, 17.

2) *rescivit*, tum videndo (v. Ex. 2, 4. 1 Sam. 22, 3), tum audiendo Gen. 9, 24. Deut. 11, 2. Neh. 13, 10, tum *re ipsa expertus est* Iob. 5, 25. Eccl. 8, 7. Ita saepe in minis (nostr. *du wirst es schon gewahr werden*, *erfahren*, *fühlen*, lat. *tu ipse videbis*, *senties*). Hos. 9, 7: יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל *videbunt Israëlitae*. Iob. 21, 19: יְשַׁלֵּם אֵלָיו וְיֵדָע *ei retribuat* Deus, *ut videat*. Ex. 6, 7: *et intelligetis*, *me esse Jehovam*, *deum vestrum*. Ez. 6, 7. 13. 7, 4. 9. 11, 10. Jes. 5, 19. 9, 8. Ps. 14, 4. (In Corano crebra est formula سوف يعلمون tunc intelligent, v. c. 26, 48, v. Schult. Opp. min. ad Iob. 21, 19).

3) *cognovit* aliquem (kennen lernen) Deut. 9, 24, aliquid (terram) Num. 14, 31. Saepe de familiaritate et consuetudine sexuum per euphemismum, a) de viro: cognovit mulierem i. e. *concubuit* cum ea Gen. 4, 17. 25. 1 Sam. 1, 19 cet., adeo de turpi cum pueris concubitu Gen. 19, 5. (Frequentant hunc euphemismum in verbis cognoscendi etiam aliae linguae, tum orientales, tum occidentales, v. syr. ܝܕܰܥ, arab. رأى, عرف, aethiop. አእመረ: gr. *γινώσκω* v. Fesselii adv. s. 2, 14, Pfochenius de purit. styli N. T. p. 10, lat. *cognosco* Justin 5, 2, adeoque ital. et gall. *conoscere*, *connoître*, quamquam haec fortasse ex usu S. S. repetita sunt). — b) de muliere: יָדְעָה אִישׁ *experta est virum* Gen. 19, 8. Iud. 11, 39, plenius יֹדַעַת אִישׁ לְמִשְׁכַּב זָכָר Num. 31, 17. Cf. Ovid. Heroid. 6, 133: turpiter illa virum *cognovit* adultera virgo.

4) *novit* aliquem, c. acc. pers. Gen. 29, 5. Jes. 1, 5, rei Gen. 30, 29. יָדַע בְּשֵׁם novit al. nomine Ex. 33, 12. 17, יָדַע פָּנִים אֶל פָּנִים novit de facie Deut. 34, 10. Part. act. plur. יֹדְעַי *cognoscentes me* (meine Bekannten) Iob. 19, 13. Part. pass. יָדוּעַ *notus*, sq. לְ Deut. 1, 13: *viri* יְדֻעִים לְשִׁבְטֵיכֶם *qui noti sunt tribubus vestris*, omisso dativo comm. 15. Jes. 53, 3: יְדוּעַ חֹלִי *notus morbo* (dat.) i. e. be-

kannt, vertraut mit Krankheit, pro pedestri יְדוּעַ לְחֹלִי, sec. alios: *notus morbo* (abl.), i. e. morbis et calamitatibus perpessis insignitus, insigne exemplum hominis calamitatibus afflicti. (Cf. syr. ܝܕܝܥܐ notus, illustris).

5) *scivit* aliquid, c. acc., ut יָדַע בִּינָה (v. בִּינָה), יָדַע דַּעַת scivit scientiam (scientia, prudentia polluit) Prov. 17, 27 cet.; sq. praepos. בְּ (nostr. um etwas wissen) Gen. 19, 33. 35. 1 Sam. 22, 13. Jer. 38, 24, עַל Iob. 37, 16; sq. inf. nudo Jer. 1, 6. 1 Sam. 16, 18; gerundio Eccl. 4, 13. 10, 15; verbo finito Iob. 32, 22: לֹא יָדַעְתִּי אֲכַנֶּה *nescio adulari*. 23, 3. 1 Sam. 16, 16. Nehem. 10, 29; conj. כִּי Gen. 3, 5, etiam integra sententia Gen. 43, 22: *nescimus* מִי שָׂם *quis posuerit* cet. Potest etiam, ut post verba dicendi, accusativus obiecti plane omitti, Cant. 1, 8: אִם לֹא תֵדְעִי לָךְ ut lat. *si nescis*, wenn du *es* nicht weiſst; לָךְ in his verbis redundat, ut Iob. 5, 27. Spec. nota formulas: a) מִי יוֹדֵעַ *quis scit* sq. fut. 2 Sam. 12, 22. Joël 2, 14. Jon. 3, 9, plenius מִי יוֹדֵעַ אִם Esth. 4, 14 *quis scit an*, i. q. lat. *nescio an, haud scio an*, pro *fortasse* (cf. אִם B, 2). De Prov. 24, 22 v. no. 6. b) יָדַע טוֹב וָרָע *scire*, quid *bonum et malum* sit Gen. 3, 5. 22. i. e. prudentem esse, sapere, unde עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע ib. 2, 17 arbor sapientiae. Propterea *non scire bonum et malum* dicuntur et pueri tenelli Deut. 1, 39 cf. Jes. 7, 15, et senes decrepiti, qui ad infantiam quasi redierunt 2 Sam. 19, 36. Vide Hom. Od. 18, 223: *οἶδα ἕκαστα, ἐσθλά τε καὶ χέρεια, πάρος δέ τε νήπιος ἦα.*

6) *praevidit, opinatus est* aliquid. Ps. 35, 8: *pernicies eum invadat* לֹא יֵדָע *non opinantem* i. e. inopinato. Iob. 9, 5: deus *transfert montes* וְלֹא יָדָעוּ pr. non opinatos i. e. inopinato, subito. (Cor. 16, 28: *evertit eos deus* ولا يشعرون *non opinantes*. Locm. fab. 28). Cant. 6, 12: לֹא יָדַעְתִּי נַפְשִׁי שָׂמַתְנִי וגו׳ *me non opinantem animus meus transferebat* i. e. inopinato me translatum videbam. Jer. 50, 24. Sic מִי יוֹדֵעַ quis praevidet i. e. nemo praevidet, pro *subito, inopinato* Prov. 24, 22, parall. פִּתְאֹם.

7) Saepe est voluntatis: *animum advertit ad aliquid, providit, curavit*, nostr. nach etwas sehen. Gen. 39, 6: לֹא יָדַע מְאוּמָה *nihil curavit* rerum suarum. Prov. 9, 13. 27, 23. Iob. 9, 21 (opp. מָאַס). Iob. 34, 4: נֵדְעָה בֵינֵינוּ מַה־טּוֹב *videamus inter nos, quid bonum sit?* i. e. animum advertamus, scrutemur. In altero hemistichio נִבְחֲרָה. Sq. בְּ Iob. 35, 15: לֹא יָדַע בַּפַּשׁ *non curat iniquitatem*. Spec. dr. a) de deo animum advertente ad homines, eos (prae caeteris) curante. Ps. 144, 3. Neh. 1, 7, sq. מִן Am. 3, 2: *te solum curo ex omnibus gentibus terrae*. Gen. 18, 19: יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *eum* (Abrahamum) *curavi*, elegi, eius respectum habui, *ut iubeat* cet. Cf. Ps. 1, 6. — b) de hominibus deum curantibus, colentibus. Hos. 8, 2. 13, 4. Ps. 36, 11. 9, 11: יֹדְעֵי שְׁמֶךָ *curantes* i. e. colentes *nomen tuum*. Iob. 18, 21: (אֲשֶׁר) לֹא יָדַע אֵל *qui deum non curat*, atheus. 1 Sam. 2, 12.

8) absol. *sapuit* Ps. 73, 22. Jes. 32, 4. 44, 9. 18. 45, 20. 56, 10. Part. יֹדְעִים i. q. חֲכָמִים Iob. 34, 2. Eccles. 9, 11. Inde דַּעַת sapientia q. v.

Niph. נוֹדַע 1) *cognitus est, innotuit, notus est*, de personis Ps. 76, 2. Prov. 31, 23, de rebus Ex. 2, 14. Lev. 4, 14. Ps. 9, 17. Sq. לְ personae: alicui notum est. 1 Sam. 6, 3. Ruth 3, 3. Esth. 2, 22. — Gen. 41, 21: וְלֹא נוֹדַע כִּי־בָאוּ אֶל־קִרְבֶּנָה *neque animadversum est* (apparuit), *eas in viscera*

(ventrem) *earum intrasse* (demissas esse). 2) pass. Hiph. no. 2. *edoctus est experientia* i. e. *poenas dedit*, cf. Kal no. 2. Prov. 10, 9: מְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו יִוָּדֵעַ *qui perverse vivit, edocebitur*, poenas dabit. Jer. 31, 19: אַחֲרֵי הִוָּדְעִי *postquam experientia edoctus sum.* Bene Luth.: nachdem ich gewitzigt bin.

Pi. causat. *scire fecit, indicavit* alicui aliquid, c. duobus accusatt. Iob. 38, 12. *Pu.* part. מְיֻדָּע *notus*, c. Suff. מְיֻדָּעִי notus meus Ps. 31, 12. 55, 14. 88, 9. 19. Fem. *notum*. Jes. 12, 5 Chethibh.

Po. יוֹדַע i. q. *Pi. indicavit*, c. acc. pers. 1 Sam. 21, 3. Sed vide sitne ibi legendum הוֹעַדְתִּי pro יוֹדַעְתִּי.

Hiph. הוֹדִיעַ (imp. הוֹדַע) 1) aliquem *certiorem fecit* de al. re, *indicavit* alicui aliquid, a) sq. duplici acc. Gen. 41, 39. Ex. 33, 12. 13. Ez. 20, 11. 22, 2. Minando dictum est 1 Sam. 14 12: נוֹדִיעָה אֶתְכֶם דָּבָר *monstrabimus vobis hanc rem.* b) sq. acc. rei, et dat. pers. Ex. 18, 20. Deut. 4, 9. Ps. 145, 12. Neh. 9, 14. c) sq. acc. pers. et integra sententia Jos. 4, 22. 1 Reg. 1, 27. d) sq. acc. rei. Ps. 77, 15. 98, 2. Iob. 26, 3. — 2) *edocuit*, sq. acc. pers. Iob. 38, 3. 40, 7. 42, 4, dat. Prov. 9, 9, spec. experientia, l. poenis edocuit aliquem, punivit eum. Cf. Kal no. 2. Iud. 8, 16: (sumsit) *spinas silvestres deserti et tribulos* וַיֹּדַע בָּהֶם אֵת אַנְשֵׁי סֻכּוֹת *et punivit iis incolas oppidi Succoth,* nimirum spinis impositos tribulis ferreis comminuens (v. דּוּשׁ). LXX. Vulg. ἠλόησεν, *contrivit* ex hebraeo וַיָּדָשׁ, quod ad hunc contextum nobis aptius videtur, quam scriptura vulgaris.

Hoph. הוּדַע *notum factum est, innotuit.* Lev. 4, 23. 28. Part. מוּדַעַת Jes. 12, 5 Keri.

Hithp. הִתְוַדַּע *notum se fecit, se agnoscendum praebuit*, Gen. 45, 1; *revelavit se* Num. 12, 6, sq. אֶל.

Derivv. דַּעַת, דֵּעָה, דֵּעַ, יִדְּעֹנִי, מוֹדַעַת, מוֹדָע, מַדּוּעַ, מַדָּע, et nomm. pr. יָדָע, יְדַעְיָה, יַדּוּעַ, יְדִיעֲאֵל.

יְדַע chald. fut. יִנְדַּע Dan. 2, 9. 30. 4, 14 i. q. hebr. spec. 1) *animadvertit, intellexit* Dan. 2, 8. 5, 23. 2) *rescivit, cognovit* 4, 6. 6, 11. 3) *scivit, novit* 5, 22. Part. pass. יְדִיעַ לֶהֱוֵא לְמַלְכָּא notum sit regi. Esr. 4, 12. 13.

Aph. הוֹדַע fut. יְהוֹדַע, part. מְהוֹדַע *notum fecit, indicavit*, sq. dat. pers. Dan. 2, 15. 17. 28; c. suff. Dan. 2, 23. 29. 4, 15. 5, 15. 16. 17. 7, 16.

Derivv. מַנְדַּע.

יָדָע (sapiens) n. pr. m. 1 Chr. 2, 28. 32.

יְדַעְיָה (quem Jehova curavit) n. pr. m. 1 Chr. 9, 10. 24, 7, cf. Zach. 6, 10. 14.

יִדְּעֹנִי m. pl. יִדְּעֹנִים 1) pr. sciens, sapiens, inde *vates, hariolus*, ubique in malam partem de prophetis falsis Lev. 19, 31. 20, 6. Deut. 18, 11. 1 Sam. 28, 3. 9 (cf. عَالِمٌ propr. sciens, magus, ut nostr. weiser Mann, kluge Frau, de hariolis plebeculae verba dantibus). 2) *spiritus fatidicus, python*, quo instructi esse credebantur hi praestigiatores. Lev. 20, 27 cf. אוֹב.

יָהּ vc. decurtatum ex יְהוָֹה, vel potius ex antiquiori pronuntiatione יַהְוֶה vel יַהְוָה, unde per apocopen יָהוּ (ut יִשְׁתַּחוּ pro יִשְׁתַּחֲוֶה) dein abiecto ו tono carente יָהּ, Lgb. 157. Utraque haec forma promiscue adhibetur in fine multorum nomm. pr., ut יִרְמְיָהוּ et יִרְמְיָה, אֵלִיָּהוּ et אֵלִיָּה, יְשַׁעְיָהוּ et יְשַׁעְיָה, ita quidem, ut littera finalis ubique raphata sit. יָהּ maxime frequentatur in formulis solennibus, ut

הַלְלוּ־יָהּ *celebrate Jehovam!* Ps. 104, 35. 105, 45. 106, 1. 48. 111, 1. 112, 1. 113, 1 all. Praeterea e. g. Ps. 89, 9. 94, 7. 12. Jes. 38, 11. Ex. 15, 2: עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *gloria mea et carmen* meum *est Jehova.* Ps. 118, 14. Jes. 12, 2. Ps. 68, 5: בְּיָהּ שְׁמוֹ *Jah est nomen eius* (cf. בְּ litt. ב). 26, 4. (Retinuerunt hoc vc. etiam Syri in paucis formulis doxologicis, ut ܫܘܒܚܐ ܠܝܗ Jehovae gloria, Assem. bibl. orient. II, 230. III, 579).

יָהַב rad. apud Hebraeos rara et defectiva, Chaldaeis, Syris, Arabibus et Aethiopibus (יְהַב, ܝܗܒ, وهب, ወሀበ፡) usitatissima, i. q. נָתַן *dedit, posuit.* Semel in Praet. Ps. 55, 23: הַשְׁלֵךְ עַל־יְהוָה יְהָבְךָ *committe Deo* id quod *tibi dedit s. imposuit* i. e. sortem tuam, pro אֲשֶׁר יָהַב לְךָ. Persona, cui datur, post verba dandi saepe pronomine suffixo exprimitur, v. נְתַתָּנִי Jos. 15, 19, cf. arab. أعطى, ناول, adeoque وهب c. dupl. acc. pers. et rei, quanquam haec structura Grammaticis minus probatur. (Aliis יְהָב h. l. est subst. onus, molestia). Praeterea in solo imp. הַב (Prov. 30, 15), saepe c. He parag. הָבָה, f. הָבִי (Ruth 3, 15) pl. הָבוּ 1) *da, cedo,* pl. *date.* Gen. 29, 21. Iob. 6, 22. 2 Sam. 16, 20: הָבוּ לָכֶם עֵצָה *date consilium!* 2) *pone,* pl. *ponite.* 2 Sam. 11, 15. Deut. 1, 13: הָבוּ לָכֶם אֲנָשִׁים *constituite vobis viros.* Jos. 18, 4. 3) adv. hortandi *age, agedum!* pl. *agite.* Gen. 11, 3. 4. 7. 38, 16. Ex. 1, 9. (Arab. هَبْ da, concede). — De הַבוּ Hos. 4, 18, v. ind. analyt.

Deriv. הַבְהָבִים.

יְהַב (Dan. 2, 21. 3, 28) imp. הַב Dan. 5, 17, part. act. יָהֵב, pass. יְהִיב, praet. pass. יְהִיבַת, יְהִיבוּ Dan. 7, 11. 12. Esr. 5, 14 (fut. et inf. repetuntur a נְתַן, cf. syr. ܝܗܒ, fut. ܢܬܠ a ܢܬܠ = נְתַן. chald. i. q. hebr. 1) *dedit.* Dan. 2, 37. 38. 48; tradidit, obiecit. Dan. 3, 28. 7, 11. — 2) *posuit, iecit* (fundamentum). Esr. 5, 16.

Ithpe. אִתְיְהֵב fut. יִתְיְהֵב, part. מִתְיְהֵב *datus, traditus est.* Dan. 4, 13. 7, 25 cet.

יָהַד verbum secundarium, denom. a יְהוּד.

Hithp. הִתְיַהֵד pr. *Judaeum se fecit,* i. e. religionem Judaicam amplexus est. Esth. 8, 17. Littera Jod, in nomine illo servilis, abiit in radicalem, ut in קָשְׁתְּ a קוֹשׁ, ab illo denuo ܩܫܬ; بسمل a بسم الله; vide huius generis plura ap. Reiskium ad Abulf. Ann. II, 510.

יָהְדַי (pro יְהֹדָיָה quem *dirigit Jova,* a הָדָה) n. pr. m. 1 Chr. 2, 47.

יֵהוּא *Jehu* n. pr. (fort. i. q. יְהוֹהוּא *Jehova est Ille,* ut יֵשׁוּעַ pro יְהוֹשׁוּעַ) 1) regis Israëlitarum, qui exstirpata Ahabi dynastia 884 — 56 a Chr. imperium tenebat, viri idololatriae valde infesti, sed crudelissimi. 2 Reg. cap. 9 et 10. 2) prophetae tempore Baësae in Samariae regno degentis 1 Reg. 16, 1. 2 Chr. 19, 2. 20, 34. 3) aliorum virorum parum celebrium.

יְהוֹאָחָז m. (quem *Jehova prehendit*) n. pr. 1) regis Israëlis 856 — 840 a. Chr., filii Jehu. 2 Reg. 13, 1 — 9. 2) regis Judae a. 611 a. Chr., filii Josiae. 2 Reg. 23, 31 — 35. 2 Chr. 36, 1. Scribitur etiam יוֹאָחָז. LXX Ἰωαχάς.

יְהוֹאָשׁ (quem *Jehova donavit,* אָשׁ prob. a rad. inusit. אוּשׁ, أَسَّ donavit) n. pr. 1) regis Judae 877 — 38 a. Chr., filii Ahasjae. 2 Reg. 12, 1. 14, 13, quod etiam יוֹאָשׁ scribunt, ibid. 11, 2. 12, 20.

2) regis Israëlitarum 840—25 a. Chr., filii Joahas. 2 Reg. 13, 10—25, quod itidem contr. יוֹאָשׁ scribitur ibid. V. 9. LXX Ἰωάς.

יְהוּד chald. i. q. יְהוּדָה *terra Judae, Judaea.* (Arab. يهود, هود coll. Judaei). Dan. 2, 25: בְּנֵי גָלוּתָא דִּי יְהוּד *captivi Judaeae.* 5, 13. 6, 14. Esr. 5, 1. 8.

יְהוּדָה (verbale fut. Hoph. *celebratus*, cf. Gen. 49, 6) n. pr. *Juda,* quod gessit 1) quartus Jacobi filius Gen. 29, 35. 35, 23, et tribus ab eo orta (בְּנֵי יְהוּדָה) Num. 7, 12. Jos. 11, 21 cet., cuius fines Jos. 15 describuntur. הַר יְהוּדָה montana Judae, vid. הַר pag. 285. Post regnum divisum huius tribus nomen alteri regno inditum, quod Judaeos et Benjaminitas cum aliqua Simeonitarum et Danitarum parte complectens Hierosolymam metropolim habebat; altero vel יִשְׂרָאֵל vocato vel (maxime in prophetarum scriptis) אֶפְרַיִם. אַדְמַת יְהוּדָה terra Judae, regnum Judaicum. Jes. 19, 17. עִיר יְהוּדָה urbs (primaria) Judaeae i. e. Hierosolyma 2 Chr. 25, 28 i. q. עִיר דָּוִד 2 Reg. 14, 20. Post decem tribus deportatas et post exilium babylonicum dr. de tota terra israëlitica Hagg. 1, 1, 14. 2, 2. Ubi terra (Judaea) significatur, יְהוּדָה est fem. Ps. 114, 2, ubi populus (Judaei) m. Jes. 3, 8. Idem gerebant

2) alii homines obscuriores a) Neh. 11, 9. b) Esr. 3, 9. Neh. 12, 8. c) Neh. 12, 34. d) ib. V. 36.

יְהוּדִי plur. יְהוּדִים, passim יהודיים Esth. 4, 7. 8, 1. 7. 13. 9, 15. 18 in Chethibh, 1) n. gent. *Judaeus,* a) civis regni Judaici 2 Reg. 16, 6. 25, 25. b) in recentiore Hebraismo post decem tribuum deportationem quilibet *Israëlita*, Jer. 32, 12. 38, 19. 40, 11. 43, 9, impr. 34, 9 (syn. עִבְרִי). Neh. 1, 2. 3, 33. 4, 6. Esth. 2, 5. 3, 4. 5, 13. Fem. יְהוּדִיָּה 1 Par. 4, 18. 2) n. pr. m. Jer. 36, 14. 21.

יְהוּדִי chald. *Judaeus*, nonnisi plur. יְהוּדָאִין, st. emphat. יְהוּדָאֵי Dan. 3, 8. 12. Esr. 4, 12. 5, 1. 5.

יְהוּדִית f. 1) fem. n. gent. יְהוּדִי adv. *judaice, linguâ judaicâ* 2 Reg. 18, 26. Neh. 13, 24. 2) n. pr. *Judith*, Esavi mulier. Gen. 26, 34.

יְהֹוָה n. propr. summi numinis (הָאֱלֹהִים) apud Hebraeos. Hebraei recentiores, sed nonnullis iam a. Chr. seculis, vel falsa quarundam legum (Exod. 20, 7. Lev. 24, 11) interpretatione seducti vel veterem quandam superstitionem sectantes hoc nomen adeo sacrosanctum habebant, ut vel pronunciationem eius religioni sibi ducerent (v. Philonis vit. Mosis T. III. p. 519. 529). Ubicunque igitur in contextu sacro nomen tetragrammaton (הַשֵּׁם, שֵׁם הַמְפֹרָשׁ) legebatur, pro eo אֲדֹנָי efferre, eamque ob causam vocales nominis אֲדֹנָי more in lectionibus masorethicis recepto quattuor litteris יהוה substernere solebant; ita tamen, ut Jod initiale Schwa simplici, non composito, muniretur (יְהֹוָה, non יֲהֹוָה), praefixa tamen eadem reciperent puncta, ac si sequeretur אֲדֹנָי, nimirum מֵיְהֹוָה, בַּיהֹוָה, לַיהֹוָה. Hanc consuetudinem iam LXX interpretum aetate invaluisse, ex eo constat, quod hi ubique יהוה reddunt ὁ Κύριος (אֲדֹנָי): eandemque Samaritani sequebantur, ita tamen ut pro יהוה efferrent שִׁימָא (i. q. הַשֵּׁם). Ubi in textu est אדני יהוה, ne bis repetatur *Adonai*, Judaei efferunt אֲדֹנָי אֱלֹהִים, et scribunt אֲדֹנָי יֱהֹוִה.

Ex his quum appareat, vc. יְהֹוָה non suis, sed alienis vocalibus munitum esse, quaerendum, quae tandem sint verae et genuinae eius vocales? Ac plerique יַהְוֹה pronuntiandum esse censent (ad ana-

logiam (יַעֲקֹב, פַּרְעֹה), recte provocantes ad auctoritatem nonnullorum scriptorum vett., Hebraeorum deum *ΙΑΩ* appellatum esse tradentium (Diod. 1, 94: *ἱστοροῦσι .... τοὺς νόμους διδόναι — παρὰ δὲ τοὺς Ἰουδαίους Μωσῆν τὸν ΙΑΩ ἐπικαλούμενον θεόν.* Macrob. Sat. 1, 18. Hesych. v. *Ὀζείας*, intp. ad Clem. Alex. Strom. V, p. 666. Theod. quaest. 15 ad Exod.: *καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται ΙΑΒΕ* [יַהְוֶה] *Ἰουδαῖοι δὲ ΙΑΩ*), cui accedit, quod eadem haec forma in Gnosticorum aegyptiorum gemmis tanquam Dei nomen conspicua est (Iren. adv. haeres. 1, 34. II, 26. Bellermann über die Gemmen der Alten mit dem Abraxasbilde I. II.). Non magnopere abludit *ΙΕΥΩ* Philonis Byblii ap. Euseb. praep. evang. 1, 9, et *ΙΑΟΥ* [יָהוּ] ap. Clem. Al. Stromm. V, p. 562. Alii, ut Relandus (decade exercitatt. de vera pronunciatione nominis Jehova, Traj. ad Rh. 1707. 8.), qui Samaritanos secuti יַהְוֶה olim pronuntiatum esse volunt, opinionis suae praesidium habent in formis decurtatis יָהּ et יָהוּ: neque iis, qui יְהֹוָה veram pronuntiationem fuisse putant (Michaelis in Supplemm. p. 524) omnino deest, quo se defendant. Etenim syllaba decurtata יְהוֹ et יוֹ, a qua plurima nomina propria ordiuntur, ex nulla forma facilius explicatur.

Ut dicam, quod sentio, hoc vc. remotissimae antiquitatis esse suspicor, nescio an eiusdem stirpis atque *Jovis*, *Ju*piter, ab Aegyptiis translatum ad Hebraeos (cf. quae de usu eius in gemmis aegyptiacis modo dicta sunt), ab his autem paululum inflexum, ut formam et originem semiticam redoleat (vid. בְּהֵמוֹת, מֹשֶׁה). Huic origini alluditur in verbis Exodi 3, 14: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה semper *ero* idem *qui sum* hodie, coll. Apoc. 1, 4. 8: *ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος:* nomine enim יהוה a verbo הָוָה fuit ducto significari censebant deum *aeternum, immutabilem,* qui nunquam non idem futurus sit. Idem etymon spectatur Hos. 12, 6: יְהוָֹה זִכְרוֹ *Jehova* i. e. aeternus, immutabilis *est nomen eius.* Conferri potest inscriptio templi Saïtici ap. Plut. de Iside et Osiride c. 9: *ἐγώ εἰμι τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον.*

Quod ad loquendi usum attinet, idem Deus summus isque Hebraeorum *θεὸς ἐπιχώριος* in V. T. proprio suo nomine יְהוָֹה, et appellativo אֱלֹהִים, הָאֱלֹהִים (*ὁ θεός*, ٱللّٰه) designatur modo promiscue, modo ita, ut pro natura formularum vel pro scriptorum consuetudine hoc illudve usitatius sit (v. p. 61 A), ut רוּחַ יְהוָֹה, כֹּה אָמַר יְהוָֹה, נְאֻם יְהוָֹה, עֶבֶד יְהוָֹה, עַם יְהוָֹה cet. Speciatim nota eius usum in his: a) יְהוָֹה אֱלֹהִים i. e. *Jehova Deus* (per appositionem, minime, ut nonnulli volebant, *Jehova deorum* sc. princeps), solennis Jehovae appellatio in Geneseos capp. 2. 3, alibi rarior, v. tamen Exod. 9, 30. 2 Sam. 7, 22. 1 Par. 28, 20. 29, 1. 2 Par. 1, 9. 6, 41. 42. Ps. 72, 18. 82, 14. Jon. 4, 6, adde יְהוָֹה הָאֱלֹהִים 1 Sam. 6, 20. 1 Par. 22, 1. 19. 2 Par. 26, 18. 32, 16. Longe creberrima contra haec compositio est sq. genit., ut יְהוָֹה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Jos. 7, 13. 19. 20. 8, 30. 9, 18. 19 cet. יְהוָֹה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֵיךָ Deut. 1, 21. 6, 3. 27, 3, יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ, אֱלֹהֵי Deut. 1, 1. 31. 2, 7. 4, 5. 18, 16. 26, 14. et sexcenties. — b) יְהוָֹה צְבָאוֹת *Jehova* (deus) *exercituum* coelestium, v. צָבָא. — c) אֲדֹנָי יְהוִֹה (de punctis יְהוִֹה v. supra) 2 Sam. 7, 18. 19. Jes. 50, 4. Jer. 32, 17 et sexcenties ap. Ezechielem.

d) De formula לִפְנֵי יְהוָֹה v. לִפְנֵי, s. v. פָּנִים.

יְהוֹזָבָד (quem *Jehova donavit*) n. pr. m. 1) 1 Chr. 26, 4. 2) 2 Reg. 12, 22. 3) 2 Chr. 17, 18.

יְהוֹחָנָן m. (quem *Jehova donavit*) n. pr. praefecti militum Josaphati 2 Chr. 17, 15. 23, 1, aliorum. Inde gr. Ἰωαννᾶς et Ἰωάννης.

יְהוֹיָדָע m. (quem *Jehova curavit*) n. pr. sacerdotis magnae auctoritatis in Samariae regno 2 Reg. 11, 4 al.

יְהוֹיָכִין (quem *Jehova constituit*) *Jojachin*, Jojakimi filius, rex Judaeorum a. 600 a. Chr. 2 Reg. 24, 8—17. Idem nomen scribitur יוֹיָכִין Ez. 1, 2, יְכָנְיָה Esth. 2, 6. Jer. 27, 20. 28, 4, יְכָנְיָהוּ (pro יָכִן יָהוּ) Jer. 24, 1 Chethibh, et כָּנְיָהוּ Jer. 22, 24. 28. 37, 1.

יְהוֹיָקִים m. (quem *Jehova instituit*) n. pr. *Jojakim*, Josiae filius, rex Judaeorum 611—600 a. Chr., prius אֶלְיָקִים dictus (q. v.). 2 Reg. 23, 34. 24, 1. Jer. 1, 3.

יְהוֹיָרִיב et **יוֹיָרִיב** m. (quem *Jehova defendet*) n. pr. nobilis sacerdotis Hierosolymitani 1 Chr. 9, 10. 24, 7. Esr. 8, 16. Neh. 11, 10. 12, 6. 19. Inde gr. Ἰωαρίβ 1 Macc. 2, 1.

יְהוּכַל (verbale fut. Hoph. a יָכֹל, potens) n. pr. m. Jer. 37, 3, pro quo contr. יוּכַל 38, 1.

יְהוֹנָדָב et **יוֹנָדָב** m. (quem *Jehova impulit*) n. pr. filii Rechab, nomadum Rechabitarum proavi, qui genti suae votum abstinentiae a vino imposuerat, 2 Reg. 10, 15. Jer. 35, 6. V. רֵכָב. 2) 2 Sam. 13, 5 sq.

יְהוֹנָתָן et **יוֹנָתָן** m. (quem *Jehova dedit*, gr. *Θεόδωρος*) *Jonathan* n. pr. 1) filii Sauli, generosa erga Davidem amicitia insignis. 1 Sam. 13—31. 2) filii Abjathar, 2 Sam. 15, 27. 36. 1 Reg. 1, 42. 43, et aliorum.

יְהוֹסֵף i. q. יוֹסֵף (forma chaldaizante, non contracta) n. pr. *Josephus* Ps. 81, 6, sed h. l. poët. de gente israëlitica. V. יוֹסֵף.

יְהוֹעַדָּה (quem *Jehova ornavit*) n. pr. m. 1 Chr. 8, 36, pro quo 9, 42 יַעְרָה.

יְהוֹעַדָּן n. pr. f. 2 Reg. 14, 2 (in Keri יהועדין). 2 Chr. 25, 1.

יְהוֹצָדָק (in quem *Jehova iustus est*) n. pr. patris Josuae summi sacerdotis Hagg. 1, 1. 12. Esr. 3, 2. 8. 5, 2.

יְהוֹרָם (Jehova altus est) *Joram*, n. pr. 1) regis Judaeorum, ab anno 891 ad 884 a. Chr., filii Josaphat. 2 Reg. 8, 16—24. 2) regis Israëlitarum, ab anno 896 ad 884 a. Chr., filii Ahab. 2 Reg. 3. Utriusque nomen etiam contr. יוֹרָם scribitur.

יְהוֹשֶׁבַע (cuius *sacramentum* est *Jehova* i. e. quae per Jehovam iurat, hunc colit, cf. אֱלִישֶׁבַע) n. pr. filiae regis Joram, uxoris Jojadae sacerdotis 2 Reg. 11, 2, quod 2 Par. 22, 11 יְהוֹשַׁבְעַת scribitur.

יְהוֹשֻׁעַ et **יְהוֹשׁוּעַ** m. (cuius *auxilium Jehova* est, cf. אֱלִישׁוּעַ, nostr. *Gotthilf*), *Josua*, n. pr., quod gessit 1) Mosis minister et armiger, deinde successor et dux Israëlitarum, Nuni filius, Ex. 17, 9. 24, 13, alibi etiam הוֹשֵׁעַ appellatus Num. 13, 16 (v. et יֵשׁוּעַ). 2) sacerdos summus, Serubabelis aequalis. Zach. 3, 1. Hagg. 1, 1. 12, v. יֵשׁוּעַ. 3) 1 Sam. 6, 14. 18. 4) 2 Reg. 23, 8. LXX Ἰησοῦς. Vulg. Josua.

יְהוֹשָׁפָט (quem *Jehova iudicat* i. e. cuius causam agit) *Josaphat* 1) rex imperii Judaici, anno 914—889 a. Chr., Asae filius 1 Reg. 22, 41—51, qui valli cognomini Hierosolyma inter et montem olivarum sitae nomen dedit. Joël 4, 2. 12. 2 Chr. 20. 2) cancellarius regis Davidis 2 Sam. 8, 16. 20, 24. 3) 1 Reg. 4, 17. 4) 2 Reg. 9, 2. 14.

יָהִיר adj. *elatus, tumidus, superbus* (a rad. יָהַר, quae nescio an contigua sit nomini הַר) Prov. 21, 24. Hab. 2, 5. (Chald. et Talmud. id., אִתְיְהַר superbivit; יְהִירוּת, יוּהֲרָא superbia).

יְהַלֶּלְאֵל (qui *Deum celebrat*) n. pr. m. 1) 2 Chr. 29, 12. 2) 1 Chr. 4, 16.

יַהֲלֹם m. *gemmae*, eiusque *durae*, genus, a tundendo dictum (rad. הָלַם). Ex. 28, 18. 39, 11. Ez. 28, 13. Vett. intpp. modo adamantem, modo smaragdum, modo iaspidem reddunt, sed hoc postremam haud dubie falsum, ap. Ez. enim l. c. copulatur cum יָשְׁפֵה, quod iaspidem notare vix dubium est. Vid. Braunium de vestitu sacerdotum II, 13.

יָהַץ rad. inusit. Arab. وهص *calcavit, conculcavit.* Inde

יַהַץ et **יַהְצָה** (i. q. وهصة locus conculcatus, fort. area) n. pr. urbis Moabiticae ad desertum sitae, postea tribui Rubeniticae ibique sacerdotibus assignatae. Num. 21, 23. Deut. 2, 32. Jos. 13, 18. Jes. 15, 4. Jer. 48, 21. 34.

יָהַר v. יָהִיר.

יוֹאָב (cuius *pater Jehova* est) *Joabus*, n. pr. praefecti militum Davidis 2 Sam. 2, 24. 1 Reg. 2, 5. 22, it. aliorum virorum.

יוֹאָח (cuius *frater* i. e. adiutor *Jehova* est) *Joachus*, n. pr. 1) filii Asaph, cancellarii Hiskiae 2 Reg. 18, 18. Jes. 36, 3. 2) cancellarii Josiae regis 2 Chr. 34, 8, aliorum.

יוֹאָחָז v. יְהוֹאָחָז.

יוֹאֵל (cui *Jehova* est *deus* i. e. cultor Jehovae) n. pr. *Joël*, 1) propheta, Pethuelis filius. Joël 1, 1. 2) Samuelis filius natu maximus 1 Sam. 8, 2. 3) filius Usiae regis 1 Chr. 6, 21, pro quo (errore manifesto) V. 9 שָׁאוּל; it. alii

יוֹאָשׁ n. pr. 1) יְהוֹאָשׁ q. v. 2) Gideonis pater Iud. 6, 11, al.

יוֹב n. pr. Issachari filius Gen. 46, 13, fort. vitiose scriptum pro יָשׁוּב Num. 26, 24. 1 Chr. 7, 1 Keri.

יוֹבָב (prob. i. q. يَبَاب desertum, pr. ululatus, locus ubi ferae ululant, a rad. يبّ, יָבַב) n. pr. regionis Arabum Joctanidarum Gen. 10, 29. 1 Par. 1, 23. Vestigium eius fortasse est apud Ptolemaeum, qui ad mare Indicum iuxta Sachalitas habet Ἰωβαρῖται s. ex coniectura Salmasii et Bocharti Ἰωβαβῖται (*P* mutato in *B*). Vide Bocharti Phaleg II, 29.

יוֹבֵל *comm.* (cf. no. 2) vc. onomatopoët., si quid video, *iubilum* significans *laetumve clamorem*, dein ad *tubae clangorem, classicum* translatum, ut תְּרוּעָה q. v. (Radices et sono et significatione finitimae itidem *clamorem* significantes, modo laetitiae, modo doloris indicem [utrumque enim saepe vix discerni potest et iisdem verbis exprimitur, cf. צָהַל, רָזַח], sunt: in linguis semiticis יָלַל, ولول, אָלַל et cum alio elemento Beth יָבַב, أَبَّ; gr. ὀλολύζειν, ἀλαλάζειν, ἰάλεμος, lat. *eiulare, ululare*, in diall. germanicis suec. *iolen* [unde feriae veterum Scandinavorum *Julfest* dictae], holl. *ioelen*, germ. vulg. *iodeln*. In his omnibus syllabae *jôl, jobl, jodl* inest potestas *jo clamandi*, ut in germ. *juchen, jauchzen*, quod nihil aliud est atque *clamare io, juch*). Inde 1) קֶרֶן הַיֹּבֵל *cornu iubili* i. e. quo classicum canitur Jos. 6, 5, et ellipt. יוֹבֵל Ex. 19, 13, pl. שׁוֹפְרוֹת יוֹבְלִים Jos. 6, 6, c. art. שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים 6, 4. 8. 13 *tubae iubili* (de plur. יוֹבְלִים v. not.) i. e. quibus classicum canitur, *Lermtrompeten*, plane

idem quod שׁוֹפַר תְּרוּעָה Lev. 25, 9. Inter קֶרֶן הַיֹּבֵל (Lermhorn) et שׁוֹפַר הַיֹּבֵל nihil discriminis interesse, apparet ex Jos. 6, 4. coll. 5. 6. — בִּמְשֹׁךְ הַיֹּבֵל Ex. 19, 13 et בִּמְשֹׁךְ בְּקֶרֶן הַיֹּבֵל Jos. 6, 5 *simulac classicum canitur*, quod alibi est תָּקַע בַּשּׁוֹפָרוֹת cf. Jos. 6, 4, coll. 5. — Inane commentum est, quod Chaldaeus et Judaeorum magistri יוֹבֵל arietem et ק׳ הַיֹּבֵל cornu arietinum interpretantur, neque magis audiendae recentiorum coniecturae, de quibus v. Fulleri Miscell. IV, 8. Carpzov. apparat. antiqu. cod. s. p. 44 sq. Bocharti Hieroz. 1, lib. 2, c. 43.

Not. Quod in plurali dicitur שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים tubae clangorum, ubi exspectaveris שׁ׳ הַיֹּבֵל, id factum ex singulari Hebraeorum consuetudine Grammaticis hucusque parum observata. Solent enim illi, pariter atque Syri (Hoffmanni gramm. syr. p. 254) nominum compositorum pluralem triplici modo formare. Vel a), idque sane creberrimum, solum nomen regens in plurali ponunt, ut גִּבּוֹר חַיִל, pl. גִּבּוֹרֵי חַיִל; vel b) etiam Genitivum s. nomen rectum plurale faciunt, ut גִּבּוֹרֵי חֲיָלִים 1 Paralip. 7, 5, שָׂרֵי מִסִּים pro שָׂרֵי הַמַּס Exod. 1, 11, בְּנֵי אֵלִים Ps. 29, 2 pro בְּנֵי אֵל; vel adeo c) nomine regente intacto solum Genitivum pluralem faciunt, cuius rei illustre exemplum est בֵּית אָבוֹת domus paternae, pro בָּתֵּי אָב (pag. 144 A.). Altera ratio (litt. b) est in exemplo nostro.

2) שְׁנַת הַיּוֹבֵל Lev. 25, 13. 15. 31. 40 et ellipt. יוֹבֵל ib. comm. 28. 30. 33 (gen. comm., m. Num. 36, 4, saepius fem. propter ellipsin vocis שָׁנָה Lev. 25, 10) *annus iubili.* Vulg. *annus iubileus*, *annus iubilei*, ita dictus a *clangore tubarum*, quo septimo septimi mensis die populo annunciabatur (Lev. 25, 9). Erat is annus *quinquagesimus* (Lev. 25, 10. 11. Joseph. Ant. 3, 12, non ut alii volunt, quadragesimus nonus), quo ex lege mosaica latifundia vendita possessori pristino reddenda, servi manumittendi erant. LXX ἔτος ἀφέσεως, ἄφεσις. Luth. (Vulgatam secutus) *Halljahr.*

יוּבַל m. I) *fluvius*, *regio uvida.* Jerem. 17, 8. Rad. יָבַל no. I, 1. II) n. pr. *Jubal*, filius Lamechi, rei musicae auctor Gen. 4, 21. Appellative *Jubal* nescio an *iubilum* significabat s. tubae aliorumque instrumentorum *clangorem* et strepitum, *musicam* (vic. יוֹבֵל), posteaque eius inventori tributum est. Quod praeterea coniectavit Buttmannus (in Mythologo I, 163 sq. 169), *Apollinis* nomen ex eodem fonte profectum esse, in medio relinquo.

יוֹזָבָד (quem *Jehova donavit*) n. pr. complurium Levitarum 1) 2 Chr. 31, 13. 2) Esr. 8, 33. 3) 10, 22.

יוֹזָכָר (cuius *Jehova meminit*) n. pr. interfectoris Joasi 2 Reg. 12, 22, quod 2 Chr. 24, 26 זָבָד scribitur (vitio manifesto).

יוֹחָא (fort. contr. ex יוֹחִיָּה quem Jehova in vitam revocavit, cf. מִיכָה pro מִיכָיָה) n. pr. 1) 1 Chr. 8, 16. 2) 11, 45.

יוֹחָנָן (quem *Jehova largitus est*) n. pr. *Jochanan*, v. יְהוֹחָנָן. Praeterea hoc nomen contractius gerunt 1) duo tribuni Davidis 1 Chr. 12, 4. 12. 2) Josiae regis filius 1 Chr. 3, 15, all.

יוֹיָדָע (quem *Jehova curat*) n. pr. 1) v. יְהוֹיָדָע. 2) Neh. 3, 6. 12, 10.

יוֹיָכִין v. יְהוֹיָכִין.

יוֹיָקִים (quem *Jehova erigit*) n. pr. m. Neh. 12, 10.

יוֹיָרִיב 1) v. יְהוֹיָרִיב. 2) Neh. 11, 5.

יוֹכֶבֶד (cuius *gloria* est *Jehova*) n. pr. matris Mosis, cuius maritus erat Amram Ex. 6, 20. Num. 26, 59.

יוּבַל v. יְהוּבַל.

יוֹם c. Suff. יוֹמְךָ, יוֹמוֹ, dual. יוֹמַיִם, pl. יָמִים (tanquam a sing. יָם) cstr. יְמֵי m. 1) *dies.* (Syr. ܝܘܡܐ, arab. يَوْم id. Primaria potestas mihi in *calore* diurno esse videtur. Radices enim יוֹם, et יָוֵן s. יוֹן emollita gutturali ortae videntur e radd. יָחַם caluit, יחן arab. وَحِنَ exarduit ira. Cf. arab. transp. وَمِدَ ferbuit dies et gr. ἰαίνω). Opp. nocti Gen. 7, 4. 12. 8, 22. 31, 39. Adv. יוֹם interdiu i. q. יוֹמָם Ps. 88, 2 (v. הַיּוֹם, בַּיּוֹם). יוֹם יוֹם Gen. 39, 10. Ex. 16, 5, יוֹם וָיוֹם Esth. 3, 4 (plenius בְּכָל־יוֹם וָיוֹם ibid. 2, 11), יוֹם בְּיוֹם (pr. Tag *an* Tag, v. בְּ litt. B, no. 1) Neh. 8, 18, לְיוֹם כְּיוֹם 1 Sam. 18, 10, בְּיוֹם בְּיוֹם 2 Paralip. 24, 11 *quotidie.* *Dies alicuius* spec. est a) in bonam partem *dies festus, solennis* alicuius. Hos. 7, 5: יוֹם מַלְכֵּנוּ *dies regis nostri* l. natalis, vel quo inauguratus est. 2, 15: יְמֵי הַבְּעָלִים *festa idolorum.* 1, 11: יוֹם יִזְרְעֶאל *dies Isreëlis* i. e. quo populus congregabitur ad Isreëlem. De die natali Iob. 3, 1 (non 1, 4). — b) in malam partem *dies fatalis, exitialis* eius. Obad. 12: יוֹם אָחִיךָ *dies exitialis fratris tui.* Iob. 18, 20: *exitium eius* (יוֹמוֹ) *stupent posteri.* 15, 32. Ps. 37, 13. 137, 7. 1 Sam. 26, 10. Ez. 21, 30. (Arab. أَيَّام tempora sc. infelicia). Inde c) dies pugnae et acceptae cladis. Jes. 9, 3: יוֹם מִדְיָן *dies quo Midianitae acceperant.* Cf. dies Alliensis, Cannensis, arab. يوم بدر dies pugnae Bedrensis. d) *dies Jehovae* i. e. dies iudicii a Deo in malos exercendi Joël 1, 15. Ez. 13, 5. Jes. 2, 12. Plur. Iob. 24, 1.

2) *tempus,* ut ἡμέρα, dies. Vide formulas הַיּוֹם, בְּיוֹם, כַּיּוֹם cet., sub litteris a. b. d. e. f. g. Frequentius in Plur. יָמִים no. 2.

Praefixo art. et praeposítt.: a) הַיּוֹם *hoc die, hodie* Gen. 4, 14. Ex. 22, 14. 24, 12. 30, 32. 31, 48 cet. (arab. اَلْيَوْمَ); *interdiu* (opp. הַלַּיְלָה noctu) Neh. 4, 16. Hos. 4, 5 i. q. יוֹמָם; *hoc tempore, nunc* Deut. 1, 39. 1 Sam. 12, 17. 14, 33, it. *illo tempore, tunc temporis* 1 Sam. 1, 4. 14, 1. 2 Reg. 4, 8. Iob. 1, 6 (ubi vulgo reddunt *die quodam, aliquando* i. q. يَوْمًا, neglecta articuli potestate).

b) בְּיוֹם sq. inf. *eo die, quo,* ut Gen. 2, 17: בְּיוֹם אֲכָלְךָ *eo die, quo comedes.* Lev. 7, 36; *eo tempore, quo* i. e. *quum* Gen. 2, 4: בְּיוֹם עֲשׂוֹת יי אֱלֹהִים אֶרֶץ וְשָׁמַיִם *quum fecisset Jehova Deus terram coelumque.* 3, 5. Ex. 10, 28. Jes. 11, 16. Thren. 3, 57. Sq. praet. Lev. 7, 35.

c) בַּיּוֹם *interdiu* Jer. 36, 30, *hoc ipso die* i. e. *statim, mox* Prov. 12, 16. Neh. 3, 34, *illo die* i. e. *nuper* Iud. 13, 10.

d) כַּיּוֹם *hoc die, hoc tempore, nunc* Gen. 25, 31. 33. 1 Reg. 1, 31. Jes. 58, 4, ubi refertur ad actionem futuram: *antea, prius* 1 Sam. 2, 16. 1 Reg. 22, 5. Saepe etiam כַּיּוֹם הַזֶּה *hoc tempore, nunc* 1 Sam. 22, 8. 13, *illo tempore, tunc,* de re praeterita Deut. 8, 18, de re futura Deut. 2, 30. 4, 38. 1 Reg. 8, 34.

Non multum differt e) כְּהַיּוֹם i. e. *hodie* 1 Sam. 9, 13. Neh. 5, 11 (statim); כְּהַיּוֹם הַזֶּה *hoc tempore, nunc* Esr. 9, 7. 15. Neh. 9, 10, *illo tempore, tunc* Gen. 39, 11, it. *sicut hoc tempore* (ubi כְּ comparandi potestatem habet) Deut. 6, 24. Jer. 44, 22.

f) מִיּוֹם *ab eo tempore, quo* — Ex. 10, 6. Deut. 9, 24.

g) כָּל־הַיּוֹם α) *omnibus diebus, quotidie* Ps. 42, 4. 11. 44, 23. 56, 2. 3. 6. 71, 8. 15. 24. 73, 14

(parall. לַבְּקָרִים quovis mane). 74, 22. 86, 3. 88, 18. 89, 17. (LXX aliquoties καθ' ἑκάστην ἡμέραν). *β) toto die* Jes. 62, 6 (parall. כָּל־הַלַּיְלָה). Ps. 32, 3. 35, 28. 37, 26. 38, 7. 13. LXX ὅλην τὴν ἡμέραν. *γ) omni tempore, perpetuo (allezeit, immerdar), nunquam non.* Ps. 52, 3: חֶסֶד אֵל כָּל־הַיּוֹם *gratia Dei nunquam non* exserit se. Prov. 21, 26: כָּל־הַיּוֹם הִתְאַוָּה תַאֲוָה *perpetuo cupidine flagrat* impius. 23, 16. Jes. 28, 24: *num perpetuo arat arator?* 65, 5: אֵשׁ יֹקֶדֶת כָּל־הַיּוֹם *ignis perpetuo flagrans.* Saepius additur תָּמִיד Jes. 51, 13. 52, 5. Ps. 72, 15. — In eandem sententiam in oratione pedestri frequentant כָּל־הַיָּמִים q. v., formula nostra sermoni poëtico propria est.

Dual. יוֹמַיִם *biduum* Ex. 16, 29. 21, 22. Num. 9, 22. Hos. 6, 2: מִיֹּמַיִם בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי *post biduum, die tertio* i. e. mox, cf. Joh. 2, 19. 20.

Plur. יָמִים (tanquam a sing. יָם), more chaldaeo יָמִין Dan. 12, 13, cstr. יְמֵי, poët. יְמוֹת Deut. 32, 7. Ps. 90, 15 (coll. aram. יוֹמַת, ܝܰܘܡܳܬܳܐ)

1) *dies*, v. c. שִׁבְעַת יָמִים septem dies Gen. 8, 10. 12. יָמִים אֲחָדִים aliquot dies i. e. *aliquod tempus, aliquamdiu* Gen. 27, 44. Idem valet יָמִים absol. positum, ut arab. أَيَّامًا aliquot dies, aliquamdiu, syr. ܒܳܬܰܪ ܝܰܘܡܳܬܳܐ post aliquod tempus (Barhebr. Chron. pag. 391. 418). Neh. 1, 4. Dan. 8, 27. Gen. 40, 4: וַיִּהְיוּ יָמִים בְּמִשְׁמָר *et erant aliquamdiu in custodia.* Quale temporis spatium significetur (nimirum plures saepe menses, nunquam integer annus), ex his potissimum exemplis apparebit. Num. 9, 22: יֹמַיִם אוֹ חֹדֶשׁ אוֹ יָמִים *per biduum aut mensem aut maius temporis spatium.* 1 Sam. 29, 3: *mecum fuit* זֶה יָמִים אוֹ זֶה שָׁנִים *iam complures* s. multos *dies vel potius iam annos.* מִיָּמִים aliquamdiu post Iud. 11, 4. 14, 8. 15, 1. מִקֵּץ יָמִים id. Gen. 4, 3. 1 Reg. 17, 7.

2) *tempus*, nullo singulorum dierum respectu habito. Gen. 47, 8: יְמֵי שְׁנֵי חַיֶּיךָ *tempus annorum vitae tuae.* בִּימֵי אַבְרָהָם tempore s. aetate Abrahami Gen. 26, 1, בִּימֵי דָוִד, שְׁלֹמֹה 2 Sam. 21, 1. 1 Reg. 10, 21 aetate Davidis, Salomonis i. e. regnante Davide, Salomone. (Arab. في ايام الملك فلان regnante rege N. N.). Ex. 2, 11: *factum est* בַּיָּמִים הָהֵם *illo tempore.* כָּל־הַיָּמִים omni tempore, perpetuo, in perpetuum. Deut. 4, 40. 5, 29. 6, 24. 11, 1. 12, 1. 14, 23 (et saepe in hoc libro). Jer. 31, 36. 32, 29. 33, 18. 38, 19. 1 Sam. 1, 28. 2, 32. 35. 18, 29. 23, 14. Saepe a) spec. est *tempus vitae.* בָּא בַיָּמִים aetate provectus Gen. 24, 1. Jos. 13, 1. Iob. 32, 7: יָמִים יְדַבֵּרוּ *dies* vitae *loquantur* (die Jahre mögen reden, das Alter mag reden) i. e. senes loquantur. כָּל־הַיָּמִים per omne tempus vitae Gen. 43, 9. 44, 32. מִיָּמֶיךָ inde a diebus tuis i. e. ex quo vivis 1 Sam. 25, 28. Iob. 38, 12. הֶאֱרִיךְ יָמִיו diu vixit, v. אָרַךְ. Metaph. כָּל־יְמֵי הָאָרֶץ omne tempus terrae, quamdiu terra existet. Gen. 8, 22. b) יָמִים saepe in accus. pleonastice postponitur vocabulis tempus certum designantibus, ut שְׁנָתַיִם יָמִים lat. dixeris biennium temporis, zwey Jahre Zeit Gen. 41, 1. Jer. 28, 3. 11 (nos simili pleonasmo zwey Thaler Geld), חֹדֶשׁ יָמִים ein Monat Zeit, pro einen Monat lang Gen. 29, 14, יֶרַח יָמִים Deut. 21, 13. 2 Reg. 15, 13, שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים Dan. 10, 2. 3. Vide de hoc idiomate Lehrgb. p. 667. (Eodem modo Arabes addunt زمان *tempus,* et Aethiopes መዋዕል: dies, plane ut Hebraei, v. Ascensio Jesaiae ed. Laurence I, 11. XI, 7).

3) Temporis significatus ad *cer-*

tum quoddam *temporis spatium* restringitur, nimirum *annum*, ut apud Syros et Chaldaeos ܫܢܬܐ, עִדָּן et *tempus* notat et *annum*, et apud nos quoque plura vcc. tempus, pondus, mensuram cet. designantia ad certa quaedam tempora, pondera, mensuras transferuntur (v. כִּבְרָה). Levit. 25, 29. Iud. 17, 10. זֶבַח הַיָּמִים sacrificium anniversarium. 1 Sam. 2, 19. מִיָּמִים יָמִימָה quotannis. Ex. 3, 10. Iud. 11, 40. 21, 19. 1 Sam. 1, 3, (cf. שָׁנָה בְשָׁנָה V. 7) 2, 19. Pro יָמִים עַל־ שָׁנָה Jes. 32, 10 legitur 29, 1 שָׁנָה עַל־שָׁנָה. Etiam pro plur. *anni*, adiectis numeralibus (ut פָּנִים plur. *Gesichter*). 2 Chron. 21, 19: כְּעֵת צֵאת הַקֵּץ לְיָמִים שְׁנַיִם *sub finem biennii*. Dubiae interpretationis est Am. 4, 4: לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים vel *quovis tertio anno*, vel *quovis tertio die*, posterius acerbe et ironice dictum.

יוֹם m. chald. i. q. hebr. *dies*. יוֹם בְּיוֹם quotidie Esr. 6, 9. Emphat. יוֹמָא Dan. 6, 11.

Plur. sub triplici forma occurrit a) יוֹמִין cstr. יוֹמֵי, emphat. יוֹמַיָּא; b) cstr. יוֹמָת Esr. 4, 19 et c) more Hebraeorum, cstr. יְמֵי Esr. 4, 7. Aeque ac hebr. יָמִים in Plur. *tempus* designat, impr. *tempus vitae*, עַתִּיק יוֹמַיָּא aetate provectus Dan. 7, 22.

יוֹמָם adv. (a יוֹם et terminatione adverbiali ָם) 1) *interdiu*. יוֹמָם וָלַיְלָה interdiu et noctu i. e. perpetuo Levit. 8, 35. Num. 9, 21. More substantivorum a) admittit praepositt. בְּיוֹמָם Neh. 9, 19 et b) ponitur in genit. צָרֵי יוֹמָם hostes quotidiani Ez. 30, 16. — 2) *quotidie*, v. Ez. l. c. (Syr. ܝܘܡܡܐ dies, ܒܝܘܡܡܐ quotidie).

יָוַן rad. inusit., quae *aestuandi, fervendi* potestatem habuisse videtur, unde יָוֵן lutum et יַיִן vinum, ut חֹמֶר lutum et חֶמֶר vinum, a חָמַר aestuavit, ferbuit. Radd. cognatas dedimus ad vc. יוֹם.

יָעִיר (quem Deus *excitat*) n. pr. viri 1 Chr. 20, 5 Keri, in Chethibh est יָעוּר. In loco parallelo 2 Sam. 21, 19 pro eo legitur יַעְרֵי אֹרְגִים, sed אֹרְגִים adulterinum esse et ex sequenti מְנוֹר אֹרְגִים per errorem repetitum esse videtur.

יַעְכָּן (afflictus, v. עָכָן) n. pr. m. 1 Chr. 5, 13.

יָעַל in Kal inusit. 1) *ascendit in altum, eminuit*, vic. עָלָה. (Arab. وعل eminuit. V. *ascendit* montem, in summo constitit, وَعْلٌ nobilis, princeps). Inde יָעֵל ibex. 2) *praestans, utilis fuit*, cf. יַעַל in composito בְּלִיַּעַל.

Hiph. הוֹעִיל 1) *utilitati fuit, profuit, iuvit*, absol. Prov. 10, 2. 11, 4. Jerem. 2, 8: אַחֲרֵי לֹא־יוֹעִלוּ הָלָכוּ *eos, qui nihil prosunt* (valent, h. e. deos falsos), *sectantur.* Sq. dat. pers. Jes. 30, 5. Jer. 23, 32, vel rei Iob. 30, 13: לְהַוָּתִי יֹעִילוּ *ruinam meam iuvant.* C. suff. יוֹעִילוּךָ Jes. 57, 12. 2) intrans. *profecit*, utilitatem cepit ex al. re. Iob. 21, 15: מַה־נּוֹעִיל *quid proficimus* hac re? 15, 3: *verba* לֹא יוֹעִיל בָּם *quibus nihil proficiunt.* 35, 3. Jes. 47, 12. 48, 17. Inde

יָעֵל m. pl. יְעֵלִים cstr. יַעֲלֵי 1) *ibex*, fort. etiam *rupicapra*, arab. وعل et وَعْلٌ. Ps. 104, 18. Iob. 39, 1. Cf. Bocharti Hieroz. P. I, p. 915 sq. צוּרֵי הַיְּעֵלִים rupes ibicum ad deserta Engaddae sitae, 1 Sam. 24, 3. 2) n. pr. a) iudicis vel herois Israëlitarum ante Deborae aetatem. Iud. 5, 6. b) mulieris strenuae, uxoris Heberi Kenitae. Iud. 4, 17. 18. 5, 24. Hanc eandem alii etiam 5, 6 intelligunt.

יַעֲלָה 1) f. antecedentis, *ibex* vel *rupicapra femina* Prov. 5, 19: יַעֲלַת חֵן *rupicapra venusta*, blande de muliere pulchra. Arabes proverbio dicunt أزنى من الوعل ibice pulchrior, Bochart. I, 899. 2) n. pr. m. Esr. 2, 56. Neh. 7, 58.

יַעְלָם (quem *abscondit* Deus) n. pr. filii Esavi Gen. 36, 5. 14.

יָעַן rad. inusit. Syr. Ethpa. ܐܶܬܝܰܥܰܢ avidus, vorax fuit, ܝܰܥܢܳܐ avidus, vorax. Inde probab. יָעֵן et יַעֲנָה struthiocamelus, ab aviditate dictus.

יַעַן (pro יַעֲנָה) pr. subst. consilium, propositum (a rad. עָנָה, عنى dictis intendit, significavit aliquid), ubique abiit in particulam, ac 1) in praep. *propter* Ez. 5, 9. Hagg. 1, 9, sq. inf. Jes. 37, 29. 2) in conj. *quia, eo quod* Num. 20, 12. 1 Reg. 20, 42. 2 Reg. 22, 19, plenius יַעַן אֲשֶׁר Gen. 22, 16. 1 Sam. 30, 22. 1 Reg. 3, 11 cet. rarius יַעַן כִּי Num. 11, 20. Jes. 7, 5; utrumque sq. praet. Sq. fut. יַעַן אֲשֶׁר est *ut* Ez. 12, 12. — Ter emphatice geminatum est יַעַן וּבְיַעַן *quia et quia*, propterea quod (dieweil) Lev. 26, 43. Ez. 13, 10, et sine copula יַעַן בְּיַעַן ibid. 36, 3. Cf. מַעַן.

יָעֵן *struthiocamelus*, ab aviditate et gulositate dictus, v. rad. יָעַן. Semel legitur in plur. יְעֵנִים Thren. 4, 3

in Keri, ibique ἐπικοίνως de struthionibus feminis, pro בְּנוֹת־יַעֲנָה. LXX ὡς στρουθίον. Vulg. *sicut struthio.* (Ad rem cf. Iob. 39, 17). Multo frequentius est

יַעֲנָה f. antecedentis (ad formam cf. יָעֵל fem. יַעֲלָה, non יְעֵלָה), ubique copulatum cum בַּת: בַּת הַיַּעֲנָה filia struthionis feminae i. e. struthio femina ipsa sec. Bochartum Hieroz. II, 230 opp. תַּחְמָס struthioni mari. Levit. 11, 16. Deut. 14, 15. In Plurali tamen בְּנוֹת יַעֲנָה haud dubie de utroque sexu ponitur Jes. 13, 21. 34, 13. Mich. 1, 8. Iob. 30, 29 (quibus locis deserta habitare et flebilem vocem edere dicuntur). Certe Arabes struthionem sine ullo discrimine sexus appellant نَعَامٌ (quod vc. hebraeo vicinum censeo), نَعَامَةٌ, بِنْتُ نَعَامَةٍ. — Male alii יַעֲנָה *ululam* interpretati sunt, ab עָנָה clamavit (?), invitis contextu et vett. interpretum auctoritate.

יַעְנַי n. pr. m. 1 Chr. 5, 12.

יָעֵף fut. יִיעַף 1) i. q. arab. وغف *celeriter incessit, cucurrit.* Vid. Hoph. et nomm. derivata יְעָף et תּוֹעָפוֹת. 2) *defatigatus, fessus est* (cf. עָיֵף) tum currendo Jer. 2, 24: מְבַקְשֶׁיהָ לֹא־יִיעָפוּ *eam quaerentes non fatigabuntur.* Luth. die sie suchen, dürfen nicht weit laufen. Jes. 40, 30. 31; tum gravi labore Jes. 40, 28. 44, 12. Hab. 2, 13; tum aerumnis Jes. 50, 4.

Hoph. part. *defatigatus.* Dan. 9, 21: מֻעָף בִּיעָף *defatigatus veloci cursu.* LXX τάχει φερόμενος. Alii מוּעָף praeeunte Theod. Vulg. Syr. ducunt a rad. עוּף, vertuntque *volans:* parum apte ad id, quod sequitur בִּיעָף.

Deriv. תּוֹעָפוֹת et

יָעֵף m. *defatigatus, lassus.* Jes. 40, 29. 50, 4.

יְעָף m. *cursus velox.* Dan. 9, 21.

יָעַץ fut. יִיעַץ, pro imp. bis est עִירָה (a rad. עוּץ) Iud. 19, 30. Jes. 8, 10 1) *consilium dedit* 2 Sam. 17, 11. 15, plenius יָעַץ עֵצָה 16, 23. 17, 17. Sq. dat. pers. Iob. 26, 3, sq. suff. Exod. 18, 19. 1 Reg. 1, 12. 12, 8. 13. Part. יוֹעֵץ subst. *consiliarius, suasor* Prov. 11, 14. 24, 6, maxime *qui regi est a consiliis, administer.* 1 Chron. 27, 32. 33. Esr. 7, 28. 8, 25 (coll. 7, 24. 25). Plur. יוֹעֲצִים *praefecti, primores* terrae et civitatis. Iob. 3, 14. 12, 17. Jes. 1, 26.

2) *consilium cepit, decrevit,* sq. gerundio Ps. 62, 5: מִשְּׂאֵתוֹ יָעֲצוּ לְהַדִּיחַ *a fastigio eum detrudere decreverunt.* 2 Chr. 25, 16, sq. עַל adversus al. Jes. 7, 5. 15, 17. 23, 8, sq. אֶל Jer. 49, 20. יָעַץ זִמּוֹת mala consilia cepit. Jes. 32, 7.

3) *consuluit alicui* i. e. *prospexit.* C. suff. Ps. 16, 7. 32, 8: אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי praegn. pro אִיעָצְךָ וְאָשִׂימָה עָלֶיךָ עֵינִי *consulam tibi et oculum meum in te convertam,* h. e. tibi favebo. יוֹעֵץ consulens i. e. curans, curam gerens Jes. 9, 5.

4) i. q. arab. وعظ *praedixit,* futura *nuntiavit.* Num. 24, 14. Jes. 41, 28.

Niph. נוֹעַץ 1) reflex. *sibi consuli passus est, consilium admisit.* Prov. 13, 10. 2) recipr. *mutuo consuluerunt,* h. e. *consultarunt, deliberarunt.* Ps. 71, 10. 83, 6, sq. עִם 1 Chr. 13, 1, vel אֶת Jes. 40, 14. 1 Reg. 12, 6. 8 *cum aliquo* deliberavit. 3) *secum deliberavit* 1 Reg. 12, 28, it. *facta deliberatione decrevit, iussit, suasit.* Sq. אֶל 2 Reg. 6, 8: וַיִּוָּעַץ אֶל עֲבָדָיו לֵאמֹר *et iussit servos suos dicens.* 2 Paral. 20, 21. 1 Reg. 12, 6. 9: מָה אַתֶּם נוֹעָצִים *quid vos suadetis?*

Hithp. i. q. Niph. no. 2. Ps. 83, 4.

Derivv. עֵצָה, מוֹעֵצָה.

יַעֲקֹב (calcem tenens, supplantator, insidiator, cf. Gen. 25, 26. 27, 36.

[H]os. 12, 4) n. pr. *Jacobus*, Isaaci [fili]us e duobus geminis natu minor, [qui i]dem *Israël* (יִשְׂרָאֵל) vocatur, [Isr]aëlitarum gentis auctor. Gen. [2]5—50. אֱלֹהֵי יַעֲקֹב deus Jacobi i. e. Jehova. Jes. 2, 3. Ps. 20, 2. בֵּית יַעֲקֹב et simpl. יַעֲקֹב *domus* s. familia *Jacobi* poët. de populo israëlitico, i. q. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, יִשְׂרָאֵל cf. עֵשָׂו. De *terra Israëlis* legitur Gen. 49, 7, alibi de toto populo, unius personae instar habito, e. g. Jes. 41. 43. 44. 45 all., raro de regno Ephraimitico, Hos. 12, 3. Mich. 1, 5. Jes. 17, 4, vel adeo, ut etiam Israël in serioris aetatis libris usurpatur, de regno Judae. Obad. 18. Nah. 2, 3.

יַעֲקֹבָה (id.) n. pr. 1 Chr. 4, 36.

יַעֲקָן v. עֲקָן.

יָעַר rad. inusitat. i. q. arab. وعر propr. *ferbuit*, *efferbuit*, *redundavit*, quae notio refertur ad quamlibet redundantiam, ubertatem et luxuriem, ut plantarum. Inde

יַעַר m. 1) *redundantia* mellis, mel e favis redundans et sponte defluens, quod ἄκητον μέλι, *mel acetum* vocant Graeci et Romani (Plin. H. N. XV, 11) Cant. 5, 1, plenius יַעֲרַת הַדְּבַשׁ 1 Sam. 14, 27. Male et negligentius *favum mellis* reddunt, quo vocabulo loculi cerei significantur, quibus mel continetur, et e quibus destillat mel purissimum (v. Ovid. Fast. 4, 152: expressis mella liquata favis). Est potius i. q. נֹפֶת צוּפִים destillatio favorum, nostrum Honig*seim* Ps. 19, 11. Hoc ipsum, quod memoravi, vc. germanicum in Lutheri bibliis frequentissimum, male a nonnullis explicatur de favis (Honigzelle, Honigscheibe), quum potius mel fluidum, qs. salivam mellis significet (*Seim* i. q. Schleim, saliva).

2) *densa arborum*, a plantarum fruticumque *luxurie* dicta, v. rad. (Syr. ܥܳܒܳܐ vepretum, arab. وعر locus salebrosus, unde verbum وعر salebrosa, transitu difficilis fuit regio) Jes. 21, 13. Ez. 21, 2. 3, inde *silva* quaelibet Deut. 19, 5. Jos. 17, 15. 18. בֵּית הַיַּעַר domus silvae Jes. 22, 8, plene בֵּית יַעַר הַלְּבָנוֹן domus silvae Libani 1 Reg. 7, 2. 10, 17 erat Salomonis regis armamentarium, alibi (Neh. 3, 19) נֶשֶׁק dictum, a ligno cedrino, quo exstructum erat, hoc nominis nactum. De *salebris*, *loco salebroso* (v. syr.) Hos. 2, 12. Metaph. de hostium agmine Jes. 32, 19, cf. 10, 18. 19. 34.

3) n. pr. prob. i. q. קִרְיַת יְעָרִים Ps. 132, 6.

יַעְרָה n. pr. m. 1 Chr. 9, 42. prob. depravatum, v. יְהוֹעַדָּה.

יַעְרָה v. יַעַר no. 1.

יַעְרֵי אֹרְגִים v. יָעִיר.

יַעֲרֶשְׁיָה (quem *Jehova alit*, *saginat*, a rad. inusit. עָרַשׁ, syr. ܥܪܫ saginavit) n. pr. m. 1 Chr. 8, 27.

יַעֲשַׂי (decurtatum ex יַעֲשִׂיָּה, quem *Jehova fecit*) n. pr. m. Esr. 10, 36 Chethibh. Keri: יַעֲשׂוּ.

יַעֲשִׂיאֵל (quem *Deus fecit*) n. pr. tribuni militum Davidis 1 Chr. 11, 47, coll. 27, 21.

יִפְדְיָה (quem *Jehova liberat*) n. pr. m. 1 Chr. 8, 25.

יָפָה fut. יִיפֶה, וַיִּיף 1) pr. *splenduit*, cogn. rad. יָפַע, cf. יָגַע وجع et יָגָה. Inde יֳפִי no. 1, et מוֹפֵת factum illustre, miraculum.

2) *pulcher fuit*, de muliere Cant. 4, 10. 7, 2. 7. Ez. 16, 13, de arbore 31, 7.

Pi. pulchrum fecit, *ornavit* (auro) Jer. 10, 4.

Pu. geminatis duabus radicalibus prioribus יְפֵיפָה *admodum pulcher*

fuit. Ps. 45, 3. Caeterum haec forma analogiâ prorsus caret, neque ullum exstat exemplum *primarum* radicalium geminatarum: posteriorum autem geminatarum exempla, ut סְחַרְחַר, vix comparari poterunt, quum haec deminuendi, non augendi potestatem habeant. Ut dicam quod sentio, nescio an in mendo cubet hoc verbum et litterae יפ ab initio spuria sint, orta nimirum ex eo librariorum more, de quo, utpote perenni vitiorum fonte, disputavi in Thes. I, p. 64. Anecdd. orient. I, 68.

Hithp. ornavit se (mulier). Jer. 4, 30.

Derivv. praeter ea, quae proxime sequuntur: יֳפִי, יָפִי, et prob. מוֹפֵת.

יָפֶה adj. m. cstr. יְפֵה, f. יָפָה cstr. יְפַת 1) *pulcher, pulchra*, de hominibus, et viris et mulieribus Gen. 12, 14. 2 Sam. 13, 1. 14, 25. Cant. 1, 8. 5, 9, saepius addito מַרְאֶה 1 Sam. 17, 42, vel תֹּאַר Gen. 29, 17, etiam de animalibus 41, 2 sq.; de regionibus amoenis Ps. 48, 3, de voce suavi, canora Ez. 33, 32. 2) *bonus, praestans, καλός.* Eccl. 3, 11: *Deus omnia fecit pulchre, καλῶς.* 5, 17.

יְפֵה־פִיָּה adj. f. Jer. 46, 20 *pulcherula;* a masc. יְפֵהפֶה (ad formam קְטַלְטַל Lgb. 497), litterâ ה in media voce quiescente (Lgb. p. 48). Quod quum a vulgari consuetudine nimis abhorrere videretur, plurimi codd. et editt. hanc vocem in duas disiunctam exhibent.

יָפוֹ (pulchritudo) Jon. 1, 3. Jos. 19, 46. 2 Par. 2, 15 et **יָפוֹא** Esr. 3, 7, n. pr. gr. Ἰόππη, urbs maritima Danitarum cum celebri portu ad mare mediterraneum, hodieque *Jaffa* (يافا, يَفا) appellata et portu suo insignis. Relandi Palaestina p. 864.

יָפַח i. q. פּוּחַ, נָפַח *flavit, spiravit*, in Kal inusit.

Hithp. anhelavit. Jer. 4, 31. Inde

יָפֵחַ adj. *anhelans.* Ps. 27, 12 וִיפֵחַ חָמָס *et anhelans scelus.* Cf. הֵפִיחַ.

יֳפִי Ez. 28, 7 et **יָפִי** in pausa יֹפִי c. suff. יָפְיוֹ m. 1) *splendor* (v. rad. no. 1), regis Jes. 33, 17, urbis Ps. 50, 2. Ez. 27, 3. 4. 11. 2) *pulchritudo, venustas*, mulieris Ps. 45, 12. Jes. 3, 24. Ez. 16, 25.

יָפִיעַ (splendens) n. pr. 1) oppidi Sebulonitarum Jos. 19, 12. 2) complurium virorum a) regis urbis Lachis Jos. 10, 3. b) filii Davidis 2 Sam. 5, 15.

יַפְלֵט (quem Deus *liberat*) n. pr. m. 1 Chr. 7, 32. 33. Patron. addita syllaba ־ִי Jos. 16, 3.

יְפֻנֶּה (fort. cui via *paratur*) n. pr. m. 1) patris Calebi Num. 13, 6. 14, 6. 2) 1 Chr. 7, 38.

יָפַע in Kal inusit. *splenduit*, cogn. rad. יָפָה.

Hiph. הוֹפִיעַ 1) *splendere iussit* Deus Iob. 37, 15. 2) *luxit, splenduit* (pr. lucem sparsit, praebuit, ut הֵאִיר) Iob. 3, 4. 10, 3, maxime de Jehova in splendidissima luce apparente Deut. 33, 2. Ps. 50, 2. 80, 2. 94, 1.

Derivv. nomm. pr. יָפִיעַ, מֵיפַעַת et

יִפְעָה f. *pulchritudo, splendor*, urbis Ez. 28, 7. 17.

יָפַת rad. spuria, quam nonnulli finxerunt propter nomen מוֹפֵת. Sed hoc est a יָפָה.

יֶפֶת n. pr. *Japheth*, Noachi filius natu secundus (Gen. 5, 32. 7, 13. 9, 18. sq.), cuius posteri Gen. 10, 2—5 occidentales potissimum et

boreales terrae regiones occupasse traduntur, satis apte ad etymon nominis, quod *late patendi* vim habet, a rad. פָּתָה, v. Gen. 9, 27. LXX. Ἰάφεθ.

יִפְתָּח (prob. quem, quod *liberat* Deus, v. rad. פָּתַח Jes. 14, 17) n. pr. 1) oppidi in tribu Judae Jos. 15, 43. 2) iudicis Israëlitarum propter filiam ex voto Deo immolatam famosi. Iud. 11, 12. 1 Sam. 12, 11. Graec. Ἰεφθά, Ἰεφθάε. Vulg. *Jephte.*

יִפְתַּח־אֵל (quam Deus aperit) n. pr. vallis in agro Sebulonitarum et Ascheritarum Jos. 19, 14. 27.

יָצָא praet. semel abiecto א: יָצָתִי Iob. 1, 21, fut. יֵצֵא, imp. צֵא, cum He parag. צְאָה Iud. 9, 29, plur. semel ἀνομάλως צְאֶינָה Cant. 3, 11, inf. absol. יָצֹא, constr. צֵאת, part. יוֹצֵא f. יֹצֵא pro יֹצְאָה, יֹצֵאת et omisso א: יוֹצֵת Deut. 28, 57. Ps. 144, 14

exiit, prodiit. (Aethiop. ወፅአ: id. Apud Syros et Chaldaeos ad litteram respondet יְעָא, ܝܥܐ germinavit, egressa est planta; de hominibus aliisque rebus exeundi sensu usurpant ܢܦܩ, נְפַק, ut Arabes خرج). Constr. sq. מִן loci, ex quo prodeunt Gen. 8, 19. Iob. 3, 11, it. sq. accus. ut lat. *egredi urbem* Gen. 44, 4: הֵם יָצְאוּ אֶת־הָעִיר *hi egressi erant urbem.* Ex. 9, 29. 33. Iob. 29, 7. Deut. 14, 22: יוֹצֵא הַשָּׂדֶה *quod exit agrum,* proventus eius. Jer. 10, 20: בָּנַי יְצָאֻנִי *liberi mei exeunt a me* i. e. derelinquunt me. Am. 4, 3: פְּרָצִים תֵּצֶאנָה *per ruinas egredimini.* Part. יוֹצְאֵי־הָעִיר *urbem egredientes.* Gen. 32, 24, cl. 9, 10, Semel c. accus. eius, quod magna copia egreditur s. effundit se (cf. gramm. hebr. ed. 10 §. 135, 1, not. 2, et verba עָלָה Prov. 24, 31, יָרַד Thren. 4, 38). Am. 5, 3: הָעִיר הַיּוֹצֵאת אֶלֶף *urbs, quae millia effundit.* — Portae, per quam egrediuntur, praemittitur מִן Iud. 11, 31, et בְּ Jer. 17, 19. Neh. 2, 15.

Speciatim *exire, egredi* dicuntur: a) milites α) ad bellum 1 Sam. 8, 20. Iob. 39, 21. Jes. 42, 12. Zach. 14, 10 (et similiter pastores contra feras 1 Sam. 17, 35), β) ex urbe, ad deditionem faciendam Jes. 36, 16; b) mercatores et nautae ad mercaturam exercendam. Deut. 33, 18; c) servi, qui a heris manumittuntur Ex. 21, 3. 4. 11. Lev. 25, 41. 54, de quibus plenius יָצָא חָפְשִׁי Exod. 21, 5 et יָצָא לַחָפְשִׁי comm. 2 exire tanquam liberum, manumissum (translate de latifundiis, quae gratis pristino possessori reddenda erant anno iubilaeo Lev. 25, 28. 30). — d) liberi, posteri egredi dicuntur e patre, auctore gentis Gen. 17, 6: מְלָכִים מִמְּךָ יֵצֵאוּ *reges ex te prodibunt,* in posteris tuis erunt. Plenius dr. יָצָא מִבֶּטֶן, מִיֶּרֶךְ פ׳ exire ex utero, e lumbis alic. Iob. 1, 21. Gen. 46, 26. — Denique e) *exire* dicuntur, qui liberantur ex periculo, sq. accus. Eccl. 7, 18: יְרֵא אֱלֹהִים יֵצֵא אֶת־כֻּלָּם *Deum timens evadit ex his omnibus* (similiter de eo, qui liber evadit in sortilegio, opp. נִלְכַּד 1 Sam. 14, 41).

Transfertur ad res inanimatas. Sic f) *exire* i. e. *oriri* dicuntur sol Gen. 19, 23. Ps. 19, 6, stellae Neh. 4, 15, aurora Hos. 6, 3. g) plantae, quae progerminant 1 Reg. 5, 13. Jes. 11, 1, flores Iob. 14, 2. Cf. syr. ܝܥܐ progerminavit, et nomen צֶאֱצָאִים. h) aqua ex fonte profluens, scaturiens. Gen. 2, 14. Deut. 8, 7. Cf. מוֹצָא מַיִם Jes. 41, 18. Usurpatur etiam i) de limite, termino *procurrente,* excurrente Jos. 15, 3. 4. 9. 11. k) de pecunia, quae *erogatur,* expenditur 2 Reg. 12, 13 (ut synn. apud Syros, Arabes, Aethiopes); l) de rebus, quae in vulgus exeunt, *promulgantur,* de edicto Hab. 1, 4, de sententia iudicis Ps.

17, ב, cf. Gen. 24, 50; m) de *exitu* i. e. *fine* temporis Exod. 23, 16: בְּצֵאת הַשָּׁנָה *exeunte anno*. Ez. 7, 10, hinc de fine, perditione urbis Ez. 26, 18.

Hiph. הוֹצִיא causat. *exire, egredi iussit, curavit*, hinc de rebus animatis: *eduxit*, v. c. populum ex Aegypto Exod. 12, 51. 16, 6, de inanimatis *foras tulit* Gen. 14, 18, *extraxit, protraxit* Ex. 4, 6. 7. Iob. 28, 11, *expromsit* Gen. 24, 53. Spec. est a) causat. Kal litt. g. *protrusit* terra plantas Gen. 1, 12. 24. Jes. 61, 11. b) causat. Kal litt. k, *exegit* pecuniam, sq. עַל: tributum imposuit 2 Reg. 15, 20 (cf. arab. خَرْج, خَرَاج tributum). c) causat. Kal litt. l. *evulgavit* rumorem, sq. עַל pers. de qua rumor spargitur, Num. 14, 37. Deut. 22, 14. 19, sermones, sq. לְ pers. ad quem deferuntur Neh. 6, 19; *promulgavit* doctrinam Jes. 42, 1: מִשְׁפָּט לַגּוֹיִם יוֹצִיא *legem gentibus promulgabit*. Comm. 3. d) *produxit* artifex Jes. 54, 16. e) *eduxit* i. e. secrevit, segregavit Jer. 15, 19.

Hoph. eductus, elatus est. Ez. 38, 8. 47, 8.

Derivv. מוֹצָאָה, מוֹצָא, יָצִיא, צֵאָה, צֶאֱצָאִים, צוֹאָה, תּוֹצָאוֹת.

יְצָא chald. in Kal inusit.

Schaph. שֵׁיצִא et שֵׁיצִי in Targg. est *rem ad exitum perduxit, finivit*.

Inde in sacris שֵׁיצִיא *finitus* Esr. 6, 15.

יָצַב *statuit, posuit, stitit*, i. q. נָצַב, a quo Niph., Hiph. et Hophal multaque nomina derivata repetuntur.

Hithp. stitit se, constitit, adstitit (sich hinstellen, hintreten) Ex. 2, 4. 19, 17. 34, 5. Num. 11, 16. 22, 22. 1 Sam. 17, 16: *seque sistebat* (ad certamen) *quadraginta dies*. Iob. 33, 5, sq. לִפְנֵי Exod. 8, 16 et עַל pers. הִתְיַצֵּב עַל יְהוָֹה de angelis, utpote apparitoribus, Deo se sistentibus, gr. παραστῆναι Luc. 1, 19. Iob. 1, 6. Zach. 6, 5 cf. Prov. 22, 29. Eadem formula sensu hostili: *surrexit contra* Deum Ps. 2, 2.

2) *stetit* (stehn, dastehn), sq. לִפְנֵי coram aliquo i. e. ministravit ei Prov. 22, 29; *constitit* coram aliquo (bestehn vor jem.), sive victor coram hoste, sq. לִפְנֵי Deut. 9, 2. Iob. 41, 2, בִּפְנֵי Deut. 7, 24. 11, 25. Jos. 1, 5, עִם 2 Par. 20, 6, sive iustus coram iudice, sq. לְנֶגֶד בְּעֵינֵי Ps. 5, 6. Absol. 2 Sam. 21, 5.

3) *adstitit, adfuit* alicui (beistehn), sq. לְ pers. Ps. 94, 16. — Exod. 2, 4 תֵּתַצַּב ἀνομαλῶς pro תִּתְיַצֵּב, v. Lgb. p. 386.

יְצַב chald. Pe. inusit: firmus, certus fuit.

Pa. verum, certum dixit Dan. 7, 19 cf. 16. Inde adj. יַצִּיב.

יָצַג in Kal inusit., sed cogn. radd. נָצַב, יָצַב, et יָצַק Hi.

Hiph. הִצִּיג (more verborum פָּן) pr. *stare fecit*, hinc 1) *statuit, stitit* (hinstellen) homines Gen. 43, 9. 47, 2. Iud. 7, 5. Jer. 51, 34. Iob. 17, 6, res Gen. 30, 38. Deut. 28, 56. Trop. *stabilivit* Am. 5, 15: *stabilite ius in porta*. — 2) *collocavit, posuit* Iud. 6, 37. — 3) *reliquit* (stehn lassen) Gen. 33, 15.

Ho. הֻצַּג pass. Hi. no. 3. Ex. 10, 24.

יִצְהָר (a rad. צָהַר splenduit, cf. זָהָב no. 2) m. 1) *oleum*, maxime recens et hornum Num. 18, 12. Deut. 12, 17. 14, 23. 2 Reg. 18, 32. Saepe copulatur cum תִּירוֹשׁ mustum, et differre videtur a שֶׁמֶן, ut תִּירוֹשׁ a יַיִן. בְּנֵי הַיִּצְהָר *filii olei* i. e. uncti Zach. 4, 14. Inde denom. הִצְהִיר. — 2) n. pr. filii Kehath Exod. 6, 18. Num. 3, 19. Patron. exit in ־ִי Num. 3, 27.

יִצְחָק (illudens, qs. part. fut. a rad. צָחַק, cui etymo alluditur Gen. 17,

17. 19. 18, 12 sq. 21, 6. 26, 8) n. pr. *Isaaci* (LXX. Ἰσαάκ) patriarchae, filii Abrami et Sarae. Gen. 21, 28. In libris poëticis aliquoties scribitur יִשְׂחָק (syr. ܐܝܣܚܩ, arab. إِسْحَقُ) Ps. 105, 9. Jer. 33, 26. Am. 7, 9. 16, idque Am. l. c. poët. dictum pro gente israëlitica, i. q. יִשְׂרָאֵל.

יִצְהָר v. צֹהַר n. 3.

יָצִיא m. adj. verbale pass. (sed activae potestatis) a rad. יָצָא: *egressus* 2 Chr. 32, 21.

יַצִּיב m. chald. adj. 1) *stabilis, firmus, ratus.* Dan. 6, 13. 2) *verus*, fide dignus. Dan. 2, 45. 3, 24. מִן־יַצִּיב adv. *certo.* 2, 8.

יָצַע *stravit.* (Arab. وضع *posuit*, stravit. Cognata sunt יָצַב, יָצַג, יָצַק). Part. pass. יָצוּעַ subst. 1) *stratum, lectus* Ps. 63, 7. 132, 3. Iob. 17, 13; de toro Gen. 49, 4. 2) *contignatio.* Vulg. *tabulatum.* 1 Reg. 6, 5. 6. 10 (Keri יָצִיעַ). Constr. c. fem. comm. 6 (ter) et cum masc. Comm. 10. In templo Salomonis l. c. ita vocantur tres conclavium lateralium (צְלָעוֹת) contabulationes a tribus templi lateribus quinque ulnarum altitudine una super alteram exstructae; ita quidem ut יָצוּעַ fem. Comm. 6 de singulis contabulationibus, Comm. 5. 10 (ubi masculino iunctum est) collective de universa hac aedis parte dictum sit. Aug. Hirtius (der Tempel Salomo's p. 24. 25), qui tria haec tabulata ad ipsius templi altitudinem surrexisse docet, Josephum quidem auctorem secutus est, sed invitis tamen disertis contextus hebraei verbis Comm. 18: וַיִּבֶן אֶת־הַיָּצוּעַ עַל־כָּל־הַבַּיִת חָמֵשׁ אַמּוֹת קוֹמָתוֹ.

Hiph. הִצִּיעַ *stravit, substravit.* Ps. 139, 8: וְאַצִּיעָה שְּׁאוֹל *et* (si) *orcum mihi substernerem*, i. e. stratum meum facerem. Jes. 58, 5.

Hoph. pass. Jes. 14, 11: תַּחְתֶּיךָ יֻצַּע רִמָּה *vermes tibi substernuntur*, pro lecto sunt. Esth. 4, 3, cf. Jes. 58, 5.

Deriv. מַצָּע.

יָצַק fut. יִצֹק pl. יִצְקוּ (semel Fut. E. וַיִּצֶק 1 Reg. 22, 35 ibique intransitive) imp. צַק 2 Reg. 4, 41 et יְצֹק Ez. 24, 3 inf. צֶקֶת

1) *fudit, effudit*, res liquidas Gen. 28, 18. 35, 14. Exod. 29, 7. 2 Reg. 4, 4, artificia et vasa aenea Exod. 25, 12. 26, 37. 36, 36. Part. pass. יָצוּק *fusus* 1 Reg. 7, 24. 30, inde *durus, firmus*, instar metalli fusi Iob. 41, 15. 16. Metaph. Ps. 41, 9: דְּבַר בְּלִיַּעַל יָצוּק בּוֹ *consilium perniciosum effusum est super eo.* — 2) *effudit se* 1 Reg. 22, 35. Iob. 38, 38: בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק *ubi pulvis fundit se in massam fusilem* i. e. cum aqua pluviali colliquescit massae fusilis instar.

Pi. effudit. Part. מְיַצֶּקֶת 2 Reg. 4, 5 Chethibh.

Hiph. הוֹצִיק id. 2 Reg. l. c. Keri, sed aliâ formâ

Hi. הִצִּיג est *posuit, collocavit* i. q. הִצִּיק (fundendi enim, iaciendi, ponendi significationes vicinae sunt) Jos. 7, 23. 2 Sam. 15, 24.

Hoph. הוּצַק 1) *effusus est.* Lev. 21, 10. Ps. 45, 3. 2) *e metallo fusus est.* 1 Reg. 7, 23, 33. Iob. 37, 18. Metaph. מֻצָּק *firmus, intrepidus.* Iob. 11, 15.

Derivv. מוּצָק, מוּצָקָה et

יְצֻקָה f. *fusio* (metalli) 1 Reg. 7, 24.

I. יָצַר fut. יִצֹּר, וַיִּיצֶר, it. יִצֹר Jes. 44, 12 (neque aliter 42, 6. 49, 8, ubi אֶצָּרְךָ in Commentario meo male cum aliis duxi a נָצַר) v. no. 2

1) *finxit, formavit*, ut figulus lutum (v. יוֹצֵר figulus) Gen. 2, 7. 8. 19, artifex statuas Jes. 44, 6. 9. 10. 12, arma 54, 17. Saepe de Deo creatore Ps. 94, 9: יֹצֵר עַיִן *qui oculum formavit.* 33, 15. 74,

17. 99, 5. Jes. 45, 7. 18, quo sensu saepe copulatur cum בָּרָא. Part. יוֹצֵר subst. est a) *figulus* Ps. 94, 9. 20, unde כְּלִי יוֹצֵר vas fictile Ps. 2, 9. 2 Sam. 17, 28, b) *artifex* statuarum Jes. 44, 9, c) *creator* ib. 43, 1. 44, 2. 24. De vc. יוֹצֵר Zach. 11, 13 v. pag. 416.

2) Sq. לְ formavit ad aliquid, *destinavit* alicui rei. Jes. 44, 21: יְצַרְתִּיךָ לְעֶבֶד לִי *formavi te, ut sis servus meus.* 42, 6: אֶצָּרְךָ וְאֶתֶּנְךָ לִבְרִית עָם *formavi et feci te auctorem foederis populorum..* 49, 5. 8. 45, 18 (fin.). Saepe de rebus a Deo praedestinatis, praeformatis (opp. eventui, exitui earum) Jes. 22, 11. 37, 26. 43, 7. 46, 11.

3) *animo formavit, excogitavit, meditatus est*, 2 Reg. 19, 25, sq. עַל contra aliquem Jer. 18, 11. Ps. 94, 20. Jer. 1, 5 (Keri).

Niph. pass. Kal no. 1 *formatus, creatus est* Jes. 43, 10.

Pu. יֻצַּר pass. Kal no. 3 *praedestinatus est* Ps. 139, 16.

Hoph. i. q. Niph. Jes. 54, 17.

Derivv. יֵצֶר, יְצֻרִים.

II. יָצַר i. q. צוּר, sed intrans. *coarctatus, angustus fuit.* (Cf. gramm. §. 76. Lgb. §. 112). Tantummodo in fut. יֵצַר pl. יֵצְרוּ Prov. 4, 12. Jes. 49, 19. Iob. 18, 7. Alibi impers. וַיֵּצֶר לוֹ *angustum ei fuit* (in Praet. צַר לוֹ) i. e. a) in rebus angustis versatus est Iud. 2, 15. 10, 9. Iob. 20, 22. b) *in angore fuit* Gen. 32, 8 (et sic in fem. וַתֵּצֶר לוֹ 1 Sam. 30, 6). c) *doluit, moeruit* (er nahm es sich nahe) 2 Sam. 13, 12.

יֵצֶר m. c. suff. יִצְרוֹ 1) *fictio, formatio.* Ps. 103, 14: כִּי־הוּא יָדַע יִצְרֵנוּ *is enim novit formationem nostram*, h. e. scit, quomodo vel unde formati simus, inde *opus fictile* Jes. 29, 16, spec. *idolum* Hab. 2, 18. 2) metaph. *meditatio, cogitatio*, plenius יֵצֶר לֵב. Gen. 8, 21. 6, 5. Deut. 31, 21. יֵצֶר סָמוּךְ *animus firmus, mens firma* i. e. mentis firmae homo. Jes. 26, 3 (cf. Ps. 112, 8). 3) n. pr. filii Naphtali Gen. 46, 24. Patron. est יִצְרִי Num. 26, 49, quod quidem posterius alius etiam viri n. pr. est 1 Chr. 25, 11 (pro quo V. 3 צְרִי).

יְצֻרִים m. pl. Iob. 17, 7 pr. *formata* poët. pro *membris*, ut bene Vulg. Alii faciei lineamenta intelligunt.

יָצַת in solo fut. obvium יִצַּת pl. in Pausa יִצָּתוּ pro יִצְּתוּ 1) *incendit, accendit*, sq. בְּ Jes. 9, 17. 2) pass. *incensus, combustus est* i. q. Niph. Jes. 33, 12. Jer. 49, 2. 51, 58.

Niph. praet. נִצַּת 1) *incensus, igne deletus est.* Neh. 1, 3. 2, 17. Jer. 2, 15. 9, 9. 11. 2) *exarsit* (ira), sq. בְּ in aliquem. 2 Reg. 22, 13. 17.

Hiph. הוֹצִית 2 Sam. 14, 30 Chethibh, alibi הִצִּית i. q. no. 1 *incendit* Jer. 51, 30, addito בָּאֵשׁ Jos. 8, 19. Jer. 32, 29. — הִצִּית אֵשׁ בְּ ignem intulit alicui rei Jer. 17, 27. 21, 14, sq. עַל Jer. 11, 16.

יָקַב rad. inusit. *cavavit*, ut قاب med. Vav, unde وَقْبٌ cavum in rupe. Cognata sunt נָקַב effodit, קְבַב chald. cavavit et plura, quae vide s. rad. כָּפַף.

יֶקֶב c. Suff. יִקְבֶךָ (idque sine dag. leni) Deut. 15, 14. 16, 13 pl. cstr. יִקְבֵי Zach. 14, 10 m. 1) *cupa torcularis, ὑπολήνιον*, lacus, in quem mustum torculari (גַּת) expressum influit Joël. 2, 24. Prov. 3, 10. Plerumque in terram infossa vel ipsi rupi incisa erat. 2) *torcular ipsum.* Iob. 24, 11. Joël 4, 13.

יְקַבְצְאֵל (quod *Deus colligit*) Neh. 11, 25, et קַבְצְאֵל Jos. 15, 21. 2 Sam. 23, 20 n. pr. oppidi in australibus Judaeae.

יָקַד fut. יֵקַד Jes. 10, 16 et יִיקַד Deut. 32, 22 *arsit, exarsit.* Jes. 65, 5. (Arab. وقد id. syr. ܝܩܕ).

Part. pass. יָקוּד *incensum* i. e. foci materia ardens Jes. 30, 14.

Hoph. הוּקַד *incensus est*, arsit. Lev. 6, 2. 5. 6, trop. de ira Jer. 15, 14. 17, 4.

Derivv. מוֹקֵד, יְקוֹד.

יְקַד chald. id. Part. fem. יָקִדְתָּא et יָקִידְתָּא *ardens*. Dan. 3, 6. 11. 23. 26.

יְקֵדָא f. chald. *incendium*. Dan. 7, 11.

יָקְדְעָם (incendium populi) n. pr. oppidi in montanis Judae. Jos. 15, 56.

יָקָה rad. inusit. Arab. وقى V. veneratus est. VIII. Deum timuit, pius fuit.

יָקֶה (pius) n. pr. m. Prov. 30, 1, cf. יְקוּתִיאֵל.

יָקַה rad. inusit. Arab. وقه *obedivit*. Inde

יְקָהָה f. nonnisi in st. cstr. יִקְּהַת (c. Dag. forti euphon.) *obedientia, obsequium*. Gen. 49, 10. Prov. 30, 17.

יְקוֹד m. *incendium* Jes. 10, 16.

יְקוּם m. *quicquid* (in terra) *vivit*, a rad. קוּם vivendi significatu, qui in Samaritanismo est. Gen. 7, 4. 23. Deut. 11, 6.

יָקוֹשׁ Hos. 9, 8 et **יָקוּשׁ** Ps. 91, 3. Prov. 6, 5. Plur. יְקוּשִׁים Jer. 5, 26 m. *auceps*. Rad. יָקשׁ. Formarum illarum prior pr. intransitiva est, altera passiva potestatis tamen intransitivae.

יְקוּתִיאֵל (fort. reverentia Dei, a subst. יְקוּת a rad. יָקַה, ־י compaginis et אֵל) n. pr. m. 1 Chr. 4, 18.

יָקְטָן (minutus) n. pr. unius e Semi posteris et filiis Heberi Gen. 10, 25. 26, ad quem auctorem multae Arabiae australis gentes referuntur. In stemmatibus Arabum idem قحطان appellatur. V. Bocharti Phaleg. III, cap. 15. Pocockii spec. hist. Arab. p. 3. 38. A. Schultensii hist. imperii Ioctanidarum in Arabia felice. Harderov. 1786. 4.

יָקִים (quem Deus *erigit*) n. pr. m. 1) 1 Chr. 8, 19. 2) 24, 12.

יַקִּיר adj. *carus*. Jer. 31, 20. Rad. יָקַר.

יַקִּיר adj. chald. 1) *gravis*. Dan. 2, 11. 2) *honoratus, potens*. Esr. 4, 10.

יְקַמְיָה (pro יְקַמֵּה יָהּ, quem *Jehova colligit*) n. pr. m. 1) 1 Chr. 2, 41. 2) 3, 18.

יְקַמְעָם (qui populum congregat, pro יְקַמֵּה עָם) n. pr. m. 1 Chr. 23, 19. 24, 23.

יָקְמְעָם (a populo collectum, rad. קָמָה) n. pr. oppidi Levitarum in agro Ephraimitarum 1 Reg. 4, 12. 1 Chron. 6, 53. Pro quo Jos. 21, 22 exstat קִבְצַיִם, eiusdem fere significationis.

יָקְנְעָם (a populo possessus, pro יְקַנֵּה עָם) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. 12, 22. 19, 11. 21, 34.

יָקַע tantum in fut. יֵקַע i. q. נָקַע *divulsus, avulsus est*, hinc 1) *luxatum est* membrum. Gen. 32, 26. 2) metaph. *abalienatus est* ab aliquo. Jer. 6, 8. Ez. 23, 17. 18, sq. מִן et מֵעַל.

Hiph. הוֹקִיעַ (in palo) *suspendit, palo affixit*, ἀνασκολπίζειν, quo supplicio membra luxabantur Num. 25, 4. 2 Sam. 21, 6. 9. *Hoph.* pass. 2 Sam. 21, 13.

יָקַץ in solo fut. usit. יִיקַץ, יִקַץ, semel וַיִּקֶץ Gen. 9, 24 *evigilavit, expergefactus est*. Gen. 28, 16. 41, 4. 7. Pro praet. utuntur forma הֵקִיץ Hiph. a קוּץ. (Arab. يقظ id.).

יָקַר fut. יִיקַר 2 Reg. 1, 13, יֵיקַר Ps. 72, 14 et יֵקַר Ps. 49, 9 1) *gra-*

vis fuit. (Syr. ܝܩܪ, arab. وقر id.). Metaph. *difficilis fuit* intellectu. Ps. 139, 17 cf. Dan. 2, 11. 2) *pretiosus, carus fuit.* Ps. 49, 9. Sq. לְ et בְּעֵינֵי pretiosus, carus fuit alicui 1 Sam. 26, 21: אֲשֶׁר יָקְרָה נַפְשִׁי בְּעֵינֶיךָ *quoniam vita mea tibi pretiosa fuit*, quoniam ei pepercisti. 2 Reg. 1, 13. 14. Ps. 72, 14, it. sq. מֵעַל magni aestimatus est ab aliquo (cf. צָדַק מִן, רָשַׁע מִן). Zach. 11, 13: *egregium illud pretium*, אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם *quo ab illis aestimatus sum* i. e. dignus habitus sum. 3) *gravis* i. e. *honoratus fuit.* 1 Sam. 18, 30. Cf. כָּבֵד.

Hiph. הוֹקִיר *rarum fecit* (cf. adj. no. 5). Jes. 13, 12. Prov. 25, 17.

Derivv. praeter ea quae statim sequuntur: יַקִּיר.

יָקָר m. יְקָרָה f. adj. pr. gravis, vide verbum, hinc 1) *pretiosus.* אֶבֶן יְקָרָה collect. *lapides pretiosi*, de gemmis 1 Reg. 10, 2. 10. 11, nec non de praestantioribus lapidum generibus, quae aedibus exstruendis adhibebant, ut de marmore, lapidibus adeo quadratis 2 Chr. 3, 7, plur. אֲבָנִים יְקָרוֹת 1 Reg. 5, 31. 7, 9 sq. Metaph. Ps. 36, 8: מַה־יָּקָר חַסְדְּךָ אֱלֹהִים *quam pretiosa est benignitas tua, o Deus!* 116, 15 cl. 72, 14. 2) *carus.* Ps. 45, 10: *regum filiae* sunt *in caris tuis* i. e. in puellarum tuarum numero. בִּיקְּרוֹתֶיךָ per Syriasmum pro בִּיקְרוֹתֶיךָ, cum Dag. forti euphon. 3) *gravis*, i. e. *honoratus.* Eccl. 10, 1. 4) *magnificus, splendidus.* Iob. 31, 26. Subst. magnificentia, decus. Ps. 37, 20: כִּיקַר כָּרִים *sicut decus pratorum* i. e. gramen. 5) *rarus.* 1 Sam. 3, 1. 6) Prov. 17, 27: יְקַר־רוּחַ in Keri fort. *quieto animo*, coll. arab. وقر quietus, mansuetus fuit. In Chethibh est: וְקַר רוּחַ.

יְקָר m. (Kamez impuro) 1) *pretium, praestantia.* כְּלִי יְקָר *vas pretiosum.* Prov. 20, 15. Concr. כָּל־יְקָר quidquid pretiosum est Iob. 28, 10. Jer. 20, 5. 2) *honor*, dignitas. Ps. 49, 13. 21. Esth. 1, 20. 3) *magnificentia.* Esth. 1, 4. 4) *pretium* (Preis) Zach. 11, 13.

יְקָר m. chald. 1) *res pretiosae.* Dan. 2, 6. coll. Jes. 3, 17. 10, 3. Targ. 2) *honor, dignitas.* Dan. 2, 37. 4, 27. 33.

יָקוֹשׁ (jakosch) 1 pers. יָקֹשְׁתִּי i. q. נָקַשׁ et קוּשׁ (q. v.) *laqueos posuit, aucupatus est.* Part. יוֹקֵשׁ auceps Ps. 124, 7. Sq. לְ pers. Jer. 50, 24 et plenius יָקַשׁ פַּח לְ laqueos posuit i. e. insidias struxit alicui. (Fut. יְקֹשׁוּן Jes. 29, 21 est a קוּשׁ).

Niph. נוֹקַשׁ *illaqueatus, laqueis captus est.* Jes. 8, 15. 28, 13. Prov. 6, 2. Metaph. avaritia illaqueatus, seductus est. Deut. 7, 25.

Pu. part. יוּקָשִׁים pro מְיוּקָשִׁים Eccl. 9, 12.

Derivv. מוֹקֵשׁ, יָקוּשׁ, et

יָקְשָׁן (auceps) n. pr. filii Abrahami et Keturae natu secundi, Sabaeorum et Dedanitarum proavi Gen. 25, 2. 3.

יָקְתְאֵל (a Deo subactum, pro יְקֻתָה אֵל, a rad. קָתָה = قتا servivit) n. pr. 1) oppidi tribus Judae. Jos. 15, 38. 2) quod Amazias rex Selae, Arabiae petraeae urbi primariae a se expugnatae, dedit. 2 Reg. 14, 7.

יָרֵא praet. pl. יְרֵאתֶם Deut. 5, 5 et יְרֵאתֶם Jos. 4, 14 fut. יִירָא, וַיִּירָא, וַיִּרָא pl. יִירְאוּ et יִרְאוּ 2 Reg. 17, 28, imp. יְרָא, pl. יְרְאוּ ex Syrismo pro יִרְאוּ Lgb. p. 417. 1 Sam. 12, 24. Ps. 34, 10, inf. יְרֹא Jos. 22, 5, c. praef. לֵרָא pro לִירֹא 1 Sam. 18, 29, alibi fem. יִרְאָה, pr. *tremuit.* Nostra enim radix emollita est ex יָרַע, ورع, يرع tremuit, cf. זָרַע aram. זְרָא sevit, גְּמַע et גְּמָא

ligurrivit, خبع et خبأ abscondit. Inde

1) *timuit.* Construitur a) absolute Gen. 3, 10. 18, 15. אַל־תִּירָא, אַל־תִּירְאִי *noli timere.* Gen. 15, 1. 21, 17. 26, 24 et saepe. b) sq. acc. pers. et rei, quam timemus Num. 14, 9. 21, 34. Iob. 9, 35, it. מִן et מִפְּנֵי Deut. 1, 29. 5, 5. Ps. 3, 7. 27, 1. Jos. 11, 6 (pr. timere *ab* aliquo, ab aliqua re in modum verborum fugiendi cf. מִן no. 2, a); c) sq. לְ *timuit alicui* pers. vel rei. Jos. 9, 24: וַנִּירָא מְאֹד לְנַפְשֹׁתֵינוּ מִפְּנֵיכֶם *timebamus valde vitae nostrae a vobis.* Prov. 31, 22. d) sq. לְ et מִן c. inf. timuit (dubitavit), aliquid facere. Gen. 19, 30: כִּי יָרֵא לָשֶׁבֶת בְּצֹעַר *timebat enim, habitare in Zoar.* 46, 3. Ex. 3, 6. 34, 30. e) sq. פֶּן timuit, ne quid fiat, ut δείδω μὴ Gen. 31, 31. 32, 12.

2) *veritus, reveritus est,* ut parentes Lev. 19, 3, ducem Jos. 4, 14, sacrarium Lev. 19, 30, iusiurandum 1 Sam. 14, 26.

Spec. יָרֵא אֶת־אֱלֹהִים a) Deum timuit, pr. Ex. 14, 31. 1 Sam. 12, 18. b) reveritus est eum, tanquam iniuriae vindicem, hinc *pius, probus fuit*, v. c. Lev. 19, 14. 32. 25, 17. Exod. 1, 17. Prov. 3, 7: *reverere Deum, et fuge malum.* Iob. 1, 9. Sq. מִלִּפְנֵי Eccl. 8, 12. 13. Semel omisso Dei nomine Jer. 44, 10. (Similiter apud Syros et Arabos verba timendi ad religionem et pietatem referuntur, ut خشي, ورع, رهب, وقى Conj. III).

3) *tremuit* prae gaudio, ut syn. פָּחַד. Jes. 60, 5, ubi libri accuratiores habent תִּרְאִי i. q. תִּירְאִי, non תִּרְאִי.

Niph. נוֹרָא *timeri.* Ps. 130, 4. Part. נוֹרָא δεινός 1) *terribilis, horrendus,* de deserto Deut. 1, 19. 8, 15, de die iudicii Joël 2, 11. 3, 4. 2) *venerabilis, augustus.* Gen. 28, 17. Ps. 99, 3. Iob. 37, 22. Ez. 1, 22. 3) *stupendus, admirandus.* Ps. 66, 3. 5. Exod. 15, 11. Plur. נוֹרָאוֹת *admiranda, praeclara facinora*, hominum Ps. 45, 5, maxime Dei Deut. 10, 21. 2 Sam. 7, 23, adv. *mirum in modum, mirabiliter.* Ps. 65, 6. 139, 14 (ut נִפְלָאוֹת).

Pi. יֵרֵא *terruit, timorem iniecit.* 2 Sam. 14, 15. 2 Par. 32, 18. Nehem. 6, 9. 14.

N. deriv. praeter sequentia מוֹרָא.

יָרֵא m. cstr. יְרֵא, fem. יְרֵאָה cstr. יִרְאַת (Prov. 31, 30) adj. verbale 1) *timens, venerans* Pronomm. personalibus iunctum verbum finitum circumscribit, ut יָרֵא אָנֹכִי timeo Gen. 32, 12, יָרֵא אַתָּה times Iud. 7, 10, אֲנַחְנוּ יְרֵאִים timemus 1 Sam. 23, 3, אֵינֶנּוּ יָרֵא non timet Eccl. 8, 13. Sq. casu verbi יָרֵא אֶת־יְהוָה Deum reveritus 2 Reg. 4, 1, alibi sq. genit. יְרֵא אֱלֹהִים *religiosus, pius* (timidus Deorum Ovid.) Gen. 22, 12. Iob. 1, 1. 8. 2, 3. 2) *timidus* Deut. 20, 8.

יִרְאָה f. 1) pr. inf. verbi יָרֵא, *timere, revereri.* Neh. 1, 11: לְיִרְאָה אֶת־שְׁמֶךָ *ad reverendum nomen tuum.* 2 Sam. 3, 11: מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ *quia eum reverebatur.* Deut. 4, 10. 5, 26. 6, 24. 10, 12. 14, 23. 2) subst. *timor.* Ion. 1, 10: וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה *magnoque timore correpti sunt viri.* Sequitur genitivus subiecti s. eius qui timet Ps. 55, 6. Iob. 4, 6, et obiecti s. eius quod timetur (cf. de duplici sensu formulae *metus hostium* Gell. N. att. 9, 10). Inde יִרְאָתְךָ timor tui. Deut. 2, 25. Jes. 7, 25: יִרְאַת שָׁמִיר וָשַׁיִת *timor sentium et veprium.* Cf. Ezech. 1, 18: יִרְאָה לָהֶם *timor illis* inerat i. e. terrorem iniiciebant. 3) *reverentia, verecundia.* Ps. 2, 11. 5, 8. יִרְאַת יְהוָה reverentia erga Deum, *pietas.* Prov. 1, 7: יִרְאַת יְהוָה רֵאשִׁית דָּעַת. Iob. 28, 28. Jes. 11, 2. Ps. 34, 12. 111, 10; meton. praecepta religionis, pietatis Ps. 19, 10. Omisso יְהוָה Iob. 4, 6. 15, 4.

יִרְאוֹן (timidus, *pius*) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 38.

יִרְאִיָּה (quem *Jehova adspicit*) n. pr. m. Jer. 37, 13. 14.

יָרֵב Hos. 5, 13. 10, 6 vulgo pro substantivo habitum, v. sub rad. ריב.

יְרֻבַּעַל m. (contr. ex יָרֶב בַּעַל quocum *Baal litigat*, v. Iud. 6, 32) cognomen Gideonis, iudicis Israëlitarum, pro quo יְרֻבֶּשֶׁת (quocum *idolum litigat*) 2 Sam. 11, 21. LXX. Ἰεροβάαλ. Cf. אִישׁ־בֹּשֶׁת et אֶשְׁבַּעַל.

יָרָבְעָם (cuius *populus multus est*) *Jarobeam* (sic enim enuntiandum, non *Jorobeam*) n. pr. duorum regum decem tribuum, quorum alter, filius Nebath, regni Ephraimitici et moscholatriae auctor, regnabat annis 975—54 a. Chr. 1 Reg. 12—14, alter, Jehoasi filius 825—784. 2 Reg. 14, 23—29.

יָרַד fut. יֵרֵד, וַיֵּרֶד, in Pausa וַיֵּרַד, imp. רֵד, רְדָה, semel יְרַד (Iud. 5, 13), inf. absol. יָרֹד (Gen. 43, 20), cstr. רֶדֶת, c. suff. רִדְתִּי, semel רְדָה Gen. 46, 3

1) *descendit.* (Ad litteram in lingua arab. respondet ورد potum, aquatum ivit, quia ad fontem descenditur: in vulgari linguae usu نزل). Descendere autem dicuntur non solum qui de monte descendunt (Ex. 34, 29), sed universe qui ex loco vel regione editiore in depressiorem se conferunt, spec. qui ad *fontem*, *flumen* accedunt Gen. 24, 16. 45. Ex. 2, 5. Jos. 17, 9. 1 Reg. 18, 40, qui ad *mare* Jes. 42, 10. Ps. 107, 23 (terra enim super aquae superficiem eminet), qui e navi escendunt Ez. 27, 29; qui exeunt ex urbe (urbes enim, utpote munitae, plerumque in montibus exstructae erant) Ruth 3, 3. 6. 1 Sam. 9, 27. 2 Reg. 6, 18; qui e regione montana et edita in depressiorem proficiscuntur, ut Hierosolymis in Aegyptum Gen. 12, 10. 26, 2 sq. 46, 3, in Philistaeam et regionem maritimam (שְׁפֵלָה) Gen. 38, 1. 1 Sam. 13, 20. 23, 4. 8. 11, in Samariam 1 Reg. 22, 2. 2 Reg. 8, 29. 10, 13; qui regiones australes petunt (septentrionales enim terrae regiones editiores esse putabant prisci, v. intpp. ad Virg. Georg. 1, 240—43. Herod. 1, 95. 1 Macc. 3, 37. 2 Macc. 9, 23) 1 Sam. 25, 1. 26, 2. 30, 15. Cf. Chr. B. Michaëlis diss. de notione superi et inferi, repetita in Commentt. theol. a Velthusenio aliisque editis V, p. 397 sq.

Locus, quorsum descenditur, ponitur praeviis particulis אֶל 2 Sam. 11, 9. 10, לְ Cant. 6, 2, vel in accusativo (ה ָ— paragogico vel addito vel omisso). Ps. 55, 16: יֵרְדוּ שְׁאוֹל חַיִּים *vivi descendant in orcum.* Iob. 7, 9. 17, 16. 33, 24. Part. יֹרְדֵי־בוֹר qui in sepulcra descendunt. Prov. 1, 12.

Saepe etiam dicitur de rebus inanimatis, ut de flumine deorsum fluente Deut. 9, 21, de pluvia Ps. 72, 6, de via et de finibus, qui deorsum s. ad meridiem tendunt Num. 34, 11. 12. Jos. 18, 13 sq.; de die inclinante Iud. 19, 11.

Ut alia verba fluendi (v. grammat. hebr. §. 135, 1 not. 2, ed. 10.) poët. struitur c. accus. rei, quae magna copia deorsum mittitur, itaque in transitivam demittendi potestatem vertitur. Thren. 3, 48: פַּלְגֵי מַיִם תֵּרַד עֵינִי *aquarum rivos demittit oculus meus.* 1, 16. Jer. 9, 17. 13, 17. 14, 17. Ps. 119, 136. Eandem formulam frequentant Arabes العين وردت البكا oculus meus (magna copia) demittit fletum, v. Schult. Origg. hebr. p. 99. Aliter flexum est Jes. 15, 3: יֹרֵד בַּבֶּכִי (lacrymans) *in lacrymas descendit.*

2) *deiectus est*, *decidit*, *concidit* (qs. invitus descendit, cf. נָפַל.

יָצָא), de hominibus et bestiis occisis (fallen) Jes. 34, 7, de iis, qui e statu felici et opulento in paupertatem detruduntur Deut. 28, 43; it. de inanimatis, ut de muro, Deut. 28, 52, de silva succisa Jes. 32, 19. Zach. 11, 2, de urbe diruta Deut. 20, 20.

Hiph. הוֹרִיד facere ut aliquis vel aliquid descendat, quocunque modo Gen. 42, 38. 44, 29. 31, inde 1) ubi refertur ad personas: *deduxit* (hinabführen, —bringen) Gen. 44, 21. Iud. 7, 4, *demisit*, ut in fune Jos. 2, 15. 18, *deorsum misit* (in orcum) 1 Sam. 2, 6. Ez. 26, 20; et ubi violentius fit: *detrusit* v. c. Deus populos Ps. 56, 8, *deturbavit* (reges de soliis) Jes. 10, 13 cf. Obad. 3. 4, *subiecit* (populos) 2 Sam. 22, 48. 2) ubi refertur ad res: *deorsum tulit, detulit* Gen. 37, 25. 43, 11. 22, *demisit* (herunter nehmen) Gen. 24, 18. 46. Num. 4, 5, *defluere fecit* 1 Sam. 24, 14. Joël 2, 23, et ubi cum vi coniunctum est: *deiecit*, Hos. 7, 12. Prov. 21, 22.

Hoph. הוּרַד pass. Hiph. Gen. 39, 1. Jes. 14, 11 sq.

Nom. deriv. praeter sequentia מוֹרָד.

יֶרֶד (descensus) n. pr. m. 1) Gen. 5, 15. Graec. Ἰαρέδ Luc. 3, 37. 2) 1 Chr. 4, 18.

יַרְדֵּן, in sermone pedestri ubique c. art. הַיַּרְדֵּן (appellat. fluvius, a descendendo, defluendo dictus, ut germ. *Rhyn*, *Rhein* a verbo *rinnen*, cf. ܝܰܡܳܐ lacus, mare) *Jordanes*, gr. ὁ Ἰορδάνης, Palaestinae fluvius nobilissimus, in Antilibani radicibus exortus, in mare mortuum influens et in eo evanescens. Gen. 13, 10. 11. 32, 11. 50, 10. Arab. الأُرْدُنّ et hodie etiam الشريعة vocatur i. e. *vadum* (ab Israëlitis olim traiectum). אֶרֶץ יַרְדֵּן regio Jordani vicina Ps. 42, 7. — Iob. 40, 23 Jordanes pro quovis maiore fluvio ponitur (ut Cicero, *ein Cicero*, pro magno oratore): quod sane scriptorem in Palaestina degentem prodit.

יָרָה inf. יְרֹה, יְרוֹת et יְרוֹא 2 Chr. 26, 15 imp. יְרֵה fut. יִירֶה 1) *iecit* Ex. 15, 4, v. c. sortem Jos. 18, 6, sagittam 1 Sam. 20, 36. 37. Ps. 11, 2. 64, 5. Num. 21, 30. Part. יוֹרֶה sagittarius 1 Chr. 10, 3.

2) *fundamenta iecit* (cf. gr. βάλλεσθαι ἄστυ pro fundamenta urbis iacere, syr. ܫܰܕܺܝ iecit, et fundamentum posuit), *fundavit*. Iob. 38, 6: *quis iecit* s. fundavit, collocavit *lapidem angularem eius*. Gen. 31, 51: *ecce cippum*, אֲשֶׁר יָרִיתִי *quem fundavi* i. e. collocavi, erexi.

3) *conspersit, rigavit* (pr. aquas, guttas iecit, disiecit, cf. זָרַק) Hos. 6, 3. Hinc part. יוֹרֶה *pluvia prima*, v. supra p. 416.

Niph. pass. no. 1 *sagittis transfixus est*. Fut. יִיָּרֶה Ex. 19, 13.

Hiph. הוֹרָה fut. יוֹרֶה, c. Waw convers. וַיּוֹר 1) i. q. Kal *iecit* Iob. 30, 19, spec. sagittas. 1 Sam. 20, 20. 36. Fut. apoc. וַיּוֹר 2 Reg. 13, 17. Part. מוֹרֶה *sagittarius*, 1 Sam. 31, 3. Per Aramaismum in modum verborum ל״א scriptum est 2 Sam. 11, 24: וַיֹּרְאוּ הַמּוֹרְאִים *et iaculati sunt sagittarii*, cl. 2 Chr. 26, 15.

2) *conspersit, irrigavit*. Part. מוֹרֶה i. q. יוֹרֶה pluvia prima. Joël 2, 23. Ps. 84, 7.

3) *manum emisit* (ut שָׁלַח יָד), maxime *ad monstrandum*. Hinc *monstravit, indicavit*. Gen. 46, 28. Prov. 6, 13: מֹרֶה בְּאֶצְבְּעֹתָיו *monstrans* i. e. signa dans *digitis suis*, sq. gem. acc. pers. et rei Ex. 15, 25.

A monstrando est 4) *docuit, instituit* (cf. gr. δεικνύω, ἀναφαίνω) Ex. 35, 34. Mich. 3, 11, sq. acc. p. *edocuit* al. Iob. 6, 24. 8, 10. 12, 7. 8, sq. acc. rei Jes. 9, 14. Hab. 2, 18. Hinc sq. dupl. acc., pers. et rei Ps. 27, 11. 86, 11. 119, 33,

sq. בְּ rei (pr. instituere in aliqua re) Iob. 27, 11. Ps. 25, 8. 12. 32, 8; rarius sq. אֶל (pr. instituere conformare *ad* aliquid) 2 Chr. 6, 27, vel מִן (instituere *de*) Jes. 2, 3. Mich. 4, 2. Sq. dat. p. et acc. rei Deut. 33, 10. Hos. 10, 12.

Nomm. derivv. מוֹרֶה, יוֹרֶה, תּוֹרָה.

יָרָה *ἅπαξ λεγόμ.*, si quid video, vicinum radd. יָרַע, יָרֵא pr. *tremuit*, hinc *obstupefactus est*, ut arab. وَرِئَ. Inde תִּרְהוּ (2 codd. תִּירְהוּ) Jes. 44, 8 i. q. תִּשְׁתּוּ (?). LXX μὴ πλανᾶσθε. Reliquae Verss. omnes timendi potestatem exprimunt, qs. idem sit quod תִּירְאוּ.

יְרוּאֵל (populus s. habitatio Dei, v. יְרוּשָׁלַםִ) n. pr. deserti 2 Chr. 20, 16.

יָרוֹחַ (i. q. יָרֵחַ luna) n. pr. m. 1 Chr. 5, 14.

יָרוֹק m. *viride*. Iob. 39, 8. Rad. יָרַק.

יְרוּשָׁא et **יְרוּשָׁה** (possessa sc. a marito) n. pr. matris Jothami regis 2 Reg. 15, 33. 2 Chr. 27, 1.

יְרוּשָׁלַיִם (ut passim, sed raro, in Paralipomenis, 1 Par. 3, 5; praeterea in nonnullis Maccabaeorum nummis, quanquam alii scripturam defectivam habent, v. Eckhel doctr. numm. vett. III, p. 466 sq.), vulgo **יְרוּשָׁלַםִ**, antiquitus (Gen. 14, 18) et poët. (Ps. 76, 3) **שָׁלֵם** n. pr. *Hierosyloma* (gr. Ἱερουσαλήμ et Ἱεροσόλυμα), urbs regia Cananaeorum (Jos. 10, 1. 5. 15, 8), inde a Davide urbs primaria Hebraeorum, gentis Davidicae regia, in confiniis tribuum Judae et Benjamin sita.

De etymo et orthographia dissentiunt interpretes. Quod ad priorem compositi partem attinet, Relandus (Palaestinae p. 832 sq.) et nuper Ewaldus (gr. hebr. p. 332) יְרוּשָׁלֵם dictum volunt pro יְרוּשׁ־שְׁלֵם *possessio pacis*, altero שׁ extruso: non satis apte ad analogiam. Geminarum enim litterarum priorem in simili casu non extrudere, sed Dagesch forti compensare solent Hebraei, ut in יְרֻבַּעַל pro יְרוּב בַּעַל; praeterea forma יְרוּשׁ *possessionis* significatu (= יְרֻשָּׁה) neque separatim, neque in compositis occurrit. Malim יְרוּ esse nomen segolatum (formae תֹּהוּ, רְעוּ) i. q. arab. وَرًى *homines*, et יְרוּשָׁלֵם *homines* s. *populus pacis*, vel fort. *domus* s. *habitatio pacis*, quemadmodum vicissim أَهْل et بَيْت a domo ad incolas transferuntur. Idem vocabulum habes in n. pr. deserti יְרוּאֵל, quod commodius *domus Dei* redditur, quam *populus Dei*, eandemque nostri nominis interpretationem habes iam apud Saadiam, qui reddit دار السلام et مدينة السلام domus pacis, urbs pacis. Ad alteram compositi partem quod attinet, sunt, qui שָׁלֵם et שְׁלַיִם duale esse a שָׁלֵה *quietus*, et duplicem urbem hoc nomine designari coniectent laudato 2 Sam. 5, 9 (Ewald l. c.): sed duplicis urbis l. c. nulla fit mentio, ם autem in hoc vocabulo primitus radicale fuisse, non servile, ex formis שָׁלֵם, arab. سَلْم, سُلَّم (?), chald. יְרוּשְׁלֶם, gr. Σόλυμα, Ἱεροσόλυμα, satis certo colligas. Nobis, ubicunque defective scriptum est יְרוּשָׁלֵם, efferendum videtur יְרוּשָׁלֵם *habitatio pacis*: seriores demum scriptores ם— pro antiqua forma Dualis habuisse, et propterea ubique יְרוּשָׁלַיִם extulisse videntur, iis etiam in locis, ubi in contextu defective scriptum erat. Similiter Samaria hebr. et antiquitus vocabatur שֹׁמְרוֹן, chald. שָׁמְרַיִן et inde, quasi dualis sit, שָׁמְרַיִן, cf. Lgb. p. 538.

יְרוּשְׁלֵם et **יְרוּשְׁלֶם** chald. id. Dan. 5, 2. 6, 11. Esr. 4, 8.

יָרֵחַ m. *luna*, vc. prob. primitivum. Gen. 37, 9. Deut. 4, 19. Jos. 10, 12. 13. Ps. 72, 5: לִפְנֵי יָרֵחַ *in conspectu lunae* h. e. quamdiu luna splendebit.

יֶרַח m. (cf. Lgb. p. 512, no. 11) plur. יְרָחִים cstr. יַרְחֵי 1) *mensis*, isque apud Hebraeos lunaris (cf. nostr. *Mond* et *Monat*, gr. *μήνη* et *μήν*, *mensis*) i. q. חֹדֶשׁ, sed rarius vc., et antiquioribus fere scriptoribus (Ex. 2, 2) poëtisque frequentatum (Deut. 33, 14. Iob. 3, 6. 7, 3. 29, 2. 39, 2. Zach. 11, 8), v. tamen 1 Reg. 6, 37. 38. 8, 2.

2) populus et regio Arabiae, ex gente Joctanidarum Gen. 10, 26. *Bochartus* (Phaleg II, 19) non male hoc nomen hebraeum esse animadvertit, sed ex eiusdem significationis nomine arabico translatum. Quo posito Alilaeos intelligit ad mare rubrum in regione aurifera habitantes (Agatharchides c. 49. Strabo XVI, p. 277), eorumque verum nomen بنى هلال filios lunae fuisse coniicit, a cultu Lunae s. Alilat (Herodot. III, 8) ita dictos, v. de stirpe hoc nomen gerente Meccae vicina Niebuhrium, in descr. Arabiae p. 270. Probabiliorem tamen sententiam dixit J. D. Michaëlis in Spicileg. II, p. 60, *litus lunae* (غبّ القمر) *lunaeque montem* (جبل القمر) prope Hadramaut intelligens: יֶרַח enim Gen. l. c. iungitur terrae Hadramaut.

יְרַח chald. *luna*. Esr. 6, 15.

יְרֵחוֹ Num. 22, 1, it. יְרִיחוֹ Jos. 2, 1. 2. 3 et יְרִיחֹה 1 Reg. 16, 34 *Jericho*, nota urbs Palaestinae, in vicinia Jordanis et maris mortui, intra fines Benjaminitarum in fertilissima terrae regione sita. LXX. Ἱεριχώ, Straboni Ἱερικοῦς XVI, 2, §. 41, arab. ريحا, ريحى *Rîha*, v. Relandi Palaestina p. 383 et 829 sq. (Si forma primaria est יְרֵחוֹ, verti possit: *urbs lunae*, a יָרֵחַ et וֹ, וֹן = ה, ut in vv. עַכּוֹ, שְׁלֹמֹה, שִׁילוֹ; si יְרִיחוֹ, *locum fragrantem* significat a rad. רִיחַ).

יְרֹחָם (qui amatur) n. pr. m. 1) 1 Sam. 1, 1. 2) 1 Chr. 9, 12. 3) 27, 22. 4) 2 Chr. 23, 1. 5) Neh. 11, 12 all.

יְרַחְמְאֵל (quem Deus amat) n. pr. m. 1) 1 Chr. 2, 9. 25. 26. 42. 2) 24, 29. 3) Jer. 36, 26. A no. 1 exstat patron. in ־ִי 1 Sam. 27, 10.

יַרְחָע n. pr. servi Aegyptii 1 Chr. 2, 34. 35.

יָרַט fut. יִירַט 1) *praecipitem dedit aliquem, praecipitavit, coniecit.* (Arab. ورط II. id. وَرْطَة praecipitium, exitium). Iob. 16, 11: עַל־יְדֵי רְשָׁעִים יִרְטֵנִי *in manus improborum coniecit me.* Bene Vulg. manibus impiorum me tradidit. LXX. ἔῤῥιψε. יִרְטֵנִי (lineola Metheg notandum) pro יִירְטֵנִי. 2) intrans. *exitialis, perniciosus fuit.* Num. 22, 32. In Cod. Sam. est interpretamentum הֵרַע (הֵרַע).

Deriv. מוֹרָט.

יְרִיאֵל (populus Dei = יְרוּאֵל) n. pr. m. 1 Chr. 7, 2.

יָרִיב m. *adversarius*, a rad. רִיב. Ps. 35, 1. Jer. 18, 19. Jes. 49, 25. 2) n. pr. m. a) v. יָכִין no. 1. b) Esr. 8, 16.

יְרִיבַי (a יָרִיב, addita terminatione adj. ־ַי) n. pr. m. 1 Chr. 11, 46.

יְרִיָּה et **יְרִיָּהוּ** (populus Jehovae, v. יְרוּאֵל) n. pr. m. 1 Chr. 23, 19. 24, 23. 26, 31.

יְרִיחוֹ v. יְרֵחוֹ.

יְרִימוֹת v. יְרֵמוֹת.

יְרִימוֹת (excelsa) n. pr. m. 1 Chr. 7, 8.

יְרִיעָה f. *velum, aulaeum*, a *motu tremulo* dictum (v. rad. יָרַע no. 1),

spec. tentorii Jes. 54, 2. Jer. 4, 20. 49, 29; tabernaculi sacri Ex. 26, 1 sq. 36, 8 sq., regiae Salomonis Cant. 1, 5. (Syr. ܝܪܝܥܬܐ velum tentorii, et tentorium ipsum).

יְרִיעוֹת (aulaea) n. pr. f. 1 Chr. 2, 18.

יָרַךְ rad. inusit., fortasse eiusdem vel similis potestatis atque cognatum רַכְךְ *mollis fuit.* Inde

יָרֵךְ cstr. יֶרֶךְ, c. suff. יְרֵכִי f. (Num. 5, 21) dual. יְרֵכַיִם 1) *femur*, fort. a mollitie dictum (v. rad.), gr. *μηρός.* (Arab. وَرِكٌ *femur, clunes, nates*). Quomodo differat a מָתְנַיִם *lumbi, ὀσφύς*, intelligitur tum ex verbis Ex. 28, 42: *fac illis feminalia lintea pudendis tegendis* מִמָּתְנַיִם וְעַד יְרֵכַיִם *a lumbis ad femora* (nates), tum ex reliquo vocabuli usu. Etenim מָתְנַיִם inferiorem dorsi partem notat, יָרֵךְ dual. יְרֵכַיִם geminum membrum crassum et carnosum ab ima spina dorsi ad crura (שׁוֹקַיִם) pertinens, *duo femina cum natibus.* כַּף הַיָּרֵךְ acetabulum femoris, quo femur cohaeret cum pelvi Gen. 32, 25. 32. *Ad femur* (עַל יָרֵךְ) gladium gestabant milites Ex. 32, 27. Iud. 3, 16. 21. Ps. 45, 4, *femur feriebant* lugentes et indignantes Jer. 31, 19. Ez. 21, 17 (cf. Il. 12, 162. 15, 397. Od. 13, 198. Cic. cl. orat. 80. Quinctil. XI, 3), *femini* manum supponebant iurantes Gen. 24, 2. 9. 47, 29, *ex femore alicuius prodiisse* dicuntur, qui ex eo progeniti sunt Gen. 46, 26. Ex. 1, 5. Iud. 8, 30 (cf. Cor. Sur. 4, 27. 6, 98). *Nates* intelliguntur Num. 5, 21. 27, in bestiis *clunis* (Keule, Schinken) Ez. 24, 4.

2) Translate ad res inanimatas (quo significatu tamen forma feminea יְרֵכָה usitatior est) est a) *ea candelabri sacri pars, qua scapus* (קָנָה) *in tres pedes discedit* Ex. 25, 31. 37, 17, b) *latus* tentorii Ex. 40, 22. 24, arae Levit. 1, 11. 2 Reg. 16, 14.

Dual. יְרֵכַיִם *utrumque femur* Ex. 28, 42 (v. supra). Cant. 7, 2.

יְרֵכָה f. i. q. יָרֵךְ no. 2, *pars postica* (terrae) Gen. 49, 13. Cf. שְׁכֶם, כָּתֵף.

Dual. יַרְכָתַיִם cstr. יַרְכְּתֵי pr. *utrumque femur, clunes, nates,* sed ubique de inanimatis 1) *pars postica, aversa, latus posticum* Ex. 26, 23, templi 1 Reg. 6, 16. Ez. 46, 23. 2) in interiori spatio *partes postremae, extremae, recessus, penetralia*, ut domus Ps. 128, 3, navis Ion. 1, 5, speluncae 1 Sam. 24, 4, sepulcri Jes. 14, 15. Ez. 32, 23. Hinc יַרְכְּתֵי לְבָנוֹן recessus Libani i. e. extremae et inaccessae huius silvae partes Jes. 37, 24, et Iud. 19, 1. 18: יַרְכְּתֵי הַר־אֶפְרַיִם *interiores recessus montanorum Ephraim.* Inde 3) *regiones remotissimae.* יַרְכְּתֵי צָפוֹן extremae regiones septentrionis. Jes. 14, 13. יַרְכְּתֵי אָרֶץ extremae terrae regiones. Jer. 6, 22. 25, 32 (cf. כַּנְפוֹת הָאָרֶץ).

יַרְכָה f. chald. *femur, clunes* Dan. 2, 32.

יָרַם rad. inusit. prob. i. q. רוּם, ורם et אָרַם *altus, excelsus fuit.* Inde

יַרְמוּת (excelsum) n. pr. oppidi in planitie tribus Judae, olim urbis regiae Cananaeorum Jos. 10, 3. 12, 11. 15, 35. Neh. 11, 29.

יְרֵמוֹת (excelsa) n. pr. m. 1) 1 Chr. 8, 14. 2) Esr. 10, 26. 3) V. 27. 4) 1 Chr. 23, 23, pro quo יְרִימוֹת 24, 30. 5) 25, 22, pro quo יְרִימוֹת V. 4. 6) Esr. 10, 29 Chethibh. Keri רָמוֹת.

יְרֵמַי (in excelsis habitans) n. pr. m. Esr. 10, 33.

יִרְמְיָה et **יִרְמְיָהוּ** (יִרְמֶה יָהוּ probab. quem *Jehova constituit*, a רמה ex usu chald.) *Jeremias*, LXX.

Ἱερεμίας, n. pr. 1) prophetae nobilissimi, filii Hilkiae sacerdotis. Jer. 1, 1. 27, 1. Dan. 9, 2 cet. 2) 1 Chr. 12, 13. 3) 2 Reg. 23, 31, cf. Jer. 35, 3. 4) 1 Chr. 5, 24. 5) 12, 4. 6) 12, 10. 7) Neh. 10, 3. 12, 1.

יָרַע 1) pr. *tremuit.* (Inest hic significatus in syllaba primaria רע, cf. radd. רָעַד, רָעַל, רָעַם, רָעַשׁ, et quae disputavimus ad rad. רָעַד). Semel ita in verbo Jes. 15, 4: נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ *animus contremiscit ei* (Moabo), prae timore, pavore. (Ipsum timendi, pavendi significatum habet arab. ورع, يرع. Eodem sensu Hebraei frequentant יָרֵא, quod paullulum emollita littera ע ex nostro ortum. Cf. etiam יָרָה).

2) i. q. רָעַע *malus fuit* (pr. fremuit, strepuit, tumultuatus est, v. rad. רעע). Legitur in solo fut. יֵרַע (reliquae formae, ut praet. רַע, Hiph. הֵרַע sunt a רָעַע: a quo etiam ipsum fut. יֵרַע duci possit, ut יֵמַר a מָרַר, יֵקַל a קָלַל: sed cf. praet. טוֹב fut. יִיטַב). Hae locutiones prae caeteris notandae: a) יֵרַע לִי male mihi erit, cedet Ps. 106, 32. b) וַיֵּרַע בְּעֵינַי displicebat mihi Gen. 21, 11. 38, 10. 48, 17. 1 Sam. 8, 6, etiam sq. לְ Neh. 13, 8 et addito רָעָה גְדוֹלָה, ad vim sententiae augendam Neh. 2, 10. Ion. 4, 1. Impers. accipiendum 1 Chr. 21, 7: וַיֵּרַע בְּעֵינֵי הָאֱלֹהִים עַל הַדָּבָר הַזֶּה *aegre erat Deo propter hanc rem.* Praeterea *malum esse* est etiam i. q. *noxium, perniciosum* esse 2 Sam. 20, 6 sq. לְ; de oculo i. q. *malignum, invidum* esse Deut. 28, 54, de facie i. q. *morosum, tristem* esse Neh. 2, 3, de corde, id. 1 Sam. 1, 8. Deuter. 15, 10: לֹא־יֵרַע לְבָבְךָ בְּתִתְּךָ לוֹ *ne male te habeat* (molestum sit tibi) *ei dare.*

יִרְפְּאֵל (quod Jehova sanat) n. pr. oppidi Benjaminitarum. Jos. 18, 27.

I. **יָרַק** 1) *spuit* i. q. רָקַק. (Chald. רוּק, aethiop. ወረቀ: id.). Praet. Num. 12, 14. Deut. 25, 9. Inf. absol. Num. l. c. Fut. repetitur a רָקַק.

II. **יָרַק** rad. inusit. *viruit* herba. Arab. وَرَقَ fronduit arbor, IV. germinavit, utrumque a virore. Inde

יָרָק m. adj. *viridis,* neutr. *viride, viror* 2 Reg. 19, 26. Jes. 37, 27. Spec. *olus.* גַּן הַיָּרָק hortus olerum. Deut. 11, 10. 1 Reg. 21, 2. אֲרֻחַת יָרָק portio oleris. Prov. 15, 17. (Syr. ܝܘܪܩܐ, ܝܘܪܩܢܐ olus).

יֶרֶק m. *viror.* כָּל־יֶרֶק עֵשֶׂב omnis viror herbae Gen. 1, 30. 9, 3. יֶרֶק דֶּשֶׁא viror graminis i. e. gramen viride Ps. 37, 2. Alibi concr. *viride* (das Grüne) agrorum et arborum Ex. 10, 15. Num. 22, 4. Jes. 15, 11.

יֵרָקוֹן m. χλωρότης, ὠχρότης 1) hominum, *pallor* faciei, color ille luridus, subviridis in facie hominum ingenti terrore correptorum Jer. 30, 6. 2) segetis, *flavedo, marcor.* Deut. 28, 22. 1 Reg. 8, 37. Am. 4, 9. (Arab. يَرَقَان id.).

יְרַקְרַק pl. f. יְרַקְרַקּוֹת 1) adj. *subviridis, subflavus,* χλωρίζων, de colore leprae in vestibus conspicuae Lev. 13, 49. 14, 37. 2) subst. *flavum, flavedo; fulvum* (auri) Ps. 68, 14. (Aeth. ወርቅ: *aurum* ipsum notat, arab. وَرِقٌ pecuniam, nummos).

יָרֵשׁ (Jer. 49, 1) et **יָרַשׁ** fut. יִירַשׁ imp. רֵשׁ Deut. 1, 21, רַשׁ ib. 2, 24. 31, et plene יְרַשׁ c. He parag. יְרָשָׁה 33, 23 inf. רֶשֶׁת c. suff. רִשְׁתּוֹ

1) *cepit, capessivit, occupavit,* maxime *vi.* 1 Reg. 21, 14. (Hunc, non hereditatis, significatum pri-

marium esse, ostendunt derivata רֶשֶׁת rete, a capiendo, rapiendo dictum, et תִּירוֹשׁ mustum, ab occupando cerebrum. Vicina est nostra radix aliis *rapiendi* verbis in רם, רץ exeuntibus, ut הָרַם q. v. Secundariam hereditatis notionem habent Arabes et Syri, ورث, ܝܪܬ; at nescio an lat. heres, *heredis* eiusdem originis sit, nisi hoc est ab *αἱρέω*, capio). Cstr. a) sq. acc. rei, et saepissime quidem de occupatione terrae sanctae Lev. 20, 24. Deut. 1, 8. 3, 18. 20. Ps. 44, 4. 83, 13. b) sq. acc. *occupavit aliquem* i. e. bona eius occupavit, *expulit*, *eiecit* eum e possessione, in locum eius successit. Deut. 2, 12: וּבְנֵי עֵשָׂו יִירָשׁוּם וַיַּשְׁמִידוּם מִפְּנֵיהֶם *et Edomitae expellebant eos* (Horitas) *eosque exitio dabant ante se.* V. 21. 22. 9, 1. 11, 23. 12, 2. 29. 18, 14. 19, 1. 31, 3. Prov. 30, 23: *ancilla, ubi expulit dominam suam,* in eius locum successit. Jes. 54, 3. Jer. 49, 2. Propriam verbi vim cognosces fere ex his. Deut. 31, 3: *Dominus hos populos ante te perdet* וִירִשְׁתָּם *tuque eorum possessionem occupabis.* Iud. 11, 23: *Jehova Amoraeos expulit ante populum suum,* וְאַתָּה תִּירָשֶׁנּוּ *tuque terram eorum occupabis?*

2) *possedit* Lev. 25, 46. Deut. 19, 14. 21, 1 et saepe. Frequentissima est formula יָרַשׁ אֶרֶץ possedit terram (sanctam), de tranquilla in hac terra sede, Israëlitis antiquitus promissa, et pro summa vitae felicitate habita Ps. 25, 13. 37, 9. 11. 22. 29 (Matth. 5, 5).

3) Spec. *hereditatem accepit*, c. acc. rei Num. 27, 11. 36, 8, it. c. acc. pers. (cf. no. 2) *bona alicuius hereditavit* Gen. 15, 3. 4. Absol. Gen. 21, 10: *filius ancillae non hereditabit cum filio meo Isaaco.* Part. יוֹרֵשׁ *heres* Jer. 49, 1.

Niph. bonis expulsus est (pass. Kal no. 1, b), *ad egestatem redactus est.* Gen. 45, 11. Prov. 20, 13. Vicinum hoc significatu רוּשׁ egenum esse.

Pi. יֵרֵשׁ i. q. Kal no. 1 c. acc. rei Deut. 28, 42, c. acc. pers. i. q. e possessione eiecit, *pauperem reddidit.* Iud. 14, 15, ubi יָרְשֵׁנוּ huc, quam ad Kal, referre malo. Inf. Kal esset לְרִשְׁתֵּנוּ.

Hiph. הוֹרִישׁ 1) *possessionem al. rei dedit alicui,* sq. duobus acc. Iud. 11, 24. 2 Chr. 20, 11. Iob. 13, 26: וְתוֹרִישֵׁנִי עֲוֹנוֹת נְעוּרָי (quod) *peccata iuventutis meae me possidere facis*, h. e. mihi nunc imputas. Sq. לְ pers. Esr. 9, 12.

2) i. q. Kal no. 1 *occupavit* a) sq. acc. rei, v. c. terram Num. 14, 24, urbem Jos. 8, 7. 17, 12, montana Iud. 1, 19, b) sq. acc. pers. bona al. occupavit, i. e. *expulit eum e possessione.* Ex. 34, 24. Num. 32, 21. 33, 52. Deut. 4, 38. Translate adeo de rebus inanimatis Iob. 20, 15: *ex eius ventre Deus ea expellit* (opes devoratas). Hinc *bonis deturbavit,* ad inopiam redegit. 1 Sam. 2, 7. Cf. Niph. 3) *delevit, perdidit.* Num. 14, 12.

Derivv. רֶשֶׁת, יְרֵשָׁה, יְרֻשָּׁה, תִּירוֹשׁ, מוֹרָשָׁה, מוֹרָשׁ et n. pr. יְרוּשָׁה vel יְרוּשָׁא.

יְרֵשָׁה f. Num. 24, 18 et **יְרֻשָּׁה** f. *possessio.* Deut. 2, 5. 9. 19. Jos. 12, 6. 7.

יִשְׂחָק v. יִצְחָק.

יְשִׂימִאֵל (quem *Deus facit* i. e. creat) n. pr. m. 1 Chr. 4, 36.

יָשַׂם 1) i. q. שׂוּם *posuit.* Inde וָאִישְׂמָה Iud. 12, 3 Chethibh. — 2) intrans. *positus est* (cf. יָצַר et צוּר). Fut. וַיִּישֶׂם Gen. 50, 26 et 24, 33 Chethibh, ubi in Keri est וַיּוּשַׂם, Hoph. a שׂוּם.

יִשְׂרָאֵל (pugnator, miles Dei, a שָׂרָה pugnavit et אֵל, Gen. 32, 29. 35, 10. cf. 12, 4) *Israël,* nom. propr. Jacobo patriarchae a Deo inditum (Gen. l. l. c. c.), sed de posteris

eius s. de populo Israëlitico usitatius (cf. בְּנֵי יַעֲקֹב). — בְּנֵי יִשְׂרָאֵל s. יִשְׂרָאֵל notat igitur 1) *omnes Israëlis posteros*, s. *Israëlitas*. Gen. 34, 7. 49, 7. אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 13, 19. 2 Reg. 6, 23. Ez. 27, 17, et יִשְׂרָאֵל f. Jes. 19, 24 terra Israëlitica i. e. Palaestina. Emphatice יִשְׂרָאֵל aliquoties dicitur de veri nominis Israëlitis (ἀληθῶς Ἰσραηλίταις Joh. 1, 48), pietate et virtute hoc nomine dignis Jes. 49, 3. Ps. 73, 1 secundum illud Rom. 9, 6: *οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ*· etiam charitative, ut alibi יְשֻׁרוּן (q. v.) Hos. 8, 2: יְדַעֲנוּךָ יִשְׂרָאֵל *novimus te, nos Israël* tuus, cf. Ps. 24, 6.

2) Dissidiis inde a Sauli morte inter decem tribus et Judam ortis decem illae, Ephraimum ducem secutae, hoc totius nationis nomen honorificum sibi arrogabant (2 Sam. 2, 9. 10. 17. 28. 3, 10. 17. 19, 40—43. 1 Reg. 12, 1), idque post Salomonis mortem in *regnum a Jerobeamo conditum* translatum est, ita ut ab eo inde tempore decem tribuum reges מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל, Davidis posteri, qui Judae et Benjamino praeerant, מַלְכֵי יְהוּדָה vocarentur. Alia decem tribuum nomina erant אֶפְרַיִם (q. v.), a tribu potentissima repetitum, et שֹׁמְרוֹן (q. v.), ab urbe capitali. Raro illius temporis prophetae, maxime Judaici, utrumque nomen, Juda et Israël, in parallelismo poëtico de Judae regno usurpant, v. Jes. 1, 3. 4, 2. 5, 7. 10, 20. Mich. 1, 14.

3) Post exilium babylonicum universus populus, quamquam ex Judaeorum et Benjaminitarum maxime reliquiis constans, acceptissimum nationis florentis nomen denuo revocabat (1 Macc. 3, 35. 4, 11. 30. 31, et in nummis Maccabaeorum, quibus שקל ישראל inscriptum): unde factum, ut in Paralipomenis יִשְׂרָאֵל adeo de regno Judae usurpetur. 2 Par. 12, 1. 15, 17. 19, 8. 21, 2. 4. 23, 2. 24, 5.

Nom. gentilicium est יִשְׂרְאֵלִי 2 Sam. 17, 25, fem. יִשְׂרְאֵלִית Lev. 24, 10 *Israëlita*.

יִשָּׂשכָר n. pr. filii Jacobi natu quinti, quem ex Lea pellice suscepit Gen. 30, 18, cuius posteri (בני ישׂשכר) regionem mari Galilaeo vicinam habitabant, Jos. 19, 17—23. — Nomen illud, ut nunc scribitur in editionibus (aeque ac יְרוּשָׁלַם, יְהוָה, al. v. Simonis analys. lect. masoreth. in praef.), vocalibus munitum est ad Keri perpetuum יִשָּׂכָר (mercede s. pretio emtus est, v. Gen. 30, 16) pertinentibus. Scriptura plenior in Chethibh duplici modo legi potest: vel יֵשׁ שָׂכָר *is est merces*, vel יִשָּׂשכָר (pro יִשָּׂא שָׂכָר) *affert mercedem*, er bringt den Lohn.

יֵשׁ sq. Makk. יֶשׁ 1) pr. subst. *esse, adesse, exstare* (v. יָשַׁה), unde *quod adest*, *praesto est*, *οὐσία*, *opes* (cf. עֲתִידוֹת). Ita prob. Prov. 8, 21: לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ *ut opes largiar diligentibus me*. 2) Longe frequentissime ponitur pro *verbo substantivo* nullo vel numeri, vel temporis discrimine. (Aram. ܐܝܬ, אִיתַי q. v. id., arab. أَيْسَ. Opp. אַיִן, אֵין, non est). Spec. igitur cum Sing. *est*, *erat*, *erit*, *sit*. Gen. 28, 16: יֵשׁ יְהוָה בַּמָּקוֹם הַזֶּה *Jehova est hic loci*. 2 Reg. 10, 5: יֵשׁ וָיֵשׁ *revera ita est*. Comm. 21. 22, 29. Jes. 31, 6. Cum Plur. *sunt*, *erant*, *erunt*. 2 Reg. 2, 16. Esr. 14, 44. 2 Par. 16, 9. יֵשׁ אֲשֶׁר *sunt qui*, *erunt qui* (syr. ? ܐܝܬ) Neh. 5, 2. 3. 4. יֵשׁ לִי est mihi, *habeo* Gen. 43, 7. 44, 20, hinc כָּל־אֲשֶׁר יֶשׁ לוֹ quaecunque habebat. Gen. 39, 5.

2) maxime *adest*, *praesto est*, *exstat* Ruth 3, 12. Jer. 5, 1. Eccl. 1, 10: יֵשׁ דָּבָר שֶׁיֹּאמַר *exstant res, de quibus dicatur*. 2, 21. 7, 15. 8, 14. Prov. 13, 7: יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר *sunt, qui se divites simulent*. 11, 24. 18, 24. Cf. Num. 9, 20: יֵשׁ אֲשֶׁר יִהְיֶה *erat, quo tempore esset*

i. e. nonnunquam erat, ut chald. אִית דְּהֲוֵי.

Si subiectum pronomine personali continetur, suffixo hoc exprimitur, ut יֶשְׁךָ tu es Iud. 6, 36, יֶשְׁכֶם vos estis Gen. 24, 49, יֶשְׁנוֹ is est Deut. 29, 14. Verbum substantivum ita circumscriptum et participio iunctum saepe est pro verbo finito Iud. 6, 36: אִם יֶשְׁךָ מוֹשִׁיעַ *si tu salvum facis.* Gen. 24, 42. 49.

יָשַׁב fut. יֵשֵׁב inf. abs. יָשׁוֹב (1 Sam. 20, 5) cstr. שֶׁבֶת, c. suff. שִׁבְתִּי, imp. שֵׁב, שְׁבָה 1) *consedit,* absol. Gen. 27, 19, sq. לְ loci Ps. 9, 5. Prov. 9, 14. Iob. 2, 13, et c. dat. pleon. Gen. 21, 16: וַתֵּשֶׁב לָהּ *consedit.* It. *sedit,* sq. בְּ (Gen. 19, 1. 2 Sam. 7, 1), עַל (1 Reg. 2, 19) et poët. etiam acc. loci, cui quis insidet. Ps. 80, 2: יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים *qui insidet Cherubis,* i. q. sedet in solio a Cherubis gestato. 99, 1. Jes. 37, 16. Ps. 122, 5: כִּי שָׁמָּה יָשְׁבוּ כִסְאוֹת לְמִשְׁפָּט *nam ibi sedent* (iudices) *in soliis ad iudicium,* ubi vulgo male: *ibi sedent* i. e. collocata sunt *solia.* (Aram. יְתֵב, ܝܬܒ id. Arab. verbum وثب *sedendi* significatum habet in sola Himjaritarum dialecto, v. lepidam narrationem ap. Pocockium in spec. hist. Arab. p. 15 ed. White, sed idem est in substantivis وِثَاب consessus, mansiones, loca, وثّاب solium, lectus. In vulgari Arabismo verbum insidiandi, in praedam insiliendi et in universum saliendi significatu frequentatur).

Spec. sedere dicuntur a) iudices, ubi ius dicunt Ps. 9, 5, reges soliis insidentes Ps. 9, 8. 55, 20. Inde Jes. 10, 13: יוֹשְׁבִים (soliis) *insidentes,* i. e. reges. b) qui aliis *insidiantur* Ps. 10, 8. 17, 12. Iob. 38, 40 (39, 2). Sq. לְ Jer. 3, 2. Cf. gr. λόχος insidiae, λοχεύω, λοχίζω insidior a λέγω consideo, sich legen, et arab. وثب v. supra). c) exercitus, qui consederunt in loco, eumque tenent (einen Ort besetzt haben) 1 Sam. 13, 16. d) lugentes Jes. 47, 5. Iob. 2, 13. e) qui otiosi sedent, nihil agunt, desides sunt Jes. 30, 7. Jer. 8, 14. f) *Sedit cum aliquo,* sq. עִם est consuetudinem habuit cum eo Ps. 26, 4. 5, cf. 1, 1, et הָלַךְ עִם, בּוֹא עִם. — *A dextra regis sedere* quid sit v. supra pag. 425 B.

2) *mansit* Gen. 24, 55. 29, 19. Sq. accus. loci 25, 27: יֹשֵׁב אֹהָלִים *manens in tentoriis* i. e. domi haerens. C. dat. pleonast. 22, 5: שְׁבוּ לָכֶם פֹּה *manete hic.* Sq. dat. pers. *manere aliquem* i. q. exspectare eum, Ex. 24, 14. Etiam de inanimatis Gen. 49, 24: וַתֵּשֶׁב בְּאֵיתָן קַשְׁתּוֹ *et firmus manebat arcus eius.*

3) *habitavit* Gen. 13, 6. 7. 12. 19, 29, sq. בְּ Deut. 17, 14 et עַל loci terraeve, quam habitant Lev. 25, 18, it. sq. accus. Gen. 4, 20. Poët. Ps. 22, 4: יוֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל *habitans inter hymnos Israëlis,* in templo, ubi hymni Israëlitarum aures tuas circumsonant. 107, 10. Part. יוֹשֵׁב habitator, *incola* Gen. 19, 25. Iud. 1, 21. 3, 3. Sed יָשַׁב sq. accus. est etiam: habitavit *ad* aliquid, accola fuit (cf. גּוּר). יוֹשְׁבֶיהָ accolae eius, sc. urbis. Ez. 26, 17. Gen. 4, 20: יֹשֵׁב אֹהֶל וּמִקְנֶה *qui in tentoriis et apud greges habitant.*

4) pass. *habitatus est* locus, urbs, regio. Jes. 13, 20. Jer. 17, 6. 25. Ez. 26, 20. Similiter שָׁכַן et gr. ναίω, ναιετάω et *habitare* notant et *habitari, habitatum esse.*

Niph. נוֹשַׁב *habitatus est.* Ex. 16, 35 et saepe.

Pi. יִשֵּׁב *collocavit, considere fecit,* Ez. 25, 4.

Hiph. הוֹשִׁיב 1) causat. Kal no. 1 *sedere fecit* 1 Sam. 2, 8. 1 Reg. 21, 9. 2) causat. Kal no. 3 *habitare fecit.* Ps. 68, 7. 113, 7, sq. בְּ

loci Gen. 47, 6. 2 Reg. 17, 26. It. *secum cohabitare fecit* mulierem i. e. in matrimonium duxit (cf. Kal Hos. 3, 3, aeth. ወሰበ: Conj. IV. uxorem duxit) Esr. 10, 2. 10. 14. 17. 18. Neh. 13, 27. — 3) causat. Kal no. 4 *habitari fecit* terram. Ez. 36, 33. Jes. 54, 3.

Ho. 1) *habitare factus est* Jes. 5, 8. 2) *habitatus est.* 44, 26.

Derivv. sunt שִׁיבָה (pro יְשִׁיבָה), מוֹשָׁב, תּוֹשָׁב, et nonnulla nomm. propria, quae mox sequuntur.

יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת (tranquille habitans) n. pr. tribuni Davidis 2 Sam. 23, 8, in locis geminis יָשָׁבְעָם.

יֶשֶׁבְאָב (sedes patris) n. pr. m. 1 Chr. 24, 13.

יִשְׁבַּח (laudans) n. pr. m. 1 Chr. 4, 17.

יָשֻׁבִי לֶחֶם n. pr. m. 1 Chr. 4, 22.

יִשְׁבּוֹ בְּנֹב (*sedes eius est Nobae*) n. pr. m. 2 Sam. 21, 16 Chethibh. Keri: יִשְׁבִּי בְנֹב (sedes mea est Nobae).

יָשָׁבְעָם l. *Jaschob'am*, ut יָרָבְעָם (ad quem *populus se convertit*) n. pr. m. 1 Chr. 11, 11. 27, 2.

יִשְׁבָּק (relinquens) n. pr. filii Abrahami et Keturae. Gnn. 25, 2.

יָשְׁבְּקָשָׁה (sedes in duro) n. pr. m. 1 Chr. 25, 4. 24.

[יָשָׁה] rad. Hebraeis inusit. sed late patens in linguis antiquis, unde nomen יֵשׁ *esse* et תּוּשִׁיָּה *erectio* (auxilium), *rectum*, verum. Pr. *stare, exstare, erectum stare*, hinc *esse.* (Concordant sanscr. *as* esse, pers. هستن, lat. *esse*). Significatione vicinum est כּוּן stare, unde كان *esse.* Alia huius radicis vestigia exstant in nomm. pr. יוֹשָׁה, יִשַׁי.

יָשׁוּב (se convertens) n. pr. 1) filii Issachar Num. 26, 24. 2) Esr. 10, 29. A no. 1 est patron. יָשֻׁבִי Num. l. c.

יִשְׁוָה (aequus, planus) n. pr. filii Ascheri Gen. 46, 17.

יִשְׁוִי (id.) n. pr. 1) filii Ascheri Gen. 46, 17. 2) filii Sauli. 1 Sam. 14, 49.

יְשׁוֹחָיָה (quem depressit Jehova) n. pr. m. 1 Chr. 4, 36.

יֵשׁוּעַ forma contr. n. pr. יְהוֹשֻׁעַ in sequiore Hebraismo usitata, gr. Ἰησοῦς, 1) de Josua imperatore Neh. 8, 17; 2) de eiusdem nominis summo sacerdote, v. יְהוֹשֻׁעַ no. 2. Esr. 2, 2. 3, 2. Neh. 7, 7. 3) n. pr. aliorum virorum, in Chronicorum, Esrae et Nehemiae libris.

יְשׁוּעָה f. c. ה parag. poët. יְשׁוּעָתָה Ps. 3, 3. 80, 3 (a rad. יָשַׁע) 1) adj. verbale f. *servatum, salvum* Jes. 26, 1. 18. 2) subst. a) *liberatio, auxilium.* יְשׁוּעַת יְהוָה auxilium a Deo praestitum Ex. 14, 13. b) *salus* Iob. 30, 15. c) *victoria* 1 Sam. 14, 45. 2 Chr. 20, 17. Habac. 3, 8.

[יָשַׁח] rad. inusit. Arab. transp. وحش *vacuus fuit*, de regione deserta et desolata, et de ventre famelico, Conj. IV. fame exinanitus, famelicus fuit, وحشا ieiune, cibo non sumto. Inde

יֶשַׁח m. semel Mich. 6, 14 obvium, *fames*, pr. inanitas ventris.

[יָשַׁט] solum Hiph. הוֹשִׁיט *extendit.* Esth. 4, 11. 5, 2. 8, 4. (Syr. et Chald. אוֹשֵׁט, ܐܘܫܛ, ܡܘܫܛ id.).

יִשַׁי (fort. opulentus, v. יֵשׁ no. 1) n. pr. *Isaï*, pastor Bethlehemiticus, pater Davidis regis, qui utpote homo novus et ignobili patre ortus propterea ab inimicis contemtius בֶּן־יִשַׁי vocatur 1 Sam. 20, 27.

30. 31. 22, 7. 8. 2 Sam. 20, 1. 1 Reg. 12, 16. (1 Sam. 16, 1 sq.). *Truncus Isaï* Jes. 11, 1, poët. de familia Davidis, et *radix* i. e. surculus *Isaï* ibid. V. 10 de Messia. LXX Ἰεσσαί.

יִשִּׁיָּה (quem Jehova mutuum dat) n. pr. 1) 1 Chr. 7, 3. 2) Esr. 10, 31, praeterea plurium Levitarum.

יִשִּׁיָּהוּ (id.) n. pr. m. 1 Chr. 12, 6.

יְשִׁימוֹן m. *vastitas, desertum.* Ps. 68, 8. 78, 40. 106, 14. Rad. יָשַׁם.

יְשִׁימוֹת pl. f. *desolationes, exitium.* Ps. 55, 16 Chethibh. Rad. יָשַׁם. Cf. n. pr. oppidi בֵּית־הַיְשִׁימוֹת p. 145 A.

יָשִׁישׁ m. *senex* pr. canus (a rad. יָשַׁשׁ), vc. mere poët. Iob. 12, 12. 15, 10. 29, 8. 32, 6. In linguis cognatis respondet ܣܒܐ, شيبس, littera י in palatinam durissimam mutata (v. ad litt. כ).

יְשִׁישַׁי (ex sene ortus) n. pr. m. 1 Chr. 5, 14.

יָשַׁם i. q. שָׁמֵם *vastatus est.* Inde fut. תֵּשַׁם Gen. 47, 19. Ez. 12, 19. 19, 7 (quod tamen ab ipso שָׁמֵם ductum esse possit, ut יֵקַל a קָלַל, v. Gramm. hebr. §. 67, not 3) pl. תֵּישַׁמְנָה Ez. 6, 6.

Nomm. deriv. יְשִׁימוֹן, יְשִׁימוֹת et

יִשְׁמָא (vastitas) n. pr. m. 1 Chr. 4, 3.

יִשְׁמָעֵאל (quem Deus exaudit) *Ismaël* n. pr., quod gesserunt 1) filius Abrahami ex Hagare pellice, complurium Arabiae gentium auctor. Gen. 25, 12—18. Inde patron. יִשְׁמְעֵאלִי 1 Par. 2, 17. 28, 3 plur. ־ִים Arabes ab Ismaële oriundi, mercaturam cum Aegypto exercentes (Gen. 37, 25. 27. 39, 1.), ab oriente Hebraeorum et ab Aegypto usque ad sinum persicum Assyriamque (i. e. Babyloniam) nomadum more oberrantes Gen. 25, 18, qui iidem termini alibi (1 Sam. 25, 7) Amalecitis assignantur. Iud. 8, 24 (cf. V. 22.) Ps. 83, 7. — 2) Gedaljae interfector Jer. 40 et 41. 3) complures alii 1 Chr. 8, 38. 2 Chr. 23, 1. Esr. 10, 22.

יִשְׁמַעְיָה (quem Jehova exaudit) n. pr. m. 1 Chron. 12, 4. Alius est יִשְׁמַעְיָהוּ 1 Chr. 27, 19.

יִשְׁמְרַי (pro יִשְׁמַרְיָה, quem Jehova custodit) n. pr. m. 1 Chr. 8, 18.

יָשֵׁן et **יָשֵׁן** fut. יִישַׁן, inf. יְשׁוֹן Eccl. 5, 11 pr. *languidus, lassus fuit* (*schlaff*, müde seyn), inde

1) de hominibus, *obdormivit* Gen. 2, 21. 41, 5. Ps. 4, 9, *dormivit* Jes. 5, 27. 1 Reg. 19, 5. (Arab. وسن dormire coepit, dormitavit, schlummern; سِنَة principium somni. De ipso somno frequentant verbum نام, quo vicissim Hebraei de dormitatione utuntur, v. נום). *Dormire* autem poëtis dicuntur a) desides, nihil agentes, unde ἀνθρωπομόρφως Ps. 44, 24: *cur dormis, Jehova?* 78, 65; b) mortui. Iob. 3, 13, de quibus plenius sq. acc. יָשֵׁן שְׁנַת עוֹלָם Jer. 51, 39. 57, et יָשֵׁן מָוֶת Ps. 13, 4.

2) de inanimatis, *flaccidus, exsiccatus,* inde *vetus fuit* (opp. recenti), cf. נָבֵל, נְבֵלָה. Ita adj. יָשָׁן, et

Niph. נוֹשַׁן 1) *exsiccatus est* de frumento vetere, opp. horno. Lev. 26, 10. 2) *inveteratus est,* de lepra Lev. 13, 11, de homine, qui diu in aliqua terra habitavit Deut. 4, 25.

Pi. causat. Kal no. 1 *dormire fecit.* Iud. 16, 19.

Derivv. שְׁנָה, שֵׁנָה et quae statim sequuntur.

יָשָׁן m. יְשָׁנָה f. adj. *vetus,* oppos. recenti, horno, de frumento superioris anni Lev. 25, 22. Cant. 7, 14.

Luth. firne), de vetere porta (opp. novae) Neh. 3, 6. 12, 39, de piscina vetere Jes. 22, 11.

יָשֵׁן f. יְשֵׁנָה. Pl. cstr. יְשֵׁנֵי Dan. 12, 2 1) part. et adj. verb. *dormiens* 1 Sam. 26, 7. Ps. 78, 65. More participiorum verbo finito circumscribendo inservit. 1 Reg. 3, 20: אֲמָתְךָ יְשֵׁנָה *ancilla tua dormiebat.* Cant. 5, 2. 2) n. pr. m. 2 Sam. 23, 32, pro quo 1 Chron. 11, 34 הָשֵׁם.

יְשָׁנָה (vetus) n. pr. oppidi Judae 2 Chr. 13, 19.

יָשַׁע in Kal inusit., arab. وسع *spatiosus, amplus, patulus fuit,* translate *opibus polluit,* vic. שׁוּעַ. Vide Dschauhar. ap. A. Schultensium in origg. hebr. T. I. p. 20. *Spatii ampli* significatio apud Hebraeos transfertur ad libertatem, liberationem e periculis et angustiis (cf. רָחַב, רָוַח), ut contra spatium angustum de angustiis et periculis frequentatur (cf. צָרָה, צוּר). Inde

Hiph. הוֹשִׁיעַ fut. יוֹשִׁיעַ, raro servato He יְהוֹשִׁיעַ Ps. 116, 6, apoc. יוֹשַׁע, וַיּוֹשַׁע 1) *liberavit, servavit,* sq. מִן Ps. 7, 2. 34, 7. 44, 8, מִיַּד Iud. 2, 16. 18. 3, 31. 6, 14. 15. 31. 36.

2) *adiuvit, opem tulit.* Constr. absol. Jes. 45, 20, sq. acc. Exod. 2, 17. 2 Sam. 10, 19, et לְ Jos. 10, 6. Ez. 34, 22, saepissime de Deo hominibus opem ferente, sq. acc. Ps. 3, 8. 6, 5. 31, 17, dativo Ps. 72, 4. 86, 16. 116, 6. Quoniam ex Dei auxilio pendet victoria i. q. *victoriam dedit*, sq. dat. Deut. 20, 4. Jos. 22, 22. 2 Sam. 8, 6. 14. — Solennis est formula: הוֹשִׁיעָה לִּי יָדִי *manus mea mihi opitulata est* vel הוֹשִׁיעָה לִּי זְרֹעִי *brachium meum mihi opem tulit* i. e. *mea ipsius virtute* nemine opitulante *victoriam reportavi* Iud. 7, 2. Iob. 40, 9 (14). Ps. 98, 1. — Ps. 44, 4. Jes. 59, 16. 63, 5. Alio sensu aliaque structura 1 Sam. 25, 26 legitur: הוֹשֵׁעַ יָדְךָ לָּךְ *tibi opitulari manu tua* i. e. vindictam privatam sumere, V. 33. יָדְךָ et יָדִי V. 33 est accus. instrumenti cum hoc verbo etiam alibi copulatus (Ps. 17, 13), de quo vide Gramm. hebr. ed. 10 §. 135, 1 not. 3.

Niph. 1) *liberatus, servatus est,* sq. מִן Num. 10, 9. Ps. 33, 16. 2) *adiutus est* Jes. 30, 6. 45, 17, *salvus fuit* Ps. 80, 4. 8, it. *vicit* Deut. 33, 29. Part. נוֹשָׁע *victor* Zach. 9, 9. Ps. 33, 16.

Derivv. praeter haec, quae statim sequuntur: יְשׁוּעָה, מוֹשָׁעוֹת et nomm. pr. הוֹשֵׁעַ, אֱלִישׁוּעַ, הוֹשַׁעְיָה, יֵשׁוּעַ, יְהוֹשֻׁעַ.

יֵשַׁע et **יֶשַׁע**, c. suff. יִשְׁעִי, יִשְׁעֲךָ Ps. 85, 8 1) *liberatio, auxilium.* Ps. 12, 6. 50, 23. More verbalium c. casu verbi finiti Habac. 3, 13: לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ *ad liberandum Unctum tuum.* אֱלֹהֵי יִשְׁעִי deus auxilii mei i. e. auxiliator meus. Ps. 18, 47. 25, 5. 27, 9. Mich. 7, 7. Jes. 17, 10. 2) *salus.* Iob. 5, 4. 11. Ps. 132, 16. Jes. 61, 10.

יִשְׁעִי (salutaris) n. pr. m. 1) 1 Chr. 2, 31. 2) 5, 24. 3) 4, 20, 32.

יְשַׁעְיָהוּ (salus Jehovae) *Jesaias,* LXX Ἡσαΐας, Vulg. *Isaias,* n. pr. quod gessit 1) propheta nobilissimus, Usia, Jothamo, Ahaso et Hiskia regnantibus florens magnaeque in populo auctoritatis, v. Jes. 1, 1. 6, 1 sq. 7, 1 sq. 20, 1 sq. 22, 15 sq. cap. 36—39. 2) 1 Chr. 25, 3. 15. 3) 26, 25.

יְשַׁעְיָה (id.) n. pr. m. 1) 1 Chron. 3, 21. 2) Esr. 8, 7. 3) V. 19. 4) Neh. 11, 7.

יָשְׁפֵה (l. ja-schphe) Ex. 28, 20. 39, 13 et

יָשְׁפֶה Ez. 28, 13 *iaspis,* gemma varii coloris. (Arab. يَشْفٌ, يَشْمٌ, يَشْبٌ adeo يَصْبٌ, يَصْفٌ id.).

Modo etymon in lingua hebraea quaerendum, potest esse a rad. שָׁפָה laevis fuit. Caeterum forma vocabuli fere peregrina videtur et barbara.

יִשְׁפָּה (fort. calvus a שָׁפָה) n. pr. m. 1 Chr. 8, 16.

יִשְׁפָּן (prob. id.) n. pr. m. 1 Chr. 8, 22.

יָשַׁר fut. יִישַׁר (semel יָשַׁר 1 Sam. 6, 12) 1) i. q. אָשַׁר (vicina sunt עָשַׁר, כָּשַׁר) *rectus fuit*, maxime de via. 1 Sam. 6, 12: וַיִּשַּׁרְנָה הַפָּרוֹת בַּדֶּרֶךְ pr. *et iuvencae rectae erant in via*, h. e. recta via procedebant. (De forma grammat. v. Gramm. §. 47, not. 3). Metaph. in hac una formula: יָשַׁר בְּעֵינַי rectus, rectum est in oculis meis, i. e. *placet*, *probatur mihi*. Num. 23, 27. Iud. 14, 3. 7. 1 Sam. 18, 20. 26. 2 Sam. 17, 4. 19, 7. 1 Reg. 9, 12.

2) *planus fuit*, metaph. de animo complanato i. e. tranquillo (cf. שִׁוָּה Jes. 38, 13), composito, opp. tumido. Hab. 2, 4: הִנֵּה עֻפְּלָה לֹא־יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ *ecce tumidus*, *non tranquillus est animus eius*.

Pi. 1) *rectam fecit* viam. Prov. 9, 15: *qui rectas faciunt vias suas* i. e. qui recta via procedunt, probi. יִשַּׁר לָלֶכֶת rectâ processit. Prov. 15, 21. *Deus rectas facit vias* alic. i. e. facit, ut res eius bene cedant. Prov. 3, 6. 11, 5. Inde *direxit*, ut aquaeductum 2 Par. 32, 30, poët. tonitru Iob. 37, 3. — 2) *rectum habuit*, *probavit* Ps. 119, 128. — 3) causat. Kal no. 2 *complanavit*, ut viam Jes. 40, 3. 45, 13, sq. לְ alicui.

Pu. pass. Pi. no. 3. Part. זָהָב מְיֻשָּׁר *aurum complanatum*, *diductum*. 1 Reg. 6, 35.

Hiph. הֵישִׁיר et הוֹשִׁיר (Ps. 5, 9. Jes. 45, 2 Chethibh) 1) *rectam fecit* viam. Ellipt. Prov. 4, 25: *palpebrae tuae* יַיְשִׁירוּ נֶגְדֶּךָ *rectam faciant* sc. viam *ante te*, i. e. rectâ prospiciant. 2) *complanavit* viam Ps. 5, 9, loca tumida Jes. 45, 2.

Nomm. derivata: מֵישָׁר, מִישׁוֹר, n. pr. שָׁרוֹן et quae statim sequuntur.

יָשָׁר adj. f. יְשָׁרָה 1) *rectus*. Ez. 1, 7. 23. Iob. 33, 27: יָשָׁר הֶעֱוֵיתִי *rectum curvum feci*, perverse egi. Translate יָשָׁר בְּעֵינַי quod rectum est in oculis meis, i. e. quod mihi placet, mihi probatur. Iud. 17, 6: *quisque faciebat* הַיָּשָׁר בְּעֵינָיו *quod sibi placebat*. Deut. 12, 25. 28: הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְהוָה *quod Deo probatur*. Sq. לִפְנֵי id. Prov. 14, 12. 16, 25. Saepe de personis a) *probus*, *integer*. Iob. 1, 1. 8. Ps. 11, 7. Plenius dicitur יִשְׁרֵי לֵב Ps. 7, 11 et יִשְׁרֵי דֶרֶךְ 37, 14. יְשָׁרִים *κατ᾽ ἐξοχήν* dicti, sunt Judaei Dan. 11, 17. סֵפֶר הַיָּשָׁר *liber probi* s. collect. *proborum* est anthologia veterum carminum, quae bis laudatur in V. T. Jos. 10, 13. 2 Sam. 1, 18. (Modo probari possit, יָשָׁר etiam de virtute bellica usurpatum esse, non male illius libri inscriptionem transtuleris: *liber virtutis*, coll. Arabum nobilissima anthologia حماسة dicta i. e. virtus). Neutr. יָשָׁר probitas, integritas Ps. 37, 37. 111, 8. b) *iustus*, *verax*, de Deo, Deique verbo. Deut. 32, 4. Ps. 33, 4. 119, 137.

2) *planus*, de via Jer. 31, 7, hinc דֶּרֶךְ יְשָׁרָה via plana (non impedita) i. e. felix Esr. 8, 21. יְשַׁר לֵב facilis, promtus ad aliquam rem faciendam, sq. gerundio 2 Par. 29, 34.

Cf. arab. يَسَرَ facilis, obsequiosus fuit. Conj. III facilem se praebuit alicui).

יֵשֶׁר (probitas) n. pr. m. 1 Chron. 2, 18.

יֹשֶׁר m. 1) *rectitudo* viae Prov. 2, 13. 4, 11. 2) Translate a) *rectum*, *quod fieri debet*, *ius fasque*. Prov. 11, 24: *qui parcus est* מִיֹּשֶׁר *ultra ius fasque*. C. Suff.

יֹשֶׁר quae ab eo fieri debent, officium eius. Iob. 33, 23. Prov. 14, 2. 17, 26. It. quae *loqui* debemus, *verum*, *rectum* Iob. 6, 25. b) de personis: *probitas, integritas*, saepe addito לֵב, לֵבָב. Deut. 9, 5. Ps. 25, 21. 119, 7. Iob. 33, 3.

יְשַׂרְאֵלָה (rectus coram Deo) n. pr. m. 1 Chr. 25, 14.

יְשָׁרָה vel **יְשָׁרָה** cstr. יִשְׁרַת f. i. q. יֹשֶׁר *integritas, probitas*. 1 Reg. 3, 6.

יְשֻׁרוּן m. *Jeschurun*, populi Israëlitici appellatio poëtica eaque, ut videtur, blanda et charitativa, quater obvia Deut. 32, 15. 33, 5. 26. Jes. 44, 2. De origine dubitant interpretes. Nobis probabile est, יְשֻׁרוּן fuisse diminutivum nominis יִשְׂרָאֵל vulgo et in vita communi frequentatum, pro pleniore יִשְׂרְאֵלוּן (de syllaba וּן deminutivis addita v. Lgb. p. 513 et Hoffmanni gr. Syr. p. 251), sed more eiusmodi vocabulorum tritorum liberius inflexum et contractius (cf. syr. *Aristot* de Aristotele, arab. *Bokrat* de Hippocrate, et nostrorum praenominum diminutiva, ut *Fritz* pro *Friedrich*), ita tamen ut ad *recti*, *probi*que significatum, qui in radice יָשַׁר inest, simul alludatur, cf. יְשָׁרִים Num. 23, 10. Ita Gr. Venet. Ἰσραελίσκος. Alii statuunt, יְשֻׁרוּן deminutivum esse a יָשָׁר (immo יָשׁוּר) q. d. *rectulus, iustulus*, das liebe, fromme Völkchen (Aqu. Symm. Theod. εὐθύς); sed obstare videtur Jes. l. c., ubi pro ipso יִשְׂרָאֵל ponitur, parall. יַעֲקֹב.

יָשַׁשׁ rad. inusit. cogn. שׂוּשׂ *albus, canus fuit*, hinc *canis capillis* i. e. *senex fuit*, cf. שֵׂיבָה.

Inde יָשִׁישׁ, n. pr. יְשִׁישַׁי et

יָשֵׁשׁ m. *senex*, pr. *canus*. 2 Chron. 36, 17.

יַת chald. i. q. hebr. אֵת, nota acc. C. Pron. יָתְהוֹן *eos* Dan. 3, 12.

יְתִב chald. i. q. hebr. יָשַׁב 1) *sedit, consedit*. Dan. 7, 9. 10. 26. 2) *habitavit*. Esr. 4, 17.

Aph. הוֹתֵב *habitare fecit*. Esr. 4, 10.

יָתַד rad. inusit. Arab. وتد et وطد *firmavit, firmiter adegit*. Inde

יָתֵד cstr. יְתַד plur. יְתֵדוֹת m. Ezech. 15, 3 f. Jes. 22, 25. Deut. 23, 14 1) *clavus, paxillus*, qui parieti infigitur Ez. 15, 3. Jes. l. c. spec. *paxillus tentorii* Ex. 27, 19. 35, 18. 38, 31. Iud. 4, 21. 22. *Pangere paxillum* Hebraeis (et Arabibus, v. vit. Tim. I, p. 134. 228 ed. Manger.) imago est sedis firmae et stabilis Jes. 22, 23, de qua יָתֵד dicitur Esr. 9, 8, coll. גָּדֵר Vers. 9 et radd. נָטַע, נָתַשׁ. Praeterea *clavus* metaph. dicitur de *principe*, ex quo omnis civitatis cura quasi pendet Zach. 10, 4, ut idem alibi פִּנָּה dictus est s. *lapis angularis*, cui civitas superstructa est. — 2) *pala, spatha*. Deut. 23, 14. יְתַד־הָאֶרֶג Iud. 16, 14 *spatha textoris*.

יָתוֹם m. *orphanus, pupillus*, a rad. יָתַם. Ex. 22, 12. 23. Deut. 10, 18. 14, 29. De puero, qui patre solo orbatus est Iob. 24, 9.

יְתוּר m. (a rad. תּוּר, formae יְקוּם) *pervestigatio*, meton. id quod pervestigando reperitur. Iob. 39, 8.

יָתַח rad. inusit. Arab. وتح *fuste percussit*, ميتحة fustis. Inde

תּוֹתָח fustis q. v.

יַתִּר (eximium) n. pr. oppidi in montanis Judae a sacerdotibus habitati Jos. 15, 48. 21, 14. 1 Sam. 30, 27. 1 Chr. 6, 42.

יַתִּיר chald. 1) adj. *eximius, excellens*. Dan. 2, 31. 5, 12. 14. 2) f. יַתִּירָה adv. *abunde, valde*. Dan. 3, 22. 7, 7. 19.

יִתְלָה (elatum, altum, rad. תָּלָה) n. pr. oppidi Danitarum Jos. 19, 42.

יָתַם rad. inusit. Arab. يَتِمَ et يَتُمَ *solitarius, orbatus fuit.* Solitarii significatus a *silendo* proficisci videtur, ut vicinum sit radd. דָּמַם, שָׁמַם. Inde יָתוֹם pupillus. — אֵיתָם Ps. 19, 14 est a תָּמַם, v. ind. analyt.

יִתְמָה (orbitas) n. pr. m. 1 Chron. 11, 46.

יָתַן rad. inusit. i. q. وَتَنَ *perennis fuit* aqua (cf. תָּנַן), hinc *firmus, stabilis* fuit.

Deriv. אֵיתָן.

יִתְנִיאֵל (quem Deus donat) n. pr. m. 1 Chr. 26, 2.

יִתְנָן (donatus) n. pr. oppidi in tribu Judae. Jos. 15, 23.

יָתַר 1) pr. *redundavit* (drüber hinaushängen) v. יֶתֶר no. 1 et מֵיתָר, inde 2) *abundavit* (überflüssig seyn, περισσεύειν); 3) *reliquus fuit, superfuit* (übrig seyn); 4) *modum excessit*, inde *eximius, egregius fuit, excelluit.*

In Kal non occurrit nisi part. יוֹתֵר *reliquum* 1 Sam. 15, 15, unde *quaestus* et adv. *amplius* v. p. 416.

Hiph. הוֹתִיר 1) *abundare fecit* aliquem aliqua re, sq. acc. p. et בְּ rei Deut. 28, 11. 30, 9. 2) *reliquum fecit, reliquit.* Ex. 10, 15. 12, 10. Jes. 1, 9. Ps. 79, 11: הוֹתֵר בְּנֵי תְמוּתָה *fac superstites filios mortis*, capitis damnatos. 3) *lucrifecit* (ut syr. ܝܬܪ Pe. et Aph.). Gen. 49, 4: אַל תּוֹתַר *non lucrifacies*, nihil lucri vel emolumenti reportabis.

Niph. נוֹתַר 1) *reliquus factus, relictus est.* Ex. 10, 15, it. *remansit* Gen. 32, 25. Part. נוֹתָר f. נוֹתֶרֶת *reliquus, a, um* Gen. 30, 36. Ex. 28, 10. 29, 34. 2) *excelluit,* reliquis *praestitit,* inde *victoriam reportavit.* (Syr. Ethpa. praestans, excellens fuit). Dan. 10, 13: וַאֲנִי נוֹתַרְתִּי שָׁם אֵצֶל מַלְכֵי פָרָס *et ego victoriam ibi reportavi apud reges Persiae.*

Nomm. derivata: יוֹתֶרֶת, יוֹתֵר, מֵיתָר, מוֹתָר, יַתִּיר et quae statim sequuntur.

יֶתֶר c. suff. יִתְרוֹ m. 1) *restis, funis,* pr. *pendulum, redundans* a redundando, dependendo dictum, v. rad. no. 1 (arab. وَتَرٌ id. chorda arcus, citharae) Iud. 16, 7 sq. Spec. a) de funiculis, quibus in figendo tentorio aulaea paxillis alligantur. Metaph. Iob. 4, 21: נִסַּע יִתְרָם בָּם *avelluntur funiculi eorum,* tentoria eorum moventur i. e. moriuntur (cf. metaphoram tentorii Comm. 19. Jes. 38, 12); b) de nervo arcus Ps. 11, 2; c) de funiculo, quo pro *freno* utuntur. Iob. 30, 11 Chethibh: יִתְרוֹ פִתַּח *frenum eius solvit* s. coll. *frenum eorum solvunt* i. e. effrenati, procaces sunt. Keri יִתְרִי: frenum meum solvunt i. e. frenum, quod iis inieceram s. reverentiam mihi debitam.

2) *abundantia* Ps. 17, 14. Iob. 22, 20, adv. *abunde, valde* Jes. 56, 12. Dan. 8, 9. עַל יֶתֶר abunde, satis superque Ps. 31, 24.

3) *reliquum, residuum, reliquiae.* יֶתֶר הָעָם reliquum populi Iud. 7, 6. 2 Sam. 10, 10, יֶתֶר דִּבְרֵי שׁ׳ reliqua historia Salomonis 1 Reg. 11, 41, cf. 14, 19. Sed Joël 1, 14: יֶתֶר הָאַרְבֶּה *quod reliquit locusta.*

4) *quod modum, terminum excedit,* unde adv. *praeter* (i. q. יוֹתֵר 2, c); dein *eminentia, excellentia* Prov. 17, 7. Concr. *excellens, princeps* Gen. 49, 3.

5) n. pr. m. a) Iud. 8, 20. b) 1 Chr. 2, 32. c) 4, 17. d) 7, 38, pro quo יִתְרָן V. 37. e) Mosis socer, alibi יִתְרוֹ Ex. 4, 18. f) 1 Reg. 2, 5, pro quo יִתְרָא

2 Sam. 17, 26. Patron. יִתְרִי 2 Sam. 23, 38.

יִתְרָה i. q. יֶתֶר no. 3 f. *reliquum, residuum* Jes. 15, 7. Jer. 48, 36.

יִתְרוֹ (i. q. יִתְרוֹן) n. pr. soceri Mosis. Cf. יֶתֶר et חֹבָב. Ex. 3, 1. 4, 18.

יִתְרוֹן m. 1) *quaestus, lucrum, emolumentum*, quod in aliquem redundat Eccl. 1, 3. 2, 11. 3, 9. 5, 8. 15. 10, 10. 2) *praestantia* sq. מִן. Eccl. 2, 13.

יִתְרְעָם (abundantia populi) n. pr. m. 2 Sam. 3, 3. 1 Chr. 3, 3.

יְתֵת (sec. Simon. pro יְתֵדָת clavus) n. pr. principis Idumaeorum Gen. 36, 40.

כ

Caph, undecima Hebraeorum littera, numerum *vicenarium* indicans. Nomen eius (כַּף) *volam* designat, cuius similitudinem figura eius in alphabeto nostro chaldaeo refert.

Litterarum palatinarum ferme media permutatur a) cum mollioribus ג (v. p. 186) et adeo י, ut יָשַׁר et כָּשַׁר (cf. adeo יָשִׁישׁ et ܣܐܒܐ senex); b) cum palatina duriore ק, v. דָּכַךְ et דָּקַק; רָכַךְ et רָקַק; תָּכַן et תָּקַן; בָּקַר et בָּכַר, aliaque paene innumera in linguis cognatis, v. Schult. clav. dialectorum p. 295. Scheid. ad cant. Hiskiae p. 196. Rarius transit in gutturales paulo duriores ח (خ) et ע (غ), ut חֹלֶד, خُلْدٌ, كُلْدٌ talpa; כְּבָר et חָבוֹר Chaboras fluvius; חָרִיץ كَرِيص caseus; כְּפִיר, غُفْرٌ, غِفْرٌ leo iuvenis, כָּתַר et עָתַר circumdedit.

כְּ, ante monosyllaba et barytona saepe כָּ (Lgb. §. 151, 1), c. Suff. כָּכֶם, כָּהֶם (reliquis personis praeponitur כְּמוֹ, כָּמוֹ, q. v.).

A) adv. qualitatis, decurtatum ex כֵּן (ut אַךְ pro אָכֵן et similia, v. Gramm. hebr. §. 100, ed. 10) *) 1) pr. demonstr. *ita, sic, hoc modo*, gr. ὥς. Inde bis repetitum: כְּ — כְּ *sicut — ita; quomodo — hoc modo*, ubi duae res inter se comparantur (germ. sup. vet. *so — so*, pro vulg. *wie — so*). Lev. 7, 7: כַּחַטָּאת כָּאָשָׁם *ut sacrificium pro peccato ita s. pro delicto*. Num. 15, 15. Hos. 4, 9. 1 Reg. 22, 4, et vicissim, quamquam rarius, *ita — sicut; hoc modo — quomodo*, gr. ὥς — ὡς Gen. 44, 18: כָּמוֹךָ כְּפַרְעֹה *ita tu, ut Pharao*. 18, 25. Ps. 139, 12. Pro varia ratione comparationis illud saepe reddi potest: *tam — quam*. Lev. 24, 16: *lapidabit eum omnis coetus* כַּגֵּר כָּאֶזְרָח *tam peregrini, quam indigenae*. Deut. 1, 17. Ez. 18, 4; *quantus, tantus; qualis, talis* (ὅσος, τόσος· οἷος — τοῖος). Jos. 14, 11: כְּכֹחִי אָז כְּכֹחִי עָתָּה *quale robur meum tunc* erat, *tale idem nunc*. 1 Sam. 30, 24; *simulatque s. quum — statim* (ubi duae res eodem tempore evenisse dicuntur) Ps. 48, 5, cf. gr. ὥς — ὥς Il. 1, 512. Plenius dicunt: כְּ — כֵּן Ps. 127, 4. Joël 2, 4, in seriore Hebraismo etiam כְּ — וּכְ Jos. 14, 11. Dan. 11, 29. Ez. 18, 4.

2) relat. *quomodo*, auf welche Weise, post verbum יָדַע (ut alibi אֵיךְ Iud. 3, 8). Eccl. 11, 8: *quem-*

*) Nisi statuere mavis, כְּ adverbium ortum esse ex כִּי pr. pronomine relativo *qui, quae, quod*, inde *quomodo* (wie beschaffen), ut ὡς a relativo ὅς, item ὅσον, οἷον adv. a relativis ὅσος, οἷος; *ut, uti* a ὅτι, quo etymo adoptato *proprie* relativa esset vocabuli *potestas* et significatio A, 2 primo loco ponenda.

admodum non nosti, quae sit via venti וְכַעֲצָמִים בְּבֶטֶן מְלֵאָה *et quomodo ossa* oriuntur *in utero gravido, ita* cet.

3) indefinite *quodammodo* (einigermaassen), inde, ubi numerus, et mensura vel spatii vel temporis rationibus obiter subductis indicantur: *circiter*, gr. ὡς (ὡς πεντήκοντα), ὡςεί, ὅσον; nostr. *ungefähr*, *etwa*. 1 Reg. 22, 6: כְּאַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ *circiter quadringenti viri*. Ex. 12, 37. Ruth 2, 17: כְּאֵיפָה שְׂעֹרִים *circiter modius hordei*; Num. 11, 31: כְּדֶרֶךְ יוֹם *circiter unius diei iter*. Ruth 1, 4: כְּעֶשֶׂר שָׁנִים *circiter decem anni*. — Etiam de temporis momento minus accurate definito. Exod. 11, 4: כַּחֲצוֹת הַלַּיְלָה *circiter media nocte*. 9, 18: כָּעֵת מָחָר *cras circiter hoc tempore*. Dan. 9, 21: כְּעֵת מִנְחַת עֶרֶב *circiter tempore sacrificii vespertini*. (In his etiam exemplis כְּ potest, ut fecimus, adverbialiter accipi, et substantivum in accusativo tempus indicante: sed vide B, no. 3).

B) Praep. 1) *ut, sicut, instar, tanquam*, similitudinem qualemcunque indicans Gen. 3, 5. 9, 3. 29, 20. Ps. 1, 3. Iob. 32, 19. Gen. 25, 25, sive figurae, speciei (Cant. 6, 6: *dentes tui* sunt כְּעֵדֶר הָרְחֵלִים *instar gregis ovium*. Iud. 8, 18. Iob. 41, 10), sive magnitudinis (Jos. 10, 2: *nam urbs magna erat Gibeon* כְּאַחַת עָרֵי הַמַּמְלָכָה *sicut una urbium* i. e. *tanta, quanta ulla urbs*), sive temporis (Iob. 10, 5. Ps. 89, 37: כִּסְאוֹ כַשֶּׁמֶשׁ *solium eius* stabit *instar solis* i. e. quamdiu sol lucebit, cf. 72, 17), sive sortis (cf. הָיָה כְּ idem expertus est atque — p. 274 A, et נָתַן כְּ s. v. נָתַן), saepe ita, ut tertium quod vocant comparationis addatur Iob. 34, 7: *quis sicut Iobus*, qui *bibat iniquitatem tanquam aquam?* Spec. notandum: a) Substantivum praevio כְּ notat *quod huic rei simile est*, rem s. personam ei similem. Dan. 10, 18: כְּמַרְאֵה אָדָם (species) *ceu humana species*, (aliquid) *instar speciei humanae*, (*etwas*) wie eine Menschengestalt. Deut. 4, 32: *num factum est* כַּדָּבָר הַגָּדוֹל הַזֶּה aliquid *instar huius rei ingentis?* Gen. 41, 38: הֲנִמְצָא כָזֶה אִישׁ *num exstat vir instar huius viri?* talis vir. Ita כָּזֶה, כָּאֵלֶּה saepe latine reddi potest *talis, tale, talia* Iud. 13, 23. Jes. 66, 8: מִי שָׁמַע כָּזֹאת מִי רָאָה כָּאֵלֶּה *quis audivit tale quid, quis vidit talia?* Iob. 16, 2; it. כָּזֹאת (quod) *sicut hoc* est, *idem, similiter* Iud. 8, 8. 2 Par. 31, 20. כָּזֶה וְכָזֶה *tale et tale, sic et sic* Iud. 18, 4. 1 Reg. 14, 5, כָּזֹאת וְכָזֹאת id. 2 Sam. 17, 15. — b) Verbis similitudinis pleonastice addi potest כְּ: נִמְשַׁל כְּ ut nostr. ähnlich seyn *wie* jem. — c) de articulo post כְּ comparativum frequentissimo v. supra ה art. 2, c. p. 263, A.

2) *secundum* (κατά), convenientiam cum aliqua norma indicans. Gen. 1, 26: כִּדְמוּתֵנוּ *secundum similitudinem eius*. 4, 17: *et vocabat nomen urbis* כְּשֵׁם בְּנוֹ חֲנוֹךְ *secundum nomen filii sui Henoch*. Jos. 6, 15: כַּמִּשְׁפָּט הַזֶּה *secundum hanc legem*, hunc in modum. 2 Reg. 1, 17: כִּדְבַר יְהוָה *secundum verbum Dei*. 1 Sam. 13, 14: אִישׁ כִּלְבָבוֹ *vir secundum animum eius*, qualis ei placet. Ps. 7, 18: *celebrabo Jehovam* כְּצִדְקוֹ *secundum iustitiam eius* i. e. prout, quemadmodum iustitia eius postulat. 2 Sam. 3, 39. Jer. 17, 10. Prov. 24, 12. Cf. כְּיַד secundum manum, pro manu, v. יָד litt. cc. Etiam hoc significatu in apodosi sequitur כֵּן. Gen. 6, 22: כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים כֵּן עָשָׂה.

3) ab usu eius adverbiali supra exposito (A, no. 3) proficiscitur is particulae usus, quo in meram *particulam temporis* abiit, ut germ. *um* in formula: *um* drey Uhr, quod non tantum est circa horam tertiam sed etiam ipsa hora tertia. Sic כִּתְמוֹל הַתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם = *heri* et

nudius tertius, antea 1 Sam. 14, 21. 21, 6, כְּהַיּוֹם, כַּיּוֹם *hodie, hoc tempore, nunc* (v. יוֹם, litt. d. e), כְּרֶגַע uno momento Num. 16, 21, כִּמְעַט pauco tempore.

4) Contra ex similitudinis notione pendet singularis idiotismus a nemine, quod sciam, recte perspectus, quanquam Hebraeis cum Graecis et Romanis communis: ubi כְּ praedicatis qualitatem designantibus praemissum indicat, aliquam rem *quam fieri potest maxime*, igitur *maiorem in modum* talem esse (Caph *veritatis* olim vocabant Grammatici, rectius *intensivum* vocari possit). Graeci et Romani hoc sensu utuntur particulis ὡς, ὅσον, *quam* superlativo praemissis, ὡς βέλτιστος, ὡς τάχιστα, ὅσον τάχιστα, *quam excellentissimus*, *quam celerrime*, sed rarius etiam positivo, ὡς ἀληθῶς nostr. *wie* (nur irgend möglich) *wahr*, *so* wahr als möglich, ὡς μνημονικὸς ὁ Κῦρος (mirum quantum memoria valebat Cyrus) Xen. Cyrop. 5, 3, 17, lat. *quam magnus numerus* pro maximus Caes. b. civ. 1, 55, *quam late* pro latissime Cic. Verr. 6, 25 (v. Passow s. v. v. ὡς, ὅσον Fischer. ad Wellerum II, 136. Vigerius Hermanni p. 563); et huic idiomati ad amussin respondet Hebraismus, utpote superlativi forma carens. a) ubi adiectivis vel participiis praemittitur ex verbo substantivo pendentibus. Neh. 7, 2: כִּי הוּא כְּאִישׁ אֱמֶת וְיָרֵא אֶת־הָאֱלֹהִים מֵרַבִּים *is enim erat vir quam maxime fidus* (so treu als möglich) *et pius prae multis.* 1 Sam. 11, 27: וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ *quam quietissime se gessit*, er benahm sich ganz ruhig. Num. 11, 1: וַיְהִי הָעָם כְּמִתְאֹנְנִים רַע *et populus se gessit, ut quiritantes de calamitate*, wie Leute nur thun können, die ein grofses Unglück bejammern, i. e. acerbissime luxit. Hos. 11, 4. b) adverbiis praemittitur: כִּמְעַט quam paucissime (ὅσον ὀλίγον) Prov. 10, 20, שָׂרִיד כִּמְעָט residuum quam minimum Jes. 1, 9; similiter כְּרֶגַע Ps. 73, 19, כִּמְעַט רֶגַע Jes. 26, 20 quam velocissime. c) Substantivis Jes. 1, 7: שְׁמָמָה כְּמַהְפֵּכַת זָרִים *vastatio, qualis unquam ab hostibus facta*, wie nur irgend Feinde verheeren können. Semel adeo subiecto praemittitur Thren. 1, 20: מִחוּץ שִׁכְּלָה חֶרֶב בַּבַּיִת כַּמָּוֶת *foras grassatur gladius, intus pestis* i. e. grassatur pestis, quomodocunque grassari potest. Cf. Ez. 7, 15, ubi similis sententia sine כ intensivo. — Alia exempla, quae in hunc censum non vocaverim, sunt Iob. 24, 14: וּבַלַּיְלָה יְהִי כַגַּנָּב *et noctu se gerit tanquam fur*, i. e. furem, latronem agit. Ex. 22, 24: לֹא תִהְיֶה לוֹ כְּנֹשֶׁה *non eris ipsi ut foenerator.* Jes. 13, 6: כְּשֹׁד מִשַּׁדַּי יָבוֹא *sicut tempestas venit ab omnipotente*, i. e. subito, ut tempestates irruere solent. Radicale est כ in כִּמְרִירֵי Iob. 3, 5.

5) Infinitivo praefixum כְּ est a) *sicut*, *quemadmodum* (cf. no. 1. 2) Jes. 5, 24, iron. *quasi* (als ob). Jes. 10, 15: כַּהֲנִיף שֵׁבֶט אֶת־מְרִימָיו *quasi* forte *baculus tollat* virum, *qui eum gerit.* b) *ut* = *postquam, quum, ubi, simulatque*, ut gr. ὡς pro ἐπεὶ (Passow v. ὡς B, II, 5), temporis particula (cf. no. 3), ubi tempus duarum actionum comparatur (cf. supra Ps. 89, 37. 38). Gen. 39, 18: כַּהֲרִימִי קוֹלִי . . . וַיַּעֲזֹב *ut vocem meam sustuli*, . . . (so wie ich meine Stimme erhob) *ille reliquit* cet. 1 Sam. 5, 10: וַיְהִי כְּבוֹא אֲרוֹן אֱלֹהִים וַיִּזְעֲקוּ וגו׳ *ut venit arca Dei*, statim *clamabant* cet. 1 Reg. 1, 21. Et de futuro tempore in sententia conditionali Gen. 44, 30: וְהָיָה כְּבֹאִי אֶל אָבִי . . . . וְהָיָה כִּרְאוֹתוֹ . . . וְהוֹרִידוּ *et si patrem meum adirem . . . . simulatque videret* pater . . . . *statim descenderet* cet., cf. Deut. 16, 6. Jer. 15, 12. Proprie temporale et condi-

tionale est etiam in his. Jes. 28, 20: קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּהִתְכַּנֵּס *brevior est lectus, quam ut extendi possis*, et (nimis) *angustum* est *tegumentum*, *si ei involvi velis*.

In eandem sententiam praemittitur etiam substantivis verbalibus, 2 Par. 12, 1: כְּחֶזְקָתוֹ *quum vires nactus esset*. Jes. 23, 5: כְּשֵׁמַע צֹר *quum audirent rumorem de Tyro*. 18, 4. 5, raro etiam participio Gen. 38, 29: וַיְהִי כְּמֵשִׁיב יָדוֹ pro כִּהְיוֹתוֹ מֵשִׁיב *et quum retraheret manum*. 40, 10.

C) Raro כְּ etiam est *Conj.* i. q. כַּאֲשֶׁר, ita ut integrae sententiae praemittatur. Jes. 8, 23: כָּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה זְבֻלוּן .... וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד וגו׳ *quemadmodum* (quo gradu) *priora tempora vilipenderunt terram Sebulonitarum .... ita* (eodem gradu) *sequentia honorabunt* cet., pro כַּאֲשֶׁר הָעֵת. 61, 11. De Praepositionibus additis (sed per ellipsin etiam omittendis) coniunctionibus relativis אֲשֶׁר vel כִּי in Coniunctiones versis v. Lgb. p. 636, hebr. Gramm. §. 102, 1, litt. c. adde de nostro exemplo Ewaldi gramm. hebr. p. 614.

De ellipsi בְּ praefixi post כְּ, quam plurimi interpretes statuebant sine necessitate, vide quae observavimus in gramm. hebr. ed. 10, §. 116, not.

כְּ chald. i. q. hebr. *sicut, tanquam* Dan. 6, 1. כִּדְנָה hebr. כָּזֹאת *sicut hoc* i. e. *ita, sic* Jer. 10, 11. Esr. 5, 7, *tale* Dan. 2, 10. כְּדִי = כַּאֲשֶׁר *quum*, v. דִּי.

כַּאֲשֶׁר (aram. כְּדִי, כְּ) pr. *sicut* (is) *qui* Iob. 29, 25, pro varia utriusque particulae significatione est: 1) *secundum* (id) *quod*, inde a) (tantum) *quantum* Gen. 34, 12: *et dabo* כַּאֲשֶׁר תֹּאמְרוּ אֵלַי *quantum postulabitis a me*. 1 Sam. 2, 16; b) *quemadmodum* i. q. כְּ A, 2, non singulis autem verbis, sed integris tantum sententiis praemissum. Gen. 7, 9: כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים *quemadmodum eum iusserat Deus*. 34, 12. Jes. 9, 2. 1 Reg. 8, 57, quamquam imperfectis (Jos. 8, 16: *fugiunt* כַּאֲשֶׁר בָּרִאשֹׁנָה quemadmodum fugerant *prius*); c) *quia, quod* (demgemäſs daſs). Num. 27, 14: כַּאֲשֶׁר מְרִיתֶם פִּי *quia contumaces fuistis contra me*. 1 Sam. 28, 18. 2 Reg. 17, 26. Mich. 3, 4. Respondet usus praeverbii כְּ in formulis, qualis est כְּצִדְקִי. — Saepissime sibi respondent כַּאֲשֶׁר — כֵּן *quemadmodum — ita* Num. 2, 17. Jes. 31, 4, *prout — ita* Iud. 1, 7, *quo gradu — eodem* Exod. 1, 12. Jes. 52, 14. 15. Hos. 4, 7. Ubi duplex est protasis: — כַּאֲשֶׁר כֵּן — כַּאֲשֶׁר Jes. 10, 10. 11.

2) *ut si, quam si* (wie wenn, cf. אֲשֶׁר Conj. no. 4). Iob. 10, 19: כַּאֲשֶׁר לֹא הָיִיתִי אֶהְיֶה *quasi nunquam fuissem, essem*. Zach. 10, 6.

3) *ut* temporale i. q. כְּ infinitivis praemissum, nostr. *wie, sowie, als*, sq. praet. i. q. *postquam, quum, ubi* Exod. 32, 19: וַיְהִי כַּאֲשֶׁר קָרַב *et quum accessisset ad castra*. Gen. 32, 10. 1 Sam. 8, 6. Ex. 17, 11. — Esth. 4, 16: כַּאֲשֶׁר אָבַדְתִּי אָבָדְתִּי *ubi periero, perii*, wenn ich zu Grunde gegangen bin, so bin ich es, vox desperantis. Gen. 43, 14. Sq. fut. transit in potestatem conditionalem. Eccl. 4, 17: *quando* (si) *ibis ad domum Dei*. 5, 3: *quando vovebis votum*, si vovebis.

כָּאַב vel **כָּאֵב** (v. syr. et arab.) fut. יִכְאַב *doluit, dolore affectus fuit* Gen. 34, 25, transl. de animo moesto Prov. 14, 13. Ps. 63, 90. — Iob. 14, 22 cadaveri dolor tribuitur, sq. עַל causae. (Syr. ܟܐܒ doluit, moeruit. Arab. كَيِبَ moeruit).

Hiph. 1) *dolore affecit* Iob. 5, 18. Ez. 28, 24; sq. acc. pers. Ez.

13, 22. 2) *afflixit* i. e. *perdidit, pessumdedit.* 2 Reg. 3, 19: וְכֹל הַחֶלְקָה הַטּוֹבָה תַּכְאִבוּ בָּאֲבָנִים *et quemvis agrum bonum perdetis lapidibus* in eum iniectis, quibus sterilis reddatur, cf. Jes. 5, 2. Iob. 5, 23. LXX. ἀχρειώσατε. Simili translatione agrum incultum *mortuum* dicunt (Gen. 47, 19), vitesque grandine profligatae poët. *interfici* dicuntur Ps. 78, 47. (Simonis תַּכְאִבוּ per Syriasmum dictum volebat pro תַּכְבִּיבוּ, a rad. כָּבַב syr. ܟܒܒ nocuit; quod tamen minime necessarium).

N. deriv. מַכְאֹב et

כְּאֵב m. (Zere impuro) cstr. כְּאֵב (Jes. 65, 14) *dolor* corporis Iob. 2, 13. 16, 6, et animi (addito לֵב) Jes. l. c. (nostr. Herzleid).

כָּאָה in Kal inusit. pr. *increpuit, obiurgavit*, ut syr. ܟܐܐ, dein intransit. *pavidus, pusillanimis factus est, tristis fuit*, cf. כָּהָה كَيَّ pusillanimis fuit, arab. كَأَى tristis fuit, كَاءٌ pusillanimis, كَعَّ terruit, compescuit, intrans. med. E pavidus, pusillanimis fuit.

Hiph. animum fregit, afflixit, addito לֵב Ez. 13, 22.

Niph. increpatus, sq. מִן *expulsus, eiectus est.* Iob. 30, 8: נִכְּאוּ מִן־הָאָרֶץ *ex terra pelluntur.* (Dag. euphon. in Caph). 2) *animo fracto et demisso fuit.* Dan. 11, 30. Ps. 109, 16.

כָּאֶה m. *tristis, infelix.* Pl. כָּאִים Ps. 10, 10 Keri. Sed Chethibh praeferendum, v. חֵלְכָה.

כָּבַב rad. inusit. v. כּוֹכָב, it. כָּאַב Hiph.

כָּבֵד et **כָּבַד** (Iud. 20, 34) fut. יִכְבַּד 1) *gravis fuit.* (Aethiop. ከበደ: id. Apud Arabes unum tantum vestigium huius significationis est in كَبَدَ Conj. III. obduruit contra rem, rem duram perpessus est). Pr. de pondere Iob. 6, 3. Plerumque translate, nimirum 2) *gravis* i. e. *honoratus* fuit (gr. βαρύς, nostr. gewichtig) Iob. 14, 21. Ez. 27, 25. Jes. 66, 5. Cf. כָּבוֹד. — 3) i. q. *magnus, vehemens, copiosus fuit,* de gravitate sceleris Gen. 18, 20, de pugna ingravescente Iud. 20, 34. 1 Sam. 31, 3, de gravitate i. e. copia arenae Iob. l. c.

Et in malam partem 4) *molestus fuit* sq. עַל Jes. 24, 20. Neh. 5, 18. 2 Sam. 13, 25: וְלֹא נִכְבַּד עָלֶיךָ *neve tibi molesti simus,* cl. 14, 26. כָּבְדָה יַד־יְהוָה עַל *manus Dei graviter incumbit alicui,* h. e. Deus eum graviter affligit (cf. βαρείας χεῖρας Hom.) 1 Sam. 5, 11. Ps. 32, 4. Sq. אֶל 1 Sam. 5, 6. — Iob. 23, 2: יָדִי כָּבְדָה עַל אַנְחָתִי *manus* Dei, *quae mihi incumbit, gravior est suspiriis meis* i. e. calamitates, quibus premor, graviores s. vehementiores sunt querimoniis meis, cf. יָד litt. f. (Apud Arabes etiam verba gravitatis, ut ثَقُلَ, كَبُرَ sq. عَلَى molestiam designant). Quoniam res graves non facile moventur, refertur denique 5) ad *inertiam* (Schwerfälligkeit), *usumque* sensuum *impeditiorem*, inde *hebes* fuit, de oculis Gen. 48, 10, de auribus Jes. 59, 1 (schwerhörig), it. de animo non facile movendo, igitur obdurato Ex. 9, 7 (cf. קָשָׁה). Similiter verba pinguedinis ad inertiam referuntur, cf. חָלַב, טָפַשׁ.

Pi. כִּבֵּד 1) causat. Kal no. 2 *honoravit, honore prosecutus est,* homines Iud. 13, 17. 2 Sam. 10, 3, Deum Jes. 29, 13, sq. לְ personae Ps. 86, 9. Dan. 11, 38, et (more verborum copiae) c. dupl. acc. Jes. 43, 23: זְבָחֶיךָ לֹא כִבַּדְתָּנִי *sacrifi-*

ciis tuis me non honorasti. — 2) causat. Kal no. 5 *induravit* animum 1 Sam. 6, 6.

Pu. כֻּבַּד *honoratus est.* Prov. 13, 18. 27, 18. Jes. 58, 13.

Hiph. 1) *grave fecit* v. c. iugum 1 Reg. 12, 10. Jes. 47, 6, vinculum Thren. 3, 7. Ellipt. Neh. 5, 15: *praefecti priores* הִכְבִּידוּ עַל הָעָם sc. עֹל, *grave iugum imposuerant populo*, graviter vexaverant populum. 2) causat. Kal no. 2 *honoravit, honoribus auxit, illustrem reddidit* Jes. 8, 23 (9, 1). Jer. 30, 19. It. *honorem, gloriam* (sibi) *paravit* 2 Paralip. 25, 19. 3) causat. Kal no. 5 *hebetavit* aures Jes. 6, 10. Zach. 7, 11, *obduravit* animum Ex. 9, 34.

Niph. 1) pass. Pi. no. 1 *honoratus fuit, honore affectus est.* Gen. 34, 19. 1 Sam. 9, 6. 2 Sam. 23, 19. 23. שֵׁם נִכְבָּד nomen gloriosum Deut. 28, 58. Plur. נִכְבָּדוֹת gloriose facta. Ps. 87, 3. 2) reflex. *magnum, illustrem se praestitit.* Hagg. 1, 8, sq. בְּ in aliquo. Ex. 14, 4. 17. 18. Lev. 10, 3. Ez. 39, 13. 3) gravis i. e. *copiosus*, dives fuit, v. Kal no. 3. Prov. 8, 24: מַעְיָנוֹת נִכְבַּדֵּי מַיִם *fontes aquae graves.* Jes. 23, 8. 9: נִכְבַּדֵּי אָרֶץ *ditissimi terrae.*

Hithp. 1) honoravit se ipsum, *iactavit se.* Prov. 12, 9. 2) *multiplicavit se,* hinc *numerosus, multus* fuit. Nah. 3, 15.

Nomm. derivata sequuntur, praeter כָּבוֹד.

כָּבֵד cstr. כְּבַד Ex. 4, 10 et כֶּבֶד Jes. 1, 4 A) adj. 1) *gravis.* 1 Sam. 4, 18. Prov. 27, 3, it. *onustus* (Jes. 1, 4). Plerumque translate, ut 2) *copiosus* (nostr. eine schwere Menge, lat. graves greges Varr.), חַיִל כָּבֵד exercitus numerosus 1 Reg. 10, 2. Jes. 36, 2, it. *dives* (aere gravis) Gen. 13, 2. In malam partem 3) *molestus* (drückend), de fame gravi Gen. 12, 10. 41, 31, de peccato gravi Ps. 38, 5 (cf. Jes. 1, 4: כֶּבֶד עָוֹן populus *peccatis onustus*); 4) *difficilis, arduus,* de negotio Exod. 18, 18. Num. 11, 14, de lingua intellectu difficili Ez. 3, 5. 5) gravitate sua *iners, impeditus*, de linguâ Ex. 4, 10.

B) subst. *iecur* (arab. كَبِدٌ, كِبْدٌ, كَبْدٌ), utpote viscerum *gravissimum*, ut pondere, ita necessitate. Ex. 29, 13. 22. Lev. 3, 4. 10. Thren. 2, 11: נִשְׁפַּךְ לָאָרֶץ כְּבֵדִי *ad terram effusum est iecur meum,* hyperb. dictum de gravissimo vulnere iecoris i. e. animi.

כָּבֻד adj. ubique f. כְּבוּדָּה pro כְּבֵדָה *magnificus, splendidus* Ez. 23, 41. Ps. 45, 14, subst. *res pretiosae* Iud. 18, 21.

כֹּבֶד 1) *gravitas* (ponderis) Prov. 27, 3. 2) *vehementia,* v. c. ignis Jes. 30, 27. 3) *multitudo.* Nah. 3, 3. 4) *gravitas* i. e. molestia belli Jes. 21, 15.

כְּבֵדוּת f. *gravitas, difficultas.* Ex. 14, 25.

כָּבָה *exstinctus est,* pr. de igne Lev. 6, 5. 6, de lucerna 1 Sam. 3, 3; metaph. de ira Dei 2 Reg. 22, 17, de hostibus pereuntibus Jes. 43, 17: *tanquam ellychnium exstincti sunt.* (Arab. كبا cinere texit ignem, non plane extinxit, sed خبا est exstinctus fuit. Primaria notio est tegendi, obtegendi, abscondendi, cf. חָבָא, חָבָה. Respondet gr. σβέω).

Pi. exstinxit, pr. Jes. 1, 31. 42, 3, metaph. Jer. 4, 4. 21, 12. 2 Sam. 21, 17: לֹא תְכַבֶּה אֶת־נֵר יִשְׂרָאֵל *ne exstinguas lucem Israëlis*, ne tu, unice populi lux, intereas. Cf. 2 Sam. 14, 7 et supra v. גַּחֶלֶת p. 208 B.

כָּבוֹד m. (semel f. Gen. 49, 6 no. 4) pr. *gravitas*, ubique translate, 1) *honor, gloria*, hominum Ps. 8, 6. Iob. 19, 9. 1 Sam. 4, 21, Dei

Ps. 19, 2. 79, 9. 96, 8. Itaque כְּבוֹד־יִשְׂרָאֵל Mich. 1, 15 nobilissimi Israelis, cll. Jes. 5, 13. 8, 7. 17, 3. 4. In Acc. adv. *cum honore, honorifice.* Ps. 73, 24. 2) *maiestas, gloria, splendor.* מֶלֶךְ הַכָּבוֹד rex splendoris, maiestatis, de Deo Ps. 24, 7. 8. 9; כִּסֵּא כָבוֹד solium gloriae 1 Sam. 2, 8; כְּבוֹד הַלְּבָנוֹן gloria Libani i. e. silva eius Jes. 35, 2. 60, 13, cf. 10, 18; כְּבוֹד יְהוָה (LXX. δόξα Κυρίου) h. e. splendor, quo circumfusus Jehova apparet, ipsumque numen hac luce vel fulgore igneo circumfusum Ex. 24, 16. 40, 34. 1 Reg. 8, 11. 2 Chr. 7, 1. Jes. 6, 3. Ez. 1, 28. 3, 12. 23. 8, 4. 10, 4. 18. 11, 22, cf. Luc. 2, 9. 3) *abundantia, divitiae,* Ps. 49, 17. Jes. 10, 3. 66, 12. 4) poet. *cor, animus,* utpote nobilior hominis pars, cf. יְחִידָה (nisi est i. q. כָּבֵד pr. *iecur,* et ad animum translatum, ut alibi לֵב) Ps. 16, 9. 57, 9. 108, 2. Constr. c. sexu fem. (plane ut syn. נֶפֶשׁ). Gen. 49, 16: בִּקְהָלָם אַל־תֵּחַד כְּבוֹדִי *eorum conventibus non interfuit animus meus.*

כְּבוּדָּה v. כָּבֵד.

כָּבוּל n. pr. 1) regionis in Galilaea, viginti oppida complectentis, quam Salomo Hiramo regi dono dedit. 1 Reg. 9, 13. Josephus in Ant. 8, 5, §. 3 probabiliter ex contextu coniecturam faciens: μεθερμηνευόμενον γὰρ τὸ Χαβαλὼν, inquit, κατὰ Φοινίκων γλῶτταν οὐκ ἀρέσκον σημαίνει; sed ex etymo hoc vix probaveris et nescio an כָּבוּל idem sit quod גְּבוּל finis, terminus. Caeterum etiam Arabum Geographi in illius regionis eparchia Safad arcem munitam Cabûl كابول commemorant. V. Rosenmülleri Analecta Arabica III, p. 20. 2) oppidi Asseritarum Ios. 19, 27.

כַּבּוֹן (vinculum, a rad. כָּבַן) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. 15, 40, fort. idem quod מַכְבֵּנָא 1 Par. 2, 49.

כַּבִּיר m. adj. 1) *magnus, ingens* (arab. كَبِيرٌ). מַיִם כַּבִּירִים aquae magnae Jes. 17, 12. 28, 2, כַּבִּיר יָמִים grandaevus, Iob. 15, 10. (Arab. شيخ كبير senex grandaevus). 2) *multus* Iob. 31, 25. Jes. 16, 14. Rad. כָּבַר no. 2.

כְּבִיר m. *stragulum* textile, a rad. כָּבַר no. 1. 1 Sam. 19, 13. 16: כְּבִיר עִזִּים *stragulum ex pilis caprinis contextum.*

כָּבַל rad. inusit., Chald. Syr. Arab. *ligavit, vinxit, constrinxit,* vicina radici חָבַל, גָּבַל et חָבַל; it. גָּבַר, כָּבַר, חָבַר. Inde quadrilitt. כַּרְבֵּל q. v., it. n. pr. כָּבוּל et

כֶּבֶל m. *compes,* Ps. 105, 18. 149, 8. (Arab. et Syr. id.).

כָּבַן rad. inusit., Talmud. *ligavit, colligavit* i. q. כָּבַל, syr. *cinxit.* Inde nomm. pr. כַּבּוֹן, מַכְבֵּנָא, מַכְבַּנַּי.

כָּבַס pr. *pedibus calcavit* (cogn. כָּבַשׁ; de syllaba כב, quae in hac radice primaria est, s. v. בּוּס p. 133), hinc *vestes* calcando et subigendo *lavit.* Differt רָחַץ (corpus) lavit, ut gr. λούειν a πλύνειν. In Kal non legitur nisi in Part. כּוֹבֵס Jes. 7, 3. 36, 2 *lotor vestium, fullo,* gr. πλυντήρ, κναφεύς, qui vestes sordidas mundat, recentes condensat. V. Schneider ind. ad scriptt. rei rusticae p. 385. Schöttgen triturae et fulloniae antiquitates. Lips. 1763. 8.

Pi. כִּבֵּס et כִּבֶּס 1) i. q. Kal Gen. 49, 11. Ex. 19, 10. Part. מְכַבֵּס i. q. כֹּבֵס Mal. 3, 2. 2) metaph. *purgavit* animum a peccato Ps. 51, 4. 9. Jer. 4, 14, ita tamen ut ad primam lavandi potestatem alludatur Jer. 2, 22. Mal. 3, 2.

Pu. pass. Lev. 13, 58. 15, 17.

Hothp. pass. הֻכַּבֵּס Lev. 13, 55. 56.

כָּבַע rad. inusit., ut cogn. גָּבַע et קָבַע *elatus fuit*, spec. forma rotunda, instar gibbi, calicis, capitis. Inde כּוֹבַע galea.

כָּבַר in Kal inusit. 1) pr. *constrinxit, plexit, texuit* i. q. כָּבַל et quae ibi comparavimus (it. כָּמַר no. II). Inde כָּבִיר stragulum textile, כְּבָרָה cribrum, מִכְבָּר reticulum, מַכְבֵּר opus reticulatum. Ut multa alia torquendi, plectendi, ligandive vocabula (קָוָה, קָשַׁר, חוּל, גָּדַל), transfertur ad *robur* ac magnitudinem, hinc 2) *magnus, multus fuit*, it. *longus, diuturnus fuit*, v. כְּבָרָה, כְּבָר. (Arab. كَبُرَ magnus, potens fuit, كَبِرَ adolevit, aetate provectus est, syr. ܟܒܰܪ crevit, auctus est, aeth. ከብረ: gloriosus, illustris fuit).

Hiph. multum fecit, multiplicavit. Iob. 35, 16. Part. מַכְבִּיר subst. (formae מַשְׁחִית) *copia*, c. לְ praef. לְמַכְבִּיר i. q. לָרֹב *copiose, multum*. Iob. 36, 31.

Nomm. deriv. v. Kal no. 1, praeterea כַּבִּיר et quae statim sequuntur.

כְּבָר pr. subst. *longitudo* spatii, *diuturnitas* temporis (v. rad. no. 2), inde 1) n. pr. fluvii in Mesopotamia, alibi חָבוֹר (q. v.), gr. et lat. *Chaboras* dicti. Ez. 1, 3. 3, 15. 23. 10, 15. 22. Atque haec nominis orthographia ad Syriasmum accedit (syr. ܟܒܰܪ. ܟܒܳܪ), quum contra חָבוֹר (خابور) Arabismum imitetur. Quamquam utraque forma etymon praebet, quod ferri possit (חָבוֹר coniungens, et כְּבָר longitudo, fluvius longus, magnus), in flumine tamen Mesopotamiae scripturam Aramaeorum genuinam et primigeniam putaverim.

2) adv. *dudum, iam pridem* (längst). Eccl. 1, 10. 3, 15. 4, 2. 9, 6. 7. (Syr. ܟܒܰܪ dudum, iam).

כְּבָרָה f. *cribrum*. Am. 9, 9. Rad. כָּבַר no. 1.

כִּבְרָה f. pr. *longitudo* (a כָּבַר no. 2), dein de certa quadam *mensura viae*, ut multa alia vcc. mensuram, pondus, tempus designantia, de certis mensuris, ponderibus, temporisque spatiis usurpantur (cf. hebr. סְאָה, שֶׁקֶל, מָנֶה, יָמִים; chald. עִדָּן tempus longius, spec. annus, שָׁעָה, ܫܥܐ, ὥρα breve tempus, spec. hora; nostr. *Acker* Land, ein *Maafs* Wein, lat. *pondo*, unde *Pfund*). Quae vero quanta fuerit, ex locis Gen. 35, 16. 48, 7. 2 Reg. 5, 19 certo colligi non potest. LXX semel (Gen. 48, 7) interpretandi causa addunt ἱππόδρομος, quod vel est *stadium* (v. Hody de bibl. text. originalibus p. 115), vel mensura Arabibus usitata (شَوْطُ ٱلْفَرَسِ) tantum nempe itineris, quantum equus usque ad defatigationem currere potest, tres fere parasangae (eine Station), v. Koehler ad Abulf. Syriam p. 27.

כָּבַשׂ pr. i. q. כָּבַשׁ et כָּבַס *subegit*, spec. *coivit, sobolem procreavit* (v. כָּבַשׁ no. 3). Arab. كبس et transp. بكس subegit puellam. Inde

כֶּבֶשׂ m. *agnus* (pr. *soboles* ovium), spec. a primo anno ad tertium (v. Bocharti Hieroz. I, p. 421 sq.), unde saepe additur בֶּן־שְׁנָתוֹ filius anni sui, unum annum natus. Num. 7, 15. 21. 23. 39. 45. 51. 57. 63. 69. 75 et in plur. בְּנֵי שָׁנָה ibid. 7, 17. 23. 29. 35. 41. Passim latius patet, et *oves* generatim notat Gen. 21, 27. (كَبْش agnus anniculus, v. Arabum grammaticos ap. Bochartum l. c.). Femininum eius est:

כִּבְשָׂה 2 Sam. 12, 3 et כַּבְשָׂה

Lev. 14, 10. Num. 6, 14 *agna* unius anni et quod excurrit, usque ad tertium. — Paulo rarius litteris transpositis scribitur כֶּשֶׂב, כִּשְׂבָּה, sed illa forma haud dubie primigenia.

כָּבַשׁ fut. יִכְבּוֹשׁ 1) *pedibus conculcavit, pedibus subiecit*, vic. radici כָּבַס. Zach. 9, 15: וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי־קֶלַע *subiicient pedibus lapides fundae* i. e. facile eos declinabunt, utpote nil nocituros (coll. Iob. 41, 20. 21). Mich. 7, 19: יִכְבּוֹשׁ עֲוֹנֹתֵינוּ *pedibus calcat delicta nostra* i. e. ea contemnit, non ulciscitur. 2) *subegit, sibi subiecit*, v. c. homo bestias Gen. 1, 28, hostes, servos, terram hostilem Num. 32, 22. 29. 2 Chr. 28, 10. Jer. 34, 11. Neh. 5, 5. Cf. רָדָה. 3) *subegit feminam*. Esth. 7, 8. (Arab. كَبَسَ).

Pi. *subiecit*, i. q. Kal no. 2. 2 Sam. 8, 11.

Niph. 1) pass. Kal no. 2. Num. 32, 22. 29. Jos. 18, 1. 2) pass. no. 3. Neh. 5, 5 in fine. Inde

כֶּבֶשׁ m. *scabellum* pedum 2 Chr. 9, 18. Syr. ܟܒܫܐ id.

כִּבְשָׁן m. *fornax* eaque auctore Kimchio *calcaria*, vel *metallis liquandis*, ut differat a תַּנּוּר furno. Gen. 19, 28. Ex. 9, 8. 10. 19, 18. Ita dicta videtur ab aere *subigendo* et domando, nisi in subsidium vocare mavis arab. قبس accendit.

כַּד f. (1 Reg. 17, 16) plur. כַּדִּים m. (Iud. 7, 16. 1 Reg. 18, 34) κάδος, κάδδος, *cadus, hydria, urna* aquae et hauriendae (v. rad. כָּדַד no. 2) et gestandae Gen. 24, 14 sq. Eccl. 12, 6, it. farinae asservandae 1 Reg. 17, 12. 14. 16, quam in humero gestare solebant mulieres (Gen. l. c.).

כְּדַב chald. *mentitus est*, i. q. hebr. כָּזַב Inde

כְּדַב f. כִּדְבָה chald. adj. *mendax*. Dan. 2, 9.

כָּדַד rad. inusit. pr. i. q. כָּתַת *tutudit, contudit*, inde 1) *ignem excussit*, unde כִּידוֹד scintilla, et כַּדְכֹּד gemma scintillans, rubinus; 2) *graviter, operose laboravit* fabrorum instar (cf. *cudo*), spec. *puteum exhausit*. Inde est כַּד. (Arab. كَدَّ contudit, operose laboravit, puteum exhausit, كَدِيدٌ excussio ignis).

כְּדֵי v. דַּי.

כְּדִי v. דַּי.

כַּדְכֹּד m. Ez. 27, 16. Jes. 54, 12 gemma quaedam scintillans, prob. *rubinus* a rad. כָּדַד no. 1. Arab. كَدْكَدَةٌ rubedo maxima. (Chald. כַּדְכּוֹדִין, כַּדְכְּדָנָא Ex. 39, 11 id.).

כָּדַר rad. inusit. Arab. كَدَرَ et كَدِرَ (cogn. קָדַר) 1) *turbidus fuit*, 2) adversa fortuna et calamitatibus *conturbata* est vita (cf. עָכַר). Alio flexu ab Hebraeis refertur ad turbas bellicas, v. כִּידוֹר.

כְּדָרְלָעֹמֶר n. pr. (modo semiticum est: manipulus mergitum, a כדר i. q. كُدْرَةٌ manipulus, et עֹמֶר merges) regis Elamitarum tempore Abrahami Gen. 14, 1. 9.

כֹּה contr. ex כָּהוּ (ut קְטָלֹה ex קְטָלָהוּ v. gramm. hebr. ed. 10, p. 24. 82) pr. *sicut hoc* i. q. כְּזֶה, arab. كَذَا i. e. 1) *ita, sic*, Gen. 32, 5. Ex. 3, 15. Creberrima est formula: כֹּה אָמַר פ׳, ubi verba ipsa sequuntur Iud. 11, 15, maxime ab initio oraculorum כֹּה אָמַר יְהוָה *sic dicit Jehova*. Jer. 2, 2. 7, 20. 9, 16. 22. Raro more substantivorum cum Praefixo: בְּכֹה *hoc modo* (ut בְּכֵן pro כֵּן) et bis positum *hoc modo — illo modo* 1 Reg. 22, 20.

2) Ubi refertur ad locum: *hic, huc*, sed rarius, Gen. 31, 37. 2 Sam. 18, 30, et geminatum: *hic illic, huc illuc* Num. 11, 31. עַד־כֹּה *huc,* dorthin Gen. 22, 5. כֹּה וָכֹה *huc et illuc.* Ex. 2, 12.

3) de tempore: *nunc.* עַד־כֹּה *hucusque.* Ex. 7, 16. Jos. 17, 14. עַד־כֹּה וְעַד־כֹּה hucusque et illucusque, bis dann und dann i. e. *interea.* 1 Reg. 18, 45.

כָּה chald. i. q. כֹּה no. 3. Dan. 7, 28: עַד־כָּה *hucusque.*

כָּהָה (cogn. radd. כָּאָה et קָהָה) fut. וַיִּכַה 1) *debilis fuit, viribus defecit,* animum despondit, remisit. Jes. 42, 4. Spec. 2) de lucerna mox exstinguenda (v. adj. Jes. 42, 3), de oculis hebetatis, vel senio Deut. 34, 7. Zach. 11, 17. Gen. 27, 1, vel moerore Iob. 17, 7.

Pi. כִּהָה et כֵּהָה 1) intrans. *pallida facta est* macula cutis Levit. 13, 6. 21. 26. 28. 56, it. *debilis, timidus fuit,* animum despondit. Ez. 21, 12, cf. Jes. 61, 3. 2) *increpavit, prohibuit* aliquem, sq. ב 1 Sam. 3, 13: וְלֹא כִהָה בָּם *et* (quod) *eos non increpuit,* i. e. prohibuit. Cf. כָּאָה. Inde

כֵּהֶה adj. non usitatum nisi in fem. כֵּהָה *debilis,* spec. de ellychnio exili luce ardente mox exstinguendo Jes. 42, 3, de oculis *hebetibus* 1 Sam. 3, 2, de colore minus acuto Lev. 13, 39: *maculae* כֵּהוֹת לְבָנוֹת *candoris pallidi,* von matt-weifser Farbe, de animo fracto Jes. 61, 3.

כֵּהָה f. *remissio, mitigatio* Nah. 3, 19.

כְּהַל chald. *potuit, valuit* (vic. יְכִל, כּוּל, cf. de cognatione verborum עָה et עֵר p. 261 s. litt. ה), sq. לְ c. inf. Dan. 2, 26. 4, 15. 5, 8. 15.

כָּהַן in Kal inusit. Arab. كَهَنَ et كَهُنَ Conj. I et V. *praesagivit, praedixit,* كِهَانَة ars hariolandi et كَاهِن *vates, hariolus,* saepe apud Arabes gentiles; dein, *qui causam alicuius gerit, legatus, procurator* eius, ut Firuzabadii verbis utamur (Kamûs p. 1799): مَن يَقُوم بِأَمرِ الرَّجُل وَيَسعَى فِي حَاجَتِه *qui assurgit in negotio alicuius et operam dat in causa eius.* Vicina est *sacerdotis* significatio in hebr. כֹּהֵן, quandoquidem et vates et sacerdotes Deos inter et homines intercedere credebantur. Syr. ܟܗܢ dives, opulentus fuit, ܟܗܝܢܐ dives, abundans, ܟܗܝܢܘܬܐ divitiae, abundantia, gloria, quae omnia secundaria et a sacerdotum conditione repetita esse videntur. (De ministrandi significatu huic radici perperam tributo uberius nuper disputavimus, in praef. ad Lex. hebr. germ. ed. III, p. XXXIII).

Pi. כִּהֵן 1) *sacerdos fuit, factus est.* Deut. 10, 6. (Syr. ܟܗܢ). 2) *sacerdotem egit,* sacerdotio functus est Ex. 31, 10, saepe sq. לַיהוָֹה Ex. 28, 41. 40, 13. 15. Hos. 4, 6. 3) ex usu Syrorum Jes. 61, 10: כֶּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר *ut sponsus magnificam facit cidarim.* Ita Symm. Vulg. Syr. Inde

כֹּהֵן m. *sacerdos.* (Syr. chald. ܟܗܢܐ, כָּהֲנָא, aeth. ካህን: id. De usu Arabum deque etymo v. rad.) Gen. 14, 18. 41, 45. 50. Ex. 2, 16. 3, 1. 18, 1 et saepe. כֹּהֵן הָרֹאשׁ 2 Par. 19, 11. 24, 11. 26, 20 et הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל Lev. 21, 10. Num. 35, 25. 28. Jos. 20, 6 *summus sacerdos,* qui idem הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ *sacerdos unctus* appellatur Lev. 4, 3. 5. Reges iique sacerdotes memorantur Gen. 14, 18. Ps. 110, 4. — Admodum

vetus est sententia Hebraeorum, כֹּהֵן etiam *principem* notare. Non solum Chaldaei interpretes compluribus locis (Gen. 41, 45. Exod. l. c. Ps. 110, 4) transtulerunt רַבָּא princeps, sed iam Paralipomenon auctor hanc sententiam secutus esse videtur, verba 2 Sam. 8, 18: וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ more suo per interpretamentum reddens 1 Par. 18, 17: וּבְנֵי דָוִיד הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ *et filii Davidis primates* erant *a latere regis* i. e. summi regni administri. Nihilominus ex 2 Sam. 8, 17 coll. 1 Sam. 21, 2. 22, 9 satis certo apparet, 2 Sam. 8, 18 re vera *sacerdotes* intelligendos esse, quanquam non leviticae stirpis: et Paralipp. auctor hanc antiquioris contextus interpretationem optasse videtur, quia sacerdotes alius quam leviticae stirpis ei offensioni erant. (V. de Wettii Beyträge zur Einleit. ins A. T. I, p. 81. 82, et nostram linguae Hebraeae hist. pag. 41). Multo etiam minus Onkelosi auctoritas valet, et in omnibus quae supra laudavimus exemplis sacerdotis significatio unice vera.

כָּהֵן st. emphat. כָּהֲנָא plur. כָּהֲנִין chald. i. q. hebr. כֹּהֵן *sacerdos*. Esr. 7, 12. 16. 21.

כְּהֻנָּה f. *sacerdotium*, *munus sacerdotis*. Ex. 29, 9. 40, 15. Num. 16, 10. 25, 13.

כַּו plur. כַּוִּין chald. *fenestra*. Dan. 6, 11. (Syr. ܟܘܬܐ, arab. كُوَّةٌ id., et كُو foramen in pariete. A rad. כָּוָה no. II.

כּוּב ἅπαξ λεγόμ. Ez. 30, 5, n. pr. terrae, quae cum Aegypto et Aethiopia copulatur. Sunt qui intelligant *Coben*, Aethiopiae portum, vel *Cobium*, Mareotidis oppidum; equidem nescio an scribendum sit נוּב *Nubia*, quam scripturam secutus est Arabs (duce procul dubio versione Alexandrina, quanquam in nostris codd. hoc vocabulum deest), reddens اهل النوبة *populus Nubiae*, cuiusque vestigium superest in de Rossii cod. 409, qui pro וְכוּב a prima manu habet וכנוב.

כּוֹבַע (Milra) Ez. 27, 10, in pausa כּוֹבָע 38, 5, cstr. כּוֹבַע (Milêl) 1 Sam. 17, 5. Jes. 59, 17 pl. כּוֹבָעִים Jer. 46, 4. 2 Par. 26, 14 m. *galea*, bis קוֹבַע (Milra) Ez. 23, 24, cstr. קוֹבַע (Milêl) 1 Sam. 17, 38. Rad. כָּבַע. Singularis est in hoc vocabulo confusio formae segolatae ac penacutae קֹדֶשׁ, פֹּעַל cum acuta עוֹלָם, hunc in modum explicanda. Proprie utrumque hoc vocabulum segolatum erat, formae פֹּעַל (ut arab. قُبْعَةٌ calix). Cholem autem, quippe tono corroboratum et citra vulgarem consuetudinem more sequioris Hebraismi et Syrorum plene scriptum (cf. קוֹדֶשׁ Dan. 11, 30, שׁוֹבֶךְ 2 Sam. 18, 9, syr. ܩܘܕܫܐ), tanti roboris erat in hoc vc., ut etiam in plur. servaretur, כּוֹבָעִים (pro כְּבָעִים, vel כָּבְעִים kŏbaim), quasi a singulari כּוֹבָע, formae עוֹלָם. Inde factum, ut revera tali forma (כּוֹבָע) in statu certe absoluto uterentur, quamquam in statu constructo primigeniam formam segolatam servarent (cf. כָּבֵד cstr. כְּבַד). Productiorem, quae secundaria est, habent etiam Syri ܩܘܒܥܐ. Formae inter utramque intermediae et fluctuantes sunt כּוֹבַע Ezech. 27, 10, קוֹבַע 23, 24.

כָּוָה in Kal inusit. I) *ussit*, gr. καίω (καύω). Arab. كوى, syr. ܟܘܐ adussit, inussit, cauterio notavit, v. כִּי no. II, כְּוִיָּה, מִכְוָה. — II) Ut cognata קָבַב, נָקַב, וָקַב, etiam כָּוָה, כַּוִּן, *cavi*, *excavandi* significatum habuisse videtur, cuius vestigium est in chald. כַּו *fenestra*, arab. كُو foramen, كُوَّةٌ fenestra. Olim hoc duxi a „כָּוָה transfodit,“

id tamen minus certum est. Quod enim lexica arabica habent كوى *punxit* scorpius, hoc ab inurendo petitum est: quandoquidem scorpius pungens et venenum immittens cutem quasi cauterio notat.

Niph. pass. no. I, *ustus, adustus est* (igne) Prov. 6, 28. Jes. 43, 2.

כּוֹחַ *vis* Dan. 11, 6 v. כֹּחַ.

כְּוִיָּה f. *adustio, pars corporis adusta* Exod. 21, 25. Rad. כָּוָה.

כּוֹכָב m. *stella.* Gen. 37, 9. Ps. 8, 4. (Arab. كَوْكَبٌ, syr. ܟܘܟܒܐ, aethiop. ኮከብ: et ከከብ: id., unde verbum denom. كَوْكَبَ stellae instar radiavit. Rad. est כָּבַב, arab. كَبَّ, aeth. ከበበ: convolvit globum, unde כַּבְכָּב, et ב emollito כּוֹכָב, כַּוְכָב pr. *globulus*, cf. טוֹטָפוֹת). Metaph. de principe illustri Num. 24, 17, ut arab. كوكب saepe ap. Haririum.

כּוּל *mensus est* (ut syr. chald. et arab. كال pro كيل). In Kal semel exstat Jes. 40, 12.

Pilp. כִּלְכֵּל 1) *cepit, continuit* pr. de vase (in sich *halten, messen*). 1 Reg. 8, 27: *ecce coelum et coelum coelorum te non capiunt.* 2 Chr. 6, 18. 2) *sustinuit* a) i. q. *tulit* aliquid (aushalten) Mal. 3, 2. Prov. 18, 14. Jer. 20, 9. b) *tuitus est* aliquem Ps. 112, 5: *tuetur causas suas in foro.* Ps. 55, 23. 3) *sustentavit, aluit,* commeatu instruxit. Gen. 45, 11. 47, 12. 50, 21. 1 Reg. 4, 7. 17, 4. Sq. dupl. acc. Gen. 47, 12. 1 Reg. 18, 4. 13. Pass. כָּלְכַּל *commeatu instructus est.* 1 Reg. 27, 27

Hiph. הֵכִיל 1) i. q. Pilp. no. 1. 1 Reg. 7, 26. 38. Ezech. 23, 32: מַרְבָּה לְהָכִיל *multum capiens.* 2) i. q. Pilp. no. 2, a. Jer. 6, 11. 10, 10. Joël 2, 11.

כּוּם rad. inusit. Arab. كَامَ Conj. II. cumulavit, كَوْمَةٌ cumulus, ut hebr. כִּימָה q. v. Pertinet haec radix ad stirpium familiam latissime patentem גם, עם, אם, de qua vide infra ad rad. עָמַם.

כּוּמָז (formae עוּגָב) *globus, globulus aureus* (a rad. כָּמַז, كمز conglobavit) fort. collect. *globuli,* vel *monile* ex globulis aureis (qui solidi in Arabia reperiuntur v. Diod. Sic. 3, 44, al. 50. Strabo XVI pag. 777 Casaub.) consertis factum, qualia Israëlitae in deserto et Midianitae gestabant Ex. 35, 22. Num. 31, 50.

כּוּן in Kal inusit. propr. *erectus stetit,* v. Pil. Hi. et nomen כֵּן. Secundarium est arab. et aeth. كَانَ, ኮነ: *exstitit, fuit.* De וַיְכֻנֶנּוּ Iob. 31, 15 v. ind. analyt.

Pil. כּוֹנֵן 1) *statuit* pr. constituit erectum, ut solium Ps. 9, 8. 2 Sam. 7, 13, hinc *confirmavit, sustentavit* Ps. 7, 10. 40, 3. 48, 9. 68, 10. 90, 17. 99, 4. — 2) *fundavit,* ut urbem Ps. 107, 36. Hab. 2, 12, terram Ps. 24, 2. 119, 90, coelum Prov. 3, 19. — 3) *aptavit, direxit,* ut sagittas Ps. 7, 13. 11, 2, etiam omisso accusativo חִצִּים absol. (zielen), sq. עַל scopi Ps. 21, 12. Metaph. omisso לֵב (plenam formulam v. Hiph. no. 4) *animum advertit* ad al., animo complexus est Iob. 8, 8. Jes. 51, 13. — 4) *creavit, formavit* Deus hominem Deut. 32, 6. Ps. 119, 73, lunam et stellas Ps. 8, 4.

Hiph. הֵכִין i. q. Pil. 1) *erectum statuit,* v. c. sellam Iob. 29, 7. Ps. 103, 19, hinc *stabilivit* Ps. 89, 5. 2 Sam. 7, 12, *firmavit* Ps. 10, 17. 89, 5. 2) *constituit* aliquem v. c. regem, sq. לְ 2 Sam. 5, 12. Jos. 4, 4. 3) *fundavit,* ut sacrarium 1 Reg. 6, 19, altare Esr. 3, 3, orbem, montes Ps. 65, 7. Jer. 10, 12. 51,

15. 4) *direxit*, ut telum, sq. לְ pers. (contra aliquem) Ps. 7, 14, vultum Ez. 4, 3, viam suam 2 Chr. 27, 6. Spec. a) הֵכִין לֵב לְ *animum applicuit* ad aliquid faciundum, i. e. serio sibi proposuit, operam dedit 2 Par. 12, 14. 30, 19. Esr. 7, 10, et omisso לֵב 1 Par. 28, 2: הֲכִינוֹתִי לִבְנוֹת *mihi proposueram exstruere.* Iud. 12, 6. b) (לֵב) הֵכִין *animum attendit* 1 Sam. 23, 22, sq. לְ pers. (pro curavit) 2 Paralip. 29, 36; c) הֵכִין לֵב אֶל־יְהוָה animum applicuit ad Dominum 1 Sam. 7, 3. 2 Par. 20, 33, et omisso אֶל־יְהוָה Iob. 11, 13. 5) *paravit*, ut cibos Gen. 43, 16, fraudem Iob. 15, 35, cf. 27, 17. 39, 5 cet. — De Inf. absol. הָכֵן (pro הָכֵן), ejusque usu adverbiali v. h. v.

Hoph. pass. Hiph. no. 1. Jes. 16, 5, no. 2. Jes. 30, 34, no. 5. Nah. 2, 6. Prov. 21, 31.

Niph. pass. Pil. et Hiph. 1) *erexit se*, *surrexit* Jes. 2, 2. Ez. 16, 7 (de mammis sororiantibus), *stetit* firmus, *constitit* Ps. 93, 2. 101, 7. Iob. 21, 8. Inde נְכוֹן הַיּוֹם Prov. 4, 18 *firmum, stabile diei*, summa meridies, qua sol in coeli cacumine immotus stare videtur, gr. σταθερὸν ἦμαρ, σταθερὰ μεσημβρία, arab. قائمة النهار v. Schult. ad Prov. l. c. Ruhnken. ad Tim. p. 236. Translate a) *rectus, aptus fuit*, Ex. 8, 22. Iob. 42, 8. Ps. 5, 10. b) *verus*, *sincerus fuit.* Ps. 78, 37: לִבָּם לֹא־נָכוֹן עִמּוֹ *animus eorum non sincerus erat erga eum.* Part. fem. נְכוֹנָה *sincerum, sinceritas* Ps. 5, 10. c) *firmus*, *constans fuit.* רוּחַ נָכוֹן animus constans in virtutis proposito Ps. 51, 12. Gen. 41, 32: נָכוֹן הַדָּבָר מֵעִם הָאֱלֹהִים *certo decreta est res a Deo.* d) *firmus*, *intrepidus fuit*, de animo Ps. 57, 8. 108, 2. 112, 7. e) *certus fuit.* אֶל־נָכוֹן certo. 1 Sam. 26, 4. 23, 23. — 2) *fundatus est* Iud. 16, 26. — 3) *paratus est* Exod. 19, 11: הֱיוּ נְכוֹנִים *parati sitis.* V. 15. 34, 2. Ez. 38, 7. Sq. לְ pers. *paratum esse alicui* i. e. ei instare Prov. 19, 29, cf. Iob. 15, 23, sq. לְ rei: paratum esse ad aliquid, i. e. prope abesse a re. Ps. 38, 18: אֲנִי לְצֶלַע נָכוֹן *prope absum a casu.*

Hithp. הִתְכּוֹנֵן, semel Prov. 24, 3, alibi הִכּוֹנֵן 1) *stabilitus, confirmatus est.* Prov. 24, 3. Num. 21, 27. Jes. 54, 14. 2) *paravit se.* Ps. 59, 5.

Nomm. derivv. כֵּן, אָכֵן, כַּוָּן, הֲכוּנָה, מְכוּנָה, מָכוֹן, כִּיּוּן et nomm. pr. יְהוֹיָכִין, כּוּנַת, יְכָנְיָה, יָכִין.

כּוּן 1 Par. 18, 8 n. pr. oppidi Phoenicum, quod loco parall. 2 Sam. 8, 8 בֵּרֹתַי appellatur. In itin. Antonini idem *Conna* vocatur, v. Michaelis in Suppl. p. 1233.

כַּוָּן m. *libum, popanum* Jer. 7, 18. 44, 19, gr. καυών, χαυών, χαβών, vocabulo a Semitis adoptato. Est a rad. כּוּן, Pi. כַּוֵּן (chald. כַּוֵּן) *paravit*, non, ut nonnulli voluerunt, a כָּוָה, ut gr. πόπανον, πέμμα a πέπτω coquo: haec enim radix *urendi, adurendi*, non *coquendi* significatum habet.

כּוֹס pl. כֹּסוֹת f. (Jer. 25, 15) 1) *poculum.* Syr. ܟܳܣܳܐ, chald. כּוֹסָא, כּוּזָא, כַּסָּא, arab. كَاسٌ, كَأْسٌ, كُوزٌ poculum, idque vino plenum. In etymo definiendo non dubito, quin verum viderit Leberechtius, iuvenis linguarum orientalium peritissimus, qui coram nuper observabat, כּוֹס sibi contractum esse videri ex כֹּנֵס, כֹּנֵס *receptaculum*, *vas*, *poculum*, ut כִּיס *crumena* ex כֶּנֶס, ad analogiam nominum אִישׁ pro אֱנָשׁ, בַּיִת pro בַּנְת, בְּנַת, cf. etiam שָׁתִית). Gen. 40, 11. 13. 21. 2 Sam. 12, 3. Ps. 23, 5. Ps. 116, 13: כּוֹס־יְשׁוּעוֹת אֶשָּׂא *poculum salutis accipiam*, h. e. Jehovae libabo poculum gratiarum actionis ob praestitum

auxilium. — Apud prophetas Jehova passim sistitur gentibus propinans poculum vini inebriantis (כּוֹס הַתַּרְעֵלָה), ut titubantes in perniciem ruant Jes. 51, 17. 22. Jer. 25, 15. 49, 12. 51, 7. Thren. 4, 21. Hab. 2, 16. Ez. 23, 31. 32. 33, cf. Apoc. 17, 24, et de eadem imagine apud Arabum poëtas Comment. nostrum ad Jes. 51, 17. — Alibi *poculum* metaph. dicitur de *sorte*, servata tamen imagine calicis Ps. 11, 6. 16, 5, cf. Matth. 26, 39. 20, 22 et quae de hac metaphora ex Arabum scriptoribus observavimus ad Jes. 51, 17 et ad Mt. l. c. in Rosenmülleri Repertorio I p. 130 et in Diario Classico Londinensi no. LIII, p. 159.

2) avis quaedam immunda (Lev. 11, 17. Deut. 14, 16), in ruinis degens (Ps. 102, 7). *Noctuam* reddunt vett. interpretationes, invito etymo. Rectius Bochartus (Hieroz. II, p. 267) *onocrotalum* s. *truonem* intelligit, a *receptaculo* s. *sacculo* ita dictum, qui de ingluvie eius dependet, ut lat. *truo* a *trua*.

1. כּוּר rad. in verbo dubiae auctoritatis, quoad ex derivatis colligi potest i. q. *fodit, perfodit*, ut vicinae כָּרָה, אָכַר, קוּר, נָקַר. Cf. arab. كُوْرٌ fossio terrae, et ex linguis indogerm. sanscr. *k'hûr fidit, fodit.* Inde מְכֵרָה *μάχαιρα gladius*, a confodiendo dictus, כָּר carnifex, it. מְכוּרָה, מְכוֹרָה locus, ubi effodiuntur metalla, inde locus natalis.

Verbum ipsum plurimi interpretes reperisse sibi visi sunt in loco ab interpretibus maxime Messianis vexato Ps. 22, 17, ubi Davides, cui Sauli milites insistunt: *nam cingunt me canes, maleficorum turba me circumdat* כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי. Ut dicam quod sentio, simplicissimum nunc arbitror, servata vulgari vocabulorum significatione reddere: *sicut leones* inhiant s. imminent *manibus pedibusque meis* i. e. omnia membra lacerare minantur. Etenim כָּאֲרִי est *ὡς ὁ λέων* i. e. sicut leones, ut Jes. 38, 13, et imminendi, inhiandi vel simile verbum ex notissima figura zeugmatis in hoc membro ex superioribus repeti potest. Omnes tamen vett. intpp. כארי pro verbo habuerunt, idque defendi potest, si כָּאֲרִי partic. Kal more Chaldaeorum formatum (קוּם part. קָאֵם) et plurale esse statuimus, pro כָּאֲרִים (ut מִנִּי Ps. 45, 9 pro מִנִּים): quamquam duas eximiae raritatis formas grammaticas in hoc vocabulo cumulatas iure miraberis (cf. Lgb. 401. 523). Qua sententia adoptata reddendum: *confodientes mihi manus pedesque*, nimirum hostes mei (qui canibus intelliguntur) telis iaculisque in me undique coniectis: nec monitu opus, etiam haec in Davidem, cui hoc carmen in inscriptione tribuitur, ita quadrare, ut magis non possit, Christum certe cruci affixum intelligere propterea opus non sit. *Fodiendi* verbum vulnerandi sensu (cf. חָלַל et arab. حَرَ perforavit, sauciavit) aptissime telis hostilibus tribuitur: et *manus pedes*que poët. de omnibus membris et universo corpore dicuntur (cf. Hesiod. 114). LXX. *ὤρυξαν* (quo verbo alibi utuntur pro כָּרָה, נָקַר). Vulg. *foderunt.* Syr. ܒܙܥܘ. — Aqu. Symm. in Hexaplis et Hieron. (sec. scripturam *vinxerunt*) *ligandi, vinciendi* significatum vocabulo tribuunt, quod per linguae rationes defendi possit (hoc enim negare non debebat Hengstenbergius, Christologie d. A. T. I, p. 180) coll. كَارَ I. V. obvolvit cidarim, كُوْرٌ spira, cidaris; sed contextui multo minus accommodatum est. — Aqu. denique in ed. prima *ᾔσχυναν foedarunt* i. e. sanguine cruentarunt,

prob. radici כָּאַר significatum aram. כְּבַר tribuens. — Caeterum vulgo pro verbo habitum esse כארי, probat etiam duorum Mss. scriptura כארו (כָּאֲרוּ) pro כָּרוּ.

II. כּוּר vel **כִּיר** rad. inusit. prob. i. q. גּוּר *aestuavit* (gähren), dein *coxit*. Inde כִּירַיִם sartago, כִּיּוֹר pelvis, et

כּוּר m. *fornax*, qua metalla ex mineribus excoquuntur. Ez. 22, 18. 20. 22. Prov. 17, 3. 27, 21. Metaph. Jes. 48, 10: *probavi te in fornace miseriae*. Deut. 4, 20: *et vos eduxit ex fornace ferrea Aegypti*. 1 Reg. 8, 51. (Arab. كُور, syr. ܟܘܪܐ id.).

כּוּר עָשָׁן (fornax fumans) n. pr. oppidi Simeonitarum 1 Sam. 30, 30, alibi עָשָׁן Jos. 15, 42. 19, 7. 1 Chr. 4, 32. 6, 44.

כּוֹר i. q. כֹּר q. v.

כּוּשׁ n. pr. 1) *Aethiopia* (f. Ps. 68, 32) et *Aethiopes* (LXX. *Αἰθιοπία, Αἰθίοπες* cf. Jos. Archaeol. I, 6, §. 2, et Pesch. Act. 8, 27), populus Hamo oriundus Gen. 10, 7. 8, cuius terra Gihone circumfusa (Gen. 2, 13, cl. Jes. 18, 1. Zeph. 3, 10), nigris hominibus habitata (Jer. 13, 23) et opulenta (Jes. 43, 3. 45, 14) saepissime cum Aegypto copulatur (Jes. 20, 3—5. 37, 9, v. comment. ad h. l.). V. praeterea 2 Reg. 19, 9. 2 Chr. 14, 11 sq. Ps. 68, 32. 87, 4. Jer. 46, 9. Ez. 30, 4 sq. Dan. 11, 43. Am. 9, 7. Iob. 28, 19. Parum circumspecte Bochartus (Phaleg IV, 2) *Cuschaeos* Arabiae felicis incolas fuisse volebat, neque audiendus est J. D. Michaëlis, qui Cuschaeos partim in Arabia, partim in Aethiopia degisse statuit (Spicileg. I, p. 143 sq.): nullus enim, ut recte monet Schulthefs (Paradies p. 10 sq.) V. T. locus est, qui כּוּשִׁים extra Africam fuisse suadeat (nihil probant Num. 12, 1. Hab. 3, 10. 2 Paralip. 21, 16. 14, 16), adeoque gentes a כּוּשׁ oriundae et Gen. 10, 7 recensitae in Africa quaerendae sunt omnes.

2) viri Benjaminitae in aula Sauli Ps. 7, 1.

כּוּשִׁי m. 1) n. gent. a כּוּשׁ no. 1 *Aethiops* Jer. 13, 23. 38, 7. 10. 12. 2 Par. 14, 8, pl. כּוּשִׁים 2 Par. 21, 16. Dan. 11, 43 et כּוּשִׁיִּים Am. 9, 7, fem. כּוּשִׁית *Aethiopissa* Num. 12, 1. 2) n. pr. patris Sophoniae prophetae Zeph. 1, 1.

כּוּשָׁן f. Hab. 3, 7 i. q. כּוּשׁ no. 1.

כּוּשַׁן רִשְׁעָתַיִם (Aethiops malitiosissimus?) n. pr. regis Mesopotamiae Iud. 3, 8. 10.

כּוֹשָׁרָה f. *prosperitas*, pl. (cf. אֶשֶׁר, אַשְׁרֵי) Ps. 68, 7. Rad. כָּשֵׁר no. 2.

כּוּת 2 Reg. 17, 30 et **כּוּתָה** V. 24 n. pr. *Chutha*, regio Chuthaeorum i. e. gentis, quae a rege Assyriae in desolatum Israëlis regnum deducta cum veteribus incolis in Samaritanorum gentem coalescebat, propterea Chaldaeis et Talmudicis כּוּתִים appellatam. Nihil certi constat de situ huius regionis, quam Josephus (Archaeol. IX, 14, §. 3) in Persia collocat, alii in Phoenicia quaerunt, propterea quod ipsi Samaritani originem Sidoniam profitebantur (Jos. Antt. XI, 8, §. 6. XII, 5, §. 5). V. Michaëlis Spicileg. P. I, p. 104 sq.

כּוֹתֶרֶת v. כֹּתֶרֶת.

כָּזַב in Kal part. כֹּזֵב Ps. 116, 11, usitatius in

Pi. כִּזֵּב *mentitus est*. Iob. 6, 28. 34, 6. Prov. 14, 5. (Arab. كَذَبَ). Sq. לְ *mentitus est alicui, fefellit eum*. Ps. 78, 36. 89, 36: *num Davidi mentiar?* fidem frangam (cf. Num. 23, 19). Ez. 13, 19; sq. בְּ id. 2 Reg. 4, 16.

Metaph. de aqua mox exarescente et spem viatoris fallente Jes. 58, 11. Cf. אַכְזָב.

Hiph. *mendacii arguit* aliquem. Iob. 24, 25.

Niph. pass. Hiph. *mendax, fallax deprehensus est* Iob. 41, 1.

Derivv. sequuntur, praeter אַכְזָב, אַכְזִיב.

כָּזָב m. 1) *mendacium.* Ps. 4, 3. 5, 7. Prov. 6, 19. 2) *quidquid fallit*, spe falsa ludit, de idolis Ps. 40, 5. Am. 2, 4, de oraculo falso Ez. 13, 6.

כֹּזֵבָה (mendax) n. pr. loci 1 Par. 4, 22, quod idem esse videtur atque כְּזִיב, q. v.

כָּזְבִּי (mendax) n. pr. filiae principis Midianitarum Num. 25, 15. 18.

כְּזִיב n. pr. oppidi tribus Judae Gen. 38, 5, prob. eiusdem quod alibi אַכְזִיב dicitur.

כָּזַר rad. inusit. fere i. q. arab. كسر (radice كز, quae apud Simonem est, Arabes plane carent) *fregit cum impetu, hostem profligavit*, med. Kesr. *iratus est*, sq. على, cf. syr. ܟܘܙܪܐ *fortis, audax.* (Vicina sunt קָצַר; גָּזַר, גָּזַל). Inde אַכְזָר, אַכְזָרִי, אַכְזְרִיּוּת.

כֹּחַ raro כּוֹחַ Dan. 11, 6, c. Suff. כֹּחִי (a rad. כָּחַח q. v.) *vis, vires, robur*, a) hominum, Iud. 16, 6. 30. Iob. 26, 2: לְלֹא כֹחַ *ei, qui viribus caret.* גִּבֹּרֵי כֹחַ Ps. 103, 20 i. q. alibi גִּבֹּרֵי חַיִל; b) animalium Iob. 39, 11; c) de Dei potentia Num. 14, 17. Iob. 23, 6. 30, 18. — Spec. de robore virili. Gen. 49, 3: אַתָּה כֹּחִי *tu robur meum* i. e. filius roboris mei, quem in robore iuvenili genui. *Robur terrae* de proventu eius. Gen. 4, 12. Iob. 31, 39. 2) *facultas* rei faciendae, sq. gerundio Dan. 1, 4. 3) *facultates, opes* (cf. חַיִל no. 3) Iob. 6, 22. 36, 19. Prov. 5, 10, cf. Esr. 2, 69. 4) lacertae maioris genus, prob. a robore dictum. Levit. 11, 30, v. Boch. Hieroz. I, p. 1069.

כָּחַד in Kal inusit., vic. rad. כָּחַשׁ pr. *negavit, abnegavit* i. q. aeth. ክሕደ: et arab. جحد.

Pi. כִּחֵד 1) *negavit, abnegavit*, sq. accus. Jes. 3, 9. Iob. 6, 10. 2) *celavit, occultavit* Iob. 27, 11. Ps. 40, 11. Sq. acc. rei et לְ (Ps. 40, 11) vel מִן pers. *celavit aliquem.* Jos. 7, 19. 1 Sam. 3, 17. 18. Jer. 38, 14. 25.

Hiph. הִכְחִיד 1) *occultavit.* Iob. 20, 12. 2) *exstirpavit, delevit* i. q. ἀφανίζειν, ut populum. Exod. 23, 23. Zach. 11, 8.

Niph. 1) pass. Pi. no. 1. 2 Sam. 18, 13. Ps. 69, 6. 139, 15. Hos. 5, 3. 2) pass. Hiph. no. 2. Iob. 4, 7. 15, 28. 22, 20, additis verbis *ex terra* Ex. 9, 15.

כָּחַח rad. inusit., quam idem notasse suspicor quod syr. ܟܚܚ *anhelavit*, nostr. *keuchen* (cf. similis soni radd. itidem onomatopoëticas נָהַג, אָנַח, נָפַח) dein *vires intendit*, unde כֹּחַ *vis, vires.* Secundarium et ab hebr. כֹּחַ repetitum censeo arab. كاح praevaluit in pugna.

כָּחַל i. q. arab. كحل *fucavit* oculos stibio Ez. 23, 40, pr. fortasse *denigravit*, quasi carbone, ut vicinum sit גַּחַל carbo. Namque *fucus* mulierum hebraearum (alibi פּוּךְ gr. στίμμι) erat pulvis nigricans, ex plumbi mineribus et zinco vulgo paratus, quem admixta aqua palpebris ita illinebant, ut album oculi nigro margine cinctum magis candere videretur. Cf. Car. Böttigeri Sabina p. 22. 48 et A. Th. Hartmanni: die Hebräerin am Putztische. P. II, p. 149 sq. III, p. 198 sq.

כָּחַשׁ (vic. כָּחַד) 1) pr. *mentitus est* (v. Pi.). 2) *defecit* corpus

(cf. כָּזַב Jes. 58, 11). Ps. 109, 24: בְּשָׂרִי כָּחַשׁ מִשָּׁמֶן *corpus meum deficit a pinguedine,* i. e. pinguedine destituitur, contabescit. Cf. כַּחַשׁ.

Pi. כִּחֵשׁ 1) *negavit,* Gen. 18, 15. Jos. 7, 11; sq. בְּ pers. et rei, *abnegavit* aliquid. Lev. 5, 21. 22. Iob. 8, 18, כִּחֵשׁ בַּיהוָֹה Deum abnegavit. Jes. 59, 13. Jer. 5, 12, ellipt. Prov. 30, 9: פֶּן־אֶשְׂבַּע וְכִחַשְׁתִּי *ne satiatus* (Deum) *abnegem.* 2) *mentitus est.* Lev. 19, 11. Hos. 4, 2. Sq. לְ 1 Reg. 13, 18: כִּחֵשׁ לוֹ *ei mentitus est.* 3) *fefellit* (exspectationem), hinc i. q. defecit, de terrae proventibus Hos. 9, 2. Hab. 3, 17, cf. lat. spem mentita seges, fundus mendax. 4) *simulavit, adulatus est,* saepius de victis observantiam et amorem erga victorem simulantibus Ps. 18, 45. 66, 3. 81, 16. כִּחֵשׁ לַיהוָֹה Iob. 31, 28.

Niph. Deut. 33, 29 et *Hithp.* 2 Sam. 22, 45 i. q. Pi. no. 4. Inde

כַּחַשׁ 1) *mendacium, fraus, simulatio.* Nah. 3, 1. Hos. 12, 1. 2) *macies.* Iob. 16, 8, v. verbum in Kal, et

כֶּחָשׁ m. (pro כַּחַשׁ, כֶּחֶשׁ, formae קָטֵל) *mendax.* Jes. 30, 9.

1. כִּי A) pr. pron. relativum i. q. אֲשֶׁר, quanquam hic eius usus nativus in Hebraeorum monumentis rarior est. (Late patet hoc vc. antiquissimum et vere primitivum in linguis etiam indogermanicis, cf. sanscr. relat. *jas, jâ, jat* (emolitte pro *qas* cet.), interrog. *kas, kâ, kim;* lat. *qui, quae, quod;* pers. كى, كه, adeoque sin. *khî* is et *tchè* qui; quorum correlata sunt demonstr. הִיא, ى, gr. ἴ, ἴ = ἴς, ἴς, lat. *is,* idem, v. Buttmanni gramm. gr. amplior I, 290, demonstr. et relat. דִּי, ذى [*die*]; interrogativa מִי, τί. Ex forma pleniore et antiqua *qui* abiecta ab initio palatina ortum etiam pers. et zab. چى, וי, nostr. *wie:* palatinae vestigium superest in anglosax. *hwa* et *hweo* Notk.). Certissimum, ni fallor, relativi usus exemplum est Gen. 3, 19: *donec redibis in terram* כִּי מִמֶּנָּה לֻקָּחְתָּ *de qua sumtus es* (LXX ἐξ ἧς ἐλήφθης, et sic etiam Onk. Syr. Saad.), quod comm. 23 exprimitur אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם. Causale in his verbis vix esse potest, nam causa statim sequitur his verbis: כִּי עָפָר אַתָּה וְאֶל־עָפָר תָּשׁוּב. Non minus probabile Gen. 4, 25: כִּי הֲרָגוֹ קָיִן Vulg. *quem occidit Kaïn* (LXX ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. Onk. Syr.), nihilque hoc contextu languidius quam: *nam* occiderat eum Kain. Revocatum habes hunc usum antiquiorem Jes. 54, 6: *Dominus vocat coniugem iuventutis te* כִּי תִמָּאֵס *quae reiecta eras* (LXX μεμισημένην. Vulg. abiectam. Chald. quae abiecta eras). 57, 20: *impii sunt instar maris commoti* כִּי הַשְׁקֵט לֹא יוּכָל Vulg. *quod quiescere non potest.* Alia, quae huc retulerunt, exempla vel incerta sunt (Deut. 14, 29. Ps. 90, 4) vel inepta (v. Noldii concord. part. p. 372), de primaria autem vc. potestate pronominali nemo dubitabit, qui reliquarum linguarum analogiam perpenderit, usumque geminum אֲשֶׁר coniunctionis comparaverit. — Plane ut אֲשֶׁר, gr. ὅτι (unde *uti, ut*), lat. *quod, quia,* gall. *que* plerumque abiit

B) in *coniunctionem relativam* 1) *quod* (nostr. *daſs*, ortum ex demonstr. *das* in relativum verso), sententiis praemissum ex verbo activo pendentibus et in accusativo cogitandis, ut alibi אֲשֶׁר et plene אֶת אֲשֶׁר (v. אֲשֶׁר B. no. 1). Gen. 1, 10: וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי טוֹב pr. *et vidit Deus* hoc *quod bonum erat.* Iob. 9, 2: יָדַעְתִּי כִּי כֵן *scio, hoc ita esse.* Ita post verba videndi Gen. 1, 4, audiendi 2 Reg. 21, 15. Jes. 37, 8, dicendi Iob. 36, 10, postulandi Jes. 1, 12, sciendi Gen. 22, 12. 24, 14. 42, 33. Iob. 10, 7,

credendi Ex. 4, 5. Iob. 9, 16, reminiscendi Iob. 7, 7. 10, 9, obliviscendi Iob. 39, 15, gaudendi Jes. 14, 29, poenitendi Gen. 6, 6. 7, ubi latine vel accusativo cum infinitivo utimur vel particula *quod*. In aliis formulis sententia ex nostra particula pendens in nominativo cogitanda est, nempe טוֹב כִּי *bonum est, quod* — Iob. 10, 3. 2 Sam. 18, 3. Thren. 3, 28, et וַיְהִי כִּי quod latine redditur *accidit ut*, sed pr. accidit hoc, quod (es trug sich das zu, daſs) Iob. 1, 5. 2 Sam. 7, 1 et saepe. Eodem pertinet a) הֲכִי *num* verum est *quod?* (gall. *est-ce-que?*) pro: *num?* Iob. 6, 22: הֲכִי אָמַרְתִּי *num dixi?* 2 Sam. 9, 1, et ita ut responsio affirmativa exspectetur (cf. הֲ no. 1, b): *nonne* verum est *quod* (gall. *n'est-ce-pas-que*) i. q. *nonne?* Gen. 27, 36. 29, 15. 2 Sam. 23, 19 (cf. 1 Par. 11, 21); b) כִּי adverbiis et interiectionibus additum, quae integrae sententiae vim habent, v. c. Iob. 12, 2: אָמְנָם כִּי אַתֶּם הָעָם *certum* est, *vos esse populum*. Sic הִנֵּה כִּי *vide quod* non differt a simplici הִנֵּה Ps. 128, 4, הֲלֹא כִּי id. 1 Sam. 10, 1, אַף כִּי accedit quod (v. אַף), אֶפֶס כִּי tantum quod (v. אֶפֶס). In cunctis his formulis כִּי latine omitti potest, et ubique hoc fit c) ubi כִּי orationi directae praemittitur, ut gr. ὅτι ap. Platonem, et syr. ܕ (vide exemplorum nubem ap. Agrellium, otiolis syr. p. 19) Gen. 29, 33: וַתֹּאמֶר כִּי שָׁמַע יְיָ *dixit illa: audivit Jehova*, pr. dixit illa, Deum audivisse: integra enim oratio in accusativo cogitanda est, qui ex dicendi verbo pendet Ruth 1, 10. 1 Sam. 10, 19. Saepe etiam post iurandi formulas, ut חַי יְהוָֹה כִּי *per Dei vitam* (affirmo) *quod* 1 Sam. 20, 3. 25, 34. 26, 16. 29, 6, חַי הָאֱלֹהִים 2 Sam. 2, 27, חַי אֵל Iob. 27, 2, חַי אָנִי Jes. 49, 18, כֹּה יַעֲשֶׂה לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף 1 Sam. 14, 44. 2 Sam. 3, 9. 19, 2, 1 Reg. 2, 23. unde factum ut per ellipsin talis formulae adeo ab initio oraculi affirmative ponatur Jes. 15, 1.

2) *ita ut, ut*, de consecutione et effectu (cf. arab. كَيْ *ut* finale significans). Iob. 6, 11: מַה כֹּחִי כִּי אֲיַחֵל *quae sunt vires meae, ut sperem?* Jes. 36, 5: עַל מִי בָטַחְתָּ כִּי מָרַדְתָּ *cuinam confidisti* ita *ut deficeres?* 29, 16: *num figulus est instar luti* כִּי יֹאמַר מַעֲשֶׂה לְעֹשֵׂהוּ וגו׳ *ita ut opus dicat de opifice: non fecit me*. Ex. 3, 11: מִי אָנֹכִי כִּי אֵלֵךְ אֶל פַּרְעֹה *quis ego ut Pharaonem adirem?* ego non is sum, qui Pharaonem adire possim. Hos. 1, 6: *non amplius miserebor domus Israël* כִּי נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם *ita ut iis ignoscerem*. Exod. 23, 33. Gen. 40, 15. Iud. 9, 28. 2 Reg. 8, 13. 18, 34. Iob. 3, 12. 7, 12. 17. 10, 6. 15, 14. 21, 15. Nonnunquam auget orationem: *adeo ut, adeo*, cf. עַד C, 2. Jes. 32, 13: *in agris populi mei crescunt spinae* כִּי עַל בָּתֵּי מָשׂוֹשׂ *adeo in domibus laetitiae* cet. Cf. אֲשֶׁר B, 10. Plenius esset עַד־כִּי.

3) de tempore i. q. ὅτε, pr. eo tempore *quo, quo tempore, quum, quando*. Iob. 7, 13: כִּי אָמַרְתִּי וגו׳ *quando dico* etc. Gen. 4, 12: *quando agrum colis, non amplius dabit tibi robur suum*. Hos. 11, 1: *quum puer esset Israël, amabam eum*. Iob. 22, 2: *num homo prodest deo, quum* (s. ubi) *prudenter sibi consulit?* 4, 5. Lev. 21, 9. Jes. 8, 19. Crebra est formula וַיְהִי כִּי *et factum est, quum* s. quando — Gen. 6, 1. 12, 12. Exod. 1, 10. Nonnunquam proxime accedit ad potestatem conditionalem (cf. אֲשֶׁר no. 4 et nostr. *wann, wenn*), ut Deut. 14, 24: וְכִי יִרְבֶּה מִמְּךָ הַדֶּרֶךְ . . . וְנָתַתָּ וגו׳ *et quum* (si) *iusto longior tibi est via — da* i. e. vende *illud* cet. Alibi inter nostram particulam et אִם conditio-

nale diligenter distinguitur. Exod. 21, 2: *Quando* (כִּי) *emeris servum Hebraeum, sex annos serviet tibi, septimo egredietur liber.* 3. *Si* (אִם) *solus intrabat, solus egrediatur, si* (אִם) *cum uxore, uxor egredietur simul.* 4. *Si* (אִם) *dominus ei dedit uxorem* .... 5. *et si* (וְאִם) *dicet servus* cet. Et sic ubique singulis legis conditionibus praemissum est אִם, ab initio totius legis autem כִּי. Cf. eiusdem capitis comm. 7 (כִּי) et comm. 8. 9. 10. 11 (אִם). — comm. 14. 18 (כִּי) et comm. 19 (אִם). — comm. 20 (כִּי) et comm. 21 (אִם). — comm. 22 (כִּי) et 23 (אִם), et sic 26. 27. — 28 coll. 29. 30. 32. Adde Gen. 24, 41. (Arabes similiter distinguunt inter إِذَا = כִּי et إِنْ conditionale = אִם, quanquam non subtiliter ubique).

4) Temporale, sed (ut alia relativa) in vim demonstrativam deflexum, est כִּי, ubi *apodosin incipit*, pr. *tum* (ut alibi אֲזַי ab initio apodoseos Ps. 124, 2 sq. et וְ no. 1, e), nostr. *dann, so* (quod posterius relat. fem. est). Protasin incipiunt conditionales, ut אִם Iob. 8, 6: אִם זַךְ וְיָשָׁר אַתָּה כִּי עַתָּה יָעִיר עָלֶיךָ *si purus et probus es, tum mox custodiet te.* 37, 20. Ex. 22, 22, אִם לֹא Jes. 7, 9, לוּ Iob. 6, 2, לוּלֵי Gen. 31, 42. 43, 10, אוּלַי (nisi) Num. 22, 33. Rarius et in oratione productiore post nomina absoluta positum est (ut alibi וְ no. 1, litt. e), Gen. 18, 20: זַעֲקַת סְדֹם וַעֲמֹרָה כִּי רָבָּה *clamorem de Sodoma et Gomorrha quod attinet*, hic *magnus est.* Jes. 49, 19. Cf. de eodem usu apud Aramaeos Comment. ad Jes. 8, 20. — Ex potestate temporali, eaque relativa (no. 3) porro orta est

5) potestas causalis relativa: *eo quod, quia,* gr. ὅτι, germ. *weil* (quod itidem proprie temporale est, a *Weile* pro *dum, quum*), plenius עַל כִּי, יַעַן כִּי propterea quod (germ. *dieweil*). Sententia causalis modo antecedit, ut Gen. 3, 14: *quia hoc fecisti, maledictus sis* cet. Comm. 17: *quia aurem praebuisti uxori tuae, ... maledicta sit terra* cet., modo sequitur, Thren. 3, 28: *sedet solus et silens* כִּי נָטַל עָלָיו *quia* Deus hoc *ei imposuit.* Postposita sententia causali plerumque latine utimur causali demonstrativo *nam*, gr. γάρ. Ps. 6, 3: *medere mihi, Jehova,* כִּי נִבְהֲלוּ עֲצָמָי *nam contremiscunt ossa mea.* 10, 14. 25, 16. 27, 10. Jes. 2, 3. 6. 22. 3, 1. 10. 11. 6, 5. 7, 22. 24. 8, 10. 9, 3. 10, 22. 23. Gen. 5, 24. 30, 13. 41, 49 et sexcenties. Ferme ubique sententiae praemittitur, raro inseritur, ut lat. *enim.* Ps. 118, 10. 128, 2. Si plures unius rei causae sunt, כִּי repetitur (ubi germ. dicimus *weil* — und *weil*, vel *denn — und*) Jes. 6, 5: *vae mihi, pereo enim:* כִּי אִישׁ טְמֵא שְׂפָתַיִם אָנֹכִי ..... כִּי יי רָאוּ עֵינָי *quia impuris labiis sum* .... et *quia Jehovam viderunt oculi mei* i. e. quia ego, qui labiis impurus sum, numen divinum conspexi. 1, 29. 30. 3, 1. 6. 9, 3—5. 15, 6 sq. 28, 19. 21. Iob. 3, 24. 25. 8, 9. 11, 15. 16. Eccl. 4, 14, it. כִּי — וְכִי Jes. 65, 16. Iob. 38, 20. Disiunctive positum est כִּי — וְכִי — וְכִי *nam — vel — vel.* 1 Reg. 18, 27.

Nonnunquam vis causalis particulae non statim in oculos incurrit, sententiarum tamen nexu accuratius perpenso in re vera in ea inest. Iob. 5, 22: *vastationem et famam ridere potes, et a bestiis agri tibi nihil timendum.* 23. *Nam* (כִּי) *cum lapidibus agri tibi foedus erit, et amicitia cum bestiis agri.* Nihil tibi timendum, *quia* ager tuus fertilis erit, nec lapidibus obrutus, nec bestiis infestatus. Jes. 5, 10: *nam* (כִּי) *decem iugera vineae unam vini amphoram da-*

bunt, decem seminis modii unum modium. Praecesserat: *domus vastatae erunt, nec habitatae:* ingente nempe agrorum sterilitate terra desolabitur. Jes. 7, 21: *illo tempore quisque vitulum sustentabit duasque oves.* 22 .... כִּי חֶמְאָה וּדְבַשׁ יֹאכֵל כָּל־הַנּוֹתָר וגו׳ *nam lacte et butyro vescentur omnes* cet. Homines in terra desolata frugibus et vino carentes in usu lactis et mellis acquiescent, et *propterea* pecuariae operam dabunt omnes. Cf. 17, 3 sq. 30, 9. Alibi כִּי non refertur ad verba proxime praecedentia, sed paulo remotiora. Jes. 7, 14: *propterea ipse Dominus tibi signum dabit: ecce virgo gravida erit* .... 16. *nam* (כִּי) *antequam puer discet* cet. Namque hac demum in re, quae Comm. 16. continetur, cernebatur signum et vaticinium (cf. 8, 4). 10, 25: *noli timere* ...... 26. *nam post breve tempus poena cessabit.* Jos. 5, 5 Cf. de simili usu *γὰρ* particulae Herm. ad Viger. p. 846 ed. 3, deque *enim* Ramshornii gramm. lat. §. 191, 1. Atque cum his particulis כִּי in eo etiam consentit, quod poni solet, ubi ad rem tanquam omnibus notam provocamus, nostr. *denn ja, ja* (sententiae insertum). Iob. 5, 6: כִּי לֹא יֵצֵא מֵעָפָר אָוֶן *nicht aus dem Boden keimt ja das Unheil.* Jes. 32, 6—8. — Ironice dicta sunt haec Prov. 30, 4: *quale nomen eius filiique nomen?* כִּי תֵדָע *tu enim scis*, du weiſst es *ja.* Iob. 38, 5. 1 Reg. 18, 27: כִּי אֱלֹהִים הוּא *is enim* (Baal) *numen est.*

Ex potestate causali proficiscitur 6) varius eius usus in sententiis *adversativis.* Saepe enim a) praemissa negatione est i. q. *sed* (sondern). Gen. 24, 3: *ne uxorem des filio meo ex mulieribus Cananaeis* ..... 4. כִּי אֶל אַרְצִי ... תֵּלֵךְ *sed in patriam meam ibis* cet. Pr. *nam* in patriam meam ibis: illud enim fieri non potest, *quia* hoc faciendum est. (Comm. 38 eodem contextu positum est כִּי אִם). 45, 8: *non vos me huc misistis, sed* (כִּי) *Deus*, pr. *nam* Deus me misit. Gen. 19, 2: לֹּא כִּי בָרְחוֹב נָלִין *minime* intrabimus! *sed in platea pernoctabimus.* Gen. 3, 4. 5. 17, 15. 18, 15. 42, 12. Ex. 1, 19. 16, 8. Jos. 17, 18. 1 Reg. 21, 15. 2 Par. 20, 15. Ps. 44, 8. Jes. 7, 8. 10, 7. 28, 27. 30, 16. 38, 5. 65, 6. 18. Dan. 9, 18. Cf. כִּי אִם B, 1. Semel pro כִּי אִם B, 2 1 Sam. 27, 1: *nihil mihi confert* כִּי אִמָּלֵט *nisi ut fugiam* LXX *ἐὰν μή.* b) Similis ratio est locorum, ubi haud diserta quidem antecedit negatio, sed vis negandi tamen in sententia inest. Latine plenius reddi potest: (minime vero) *sed*, et simpl. *enim*, ut in his Ciceronis (Tusc. 2, 24): num tum ingemuisse Epaminondam putas, quum una cum sanguine vitam effluere sentiret? Imperantem *enim* patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem, pro: Minime vero, nam —, germ. *nein sondern, nein denn; aber nein, denn ja.* Iob. 31, 17: *num solus comedi buccellam meam, num eam denegavi orphano?* 18. *minime sed* (כִּי) *inde a teneris ille me patrem habebat.* Mich. 6, 3: *quid iniuriae tibi intuli?* 4. (nihil) *nam duxi te*, ich führte dich ja cet. Ps. 44, 21—23: *si obliti essemus Deum ... Deus sane puniret.* 24. *sed contra* (כִּי) *tua causa mactamur.* Iob. 14, 16: (utinam in orco me aliquamdiu absconderes, postea tamen in vitam revocares, quanquam hoc fieri non posse video): כִּי עַתָּה צְעָדַי תִּסְפּוֹר minime vero! *sed* contra *gressus meos numeras.* Tantum abest ut benevole mecum agas, ut mihi paene insidieris. Ps. 49, 11. 130, 2. 2 Sam. 19, 23. Jes. 49, 24. 25. Raro legitur c) nulla praevia negatione, ut *ἀλλὰ γάρ, enimvero, aber ja, aber freylich.* (Cf. כִּי

אם litt. B, no. 3). Jes. 28, 28: *triticum trituratur*, כִּי לֹא לָנֶצַח אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ *enimvero non fortiter conculcatur*, *aber* man drischt ihn *freylich* nicht stark. 8, 23: כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ *enimvero non semper tenebrae erunt, ubi nunc sunt; aber freylich* bleibt's nicht dunkel, vel: *aber* es bleibt *ja* nicht dunkel. d) Ingreditur explicationem, ut lat. *atqui* Jes. 5, 7. Iob. 6, 21. Jes. 51, 3. — Denique e) vis causalis etiam in iis exemplis conspicua est, ubi lat. *quanquam* reddi potest. Exod. 13, 17: Deus *eos non ducebat in via, quae Philistaeam tendebat,* כִּי קָרוֹב הוּא *quanquam haec proxima est* (pr. nam haec est proxima): *nam* (כִּי) *dixit* cet. Ps. 116, 10. Deut. 29, 18. Jos. 17, 18.

7) Praepositiones, quibus additur (pariter atque אֲשֶׁר no. 11), in coniunctiones vertit, ut: יַעַן כִּי et עַל כִּי propterea quod, quia; עַד כִּי usque dum, עֵקֶב כִּי et תַּחַת כִּי pro eo quod, v. Lgb. 637.

In formula כִּי עַל כֵּן coniunctio relativa adverbio praemissa est. Haec enim, ubicunque legitur (Gen. 18, 5. 19, 8. 33, 10. 38, 26. Num. 10, 31. 14, 43. 2 Sam. 18, 20. Jer. 29, 28. 38, 4), est pro עַל־כֵּן־כִּי *propterea quod*, ut אֲשֶׁר עַל־כֵּן Iob. 34, 27 pro עַל־כֵּן אֲשֶׁר. Similis traiectio est in לְמִן pro מִן לְ *inde* (pro *de — in*); לְבַד מִן et מִלְּבַד; כִּי אִם, syr. ܡܶܛܽܠ ܕ; מִבַּלְעֲדֵי pro אִם כִּי (v. ad כִּי אִם litt. C, no. 2) et in gr. ὅτι τι pro τι ὅτι, nec sententiam suam persuasit Winerus, qui (ad Simon. Lex. p. 474), praeter unum exemplum 2 Sam. 18, 20, reliquis omnibus *nam propterea* reddendum operosius quam felicius demonstrat. Jam Sal. b. Melech ad Gen. 18, 5: כי על כן כמו על אשר וכן כל כי על כן שבמקרא.

Memorabile variarum significationum exemplum est Jos. 17, 18: non erit tibi una tantum sors *sed* (כִּי) montanum tibi datum sit: *quum* (כִּי) silva sit, hanc succides tuaque sint spatia eius: *nam* (כִּי) expellendi Canaanitae, *quia* (כִּי) currus ferreos habent et *quia* (כִּי) fortes sunt, i. e. adeo graves vobis et perniciosi sunt, cf. 14, 12.

כִּי אִם ponitur A) ita, ut אִם ad sententiam interiectam referatur, et utraque particula vim suam nativam retineat, 1) *quod, si; ut, si,* daſs, wenn. 1 Sam. 20, 9: *absit* כִּי (אִם יָדֹעַ אֵדַע כִּי כָלְתָה הָרָעָה מֵעִם אָבִי לָבוֹא עָלֶיךָ) וְלֹא אֹתָהּ אַגִּיד לָךְ *ut, si certior fierem patrem meum perniciem tibi moliri, tibi non indicarem.* Post sententiam interiectam reliqua verba Waw copulativo annexa sunt. Alibi ipsum כִּי repetitur Jer. 26, 15: *scitote,* כִּי אִם מְמִתִים אַתֶּם אֹתִי כִּי דָם נָקִי וגו׳ *vos, si me occiditis, sanguinem innocentem profusuros,* germ. ihr sollt wissen, daſs, wenn ihr mich tödtet, so werdet ihr u. s. w.

2) *quod, quum* (cf. אִם no. 5). Gen. 47, 18.

3) *nam, si.* Exod. 8, 17. Jos. 23, 12. Eccl. 11, 8.

4) *sed, si* (sondern, wenn) Thren. 3, 32: *sed, si moerore afficit* (Deus), *etiam miseretur.*

B) ita, ut utraque particula arcte iuncta ad eandem sententiam referatur: 1) *sed si* (sondern wenn), praevia negatione. Ps. 1, 1: *beatus vir, qui non ambulat* ... (si non ambulat .....). 2. *sed si in deliciis habet legem;* et simpl. *sed* (sondern) i. q. כִּי no. 6. Gen. 32, 29: *non vocaberis in posterum Jacobus, sed* (כִּי אִם) *Israël.* 1 Sam. 8, 19: *minime vero, sed* (כִּי אִם) *rex nobis imperabit.* Ps. 1, 4. 1 Reg. 18, 18. 2 Reg. 23, 22. Jer. 7, 23. 16, 15. Deut. 12, 14. Nonnunquam negatio implicite tantum in sententia inest (cf. כִּי no. 6, b). 2 Sam. 13, 33: *ne commoveri se patiatur rex, quia dicunt, omnes filios regis mortuos esse:* minime *sed* (כִּי אִם) *solus Amnon mortuus est.*

2) *nisi* (aufser wenn), itidem praevia negatione (etiam germ. *sondern* olim erat i. q. *nisi*), a) sq. verbo. Gen. 32, 27: *non dimittam te, nisi* (כִּי אִם) *benedixisti mihi.* Lev. 22, 6. Ruth 2, 16. 2 Sam. 5, 6, b) sq. nomine. Gen. 39, 9: *nihil mihi denegat, nisi* (כִּי אִם) *te, quia uxor eius es.* 28, 17. Esth. 2, 15. Loco negationis praecedit etiam interrogatio vim negativam habens. Jes. 42, 19: *quis caecus est* i. e. nemo caecus vocandus est, כִּי אִם עַבְדִּי *nisi servus meus?*

3) sine praevia negatione: *sed*, nostr. *aber*. Gen. 40, 14: כִּי אִם זְכַרְתַּנִי וגו׳ *sed memor es mei, si bene tibi est.* Num. 24, 22. Fuerunt, qui hanc vim negarent, sed eandem manifesto habet etiam כִּי simplex (v. no. 6, c); neque mirum, quum etiam germ. *sondern* citra negationem olim usurpatum sit, v. Frischii glossar.

C) Alibi duarum particularum altera redundare videtur. Est enim 1) i. q. כִּי B, 1, c, *quod*, post iurandi formulas. 2 Sam. 15, 21. 2 Reg. 5, 20. Jer. 51, 4.

2) i. q. כִּי temporale (no. 3): *quando, si.* Ex. 22, 22: *si* (אִם) *affligis eum* (orphanum), כִּי אִם צָעֹק יִצְעַק אֵלַי שָׁמֹעַ אֶשְׁמַע צַעֲקָתוֹ et *si clamabit ad me, ego eum exaudiam.* Congruit vet. germ. *wenn dafs* pro *wenn*, pr. wenn (es ist) dafs, et כִּי אִם mihi traiectum videtur pro אִם כִּי *si* (fit) *ut.*

3) i. q. כִּי causale (no. 5): *nam* Iob. 42. 8. Prov. 23, 18.

כִּי־עַל־כֵּן *propterea quod*, dieweil, v. כִּי litt. B, no. 7.

II. כִּי subst. *ἅπ. λεγ.* Jes. 3, 24 contr. ex כְּוִי a rad. כָּוָה (cf. אִי ab אָוָה, עִי a rad. עָוָה) *stigma inustum.* Arab. كَيٌّ id., a rad. كوى.

כִּיד rad. inusit. Arab. كَادَ med. Je *dolo usus est*, pr., ni fallor, *irretivit*, ut cognatum sit verbis אָגַד, אָכַד, aliisque, quae s. h. rad. contulimus. Inde كَيْدٌ dolus, insidiae, it. pernicies, ruina, bellum. Ita hebr.

כִּיד m. *pernicies, exitium.* Iob. 21, 20. Vide praeterea כִּידוֹן.

כִּידוֹד m. *ἅπαξ λεγόμ.* Iob. 41, 11 *scintilla* a rad. כָּדַד q. v. (Arab. كَيْدٌ excussio ignis).

כִּידוֹן m. 1) *iaculum* (diversum a חֲנִית lancea) Iob. 39, 23. 41, 20. 1 Sam. 17, 6. 45. Jos. 8, 18. 26. Jer. 6, 23. 50, 42. Etymon incertum. Non male Bochartus (Hieroz. I, p. 135—40) repetit a כִּיד pernicies, bellum, ut sit telum bellicum (cf. חֶרֶב ensis, et حَرْبٌ bellum), possit etiam a rad. כִּיד vel כּוּד invadendi, irrumpendi sensu duci, coll. גּוּד no. II. 2) n. pr. loci prope Hierosolyma est: גֹּרֶן כִּידוֹן (area iaculi) 1 Chr. 13, 9, pro quo in loco parall. 2 Sam. 6, 6. גֹּרֶן נָכוֹן (area parata).

כִּידוֹר m. *turbae bellicae, tumultus bellicus,* Iob. 15, 24, a rad. כָּדַר q. v. Vulg. proelium. Syr. bellum.

כִּיּוּן *ἅπαξ λεγόμ.* Am. 5, 26 idoli nomen ab Israëlitis in deserto culti i. q. arab. كَيْوَانُ i. e. *Saturnus* planeta, a Semitis una cum Marte pro cacodaemone habitus sacrificiisque piacularibus placatus (v. Comment. ad Jes. T. 2 p. 343). Verbis hebraeis l. c. כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם respondent (traiectis quidem membris) graeca: *καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν, Ῥαιφὰν τοὺς τύπους αὐτῶν,* ita ut manifesto hebr. כִּיּוּן graece expressum sit *Ῥαιφάν* Compl. *Ῥομφᾶ* (hoc enim vc. quasi per glossema insertum esse nobis non persuasit Rosenmüllerus): *Ῥαιφὰν* autem aegyptium Saturni nomen esse satis certum

videtur (v. Kircheri ling. aegypt. restit. p. 49. Jablonskii Opuscc. T. II. p. 1 sq. et contra J. D. Mich. Supplemm. pag. 1225 sq.). Alii huic vc. *statuae, simulacri* significationem subiiciunt. Vulg. imaginem idolorum vestrorum.

כִּיּוֹר et **כִּיֹּר** pl. ־ִים 2 Par. 4, 6 et ־וֹת 1 Reg. 7, 38. 40. 42, 1) pr. *foculus* (Pfanne, Feuerpfanne) a coquendo et assando dictus (v. כּוּר no. II). כִּיּוֹר אֵשׁ eine Feuerpfanne, ein Feuerbecken Zach. 12, 6. Inde 2) *pelvis*, *lavacrum* Ex. 30, 18. 28. 31, 9. 35, 16. 39, 39. 1 Reg. 7, 38. Adeoque 3) propter similitudinem *suggestus*. 2 Chr. 6, 13. (Quod „*rotundum*" suggestum reddunt Simonis, Winerus al., propter etymon fecerunt a rad. כּוּר, cui rotunditatis vim tribuunt sine causa idonea. Sed manifesto repugnat is ipse locus, quo *quadratus* fuisse suggestus perhibetur: חָמֵשׁ אַמּוֹת אָרְכּוֹ חָמֵשׁ אַמּוֹת רָחְבּוֹ).

כִּילַי Jes. 32, 5 et **כֵּלַי** V. 7 *fraudulentus, dolosus.* Per aphaeresin pro נְכִילַי, a rad. נָכַל. Syr. ܢܟܠܐ id. Formâ כֵּלַי pro כִּילַי propheta usus est, ut alludatur sequenti כֵּלָיו.

כֵּילַפּוֹת pl. f. Ps. 74, 6 *mallei, vel secures*, a rad. כָּלַף q. v. (Chald. קוּלְפָּא clava, fustis. Syr. ܩܘܠܦܐ malleus, securis, bidens).

כִּימָה f. pr. *cumulus* (a rad. כּוּם q. v.), spec. stellarum, inde *Pleiades*, *Vergiliarum* sidus, septem stellis maioribus aliisque minoribus arcte conglomeratis constans, arab. ثُرَيَّا (copia, multitudo), plenius عقد الثريا colligatio pleiadum, syr. ut hebr. ܟܝܡܐ. Amos 5, 8. Iob. 9, 9. 38, 31, quo postremo loco simili imagine: הַתְקַשֵּׁר מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *num tu colligasti vincula pleiadum?* Plura dederunt Th. Hyde ad Ulugh-Beighii tabb. p. 32, Niebuhrii Arabia p. 114, Ideler üb. Ursprung und Bedeutung der Sternnamen p. 146.

כִּיס m. contr. ex כֶּנֶס a rad. כָּנַס, ut כּוֹס (q. v.) et כִּנְס *marsupium, crumena* (syr. et arab. id.), in qua tum pecuniam recondebant Prov. 1, 14. Jes. 46, 6, tum pondera mercibus pendendis gestare solebant mercatores (v. Chardin Voyage T. III, p. 420) Deut. 25, 13. Micha 6, 11. Hinc אַבְנֵי כִיס Prov. 16, 11.

כִּיר tantummodo in dual. כִּירַיִם Lev. 11, 35 *lacus, ahenum* coquinarium, a coquendo dictum (v. rad. כּוּר no. II), idque fictile (frangi enim potest) et duplex, prob. simili operculo instructum, cf. אָבְנַיִם. LXX χυτρόποδες.

כִּישׁוֹר ἅπαξ λεγόμ. Prov. 31, 19, secundum Hebraeos *colus*, a rad. כָּשַׁר rectus fuit.

כָּכָה (Milêl) contr. ex כָּה כָּה *sic* et *sic*, i. q. כֹּה כֹּה (כָּה autem dictum pro כָּהּ, ut כֹּה pro כָּהוּ) Ex. 12, 11. 29, 35. Num. 8, 26. 11, 15. 15, 11 et saepe. Inde אֵיכָכָה quomodo? (Aramaei abiecto in fine ה habent כָּךְ *sic*, et sunt propterea qui כָּכָה ex כָּךְ c. He parag. ortum putent. Quanquam hoc falsissimum, eandem sententiam tamen iam Hebraeorum Grammatici secuti esse videntur, qui tonum in penultima ponebant).

כִּכָּר f. (Gen. 13, 10. Exod. 29, 23. 2 Reg. 5, 5) cstr. כִּכַּר pr. *orbis*, pro כִּרְכָּר, a rad. כָּרַר Pi. כִּרְכֵּר. (In linguis occidentalibus congruit *circus*, *circulus*, et r littera emollita κύκλος. Cf. כָּרַךְ). Spec. 1) *terrae tractus circumiacens*, der Umkreis Neh. 12, 28, כִּכַּר הַיַּרְדֵּן tractus Jordanis i. e. regio, per quam Jordanes defluit in mare mortuum, κατ' ἐξοχήν הַכִּכָּר Gen. 13, 12. 19, 17 sq. 2 Sam. 18, 23, gr. ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου Matth.

3, 5, hodie الغور el Gaur s. el Gôr. 2) כִּכַּר לֶחֶם *placenta*, paniculus rotundus Ex. 29, 23. 1 Sam. 2, 36. Prov. 6, 26. Pl. m. כִּכְּרוֹת לֶחֶם Iud. 8, 5. 1 Sam. 10, 3. 3) *talentum* (syr. ܟܲܟܪܳܐ), mensura, quemadmodum ex Ex. 38, 25. 26 computari potest, 3000 sacros siclos continens. Zach. 5, 7. כִּכַּר זָהָב talentum auri 1 Reg. 9, 14. 10, 10. 14. Dual. כִּכָּרַיִם duo talenta 2 Reg. 5, 23. כִּכְּרַיִם כֶּסֶף duo talenta argenti, ibid., ubi כִּכְּרַיִם medium quasi tenet inter st. absol. כִּכָּרִים et constr. כִּכְּרֵי, quo uti non poterant, nisi pereunte numeri indicio. Pl. כִּכָּרִים cstr. כִּכְּרֵי f. *talenta* 2 Reg. 5, 5. 1 Chr. 22, 14. 29, 7. Esr. 8, 26.

כִּכַּר plur. כַּכְּרִין chald. i. q. hebr. no. 3. Esr. 7, 22.

כֹּל, semel כוֹל (Jer. 33, 8 Chethibh) sq. Makkeph כָּל־ m. pr. subst. *universitas, totum*, das Ganze, die Gesammtheit, a rad. כָּלַל perfecit. (Arab. كُلّ, syr. ܟܠ id. Respondet graec. ὅλος, lat. *ullus*, cf. no. 4, nostr. *all, alle* omnes et *heil* totus, angl. *all* et *whole*). In linguis occidentalibus adiectivis redditur,

1) si refertur ad rem unam, continuam, *totus, a, um* (ὅλος, ganz). Sequitur Substantivum (in genitivo cogitandum) vel articulo definitum (ut gr. πᾶσα ἡ γῆ, toute *la* terre, *die* ganze Erde) vel genitivo nominis pronominisve, nisi nominum proprium est, quod determinatione non eget. כָּל־הָאָרֶץ tota terra Gen. 9, 19. 11, 1, כָּל־הָעָם totus populus Gen. 19, 4, כָּל־הַצֹּאן totus grex 31, 8, כָּל־הָאַיִל totus aries Ex. 29, 18, כָּל־הַיּוֹם toto die (v. יוֹם, litt. g, *β*); כָּל־כִּכַּר הַיַּרְדֵּן totus tractus Jordanis Gen. 13, 10, כָּל־אֶרֶץ כּוּשׁ tota terra Aethiopiae 2, 13, cf. 14, 7. 41, 8. 45, 20; כָּל־עַמִּי totus populus meus Gen. 41, 40, בְּכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־נַפְשְׁךָ Deut. 4, 29. 2 Sam. 9, 9. Gen. 2, 2; כָּל־יִשְׂרָאֵל totus populus Israëliticus 1 Par. 11, 1. Cum Suff. כֻּלֵּךְ, כֻּלָּךְ tota tu Jes. 14, 29. 31. 22, 1, כֻּלּוֹ totus ille Gen. 25, 25. Raro כֹּל in genitivo postponitur (in modum formulae הַר הַקֹּדֶשׁ et similium) ut חָזוּת הַכֹּל revelatio tota, universa Jes. 29, 10; saepius adiecto Suffixo, ut יִשְׂרָאֵל כֻּלֹּה pr. *Israël, ea tota* 2 Sam. 2, 9, מִצְרַיִם כֻּלָּה pro הֶבֶל כֻּלָּה כָּל־מִצְרַיִם Ez. 29, 2, Iob. 34, 13. (De simili usu vcc. arabicorum كُلّ et جميع v. de Sacy gramm. arabe II, §. 68).

2) ubi refertur ad res multas, individua multa: *omnes, omnia*, a) sq. plurali, eoque determinato (cf. tous *les* hommes). כָּל־הַגּוֹיִם omnes populi Jes. 2, 2. 25, 7, כָּל־הַלֵּילוֹת omnes noctes 21, 8. כָּל־הָרְשָׁעִים omnes scelesti Ps. 145, 20, כָּל־הַנֹּפְלִים omnes cadentes 145, 14, כָּל־הַיָּמִים omnes dies (i. e. omni tempore (v. ad יוֹם); כָּל־יְמֵי אָדָם omnes dies (vitae) Adami Gen. 5, 5, כָּל־בְּנֵי לֵוִי omnes Levitae Ex. 32, 25, כָּל־יֹשְׁבֵי תֵבֵל Jes. 18, 3, כָּל־מַלְכֵי גוֹיִם 14, 9, כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ omnia miracula tua Ps. 9, 2. Sed poët. tamen sine art. כָּל־שֻׁלְחָנוֹת כָּל־יָדַיִם Jes. 13, 7, 28, 8, cf. 51, 18. 20. C. Suff. plur. כֻּלָּנוּ omnes nos Gen. 42, 11, כֻּלְּכֶם omnes vos Deut. 1, 22, כֻּלָּם ii omnes Jes. 14, 10. 17. 31, 3, f. כֻּלָּנָה Gen. 42, 36, כֻּלָּהְנָה 1 Reg. 7, 37. — It. sq. relativo Gen. 6, 2: כֹּל אֲשֶׁר בָּחָרוּ *omnes* (virgines), *quas concupiscebant*. 7, 22: כֹּל־אֲשֶׁר נִ׳ רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו *omnes, in quorum naso spiritus vitae erat*. 39, 5: כָּל־אֲשֶׁר יֶשׁ לוֹ *quaecunque habebat*, et ellipt. כָּל־הֲכִינוֹתִי *omnia* (quae) *paravi* 1 Par. 29, 3. Etiam sq. plurali periphr. בְּכָל־דֹּר וָדֹר in omnibus seculis Ps. 45, 18, בְּכָל־יוֹם וָיוֹם Esth. 2, 11. — b) sq. sing. collectivo, ubique prae-

vio articulo ut כָּל־הָאָדָם Gen. 7, 21. Iud. 16, 17, כָּל־הַחַיָּה omnia animalia Gen. 8, 1, כֻּלּוֹ ii omnes Jes. 1, 23, כָּל־זֹאת hoc omne Jes. 5, 25 (pronomen enim demonstrativum articulo non eget). c) Sq. singulari, qui articulo destituitur, est: *omnis, omne; quivis, quodvis;* nostr. *jeder* (gall. *tout homme*), v. c. בְּכָל־שָׁנָה quovis anno Esth. 9, 21, כָּל־פֶּה quodvis os Jes. 9, 17, כָּל־בַּיִת omnis domus 24, 10, כָּל־פָּנִים quaevis facies 25, 8, cf. 15, 2. 24, 11. 30, 25. 40, 4. 45, 24. כָּל־כָּבוֹד omnis splendor, splendidum quodque Jes. 4, 5, כָּל־גֵּאֶה altum quodque 2, 12. Eodem pertinet כָּל־אָדָם omnis homo Iob. 21, 33. 37, 7. Ps. 39, 6, et כָּל־בָּשָׂר omnis caro, omne carneum, *πᾶσα σάρξ* omnes mortales. Gen. 6, 12. 13. Jes. 40, 5. 49, 26. — d) Absol. ponitur *α*) sine art. כֹּל *omnes*. Jes. 30, 5: כֹּל הִבְאִישׁ omnes pudefiunt; *omnia* (quae sunt) Jes. 44, 24. *β*) c. art. הַכֹּל *omnes* (homines) Gen. 16, 12: יָדוֹ בַכֹּל *manus eius contra omnes*. Eccl. 9, 2: הַכֹּל כַּאֲשֶׁר לַכֹּל *omnibus* erit, *sicut omnibus*, eadem sors manet omnes. Iob. 24, 24: הֻמְּכוּ כַּכֹּל יִקָּפְצוּן *corruunt*, *sicut omnes* reliqui *auferuntur* (ubi כַּכֹּל est pro pleniore כְּכָל־הָאָדָם Iud. 16, 17); it. *omnia, omnes res* Eccl. 1, 2: הַכֹּל הָבֶל *omnia vana* sunt. 12, 8. Dan. 11, 2.

Sq. nomine non determinato est etiam 3) *ullus, quicunque;* ut כָּל־דָּבָר res quaecunque (irgend eine Sache) Ruth 4, 7. Lev. 4, 2. Num. 35, 22. Ez. 15, 3, inde c. negat. לֹא et אֵין: *non ullus, nullus.* 2 Par. 32, 15: לֹא יוּכַל כָּל־אֱלוֹהַּ כָּל גּוֹי ... לְהַצִּיל עַמּוֹ *neque ullus deus ullius populi salvare potest populum suum*. Ex. 12, 16: כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה *non fiat ullum opus* i. e. nullum opus fiat. Prov. 12, 21: לֹא יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן *non accidet probo ulla calamitas*. Eccl. 1, 9: אֵין כָּל־חָדָשׁ *non fit quidquam novi*. Gen. 3, 1. Ex. 10, 15. 20, 4. Lev. 3, 17. Iud. 19, 19. Prov. 30, 30. Alia ratio est loci Ps. 49, 18: לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל (ubi כֹּל articulo munitum) *moriens non auferet haec omnia*, im Tode nimmt er *das Alles* nicht mit sich; et eorum, ubi כֹּל sq. substantivo definito *totum* significat. 1 Sam. 14, 24: לֹא טָעַם כָּל־הָעָם לָחֶם *cibum non gustavit totus populus*. Num. 13, 23: כֻּלּוֹ לֹא תִרְאֶה *totum eum non videbis* (sed partem tantum). Et

4) *omnis generis, varius* (ut gr. *πᾶς* pro *παντοῖος, παντοδαπός* Il. 1, 5, et quemadmodum etiam plurali periphrastico utuntur de pluris generis rebus, *Viel* pro *Vielerley*, Gramm. §. 106, 4). כָּל־עֵץ omnis generis arbores Lev. 19, 23, כָּל־מֶכֶר omnis generis res venales Neh. 13, 16. 1 Par. 29, 2.

5) Adv. ponitur pro: *πάντως, omnino, plane, prorsus*, praemissum a) substantivis Ps. 39, 6: כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם *omnino vanitas* est *omnis homo*, ganz eitel, lauter Eitelkeit i. q. אַךְ הֶבֶל. b) aliis adverbiis, in sequiore maxime Hebraismo. כָּל־עֻמַּת שֶׁ *eadem prorsus ratione qua* (gerade so wie, ebenso wie) Eccl. 5, 15, כָּל־עוֹד eodem prorsus temporis spatio, eben so lange, ganz so lange. Iob. 27, 3. Cf. Lgb. p. 626.

Not. Si כֹּל cum subst. fem. vel plurali compositum est, praedicatum genere et numero congruere solet cum nomine recto, utpote potiore, v. c. כָּל־הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל Ps. 150, 6, raro cum כֹּל utpote regente Gen. 9, 29. Exod. 12, 16. Nah. 3, 7. — כֹּל a genitivo seiunctum habes Hos. 14, 3: כָּל־תִּשָּׂא עָוֹן.

כֹּל sq. Makk. כָּל־ chald. i. q. hebr. 1) sq. sing. *totus*. כָּל־מַלְכוּתָא totum regnum. Esr. 6, 11. 12. 7, 16. 2) *omnes*, sq. plur. Dan. 3, 2. 5. 7. Cum Suff. כָּלְּהוֹן omnia illa Dan. 2, 38. 7, 19. Absol. in st. emphat. כֹּלָּא (Milêl, more Syrorum) i. q.

hebr. הַכֹּל *omnia* (minime adverbialiter: *prorsus, omnino,* ut nescio quo errore est apud Winerum p. 481). Dan. 2, 40: חָשֵׁל כֹּלָּא *contundens omnia,* 4, 9: מָזוֹן לְכֹלָּא בֵהּ *cibus* (erat) *cunctis in ea* (arbore). 25. Esr. 5, 7. 3) *ullus, quicunque.* Dan. 6, 8. 4) adv. ut hebr. no. 5, *prorsus,* ita quidem ut aliis adverbiis praemissum redundet ex more Aramaeorum, qui particulis languide cumulatis delectantur, in formulis כָּל־קֳבֵל־דְנָה prorsus eam ob causam, כָּל־קֳבֵל־דִּ ea ipsa de causa, quod pro simpl. *quod* (v. קֳבֵל).

כָּלָא 1) *clausit, conclusit.* Jer. 32, 2. 3. Ps. 88, 9. Intrans. *clausus est.* Hagg. 1, 10. 2) *cohibuit, continuit.* Num. 11, 28. Eccl. 8, 8. Ps. 40, 10, sq. מִן ab aliqua re facienda 1 Sam. 25, 33. Ps. 119, 101. Sq. מִן pers. *retinuit* aliquem ab aliqua re, *prohibuit* aliquem al. re Gen. 23, 6. Ps. 40, 12; cf. Hagg. 1, 10. (Chald. Syr. כְּלָא, ܟܠܐ, aeth. ከልአ: prohibuit, arab. كلا custodivit II. prohibuit, coercuit. Latissime autem haec radix patet in linguis occidentalibus, nimirum claudendi significatu: κλείω, unde κλείς, κλῄς, κλαΐς, *clavis, claudo*; prohibendi significatu κωλύω, κολούω, κολάζω. Cf. etiam *celo, occulo*).

Niph. cohibitus, prohibitus est, Gen. 8, 2. Exod. 36, 6. Formas saepe mutuatur a cogn. כָּלָה, q. v., ut כְּלִתְנִי 1 Sam. 25, 33, כָּלוּ 1 Sam. 6, 10, יִכְלֶה Gen. 23, 6 et כְּלָאתִי Ps. 119, 101. Contra כַּלֵּא Dan. 9, 24 inf. Pi. est pro כַּלֵּה vel כַּלּוֹת (Lgb. p. 418).

Derivv. כְּלוּא, כְּלִיא, מִכְלָה, מִכְלָאוֹת, et

כֶּלֶא m. c. suff. כִּלְאוֹ Jer. 52, 33 *carcer,* a concludendo dictus. Jer. l. c. 2 Reg. 25, 29, plenius בֵּית כֶּלֶא, בֵּית הַכֶּלֶא 2 Reg. 17, 4. 22, 27 pl. בָּתֵּי כְלָאִים Jes. 42, 22.

כִּלְאָב (fort. pro כָּלָה אָב quem *pater* i. e. creator *perfecit*) n. pr. filii Davidis 2 Sam. 3, 3.

כִּלְאַיִם dual. *duae diversi generis res, heterogenea,* pr. duae separationes, duae res separatae i. e. diversae. (Arab. كلا ambo, v. de Sacy gramm. arabe II, p. 122, et Dschauharius ap. eundem ad Haririi Cons. p. 87, aethiop. ክልኤ: duo, duplicis generis). Lev. 19, 19. Deut. 22, 9.

כָּלַב rad. inusit. I) onomatopoët. pr. *pulsandi* sonum imitans (ut vicinum כלף q. v.): *klappen, klopfen,* translatum ad *latratum* canum (quemadmodum nos dicimus: der Hund *schlägt an*): *kläffen,* gall. *clapir, clabauder,* suec. *glaffa* latrare. Inde כֶּלֶב canis.

II) i. q. كَلَبَ plexuit, in linguis occidentalibus litteris transpositis πλέκω, *plico, plecto, flecto, flechten.* Inde כְּלוּב.

כָּלֵב (i. q. كَلِبٌ rabiosus?) *Caleb* n. pr. quod gessit 1) Josuae comes, filius Jephunnes Num. 13, 6. 14, 6 sq. Jos. 15, 14. Patron. כָּלִבִּי 1 Sam. 25, 3. 2) 1 Chr. 2, 18. 19, pro quo כְּלוּבַי V. 9. 3) 2, 50.

כֶּלֶב, pl. כְּלָבִים cstr. כַּלְבֵי m. *canis* a latrando dictus, qs. latrator, v. כלב no. 1. (Arab. كَلْبٌ, syr. ܟܠܒܐ id. Secundaria sunt et a natura canina repetita كَلِبَ rabidus fuit, inimicos persecutus est it. ܟܠܒ rabidus fuit). In Orientis oppidis campisque saepe vagantur canum domino carentium, famelicorum et mordacium greges

(1 Reg. 14, 11. 16, 4. 2 Reg. 9, 10), unde *canes* passim appellantur hostes saevi et crudeles. Ps. 22, 17. 21. Quum canis praeterea sit animal immundum et vile, per convicium aliquis dicitur *canis* 2 Reg. 8, 13, *canis mortuus* 1 Sam. 24, 15. 2 Sam. 9, 8. 16, 9, *caput canis* 2 Sam. 3, 8 (cf. gr. κύνωψ, nostr. *Eselskopf* et *Hundsfott* i. e. pes caninus), quemadmodum hodieque in Oriente Christiani a plebecula Muhammedica *canes* vocantur. Denique propter impudentiam canum hoc nominis datum *scortis virilibus* (κύνες Apoc. 22, 15) Deut. 23, 18, alibi קְדֵשִׁים.

כָּלָה 1) *absolutus, perfectus est* (vic. radd. כָּלַל et כָּלָא q. d. abschließen) Ex. 39, 32. 1 Reg. 6, 38, hinc *paratus est* alicui ab aliquo, Prov. 22, 8: וְשֵׁבֶט עֶבְרָתוֹ יִכְלֶה *et baculus irae eius paratus est* ei; sq. מֵאֵת, מֵעִם pers. 1 Sam. 20, 7. 9. 25, 17. Esth. 7, 7, it. *impletum est* vaticinium Esr. 1, 1. Dan. 12, 7.

2) *peractus, finitus est*, de temporis spatio. Gen. 41, 53. Jes. 24, 13: אִם־כָּלָה בָצִיר *ubi finita est vindemia.* 32, 10. 10, 25: וְכָלָה זַעַם *et finitum erit tempus irae.* 16, 4.

3) *consumtus est.* Gen. 21, 15. 1 Reg. 17, 16; *absumtus, confectus est*, periit Jer. 16, 4. Ez. 5, 13. Ps. 39, 11, *contabuit* Thren. 2, 11: *contabescunt lacrimis oculi mei.* Crebra est formula כָּלְתָה נַפְשִׁי Ps. 84, 3, כָּלְתָה רוּחִי Ps. 143, 7, כָּלוּ עֵינַי Ps. 69, 4, כָּלוּ כִלְיֹתַי Iob. 19, 27 anima mea, animus meus, oculi, renes mei tabescunt, pro: ego ipse tabesco, conficior, enecor, maxime spe frustrata. Iob. 11, 20. 17, 5. Jer. 14, 6. Thren. 4, 17 (cf. חוּס); *evanuit*, de nube Iob. 7, 9, fumo Ps. 37, 20, tempore Iob. 7, 5. Ps. 31, 11. — In Fut. semel תִּכְלֶה 1 Reg. 17, 14 in modum verborum ל״א.

Pi. כִּלָּה 1) causat. Kal. no. 1 *absolvit, perfecit.* Gen. 2, 2. 6, 16, it. *paravit* alicui malum Prov. 16, 30.

2) *peregit* i. e. *finivit*, sq. gerundio *desiit* aliquid facere. Gen. 24, 15: הוּא טֶרֶם כִּלָּה לְדַבֵּר *is loqui nondum desierat*, orationem nondum absolverat. 43, 1. Num. 7, 1. Deut. 31, 24, sq. מִן Ex. 34, 33. Lev. 16, 20.

3) *absumsit* Jes. 27, 10, *consumsit* (vires) 49, 4; *delevit, perdidit* homines, populos Gen. 41, 30. Jer. 14, 12. 2 Sam. 21, 15, עַד כַּלֵּה 2 Reg. 13, 17. 19, et עַד־לְכַלֵּה 2 Chr. 31, 1 ad internecionem usque; *confecit*, fecit ut contabesceret, Iob. 31, 16. 1 Sam. 2, 33. Lev. 26, 16, evanesceret Ps. 78, 33. 90, 9. — Pro inf. Pi. כַּלֵּה semel est כַּלֵּא, more verborum ל״א.

Pu. כֻּלָּה et כֻּלָה *absolutus, finitus est.* Gen. 2, 1. Ps. 72, 20.

Derivv. כָּלָה, כָּלֶה, כְּלִי, כִּלְיָה, כִּלָּיוֹן, תַּכְלִית, תִּכְלָה, מִכְלוֹת et nomm. propria כִּלְיוֹן, כְּלוּהַי.

כָּלֶה adj. fem. כָּלָה *tabescens* (de oculo), cf. verbum no. 3. Deut. 28, 32.

כָּלָה f. 1) *perfectio, consummatio*, inde adv. לְכָלָה 2 Par. 12, 12. Ez. 13, 13 et כָּלָה *prorsus, plane* Gen. 18, 21. Ex. 11, 1. 2) *internecio.* עָשָׂה כָלָה internecione delevit, funditus perdidit. Jer. 4, 27. 5, 10. Neh. 9, 31. Nah. 1, 8. 9. Sq. בְּ Jer. 30, 11 et אֶת pers. Jer. 5, 18. 46, 28. Ez. 11, 13. 20, 17.

כַּלָּה fem. 1) *sponsa*, a coronando dicta, v. כָּלַל no. 2. Cant. 4, 8 sq. Jer. 2, 32. 7, 34. 16, 9. 25, 10. 2) *nurus.* Gen. 38, 11. 24. Lev. 18, 15. Ruth. 4, 15. Cf. חָתָן.

כְּלוּא m. *carcer* i. q. כֶּלֶא Jer. 37, 4. 52, 31 Keri. In Chethibh est כְּלִיא.

כְּלוּב m. *opus* e viminibus, virgis *contextum,* a rad. כָּלַב no. II, spec. 1) *corbis, calathus* pomorum Am. 8, 1. 2) *cavea* avium Jer. 5, 27. (Syr. ܟܠܘܒܐ id., idemque vc. etiam a Graecis receptum est: *κλωβός, κλουβός, κλοβός* cavea v. Bocharti Hieroz. I, 662. II, p. 90). Est etiam n. pr. m. a) 1 Chr. 4, 11. b) 27, 26.

כְּלוּבַי v. כָּלֵב no. 2.

כְּלוּהַי, Keri כְּלוּהוּ n. pr. m. Esr. 10, 35.

כְּלוּלוֹת f. pl. denom. a כַּלָּה: *conditio sponsae* ante nuptias, Brautstand. Jer. 2, 2.

כָּלַח rad. inusitat., de qua varia tentata sunt ab interpretibus. Equidem non dubito, quin idem notet, quod כָּלָה *perfectus, consummatus est* (cf. קָשָׁה et קָשַׁח et exempla, quae infra dedimus ad rad. קלח). Inde

כֶּלַח m. 1) *perfectio, absolutio.* Sic Iob. 30, 2 de vilissimis hominibus: *quid mihi prodesse possit robur manuum eorum* עָלֵימוֹ אָבַד כָּלַח *quibus periit perfectio s. absolutio,* qui nihil perficere possunt. LXX. *ἐπ' αὐτοὺς ἀπώλετο συντέλεια.* עָלֵימוֹ pro לָמוֹ (אֲשֶׁר). Dein 2) poët. de *senectute,* ut recte Targ. Saad. ms. Kimchius (secundaria enim sunt arab. كلح austero vultu fuit, et كلّح labiis ingestis et contractis fuit, utrumque a senectute petitum). Iob. 5, 26: תָּבוֹא בְכֶלַח אֱלֵי קָבֶר *senex intrabis in sepulcrum,* q. d. בְּשֵׂיבָה טוֹבָה. Quod olim cum aliis contuli, syr. „ܟܠܚܐ integritas, sanitas" id singulari nititur errore Edm. Castelli, qui Barbahluli glossam male transtulerat, v. Lex. min. edit. 3, praef. p. XX.

3) n. pr. urbis et provinciae Assyriorum, prob. eiusdem, quae alibi חֲלַח scribitur, q v. (Cf. כְּבָר et חָבוֹר). Gen. 10, 11. V. Michaëlis supplemm. p. 767.

כְּלִי m. in pausa כֶּלִי pl. כֵּלִים (a sing. deperdito כֶּלֶה) cstr. כְּלֵי pr. quicquid factum, confectum, paratum est, a rad. כָּלָה, vc. late patens, ut nostr. Zeug a zeugen i. e. conficere = *τεύχειν*, spec. 1) *supellex* quaevis, *vas.* Gen 31, 37. 45, 20. כְּלֵי כֶסֶף, כְּלֵי זָהָב vasa aurea, argentea (Silber*zeug*). Ez. 3, 22. 11, 2. כְּלֵי בֵית יְהוָה Jer. 27, 18 et כְּלֵי יְהוָה Jes. 52, 11 vasa templi. כְּלֵי גוֹלָה supellex migratoria (Wander*zeug*) Jer. 46, 19. 2) *vestes* (*Zeug*), *ornatus.* כְּלִי גֶבֶר vestes viriles Deut. 22, 5; de cultu sponsae Jes. 61, 10, adeoque de iugis taurinis 2 Sam. 24, 22. 3) *navigium* (Fahr*zeug*). Jes. 18, 2. 4) *instrumentum* (Werk*zeug*). כְּלֵי שִׁיר instrumenta musica 2 Chr. 34, 12. Am. 6, 5. כְּלִי־נֶבֶל pleon. nablii instrumentum Ps. 71, 22. Metaph. כְּלֵי זַעַם יְהוָה instrumenta irae divinae. Jes. 13, 5. Jer. 50, 25. Jes. 32, 7: כֵּלַי כֵּלָיו רָעִים *fraudulenti instrumenta mala sunt,* int. artes, quibus utitur ad consilia sua exsequenda. Gen. 49, 5. 5) *arma* (Rüst*zeug*) Gen. 27, 3, plenius כְּלֵי מִלְחָמָה Iud. 18, 11. 16. כְּלֵי־מָוֶת arma mortifera Ps. 7, 14. נֹשֵׂא כֵלִים armiger 1 Sam. 14, 1. 6. 7 sq. 31, 4. 5. 6. בֵּית כֵּלִים armamentarium (*Zeug*haus). Jes. 39, 2.

כֵּלַי v. כִּילַי.

כְּלִיא m. *carcer.* Jer. 37, 4. 52, 31 Chethibh. Rad. כָּלָא.

כִּלְיָה, in plur. duntaxat כְּלָיוֹת cstr. כִּלְיוֹת f. 1) *renes.* Ex. 29, 13. 22. Iob. 16, 13. חֵלֶב כִּלְיוֹת אֵילִים adeps renum arietinorum. Jes. 34, 6, cf. Deut. 32, 14. 2) meton. de *intimo animo,* cupiditatum et animi passionum sede. Jer. 11, 20: בֹּחֵן כְּלָיוֹת וָלֵב (Deus) *scrutatur*

renes et animum. Jer. 17, 10. 20, 12. Ps. 7, 10. Iob. 19, 27: כָּלוּ כִלְיֹתַי *tabescunt renes mei* h. e. t. intimus animus. Ps. 73, 21. Prov. 23, 16. (Chald. כֻּלְיָא, arab. كُلْيَة, raro et minus recte كِلْيَة id. Caeterum Schultensio renes ita dicti videntur, quia *bipartiti* sunt, coll. כִּלְאַיִם, كِلَا [quod minus placet, quum כלאים potius diversi generis res significet, et Arabes hoc vc. in sing. duali et plurali utantur]; Aben Esrae et Bocharto a desiderio et cupidine coll. Iob. 19, 27; equidem nescio an כִּלְיָה simpliciter sit fem. nominis כְּלִי et proprie *instrumentum, vas* (Gefäfs) significet, quemadmodum medici venas et arterias vasa appellant).

כִּלָּיוֹן cstr. כִּלְיוֹן m. 1) *excidium* Jes. 10, 22. 2) *confectio, tabes.* כ׳ עֵינַיִם contabescentia oculorum i. e. tabes ipsa Deut. 28, 65. V. כָּלָה no. 3.

כִּלְיוֹן (confectio) n. pr. m. Ruth. 1, 2. 4, 9.

כָּלִיל m. (a rad. כָּלַל) 1) adj. *perfectus, consummatus,* maxime de pulchritudine perfecta. Ez. 28, 12: כְּלִיל יֹפִי perfectae pulchritudinis. 27, 3. Thren. 2, 15. Ez. 16, 14. 2) subst. *totum, universitas.* Iud. 20, 40: כְּלִיל־הָעִיר tota urbs. Ex. 28, 31: כְּלִיל תְּכֵלֶת totum caeruleum. 39, 22. Num. 4, 6. 3) i. q. עֹלָה *holocaustum,* sacrificium quod *totum* comburitur Deut. 33, 10. Ps. 51, 21. 4) adv. *prorsus.* Jes. 2, 18. Lev. 6, 15 (22).

כַּלְכֹּל (fort. sustentatio a כִּלְכֵּל sustinuit, Pi. verbi כּוּל) n. pr. viri sapientis aevi antesalomonaei. 1 Reg. 5, 11. 1 Chr. 2, 6.

כָּלַל 1) *absolvit, perfecit.* Ez. 27, 4. 11. (Cogn. כָּלָה, q. v.). Inde מִכְלָלִים, מִכְלוֹל, מִכְלָל, כָּלִיל, כֹּל.

2) *coronam imposuit, coronavit* (arab. كَلَّلَ Conj. II, aethiop. ከለለ፡ syr. Pa. id.). Inde כַּלָּה, כְּלוּלוֹת.

כְּלַל chald. unde Schaph. שַׁכְלֵל *perfecit* Esr. 5, 11. 6, 14. Pass. אִשְׁתַּכְלַל Esr. 4, 13. — Cap. 4, 12 in Chethibh est אשכללו, eiecta littera ת.

כְּלָל (consummatio, universitas) n. pr. m. Esr. 10, 30.

כָּלַם in Kal inusit. pr. *vulneravit,* ut arab. كلم Conj. I. II., cf. sanscr. *klam* confici, fatigari, ex quo fortasse pendet lat. *calumnia.* Similis certe translatio est in lingua hebraea.

Hiph. הִכְלִים et הַכְלִים (1 Sam. 25, 7) 1) *conviciatus est,* pr. laesit aliquem 1 Sam. 20, 34. 2) *ignominia, iniuria affecit.* 1 Sam. 25, 7. Iud. 18, 7. 3 *pudore affecit* aliquem, Iob. 11, 3. Prov. 25, 8. Ps. 44, 10. Fortius est hoc verbum quam syn. בּוֹשׁ Hi. הוֹבִישׁ, cf. Jes. 45, 16. 17. Jer. 31, 19 et Reimarus de differentiis vc. hebr. diss. I p. 67 sq.

Hoph. 1) *laesus, iniuria affectus est.* 1 Sam. 25, 15. 2) *pudore affectus est* (spe frustrata). Jer. 14, 3, cf. Niph.

Niph. 1) *contumelia affectus est.* 2 Sam. 10, 5. 1 Chron. 19, 5. 2) *pudore suffusus est,* beschämt dastehn, zu Schanden werden Jer. 31, 19, saepe de eo, qui excidit ausis Ps. 35, 4. 40, 15. 70, 3. 74, 21. it. *pudore affectus est,* puduit eum, i. q. בּוֹשׁ. Num. 12, 14. Sq. מִן causae Ez. 16, 27. 54, sq. בְּ Ps. 69, 7.

Derivv. כְּלִמָּה, כְּלִמּוּת.

כַּלְמַד n. pr. oppidi vel regionis, quae Ez. 27, 23 una cum Assyria memoratur. Et significatio nominis qua-

drilitteri (modo semiticum est) et situs loci ignoratur.

כְּלִמָּה f. *ignominia, contumelia.* Ps. 69, 8. Jer. 51, 51. Ez. 16, 54. 32, 24. 36, 7. 44, 13. לָבַשׁ כְּלִמָּה ignominiam induit i. e. totus qs. contectus est ignominia Ps. 109, 29. Plur. וֹת— Jes. 50, 6.

כְּלִמּוּת f. id. Jer. 23, 40.

כַּלְנֵה Gen. 10, 10, **כַּלְנֵה** Am. 6, 2 et **כַּלְנוֹ** Jes. 10, 9 n. pr. urbis magnae, Assyriis subiectae, testibus Targg. Euseb. Hieron. all. *Ctesiphon,* ad ripam orientalem Tigridis, e regione Seleuciae sita, quod posterius nomen Pacorus huic urbi imposuisse fertur. V. Bocharti Phaleg IV, 18. Michaëlis Spicileg. I, p. 228. (Origo vc. peregrini latet).

כָּלַף rad. in verbo inusitata, onomatopoët. sonum *pulsandi, percutiendi* imitans, cf. gr. κολάπτω (unde κόλαφος, colaphus, ital. colpo, gall. *coup*), nostr. *klopfen, klappen,* angl. *to clap.* Formae cognatae modo ad pulsationem pedum i. e. saltum translatae sunt (gr. κάλπη, nostr. *Galopp*), modo ad scalpturam (גָּלַף, γλύφω, sculpo, scalpo), modo ad latratum, pulsandi sono similem (כָּלַב latravit, der Hund *schlägt an*). Nom. deriv. est כֵּילַפָּה gr. πέλεκυς securis.

כָּמַהּ *desiderio* (rei) *confectus est,* semel legitur Ps. 63, 2. Arab. كمه caligine obductus est, de *oculo,* colore, mente. Teste Firuzabadio (v. Kamûs p. 1832 Calcutt.) spec. de homine dicitur, cuius color mutatur, deficit, pr. igitur *palluit,* quod ad desiderium refertur, cf. כָּסַף. Congruit sanscr. *kam* desiderare, pers. كام cupido, cf. etiam gr. κάμω, κάμνω.

Deriv. n. pr. כִּמְהָם.

כַּמָּה v. מַה.

כִּמְהָם (languens, desiderans) n. pr. m. 2 Sam. 19, 38. 39. Jer. 41, 17 (Chethibh כְּמוֹהָם), it. כִּמְהָן 2 Sam. 19, 41.

כְּמוֹ (si sequuntur nomina, et ante suffixa gravia: כְּמוֹהֶם, כְּמוֹכֶם) et **כָּמוֹ** (ante suffixa levia: כָּמוֹנִי sicut ego, כָּמוֹךָ, כָּמוֹהוּ, כָּמוֹהָ; כָּמוֹנוּ) particula separabilis, maxime poët. pro pedestri כְּ, i. q. כְּמָה (v. infra.).

A) Adv. qualitatis demonstr. ut gr. ὥς, *ita, sic.* Ita in loco difficili Ps. 73, 15: *si dicerem* אֲסַפְּרָה כְמוֹ *loquar ita* (ut impii loquuntur). LXX. οὕτως. (Alii מוֹ h. l. suffixum esse statuunt, כְּמוֹ pro כָּהֶם, quo posito כָּמוֹ legendum). Ubi repetitur: *sicut — ita: qualis, talis.* Iud. 8, 18: כָּמוֹךָ כְמוֹהֶם *qualis tu, tales illi,* et vicissim: *ita — sicut: talis, qualis.* 1 Reg. 22, 4: כָּמוֹנִי כָמוֹךָ *ita ego, sicut tu.*

B) Praep. similitudinem indicans: *ut, sicut,* gr. ὡς. אִישׁ כָּמוֹנִי vir sicut (qualis) ego Neh. 6, 11. Ex. 15, 5: *ceciderunt in profunda* כְּמוֹ אָבֶן *sicut lapis.* Iob. 6, 15. Ps. 58, 9. Iob. 10, 22: אֶרֶץ עֵיפָתָה כְּמוֹ אֹפֶל *t. in qua tenebrae sunt instar caliginis noctis,* wo es finster ist, wie stockfinstre Nacht. — Hagg. 2, 3: הֲלֹא כָמֹהוּ כְּאַיִן בְּעֵינֵיכֶם *nonne* templum *sicut hoc* (i. e. tale templum) *nihili est in oculis vestris?* כְּמוֹ אֵלֶּה (verba) sicut haec, i. e. talia verba Iob. 12, 3. כָּמֹהוּ (talis) qualis ille Ex. 9, 18.

C) Conj. i. q. כַּאֲשֶׁר, integrae sententiae praemissum. 1) *sicut.* Jes. 41, 25: כְּמוֹ יוֹצֵר יִרְמָס־טִיט *sicut figulus calcat lutum.* 2) *ut* temporale, = *quum, postquam, simulac.* Sq. Praet. (ut lat.). Gen. 19, 15: כְּמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה *ut* (simulatque) *aurora ascendit.* Jes. 26, 18: כְּמוֹ יָלַדְנוּ רוּחַ *ut peperimus, ventus erat.* (In linguis cognatis

respondet كَمَا, chald. כְּמָא, syr. ܐܰܟܡܳܐ: ex quibus formis de significatu syllabae מָה iudicari potest. Haec enim est i. q. indef. מָה *quid, aliquid, quod,* ita ut Ps. 73, 15 (litt. A) pr. sit: *sicut* (tale) *quid;* litt. C. *sicut* (id) *quod.*

כְּמוֹשׁ m. n. pr. numinis Moabitarum et Ammonitarum domestici Iud. 11, 24, Salomone regnante Hierosolymis quoque culti 1 Reg. 11, 7. 2 Reg. 23, 13. Jer. 48, 7, fort. subactor, victor, domitor, a rad. כָּמַשׁ, q. v. Hinc עַם כְּמוֹשׁ Camosi populus i. e. Moabitae. Num. 21, 29. LXX. *Χαμώς.* Vulg. Chamos.

כָּמַז rad. inusit. Arab. كمز *conglobavit,* unde כּוּמָז q. v.

כָּמַן rad. inusit. Syr. et Arab. 1) *condidit, abscondit.* Unde מִכְמַנִּים thesauri. 2) Syr. etiam *condivit,* maxime sale (pr. sale condidit, texit). Inde

כַּמֹּן m. *cuminum,* quo una cum sale pro condimento utebantur (Plin. H. N. 19, 8), arab. كَمُّون, gr. *κύμινον.* Jes. 28, 25. 27.

כָּמַס *ἅπαξ λεγόμ.* Deut. 32, 34 *abscondit,* nescio an idem quod כָּנַס, quod ipsum in cod. Sam. l. c. legitur.

Inde n. pr. מִכְמָס.

I. **כָּמַר** rad. in Kal inusit. vic. radici חָמַר (cf. חָמַם, חוּם), 1) *aestuavit, ferbuit, incaluit,* v. Niph. no. 1. (Talmud. כּוּמֶר calefactio). 2) *adustus est* (v. Niph. no. 2), inde *niger, obscurus fuit* et ut syr. ܟܡܰܪ *tristis, moestus fuit.* Aph. atratus, lugens incessit. Cf. כֹּמֶר, כַּמְרִירִים.

Niph. 1) *incaluit* amor erga aliquem, sq. עַל 1 Reg. 3, 26, et אֶל Gen. 43, 20., *commota est* misericordia Hos. 11, 8. 2) *adustus est.* Thren. 5, 10: *cutis nostra adusta est tanquam fornace famis ardore.*

II. **כָּמַר** i. q. כָּבַר *plexit,* texuit, unde מִכְמָר, מַכְמוֹר, מִכְמֶרֶת rete.

כֹּמֶר in pl. tantum כְּמָרִים *sacerdotes idolorum* 2 Reg. 23, 5. Hos. 10, 5. Zeph. 1, 4. Syr. ܟܽܘܡܪܳܐ de sacerdote quocunque dicitur: vocabula autem syriaca ad deorun cultum spectantia ab Hebraeis ad idolorum cultum restringuntur, v Hist. linguae Hebr. p. 58. De etymo si quaeris, כֹּמֶר, ܟܽܘܡܪܳܐ est pr. nigredo, tristitia, et concr. qui atra veste incedit, lugens, hinc asceta, sacerdos. Cf. أَبِيل, ܐܰܒܺܝܠܳܐ tristis, lugens, dein asceta, monachus, sacrorum antistes. Vide comment. nostr. ad Jes. 22, 12. 38, 15.

כַּמְרִירִים pl. m. *obscurationes,* a rad. כָּמַר I, 2, formae שַׁפְרִיר, excepto Chirek in priore syllaba, ut in פְּרַחַח. Semel legitur Iob. 3, 5: יְבַעֲתֻהוּ כִּמְרִירֵי יוֹם *terreant eum* (diem natalem) *obscurationes diei* s. luminis diurni, solis defectiones, eclipses, quas mala et calamitates portendere credebant prisci homines. Vett. intpp. כ praefixum esse statuebant substantivo מְרִירִים, qua sententia adoptata interpretandum esset: *amaritudines* i. e. calamitates, quae *diei* accidere possunt, *maximae* (cf. de כ intensivo pag. 459 A): sed illud parallelismo membrorum longe accommodatius est.

כָּמַשׁ rad. inusit. prob. i. q. כָּבַשׁ *subegit* (ב et מ permutatis), unde ܟܳܡܽܘܫܳܐ incubus, ephialtes, arab. كابوس, ܟܡܽܘܫܢܳܐ vinaceae, a calcando dictae. Inde hebr. כְּמוֹשׁ et מִכְמַשׁ.

כָּמַת rad. inusit. prob. i. q. כָּתַם abscondidit. Inde מִכְמְתָת n. pr.

I. **כֵּן** A) pr. part. act. a כּוּן *rectus,* metaph. *probus, integer* (nostr. aufrichtig, rechtlich), plur. כֵּנִים Gen. 42, 11. 19. 31. Jes. 16, 6: לֹא־כֵן *non rectum,* i. e. vanum, stultum.

B) Adv. 1) *recte.* 2 Reg. 7, 9: לֹא כֵן אֲנַחְנוּ עֹשִׂים *non recte nos facimus.* Exod. 10, 29: כֵּן דִּבַּרְתָּ *recte locutus es.* Num. 27, 7. 36, 5. Eccl. 8, 10.

2) *sic, ita,* gr. ὥς, οὕτως (pr. recte ad aliquam normam, nostr. *recht so, gerade so,* *also;* quanquam Gussetius, Danzius aliique כֵּן *ita* aliud vc. esse volunt, contr. ex כֵּהֵן *sicut illa* quemadmodum כֹּה ex כְּהוּ. Sed cf. אָכֵן), sq. Makkeph כֶּן־ Iob. 5, 27. Jos. 2, 21. Prov. 26, 2. 33, 7. Gen. 1, 7: וַיְהִי כֵן *et factum est ita,* ut Deus iusserat. Vers. 9. 11. 29, 26: לֹא יֵעָשֶׂה כֵן בִּמְקוֹמֵנוּ *non ita fieri solet apud nos.* Ps. 1, 4: לֹא כֵן הָרְשָׁעִים *non ita scelesti.* 1 Reg. 20, 40: כֵּן מִשְׁפָּטֶךָ אַתָּה חָרָצְתָּ *ita* (hoc) *est iudicium tuum, tu ipse tulisti.* 1 Sam. 23, 17: *etiam Saulus pater meus* יֹדֵעַ כֵּן *scit ita* i. e. hoc scit, weiſs es so, nicht anders (ubi minime necesse, כֵּן pronomine demonstrativo reddere). Jer. 5, 31: עַמִּי אָהֲבוּ כֵן *populus meus ita amat* liebt es so. Prov. 28, 2: *si homines prudentes sunt et sapiunt* כֵּן יַאֲרִיךְ *ita* (so, dann) *perennis est* civitas (in quo exemplo כֵּן ad signi apodoseos potestatem prope accedit, cf. οὕτω Matthiae gr. Gramm. p. 822). — Saepe sibi respondent כְּ — כֵּן *quemadmodum — ita* (v. כְּ A, 1), כַּאֲשֶׁר־כֵּן (v. כַּאֲשֶׁר no. 1): rarius vicissim כֵּן — כַּאֲשֶׁר *ita — quemadmodum* Gen. 18, 5. 2 Sam. 2, 25, כֵּן — כְּמוֹ Ex. 10, 14. Alibi כְּ in protasi omittitur Jes. 55, 9 (cf. Vers. 10. 11). Iud. 5, 15.

Varie autem redditur hoc qualitatis adverbium, prout pertinet ad qualitatem, ad copiam, ad tempus. a) Si ad qualitatem, est *talis, ita comparatus.* Iob. 9, 25: לֹא כֵן אָנֹכִי עִמָּדִי *non ego sic sum* (ut saepe Terent.) *apud me* i. e. non talis, non ita comparatus in pectore s. in conscientia mea. 1 Reg. 10, 12: לֹא בָא כֵן עֲצֵי אַלְמֻגִּים *nunquam posthac venerunt talia ligna santalina;* it. *adeo* (so sehr) Nah. 1, 12: אִם שְׁלֵמִים וְכֵן רַבִּים *quamquam incolumes sunt et adeo multi* (nostr. *so sehr viele, noch so viele*). Latine similiter dicunt negative *non ita multi,* nicht so sehr viele. b) Si ad quantitatem et copiam refertur, est *tot* (soviel). Exod. 10, 14: כֵּן אַרְבֶּה כָּמֹהוּ *tot locustae, quot illae.* Iud. 21, 14: וְלֹא מָצְאוּ לָהֶם כֵּן *sed sibi non nacti sunt tot* mulieres, quot iis opus erat, *nicht soviel* als nöthig, nicht genug. — c) si ad tempus, est *tamdiu* (*so lange*). Esth. 2, 12: כֵּן יִמְלְאוּ יְמֵי מְרוּקֵיהֶן *tamdiu durabant dies purificationis;* it. *toties* (*so oft*). Hos. 11, 2: קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם (quoties) *vocabant eos, toties illi retrocedebant ab iis,* it. *statim* (*sofort, sogleich*), praecedente כְּ temporali (*sobald als*) 1 Sam. 9, 13: כְּבֹאֲכֶם כֵּן תִּמְצְאוּן אֹתוֹ *ut intrabitis .... statim invenietis eum,* cf. gr. ὡς — ὥς Eurip. Phoeniss. 1437. Il. 1, 512. 14, 294. Poët. fortius etiam omisso כְּ Ps. 48, 6: רָאוּ כֵּן תָּמָהוּ ut (simulatque) *videbant, ita* (statim) *stupebant.* — d) In continuatione sermonis est: *itaque, quae cum ita sint,* nostr. *so denn.* Ps. 90, 12: לִמְנוֹת יָמֵינוּ כֵּן הוֹדַע *itaque doce me, diebus meis uti.* 61, 9. 63, 3.

3) i. q. אָכֵן, אַךְ est asseverantis ab initio sermonis. Jer. 14, 10: כֵּן אָהֲבוּ לָנוּעַ.

Cum praepositt. a) אַחַר כֵּן, אַחֲרֵי־כֵן *postquam* res *ita* evenerant i. e. *postea,* v. אַחַר.

b) בְּכֵן pr. *in tali* conditione, *sic,*

tunc. Eccl. 8, 10. Esth. 4, 16. (In Targg. creberrime: *tunc, sic*).

c) לָכֵן *α*) adv. causale: *propterea, ideo, iccirco.* Iud. 10, 13. 1 Sam. 3, 14. Jes. 5, 24. 8, 7. 30, 7. Iob. 32, 10. 34, 10. 37, 24 et saepe. Gen. 4, 15 verte: לָכֵן כָּל־הֹרֵג קַיִן וְגוֹ׳ *propterea* (ne fiat, quod metuis) *quicunque interficiet Kainum* cet. Sibi respondent: יַעַן כִּי־וְלָכֵן quia — propterea Jes. 8, 6, 7, לָכֵן — יַעַן 29, 13. 14. Semel est pro לָכֵן אֲשֶׁר *propterea quod, quia* Jes. 26, 14, et vim coniunctionis habet (cf. עַל כֵּן pro עַל כֵּן אֲשֶׁר). *β*) Sensim deflexum est in potestatem adversativam, nostr. *darum doch, und darum doch, aber darum doch, hoc non obstante, nihilominus, attamen* (cf. אָכֵן). Sic praecedente אִם in protasi Jer. 5, 2: *etiamsi* (אִם) *dicunt: per Dei vitam, nihilominus* (לָכֵן) *periuri sunt.* Adde Jes. 7, 14, ubi sententiae ita connectendae sunt: quamquam signum oblatum impie recusasti, *nihilominus* Dominus tibi etiam nolenti signum dabit. Apud prophetas saepe, ubi a reprehensionibus et minis transitur ad consolationes et promissiones. Jes. 10, 24: *nihilominus ita dicit Jehova exercituum: ne timeas* cet. 27, 9. 30, 18. Jer. 16, 14. 30, 16. Ez. 39, 25. Hos. 2, 11 (14). — Iob. 20, 2 ita infit Zopharus: לָכֵן שְׂעִפַּי יְשִׁיבוּנִי *nihilominus cogitationes meae responsum mihi suggerunt*, non obstantibus verbis tuis magniloquis et minacibus habeo, quod tibi respondeam.

Respondet arab. لٰكِنْ, لٰكِنَّ *attamen, veruntamen*, quod ex hebraeo לָכֵן haud dubie ortum est. Hoc autem לָכֵן adversativum multi (quibus ipse olim adstipulatus sum) plane aliud et diversae originis vc. esse volunt, ortum ex לָא = לֹא et כֵּן; poteratque haec sententia defendi auctoritate LXX intpp., qui bis reddunt οὐχ οὕτως Gen. 4, 15. Jes. 16, 7, et orthographia Arabum, qui etiam لاكن scribunt (v. Ham. Schult. p. 312. 364. 412). Sed usus adversativus, ut supra vidimus, re vera pendet ex potestate causali, et eadem ratio est particulae chald. לָהֵן q. v.

d) עַל־כֵּן *α*) *propterea, ideo* Gen. 2, 24. 10, 9. 11, 9. 19, 22. 20, 6. Jes. 5, 25. 13, 7. 16, 9. Iob. 6, 3. 9, 22 et sexcenties. *β*) Apud poëtas etiam coniunctionis vim induit pro עַל כֵּן אֲשֶׁר *propterea quod, quia* (cf. לָכֵן Jes. 26, 14, כִּי עַל כֵּן pag. 477 A, et quae de ellipsi coniunctionum relativarum observavimus Lgb. pag. 636). Ps. 45, 3: *pulcherrimus es mortalium* . . . . . עַל־כֵּן בֵּרַכְךָ אֱלֹהִים *propterea* quod *Deus tibi benedixit.* 1, 5. 42, 7. Jes. 15, 4. Jer. 48, 36. Conferantur, quae nuper disputavit Winerus (ad Sim. Lex. p. 466), his etiam exemplis vulgarem potestatem (*ideo*) vindicaturus: sed vereor ut recte monstraverit sententiarum nexum.

e) עַד־כֵּן *hucusque.* Neh. 2, 16.

II. כֵּן c. suff. כַּנּוֹ, כַּנִּי a rad. כָּנַן no. II. i. q. (כּוֹן) 1) *locus (Stelle)* Gen. 40, 13. 41, 13. Dan. 11, 20. 21. V. 38: עַל כַּנּוֹ loco eius (an dessen Stelle), pro quo V. 7 כַּנּוֹ. 2) *basis (Gestelle*, Fuſsgestelle). 1 Reg. 7, 31: מַעֲשֵׂה־כֵן *more baseos*, instar stylobatae. Spec. de basi lavacri in atrio templi Ex. 30, 18. 28. 31, 9. 35, 16. 38, 8. Lev. 8, 11, de receptaculo mali nautici, quod gr. μεσόδμη, ἱστοδόκη (Il. 1, 434), ἱστοπέδη (Od. 12, 51), lat. *modius* vocatur, Jes. 33, 23.

III. כֵּן in sing. semel Jes. 51, 6 (ubi vett. intpp. כְּמוֹ־כֵן languidius interpretantur: *quemadmodum ita* i. e. eodem modo; nos: *instar culicis*) plur. כִּנִּים Ex. 8, 12. Ps. 105, 31. Alex. σκνῖφες.

Vulg. *sciniphes*, species culicum, pungendo molestorum, in Aegypti regionibus paludosis domesticorum (Culex reptans Linn. culex molestus Forsk.). V. Herod. 1, 95. Philonem de vita Mosis P. p. 97 ed. Mangeji, et alia veterum ac recentiorum testimonia apud Oedmannum Verm. Sammll. aus der Naturkunde. Fasc. I, cap. 6. De etymo nil certi constat: possint culices a tegendo dicti esse (rad. כָּנַן no. I), sed malim tamen a vellicando (kneipen), ut hoc vc. cognatum sit graecis *κνάω*, *κνήθω*, *κνίπος*, *κνίψ* et praemisso sibilo ipsi (quo Alex. utitur) *σκνίψ*, *σκνῖφες*, in qua sententia etiam Eichhornium (Einleit. in das A. T. T. III, p. 254.) fuisse video. Hebraei et Josephus (Antt. 2, 14 §. 3) parum probabiliter pediculos interpretantur et Talmudistae adeo singulari כִּנָּה de pediculo utuntur, probante tamen Bocharto (Hieroz. T. II, p. 572 sq.). Cf. כִּנָּם.

כָּנָה in Kal inusit. Arab. كنى I. II. IV. appellavit aliquem vel aliquid nomine vel cognomine translato, maxime honorifico, titulo suo ornavit aliquem (v. Tauriz. ad Hamas. Schult. p. 320. Tebleb. ad Har. Schult. II, 57). Chald. honorifice compellavit. Ita Hebraeis in

Pi. כִּנָּה 1) *blande allocutus est, blande vocavit* al. Jes. 44, 5: וּבְשֵׁם יִשְׂרָאֵל יְכַנֶּה *et blande alloquetur Israëlem.* 45, 4: אֲכַנְּךָ וְלֹא יְדַעְתָּנִי *vocavi te* blande, *neque noveras me.* 2) *blanditus est.* Iob. 32, 21. 22.

Inde subst. כְּנָת.

כַּנֵּה *ἅπ. λεγόμ.* Ezech. 27, 23 n. pr. oppidi, prob. i. q. כַּלְנֵה (q. v.) *Ctesiphon*, quam lectionem exhibet unus de Rossii codex. Cf. יָקְהָ pro יִלְקַח.

כַּנָּה Ps. 80, 16, v. כָּנַן.

כְּנָוֹת v. כְּנָת.

כְּנָוָן chald. v. כְּנָת.

כִּנּוֹר m. plur. כִּנֹּרִים Ezech. 26, 13, כִּנֹּרוֹת 1 Reg. 10, 12 gr. *κινύρα*, *κιννύρα*, *cithara*, instrumentum musicum, idem illud, in quo tractando excellebat Davides, tum in sacris tum in profanis, tum in laetitia (Jes. 5, 12) tum in luctu (Iob. 30, 31) adhibitum, ita maxime ut cantarent ad sonum eius. Gen. 4, 21. Ps. 33, 2. 43, 4. 49, 5. 71, 22. 1 Sam. 16, 16. 23 et saepe. Quod Josephus (Ant. 7, 12 §. 3) cinyram decem chordas habuisse, plectroque pulsatam esse, tradit, huic repugnant verba 1 Sam. 16, 23. 18, 10. 19, 9, ex quibus hoc instrumentum manu pulsatum esse intelligitur. (Respondet arab. كِنّار, كِنَارَة, كِنَّارَة cithara. Origo mihi esse videtur in sono tremulo, stridulo, cf. rad. כָּנַר).

כָּנְיָהוּ n. pr. v. יְהוֹיָכִין.

כִּנָּם i. q. כִּנִּים *culices*. Ex. 8, 13. 14. More pluralium et collectivorum feminino iungitur, et videndum, sitne legendum defective כִּנִּם, ut cod. Sam. habet כנים. Cf. Lgb. p. 517.

כְּנֵמָא adv. chald. *ita, hoc modo* Esr. 4, 8. 5, 4. 9. 11. 6, 13. Compositum esse videtur ex כְּ et נִימָא, נֵמָא, quod in Talmude saepe abiecto ר negligenter dictum est pro נִימַר, נֵאמַר, pr. igitur *ut dictum est*, vel *ut dicemus*, ita ut modo ad antecedentia, modo ad consequentia referatur. Interpres Hebr. 4, 8 reddit: כן אמר (lege כְּנֶאֱמַר), et 5, 4 כשנאמר (ut dictum est). Similiter syr. ܟܡܐܡܪ *nempe* contr. est ex ܟܡܐ ܐܡܪ *quasi dicas.*

כָּנַן I) i. q. كنّ *texit, protexit, tuitus est* (cf. גָּנַן, جنّ). Imp.

c. He parag. כַּנָּה *protege* Ps. 80, 16, ubi alii, sed minus apte, propaginem, surculum intelligunt (cf. כֵּן Dan. 11, 7).
II) i. q. כּוּן. V. כֵּן no. II. — A no. II est

כְּנָנִי (tutor) n. pr. m. Neh. 9, 4.

כְּנַנְיָהוּ (quem *Jehova tuetur*) n. pr. Levitae 2 Chr. 31, 12. 13. 35, 9.

כְּנַנְיָהוּ (id.) n. pr. m. 1 Chr. 15, 22. 26, 29, pro quo 15, 27 כְּנַנְיָה.

כָּנַס 1) *collegit, coacervavit,* ut lapides Eccl. 3, 5, thesauros Eccl. 2, 8. 26, aquam Ps. 33, 7. 2) *congregavit,* homines Esth. 4, 16. 1 Chr. 22, 2. (Aram. כְּנַס collegit, congregavit. Arab. كنز id., it. abscondidit, alibi كنس. Cognatae sunt radices transpositae נָכַס, unde נֶכֶס thesaurus, et סָכַן, unde מִסְכְּנוֹת receptacula; nec non emollitis litteris גָּנַז).

Pi. i. q. Kal no. 2 *congregavit* homines Ez. 22, 21. 39, 28. Ps. 147, 2.

Hithp. abscondidit se, involvit se. Jes. 28, 20: וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּהִתְכַּנֵּס *et tegumentum est angustius, quam cui se involvat* aliquis. Cf. כְּ B, 5.

Inde מִכְנָסַיִם.

כָּנַע in Kal inusit. pr. *genu flexit,* in genua procidit (vic. כָּרַע q. v.) rad. late patens, v. *γόνυ*, *γνυ* (in *γνυπετεῖν*), *genu, Knie; γωνία, ἰγνύα* poples; aram. גְּנָא, جنأ incubuit, et tertia radicali fortius prolata *knicken, einknicken.* Apud Hebraeos est 1) *complicuit,* zusammenbiegen, zusammenlegen, hinc *collegit, colligavit* sarcinas (v. כִּנְעָה), cf. arab. كنع contraxit, contractus fuit Conj. I. V. VII; 2) *humilis, depressa fuit* terra (v. כְּנַעַן), *depressus est animus* (כְּנַע Ithpe. et كنع Conj. I. IV. id.).

Hiph. הִכְנִיעַ *depressit, fregit* aliquem. Iob. 40, 12 (7). Ps. 107, 12. Jes. 25, 5, impr. hostes victoria de iis reportata 2 Sam. 8, 1. 1 Chr. 17, 10. 18, 1. Ps. 81, 15.

Niph. נִכְנַע 1) *depressus, fractus est* (hostis devictus) Iud. 3, 30. 8, 28. 11, 33. 1 Sam. 7, 13. 2) *submisit se, submisse se gessit,* impr. coram Deo vel legato divino, sq. מִפְּנֵי, לִפְנֵי et מִלִּפְנֵי. 1 Reg. 21, 29: *vidistine, quantopere Achabus animum demisit coram me?* 2 Reg. 22, 19. 2 Chr. 12, 7. 30, 11. 33, 23. 36, 12.

כִּנְעָה vel **כְּנָעָה** ἅπ. λεγόμ. Jer. 10, 17 *sarcinae,* Packen, Bündel, a *complicando* (v. rad.) et colligando dictae. Vide rad. no. 1. (LXX intpp. ὑπόστασις. Targ. merces).

כְּנַעַן n. pr. 1) *Canaan,* Hami filius, auctor gentis Canaanitarum. Gen. 9, 18 sq. 10, 6. 2) *Cananaeorum* terra (Ex. 15, 15, plene אֶרֶץ כְּנַעַן Gen. 13, 12. 33, 18) et gens (Iud. 3, 1, c. masc. Hos. 12, 8), pr. *regio depressa,* humilis (a rad. כָּנַע, adiecto ־ַן, ut in אָחֵן) opp. terrae superiori אֲרָם (v. כְּנַעֲנִי no. 1). Spec. notat a) terram cisjordanensem, opp. Gileaditidi Num. 33, 51. Jos. 22, 9. b) Phoenicen Jes. 23, 11 i. e. Canaanaeae partem septentrionalem ad radices Libani sitam, cuius incolae se ipsos כנען vocant in nummis (v. comment. nostr. ad Jes. l. c. hist. ling. hebr. p. 16. 227), a Graecis *Φοίνικες* appellantur. Poenos adeo, Phoenicum colonos, hoc antiquum nomen retinuisse testis est Augustinus (expos. ep. ad Romanos) his verbis: „Interrogati rustici nostri i. e. Hipponenses, quid sint? punice respondentes *Chanani,* corrupta scilicet, ut in talibus solet, una littera, quid aliud respondent, quam *Chananaei?*" c) Philistaeam. Zeph. 2, 5: כְּנַעַן אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים. — שְׂפַת כְּנַעַן lingua Cananaeae h. e. hebraea,

qua Cananaei et Hebraei utebantur, Jes. 19, 18. — 3) pro אִישׁ כְּנַעַן *Cananaeus* Hos. 12, 8, dein *mercator* quivis. Jes. 23, 8: כִּנְעָנֶיהָ *eius mercatores.* Cf. Zeph. 1, 11. Ez. 17, 4.

כְּנַעֲנָה (fem. antecedentis) n. pr. m. 1) 1 Chr. 7, 10. 2) 1 Reg. 22, 11. 2 Chr. 18, 10.

כְּנַעֲנִי f. כְּנַעֲנִית 1 Par. 2, 3 plur. כְּנַעֲנִים n. gent. 1) *Cananaeus, Cananaei* Gen. 24, 3. Iud. 1, 1 sq., de quorum singulis tribubus v. Gen. 10, 15—19. Spec. hoc nominis gerebant incolae depressioris regionis (v. כְּנַעַן no. 2) ad mare et Jordanis ripas, opp. regionis montanae incolis (אֱמֹרִי q. v.) (Num. 13, 30. Jos. 11, 3). Gen. 13, 7. 15, 20. Ex. 3, 8. 17. 33, 2. 34, 11 cet. Quia Cananaei erant mercatores celeberrimi 2) Cananaeus de quovis *mercatore* dr., Iob. 40, 30 (25). Prov. 31, 24, ut כַּשְׂדִּי Chaldaeus de astrologo.

כָּנַף i. q. arab. كنف *texit, operuit,* unde כָּנָף tegumentum, ala. (Cf. rad. עוּף).

Niph. operuit i. e. *occultavit se.* Jes. 30, 20: לֹא־יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ *non amplius se occultabunt doctores tui,* i. e. in publicum prodire poterunt non amplius a persecutoribus vexati. Ita Abulvalides et Jarchius, v. comment. nostr. Inde

כָּנָף f. 1) *ala,* a tegendo dicta. בַּעַל כָּנָף Prov. 1, 17 et בַּעַל הַכְּנָפַיִם Eccl. 10, 20 alam habens, poët. de ave. כָּל־כָּנָף allerley *Geflügel,* omnis generis volucres. Gen. 7, 14. Poët. dicunt כַּנְפֵי רוּחַ alae venti Ps. 18, 11. 104, 3, כַּנְפֵי שַׁחַר alae aurorae 139, 9, propter summam celeritatem, qua ventus et aurora feruntur. Saepe etiam metaph. dr. de tutela et praesidio. Ps. 17, 8: בְּצֵל כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי *sub umbra alarum tuarum absconde me.* 36, 8. 57, 2. 61, 5. 63, 8. 91, 4. Ruth 2, 12. (Cf. arab. جنح, جناح et كنف Schult. ad Iob. 472, gr. πτέρυξ Grot. ad Mt. 23, 37). Etiam exercitibus *alae* tribuuntur (ut lat.) Jes. 8, 8, cf. אֲגַפִּים. 2) *ora,* a) vestis, *lacinia, πτέρυξ, πτερύγιον,* plene כְּנַף הַמְּעִיל ora pallii 1 Sam. 24, 5. 12. Num. 15, 38. Deut. 22, 12, etiam omisso vestis nomine Zach. 8, 23: כְּנַף אִישׁ יְהוּדִי *ora* pallii *viri Judaei.* Ez. 5, 3. Hagg. 2, 12. Quoniam palliis etiam noctu se involvere solebant Orientales, ponitur pro *ora lodicis.* Deut. 23, 1: וְלֹא יְגַלֶּה כְּנַף אָבִיו *neque patris sui lodicem retegat,* i. e. ne patris sui stratum conscendat et violet. 27, 20, cf. Ezech. 16, 8. Ruth 3, 9: *expande lodicem tuam super ancillam tuam* i. e. in tori societatem me recipias (cf. Theocr. Idyll. 18, 19 et ἐπισκιάζειν Luc. 1, 35). b) *ora terrae* (quemadmodum terram habitatam saepe cum pallio expanso comparabant). Jes. 24, 16: כְּנַף הָאָרֶץ ora terrae. Maxime in pl. Iob. 37, 3. 38, 13: כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *orae terrae, extrema terrarum,* et Jes. 11, 12. Ez. 7, 2: אַרְבַּעַת כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *quattuor orae s. margines terrae.* c) *extremum fastigium templi* Dan. 9, 27, cf. *πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.* Matth. 4, 5.

Dual. כְּנָפַיִם cstr. כַּנְפֵי f. pr. *binae alae,* dein saepe pro plur. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם sex alae Jes. 6, 2, אַרְבַּע כְּנָפַיִם quattuor alae. Ez. 1, 6. 10, 21. Plur. cstr. כַּנְפוֹת m. de oris vestis Deut. 22, 12 et terrae (v. no. 2, a. b).

כָּנַר rad. inusitata, eaque onomatopoët. *sonum tremulum stridulumque* notans, *quem fides pulsatae edunt,* nostr. *schnarren* (knarren), inde כִּנּוֹר cithara, a sono stridulo dicta. Vicina sunt gr. *κίνυρος,* nostr. wimmernd, de sono querulo, lugubri, unde gr. *κινύρα;* it. *γίγγρος, γίγγρα, γίγγρας,* lat. *gin-*

grina i. e. tibia stridulum et querulum sonum edens, et *gingritus* (Geschnatter) anserum.

כִּנֶּרֶת Deut. 3, 17, כִּנְּרוֹת 1 Reg. 15, 20, כִּנְּרוֹת Jos. 11, 2 n. pr. (prob. i. q. כִּנּוֹר cithara) oppidi Naphtalitarum ad mare Galilaeum, quod ab eo nomen יָם כִּנֶּרֶת accepit Num. 34, 11. Circa N. T. tempora hoc mare גִּנֵּסַר, *Γεννησαρέτ* vocabatur.

כְּנַשׁ chald. *congregavit*, i. q. hebr. כָּנַס. Inf. Dan. 3, 2.
Ithp. congregavit se. Dan. 3, 3. 27.

כְּנָת in sing. inusit., plur. כְּנָוָת Esr. 4, 7 pr. *cognomen* (a rad. כָּנָה q. v.), meton. *qui eodem, quo alius, cognomine utitur*, i. e. *eodem munere fungitur*, eidem regi paret, *σύνδουλος*, *collega, socius* in munere. Forma כְּנָת est pro כְּנָאת, כְּנָאָת, et plur. eodem modo formatus atque מְנָיוֹת, מְנָאוֹת a מְנָת, v. Lgb. p. 607. Respondet syr. ܟܢܳܬܳܐ plur. ܟܢܘܳܬܳܐ i. e. *σύνδουλος, σύνδουλοι.* De forma feminea nominum muneris v. Lgb. p. 468.

כְּנָת chald. id. plur. כְּנָוָן cstr. et c. suff. כְּנָוָתֵהּ Esr. 4, 9. 17. 23. 5, 3. 6. 6, 6. 13.

כֵּס m. *ἅπ. λεγόμ.* suspectae lectionis Ex. 17, 16. Vulgo idem esse volunt quod כִּסֵּא *solium*, quod ipsum est in cod. Sam. Sed contextus et verba comm. 15 (יְהוָה נִסִּי) paene flagitant, ut legatur נֵס vexillum.

כָּסָא, rad. inusit. i. q. כָּסָה *texit*, unde כִּסֵּא.

כֶּסֶא Prov. 7, 20 et כֶּסֶה Ps. 81, 4 *plenilunium.* Syr. ܟܶܣܳܐ teste Isa Bar Ali (de quo vide praef. ad Lex. min. hebr. germ. p. XVIII) est primus dies plenilunii, etiam integrum plenilunii tempus, et sic saepe apud Barhebraeum et Ephraemum Syrum. Etymon mihi non liquet: non enim satisfacit, quod lunam in plenilunio totam *luce tegi* observant (a rad. כָּסָה, כָּסָא). Verba enim tegendi saepe ad abscondendi et obscurandi, nunquam quod sciam ad lucendi significatum referuntur.

כִּסֵּא bis כִּסֵּה Iob. 26, 9. 1 Reg. 10, 19 c. Suff. כִּסְאִי (pro כִּסְּאִי) plur. כִּסְאוֹת (pro כִּסְּאוֹת) m. *sella* eaque alta et (velo pensili) *cooperta* (a rad. כָּסָא, כָּסָה), inde *solium regium* Iob. 36, 7. 2 Sam. 3, 10 plene כ׳ הַמַּמְלָכָה 2 Sam. 7, 13, כ׳ הַמַּלְכוּת 1 Par. 22, 10. 2 Par. 7, 18, etiam Dei Jer. 3, 17, *tribunal* iudicum Ps. 122, 5. Neh. 3, 7, *cathedra* pontificis maximi 1 Sam. 1, 9. 4, 13, raro de *vulgari sella* 2 Reg. 4, 10. Prov. 9, 14. (Arab. كُرْسِيّ, aram. ܟܽܘܪܣܝܳܐ, כָּרְסֵא id., littera ר ante geminatam inserta, *rs* pro *ss*, v. infra s. litt. ר. In hac ipsa radice Samaritani pro כְּסָה habent כרסה).

כַּסְדִּי chald. *Chaldaeus*, alibi כַּשְׂדִּי. Esr. 5, 12.

כָּסָה *texit, operuit*, vic. כָּסָא et כָּשָׁה. (Syr. id. et *induit.* Arab. كَسَا induit, chald. operuit, hinc occultus, absconditus fuit). In Kal nihil exstat nisi part. כֹּסֶה Prov. 12, 16. 23 et כְּסוּי Ps. 32, 1. Longe usitatius est

Pi. כִּסָּה 1) *texit*, sq. acc. Ex. 10, 5. Num. 9, 15. 22, 5, vel עַל (ut alia verba tegendi כִּפֶּר, סָכַךְ) q. d. eine Decke machen *über* etwas Num. 16, 33: וַתְּכַס עֲלֵיהֶם הָאָרֶץ *terra eos operuit*, pr. tegumentum erat super eos. Iob. 21, 26: וְרִמָּה תְּכַסֶּה עֲלֵיהֶם *et vermes eos tegunt.* 2 Chr. 5, 8, sq. לְ Jes. 11, 9. — *Texit aliquem* vel *aliquid aliqua re*, cstr. a) sq. acc. pers. et בְּ tegumenti Lev. 17, 13: וְכִסָּהוּ בֶּעָפָר

eumque (sanguinem) *operiat terrâ.* Num. 4, 5. 8. 11. b) sq. dupl. acc. Ez. 18, 7. 16. 16, 10. c) sq. עַל pers. et בְּ tegumenti Ps. 44, 20. d) c. acc. tegumenti et עַל rei tegendae. Ez. 24, 7, cf. Iob. 36, 32. Saepe metaph. dicitur *texit, operuit* peccatum i. e. *condonavit*, sq. acc. Ps. 85, 3, sq. עַל Prov. 10, 12. Neh. 3, 37 (4, 5). Ps. 32, 1: כְּסוּי חֲטָאָה *cuius peccatum opertum est* i. e. condonatum. Cf. כָּפַר. — כִּסָּה אֶל praegn. dicitur pro: *clam credidit* alicui. Ps. 143, 9.

2) intrans. *texit, velavit se.* Gen. 38, 14. Deut. 22, 12. Jon. 3, 6: וַיְכַס שַׂק *sacco* s. cilicio *se involvit.* (Arab. كسا induit, sq. acc.).

3) *texit, celavit* (cf. chald.) Prov. 10, 18. 12, 16. 23. Iob. 31, 33. — Iob. 23, 17: וּמִפָּנַי כִּסָּה־אֹפֶל *et* (quia) *a conspectu meo* (non) *texit caliginem,* me non immunem praestitit a calamitatibus.

Pu. כֻּסָּה et כֻּסָּה (Ps. 80, 11. Prov. 24, 31) pass. *tectus est*, sq. בְּ tegumenti 1 Chr. 21, 16. Eccl. 6, 4, it. acc. Ps. 80, 11: כָּסּוּ הָרִים צִלָּהּ *obtecti erant montes umbra eius.* Prov. 24, 31.

Niph. id. Jer. 51, 42. Ez. 24, 8.

Hithp. obvelavit se, sq. בְּ tegumenti Jes. 59, 6. 1 Reg. 11, 29, semel sq. acc. Jon. 3, 8.

Nomm. derivata: כְּסוּת, כָּסוּי, (et סוּת), כֶּסֶת, מִכְסֶה, מְכַסֶּה.

כֶּסֶה i. q. כֶּסֶא q. v.

כַּסּוּחָה Jes. 5, 25, v. סוּחָה.

כָּסוּי m. cstr. כְּסוּי pr. part. pass. a rad. כָּסָה *tegumentum.* Num. 4, 6. 14.

כְּסוּת f. 1) *tegumentum, operimentum.* Ex. 21, 10. 22, 26. Iob. 24, 7. 26, 6. 31, 19. Metaph. כְּסוּת עֵינַיִם *operimentum oculorum* est i. q. munus piaculare alicui datum, ut in aliqua re (reprehensione digna) *oculos claudat* i. e. conniveat (das Auge zudrücken), s. *munus veniae impetrandae causa datum, placamentum, mulcta.* Sic enim expediendus est locus ab interpretibus parum feliciter tractatus Gen. 20, 16: הִנֵּה הוּא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם לְכֹל אֲשֶׁר אִתָּךְ וְאֵת כֹּל *en hoc* (mille siclorum donum) *sit tibi mulcta pro omnibus, quae tecum* facta sunt, *et coram omnibus.* Verum iam viderat Alex., ab interpretibus vel neglectus vel non intellectus, reddens: τιμή, i. e. mulcta, pretium (Il. 1, 159), i. q. alibi τίμημα. — Plerique interpretes *tegumentum oculorum* volebant *velum, velamen* esse, integrumque locum sic vertebant satis arbitrarie: *ecce hoc tibi sit velamen oculorum* i. e. his mille siclis (haud parvo scilicet pretio!) eme tibi velamen, *omnibus qui tecum* sunt *et* omnino *omnibus* i. e. ut his omnibus pateat, te esse marito nuptam. Addunt solas mulieres nuptas vela gestasse, virgines iis abstinuisse: quod moribus Orientis plane contrarium est et probari nequit.

2) *vestis.* Deut. 22, 12.

כָּסַח *amputavit, succidit* (plantam) Jes. 33, 12. Ps. 80, 17. (Syr. et chald. putavit vitem).

כְּסִיל m. 1) *stultus.* Ps. 49, 11. Prov. 1, 32. 10, 1. 18. 13, 19. 20. 14, 8. 24. 33. 15, 2. 7 cet. saepe adiuncta impietatis notione, cf. synn. נָבָל, אֱוִיל et opp. חָכָם.

2) *sidus coeleste* Iob. 9, 9. 38, 31. Am. 5, 8, testibus plerisque intpp. vett. *Orionis* sidus, quod Orientales נְפִילָא, ܓܒܪܐ, جبار i. e. *gigantem* appellant. Videntur sidus illud sub figura gigantis *impii* coelo *alligati* sibi informasse, unde Iob. 38, 31: *tune Orionis vincula solvere potes?* R. Jonas s. Abulwalides سهيل h. e. *Canopum* intelligunt, stellam lucidam in australi navis gubernaculo. Pl. כְּסִילִים

Jes. 13, 10 q. d. *Oriones* s. gigantes (coeli), i. e. maiora coeli sidera, Orioni similia, ut lat. *Cicerones*, *Scipiones* appellantur viri Ciceroni et Scipioni similes.

3) n. pr. oppidi in australibus Judae. Jos. 15, 30.

כְּסִילוּת f. *stultitia*. Prov. 9, 13.

כָּסַל rad. in verbo minus usitata, quam in nomm. derivatis diversae significationis. Primaria potestas videtur 1) *carnosus, pinguis fuit*, unde כֶּסֶל *lumbus*. Hoc vc. medium 2) in bonam partem refertur ad *fortitudinem* (cf. שָׁמֵן), *firmitatem, fiduciam*, unde כֶּסֶל, כִּסְלָה fiducia; et 3) in malam partem ad *languorem* et *inertiam* (arab. كَسِلَ languidus, iners fuit), it. quod ab his prope abest ad *stultitiam* (cf. נָבָל, נְבָלָה, et vicissim vcc. fortitudinem significantia ad *virtutem* relata, ut חַיִל). Ita semel in verbo fut. A. Jer. 10, 8 (cf. transpositum סָכַל), praeterea in derivv. כְּסִיל stultus, כְּסִילוּת, כֶּסֶל stultitia.

כֶּסֶל m. 1) *lumbus* Iob. 15, 27. Pl. כְּסָלִים lumborum musculi interni prope renes, quibus adeps adhaeret, ψόαι, ψοῖαι, ut recte Symmachus. Lev. 3, 4. 10. 15. 4, 9. 7, 4. Iob. 15, 27: וַיַּעַשׂ פִּימָה עֲלֵי כָסֶל *et (quia) fecit* i. e. produxit *adipem super lumbis suis*, saginabat sese γαστρίδουλος. Dein *viscera, ilia* Ps. 38, 8. Cf. Bocharti Hieroz. T. I, p. 506 sq.

2) *fiducia, spes*. Ps. 78, 7. Prov. 3, 26.

3) *stultitia*. Eccl. 7, 25.

כִּסְלָה f. 1) *fiducia, spes*. Iob. 4, 6. 2) *stultitia*. Ps. 85, 9.

כִּסְלֵו m. Zach. 7, 1. Neh. 1, 1, gr. Χασελεῦ 1 Macc. 1, 54, mensis nonus Hebraeorum, incipiens a novilunio Decembris. De Etymo nil constat. Dictus tamen esse possit a languore et torpore naturae.

כִּסְלוֹן (fiducia, spes) n. pr. oppidi in finibus tribus Judae, alibi הַר־יְעָרִים Jos. 15, 10.

כִּסְלוֹן (id.) n. pr. m. Num. 34, 21.

כְּסֻלּוֹת (fiduciae) n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. 19, 18.

כִּסְלֹת־תָּבוֹר (lumbi Taboris, vel fiducia Thaboris, de urbe munita) n. pr. oppidi in radicibus montis Tabor, ad orientales terminos Sebulonitarum Jos. 19, 12, alibi brevius תָּבוֹר dicti Vers. 22. 1 Chr. 6, 62.

כַּסְלֻחִים pl. Gen. 10, 14. 1 Chr. 1, 12 n. pr. populi ab Aegyptiis originem trahentis; ex probabili sententia Bocharti (Phaleg IV, 31) *Colchii*, quos Aegyptiorum colonos esse scriptores Graeci memoriae tradunt (Herod. 2, 104. Diod. I, 28. 55). Litteram s insertam esse, non abhorret a linguarum Semit. indole, cf. ܝܢܣܘܩܐ i. q. ܝܢܘܩܐ lactens.

כָּסַם *totondit, detondit* (caput), semel legitur Ez. 44, 20. Vicina sunt גָּזַם aliaque a גז ordientia, v. גָּזַז. Inde

כֻּסֶּמֶת f. Ex. 9, 32. Jes. 28, 25 pl. כֻּסְּמִים Ez. 4, 9 frumenti species aristam tritici instar *detonsam* habens, *far, adoreum* (triticum spelta Linn.) gr. ζέα, ὀλυρά, nostr. *Spelt, Dinkel*, arab. كِرْسَنَّة, quod idem vc. est atque hebr. (m et n permutatis et r inserto). V. comment. nostr. ad Jes. l. c.

כָּסַס *numeravit, supputavit*, semel legitur Exod. 12, 4. Cf. LXX. Chald. Syr.

Nomm. derivv. מֶכֶס, מִכְסָה, מַס.

כָּסַף fut. יִכְסֹף 1) pr. *palluit*, ut Chald. (Longius abest arab. كسف et خسف defecit sol, luna, caligavit oculus, diminutus est). Cf. Niph. no. 1 et כֶּסֶף argentum. Hinc 2) *desideravit* aliquid, sq. לְ pers. Iob. 14, 15, gerundio Ps. 17, 12.

Niph. 1) *palluit* prae pudore (nam non *rubore* tantum, sed etiam *pallore* pudor indicatur, v. חָוַר et talmud. הלבין pudore affecit, cf. comment. ad Jes. 29, 22), *pudore affectus est.* Zeph. 2, 1: הַגּוֹי לֹא נִכְסָף *gens sine pudore*, impudens, inverecundus.

2) i. q. Kal no. 2. Gen. 31, 30. Ps. 84, 3.

כֶּסֶף c. Suff. כַּסְפִּי m. 1) *argentum*, a pallore dictum (ut gr. ἄργυρος ab ἀργὸς albus, et contra זָהָב aurum a colore flavo, cf. צָהֹב). Gen. 23, 15: אַרְבַּע מֵאֹת שֶׁקֶל־כֶּסֶף *quadringenti sicli argenti*, saepius tamen omisso vc. שֶׁקֶל v. c. אֶלֶף כֶּסֶף mille (sicli) argenti. Gen. 20, 16. עֶשְׂרִים כֶּסֶף viginti sicli argenti. 37, 28. Deut. 22, 19. 29. Hos. 3, 2. — 2) *pecunia*, quia argenti frustis pensis, non signatis, antiquitus pro pecunia utebantur. (Cf. ἀργύριον, argent). Gen. 23, 13. Deut. 23, 20. It. de eo *quod pecunia acquisitum est.* Ex. 21, 21 de servo: כִּי כַסְפּוֹ הוּא *is enim est pecunia eius.* Pl. *argenti frusta*, *pecuniae* Gen. 42, 25. 35.

כְּסַף chald. id. *argentum*, st. emphat. כַּסְפָּא Dan. 2, 35. 5, 2. 4. 23.

כָּסִפְיָא Esr. 8, 17 n. pr. regionis, fort. *Caspia* s. regio circa mare Caspium, sec. alios urbs *Kaswin*.

כֶּסֶת pl. f. כְּסָתוֹת *pulvini* Ez. 13, 18. 20. LXX. προςκεφάλαια. Vulg. *pulvilli*, sec. Rabbinos *pulvinaria longiora, culcitrae.* Rad. est כָּסָה; ת littera, quanquam non radicalis et fem. generis index, etiam in plurali servata est, ut in דֶּלֶת, קֶשֶׁת, cf. Lgb. p. 474.

כְּעַל Jes. 59, 18 v. עַל no. 8.

כְּעַן adv. chald. *iam*, *nunc.* Dan. 2, 23. 3, 15. 4, 34. 5, 12. Esr. 4, 13. Ex hebraeo כֵּן *ita* et *nunc* (v. עַד־כֵּן Neh. 2, 16) haec forma productior orta est, quemadmodum sam. קעם ex hebr. קוּם. Inde עַד כְּעַן *hucusque.* Esr. 5, 16.

כְּעֶנֶת fem. antecedentis, adv. chald. *ita* i. q. כֵּן, sed in una formula וּכְעֶנֶת Esr. 4, 10. 11. 7, 12, et contr. וּכְעֶת 4, 17 *et sic* (porro), *et caetera.*

כָּעַס fut. יִכְעַס 1) *stomachosus*, *morosus fuit, aegre tulit.* Eccl. 5, 16. 7, 9. Neh. 3, 33 (4, 1). 2) *succensuit.* Ez. 16, 42, sq. אֶל pers. 2 Chr. 16, 10.

Pi. כִּעֵס *irritavit* i. q. Hiph. no. 2. Deut. 32, 21. 1 Sam. 1, 6.

Hiph. הִכְעִיס 1) *aegre fecit* alicui, *moerore affecit* 1 Sam. 1, 7. Neh. 4, 5 (3, 37). Ezech. 32, 9. 2) *irritavit*, saepe de hominibus, qui peccatis, impr. idolorum cultu, Jehovam irritant. Deut. 31, 29. 32, 16. 1 Reg. 14, 9. 15. 16, 2. 7. 13 sq. Ps. 78, 58. Jer. 8, 19. Plene dicunt: הִכְעִיס אֶת־יְי כַּעַס 1 Reg. 15, 2. 2 Reg. 23, 26, it. omisso Dei nomine 1 Reg. 21, 22: אֶל־הַכַּעַס אֲשֶׁר הִכְעַסְתָּ *propter iram, ad quam* (me) *irritasti.* 2 Reg. 21, 6. Inde

כַּעַס m. 1) *aegritudo, moeror.* Eccl. 1, 18. 2, 23. 11, 10. Prov. 17, 25. 21, 19: אֵשֶׁת מִדְוָנִים וָכָעַס *mulier contentiosa et morosa.* 2) *ira.* Deut. 32, 19. Ez. 20, 28, pl. כְּעָסִים *irae* 2 Reg. 23, 26.

כַּעַשׂ m. id. in solo Iobi libro, 5, 2. 6, 2. 10, 17. 17, 7.

כַּף f. c. suff. כַּפִּי quod *incurvatum*, *cavum* est, a כָּפַף, 1) *vola manus*, *palma*, rarius de *tota manu*, ut

Deut. 25, 12: *et abscindas manum eius* (v. כַּפּוֹת): de pede animalium (ut ursi) manui simili Lev. 11, 27. Spec. notandae sunt formulae: a) מִכַּף פ׳ *e manu* alicuius, saepe post verba eripiendi, ut מִיַּד 1 Sam. 4, 3. 2 Sam. 14, 16. b) Iud. 12, 3: וָאָשִׂימָה נַפְשִׁי בְכַפִּי *vitam meam posui in manu mea*, i. e. praesentissimo periculo me exposui; quae enim in manibus gestamus, non satis tuta sunt, facile excidere et elabi possunt, vel in eo sunt, ut abiiciantur. 1 Sam. 19, 5. 28, 21. Iob. 13, 14, cf. Ps. 119, 109. Eodem proverbio Xenarchus ap. Athenaeum (Deipnosoph. XIII, p. 569 C): ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχων, et Dani de homine in vitae discrimine versante: *at gaae mid Livet i Henderne* i. e. vitam in manibus gestare. c) חָמָס בְּכַפַּי *iniuria est in manibus meis*, iniuriam commisi. Iob. 16, 17. 31, 7. Jes. 59, 6. Jon. 3, 8. d) תָּקַע כַּף, הִכָּה כַף, מָחָא כַף manus complodere, v. sub his verbis. — Dual. כַּפַּיִם c. Suff. כַּפַּי, כַּפֶּיךָ cet. *utraque manus*, Iob. 36, 32, et saepe etiam pro plurali. Plur. כַּפּוֹת *volae manus* Dan. 10, 10, de manibus amputatis et emortuis (v. Lgb. p. 539. 540) 1 Sam. 5, 4. 2 Reg. 9, 35, alibi i. q. יָדוֹת *manubria* pessuli Cant. 5, 5.

2) sq. רֶגֶל *planta pedis*. Deut. 2, 5. 11, 24. 28, 65: מָנוֹחַ לְכַף־רַגְלֶךָ *quies plantae pedis tui*, de habitatione quieta cf. Gen. 8, 9. — Pl. כַּפּוֹת plantae Jos. 3, 13. 4, 18. Jes. 60, 14. Sq. פַּעַם 2 Reg. 19, 24.

3) *vas concavum, acerra, phiala*, pl. כַּפּוֹת Ex. 25, 29. Num. 7, 84. 86. Inde כַּף־הַקֶּלַע scutula, patella fundae. 1 Sam. 25, 29. כַּף־הַיָּרֵךְ acetabulum femoris. Gen. 32, 26. 33.

4) כַּפּוֹת תְּמָרִים Levit. 23, 40 *palmae*, a forma curvata dictae (v. כִּפָּה).

כֵּף m. *rupes*, in solo Plur. usitatum Jer. 4, 29. Iob. 30, 6. (Syr. et chald. ܟܺܐܦܳܐ, כֵּיפָא, unde in N. T. Κηφᾶς i. q. Πέτρος).

כָּפָה *incurvavit, inflexit, depressit*, hinc *domuit*. Chald. et Talmud. כפא depressit, subegit, coëgit, avertit, arab. كفأ avertit, divertit. Prov. 21, 14: מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אָף *munus clam datum deprimit iram*. LXX. ἀνατρέπει ὀργάς. Et sic Syrus. Contra Sym. σβέσει ὀργήν, Vulg. *extinguit iras*, coll. כָּבָה extinxit.

כִּפָּה f. 1) *palma, frons palmae* i. q. כַּף no. 4. Forma feminea autem de inanimatis frequentatur (gr. hebr. §. 105, 2). Jes. 9, 13. 19, 15: כִּפָּה וְאַגְמוֹן *palma et iuncus*, proverbio dr. de magnis et parvis s. nobilibus et ignobilibus. 2) gener. *ramus* Iob. 15, 32.

כְּפוֹר m. 1) *poculum* idque prob. operculo tectum, a rad. כָּפַר. 1 Chr. 28, 17. Esr. 1, 10. 8, 27. 2) *pruina*, sec. Simonem ita dicta, quia terram *obtegat*. Ex. 16, 14. Ps. 147, 16. Iob. 38, 29.

כָּפִיס ἅπ. λεγόμ. Hab. 2, 11 *tignum transversum, canterius*, a rad. כָּפַס, syr. ܟܒܰܣ connexuit. LXX κάνθαρος, i. q. cantherius apud Vitruv. 4, 2. Hieron. „lignum, quod ad continendos parietes in medio structurae ponitur vulgo ἱμάντωσις (cf. Sir. 12, 18)."

כְּפִיר m. *leo iuvenis*, isque a lacte depulsus, qui iam praedari coepit (גּוּר est *catulus* leonis). Vide Ezech. 19, 2. 3: *educavit* (leaena) *catulorum unum* (אֶחָד מִגּוּרֶיהָ), *factus est leo iuvenis* (כְּפִיר), *didicit praedari et voravit homines*. Ps. 17, 12. 104, 21. Iud. 14, 5 et saepe. Translate dr. a) de hostibus atrocibus et sanguinolentis Ps. 34, 11. 35, 17. 58, 7, cf. Jer. 2, 15. Ez. 32, 2: כְּפִיר גּוֹיִם *hostis*

grassans inter gentes. b) de principibus civitatis Ez. 38, 13, cf. Nah. 2, 14. (Respondet غفر et غفر vitulus, foetus rupicaprae it. leo iuvenis, pr. *villosus, villis tectus,* a rad. כָּפַר no. 3, arab. غفر villosus fuit, cf. עָפָר).

כְּפִירָה (i. q. כפר pagus) n. pr. oppidi Hevitarum, postea Benjaminitarum. Jos. 9, 17. 18, 26. Esr. 2, 25. Neh. 7, 29.

כָּפַל *complicuit, duplicavit* Ex. 26, 6. Part. pass. duplicatus Ex. 28, 16. 39, 9. (Chald. קְפַל duplicavit, circumvolvit, syr. Ethpe. ܐܬܟܦܠ duplicatus, implexus est. In linguis occidentalibus respondet transp. πλέκω, *plico*).

Niph. duplicatus s. iteratus *est* Ez. 21, 19 (14). Inde מַכְפֵּלָה et

כֶּפֶל m. *duplicatio.* Iob. 41, 5: כֶּפֶל רִסְנוֹ *duplicatio rictus eius* i. e. rictus duplici dentium serie munitus.

Dual. 1) pr. *duae plicae, complicationes.* Iob. 11, 6: כִּי כִפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה *nam complicationes* sunt *sapientiae* Dei i. e. Dei sapientia est complicata, inextricabilis. Al. *duplex* i. e. multiplex, infinita *est sapientia Dei.* — 2) *duplum* Jes. 40, 2.

כָּפַן *languit,* de fame et siti. Semel de vite sitiente, sq. עַל Ez. 17, 7: *ecce haec vitis* כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ עָלָיו *sitiens radices suas ad eum extendit.* (Syr. sitivit, sq. ܠ inhiavit rei, eam concupivit. Arab. eguit, egestatem passus est). Inde

כָּפָן m. *fames, penuria.* Iob. 5, 22. 30, 3.

כָּפַס rad. inusit., v. כָּפִיס.

כָּפַף *curvavit, incurvavit.* (Late patet haec stirps una cum cognatis in linguis semiticis et occidentalibus tum *curvandi,* tum vicino *cavi* et *concamerati* significatu. Vide radd. גָּבַב no. 1, כַּף; כַּר cavum, et קָבַב, قبّ cavavit, concameravit, יָקַב excavavit, נָקַב effodit, et cf. gr. κάμπω, κάμπτω, γνάμπτω, it. κύπτω, κύβη, κύμβη, lacon. κύββα cupa; pers. كفتن inclinare, كو cavum, caverna; lat. *cubo, cumbo* it. *cavus;* germ. ant. *Gaff* = כַּף, *kippen,* um*kippen,* sensu plicandi). Jes. 58, 5. Intrans. *incurvavit se.* Ps. 57, 7. Part. כְּפוּפִים incurvati, depressi. Ps. 145, 14. 146, 8.

Niph. submisit se alicui. Mich. 6, 6 sq. לְ. (Aram. id.).

Nomm. derivv. כַּף, כִּפָּה.

כָּפַר pr. *texit, operuit,* unde כְּפוֹר et כַּפֹּרֶת operculum. (Arab. كفر fut. I. et غفر texit). Spec. 2) *obduxit, oblevit* aliqua re, ut pice, *picavit* Gen. 6, 14. Cf. כֹּפֶר no. 2 et Pu. — 3) villis tectus, *villosus fuit,* v. כְּפִיר. — 4) *texit* peccata i. e. condonavit, cf. כֹּפֶר no. 4 et כִּפֵּר. Arab. كفّر II. expiavit crimen, غفر condonavit.

Pi. כִּפֶּר fut. יְכַפֵּר 1) *texit* i. e. *condonavit* peccatum (cf. כִּסָּה), sq. acc. Ps. 65, 4. 78, 38; sq. עַל (ut alia verba tegendi) Jer. 18, 23. Ps. 79, 9; sq. לְ Deut. 21, 8; it. sq. לְ Ez. 16, 63 et בְּעַד pers. (cf. הֵגֵן בְּעַד Ps. 3, 4). 2 Par. 30, 18.

2) causat. *veniam conciliavit,* a) *expiavit* culpam, sq. acc. Dan. 9, 24. Ez. 45, 20, sq. עַל Lev. 5, 26, sq. בְּעַד (pro) Ex. 32, 30; sq. מִן Levit. 4, 26. Num. 6, 11. b) *expiavit, culpa liberavit* reum, sq. עַל pers. Ex. 30, 15. Lev. 4, 20; sq. בְּעַד Lev. 16, 6. 11. 24. Ez. 45, 17; sq. בְּ Lev. 17, 11; refertur etiam ad res inanimatas quae contaminatae putabantur, sq. acc. Lev. 16, 33, sq. עַל Lev. 16, 18. Plenae locutionis exempla sunt Lev.

5, 18: וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן עַל שִׁגְגָתוֹ *et sacerdos eum expiabit propter culpam* et 4, 26: וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן מֵחַטָּאתוֹ *et expiabit eum sacerdos a culpa.* c) *placavit* eum, qui iniuria affectus erat vel irascebatur, c. acc. pers. Gen. 32, 21. Prov. 16, 14, it. calamitatem ingruentem placavit h. e. piaculis amolitus est. Jes. 47, 11. — Sacrificium, quo expiatio fit, ponitur praevio בְּ. 2 Sam. 21, 3. Num. 5, 8.

Pu. 1) *tectus* i. e. *oblitteratus est* pr. de litteris, quae stylo obducto tegebantur et delebantur. Jes. 28, 18: וְכֻפַּר בְּרִיתְכֶם *oblitterabitur* i. e. abolebitur *foedus vestrum*, locutione petita a scripta foederis lege. (Aram. ܟܦܰܪ, כַּפֵּר abstersit, diluit, abolevit). 2) pass. Pi. 2, a: *expiata est* culpa. Jes. 6, 7. 22, 14. 27, 9. 3) pass. Pi. 2, b *culpa liberatus est* reus, *veniam impetravit* Ex. 29, 33. Num. 35, 33.

Hithpa. fut. יִתְכַּפֵּר 1 Sam. 3, 14, et *Nithpa.* נִכַּפֵּר Deut. 21, 8 *expiata est* culpa.

Nomm. derivata statim sequuntur, praeter כְּפוֹר, כְּפִיר et n. pr. כְּפִירָה.

כָּפָר m. *pagus*, *vicus*, ita dictus, quia *tectum* praebet incolis. Cant. 7, 12. 1 Chron. 27, 25. Neh. 6, 2. Arab. كَفْرٌ id.

כְּפַר הָעַמּוֹנִי (pagus Ammonitarum) n. pr. oppidi Benjaminitarum. Jos. 18, 24. In Keri articulus omissus est.

כֹּפֶר m. 1) i. q. כָּפָר *pagus*, *vicus*. 1 Sam. 6, 18.

2) *pix*, ab obducendo, oblinendo dicta, cf. rad. no. 2. Gen. 6, 14. (Aram. ܟܽܘܦܪܳܐ et arab. كُفْرٌ id.).

3) *cyprus*, gr. *κύπρος*, frutex vel arbuscula, floribus odoratis, subalbis, in racemorum modum crescentibus, arab. حِنَّاءُ, حَنَّاءَةٌ, Lawsonia inermis Linn., bene monente Io. Simoni ita dicta, quia pulvere ex eius foliis confecto et in aqua subacto mulieres in oriente ungues *oblinunt*, ad inducendum illis ornatus gratia colorem rufum. Cant. 1, 14: אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר racemus cypri. Plur. כְּפָרִים Cant. 4, 13. Cf. O. Celsii Hierobot. T. I, p. 222. Oedmanni verm. Sammlungen aus der Naturkunde, fasc. I, cap. 7.

4) *λύτρον*, *pretium expiationis vel redemtionis.* Ex. 21, 30. 30, 12: כֹּפֶר נַפְשׁוֹ *pretium pro vita sua redimenda.* Jes. 43, 3: כָּפְרְךָ *pretium, quo tu redimaris.*

כִּפֻּרִים pl. m. *expiationes.* Ex. 29, 36. 30, 10. 16. יוֹם הַכִּפֻּרִים dies expiationis. Lev. 23, 27. 25, 9.

כַּפֹּרֶת f. *operculum*, a rad. כָּפַר no. 1, duntaxat de operculo arcae foederis. Ex. 25, 17 sq. 30, 6. 31, 7. בֵּית הַכַּפֹּרֶת adytum templi, in quo collocata erat arca foederis. 1 Chr. 28, 11. LXX *ἱλαστήριον* (Vulg. *propitiatorium.* Luther. Gnadenstuhl), qs. esset a *placandi* significatione, v. כָּפַר no. 2, c.

כָּפַשׁ prob. i. q. כָּבַשׁ, كَبَسَ I. IV. *texit*, *obruit* aliqua re. Thren. 3, 16: הִכְפִּישַׁנִי בָּאֵפֶר *obruit me cinere.* Apud Talmudistas de mensura cumulata, it. de ecclesia Judaica in cinerem depressa s. cinere obruta (מכבשת באפר Ber. rabba, sect. 75). Chald. *humiliavit me in cinere.* LXX. vero et Vulg. *ἐψώμισέ με σποδόν*, *cibavit me cinere*, e contextu, quia cibandi verba antecedunt.

כְּפַת chald. *ligavit*, *vinxit.* Praet. Peil. Dan. 3, 21. Pa. id. ib. 20. 23. 24.

כַּפְתּוֹר quadrilitt. quod mihi compositum videtur ex trilitteris כפר texit et כָּתַר coronavit, inde 1) *corolla*, *capitulum* a) columnarum, Säulen-Capitäl, Knauf

Amos 9, 1. Zeph. 2, 14. b) ornamentum candelabri aurei. Ex. 25, 31. 33. 34 sq. 37, 17 sq. LXX σφαιρωτῆρες. Vulg. sphaerulae. Josephus (Ant. 3, 6 §. 7) mala granata reddit. Cf. syr. ܟܦܬܐ balaustium (mali granati).

2) n. pr. regionis Jer. 47, 4. Am. 9, 7, plur. כַּפְתֹּרִים Gen. 10, 14. Deut. 2, 23 de incolis eius. Et hi quidem Aegyptiorum colonia et Philistaeorum patres fuisse traduntur l. l. c. c., in quibus Gen. l. c. verba אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם פְּלִשְׁתִּים coll. reliquis locis post כַּפְתֹּרִים ponenda videntur (v. Vaterum ad h. l.). — Veteres interpretes tantum non omnes *Cappadociam* intelligunt, sed ex Jer. l. c. insulam vel certe oram maritimam (אִי) fuisse apparet. Fuerunt propterea, qui *Cyprum* cogitarent, eique et situs locorum favet et quaedam nominis similitudo: sed obstat quod Cyprios כִּתִּים vocari tantum non certum est. Malo igitur *Cretam* insulam, cui hoc etiam favet, quod Philistaei כְּרֵתִי appellantur (Cretenses), v. sub h. v. et Michaëlis Spicil. T. I. p. 292—308. Supplemm. p. 1338.

כַּר plur. כָּרִים m. 1) *agnus*, maxime pinguis et saginatus (Deut. 32, 14. Jes. 34, 6. Ez. 39, 18), in laetis pascuis pascens, a saltando dictus (rad. כָּרַר). Am. 6, 4. 1 Sam. 15, 9. 2 Reg. 3, 4. Ps. 37, 20. Jer. 51, 40. Vulg. agnus, syr. ܡܬܦܛܡܐ saginatus, chald. פַּטִּים pinguis. Collect. Jes. 16, 1: שִׁלְחוּ־כַר מֹשֵׁל־אֶרֶץ *mittite agnos domini terrae*, h. e. qui debentur regi, terrae domino. Translate est a) *agnorum pascuum, pratum* Jes. 30, 23. Ps. 65, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *pascua gregibus vestiuntur*, ornantur. b) *aries ferreus*, gr. κριός, machina bellica, qua moenia urbium expugnandarum perforabant, arab. etiam كَبْش dicta. Ez. 4, 2. 21, 27. (*Agni* et *pascui* significatu hoc vc. etiam Iones adoptarunt. Hesych. Κάρ ... πρόβατον. Κάρα ... Ἴωνες τὰ πρόβατα. Κάρνος ... βόσκημα, πρόβατον. Κάρος ... βόσκημα. Cf. Bocharti Hieroz. 1, 429).

2) כַּר הַגָּמָל Gen. 31, 34 *sella camelina*, ephippium camelorum dorso alligatum et superne obumbratum, cui mulieres inequitare solent, itidem a *saliendo*, *saltando* dictum, vel ut *currus* a *currendo* (cf. אַפִּרְיוֹן). Arab. كُور et مَكْوَر, it. قِرّ id. V. Jahnii bibl. Archaeol. T. I, vol. I, p. 287. Hartmanni Hebraeerin T. 2, p. 397.

כָּר pr. *perfodiens*, *confossor*, inde *carnifex*, satellitum s. militum praetorianorum genus, quorum erat, supplicia capitalia sumere, i. q. כְּרֵתִי. Ter legitur in Plur. כָּרִי (pro כָּרִים Lgb. p. 525) 2 Reg. 11, 4. 19 de satellitibus Athaljae: הַכָּרִי וְהָרָצִים *carnifices et cursores*, et 2 Sam. 20, 23 in Chethibh de custodia Davidis: הַכָּרִי וְהַפְּלֵתִי, Keri הַכְּרֵתִי וגו׳.

כֹּר m. *mensura* rerum aridarum et fluidarum 1 Reg. 4, 22 (5, 2). Ez. 45, 14 decem Ephas Bathosve continens i. q. חֹמֶר. (Aramaei כּוֹר, ܟܘܪܐ ponere solent pro hebr. חֹמֶר. Adoptarunt etiam Hellenistae κόρος). Origo est in forma *rotunda*, et כֹּר pr. vasculum rotundum significare videtur. Vide rad. כָּרַר.

כְּרָא chald. *doluit*, ut syr. ܟܪܐ. Ithp. Dan. 7, 15: אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי *doluit animus meus*.

כָּרַב rad. dubia, v. כְּרוּב.

כִּרְבֵּל quadrilitt. i. q. כָּבַל, כְּבַל (q. v.) *accinxit*, *induit*, inserta littera ר. V. Lgb. p. 864. Pass. מְכֻרְבָּל *cinctus*, *indutus*. 1 Chr. 15, 27. Inde

כַּרְבְּלָא chald. f. *pallium*. Dan. 3, 21.

I. כָּרָה *fodit*. (Chald. כְּרָא et arab. كرا fodit terram. Vicina sunt כּוּר no. I, אָכַר, it. קוּר et נָקַר). V. c. puteum Gen. 26, 25, foveam 50, 5. Hinc a) transfertur ad insidias. Ps. 7, 16. 57, 7. 119, 85. Prov. 16, 27: אִישׁ בְּלִיַּעַל כֹּרֶה רָעָה *homo nequam perniciem parat.* Sq. עַל pers. et omisso foveae vocabulo Iob. 6, 27: תִּכְרוּ עַל־רֵיעֲכֶם *foditis* (foveas) *amico vestro*, neque aliter in loco vexato 40, 30: יִכְרוּ עָלָיו חַבָּרִים (*si*) *insidias ei* (crocodilo) *struunt socii* i. e. piscatores consociati, *num eum* (captum) *distribuent inter mercatores?* b) Ps. 40, 7: אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures mihi fodisti* locutio poët. eaque fortior et audacior pro vulgari אֹזֶן גָּלִיתָ לִּי *aperuisti mihi aurem* i. e. (hoc) patefecisti mihi. Respondent locutiones nostrae: *jemandem den Staar stechen* i. e. visum acuere alicui, monstrare quae videre debebat sed quasi coecus non viderat: jem. *die Zunge lösen.* Nomm. derivv. כֵּרָה no. I, מִכְרֶה.

II. כָּרָה 1) *emit*, i. q. מָכַר, קָנָה. Deut. 2, 6. Hos. 3, 2. (Arab. كرا I. III. locavit, VI. VIII. X. conduxit).

2) *epulas instituit.* 2 Reg. 6, 23. (Arab. وكر *epulas instituit*, maxime post absolutum aedificium, it. قرى hospitio excepit, قِرًا hospitium. Quomodo haec cum emendo cohaereant, non definio. Fortasse epulae intelliguntur lautiores, quibus propria penus non sufficiebat, propterea aliunde *coemtae*, zu denen man einkaufen mufs).

I. כָּרָה vel **כֵּרָה** f. pl. cstr. כְּרֹת *foveae, cisternae*, rad. כָּרָה no. I, cf. Gen. 26, 25. Zeph. 2, 6: נְוֹת כְּרֹת רֹעִים וְגִדְרוֹת צֹאן *arva plena cisternis pastoriciis et pecorum septis.* Voce כְּרֹת alluditur ad כְּרֵתִים v. 5.

II. כֵּרָה f. *epulae*, a rad. כָּרָה no. II, 2. 2 Reg. 6, 23.

כְּרוּב pl. כְּרוּבִים m. 1) *Cherub*, in Hebraeorum theologia natura quaedam sublimior et coelestis, cuius formam ex humana, bovina, leonina et aquilina (quae tria animalia cum homine potentiae et sapientiae symbola sunt) compositam sibi fingebant (Ez. 1 et 10). Primum paradiso custodiendo Gen. 3, 24, deinde Dei solio super alis per nubes gestando eos adhibitos legimus, unde 2 Sam. 22, 11: וַיִּרְכַּב עַל כְּרוּב וַיָּעֹף *Cherubis vectus volavit.* Ps. 18, 11: יוֹשֵׁב הַכְּרֻבִים *qui sedet super Cherubis.* 1 Sam. 4, 4. 2 Sam. 6, 2, denique Cheruborum statuae ligneae auro obductae in adyto tabernaculi sacri (Ex. 25, 18 sq.) et templi Salomonei erant (1 Reg. 6, 23), cuius parietibus etiam Cheruborum figurae insculptae erant. Longius petita nec circumspecta est J. D. Michaëlis opinio, qui (Comment. soc. Gotting. 1752 et in Supplemm. pag. 1343) Cherubos equis tonantibus Graecorum comparavit.

De etymo ambigitur. Quod olim conferebam, „syr. ܟܪܘܒܐ potens, fortis, Cast." abiiciendum erat, simul atque ex ipsis Bar Bahluli verbis intellexeram, illam significationem errore niti Castelli (Anecdd. Orient. fasc. 1, p. 66). Modo semiticae originis est hoc vc., vel כרב litteris transpositis est pro רכב et כְּרוּב qs. רְכוּב *iumentum divinum* (Ps. 18, 11) coll. arab. رَكُوبٌ navis vectoria, vel (quae Hydii est sententia non improbabilis, de rel. vett. Persarum p. 263) כְּרוּב est i. q. קָרוֹב (cf. كرب = قرب) qui Deo *propinquus* est, ei *adstat*, interioris admissionis est. Alii, ut Eichhornius (introd. in

V. T. T. III, p. 80 ed. 4) כרובים idem esse volunt, atque γρυφες (Greifen) Persarum, montium auriferorum custodes (coll. Gen. l. c.), quo posito radix quaerenda esset in pers. كرفتن (greifen) prehendere, capere, tenere. Cf. etiam quae de Cherubis disputavit Roedigerus noster, in Erschii et Gruberi Encycl. T. 16 v. *Cherub.*

2) n. pr. m. Esr. 2, 59. Neh. 7, 61.

כָּרוֹז m. chald. emphat. כָּרוֹזָא *praeco.* Dan. 3, 4. (Syr. ܟܪܘܙܐ). A rad.

כְּרַז chald. *clamavit*, *proclamavit*, more praeconis. Aph. id. Dan. 5, 29. (Late patet haec radix in linguis indogermanicis. Sanscr. *krus* clamare, zend. *khresiô* clamans, praeco, pers. غرشيدن , كريستن clamare, gr. κηρύσσω, it. κρίζω, κράζω, nostr. *kreischen*, *kreifsen, to cry.* Cf. קָרָא. Apud Arabes christianos كرز est concionatus est, pro κηρύσσειν).

כָּרִי 2 Reg. 11, 4. 19 v. כַּר.

כְּרִית (separatio) n. pr. rivi ab oriente Jordanis 1 Reg. 17, 3. 5.

כְּרִיתוּת et **כְּרִיתֻת** f. *discissio* coniugii, *divortium.* סֵפֶר כְּרִיתֻת Deut. 24, 1. 3. Jes. 50, 1, סֵפֶר כְּרִיתֻתֶיהָ Jer. 3, 8 libellus divortii. Rad. כָּרַת.

כָּרַךְ rad. inusit., syr. *circumdedit*, it. syr. et chald. *circumvolvit*, *involvit.* Videtur haec radix secundaria esse ex כרר, כרכר circumdedit (unde כִּכָּר circus, circulus), abiecta una radicali, cf. שַׁרְשָׁה catena, ex שַׁרְשְׁרָה (Gramm. hebr. p. 73).

Inde תַּכְרִיךְ pallium, syr. ܟܪܟܐ arx, cf. כַּרְכְּמִישׁ, et

כַּרְכֵּב quadril. inusit. zab. *circumdedit*, comp. ex כָּרַךְ circumdedit et כבב (q. v.) convolvit. Inde

כַּרְכֹּב m. c. suff. כַּרְכֻּבּוֹ Ex. 27, 5. 38, 4 *ambitus*, *margo*, qui in medio altari supra cancellos aeneos circumductus erat, fort. ut susciperet, quae de altari deciderent.

כַּרְכֹּם m. *curcuma*, *crocus indicus.* Cant. 4, 14. LXX κρόκος. (Chald. כּוּרְכְּמָא, כּוּרְכֵּם crocus, כַּרְכֵּם croceo colore tinxit. Arab. كركم id., sanscr. *kankom* et *kunkuma*, armen. *khekhrym*).

כַּרְכְּמִישׁ Jes. 10, 9. Jer. 46, 2. 2 Chr. 35, 20 n. pr. urbis ad Euphratem haud dubie eiusdem quae Graecis Κιρκήσιον, lat. *Cercusium*, arab. قرقيسيا appellatur. Urbs est satis magna et munita, in insula sita, quam Chaboras fluvius facit ab oriente in Euphratem influens. Nomen hebraeum compositum est ex כָּרַךְ, syr. ܟܪܟܐ arx, et nomine quodam proprio מִישׁ. V. Michaëlis suppl. p. 1352.

כַּרְכַּס n. pr. eunuchi Xerxis, Esth. 1, 10. Pers. كركس aquila.

כִּרְכָּרוֹת f. *dromades* s. camelae veloces (cf. Herod. 3, 103: αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχύτητά εἰσι), a cursu *saltabundo* dictae (rad. כָּרַר Pi. כִּרְכֵּר saltavit), interdum instrumentis musicis accelerato. V. Boch. Hieroz. T. I, p. 90. Schult. animadverss. et Comment. nostr. ad Jes. l. c.

כָּרַם rad. inusit. Arab. كَرُمَ *nobilis*, *generosae indolis fuit*, neque solum de hominibus, sed etiam de aliis rebus, كَرْمٌ terra bona et foecunda, مَكْرَمَةٌ egregias plantas producens terra. Inde

כֶּרֶם m. (bis fem. Jes. 27, 2. 3) c. Suff. כַּרְמִי plur. כְּרָמִים, כַּרְמֵי

1) *ager plantis nobilioribus consitus*, in horti et arboreti modum cultus. כֶּרֶם זַיִת olivetum Iud. 15, 5. דֶּרֶךְ כְּרָמִים via quae ducit ad hortos et arboreta i. e. ad terram cultam, sedem hominum, opp. deserto. Iob. 24, 18.

2) Spec. *vinea* Ex. 22, 4. Deut. 20, 6. 28, 30 et saepe; plene כֶּרֶם חֶמֶר hortus vini. Am. 5, 6. *Vinea* autem prophetis passim imaginem praebet populi israëlitici. Jes. 3, 14. 5, 1 sq. 27, 2 sq. 51, 3, cf. Matth. 20, 1 sq. 21, 28. Luc. 20, 9. (Arab. كَرْم id.). Inde est denom.

כֹּרֵם m. (ut בֹּקֵר a בָּקָר) *vinitor*. Joël 1, 11. Jes. 61, 5.

כַּרְמִי (vinitor) n. pr. 1) filii Ruben Gen. 46, 9. Ex. 6, 14. 2) Jos. 7, 1. A no. 1. ductum est patron. ei consonum (pro כַּרְמִיִּי) Num. 26, 6.

כַּרְמִיל m. *coccinum, color coccineus* e vermiculis ingenti numero ilicis quasdam species inhabitantibus (coccus ilicis Linn.) paratus, it. *panni coccinei*, in sequiori Hebraismo i. q. in antiquiore שָׁנִי, תּוֹלַעַת q. v. 2 Chr. 2, 6. 13. 3, 14. Persis hoc vc. acceptum referebant Hebraei. Est enim a pers. كرم *kerm*, sanscr. *krimi* vermis, et ال splendide rubens, cf. armen. *karmir*, arab. قرمز vermiculus cocci, قرمزل coccus, nostr. cramoisi, carmesin. Similiter a *vermiculo* ductum gall. *vermeil*.

כַּרְמֶל (a nomine כֶּרֶם, adiecta terminatione *el*, quam vim diminutivam habuisse suspicor, v. p. 511) m. 1) *hortus, locus in horti modum cultus, arboribus frugiferis, oleribus et frugibus consitus* (Kimchi: מקום אילנות פירות ושדות תבואה), modo deserto, modo silvae oppositus. Jes. 29, 17: *Libanus in hortum mutabitur, et hortus silva erit.* 32, 15. 16. Jer. 2, 27: *deduxi vos* אֶל־אֶרֶץ הַכַּרְמֶל *in regionem horto similem, ut comedatis fructum eius.* Jes. 10, 18. 16, 10. Jer. 48, 33. 2 Par. 26, 10. Cum Suff. כַּרְמִלּוֹ 2 Reg. 19, 23 de Libano: יַעַר כַּרְמִלּוֹ *silva eius horto similis*, intellige cedrorum seminarium in recessibus Libani.

2) meton. notare videtur *fruges hortenses*, eosque *praecociores* et nobiliores, ut etiam nos generosiores et praecociores frugum et leguminum species in hortis colere, talesque campestribus praeferre solemus. Sic intelligo גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל Lev. 2, 14 i. e. *contusum* s. polenta, ptisana *frumenti praecocis* et horni, per ellipsin in vc. trito perfacili כַּרְמֶל Lev. 23, 14. 2 Reg. 4, 42. In utroque Levitici loco כַּרְמֶל ג׳ in altari offertur cum panibus primitiarum, cum quibus etiam 2 Reg. l. c. copulatur, et nescio an *polenta* (*ἄλφιτα*) intelligenda sint *ex granis recentibus et praecocibus frumenti horni contusis et decorticatis facta* (frische Weizen- und Gerstengrütze), quibus utpote numini offerendis aristas adhibebant nobilissimas et praecoces in hortis cultas. Haud igitur absurda est, adeoque viam ad veritatem parat Hebraeorum interpretatio: שבלת רכה ילחה *arista tenera et recens* (non: viridis).

3) n. pr. a) promontorii fertilissimi ad mare mediterraneum in finibus australibus Asseritarum siti, plerumque c. art. הַכַּרְמֶל Am. 1, 2. 9, 3. Jer. 4, 26. Cant. 7, 6, plene הַר הַכַּרְמֶל (mons horti) 1 Reg. 18, 19. 20, sine art. Jes. 33, 9. Nah. 1, 4. Jos. 19, 26. Cant. l. c.: רֹאשֵׁךְ עָלַיִךְ כַּכַּרְמֶל *caput tuum Carmelo simile* est, h. e. comis ornatum, ut ille arboribus. Cf. Relandi Palaestina p. 327. b) oppidi in montanis ad occidentem maris mortui, ubi hodieque *el Kirmel*, mons calce constans. Jos. 15, 55. 1 Sam. 15, 12. 25, 5. V. Relandi Palaestina p. 695. Seetzen

in v. Zach monatlicher Correspondenz T. 17, p. 134.

Nom. gent. est כַּרְמְלִי 1 Sam. 30, 5. 2 Sam. 23, 35, fem. —ִית 1 Sam. 27, 3.

כְּרָן n. pr. m. Gen. 36, 26. (Arab. كران i. q. כִּנּוֹר cithara).

כָּרְסֵא chald. *solium, tribunal* i. q. hebr. כִּסֵּא (*s* geminato in *rs* mutato, v. ר litteram) Dan. 5, 20, c. suff. כָּרְסְיֵהּ 7, 9, plur. כָּרְסָוָן ibid.

כִּרְסֵם quadril. ortum ex Pi. verbi כָּסַם q. v. pro כִּסֵּם (v. כָּרְסֵא, et sub litt. ר) *abscidit, depavit, vastavit*, ut aper vineam. Ps. 80, 14. (Arab. كرسم exedit, corrosit, momordit, depavit, chald. קַרְסֵם depavit locusta).

כָּרַע *flexit se, incurvavit se* genu, *sich beugen* (vom Knie). (Vicinum est כָּנַע q. v. Quemadmodum a כנע est κνήμη tibia, ita a כרע est כֶּרַע *crus*, tibia. Apud Arabes significationis primigeniae vestigia tantum supersunt, ut: prono ore bibit pr. incurvavit se ad bibendum; appetivit congressum viri pr. incurvavit se ad eum. Transpositis litteris ركع est incurvatus est prae senio, inter precandum). Inde Jes. 45, 23: תִּכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ *flectunt se genua cuncta.* Dein de homine: כָּרַע עַל בִּרְכָּיו *in genua procubuit.* Iud. 7, 5. 6. 1 Reg. 8, 54. 2 Reg. 1, 13. Esr. 9, 5. — *Genua flectere* vel *in genua procumbere* autem dicuntur a) qui regem vel summum numen adorant, quo sensu copulatur cum הִשְׁתַּחֲוָה. Ps. 95, 6. Sq. לְ pers. Esth. 3, 2. 5. Jes. 45, 23, לִפְנֵי Ps. 22, 30. 72, 9; b) qui viribus destituti corruunt, labant, ubi sequi solet נָפַל. Iob. 4, 4: בִּרְכַּיִם כֹּרְעוֹת *genua labantia.* Ps. 20, 9: כָּרְעוּ וְנָפָלוּ *corruunt et cadunt.* 2 Reg. 9, 24: *in curru suo collapsus est.* Jes. 10, 4. 46, 1. 2. 65, 12. Iud. 5, 27; c) qui humum decubituri sunt Gen. 49, 9: כָּרַע רָבַץ *incurvat se et decumbit.* Num. 24, 9; d) mulieres parturientes (ex more in Aethiopia etiamnum recepto, ubi mulieres in genua prolapsae parturiunt, v. Ludolfi hist. aethiop. I, 15). 1 Sam. 4, 19, it. capreae Iob. 39, 4. — Raro de iis dicitur, qui toto corpore incurvantur proni (cf. arab.) 2 Par. 7, 3: וַיִּכְרְעוּ אַפַּיִם אַרְצָה *et proni humum prolapsi sunt.* Inde כָּרַע עַל אִשָּׁה compressit feminam Iob. 31, 10, cf. incurvare Martial. XI, 44, inclinare Juvenal. IX, 26. X, 224.

Hiph. 1) *procumbere fecit, prostravit* hostes Ps. 17, 13. 18, 40. 78, 31. 2) *depressit* i. e. *afflixit* aliquem. Iud. 11, 35. Inde

כְּרָעַיִם dual. fem. *utrumque crus,* utraque tibia, qua flexa decumbitur (Unter-Schenkel, das Wadenbein, vom Knie abwärts) Ex. 12, 9. Lev. 1, 13. 8, 21. 9, 14. Am. 3, 12; de pedibus saltatoriis locustae (arab. كُرَاع) Lev. 11, 21.

כַּרְפַּס *carbasus*, pannus linteus l. bombycinus subtilior isque albi coloris Esth. 1, 6, arab. كُرْفُسٌ pers. كرباس, gr. κάρπασος, lat. *carbasus*, species tenuis lini, quod in Oriente et India gigni scriptores classici referunt, sanscr. *karpâsa* bombycinum v. Celsii Hierobot. T. II, p. 157.

כָּרַר rad. in Kal inusit. 1) pr. *in orbem ivit*, cf. radd. vicinas, sed molliores גָּלַל et חוּל. Inde כַּר pr. vas rotundum i. q. גֻּל, גֻּלָּה. 2) *saltavit* (cf. חוּל no. 1, gr. praemisso sibilo σκαίρω), *exultavit* (v. כַּר agnus, ab exultando dictus), it. *cucurrit*, unde כַּר no. 2 pilentum (cf. *curro, currus, carrus, carrum*, angl. *to carry*).

Pi. כִּרְכֵּר *saltavit* 2 Sam. 6, 14. 16 i. q. רִקֵּד in loco parallelo 1 Par.

15, 29. Inde כִּרְכָּרוֹת dromades, a cursu saltabundo.

Ex כִּרְכֵּר primo *circumeundi* significatu ortum est trilitterum secundarium כָּרַךְ circumdedit, et nomen כִּכָּר pro כִּרְכָּר circulus, orbis.

כָּרַשׁ rad. inusit. *incurvatus est, inclinavit se* i. q. vicina קָרַס. Inde

כְּרֵשׂ *venter*, ab incurvando dictus, ut germ. *Bauch* a verbo *beugen,* et hebr. גָּחוֹן a rad. גָּחַן. Jer. 51, 34. (Aram. ܟܪܣܐ, ܟܪܣ, כְּרֵיסָא i. q. בֶּטֶן, arab. كَرِش ventriculus ruminantium, كَرْشَاءُ mulier ventricosa).

כֹּרֶשׁ n. pr. *Cyrus*, rex Persarum. Esr. 1, 1. 7. 8. Jes. 44, 28. 45, 1. 2 Chr. 36, 22. 23. Dan. 1, 21. 6, 29. 10, 1. Graeci hoc nomen Persis *solem* notasse observant (v. Ctesias ap. Plut. Artax. Opp. T. I, p. 1012 Etym. M. *Κῦρος, κοῦρος, ἥλιος*), et recte quidem: est enim zend. *khoro, hur, ahurô,* pers. خور, هور (cf. sanscr. *sûra, sûri* et, quod usitatissimum est, *sûrja*). ־ֶשׁ est terminatio, ut in דָּרְיָוֶשׁ. — Quod nuper U. Möllerus (de authentia oraculorum Esaiae. Hauniae 1825, p. 209 sq.) de nomine כֹּרֶשׁ apud Jesaiam non Cyrum regem, sed populum Israëliticum significante (i. q. כֹּשֶׁר rectitudo) commentus est, id retulisse sufficiat.

כַּרְשְׁנָא n. pr. principis in aula Xerxis Esth. 1, 14. Pers. كارشن belli spoliatio.

כָּרַת fut. יִכְרֹת 1) *secuit, cecîdit, abscîdit, amputavit*, ut vestis partem 1 Sam. 24, 5. 12, arboris ramum Num. 13, 23. 24, praeputium Ex. 4, 25, caput 1 Sam. 17, 51. 5, 4; *cecîdit* arbores, Deut. 19, 5. Jes. 14, 8. 44, 14. Jerem. 10, 3. 22, 7. 46, 23 (unde כֹּרְתֵי הָעֵצִים lignicidae 2 Chron. 2, 9), simulacra deorum Ex. 34, 13. Iud. 6, 25. 26. 30. כָּרוּת Lev. 22, 24, plenius כְּרוּת שָׁפְכָה Deut. 23, 2 *abscisso veretro* castratus.

2) *occîdit, delevit,* homines Deut. 20, 20. Jer. 11, 19. V. Niph. et Hiph.

3) Spec. כָּרַת בְּרִית, gr. *ὅρκια τέμνειν, τέμνειν σπονδάς, icere, ferire, percutere foedus;* a mactatione et dissectione hostiarum in foederibus pangendis consueta (v. Gen. 15, 10. Jer. 34, 18. 19, cf. Bocharti Hieroz. T. I. lib. 2 cap. 35. Danzii interpres pag. 255, it. gr. *σπονδή* libatio, foedus, unde *spondere*). Plerumque cstr. sq. עִם et אֵת (אֶת) *cum* aliquo, Gen. 15, 18. Ex. 24, 8. Deut. 4, 23. 5, 3 et saepe; sed sq. לְ a) ubi alter potentior alteri foederis leges scribit vel imponit 2 Reg. 11, 4, poët. Iob. 31, 1: בְּרִית כָּרַתִּי לְעֵינַי *foedus pepigeram oculis meis*, i. e. hanc legem iis scripseram (cf. 2 Sam. 5, 3. 1 Chr. 11, 3), hinc de Jehova foedus cum hominibus sanciente 2 Chron. 21, 7. Jes. 55, 3. 61, 8. Jer. 32, 40. b) ubi victor victo pacis foederisque beneficium concedit. Jos. 9, 6: עַתָּה כִּרְתוּ לָנוּ בְרִית *age, concede nobis foedus.* Vers. 7 sq. 1 Sam. 11, 1. 2. Exod. 23, 32. 34, 12. 15. Deut. 7, 2. c) ubi Deo aliquid *spondetur* Esr. 10, 3: וְעַתָּה נִכְרָת־בְּרִית לֵאלֹהֵינוּ לְהוֹצִיא כָל־נָשִׁים *iam vero Deo nostro spondeamus, nos mulieres omnes esse dimissuros.* Inde כָּרַת דָּבָר spondere aliquam rem Hagg. 2, 5. — In omnibus illis locutionibus בְּרִית etiam omitti potest 1 Sam. 11, 2. 20, 16. 22, 8. 2 Chr. 7, 18. Jes. 57, 8: וַתִּכְרָת־לָךְ מֵהֶם *et foedere iunxisti tibi* (quosdam) *ex iis.* Vulg. foedus pepigisti cum eis. Pro בְּרִית semel legitur syn. אֲמָנָה Neh. 10, 1.

Niph. 1) *caesa est* arbor Iob. 14, 7. Jes. 55, 13. Transl. *excisus est* ex patria i. e. *eiectus in exilium, expulsus est* Zach. 14, 2. 2) *exstirpatus, deletus est,* de hominibus

Gen. 9, 11. Ps. 37, 9. Prov. 2, 22. 10, 31 et saepe. Ita in formula illa solenni legis mosaicae: נִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא מֵעַמֶּיהָ *exstirpetur haec anima* i. e. hic homo *e populo suo.* Gen. 17, 14. Lev. 7, 20. 21, מִקֶּרֶב עַמּוֹ, עַמִּים, Lev. 17, 4. 9. 18, 29. 20, 18. Num. 15, 30, מִיִּשְׂרָאֵל Ex. 12, 15. Num. 19, 13, מִתּוֹךְ הַקָּהָל Num. 19, 20, מֵעֲדַת יִשְׂרָאֵל Ex. 12, 19, et simpl. נִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִיא Lev. 17, 14. 20, 17, qua *supplicii* poena in universum, eius genere non accuratius definito (nunquam *exilii* poena, ut volebat J. D. Michaëlis in iure mosaico V, §. 237), denotatur Exod. 31, 14, cf. 35, 2 et Num. 15, 32. — Inde 3) *periit, interiit,* i. q. אָבַד. 1 Reg. 2, 4: לֹא־יִכָּרֵת לְךָ אִישׁ מֵעַל כִּסֵּא יִשְׂרָאֵל *non peribit tibi ullus de solio Israëlis.* 8, 25. 9, 5. Jes. 48, 19. Jer. 33, 17. 18. 35, 19, de terra (populo) fame pereunte Gen. 41, 36, de nomine Ruth. 4, 10, de spe Prov. 23, 18. 24, 14, de fide Jer. 7, 28. Jos. 9, 23: לֹא־יִכָּרֵת מִכֶּם עֶבֶד *non interibit* i. e. cessabit *inter vos servus,* i. e. in aeternum eritis servi. 4) *discissus* i. e. divisus *est, divisit se,* de aquis Jordanis. Jos. 3, 13. 4, 7. 2 Sam. 3, 29, cf. כְּרִיתוּת divortium. 5) *absumtus est* cibus Num. 11, 33.

Pu. כֹּרַת et כֻּרַּת *abscissus est* Iud. 6, 28. Ez. 16, 4.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 2 *occidit, delevit,* homines Lev. 17, 10, populos Jos. 23, 4. Zeph. 3, 6. Ez. 25, 7, idololatriae instrumenta Lev. 26, 30. 2) *separavit, disiunxit, subtraxit.* 1 Sam. 20, 15: וְלֹא־תַכְרִית אֶת־חַסְדְּךָ מֵעִם בֵּיתִי *ne subtrahas benevolentiam tuam domui meae.* *Hoph.* הָכְרַת *subtractus est* alicui, sq. מִן Joël. 1, 9.

Nomm. derivata statim sequuntur praeter כְּרִיתֻת, כְּרִית.

כְּרֻתוֹת f. pl. *trabes sectae et dolatae* 1 Reg. 6, 36. 7, 12.

כְּרֵתִי m. 1) *carnifex* (v. rad. כָּרַת no. 1 1 Sam. 5, 4), duntaxat in formula הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי 2 Sam. 8, 18. 15, 18. 20, 7. 23 (collect.) *carnifices et cursores,* quod nomen gerunt satellites s. praetoriani Davidis, quorum erat, tum supplicia sumere, tum mandata regis quam citissime ad eos deferre, qui muneribus regiis praefecti erant (cf. כָּרִי, אִגֶּרֶת, טַבָּח). Vide 1 Reg. 2, 25. 34. 36, coll. Dan. 2, 14. 2) nom. gent. i. q. *Philistaeus,* maxime de Philistaeae australis incolis. 1 Sam. 30, 14. Ezech. 25, 16. Zeph. 2, 5. LXX. et Syrus *Cretes* reddunt, ex quo collatis locis Am. 9, 7. Jer. 47, 4. Deut. 2, 23 non male coniicias, Philistaeos *Creta* oriundos esse, et כַּפְתֹּר *Cretam* insulam significare, v. h. v. Alii כְּרֵתִי dictum opinantur a כָּרַת e patria eiectus est (Zach. 14, 2), ut idem sit quod Ἀλλόφυλος, quo vc. פְּלִשְׁתִּי redditur ab Alex.

כֶּשֶׂב m. et **כִּשְׂבָּה** f. traiectis litteris i. q. כֶּבֶשׂ, כַּבְשָׂה (q. v.) *agnus, agna* Gen. 30, 32. 33. 35. Lev. 3, 7. 5, 6.

כָּשַׂד rad. inusit. Arab. كشد incidit, كُشْدٌ lucrum.

כֶּשֶׂד n. pr. filius Nahoris, fratris Abrahami Gen. 22, 22, qui nescio an commemoratus sit h. l., ut ab eo Chaldaeorum (כַּשְׂדִּים) origo duceretur. Cf. אַרְפַּכְשַׁד.

כַּשְׂדִּים n. gent. pl. 1) *Chaldaei* i. e. Babyloniae incolae, saepe etiam יֹשְׁבֵי בָבֶל appellati Jes. 43, 14. 48, 14. 20. Jer. 21, 9. 32, 4. 24. 25. 28. 29. Ez. 23, 14. 23. Hab. 1, 6—11, poët. בַּת כַּשְׂדִּים Jes. 47, 1. Terra eorum appellatur אֶרֶץ כַּשְׂדִּים *Chaldaea* Jer. 24, 5. 25, 12. Ezech. 12, 13. Jes. 23, 13, et ellipt. כַּשְׂדִּים f. (ut lat. Bruttii, Samnites, pro regione eorum) Jer. 50, 10. 51, 24. 35. כַּשְׂדִּימָה in

Chaldaeam. Ez. 16, 29. 23, 16. Sensu latiori Chaldaeae nomen Mesopotamiam etiam comprehendebat a Chaldaeis passim habitatam Ez. 1, 3. 11, 24, inde אוּר כַּשְׂדִּים Gen. 11, 28 Ur Chaldaeorum, de Mesopotamiae oppido. Quod Chaldaei in Palaestinam irruentes a septentrione (non ab oriente) per Syriam iter fecisse legimus (Jer. 1, 14. 4, 6. 6, 1. — 39, 5. 52, 9. Ez. 26, 7), id neminem morari debet; desertum enim Arabiae (بادية الشام) circumeundum erat, nec alia via patebat. Caeterum de antiquis sedibus Chaldaeorum (in Assyria quaerendis) deque scriptorum sacrorum et profanorum traditionibus inter se conciliandis v. quae uberius disputavimus in comment. ad Jes. 23, 13, et in Erschii ac Gruberi Encycl. T. 16. v. *Chaldaeer*, quae non labefactata putaverim his, quae de eodem argumento tentavit Olshausen, Emendationen zum A. T. p. 41 sq. Quod attinet ad formam *Χαλδαῖος*, *Chaldaeus*, haud scio an haec aeque ac hebr. כַּשְׂדִּי ab antiquiore quadam forma כרדי repetenda sit, quae etiamnum in Curdorum nomine servata est.

Quoniam astrologiae studiosissimi erant Chaldaei, hoc nomine significantur etiam 2) *astrologi, magi* Dan. 2, 2. 4, ut apud scriptt. profanos Diod. Sic. 2, 24. Iuv. Sat. 6, 553, cf. Comment. ad Jes. II, p. 349 sq.

כַּשְׂדַּי emph. כַּשְׂדָּאָה plur. כַּשְׂדָּאִין emph. כַּשְׂדָּיֵא chald. 1) *Chaldaeus*. Dan. 3, 8. 2) *astrologus, magus*. 2, 10. 4, 4.

כָּשָׂה *ἅπαξ λεγόμ.* Deut. 32, 15 *pinguis, obesus* factus *est*, pr. ni fallor *adipe tectus est*. Cf. Arab. كَشِيَ Conj. I et V cibo repletus est (Kamûs p. 31).

כַּשִּׁיל m. *ascia, securis*, a caedendo (כָּשַׁל) dicta. Ps. 74, 6. (Chald. id. Jer. 46, 22 Targ.).

כָּשַׁל (semel fut. יִכְשׁוֹל Prov. 4, 16 Chethibh, alibi utuntur fut. Ni.) *titubavit, vacillavit, talipedavit*. A synonymis כָּרַע et כָּנַע nostrum ita differt, ut hoc proprie sit *vacillavit talis* (mit den Knöcheln umknicken), quod vocabulo proprio, sed rarissimo (v. Festus h. v. et Doederlein lat. Synon. III, 62), Romani dicebant *talipedare* (vicinum enim est vocabulo قزل vacillavit pr. talis, talipedavit, a quadril. קַרְסֹל talus q. v.); illud *genua fracta et collapsa* [ut מוּט, נוּט, נוּעַ motitationem et nutationem totius corporis] indicet; utrumque ex virium defectu. — In vulgari tamen linguae usu haec origo saepe negligitur. Est igitur 1) *labavit, corruit, collapsus est*, de casuro. Ps. 27, 2: הֵמָּה כָשְׁלוּ וְנָפָלוּ *illi corruunt et cadunt*. Jes. 31, 3. 59, 14. Hos. 14, 2. Jer. 50, 32, etiam de inanimatis Jes. 3, 8. Ps. 109, 24: בִּרְכַּי כָּשְׁלוּ מִצּוֹם *genua mea labant prae inedia*, cf. Jes. 35, 3. Neh. 4, 4. Part. כּוֹשֵׁל *defatigatus, fessus*, Ps. 105, 37. Jes. 5, 27. 2) *impegit, offendit* in via. Sq. בְּ rei, cui impingitur, Lev. 26, 37. Nah. 3, 3.

Niph. נִכְשַׁל fut. יִכָּשֵׁל i. q. Kal *labavit, collapsus est.* 1 Sam. 2, 4. Prov. 4, 12. Jer. 31, 9. Dan. 11, 19. 33. Metaph. *miser factus est.* Ez. 33, 12.

Pi. Ez. 36, 14 Chethibh et Hiph. 1) *labefecit* Thren. 1, 14. 2) *offendere et labi fecit* aliquem. Prov. 4, 16. 2 Chr. 25, 8. 28, 23. Sensu ethico *fecit ut laberetur, seduxit*. Mal. 2, 8.

Ho. lapsus est. Jer. 18, 23.

Nomm. deriv. כַּשִּׁיל, מִכְשׁוֹל, מַכְשֵׁלָה et

כִּשָּׁלוֹן m. *lapsus*. Prov. 16, 18.

כָּשַׁף in Kal inusit. Syr. Ethpa.

supplicavit, preces vel sacra peregit, v. c. Act. 4, 32. 13, 1 (pro gr. λειτουργεῖν), Phil. 1, 4 (pro gr. δέησιν ποιεῖν). Ut complura Syrorum vocabula ad res sacras pertinentia (v. סָגַד, בַּעַל, כְּמָרִים, קָסַם, q. v.) etiam nostrum in lingua hebraea ad idolorum cultum restringitur, et est

Pi. כִּשֵּׁף *incantavit* (pr. carminibus magicis usus est, mussitavit) 2 Chr. 33, 6. Part. מְכַשֵּׁף *incantator, magus.* Ex. 7, 11. Deut. 18, 10. Dan. 2, 2. Mal. 3, 5. Fem. מְכַשֵּׁפָה Ex. 22, 18. LXX φαρμακός, φαρμακεύεσθαι, Vulg. *maleficus, maleficis artibus inservire.*

Inde n. pr. אַכְשָׁף, et quae protinus sequuntur,

כֶּשֶׁף tantummodo in pl. כְּשָׁפִים *incantationes, praestigiae.* 2 Reg. 9, 22. Mich. 5, 11. Nah. 3, 4. Jes. 47, 12, et

כַּשָּׁף *incantator* Jer. 27, 9.

כָּשֵׁר fut. יִכְשַׁר 1) *rectus fuit*, ut cognatae radices אָשַׁר, יָשַׁר. Sq. לִפְנֵי Esth. 8, 5: וְכָשֵׁר הַדָּבָר לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ *et* (si) *rectum est coram rege* i. e. regi probatur, placet. (Chald. id.). 2) *bene cessit,* inde *bene provenit, crevit* semen. (Syr. id.). Eccl. 11, 6.

Hiph. prosperavit. Eccl. 10, 10.

Inde כּוֹשָׁרָה, כִּישׁוֹר, et

כִּשְׁרוֹן m. syr. ܟܘܫܪܐ 1) *successus prosper, incrementum.* Eccl. 2, 21. 4, 4. V. כּוֹשָׁרָה. 2) *emolumentum, commodum.* Eccl. 5, 10.

כָּתַב fut. יִכְתֹּב *scripsit.* (Arab. syr. chald. id.). Constr. sq. acc. eius, quod scribitur 2 Sam. 11, 14. Deut. 10, 2. 31, 24, sed sq. עַל Deut. 6, 9. 11, 20, אֶל Jerem. 36, 2. Ez. 2, 10, et בְּ Neh. 7, 5. 8, 14. 13, 1 materiae cui inscribitur; rarius sq. acc. Jes. 44, 5: יִכְתֹּב יָדוֹ לַיהוָה pr. *litteris implet manum suam* (er *be*schreibt seine Hand) *in honorem Jehovae*, cf. Ex. 32, 15. Ez. 2, 10. כָּתַב סֵפֶר אֶל־פ׳ epistolam scripsit ad aliquem 2 Sam. 11, 14, sq. עַל pers. 2 Chr. 30, 1. Sed haec posterior structura notat etiam: *praescripsit* 2 Reg. 22, 13. Ps. 40, 8, it. sq. אֶל Esth. 9, 23, et לְ Prov. 22, 20. Hos. 8, 12. Esr. 4, 7: כָּתוּב אֲרָמִית *litteris aramaeis scriptum.* Spec. est a) *perscripsit, litteris consignavit* (aufschreiben), Num. 23, 2. Iud. 8, 14. b) *descripsit.* Jos. 18, 4. 6. 8. c) *conscripsit,* in indicem retulit homines, cives, milites Ps. 87, 6: יְהוָה יִסְפֹּר בִּכְתוֹב עַמִּים *Jehova lustrat conscribendo populos.* Jes. 4, 3: כָּל־הַכָּתוּב לַחַיִּים *quicunque conscriptus est ad vitam,* cf. Jer. 22, 30. Ps. 69, 29. d) *scripsit sententiam,* i. e. *decrevit.* Jes. 65, 6. Iob. 13, 26. (Arab. كتب sq. على decrevit de aliquo, كتاب sententia iudicis).

Niph. pass. *scriptus, perscriptus est* Esth. 1, 19. 2, 23. Iob. 19, 23. Jer. 17, 13.

Pi. i. q. Kal litt. d. Jes. 10, 1.

Inde מִכְתָּב et quae protinus sequuntur.

כְּתָב m. (Kamez impuro) i. q. syr. ܟܬܳܒܳܐ, arab. كِتَاب sequioris Hebraismi vc. pro antiquiore סֵפֶר 1) *scriptum, scriptura.* Esth. 3, 14. 8, 8. 2 Chr. 2, 10: וַיֹּאמֶר בִּכְתָב *et locutus est scripto* i. e. per litteras. De *scripturae genere* s. de figura litterarum Esr. 4, 7, de apographo Esth. 4, 8. 2) *liber* Dan. 10, 21, spec. *index.* Ez. 13, 9. Esr. 2, 62. Neh. 7, 64.

כְּתָב m. chald. id. 1) *scriptum, scriptura* Dan. 5, 8. 15. 16. 24. 2) spec. *praeceptum* Esr. 6, 18. 7, 22: דִּי לָא כְתָב *sine praecepto,* i. e. pro lubitu, quantum opus est.

כְּתַב fut. יִכְתֻּב chald. *scripsit.* Dan. 5, 5. 6, 26. 7, 1.

כְּתֹבֶת f. *scriptura* Lev. 19, 28. V. קַעֲקַע.

כִּתִּים et **כִּתִּיִּים** n. gent. pl. *Chittaei* i. e. 1) *Citienses s. Cyprii,* ita dicti a Phoenicum colonia celeberrima in insula Cypro *Κίτιον, Κίττιον* Gen. 10, 4. Jes. 23, 1. 12. Ezech. 27, 6. Singularem in V. T. nusquam obvium habes in inscriptione bilingui Athenis reperta (de qua prolixius disputavimus in Boeckhii Corpore inscriptt. gr. Vol. I p. 523), ubi n. pr. viri Citiensis Athenis sepulti graece scribitur *Νουμήνιος Κιτιεύς*, phoeniciis litteris בן חדש ... אשכתי i. e. בֶּן־חֹדֶשׁ ... אִישׁ כִּתִּי (filius novilunii — vir Citiensis).

2) Ampliore significatu in universum *insulas et oras maris mediterranei, maxime septentrionales, Graeciae* igitur *et maris Aegaei insulas orasque* complectebatur (simili modo atque אִיִּים, quod latius etiam patet) Num. 24, 24. Jer. 2, 10. Dan. 11, 30 (cf. Liv. 14, 29), quo sensu Perseus 1 Macc. 8, 5, *Κιττιέων βασιλεύς* appellatur, et Alex. M. ibid. 1, 1 *ἐκ τῆς γῆς Χεττιειμ* venisse dicitur, cf. Dan. l. c. De utroque significatu verum iam pridem viderunt Josephus (Ant. 1, 6 §. 1: *Χέθιμος δὲ Χεθιμὰ τὴν νῆσον ἔσχεν· Κύπρος αὕτη νῦν καλεῖται. καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι, καὶ τὰ πλείω τῶν παρὰ θάλασσαν Χεθὶμ ὑπὸ Ἑβραίων ὀνομάζεται. μάρτυς δέ μου τοῦ λόγου μία τῶν ἐν Κύπρῳ πολέων ἰσχύσασα τὴν προσηγορίαν φυλάξαι. Κίτιος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται*) et Epiphanius, Cypri episcopus Palaestina oriundus et litterarum Hebraearum non imperitus (adv. haer. 30 §. 25): *παντὶ δὲ δῆλόν ἐστι, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι.* Vulg. *Italiam* reddit, ni fallor propter Dan. l. c. Plura dederunt Bochartus, Phaleg pag. 137. Michaëlis Spicileg. T. I, p. 103 sq. Supplemm. p. 1377 sq. et nos disputavimus in Comment. ad Jes. 23, 1.

כָּתִית m. *oleum tusum* Ex. 27, 20. 29, 40. Lev. 24, 2 i. e. tale, teste R. Salomone, quod ex olivis in mortario tusis neque prelo subiectis destillat, ideoque purissimum et generosissimum. Rad. כָּתַת.

כָּתַל rad. inusit. Arab. كتل *in unum coëgit,* unde كُتْلَةٌ luti massa coacta. Inde

כֹּתֶל m. *paries,* fort. e luto coacto factus. Cant. 2, 9.

כְּתַל id. Dan. 5, 5 plur. כֻּתְלַיָּא (ut גֻּבְרַיָּא, גְּבַר). Esr. 5, 8.

כִּתְלִישׁ (prob. contr. ex כֹּתֶל = כְּתַל et אִישׁ) n. pr. oppidi in tribu Judae. Jos. 15, 40.

כָּתַם in Kal inusit. I) i. q. كتم *abscondidit, recondidit.* V. כֶּתֶם. II) *maculatus, inquinatus* est. Syr. Pa. ܟܬܡ inquinavit. Ethp. inquinatus, sordidus, maculatus fuit, v. Niph. III) i. q. כָּתַב, permutatis litteris מ et ב. V. מִכְתָּם.

Niph. pass. no. II *inquinatus est* Jer. 2, 22. A no. I est

כֶּתֶם m. vox poëtica, *aurum,* pr. *quod reconditur* in thesauris, *pretiosum* (cf. סְגוֹר et סָגוּר). Iob. 28, 16. 19. 31, 24. Prov. 25, 12. Dan. 10, 5. Cant. 5, 11. De ornatu aureo Ps. 45, 10. Abulwalides margaritas intelligit.

כָּתַן rad. inusit. fort. i. q. כָּתַם no. I et aeth. ከደነ: *operuit, texit,* ተከደነ: vestivit se, ክደን: tunica. Inde

כְּתֹנֶת (ubique in st. absol.) et **כֻּתֹּנֶת** (raro absol. Ex. 28, 39, plerumque in st. cstr.) c. Suff. כֻּתָּנְתִּי gr. *χιτών, tunica,* vestis interior cuti proxima (Levit. 16, 4), etiam a mulieribus gestata (Cant. 5, 3.

2 Sam. 13, 18), ut plurimum manicata, ad genua, raro ad talos usque (v. פַּסִּים) dependens. (De etymo ambigitur. Arab. كَتَّانٌ, chald. כִּתָּן, כִּיתָן, כְּתַן, syr. ܟܬܳܢ est *linum, linteum*, cf. قُطْنٌ, قُطُنٌ *bombyx, bombycinum*, nostr. *Cotton, Cattun*, possitque vestis a materia appellata esse. In eandem sententiam Bohlenius nuper contulit sanscr. *katam* textum, textile, linteum. Nescio tamen an facilius sit, כְּתֹנֶת a tegendo et vestiendo ducere, v. rad. כָּתַן). Plur. כָּתֳּנוֹת Ex. 28, 40. 29, 8. 40, 14 et כְּתֹנוֹת Ex. 39, 27, cstr. כָּתְנוֹת Gen. 3, 21. Ex. 39, 27, c. suff. כָּתְנוֹתָם Lev. 10, 5.

כָּתֵף cstr. כֶּתֶף f. 1) *humerus;* quod quomodo differat a שְׁכֶם, v. s. v. (Arab. كَتِفٌ, كِتْفٌ id., unde ductum verbum denom. كَتَفَ laesit in humero cet.). *In humero* (עַל כָּתֵף Jes. 46, 7. 49, 22, בַּכָּתֵף Num. 7, 9) onera gestari dicuntur (etiam a iumentis Jes. 30, 6), unde metaph. Neh. 9, 29: וַיִּתְּנוּ כָתֵף סוֹרֶרֶת *humerum rebellem dabant*, i. e. morem gerere nolebant, pr. ferre recusabant, cf. Zach. 7, 11. בֵּין כְּתֵפָיו inter humeros i. e. in tergo eius 1 Sam. 17, 6. 2) Transfertur ad res inanimatas, ut *latus* aedificii 1 Reg. 6. 8. 7, 39, maris Num. 34, 11, oppidi et regionis Jos. 15, 8. 10. 11. 18, 12 sq. Inde poët. dicitur Deut. 33, 12: (Benjamin) *inter eius humeros* (Jehovae) *habitat* h. e. inter montes ei sacros Zionem et Moriam. Jes. 11, 14: *involant* (hostes) *in humerum Philistaeorum*, h. e. irruunt in fines eorum, imagine ab avibus rapacibus petita.

Pl. כְּתֵפוֹת cstr. כִּתְפוֹת, c. suff. כִּתְפָיו (utrumque fem.) 1) *humeralia* vestis pontificalis (אֵפוֹד). Exod. 28, 7. 12. 39, 4. 7. 18. 20. 2) *latera* portae i. e. spatia ad latus portae Ez. 41, 2. 26. 3) *cardines* axis 1 Reg. 7, 30. 34.

כָּתַר in Kal inusit., pr. *circumdedit* i. q. עָטַר, vide longam radicum affinium seriem s. v. אָזַר.

Pi. 1) *circumdedit, cinxit,* sensu hostili. Iud. 20, 43. Ps. 22, 13. 2) *exspectavit,* ut apud Syros et Chaldaeos, prob. a circumeundo, cf. חוּל no. 7 et יָחַל. Iob. 36, 2.

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1, sensu hostili Hab. 1, 4, sed in bonam partem Ps. 142, 8, sq. בְּ. 2) tanquam *coronam induit, coronavit se* aliqua re (v. כֶּתֶר). Prov. 14, 18: עֲרוּמִים יַכְתִּרוּ דָעַת *prudentes coronantur intelligentiâ.*

Inde כֹּתֶרֶת et

כֶּתֶר m. *diadema* regis Persarum Esth. 6, 8, reginae Esth. 1, 11. 2, 17, gr. κίταρις, κίδαρις Curt. 3, 3.

כֹּתֶרֶת pl. כֹּתָרוֹת f. *capitulum,* caput columnae. 1 Reg. 7, 16 sq. 2 Chr. 4, 12.

כָּתַשׁ (in mortario) *contudit, trivit,* cogn. כָּתַת, nostr. *quetschen.* Prov. 27, 22. Syr. percussit, pugnavit.

Deriv. מַכְתֵּשׁ mortarium.

כָּתַת fut. יַכֹּת 1) *cudit.* Joël. 4, 10. (Congruit *quatio, percutio,* vic. כָּדַד cudo). 2) *contudit, fregit,* v. c. vas Jes. 30, 14. Part. pass. כָּתוּת *contusus* i. e. contusis testiculis castratus Levit. 22, 24. 3) *percussit* i. e. profligavit hostem Ps. 89, 24.

Pi. כִּתֵּת i. q. Kal no. 1. Jes. 2, 4 no. 2. 2 Reg. 18, 4. 2 Chr. 34, 7 no. 3 *percussit* terram i. e. vastavit Zach. 11, 6.

Pu. pass. *contudit, illisit se.* 2 Chron. 15, 6: *illident se gens*

genti, civitas civitati, de bello omnium contra omnes.

Hiph. fut. יַכְּתוּ (hostem) *percussit* i. q. Kal no. 3 Num. 14, 45. Deut. 1, 44.

Hoph. fut. יֻכַּת *contusus est*, de idolorum simulacris Mich. 1, 7, metaph. de hominibus Iob. 4, 20. Jer. 46, 5.

Inde כָּתִית, מְכִתָּה.

ל

Lamed, duodecima Hebraeorum littera, numerum *tricenarium* indicans. Nomen (לָמֶד) idem valet quod מַלְמָד stimulus boum, cuius figuram haec littera refert in monumentis phoeniciis, nimirum hanc: ᒪ, 𐤋.

Permutatur 1) cum reliquis consonantibus liquidis s. semivocalibus, ut a) cum ר, v. c. לָחַץ et נָחַץ ursit, chald. לִרְנָא, לְדַן, נִדְנָה vagina, נִשְׁכָּה et לִשְׁכָּה conclave, cella, נָתַן syr. ܢܬܠ dedit, in quibus exemplis n primitivum esse videtur, et vicissim ψαλτήριον chald. פְּסַנְתְּרִין, צֶלֶם arab. صَنَم cet. ubi n ortum ex l, cf. dor. ἦνθον, βέντιστος pro ἦλθον, βέλτιστος, magnamque exemplorum vim ex sinu linguae arabicae ap. Ev. Scheidium in diss. Lugdd. p. 953. — b) cum ר, plerumque ita ut ר, utpote durior littera, emolliatur in ל, maxime in libris et dialectis recentioribus, v. c. שַׁרְשְׁרָה catena, chald. et arab. שַׁלְשְׁלָה, سلسلة, adeoque سنسلة, אַרְמְנוֹת palatia, ex pronuntiatione molliore אַלְמְנוֹת Jes. 13, 22, אֲרוּ et אֲלוּ chald. *ecce!*, קֶרֶב arab. قَلْب medium (cf. λείριον, *lilium*), alibi tamen contra ita ut ex l indurato ortum sit r, v. c. אַלְמָנָה, أَرْمَلَة, ܐܪܡܠܬܐ vidua, n. pr. סַלְכָה arab. صرخد; אלהות sam. ארהות divinitas: vide etiam lusum verborum in לָכִישׁ et רֶכֶשׁ Mich. 1, 13. — c) rarius cum מ, ut גֻּלְגֹּלֶת arab. جُمْجُمَة cranium.

2) aliquoties cum ד, ut אֲזַל chald. אֲזַל et אֲזַד abiit, discessit (q. v.) cf. praeter exempla ibi laudata Ὀδυσσεύς *Ulysses*, *odor* et *oleo*, δαήρ lat. *levir* cet.

Passim quadrilittera ex trilitteris ita oriuntur a) ut ל post primam radicalem inseratur, ut זָעַף, זַלְעָף ferbuit, b) ut ל in fine addatur, qua forma nescio an Semitae, aeque ac Graeci, Romani et nostrates (v. Matthiae gramm. gr. §. 102, Ramshornii gramm. lat. p. 236. 257) diminutiva designaverint, v. חַרְגֹּל (huppeln), כַּרְמֶל (Gärtchen), קַרְסֹל (Knöch*el*), גִּבְעֹל Knötchen, capitulum).

לְ ante monosyllaba et bisyllaba barytona לָ, ut לָנֶצַח, לָרֹב (cf. Lgb. 628), c. Suff. לִי; לְךָ, לָכָה in Pausa לָךְ; לוֹ, לָהּ; לָנוּ; לָכֶם, לָכֵן; לָהֶם poët. לָמוֹ, f. לָהֵן, לָהֶן (arab. لِ, aeth. ለ) praep. praefixa, decurtata ex אֶל, cui magnam partem synonyma est, ita tamen ut אֶל in significatione propria et physica, לְ in significationibus translatis et metaphysicis usitatius sit.

A) pr. motionem vel certe directionem, et conversionem ad aliquid denotat:

1) *ad*, *versus*, *in*, nostr. *nach*, *an* (etwas) hin, *zu*, *gen*, gr. *εἰς*, *πρός* cum acc., inde קָרַב sq. אֶל et לְ prope accessit ad aliquem, מָצָא לְ pertinuit ad aliquid, בּוֹא

sq. אֶל et לְ Jes. 60, 4. 5. 13, חָטָא לְ peccavit *in* aliquem, frequentius etiam de animi mentisve ad aliquid conversione, ut חָפֵץ לְ propensum esse in aliquem, חִכָּה לְ, קִוָּה praestolatus est aliq. (harren *auf* jem.), nec non post verba attendendi (v. הִקְשִׁיב, הֶאֱזִין), desiderandi (v. כָּלָה), benevolentiae (Exod. 20, 6) cet.

2) *usque ad*, plen. עַד לְ, ut לְשָׂבְעָה ad satietatem usque Ez. 39, 19. לְ — בֵּין pr. intervallum — usque ad i. e. inter et inter (p. 141, A). לְ — עַד de duplici termino *usque ad* — et *usque ad* Neh. 3, 15.

Metaph. *adeo*. Deut. 24, 5: לֹא יַעֲבֹר עָלָיו לְכֹל דָּבָר *non imponetur ei adeo ulla res* i. e. vel minima res; neque aliter expediendi sunt hi loci. 2 Par. 7, 21: ... הַבַּיִת הַזֶּה לְכָל־עֹבֵר עָלָיו יִשֹּׁם *haec domus ... adeo transeuntium quisque eam stupebit*, homines adeo ex trivio. Eccl. 9, 4: כִּי לְכֶלֶב חַי הוּא טוֹב מִן הָאַרְיֵה הַמֵּת *nam adeo canis vivus praestat leone mortuo*, vilissimum adeo animal, modo vivum est, praestat nobilissimo, si mortuum. Passim etiam de numero, ad quem multitudo aliqua prope accedit, ut gr. *εἰς μυρίους, πρὸς μυρίους*, nostr. *an* hundert. 2 Par. 5, 12: כֹּהֲנִים לְמֵאָה וְעֶשְׂרִים *sacerdotes paene centum et viginti*. 3, 8 (sed 1 Sam. 29, 2 in hunc censum non venit).

3) *εἰς*, *in*, de transitu rei *in* aliam conditionem, ut *mutare*, *transformare in* aliquid Gen. 2, 22. Iob. 17, 12. Thren. 5, 15. Joël 3, 4. 2 Sam. 5, 3: *et ungebant Davidem* לְמֶלֶךְ (in) *regem*, it. הָיָה לְ fieri (mutari) *in* aliquam rem, *zu* etwas werden. Gen. 2, 7: וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה *et homo factus est animans vivum* (cf. הָיָה no. 2, a), et omisso verbo subst. Iob. 13, 12: לְגַבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם *munimenta lutea* facta sunt *munimenta vestra*. Thren. 4, 3: בַּת עַמִּי לְאַכְזָר *filia populi mei* facta est s. est *crudelis*. Inde

4) est *nota dativi*, post verba dandi, tribuendi, tradendi (v. נָתַן, גָּמַל), condonandi (נָשָׂא), consulendi (יָעַץ), mittendi (שָׁלַח) cet. cet.

Spec. notat a) *dativum*, quem vocant, *commodi* (et incommodi), cf. no. 8, qui saepe etiam pleonastice addi solet verbis motus, ut eundi (v. הָלַךְ, אָזַל, שׁוּב), fugiendi (בָּרַח, נוּס), maxime in imp. et futuro, v. Lgb. p. 736, poët. etiam aliis verbis, ut דְּמֵה לְךָ *similis sis* (fac similis sis) Cant. 2, 17. 8, 14. Iob. 12, 11: *palatum sibi explorat cibum*. 15, 28: *domus, quae sibi non habitantur*, Ez. 37, 11: נִגְזַרְנוּ לָנוּ cet.

b) *dativum possessoris*, ut יֵשׁ לִי, הָיָה לִי (v. sub h. h. v. v.) mihi est, habeo, אֵין לִי mihi non est, non habeo (v. אַיִן), בֵּן לְיִשַׁי filius qui *Isaeo* est, i. e. Isaei 1 Sam. 16, 38. הַצֹּפִים לְשָׁאוּל speculatores qui *Saulo* erant i. e. Sauli 1 Sam. 14, 16 (quod quidem exemplum infringit canonem Ewaldi, gr. hebr. §. 308, 2 quem repetens Winerus ad Sim. Lex. p. 509 nescio qua incuria sine articulo scribit צֹפִים לְשׁ').

c) *dativum causae* et *auctoris*, Graecis et per Graecismum latinis poëtis familiarem, cuius locutionis causam facili negotio intelliges ex hac formula et similibus: Ps. 18, 45: לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי *mihi se subiiciunt famae* s. *ad famam nominis mei*, Iob. 37, 1: לְזֹאת יֶחֱרַד לִבִּי *talibus* (dat.) *contremiscit cor meum*, solch*em* zittert mein Herz, f. durch solches. Jes. 19, 22: נֶעְתַּר לָהֶם movetur iis, cedit precibus eorum. 65, 1. Germ. dicere possis: *dem Winke* geschieht es, pro *auf* den Wink, in Folge und Kraft des Winkes, der Macht des Winkes gleichsam weichend. Ita ponitur aa) post passiva, יֵעָשֶׂה לָכֶם fiet a vobis Ex. 12, 16, נִשְׁמַע לְס' auditur a Sanballato Neh. 6, 1.

קְרוּאָה לָהּ invitatus ab ea Esth. 5, 12. bb) post verba neutra, quae passivam vim habent, ut הָיָה לְ fieri ab aliquo Jes. 19, 15. הָרָה לְ gravidari ab aliquo; cc) in inscriptionibus carminum (Lamed auctoris quod vocant, Arabibus etiam usitatum), מִזְמוֹר לְדָוִד Psalmus Davidis Ps. 3, 1. 4, 1, et לְדָוִד מִזְמוֹר Ps. 24, 1 et omisso nominativo לְדָוִד *Davidis* s. *a Davide* Ps. 25, 1. 26, 1. 27, 1, cf. eiusmodi dativum auctoris seorsum positum in nummis Phoenicum, ut לצדנם (לְצִידֹנִים) *a Sidoniis* cusus, לצר *a Tyro*, gr. Σιδονιῶν, Τύρου. dd) in aliis multis formulis exemplisque, in quorum plurimis participium passivum supplendum est. 2 Sam. 3, 2: בְּכֹרוֹ אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם *primogenitus eius* (Davidis) erat *Amnon ab Ahinoam* i. e. hac matre prognatus. Comm. 3—5 (ubi male supplent בֵּן cf. potius Ps. 128, 6). Iob. 33, 6: אָנֹכִי כָּמוֹךָ לָאֵל *ego sicut tu a Deo* creatus cf. Ps. 24, 1. 74, 16. Hos. 6, 10: שָׁם זְנוּת לְאֶפְרַיִם *ibi stupra ab Ephraimitis* facta, commissa. Jes. 2, 12: יוֹם לַיהוָֹה *dies iudicii a Jehova* habendi. Ps. 81, 5: מִשְׁפָּט לֵאלֹהֵי יַעֲקֹב *lex a deo Jacobi* lata. Ion. 3, 3: *Ninive erat* עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *urbs magna* facta *a Deo*, quam Deus favore suo magnam et illustrem fecerat (cf. p. 61, B). 1 Reg. 10, 1: שֵׁמַע שְׁלֹמֹה לְשֵׁם יְיָ *gloria Salomonis a Jehova* ei parata, tributa. — Ps. 3, 9: לַיהוָֹה הַיְשׁוּעָה *a Jehova* (proficiscitur) *victoria.* Iud. 7, 18: לַיהוָֹה וּלְגִדְעוֹן *per Jehovam et Gideonem* (vincamus). Etiam de instrumento: הִכָּה לְפִי חֶרֶב occîdit ore gladii (v. פֶּה), רָאָה לָעַיִן vidit oculis Ez. 12, 12, Ps. 12, 5: לִלְשֹׁנֵנוּ נַגְבִּיר *linguâ nostrâ vincemus.*

Latine in multis, quae modo laudavimus, exemplis (vide litt. b. d, cc) *Genitivo* uti solemus, et ita in aliis etiam exemplorum generibus לְ pro *nota genitivi* est (cf. de Graecorum Dativo per σχῆμα quod vocant *Κολοφώνιον* pro Genitivo posito, v. c. ἡ κεφαλὴ τῷ ἀνθρώπῳ Bernhardii synt. gr. p. 88 et Vasconum idioma *le fils à Mr. A. s'est marié avec la fille à Mr. B.*, pro *de*). Spec. a) ubi plures genitivi ex uno nominativo pendent, ut דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמַלְכֵי יִשׂ׳ annales regum Israëliticorum 1 Reg. 15, 31, מִקֵּץ עֶשֶׂר שָׁנִים לְשֶׁבֶת אַבְרָם Gen. 16, 3, cf. Ruth 2, 3; vel ubi nominativus epitheto praeditus est, ut בֵּן אֶחָד לַאֲחִימֶלֶךְ 1 Sam. 22, 20 (in utroque enim exemplorum genere status constructus minus placebat, v. Lgb. p. 673); b) post numeralia. Gen. 7, 11: *anno sexcentesimo* לְחַיֵּי נֹחַ *vitae Noachi*, et sic רִאשׁוֹן לְכָל primus omnium 2 Sam. 19, 21, אַחַת לָהֶם una earum Ez. 1, 6; c) de genitivo materiam indicante Levit. 13, 48. Esr. 1, 11, et d) ubi adverbia addito לְ cum substantivis copulantur, et praepositionis vim induunt, ut סָבִיב (adv.), סָבִיב לְ (praep.); תַּחַת = מִתַּחַת (adv.), מִתַּחַת לְ (praep.), מִקֶּדֶם לְ, מִחוּץ לְ, מֵעַל לְ al. Lgb. p. 631 no. 3.

Passim denique scriptores Hebraei, maxime recentiores ad Chaldaismum inclinantes, לְ nota dativi etiam abutuntur post verba activa *pro accusativo* (ut Chaldaei, Syri, Aethiopes), v. c. לָקַח לְ Jerem. 40, 2, אָכַל לְ Thren. 4, 5, הָרַג לְ Iob. 5, 2, cf. 1 Par. 16, 37. 25, 1. Ps. 135, 11. Semel adeo לְ integrae sententiae in accusativo cogitandae praemissum exstat. Jes. 8, 1: *et inscribe in eam stylo vulgi* לְמַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז hoc (haec verba): *festinant ad praedam* cet. Cf. Comm. 3.

Quod olim addidi (Lgb. p. 681), לְ ex singulari quodam soloecismo adeo nominativo praemissum reperiri, nunc secus videtur, quanquam de singulis exemplis aliter statuo atque fecit Winerus (ad Sim. Lex. p. 509. 510). De duobus 2 Par.

7, 21. Eccl. 9, 4 iam vidimus sub no. 1. 1 Par. 7, 1 et 24, 20. 22 reddendum videtur: *filiis Issachar*, *Levitis* cet. sc. accensendi sunt hi, qui sequuntur: *zu den Söhnen Issachar* (gehörten). In difficillimo loco 1 Par. 3, 2: הַשְּׁלִשִׁי לְאַבְשָׁלוֹם *tertius* (erat) *Absalom*, coll. 2 Sam. 3, 3: הַשְּׁלִשִׁי אַבְשָׁלוֹם: Lamed possit suspectum videri, quandoquidem deest in reliquis quinque filiis recensendis (Comm. 1—4) et in 20 libris Kennicottianis: nescio tamen an ita vindicari possit, ut statuamus, לְאַבְשָׁלוֹם esse accusativum praedicati pendentem ex verbo substantivo omisso, fere ut Thren. 4, 3 (v. no. 2): et revera Absalonem, utpote regiae uxoris filium fratribusque famosiorem, a reliquis distinxisse videtur stemmatis auctor, q. d. der dritte, *der war* Absalom cet.

Ex significatione primaria directionis et conversionis porro proficiscuntur hae vario modo translatae:

5) *quod attinet ad*, nostr. in Beziehung, Hinsicht auf, in Ansehung, *an*, quod Graeci praep. εἰς et dativo (Matthiae gr. §. 404), Romani ablativo exprimunt. 1 Reg. 10, 23: *Salomo major erat omnibus terrae regibus* לְעֹשֶׁר וּלְחָכְמָה *divitiis et sapientiâ.* Iob. 32, 4: *nam illi maiores erant* לְיָמִים *diebus*, aetate. Ps. 12, 7: *argentum* צָרוּף בַּעֲלִיל לָאָרֶץ *purgatum in officina terrâ* i. e. substantia terrea, scoriis. Gen. 19, 21. 42, 9. Lev. 14, 54. Jos. 22, 10. Iob. 9, 19. Ita absolute ab initio sententiarum Jes. 32, 1: וּלְשָׂרִים לְמִשְׁפָּט יָשֹׂרוּ *et* quod *ad principes* attinet, hi *imperant secundum ius.* Ps. 16, 3: לִקְדוֹשִׁים . . . . . . כָּל־חֶפְצִי בָם quod *ad sanctos* attinet, ... *his unice delector.*

6) *propter*, de causa et ratione (cf. arab. لام العلّة Lam causale). Sic לָמָּה quare? gr. εἰς τί; πρὸς τί; nostr. *wozu?* et לָכֵן, לָהֵן propterea. Gen. 4, 23: *virum interfeci* לְפִצְעִי *propter vulnus mihi inflictum*, וְיֶלֶד לְחַבֻּרָתִי *et iuvenem propter vibicem.* Jes. 14, 9. 15, 5. 30, 1. 36, 9. 60, 9 (cf. 55, 5, ubi explicatius dictum est לְמַעַן). Hos. 10, 10.

7) *de*, de persona vel re, ad quam spectat oratio, post verba dicendi. Gen. 20, 13: אִמְרִי לִי אָחִי הוּא *dic de me: frater meus ille.* Ps. 3, 2. 22, 31, iubendi 91, 11, ridendi, deridendi Gen. 21, 6. Ps. 25, 2, lugendi Jes. 15, 5. 16, 7, cf. arab. ل Cor. 3, 162. 4, 54.

8) *in commodum* alicuius, *pro* aliquo (cf. no. 3, a). Ps. 124, 1: לוּלֵי יְהוָֹה שֶׁהָיָה לָנוּ *nisi Jehova fuisset pro nobis*, stetisset a partibus nostris. 56, 10. 118, 6. Jes. 6, 8: מִי יֵלֶךְ לָנוּ *quis ibit pro nobis?* Iob. 13, 7: הַלְאֵל תְּדַבְּרוּ עַוְלָה *num pro Deo loqui vultis iniquitatem?* Gen. 9, 5: *vestrum sanguinem duntaxat vindicabo* לְנַפְשֹׁתֵיכֶם *in commodum vitae vestrae* i. e. ad securitatem vitae vestrae. Sic נִלְחַם לְ pugnavit pro aliquo, הֶעְתִּיר לְ precatus est, intercessit pro aliquo. — Denique est

9) exigentis ad normam: *secundum.* Gen. 1, 11: לְמִינוֹ *secundum speciem eius.* 10, 5: אִישׁ לִלְשֹׁנוֹ *quisque pro lingua sua.* Num. 4, 29: *secundum tribus et familias eorum.* Deut. 32, 8. 1 Sam. 10, 19. לְצֶדֶק secundum iustitiam i. e. iuste Jes. 32, 1. It. *tanquam, quasi.* Iob. 39, 16 (19): הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לְלֹא לָהּ *duriter tractat pullos, quasi non suos.* Vulg. quasi non sint sui. 18, 14: תַּצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *fugant eum terrores instar regis* s. ducis bellici (cf. 15, 22. 27, 20). Hos. 9, 13: *Ephraim . . . plantatus est in prato amoeno* לְצוֹר *instar Tyri* pr. quasi Tyrus sit. יָצָא לַחָפְשִׁי *exiit* (ex servitute) *liber*, quod etiam ל omisso dicitur יָצָא חָפְשִׁי.

B) Rarius לְ dicitur 1) de *commoratione ad locum* et *in loco* (cf. אֶל litt. B), ut gr. εἰς, ἐς pro ἐν, et nostr. *zu* pro *in*, *an* v. c. *zu* Leipzig, ut לְיַד פ׳ ad latus alicuius, לִימִין פ׳ ad dextram alicuius (p. 425, B), לְפֶתַח אָהֳלוֹ ad portam tentorii sui Num. 11, 10, לְפִי קָרֶת ad introitum urbis Prov. 8, 3, לְחוֹף יַמִּים ad littus maris Gen. 49, 13, לְעֵינֵי פ׳ ad oculos i. e. ante oculos, in conspectu alic., לִפְנֵי id. Latius etiam patet hic usus apud poëtas et scriptores recentiores, qui passim לְ ponunt pro vulg. בְּ, v. c. לַחוּץ Ps. 41, 7, et לַחוּצָה 2 Par. 32, 5 i. q. בַּחוּץ foris; מֶלֶךְ גּוֹיִם לְגִלְגָּל Jos. 12, 23, לְמִצְפָּה Mizpae Hos. 5, 1, לַשַּׁחַת in fovea i. e. carcere Jes. 51, 14. Transfertur

2) ad *tempus*, ibique dicitur a) de *temporis momento, sub quod* et *quo* aliquid fit, maxime apud poëtas, et, qui hos imitantur, recentiores scriptores, ut לַבֹּקֶר mane Ps. 30, 6. 59, 17. Am. 4, 4 pro vulgari בַּבֹּקֶר, לָאוֹר sub lucem Iob. 24, 14, לָעֶרֶב vespere Gen. 49, 27. Ps. 90, 6. Eccl. 11, 6 pro vulgari בָּעֶרֶב; לְעֵת עֶרֶב Gen. 8, 11, לְרוּחַ הַיּוֹם Gen. 3, 8, לְעֵת בֹּא הַשֶּׁמֶשׁ sub occasum solis Jos. 10, 27, et iunctim לַבֹּקֶר וְלָעֶרֶב 1 Par. 16, 40. 2 Par. 2, 3; b) de *temporis spatio*, *intra* quod aliquid fit. לִשְׁלֹשֶׁת הַיָּמִים intra triduum Esr. 10, 8. אַחַת לְשָׁלֹשׁ שָׁנִים semel intra triennium 1 Reg. 10, 22, adeoque c) de *exacto temporis spatio* (ut gr. εἰς ἐνιαυτόν est *per* anni spatium, et *post* anni spatium). Gen. 7, 4: לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה post septiduum, germ. *in* (nach) noch sieben Tagen. Am. 4, 4: לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים (quovis) triduo exacto. 2 Sam. 13, 23: לִשְׁנָתַיִם יָמִים *post biennium*. 11, 1. — Alia exempla, in quibus לְ temporis nomini praemissum revera est dativi nota, in hunc censum non veniunt, v. c. Exod. 34, 2: נָכוֹן לַבֹּקֶר paratus ad tempus matutinum. Prov. 7, 20: *domum redibit* לְיוֹם כֶּסֶא *ad diem plenilunii* (celebrandum), nostr. zum Feste.

3) de *conditione, in qua* quis versatur, ut לְבַד in separatione i. e. seorsum, לָבֶטַח in securitate i. e. secure, לָחֳלִי in morbo i. e. aeger Jes. 1, 5, לִרְקָמוֹת in (vestibus) polymitis Ps. 45, 15.

Infinitivus cum ל praefixo (לַעֲשׂוֹת) latine redditur 1) *ad faciendum*, de consilio et fine, v. c. Cant. 5, 5: *surrexi* לִפְתֹּחַ *ad aperiendum*. עֵת לָלֶדֶת *tempus ad pariendum* (pariendi) Eccl. 3, 2, קְרֹבָה לָנוּס propinqua ad (eo) confugiendum Gen. 19, 20, it. *faciendum*. מַה לַּעֲשׂוֹת quid faciendum? 2 Reg. 4, 13. Jes. 5, 4. 10, 32. 2) *faciendo*, הָיָה לַעֲשׂוֹת intentus erat rei faciendae (v. הָיָה no. 1, d), et ellipt. יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי *Jehova* intentus est *salvando me*, salvabit me, vult salutem meam. Jes. 38, 20. 21, 1. 44, 14. — 3) *faciendi*, Num. 1, 1: *anno secundo* לְצֵאתָם *egressionis eorum* i. e. postquam egressi erant. — 4) *ut, ita ut* (faceret) Num. 11, 11. Jes. 10, 2. — 5) *usque dum* (faceret) cf. supra A, 2) Jes. 7, 15. — 6) *propterea quod, quia* (v. A, 6) Jes. 30, 2. — 7) *quo tempore*, *quum* (faceret), לִפְנוֹת עֶרֶב לֵאמֹר quum diceret, quum inclinaret vespera Gen. 24, 63, cf. Iud. 19, 26, לַעֲשׂוֹת quum daret Iob. 28, 25 (pro quo בַּעֲשׂוֹת comm. 26). — 8) *quasi*, *tanquam* (A, 9) 1 Sam. 20, 20. — Denique לְ infinitivo praemitti solet, ubi hic complementum est verborum, quae absolute quoque poni possunt v. c. Gen. 11, 8: וַיַּחְדְּלוּ לִבְנוֹת germ. sie hörten auf *zu* bauen. Deut. 3, 24: הַחִלּוֹתָ לְהַרְאוֹת *coepisti monstrare*. Potest tamen in his לְ omitti, v. c. הוֹסִיף sq. inf. nudo Am. 7, 8. 8, 2, praemisso לְ 7, 13, quemadmodum latine infinitivo nudo utimur, et poët. quidem plerumque omittitur, vide verba מֵאֵן, אָבָה, הֶאֱמִין, בִּקֵּשׁ, חָפֵץ, לָמַד et similia.

Semel לְ *coniunctionis* vices explere et verbo finito praemitti videtur (ut arab. لِ pro لِكَيْ, et chald. לְ litt. B) pro: *ut*, nimirum 1 Reg. 6, 19, ubi vulgaris scriptura לְתִתֵּן verti possit: *ut immittas*. Quod vero quum hoc contextu duriusculum sit, vide possitne תִּתֵּן cum Ewaldo (gr. hebr. p. 213) pro inf. duplicato haberi ut 1 Reg. 17, 14.

לְ chald. A) Praep. i. q. hebr. 1) *ad, in, versus* (de loco) Dan. 2, 17. 4, 19. 6, 11. 7, 2. 2) nota *dativi* Dan. 2, 5. 7. 9, et saepe etiam *accusativi* post verba activa Dan. 2, 10. 23. 24. 25. 5, 4, it. *genitivi* Esr. 5, 11. 6, 3. 15. 3) Infinitivo praemittitur, post verba dicendi, iubendi cet. Dan. 2, 9. 10. 12.

B) Conj. *ut*, quae futuro praemissa huic coniunctivi, optativi et imperativi vim tribuit (cf. gall. *que je sois*). Praeformativa futuri abiici solent, v. הֲוָא. Dan. 2, 20: לֶהֱוֵא מְבָרַךְ *benedictus sit*. 4, 22: *apud bestias agri* לֶהֱוֵא מְדֹרָךְ *sit habitatio tua*. 2, 29: מָה דִּי לֶהֱוֵא *quod futurum est* (nisi h. l. לֶהֱוֵא est pro pleniore לְמֶהֱוֵא).

לֹא adverbium negandi: *non*, quod antiquitus etiam לָא, לִי, לֵי pronunnuntiatum est (cf. אוּלַי, לוּלֵא, לוּלֵי), aram. et arab. לָא, لَنْ, لَا, cf. de his syllabis primitivis vim negandi habentibus pag. 25. Ut gr. οὐ, οὐκ, sententiam absolute negat, et inde ponitur (secus atque אַל q. v.) cum praeteritis Gen. 2, 5. 4, 5, et futuris, cum his a) ita ut simpliciter neget, לֹא תַעֲזֹב non relinques Ps. 16, 10. b) in sententiis prohibitivis Ex. 20, 13: לֹא תִגְנֹב *ne fureris*. Comm. 5. Gen. 24, 37. Lev. 19, 4. 25, 17. Deut. 25, 4 (ubi differt ab אַל, quod est dehortantis, sed cf. Prov. 22, 24), c) raro etiam in sententiis finalibus (ubi vulgo אַל), quanquam hoc negat Winerus (ad Sim. Lex. p. 514). Ex. 28, 32: לֹא יִקָּרֵעַ *ne laceretur*. 39, 23. Iob. 22, 11. Jes. 41, 7. Praeterea de usu eius haec fere notanda sunt: 1) absolute ponitur, ubi respondetur ad quaestionem: *minime*. Iob. 23, 6: *num mecum contendet omni robore suo? minime!* (לֹא), *duntaxat* cet., vel est recusantis Gen. 19, 2: *minime* ita, *sed in platea pernoctabimus*. — 2) in interrogationibus ponitur, ubi responsionem affirmativam exspectas (secus atque אַל no. 4), pro הֲלֹא *nonne?* ut gr. οὐκ Il. 10, 165. 4, 242, maxime in sententiis, quae cum antecedentibus copulatae sunt. Iob. 14, 16: לֹא תִשְׁמֹר עַל חַטָּאתִי *nonne invigilas peccato meo?* 2, 10. 2 Reg. 5, 26. Jer. 49, 9. Thren. 3, 36. — 3) ponitur pro בְּלֹא *sine*. 1 Par. 2, 30: *et mortuus est Seled* לֹא בָנִים *sine liberis*. Ps. 59, 4. 2 Sam. 23, 4. Iob. 34, 24. לֹא דֶרֶךְ sine via Iob. 12, 24, לֹא אִישׁ sine hominibus, vacuus ab hominibus Iob. 38, 26. — 4) est i. q. טֶרֶם *nondum*. 2 Reg. 20, 4. Ps. 139, 16. — 5) Praemittitur nominibus a) adiectivis, ut negativa fiant, לֹא חָסִיד impius Ps. 43, 1, לֹא עָז infirmus Prov. 30, 25; b) substantivis, ut לֹא אֵל q. d. *non-deus* i. e. idolum, quod nihil minus est quam veri nominis deus, Deut. 32, 21. Jer. 5, 7; לֹא עֵץ *non-lignum*, de homine, ita quidem ut baculo instrumentoque ligneo opponatur Jes. 10, 15, לֹא אִישׁ, לֹא אָדָם de Deo, cum mortalibus non comparando Jes. 31, 8. De formula לֹא כֹל vide sub כֹּל no. 3. — Sunt qui לֹא etiam substantive *nihil, nihilum* notare velint, sed certa exempla desidero. Iob. 6, 21 scriptura valde incerta est, et Iob. 31, 23: לֹא אוּכַל vertendum: *non potuissem* (tale quid facere). Cf. tamen chald. לָא, לָה Dan. 4, 32.

Cum Praefixis:

A) בְּלֹא 1) Praep. varie significans pro variis significationibus בְּ particu-

lae. a) *non in* (aliquo tempore) cf. בְּ temporale litt. A, no, 1, i. e. *praeter*, *extra* tempus. Lev. 15, 25: בְּלֹא עֶת־נִדָּתָהּ *extra tempus impuritatis eius*; it. *ante* (i. q. בְּטֶרֶם) Iob. 15, 32: בְּלֹא יוֹמוֹ *ante diem ei destinatum*, cf. supra לֹא pro טֶרֶם no. 4. — b) *non pro* (aliquo pretio) cf. בְּ pretii litt. B, 9. Jes. 55, 1. Ps. 44, 13, et ita לֹא בְ Jes. 45, 13. — c) *non cum* (aliqua re) i. e. *sine*. 1 Par. 12, 33: בְּלֹא לֵב וָלֵב *non cum duplici corde* i. e. unanimi corde, animo integro cf. Ps. 17, 1. Iob. 8, 11. Ezech. 22, 29. In eandem sententiam dicitur לֹא בְ, ut לֹא בְיָד sine manu (humana) Iob. 34, 20, לֹא בְכֶסֶף non cum argento i. e. ita ut argentum reportarem. Jes. 48, 10 (syr. ܕܠܐ sine). — d) *non per*, cf. בְּ instrumenti et causae litt. C, no. 2. Iob. 30, 28: *atratus incedo* בְּלֹא חַמָּה *non sole* atratus. — In nonnullis exemplis בְּלֹא etiam concise dictum est pro בַּאֲשֶׁר לֹא. Jes. 55, 2: בְּלֹא לְשָׂבְעָה *pro eo*, *quod non satiat*. 2 Par. 30, 18: *comederunt Pascha* בְּלֹא כַכָּתוּב *non secundum legem scriptam*, pr. modo quodam, qui non sec. scriptum erat, auf eine Art, die nicht nach der Schrift war. Jer. 2, 11.

2) Conj. sq. fut., nostr. *ohne dafs*, *ita ut non*. Thren. 4, 14: בְּלֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ בִּלְבֻשֵׁיהֶם *ita ut non possint tangere vestes eorum*.

B) הֲלֹא *nonne?* Gen. 4, 7. 20, 5. Iob. 1, 10. Num. 23, 26, *annon?* 1 Reg. 1, 11. Talis quaestio quum poscat responsionem affirmativam, הֲלֹא saepe est simpliciter affirmantis, fere i. q. הִנֵּה, הֵן, *ecce!* 1 Sam. 20, 37: הֲלֹא הַחֵצִי מִמְּךָ וָהָלְאָה *ecce! sagitta est ultra te.* 2 Sam. 15, 35. Ruth 2, 8. Prov. 8, 1. 14, 22. 22, 20. Iob. 22, 12 (in altero hemistichio רְאֵה). Inde Paralipomenôn auctor pro הֲלֹא in libris Regum saepe posuit הִנֵּה, v. c. 2 Reg. 15, 36: הֲלֹא הֵם כְּתוּבִים עַל סֵפֶר *ecce haec scripta sunt in libro* cet. cf. 2 Par. 27, 7 et ita 2 Reg. 20, 20. 21, 17 coll. 2 Par. 32, 32. 33, 18. 35, 27 et saepe, v. hist. linguae hebraeae p. 39. LXX etiam intpp. הֲלֹא saepius reddunt ἰδοὺ Jos. 1, 9. 2 Reg. 15, 21. (Apud Sam. et Rabbinos הלא tritum est pro הנה, et eodem sensu Arabes habent أَلَا, هَلَّا, v. Lgb. p. 834.

C) לְלֹא 1) *sine, absque*, semel 2 Par. 15, 3, pr. *ita ut non* haberet.

2) *quasi non*, v. לְ A, 9. Alibi est pro לַאֲשֶׁר לֹא Jes. 65, 1. Iob. 26, 2.

Not. 1. Ex orthographiae quodam neglectu לֹא passim scriptum est pro לוֹ *ei*, secundum Masorethas quindecies Ex. 21, 8. Lev. 11, 21. 25, 30. 1 Sam. 2, 3. 2 Sam. 16, 18. Ps. 100, 3. 139, 16. Iob. 13, 15. 41, 4. Esr. 4, 2. Prov. 19, 7. 26, 2. Jes. 9, 2. 63, 9, vicissim ter pro לֹא legitur לוֹ 1 Sam. 2, 16. 20, 2. Iob. 6, 21, sed plura ex his incerta sunt.

2. Sunt qui particulas לָכֵן et לָהֵן ex לֹא et כֵּן, הֵן compositas putent; sed לְ in his est praepositio praefixa, v. pag. 489 et infra לָהֵן.

לָא, semel לָה (Dan. 4, 32 Chethibh) i. q. hebr. לֹא 1) *non* Dan. 2, 5. 9. 10. 11. 3, 12. 14. הֲלָא *annon?* ibid. 3, 24. 4, 27. 2) *nihil*. 4, 32.

לאב rad. inusit. Arab. لَابَ med. Vav *sitivit*, cogn. لَهِبَ arsit, unde nomen תַּלְאוּבוֹת q. v.

לֹא דְבַר (sine pascuo) n. pr. oppidi Gileaditidis 2 Sam. 17, 27, quod 9, 4. 5 לוֹ דְבָר appellatur.

לֹא עַמִּי (non populus meus) nomen symbolicum filii Hoseae. Hos. 1, 9.

לֹא רֻחָמָה (non in gratiam recepta) nomen symb. filiae Hoseae. Hos. 1, 6. 8. 2, 25.

לָאָה (cogn. לָהָה) 1) pr. *laboravit* (v. Niph.), 2) *defatigatus est, viribus defecit.* Iob. 4, 5: *quoniam nunc te tangit* (calamitas), וַתֵּלֶא *defatigaris*, viribus deficis. Sequ. לְ cum inf. *frustra operam dedit,* non potuit. Gen. 19, 11. 3) *taeduit, piguit* eum, *aegre tulit* Iob. 4, 2.

Niph. i. q. Kal, sed eo usitatius 1) *laboravit*, sq. inf. Jer. 9, 4: הַעֲוֵה נִלְאוּ *perverse agere laborant;* maxime *frustra laboravit* Jer. 20, 9. Jes. 16, 12. — 2) *defatigatus est, viribus defecit,* Ps. 68, 10, sq. בְּ Jes. 47, 13. — 3) *piguit, taeduit* eum alicuius rei, sq. inf. Jes. 1, 14. Jer. 6, 11. 15, 6, sq. gerundio Prov. 26, 15: *piget eum* (pigrum), *manum retro ferre ad os.* De fastidio Exod. 7, 18.

Hiph. הֶלְאָה 1) *defatigavit.* Iob. 16, 7. Ez. 24, 12. 2) patientiam alicuius defatigavit s. vicit, ea abusus est, *taedio affecit* eum Jes. 7, 13. Mich. 6, 3.

Derivv. תְּלָאָה et

לֵאָה (defatigata) n. pr. *Lea*, filia Labani maior natu et uxor Jacobi Gen. 29, 16 sq. cap. 30. 31.

לָאַט i. q. לוּט et לָהַט *obvolvit, velavit* 2 Sam. 19, 5. (Congruunt sanscr. *lud*, gr. *λάθω, λανθάνω*, lat. *lateo*). לָאַט Iob. 15, 11 v. sub אַט.

לְאַט adv. *placide*, v. אַט.

לָאט i. q. לָט part. Kal rad. לוּט q. v.

לָאַךְ rad. inusit. Arab. لَأَكَ Conj. IV, aethiop. ለአከ: legavit, misit nuntium, ተለአከ: (missus est) famulatus est, ministravit, ላእክ: minister, famulus. (Vicina sunt הָלַךְ, יָלַךְ et lat. *legavit*).

Derivv. מַלְאָךְ, מְלָאכָה, מַלְאֲכוּת.

לָאֵל (a Deo sc. creatus cf. Iob. 33, 6) n. pr. m. Num. 3, 24.

לָאַם rad. inusit., fort. idem notans quod עָמַם, אָמַם. (Arab. لَأَمَ convenit, congruit, quoad ex derivatis colligitur, fort. congregavit). Inde

לְאֹם c. suff. לְאֻמִּי, לְאוּמִּי Jes. 51, 4, plur. לְאֻמִּים m. 1) *populus, natio.* Gen. 25, 23. 27, 29. Ps. 7, 8. 9, 9. 2) n. pr. gentis arabicae Gen. 25, 3, quam eandem putant atque Ἀλλουμαιώτας Ptolemaei.

לֵב, sq. Makk. לֶב־, c. suff. לִבִּי, לִבְּךָ pl. לִבּוֹת; et (quod idem est)

לֵבָב constr. לְבַב, c. suff. לְבָבִי, לְבַבְכֶם, pl. לְבָבוֹת (1 Chr. 28, 9), c. suff. semel לִבְבֵהֶן Nah. 2, 8 m. 1) *cor,* fort. a cavitate dictum, v. rad. לָבַב. (Arab. لُبّ, syr. ܠܶܒܳܐ, aethiop. ልብ: id.) 2 Sam. 18, 14. Ps. 45, 6 cet. Quod quum sanguinis officina sit vitaeque sedes, saepe est a) i. q. נֶפֶשׁ (Hom. φρένες) *anima, vita* (das Lebensprinzip des Körpers). Ps. 73, 21. 84, 3. 102, 5. Jerem. 4, 18 (cf. נֶפֶשׁ comm. 10). Inde *cor* dicitur *vivere* (se recreare) Ps. 22, 27, aegrotum esse Jes. 1, 5, adeoque dormire et vigilare (Eccles. 2, 23, cf. 8, 16. Cant. 5, 2); et *cor fulcire* dicuntur, qui cibo potuque se reficiunt (v. סָעַד). *Cor* Hebraeis praeterea est b) sedes *sensuum, affectuum, animique commotionum* varii generis, ut amoris (Iud. 16, 15: *cor tuum non est mecum*, i. e. me non amas; et contra, *toto corde* s. pectore *amavit* Deut. 4, 29. 6, 5), fiduciae (Prov. 31, 11), contemtus (Prov. 5, 12), gaudii (Ps. 104, 15), tristitiae, contritionis (Ps. 109, 16), exacerbationis (Ps. 73, 21), desperationis (Eccl. 2, 20), metus (Ps. 23, 3, cf. Jes. 35, 4. Jer. 4, 9), securitatis (נָכוֹן לֵב Ps. 57, 8. 108, 2),

fortitudinis (Ps. 40, 13. 1 Sam. 17, 32) et poët. moestis tribuitur cor aegrum, vulneratum, dolens (Prov. 13, 12. 14, 13. Jes. 61, 1), timidis cor liquefactum Jes. 13, 7. Deut. 20, 8, *cor durum* (v. שְׁרִירוּת, קָשֶׁה) instar lapidis (Ez. 11, 19. 36, 26), non circumcisum (Lev. 26, 41), homini flecti nescio. Voces adeo, quibus illos sensus profitemur, a poetis cordi tribuuntur, itaque *cor* dicitur clamare (Hos. 7, 14), eiulare (Jes. 15, 10), suspiria ducere (Ps. 38, 9); et *cor effundere* dicuntur, qui in lacrimas se effundunt Thren. 2, 19. — Porro c) refertur ad *agendi sentiendique rationem*, quo sensu alicui tribuitur cor purum (Ps. 51, 12), sincerum (1 Reg. 3, 6), fidele (Neh. 9, 8), integrum (1 Reg. 9, 4), et contra perversum (Ps. 101, 4), contumax (Prov. 7, 10), profundum i. e. non explorandum (Ps. 64, 7), impium Iob. 36, 13), et homines ancipites loqui dicuntur *duplici corde s. animo*, Ps. 12, 3: בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ, vide contra 1 Chr. 12, 38: בְּלֹא לֵב וָלֵב animo sincero. Corde s. animo amplo (רְחַב Prov. 21, 4), magno (גְּדָל Jes. 9, 9), alto (גְּבַהּ Ez. 28, 5) superbia, sed priore illo etiam laetitia significatur (Jes. 60, 5). — Est d) *voluntatis* et *consilii* sedes. 1 Sam. 14, 7: עֲשֵׂה כָּל־אֲשֶׁר בִּלְבָבֶךָ *fac quodcunque in animo habes*, quod vis, constituisti. Jes. 10, 7: לְהַשְׁמִיד בִּלְבָבוֹ *ad vastandum animus eius inclinat*. Jes. 63, 4: *dies ultionis* בְּלִבִּי *in animo meo est*, i. e. hunc decrevi, hunc mittam. In hanc sententiam cor dicitur lubens (Ex. 35, 22), contumax (Jer. 5, 23). כִּלְבָבִי i. e. ex sententia, ad voluntatem meam 1 Sam. 13, 14. — Denique e) *cordi* etiam *intellectus*, et *sapientia* tribuitur (cf. لُبّ cor, intellectus, lat. *cor* Cic. Tusc. 1, 9. Plaut. Pers. IV, 4, 71 et *cordatus* i. e. prudens), adeoque *cogitandi facultas* (Jes. 10, 7. 1 Chron. 29, 18). 1 Reg. 10, 2: (regina Sabaeorum) *locuta est quaecunque in corde habebat*, i. e. sciebat. Iud. 16, 17: *aperiebat ei cor integrum*, quodcunque sciebat. Eccl. 7, 21. Hinc aliquis dicitur חֲכַם לֵבָב Iob. 9, 4 (cf. 1 Reg. 10, 24), et contra חֲסַר לֵב insipidus, stultus Prov. 7, 7. 9, 4. אַנְשֵׁי לֵב viri cordati i. e. intelligentes Iob. 34, 10. 12, 3: גַּם־לִי לֵבָב כְּמוֹכֶם *mihi quoque intellectus est sicuti vobis*. כֹּחַ לֵב Iob. 36, 5 dicitur de summa Dei sapientia. *Cor pingue* est torpens, sensu carens (v. שָׁמֵן) Jes. 6, 10.

2) metaph. *media pars, interiora, penetralia* v. c. maris Ex. 15, 8, coeli Deut. 4, 11. 2 Sam. 18, 14: בְּלֵב הָאֵלָה *in media terebintho*.

לֵב chald. id. Dan. 7, 28.

לָבָא et **לָבָה** rad. inusit., unde ducitur לָבִיא, לְבִי, לְבִיָּא leo, leaena. Equidem vix dubito, quin onomatopoët. sit *rugiendi* sonum imitans, ut germ. ant. *luwen*, *lüwen*, *leuen*, angl. *to low*, unde nostr. *Löwe*, *Leu*, gr. *λέων*.

לְבָאוֹת, לְבָאִים 1) *leones*, a sing. לְבִי q. v. 2) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. 15, 32, plenius בֵּית לְבָאוֹת 19, 6.

לָבַב rad. in Kal inusit. prob. i. q. נָבַב (cf. Iob. 11, 12) *cavus fuit*, inde לֵב, לֵבָב, לִבָּה cor, et לְבִיבָה placentae genus a forma cava dictum.

Niph. denom. a לֵבָב pass. Pino. 1 *corde* i. e. mente, intellectu *privatus est, caruit*. Iob. 11, 12: וְאִישׁ נָבוּב יִלָּבֵב וְעַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד *sed homo cavus* est et *mente caret, et* instar *pulli onagri homo nascitur*, significatur imbecillitas et stupor ingenii humani cum divina sapientia comparati. In similis

originis verbis נָבוּב et יִלָּבֵב inest lusus verborum. Quod olim huic interpretationi, quae una sententiae connexae accommodata est, opposuimus, privativae potestatis ex conjugatione Piël in Niphal translatae exempla deesse, id tollitur exemplis arabicis, ut مكبود in hepate laesus. Caeterum videant eruditi, possitne stuporis notio in יִלָּבֵב ab ipso verbo לבב cavitatis significatu duci, ut יִלָּבֵב fere idem sit quod נָבוּב. Alii coll. syr. ܠܒܒ cordatum fecit, animum addidit. Ethpa. cordatus, confortatus est, reddunt: *sed homo stupidus cordatus fit*, quando *onagri pullus homo nascetur* i. e. nunquam; contra sermonis hebraei dignitatem.

Pi. לִבֵּב 1) denom. a לֵבָב, *vulneravit*, *abstulit* alicui *cor* (puella) Cant. 4, 9. Cf. de huius generis denominativis gramm. hebr. §. 51, 2. 2) denom. a לְבִיבָה *tales placentas fecit* 2 Sam. 13, 6. 8. (v. לְבִיבָה).

לֵבָב m. *cor*, v. לֵב.

לְבַב m. chald. id. c. suff. לִבְבָךְ, לִבְבֵהּ Dan. 2, 30. 5, 22.

לְבַד *solus*, v. בַּד.

לַבָּה contr. ex לַהֶבָה *flamma* Exod. 3, 2, ut יַקְטִיל pro יַהְקְטִיל; aliis a rad. לבב, לבלב, samar. splenduit, luxit.

לִבָּה f. voc. לֵב *cor* Ez. 16, 30, pl. לִבּוֹת (v. לֵב) Ps. 7, 10. Prov. 15, 11.

לְבוֹנָה v. לְבֹנָה.

לְבֻשׁ, **לְבוּשׁ** m. (semel f. v. no. 2, a rad. לָבַשׁ) 1) *vestis*, *vestimentum* Iob. 24, 7. 10. 31, 19. 38, 14. Esth. 6, 9. 10. 11, spec. *vestis splendida*. Iob. 38, 14: וְיִתְיַצְּבוּ כְּמוֹ לְבוּשׁ (*omnia*) *comparent tanquam veste splendida*, de terra sole matutino collustrata, cf. Esth. 6, 9. 10. 11. Jes. 63, 1. Poët. de lorica crocodili Iob. 41, 5. 2) *coniux*, *uxor*, ex metaphora Arabibus frequenti Mal. 2, 16 (ubi construitur c. fem.), cf. Cor. Sur. 2, 183: *uxores sunt vestimentum vestrum, et vos estis eorum*, et verba لبس, ثاب induit vestem it. concubuit cum muliere. Plura dabit Schultens in animadv. ad Ps. 65, 14.

לְבוּשׁ chald. i. q. hebr. no. 1. Dan. 3, 21.

לָבַט in Kal inusit., arab. لَبَطَ in terram coniecit, prostravit.

Niph. praecipitatus est, *praeceps ruit*, periit. Prov. 10, 8. 10. Hos. 4, 14.

לָבִי plur. m. לְבָאִם *leones* Ps. 57, 5, fem. לְבָאוֹת Nah. 2, 13 *leaenae*, v. לָבִיא. Unde א ingl.?

לָבִיא *leo*, *a rugiendo* dictus, v. לָבָא, vc. mere poët. Gen. 49, 9. Num. 24, 9. Deut. 33, 20. Iob. 4, 11. 38, 39. Jes. 5, 29. 30, 6 cet. (Arab. لَبَاةٌ, لَبِيَةٌ, لَبُوَةٌ, it. لَبْوَةٌ leaena, copt. ⲗⲁⲃⲟⲓ ursus). Bochartus in Hieroz. I, p. 719 non leonem masculum, sed leaenam hac voce notari vult, nisus maxime loco Ez. 19, 2 et etymo a لبا mulsit colostrum s. primum lac IV. lactavit colostro: sed Ez. l. c. legitur forma לְבִיָּא, et etymon propositum veri specie caret.

לְבִיָּא f. (pro לְבִיָּה) Ezech. 19, 2 *leaena*.

לְבִיבוֹת f. pl. *placentae* in sartagine coctae *genus*, *saganum* dicere possis cum Apicio, prob. a forma cava, more canalis convoluta (eine Art zusammengerollter Eierkuchen, Blinzen) a rad. לָבַב. 2 Sam. 13, 6—8. 10. Inde verbum denom. לִבֵּב q. v. LXX. κολλυρίδες. Vulg. *sorbitiuncula*.

לָבַן 1) *albus fuit*, in Kal inusit., v. לָבָן, לְבָנָה. 2) denom. a לְבֵנָה *lateres formavit.* Gen. 11, 3. Ex. 5, 7. 14. (Arab. لَبَنَ id.).

Hiph. 1) trans. album fecit, metaph. *purgavit, mundavit* a sordibus peccatorum Dan. 11, 35. 2) intrans. *albuit* (cf. de verbis colorum in Hiph. gr. hebr. §. 52, 2). Ps. 51, 9. Jes. 1, 18. Joël. 1, 7.

Hithp. purgavit se. Dan. 12, 10.

Derivv. statim sequuntur praeter מַלְבֵּן.

לָבָן 1) adj. f. לְבָנָה *albus.* Ex. 16, 31. Lev. 13, 3 sq. 2) n. pr. *Laban*, Bethuelis filius, Aramaeus, Jacobi socer. Gen. 24, 29. 50; capp. 29—31.

לְבֶן i. q. לָבָן no. 1 st. constr. לְבֶן־ Gen. 49, 12.

לְבָנָה f. 1) *alba* poët. pro *luna*, ut חַמָּה de sole, et arab. قَمَرٌ luna, a قَمِرَ albus fuit. Cant. 6, 10. Jes. 24, 23. 30, 26. 2) n. pr. m. Esr. 2, 45. Neh. 7, 48.

לְבֵנָה f. pl. ־ים *later, later coctus*, Gen. 11, 3. Ezech. 4, 1, dictus ab argilla *alba* et *cretacea*, quam lateribus adhibitam esse monet Vitruv. II, 3. Arab. لَبِنٌ id. Cf. מַלְבֵּן.

לִבְנֶה m. arboris vel fruticis genus, ab *albo* corticis foliorumve colore dictum, Gen. 30, 37. Hos. 4, 13, sec. LXX et Arabem in Genesi *styrax*, arab. لُبْنَى dictus, sec. LXX Hos. et Vulg. Gen. λεύκη, *populus alba.* V. Celsii Hierobot. P. I, p. 292, cf. Michaëlis supplemm. p. 1404.

לִבְנָה f. 1) *albedo, pelluciditas.* Ex. 24, 10. 2) n. pr. a) oppidi in planitie tribus Judae, sedis regiae Cananaeorum, dein oppidi sacerdotum cum asylo. Jos. 10, 29. 12, 15. 15, 42. 21, 13. 2 Reg. 8, 22. 19, 8. 23, 31. b) stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 20.

לְבֹנָה et **לְבוֹנָה** (gr. λίβανος, λιβανωτός) f. 1) *thus* Lev. 2, 1. 15. 5, 11. 24, 7. Num. 5, 15. Jes. 60, 6 cet. a colore albo dictus, qui purissimi thuris est (Plin. H. N. 12, 14). Non solum in Arabia (Jes. 60, 6. Jer. 6, 20), sed in Palaestina quoque (Cant. 4, 6. 14) crescere dicitur, nisi forte in Cantico alia herbae odoratae species intelligenda. 2) n. pr. oppidi ad Siluntem, tantummodo Iud. 21, 19.

לִבְנַת v. שִׁיחוֹר לִבְנַת.

לְבָנוֹן (in pedestri sermone semper c. art. הַלְּבָנוֹן 1 Reg. 5, 6. 9. Esr. 3, 7, poët. sine eo Ps. 29, 6. Jes. 14, 8. 29, 17, cf. Lgb. p. 656) n. pr., mons *Libanus* (gr. *Λίβανος*) in confiniis Syriae et Palaestinae, duobus constans altissimis montium iugis, quorum alterum occidentale *Libanus* κατ' ἐξοχήν, alterum orientale illo altius et ex parte aeterna nive tectum (Jer. 18, 14, unde nomen hebr. לְבָנוֹן, chald. טוּר תַּלְגָּא, arab. جبال الثلج mons nivis, cf. *Alpes*) *Antilibanus* vocatur, austrum versus hebr. חֶרְמוֹן q. v. Vallis inter Libanum et Antilibanum interiectae hodiernum nomen est بقعة *Bekaa*, a quo autem plane diversum בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vallis Libani Jos. 11, 17. 12, 7, de qua v. pag. 168 B. V. Relandi Palaestina T. I, 311. Oedmanni verm. Sammlungen fasc. 2, no. 9. Burckhardti itiner. Syr. p. 1 sq. p. 214 sq. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 2, p. 236 sq.

לִבְנִי (albus) n. pr. filii Gersonis Ex. 6, 17. Num. 3, 18. Patron. id. Num. 3, 21. 26, 58.

לָבַשׁ et **לָבֵשׁ** fut. יִלְבַּשׁ 1) *induit* vestem, sq. acc. Lev. 6, 3. 4.

16, 23. 24. 32, semel sq. בְּ, ut lat. induit se veste Esth. 6, 8 (cf. لبس med. Kesr. sq. acc. et ب vestis), absol. Hagg. 1, 6. Part. pass. cr. c. acc. vel gen. v. c. לָבוּשׁ בַּדִּים Ez. 9, 2 et לְבוּשׁ הַבַּדִּים V. 11 sq. cf. חָגוּר. 2) Varie transfertur. Ps. 104, 1: הוֹד וְהָדָר לָבָשְׁתָּ *splendore et maiestate indutus es.* Iob. 7, 5: לָבַשׁ בְּשָׂרִי רִמָּה *corpus meum vermes induit*, vermibus obtectum est. Ps. 65, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *arva gregibus vestita sunt.* לְבֻשׁ הֲרֻגִים *occisis vestitus* i. e. in mediis occisis iacens, aliis incumbens, aliis obtectus Jes. 14, 19. Saepe dicunt: *induit ignominiam* i. e. ignominia opertus est Iob. 8, 22. Ps. 35, 26. 109, 29, *iustitiam* Iob. 29, 14, *terrorem* Ez. 26, 16, *salutem* 2 Chr. 6, 41 cet. cf. formulas Homericas δύειν ἀλκήν Il. 19, 36, ἕννυσθαι ἀλκήν 20, 381, ἐπιέννυσθαι ἀλκήν Od. 9, 214. In duplici vocabuli usu luditur Iob. 29, 14: צֶדֶק לָבַשְׁתִּי וַיִּלְבָּשֵׁנִי *iustitiam indui, eaque me induit*, h. e. extrinsecus iustitia tanquam veste ornatus eram, eaque intra me totum implebat. Ad posterius prope accedit si *spiritus dei aliquem induere* i. e. complere dicitur Iud. 6, 34. 1 Chr. 12, 18. 2 Chr. 24, 20, cf. Luc. 24, 49, cf. formulam syram ܠܒܫܟ ܣܛܢܐ Satanas induit i. e. implevit te, Ephraemi Opp. syr. II, 504. 505.

Pu. part. מְלֻבָּשִׁים Esr. 3, 10 et מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים 1 Reg. 22, 10. 2 Chr. 18, 9 *vestibus* (solemnibus) *induti.*

Hiph. *vestivit* aliquem, sq. acc. pers. 2 Chr. 28, 15, saepius sq. dupl. acc. pers. et vestimenti: vestivit aliquem veste (er liefs ihn das Kleid anziehn) Gen. 41, 42. Ex. 28, 41, sq. עַל Gen. 27, 16: *pelles hoedinas* הִלְבִּישָׁה עַל־יָדָיו *induit manibus eius.* Metaph. salute aliquem amicivit i. e. largiter donavit Ps. 132, 16. Jes. 61, 10.

Nomm. deriv. לְבוּשׁ, מַלְבּוּשׁ, תַּלְבֹּשֶׁת.

לְבַשׁ fut. יִלְבַּשׁ chald. id. sq. acc. Dan. 5, 7. 16. Aph. הַלְבִּישׁ (formâ hebraizante) *vestivit*, sq. acc. vestimenti et לְ pers. Dan. 5, 29.

לְבֻשׁ v. לָבוּשׁ.

לֹג m. pr., ut videtur, lacus profundior, pelvis (cf. syr. ܠܩܢܐ pelvis, paropsis, gr. λάκκος, λάκος, lat. *lacus, lacuna,* a rad. לָגַג), inde *mensura* liquidorum minima, ex Rabbinorum sententia duodecimam Hinis partem sive sex ova continens. Levit. 14, 10. 12. 15. 21. 24.

לָגַג rad. inusit. Arab. لَجَّ praeter alia est: profundus fuit (de aqua, mari), inde hebr. לֹג.

לֹד (fort. lis, certamen) n. pr. *Lydda*, vicus magnus Benjaminitarum, gr. *Λύδδα, Λύδδη* Act. 9, 32. 35. 38. 1 Macc. 11, 34, hodie لُدّ, لُدَّا. Neh. 7, 37. 11, 35. 1 Chr. 8, 12. Esr. 2, 33.

לָדַד rad. inusit. Arab. litigatus est, unde nomm. pr. לֹד, et בִּלְדַּד pro בֶּן־לְדַד filius litis.

לָה chald. *nihil* i. q. לָא. Dan. 4, 32 Chethibh.

לֹה Deut. 3, 11 Chethibh pro לֹא *non.*

לָהַב rad. inusit. Arab. لَهِبَ, aeth. ለሀበ: arsit, flammavit. (Origo est in *lingendo, lambendo*, quae notio inest in radd. ordientibus a syllabis לה, לח, לע et varie transfertur (v. ad rad. לוּעַ), nominatim ad flammam, quae instar linguae qs. lambere videtur, v לָהַט et cf. γλῶσσα πυρός Act. 2, 3), unde

לַהַב m. לֶהָבָה Num. 21, 28 et **לַהֶבֶת** 1 Sam. 17, 7 fem. pl. לְהָבוֹת Ps. 105, 32, cst. לַהֲבוֹת 29, 7

1) *flamma* Joël 2, 5. Iob. 41, 13. 2) *ferrum flammans* i. e. *micans*, splendore flammam referens h. e. *lamina* hastae, gladii 1 Sam. 17, 7. Nah. 3, 3. Iob. 39, 23 (26), etiam absol. de *gladio* nudato Iud. 3, 22. V. praeterea שַׁלְהֶבֶת et לֶבָה.

לְהָבִים m. pl. ἅπαξ λεγόμ. Gen. 10, 13 n. pr. populi ab Aegyptiis oriundi, prob. i. q. לוּבִים *Libyes*, cf. de cognatione formarum ע״ו et ע״ה p. 261.

לָהַג rad. inusit. Arab. لَهِجَ pr. avidus fuit, inhiavit alicui rei, avide appetiit, plerumque transl. studiosissimus fuit alicuius rei, studiose audivit, didicit (fere nostr. *studiren*). Inde

לַהַג m. *studium litterarum*, ut bene Aben Esra Eccl. 12, 12, in altero membro עֲשׂוֹת סְפָרִים de librorum scribendorum studio. (LXX μελέτη. Vulg. meditatio. Luth. Predigen).

לָהַד rad. inusit. Arab. لَهَدَ pressit, oppressit, unde

לַהַד n. pr. m. 1 Chr. 4, 2.

לָהָה i. q. לָאָה (cf. כָּאָה et כָּהָה) *languit*, *viribus defecit*. (Origo mihi esse videtur in *siti fatiscente*, quo *exserta lingua* ardent et potum appetunt, cf. verba ordientia a לה, ut לַהַג, et quae observavimus ad rad. לוּעַ. Cf. lat. *langueo*, et nostr. *lechen*, unde frequ. *lechzen*, *lech*, *leck* seyn). Semel legitur Gen. 47, 13: וַתֵּלַהּ אֶרֶץ מִצְרַיִם מִפְּנֵי הָרָעָב *Aegyptus terra fame elanguescebat*. (Chald. לְהָה saepe pro hebr. לָאָה).

לָהַהּ in Kal inusit., ut equidem suspicor, i. q. לָהָה pr. *gravissimo siti arsit*, idque quum canum rabidorum sit, *rabiosus fuit* canum instar, *insaniit*. Sic intelligo

Hithpalp. part. מִתְלַהְלֵהַּ *rabidus*, *insanus*. Prov. 26, 18. LXX ex ed. Aldina et Symm. πειρώμενοι (daemone) tentati, agitati. Venet. ἐξεστώς. Secundarium est et ab insania ductum, quod Syri habent, ܐܬܠܗܠܗ obstupuit, horruit.

I. **לָהַט** *arsit*, flammavit (it. Syr. Chald. id.). Ps. 104, 4. לֹהֲטִים *flammantes*, qui ignem et flammas spirant Ps. 57, 5.

Pi. לִהֵט *incendit*, *inflammavit* (flamma) c. acc. Joël. 1, 19. 2, 3. Ps. 83, 15. 106, 18. Jes. 42, 25, sufflavit (halitus) Iob. 41, 13.

Inde לַהַט.

II. **לָהַט** i. q. לוּט, לָאַט (cf. p. 261) pr. *occultavit*, inde artibus occultis et magicis usus est, unde לְהָטִים q. v.

לַהַט m. pr. *flamma*, inde *ferrum flammans* gladii. Gen. 3, 24. Cf. לַהַב.

לְהָטִים *praestigiae* Ex. 7, 11, i. q. לָטִים. V. לָהַט no. II.

לָהַם in Kal inusit. Arab. لَهِمَ avide deglutiit, unde لَهِمٌ avidus, ligurritor. Cogn. est לָחַם.

Hithp. part. מִתְלַהֲמִים quae avide deglutiuntur, *buccellae dulces*. Prov. 18, 8. 26, 22.

לָהֵן conflatum ex לְ et pron. הֵן (q. v.), *propterea*. Ruth 1, 13 i. q. לָכֵן.

לָהֵן chald. 1) i. q. hebr. *propterea* Dan. 2, 6. 9. 4, 24. Transit 2) in particulam adversativam (plane ut hebr. לָכֵן p. 498 A, quare multi hoc aliud vc. ex לָא et הֵן conflatum putarunt) *nihilominus*, *tamen*, sed Esr. 5, 12, praevia negatione: *sed*, (sondern) Dan. 2, 30, *nisi* Dan. 2, 11. 3, 28. 6, 8.

לַהֲקָה f. tantummodo 1 Sam. 19, 20

prob. litteris traiectis i. q. קְהִלָּה *concio.* Ita LXX. Syr. Chald. Cf. etiam יַקְלָהוּ 2 Sam. 20, 14.

לֹו ter legitur pro לֹא *non*, v. לֹא not. 1.

לֹו דְבָר v. לֹא דְבָר.

לוּ et **לוּא** (1 Sam. 14, 30. Jes. 48, 18. 63, 19) 1) Conj. conditionalis: *si*, quae poni solet, ubi simul significatur, id quod sumitur non esse vel fuisse vel futurum esse, id saltem valde incertum neque probabile esse (cf. אִם pag. 69). Prout sententia poscit, sequitur a) praet. Deut. 32, 29: לוּ חָכְמוּ יַשְׂכִּילוּ זֹאת *si saperent* (quod non faciunt), *intelligerent hoc.* Iud. 13, 23: לוּ חָפֵץ יְיָ לַהֲמִיתֵנִי לֹא לָקַח מִיָּדֵנוּ *si Jehovae placuisset, interficere me, non accepisset* cet. 8, 19. 1 Sam. 14, 30. Num. 22, 29; b) futurum Ez. 14, 15: *si immitterem* (quod futurum esse non dico) *feras bestias in terram* ...... 16: ... *hi* (tres viri probi) *soli salvarentur.* (Comm. 13 in eadem sententia est כִּי, Comm. 17. 19 particula conditionalis plane omissa est). c) Part. 2 Sam. 18, 12: וְלוּ אָנֹכִי שֹׁקֵל עַל כַּפַּי אֶלֶף כֶּסֶף לֹא אֶשְׁלַח יָדִי וְגוֹ׳ *et si quis mihi appenderet* (quod nemo mihi obtulit) *mille siclos, manum meam non immitterem* cet. Ps. 81, 14. 15. Cf. לוּלֵא. Aposiopesis est in hoc exemplo Gen. 50, 15: לוּ יִשְׂטְמֵנוּ יוֹסֵף *si Josephus nos persequeretur,* quid tunc? *wie? wenn Joseph uns verfolgte?* Bene ad sensum LXX. *μή ποτε.*

2) Transit in interjectionem *optantis: o si! utinam!* quemadmodum nos sententiam conditionalem: *wenn es geschähe* ita pronuntiare possumus, ut id optemus, quod tanquam incertum et parum probabile posueramus: *wenn es geschähe! o wenn es doch geschähe!* Memorabile est Iob. 16, 4: לוּ יֵשׁ נַפְשְׁכֶם תַּחַת נַפְשִׁי אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים *si vos essetis meo loco, verbis me associarem contra vos,* ubi conditio illa involvit quodammodo votum, ut aliquantisper certe calamitatem sentiant amici. Struitur sq. fut. Gen. 17, 18. Iob. 6, 2, imp. Gen. 23, 13 (cf. אִם C, 3), praeterito Num. 14, 2: לוּ מַתְנוּ *utinam mortui essemus?* 20, 3: לוּ גָוַעְנוּ, sed cum significatione futuri Jes. 63, 19: לוּא קָרַעְתָּ *utinam lacerares* coelum. Mere *concedentis* est Gen. 30, 34: לוּ יְהִי כִדְבָרֶךָ *fiat, ut dixisti.* (Arab. لَوْ id. cf. de Sacy gr. arabe I, §. 885. Syri triplicem formam habent ܐܠܘ hebr. אִלּוּ *si*, ܠܘ non, ܠܘܝ utinam. Quod ad etymon attinet, haec particula vicina videtur radici לָוָה, ut significatio conditionalis sit ab annectendo, dependendo).

לוּב rad. inusit. vic. לָאַב. Arab. *sitivit.*

לוּבִים n. gent. pl. 2 Chron. 12, 3. 16, 8. Nah. 3, 9 et לֻבִים Dan. 11, 43 *Libyes*, ubique coniuncti cum Aegyptiis et Aethiopibus. Cf. לְהָבִים. Arab. لُوبِيّ Libys, modo semitica est haec vox pr. incola terrae siticulosae i. e. aridae, cf. צִיִּים.

לוּד n. pr. duorum populorum 1) populi Semo oriundi Gen. 10, 22, e Josephi (Ant. 1, 6 §. 4) sententia non improbabili *Lydi* in Asia minore. 2) populi africani (fort. aethiopici), ab Aegyptiis orti, qui arcu et sagittis pugnare solebat. Ez. 27, 10. 30, 5. Jes. 66, 19 et לוּדִים Gen. 10, 13. Jer. 46, 9. V. J. D. Michaëlis Spicileg. T. I. p. 256—260. II, 114. 115.

לָוָה 1) *adhaesit* alicui. Eccl. 8, 15: *bonum est homini edere, bibere, laetari* וְהוּא יִלְוֶנּוּ בַעֲמָלוֹ *nam hoc adhaerebit ei* i. e. ei manebit *in labore suo.* Hinc 2) *mutuatus est, mutuum accepit,* q. d. *nexus est* Deut.

28, 12. Ps. 37, 21. Cf. lat. *nexus* de eo quem ob aes alienum sibi servire cogebat creditor, Varro ling. lat. 6, 5. Liv. 2, 27. 8, 28.

Niph. ut Kal no. 1 *adiunxit se* alicui, sq. עַל Num. 18, 2. 4. Dan. 11, 34, עִם Ps. 83, 9, אֶל Gen. 29, 34, אֶל יְיָ Jehovae se addixit Jes. 56, 3. Jer. 50, 5. Zach. 2, 15.

Hiph. causat. Kal no. 2 *mutuum dedit.* Jes. 24, 2: כַּמַּלְוֶה כַּלֹּוֶה *qui mutuum dat, ut qui mutuum accipit.* Prov. 22, 7. Ps. 112, 5. Sq. acc. p. Deut. 28, 12. 44. Prov. 19, 17, sq. dupl. acc. pers. et rei Ex. 22, 24.

Derivv. לִוְיָתָן, לִוְיָה, לֹיָה pro לוֹיָה, לְוָת, it. לוֹא, לוּ, et n. pr. לֵוִי.

לוּז 1) *flectere, deflectere.* (Arab. لَاذَ Conj. I. III. flexit, inclinavit). 2) *cedere, retrocedere* Prov. 3, 21.

Niph. part. נָלוֹז *perversus,* i. e. *pravus,* sceleratus (cf. עִוָּה, עִקֵּשׁ) Prov. 3, 32. Neutr. נָלוֹז perversum, pravum Jes. 30, 12. Plenius Prov. 14, 2: נְלוֹז דְּרָכָיו *cuius viae sunt perversae,* et 2, 15: נְלוֹזִים בְּמַעְגְּלוֹתָם id.

Hiph. fut. יַלִּיזוּ (more Chaldaeorum inflexum, ut יַלִּינוּ a לוּן) i. q. Kal *cessit.* Prov. 4, 21.

לוּז m. 1) *amygdalus* Gen. 30, 37. (Arab. لَوْز, لَوْزَة, syr. ܠܘܙܐ. Origo in linguis semiticis vix quaerenda. Emollitum videtur e forma primigenia quam servarunt Armeni in *ngus,* lat. in *nux,* quod alio modo inflexum Hebraei habent in אֱגוֹז nux).

2) n. pr. a) oppidi Benjaminitarum a sacrario vicino etiam בֵּית אֵל appellati (v. pag. 144 B) Jos. 18, 13. Iud. 1, 23. b) alius in regione Hethitarum, ab illius prioris incola conditi Iud. 1, 26.

לוּחַ rad. inusit. Arab. لَاحَ *splenduit, micuit* (cf. λευκός, γλαυκός; λεύσσω, γλαύσσω), inde *politus, laevis* fuit. Ab hoc est

לוּחַ m. pl. לוּחוֹת *tabula* (syr. ܠܘܚܐ arab. لَوْح, aethiop. ሰሌዳ: id.) a) lapidea, cui aliquid inciditur vel inscribitur, לוּחֹת הַבְּרִית Deut. 9, 9, לֻחֹת הָעֵדוּת Ex. 31, 18 tabulae foederis, legis. b) lignea 1 Reg. 7, 36, de *valva* ianuae Cant. 8, 9. Dual. לֻחֹתַיִם *tabulatum* navium, quod duplex fuisse videtur. Ez. 27, 5. c) trop. Prov. 3, 3: *inscribe in tabulam cordis tui,* cf. Jer. 17, 1. 2 Cor. 3, 3 et δέλτοι φρενῶν Aesch. Unde

לוּחִית (e tabulis facta) n. pr. oppidi Moabitarum Jes. 15, 5. Jer. 48, 5.

לוֹחֵשׁ c. art. הַלּוֹחֵשׁ (incantator) n. pr. m. Neh. 3, 12. 10, 25.

לוּט 1) i. q. לָאַט, לָהַט no. II, *occultare, obvolvere.* Part. act. לוֹט *occultans* Jes. 25, 7, et alia forma לָט intrans. *occultus,* clandestinus, inde בַּלָּט *clam* Ruth 3, 7. 1 Sam. 18, 22. 24, 5 semel בַּלָּאט Iud. 4, 21. Part. pass. f. לוּטָה *obvoluta* 1 Sam. 21, 10. — 2) *occulte agere.* Part. pl. לָטִים *occultae artes, praestigiae* Ex. 7, 22. 8, 3. 14, pro quo לְהָטִים 7, 11, v. לַהַט.

Hiph. i. q. Kal no. 1. 1 Reg. 19, 13.

Inde לָט et

לוֹט m. 1) *obvelatio, velamen.* Jes. 25, 7: הַלּוֹט הַלּוֹט עַל־כָּל־הָעַמִּים *velamen, obvolvens omnes gentes,* quod vultum earum operit, eas tristitia afficit. 2) n. pr. *Lot,* Abrahami fratris filius Gen. 13, 1 sq. 19, 1 sq., Ammonitarum et Moabitarum auctor, qui propterea *filii Lot* appellantur Deut. 2, 9. Ps. 83, 9.

לוֹטָן (obvolutio) n. pr. filii Seïr Gen. 36, 20. 29.

לֵוִי (adhaesio l. sertum, corona, i. q. לִוְיָה a rad. לָוָה) m. 1) n. pr. *Levi,*

Jacobi filius natu tertius ex Lea pellice Gen. 29, 34. 34, 25. 35, 23, auctor tribus leviticae (בְּנֵי לֵוִי), quae cultui divino destinata erat, cuiusque familia Aharonitica (בֵּית אַהֲרוֹן) sacerdotii iura habebat. 2) nom. patron. pro לֵוִיִּי *Levita*, Deut. 12, 18. Iud. 17, 9. 11. 18, 3. Plur. לְוִיִּם Jos. 21, 1 sq.

לֵוִי chald. pl. emphat. לֵוָיֵא *Levitae* Esr. 6, 16. 18. 7, 13. 24.

לִוְיָה f. *sertum, corolla* a *nectendo* et *flectendo* dicta (v. rad. לָוָה), cf. arab. لوى flexit, incurvavit, plicuit, contorsit. III. inflexit se serpens, لَوَّى spira serpentis. Prov. 1, 9. 4, 9. Inde

לִוְיָתָן (c. terminatione adj. ־ָן, ut נְחֻשְׁתָּן aeneus a נְחֹשֶׁת, עֲקַלָּתוֹן ab עֲקַלָּה) pr. (animal) *flexum, in spiras convolutum,* 1) *serpens,* isque maior Iob. 3, 8 (ad quem locum v. rad. עוּר Pil.) Jes. 27, 1 (ubi Babyloniae regni hostilis symbolum est). 2) spec. *crocodilus* Iob. 40, 25 sq. 3) quaevis *bellua magna aquatilis* Ps. 104, 26, eaque pro hoste atroce Ps. 74, 14, cf. תַּנִּין Jes. 51, 9. Ez. 29, 3. 32, 2. 3. Bocharti Hieroz. P. II, lib. V. cap. 16—18.

לוּל rad. inusit. vic. rad. גָּלַל (q. v.) nostr. *rollen, volvere, convolvere, rotare,* unde

לוּל plur. לוּלִים *scalae cochleatae* 1 Reg. 6, 8. (Chald. id.).

לוּלָי tantum in plur. לוּלָאוֹת, def. cstr. לֻלָאוֹת (ad formam דּוּדָאִים q. v.) *laqueoli,* quibus immittebantur uncini (קְרָסִים) in aulaeis tentorii sacri, *Schleifen, Schlingen,* a convolvendo dicti. Ex. 26, 4 sq. 36, 11 sq. Vulg. *ansulae.*

לוּלֵי Gen. 31, 42. Deut. 32, 27 et **לוּלֵא** Gen. 43, 10. Iud. 14, 18. 2 Sam. 2, 27 (comp. ex לוּ *si* et לֵא, לֵי i. q. לֹא *non*) Conj. conditionalis negativa: *nisi* (esset, fuisset), qua simul significamus, aliquid vere fuisse, diversa ab אִם לֹא (cf. quae observavimus s. v. לוּ). Sq. Praet. Gen. 31, 42: לוּלֵי אֱלֹהִים הָיָה לִי *nisi Deus fuisset pro me.* Jes. 1, 9. 1 Sam. 25, 34. 2 Sam. 2, 27, sq. part. 2 Reg. 3, 14: לוּלֵי פְּנֵי יְהוֹשָׁפָט אֲנִי נֹשֵׂא *nisi in Josaphati gratiam facerem* cet.

לוּן et **לִין** praet. לָן Gen. 32, 22. 2 Sam. 12, 16, לָנוּ Iud. 19, 13, gerund. לָלוּן Gen. 24, 25 et saepe, it. לָלִין ib. comm. 23, imp. לִין Iud. 19, 6. 9, לִינִי, לִינוּ Ruth 3, 13. Joël 1, 13, fut. תָּלִין, יָלִין, apoc. תָּלֶן 2 Sam. 17, 16, תָּלֶן Iud. 19, 20. Iob. 17, 2, conv. וַיָּלֶן Gen. 28, 11. 32, 14. Part. לָנִים Neh. 13, 21.

1) *pernoctare, noctem transigere* (prob. denom. a לַיִל, לַיְלָה *nox,* l et n inter se permutatis v. p. 511) Gen. 19, 2 et saepe, v. exempla modo laudata. Etiam de rebus inanimatis, ut cibis, quae in diem posterum servantur. Ex. 23, 18. 34, 25. Deut. 16, 4. Lev. 19, 13: *ne pernoctet apud te merces mercenarii usque ad mane.* Poët. Iob. 29, 19: *ros pernoctat in ramis eius.* It. *devertit pernoctandi causa* Ps. 30, 6: *vesperi devertit fletus, sed mane adest laetitia.*

2) *commorari, habitare, permanere* (cf. بات pernoctavit, permansit in aliqua conditione). Ps. 25, 13: *anima eius permanet in felicitate,* perpetua felicitate fruitur. 49, 13: וְאָדָם בִּיקָר בַּל יָלִין *sed* talis *homo in honore non permanet,* non stabilis est honor eius. Iob. 41, 14: *in collo eius habitat* (qs. sedem habet) *robur.* 17, 2. 19, 4: (si) *re vera erravi* אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי *mecum manet error meus* i. e. *ego* erravi, non vos, et ego solus erroris poenas luam.

Niph. pervivacem, contuma-

cem se gessit (manendi et persistendi significatu in malam partem deflexo), hinc *murmuravit, quiritatus est* sq. עַל contra aliquem, de populo contra praefectum suum murmurante Ex. 15, 24. Num. 14, 2. 17, 6, et Jos. 9, 18 Keri.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2. Jer. 4, 14: *quousque tecum permanere facies* i. e. fovebis *cogitationes tuas iniquas?* — 2) i. q. Niph. pr. *pervicacem, contumacem egit*, sq. עַל contra aliquem. Praet. הֲלִּנֹתֶם Num. 14, 29, fut. וַיַּלֶּן Ex. 17, 3, alibi semper prima radicali more Rabbinorum geminata (v. Lgb. p. 407), תַּלִּינוּ, יַלִּינוּ Ex. 16, 8. Num. 14, 36. 16, 11, part. מַלִּינִים Num. 14, 27. 17, 20, qui declinatus huic significationi proprius est.

Hithpal. i. q. Kal no. 1. Ps. 91, 1. Iob. 39, 28.

Derivv. מָלוֹן, מְלוּנָה, תְּלֻנָּה.

לוּעַ *deglutire, sorbere* Obad. 16. Inde לֹעַ *gula*. — De לָעוּ Iob. 6, 3 v. rad. לָעָה.

Apposite dudum monuit J. D. Michaëlis (Suppll. p. 1552), syllabam לע *avide deglutiendi, ligurriendi, sorbendi* sonum referre, atque haec significatio in plurimis inest radicibus semiticis, quarum syllaba prima aut primaria est לע, ut עָלַע linxit, sorpsit, ܠܥ et ܠܥ id., לָעַט (arab. لعطم, لعذم) ligurrivit, ܠܥܣ Ethpe. avide voravit, لَعُو avidus, ligurritor, لعف, لعص, لعق linxit, ligurrivit, syr. ܠܥܘܣܐ, ܠܥܘܡܣܐ, ܠܥܘܪܣܐ, ܠܥܘܣܬܐ mandibula; similisque est potestas syllabae vicinae לח, לה, ut לָחַךְ (לָקַק) linxit, לָהַם deglutivit, et לָחַם edit, לָהַב et לָהַט linxit [flamma] i. e. flammavit, cf. sanscr. *lih* lingere, gr. λείχω, λιχμάω, λιχνεύω, lat. LinGo, LiGurio, transp. GuLa, *deglutio*, nostr. *lecken*, et praemisso sibilo *schlucken, schlingen*.

His addenda magna radicum semiticarum vis, quae a syllabis לע, לח, לה ordientes varios linguae motus designant, ut *hiare ore aperto et lingua exserta*, ut fit in siti ardente et rabie (v. לָהָה, לָהַהּ, לָאַח, לָהַג, nostr. *lechen, lechzen*), *vibrare linguam* et *sibilare*, more serpentum et submisse loquentium (v. לָחַשׁ); *balbutire, barbare* (i. e. non intelligenda) *et inepte loqui* (לָעַג ubi vide plura, לָעַז, לָעַט). Graeci et *ligurriendi* et *balbutiendi, blaterandi* potestatem habent syllaba *la, lam, lab, lap* expressam, cf. λάω lingo, λάβρος, λάμυρος vorax et loquax, λαμός, λαιμός gula, λαμία vorax (anthropophaga, غُولَة Ghula, v. ad לִילִית), λάπτω, λαφύσσω, lat. *lambo, labium*, pers. لب labium, nostr. *Lippe*, et vulgg. *labbern*, sch*labbern*, sch*lappen*. *Subsannandi* significationem a balbutiendo profectam (לָעַג) iidem habent litteris transpositis in γελάω, χλεύη.

לוּץ pr. *balbutire* (cf. לָעַג, et quae observavimus ad לוּעַ), inde 1) *barbare loqui*, quoniam peregrinam linguam loquentes hominibus hanc ignorantibus sine sensu garrire et blaterare videntur, v. Hiph.

2) *illudere, irridere* alicui, pr. vocem eius per ludibrium imitando. (Cf. Jes. 28, 10. 11 et לָעַג. Respondet sanscr. *lad*, lat. *ludere*, gr. λάσθη irrisio). Prov. 9, 12. Part. לֵץ *irrisor* i. e. homo frivolus, protervus, qui sanctissima quaeque religionis, pietatis morumque praeceptaférociter contemnit (cf. זֵד). Ps. 1, 1. Prov. 9, 7. 8. 13, 1. 14, 6. 15, 12. 19, 25. 22, 10. 24, 9. Jes. 29, 20.

Hiph. 1) *interpretem egit, interpretatus est* (a barbare loquendo, cf. Kal no. 1). Part. מֵלִיץ *interpres* Gen. 42, 23 (bene LXX ἑρμηνευτής, Onk. מְתוּרְגְּמָן), inde

intercessor, *internuncius* 2 Chr. 32, 31. Jes. 43, 27. מַלְאָךְ מֵלִיץ Iob. 33, 23 *angelus intercedens* pro hominibus apud Deum, *μεσίτης*, tutelaris cf. Matth. 18, 10. 2) i. q. Kal no. 2 *illusit*, sq. acc. Ps. 119, 51. Prov. 14, 9, sq. dat. Prov. 3, 34.

Hithpal. הִתְלוֹצֵץ *frivole*, *proterve se gessit* Jes. 28, 22.

Inde מְלִיצָה, לָצוֹן.

לוּשׁ *depsere* (massam farinaceam) Gen. 18, 6. 1 Sam. 28, 24. 2 Sam. 13, 8. (Syr. et chald., aethiop. ለፈሰ: id.). Inde

לוּשׁ n. pr. m. 2 Sam. 3, 15 Chethibh. Cf. לַיִשׁ 2, b.

לְוָת chald. (pro לְוָאת, a rad. לְוָה) pr. connexio, *adhaesio*, abit in praep. *apud*, *penes*, ut syr. ܠܘܬ. Esr. 4, 12: מִן לְוָתָךְ i. q. hebr. מֵעִמְּךָ gall. *de chez toi.*

לז v. הַלָּז.

לָזָה rad. inusit. i. q. לוּז, unde לָזוּת.

לָזֶה v. הַלָּזֶה.

לָזוּ v. הַלָּזוּ.

לָזוּת f. *perversitas* Prov. 4, 24, a rad. לָזָה.

לַח adj. (a rad. לָחַח) pl. לַחִים (c. Dagesch forti implicito, grammat. §. 22, 1) pr. *humidus*, inde *recens*, de ligno Gen. 30, 37, de uva Num. 6, 3, de funibus novis Iud. 16, 7. 8.

לֵחַ m. *vigor* aetatis Deut. 34, 7, a rad. לָחַח.

לָחָה rad. inusit. Aeth. ለሐየ: pulcher, formosus fuit, unde לְחִי gena.

לְחוּם vel **לָחוּם** (a rad. לָחַם) 1) quod comeditur, *cibus*. Iob. 20, 23: וְיַמְטֵר עָלֵימוֹ בִּלְחוּמוֹ *et pluet super eos cibo eorum* i. e. immittet iis Deus, quod iis cibo sit, sc. ignem et sulphur, quae ventrem eorum impleant. *Pluere cibo* (בִּלְחוּם) h. l. poët. dictum pro in pluvia demittere cibum, ut nos dicimus: es regnet *mit* grofsen Tropfen, et regnet grofse Tropfen herab. 2) *caro*, *corpus*. Zeph. 1, 17, ubi pro לְחוּמָם al. codd. et editt. לְחֻמָם. (Arab. لَحْم plur. لُحُوم caro).

לָחַח rad. inusit. *humidus fuit.* Aethiop. ለሐለሐ: humectavit (v. Ludolfi Lex. in Syllabo pag. 635, in ipsius enim lexici utraque editione hoc vc. omissum est). Chald. לְחַלְחַ id., לַיְחָה, לֵיחוּת, לְחַלּוּחִית humor, vigor. Inde לַח.

לְחִי f. in pausa לֶחִי c. suff. לֶחְיוֹ dual. לְחָיַיִם, cstr. לְחָיֵי Jes. 30, 28 c. suff. לְחָיֶיךָ Ez. 29, 4, sed לְחָיֵיהֶם Hos. 11, 4 1) *gena*, *mala*, a pulchritudine dicta, cuius sedes est, v. rad. לָחָה. הִכָּה פ׳ עַל לְחִי et הִכָּה לְחִי פ׳ *percutere alicui genam* castigationis est et ignominiae. Mich. 4, 14. 1 Reg. 22, 24. Iob. 16, 10, cf. Jes. 50, 6. Thren. 3, 30. 2) *maxilla* Iud. 15, 15—17. Iob. 40, 26. Ps. 3, 8: הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי *confregisti omnibus hostibus meis maxillam*, imagine petita ab animalibus rapacibus, quae maxillâ fractâ et dentibus excussis nocere non amplius possunt. Arab. لَحْي id., لِحْيَة barba. 3) n. pr. regionis in Philistaeae confiniis Iud. 15, 9. 14, 19, plene רָמַת לְחִי *excelsum* s. collis *maxillae* prob. a rupium praeruptarum serie ita dictum (*dentes* nimirum appellantur singulae rupes, v. שֵׁן; *maxillam* de loco montano habes in n. pr. chald. לְחַיַּת מוֹאָב pro hebr. עָר מוֹאָב, Mich. Suppl. p. 1453): quanquam ab ipso scriptore l. c. ad *maxillam iactam* refertur, qs.

scriptum esset רָמַת לְחִי (a rad. רָמָה iecit).

לָחַךְ i. q. לָקַק *linxit*, nostr. *lecken*. Arab. لَحَكَ, syr. ܠܚܟ Pe. et Pa. id. In Kal semel legitur pro *lambendo depavit* Num. 22, 4.

Pi. לִחֵךְ *linxit, lambit*, lambendo depavit, de bove Num. l. c. (cf. arab. لَسَّ lambit pabulum pecus), de igne 1 Reg. 18, 38. לִחֵךְ עָפָר pulverem lambit, hyperb. de eo, qui supplex in pulverem se prosternit. Ps. 72, 9. Mich. 7, 17. Jes. 49, 23.

לָחַם fut. יִלְחַם 1) *edit, comedit* (vic. לָהַם, v. ad rad. לוּעַ) i. q. אָכַל, sed non nisi poëtis usitatum Prov. 23, 1, sq. acc. cibi Prov. 4, 17. 23, 6, sq. בְּ comedit *de* aliqua (*an, von* etwas essen) 9, 5. Ps. 141, 4. Metaph. Deut. 32, 24: לְחוּמֵי רֶשֶׁף *peste absumti.*

2) *pugnavit, bellavit*, sq. אֶת Ps. 35, 1, et לְ pers. 56, 2. 3, in Niph. usitatius. Milites saevi in pugna per hyperbolen hostes qs. vorare dicuntur, ut Josua de Cananaeis Num. 14, 9: לַחְמֵנוּ הֵם *panis noster illi* erunt, Luth. *denn wir wollen sie wie Brot fressen*, cf. arab. مضغ manducavit Conj. II. pugnavit, pers. مردم خور anthropophagus de milite strenuo, et hom. πτολέμοιο μέγα στόμα Il. 10, 8.

Niph. נִלְחַם inf. absol. נִלֹּחֹם i. q. Kal no. 2 *pugnavit, bellum gessit* (signif. recipr. ut gr. μάχεσθαι). 1 Sam. 17, 10: נִלָּחֲמָה יָחַד *concertemus inter nos*, sq. acc. eius quocum pugnatur Jos. 10, 25. Ps. 109, 3. 1 Reg. 20, 25, sq. בְּ Ex. 1, 10, עִם 2 Reg. 13, 12. 14, 15, אֶל Jer. 1, 19. 15, 20, עַל Neh. 4, 8; it. sq. לְ Ex. 14, 14. 25. Deut. 1, 30 et עַל eius pro quo pugnatur Iudd. 9, 17. 2 Reg. 10, 3. — נִלְחַם בָּעִיר Iud. 9, 45 et עַל עִיר *oppugnavit* urbem Jes. 7, 1. 2 Reg. 16, 5. Jer. 34, 22. 37, 8.

Derivv. מִלְחָמָה, לְחוּם, לֶחֶם, לָחֶם.

לָחֶם verbale Piëlicum *pugna, oppugnatio*. Iud. 5, 8: אָז לָחֶם שְׁעָרִים *tum oppugnatio portarum* erat i. e. oppugnabantur portae. Segol pro Zere (quod nonnulli codd. servarunt) positum propter statum constructum, quanquam exempla gemina desiderantur.

לֶחֶם utriusque sexus (m. Num. 21, 5. f. Gen. 49, 20) 1) *cibus*, et hominum et brutorum Lev. 3, 11. Ps. 41, 10. 102, 5. Iob. 20, 14. לֶחֶם אֱלֹהִים cibus Dei, de sacrificio Lev. 21, 8. 17. Jer. 11, 19: עֵץ בְּלַחְמוֹ *arbor cum cibo* i. e. fructu *suo* (cf. arab. أُكُلٌ cibus, de fructu). לֶחֶם הַפֶּחָה victus praetoris, sumtus victui eius destinati (Tafelgelder) Neh. 5, 18 coll. V. 15. לַחְמְךָ Obad. 7 ellipt. pro אַנְשֵׁי לַחְמֶךָ commensales i. e. domestici tui. — De *epulis* in formulis אָכַל לֶחֶם epulatus est (v. אָכַל 1, litt. c), et עָשָׂה לֶחֶם epulas instruxit Eccles. 10, 19.

2) spec. *panis* (ut arab. لَحْمٌ spec. *caro*). לֶחֶם הַפָּנִים panis, panes faciei LXX. ἄρτοι ἐνώπιοι Vulg. *panes propositionis*, Luth. *Schaubrodte*, duodecim paniculi, qui singulis sabbatis lectisterniorum more Jehovae in tabernaculo sacro proponebantur Exod. 25, 30. 35, 13. 39, 36, in libris recentioribus לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת dicti. — Ubi numeralia praemissa sunt, suppl. כִּכְּרוֹת, 1 Sam. 10, 4: שְׁתֵּי לֶחֶם duae (placentae) panis, cf. Vers. 3. Semel adeo

3) *triticum*, ex cuius farina panem coquunt Hebraei, *Brotkorn* (cf. arab. طَعَامٌ cibus spec. triticum, et vicissim gr. σῖτος triticum, dein cibus quicunque). Jes. 28, 28: לֶחֶם יוּדָק וְגוֹ׳ *triticum trituratur*

quidem, *sed non fortiter id conculcant* cet.

לְחֶם chald. *cibus, epulae* Dan. 5, 1.

לַחְמִי, v. בֵּית לַחְמִי Bethlehemita p. 145 B. Tanquam viri nomen לַחְמִי legitur 1 Par. 20, 5, quo loco Paralipomenôn auctor verba 2 Sam. 21, 19: וַיַּךְ אֶלְחָנָן בֶּן־יַעְרֵי אֹרְגִים בֵּית הַלַּחְמִי אֵת גָּלְיָת הַגִּתִּי *occidit Elhanan, filius Jaare-Orgim* (haec posterior vox suspecta est et nescio an ex fine commatis repetita), *Bethlehemita, Goliathum Gathitam* male intellecta cum narratione de Goliatho a Davide occiso conciliaturus ex coniectura scripsit: וַיַּךְ אֶלְחָנָן בֶּן־יָעִיר אֶת־לַחְמִי אֲחִי גָּלְיָת הַגִּתִּי *occidit Elhanan, filius Jairi, Lachmium, fratrem Goliathi Gathitae. Lachmius* igitur Goliathi frater, ficticia persona est.

לַחְמָס n. pr. oppidi in planitie tribus Judae Jos. 15, 40, ubi 32 codd. לַחְמָם.

לְחַן rad. chald. in verbo inusit. pr. *libidinosus fuit*, ut gr. λάγνος, pr. *avidus fuit*, ut vic. radd. לָהַם, לָחַם, sed ad res venereas translata. Inde

לְחֵנָה f. chald. *pellex* Dan. 5, 2. 3. 23. In Targg. usitatius.

לָחַץ f. ; יִלְחַץ i. q. נָחַץ (vic. אָלַץ, אָנַס, אוּץ) *pressit, compressit* Num. 22, 25. 2 Reg. 6, 32, *oppressit, afflixit* populum Ex. 23, 9. Iud. 1, 34. 2, 18. (Arab. لحص VIII. adegit, coëgit, لحز institit, importunus fuit).

Niph. pressit se Num. 22, 25. Inde

לַחַץ m. 1) *oppressio, vexatio* populi Exod. 3, 9. 2) *calamitates, angustiae* Iob. 36, 15. 1 Reg. 22, 27: לֶחֶם לַחַץ וּמַיִם לַחַץ *panis et aqua calamitatis*, qualis tempore calamitoso comeditur. Jes. 30, 20.

לָחַשׁ in Kal inusit. *sibilavit, susurravit*, gr. ψιθυρίζειν, nostr. *zischeln*, angl. *to wisper* (quae omnia, aeque ac hebr., onomatopoëtica sunt), cf. vic. נָחַשׁ. (Arab. لحس linxit, sibilavit serpens, unde لَوَاحِس sibilantes i. e. serpentes, aeth. ለሐሰ: id. nec non mussitavit, mutivit pro gr. γρύζω, አለሐሰ: susurravit in aurem, ተለሓሰሰ: susurrarunt inter se.

Pi. לִחֵשׁ *sibilavit, susurravit* spec. de susurro praestigiatorum, carmina sua mussitantium. Part. מְלַחֲשִׁים *incantatores* Ps. 58, 6.

Hithp. susurraverunt inter se (unter sich zischeln, flüstern) 2 Sam. 12, 19, sq. עַל contra aliquem.

Inde n. pr. לוֹחֵשׁ et

לַחַשׁ m. 1) pr. *susurrus* i. e. preces submisse voce prolatae Jes. 26, 16. 2) *incantatio, praestigiae* Jes. 3, 3. Jer. 8, 17. Eccl. 10, 11. Cf. אִטִּים. — 3) pl. לְחָשִׁים Jes. 3, 20 *amuleta* s. ornamenta superstitiosa, plerumque gemmae lapidesque pretiosi vel auri argentique laminae, quibus formulae magicae inscriptae erant, quaeque ex collo vel ex auribus suspendere solebant mulieres orientales, sec. Kimchium et Luth. *inaures* (cf. Gen. 35, 4 ibique intpp., et syr. ܩܕܫܐ). Pr. *remedia incantationis*, neque mirum videri debet, haec eodem vc. indicari atque ipsa incantatio (cf. رقية incantatio, it. amuletum), quum eadem re, carmine nimirum magico, et incantabant et incantationis vim amoliebantur. Plura v. in comment. ad h. l.

לָט part. Kal a rad. לוּט (q. v.) *absconditus*.

לֹט (in cod. Sam. et multis codd. hebr. plene לוֹט) m. Gen. 37, 25. 43, 11 *ledum, ladanum*, gr. λῆδον, λή-

δανον, λάδανον, resina quaedam pituitosa suaveolens, quae ex foliis fruticis in insula Creta crescentis (κίστος, Cistus ladanifera) colligitur (Herod. 3, 112), ab *obtegendo*, obvelando dicta (rad. לוּט), cf. כֹּפֶר pix a rad. כָּפַר. — LXX. Vulg. στακτήν reddunt, Syr. et Chald. *pistacia*, Saad. *castaneas*. V. Celsii Hierob. T. I, p. 280—288, cf. J. D. Michaëlis Supplemm. p. 1424.

לָטָא rad. inusit., i. q. arab. لَطَأَ et لَطِىَ *terrae adhaesit*, vel chald. לְטָא = לוּט abscondidit, unde

לְטָאָה f. *lacertae species* Lev. 11, 30. LXX. χαλαβώτης. Vulg. *stellio*. V. Boch. Hieroz. I, p. 1073. Zab. ܠܛܐܐ lacerta.

לְטוּשִׁם (malleati, acuti) n. pr. tribus arabicae a Dedanitis oriundae. Gen. 25, 3.

לָטַשׁ fut. יִלְטֹשׁ 1) *malleavit*. Gen. 4, 22. 2) malleando *polivit, acuit*, v. c. vomerem 1 Sam. 13, 20, ensem Ps. 7, 13. Metaph. Iob. 16, 9: יִלְטוֹשׁ עֵינָיו לִי *acuit oculos contra me*, oculis torvis, minacibus me intuetur.

Pu. part. *acutus* Ps. 52, 4.

Deriv. n. pr. לְטוּשִׁם.

לָיָה pro לֹוָה, לִוְיָה = לִוְיָה *sertum*, a rad. לָוָה, plur. *serta, corollae pensiles* (Guirlanden, Festons), in architectura 1 Reg. 7, 29. 30. 36.

לַיִל Jes. 16, 3 et Thren. 2, 19 Chethibh, cstr. לֵיל Ex. 12, 42. Jes. 15, 1. 30, 29, frequentius c. He parag. לַיְלָה *) (Milêl), in Pausa לָיְלָה pl. לֵילוֹת m. *nox*. (Arab. لَيْل, aeth. ሌሊት፡ syr. ܠܠܝܐ, ܠܠܝܐ id. Vc. procul dubio primitivum, a quo dictum videtur verbum לִין pernoctavit, pro לִיל). Gen. 1, 5. 14. Ps. 19, 3 et sexcenties. אַרְבָּעִים לַיְלָה quadraginta noctes Gen. 7, 4. 12. בְּכָל־לַיְלָה tota nocte Ps. 6, 7. בְּלַיְלָה אֶחָד una nocte Gen. 40, 4. 41, 11. בַּלַּיְלָה הַהוּא ea nocte Gen. 32, 14. 22. — *Noctu* hebraice dicitur לַיְלָה Gen. 14, 15. Ex. 13, 22 (unde יוֹמָם וָלַיְלָה Ex. 13, 21. Lev. 8, 35. Num. 9, 21 et לַיְלָה וְיוֹם Jes. 27, 3, לַיְלָה וְיוֹמָם 34, 10. Jer. 14, 17), poët. בַּלַּיְלָה Iob. 24, 14. Ps. 42, 9. 77, 7. 88, 2. 119, 55, לֵילוֹת Ps. 16, 7, בַּלֵּילוֹת Cant. 3, 1. הַלַּיְלָה adv. hac nocte (ut הַיּוֹם hoc die, hodie) Gen. 19, 5. 34. כַּלַּיְלָה sicut noctu Iob. 5, 14. Translate de *calamitate, miseria* Iob. 35, 10. Mich. 3, 6. Jes. 21, 11 (cf. חשֶׁךְ).

*) Not. לַיְלָה c. He parag. pr. significabat *noctu;* sensim autem factum ut pro *tempore nocturno* (die Zeit, in welcher es *Nachts* ist) *ipsa*que *nocte* usurparetur, plane ut נֶגְבָּה, צָפוֹנָה regio quae *austrum, septentrionem versus* est, pro austro, septentrione (unde בַּנֶּגְבָּה, בַּצָּפוֹנָה), cf. בִּיוֹמָם: eaque terminatio ita coaluit cum hoc substantivo, ut in lingua chald. et syr. tanquam radicalis retineretur et in st. emphat. in י abiret. Inde

לֵילְיָא m. chald. *nox* Dan. 2, 19. 5, 30. 7, 2. 7. 13.

לִילִית f. pr. *nocturna* (a לַיִל, cum term. adj. f. ־ִית), *spectrum nocturnum*, sec. Rabbinos mulieris ornatae speciem prae se ferens, noctu infantibus insidians. Similis est Graecorum et Romanorum superstitio de muliere ἐμπούσα, de ὀνοκενταύροις (v. Arist. ran. 293. Creuzer comment. Herod. p. 267), Lamiis, Strigibus, et Arabum de Ghulis (الغول, الغولة) i. e. monstris muliebribus in desertis habitantibus hominesque dilacerantibus. Cf. alia spectrorum nomina עֲלוּקָה, שְׂעִירִים. Jes. 34, 14. Plura v. apud Bochartum in Hieroz. T. II. p. 831, Buxtorfium in Lexico Chald. et

Talmud. p. 1140 et in Comment. nostr. ad Jes. 13, 22. 34, 14.

לִין v. לוּן no. I.

לִישׁ rad. inusit., i. q. لاث med. Je III. et V. valuit, fortis fuit, أَلْيَثُ validus, it. لَيْس robur, أَلْيَس validus, strenuus. Inde

לַיִשׁ m. 1) *leo*, a fortitudine dictus. Jes. 30, 6. Iob. 4, 11. Prov. 30, 30. (Arab. لَيْثٌ, chald. לֵית gr. λῖς ap. Hom. id.).

2) n. pr. a) loci in finibus Palaestinae borealibus, alibi לֶשֶׁם et דָּן (q. v.) Iud. 18, 7. 29. Addito ה־ָ locali Jes. 10, 30, ubi alii aliud oppidum prope Hierosolyma intelligunt, v. Comment. ad h. l. b) viri 1 Sam. 25, 44 et 2 Sam. 3, 15 Keri.

לָכַד fut. יִלְכֹּד 1) *cepit* bestias reti laqueisque (pr. percussit reti, coll. arab. لكد percussit) Am. 3, 5. Ps. 35, 8, in fovea Jer. 18, 22, *captivos fecit* milites in bello Num. 21, 32. Jos. 11, 12. Iud. 8, 12, *cepit* i. e. *expugnavit* urbem. Jos. 8, 21. 10, 1. 11, 10. Metaph. Iob. 5, 13: *cepit* illaqueat *prudentes in ipsorum astutia*. Prov. 5, 22. — 2) *intercepit* (auffangen). Iud. 7, 24: וְלִכְדוּ לָהֶם אֶת־הַמַּיִם *intercipite illis aquam*. — 3) *cepit, elegit* aliquem sorte. Cf. אָחַז no. 7. Jos. 7, 14: הַשֵּׁבֶט אֲשֶׁר־יִלְכְּדֶנּוּ יְהוָֹה *ea tribus quam Jehova eliget*, sorte designabit. V. 17.

Niph. pass. Kal no. 1. Ps. 9, 16. Jer. 51, 56. 2 Reg. 16, 18, no. 3. 1 Sam. 10, 20. 21.

Hithp. continuit se, cohaesit. (Arab. لكد Conj. V. iunctis inter se compactisque partibus fuit). Iob. 41, 9 (8): יִתְלַכְּדוּ *cohaerent* (scuta crocodili). 38, 30: פְּנֵי תְהוֹם יִתְלַכָּדוּ *superficies aquarum continetur*, congelata est. Cf. אָחַז no. 4.

Deriv. מַלְכֹּדֶת et

לֶכֶד m. *captura*. Prov. 3, 26.

I. **לְכָה** imp. verbi יָלַךְ, c. He parag. *i! abi, vade* Num. 10, 29. Abit in part. excitandi: *age* Gen. 31, 44, etiam ubi mulieres compellantur Gen. 19, 32 pro לְכִי, in pl. לְכוּ *agite* Gen. 37, 20. 1 Sam. 9, 9. Jes. 2, 3. 5. Pro sing. scribitur etiam לֵךְ Num. 23, 13. Iud. 19, 13. 2 Chr. 25, 17.

II. **לְכָה** pro לְךָ *tibi* Gen. 27, 37.

לֵכָה (itio, iter pro לֶכֶת) n. pr. oppidi tribus Judae 1 Chr. 4, 21.

לָכִישׁ (i. q. لَكِس contumax, i. e. difficilis expugnatu) n. pr. oppidi muniti (Jes. 36, 2. 2 Par. 11, 9) in planitie tribus Judae, quod olim sedes regia Cananaeorum fuerat. Jos. 10, 3. 12, 11. 15, 39. Neh. 11, 30. Jer. 34, 7. Mich. 1, 13.

לָכֵן v. כֵּן p. 489 A.

לַכְשׁ v. לָכִישׁ.

לֻלָאוֹת v. לוּלָי.

לָמַד 1) pr. *castigavit* (arab. لمد i. q. لكم percussit, virga cecidit), maxime iumenta (unde מַלְמָד baculus, quo boves coercentur), inde *condocefecit* iumenta (v. Pu. Hos. 10, 11), tirones ad bellum. 1 Par. 15, 18: לְמוּדֵי מִלְחָמָה *condocefacti* i. e. exercitati *ad bellum*. Cf. Pu. no. 2.

2) intrans. condocefactus est, *didicit*, velut bellum Jes. 2, 4, *assuevit se* alicui rei, sq. אֶל Jer. 10, 2, infinitivo Jes. 1, 17, gerundio Deut. 14, 23. 17, 19. 18, 9, sq. acc. Deut. 5, 1. Jes. 26, 10.

Pi. לִמַּד 1) *condocefecit, assuevit*. Jer. 9, 4: *assueverunt linguam suam, loqui mendacium*. 2) *docuit*. Constr. a) absol. 2 Chr. 17, 7, b) sq. acc. pers. *docuit ali-*

quem aliquid Ps. 71, 17. Cant. 8, 2. c) sq. dupl. acc. pers. et rei Deut. 4, 1. 5. 14. 11, 19. Ps. 25, 4. Jer. 2, 33: אֶת־הָרָעוֹת לִמַּדְתִּי אֶת־דְּרָכָיִךְ: *scelera docuisti vias tuas.* 13, 21: לִמַּדְתְּ אֹתָם עָלַיִךְ אַלֻּפִים *docuisti eos super te duces* esse, assuevisti eos ad imperium in te exercendum. 9, 4. 13. Eccl. 12, 9. d) sq. acc. p. et dat. rei (pr. instituit aliquem *ad* al. rem) Ps. 18, 35. 144, 1, sq. בְּ (instituit *in* aliqua re) Jes. 40, 14, מִן rei Ps. 94, 12, gerund. Ps. 143, 10. e) sq. dat. pers. Iob. 21, 22.

Pu. assuefactus, condocefactus est, de vitulo Hos. 10, 11, de militibus (v. Kal no. 1). Cant. 2, 8: מְלֻמְּדֵי מִלְחָמָה *instituti ad militiam*, cf. 1 Par. 25, 7: מְלֻמְּדֵי שִׁיר *instituti ad cantum.* De re ad quam quis institutus est. Jes. 29, 13: מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה *praecepta humana* hominibus *inculcata*, quae ediscere debuerunt.

Derivv. תַּלְמִיד, מַלְמָד, לִמּוּד.

לָמָּה, לָמָה, לָמָה v. מָה.

לְמוֹ poët. pro לְ (ut כְּמוֹ pro כְּ, בְּמוֹ pro בְּ, v. מוֹ), quater occurrit in libro Iobi, 27, 14. 29, 21. 38, 40. 40, 4.

לְמוֹאֵל (*a Deo* sc. creatus, v. לְאֵל) Prov. 31, 4 et

לְמוּאֵל ibid. comm. 1 n. pr. regis aliunde ignoti, prob. non Israelitici (fort. arabici), cui sententiae morales l. c. V. 2—9 destinatae erant.

לִמּוּד et **לִמֻּד** adj. 1) *assuefactus* alicui rei. Jer. 2, 24; *exercitatus* in aliqua re 13, 23. Jes. 50, 4: לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua exercitatorum*, i. e. lingua in loquendo exercitata, eloquens, facunda. 2) *discipulus, alumnus.* לִמּוּדֵי יְהוָה discipuli Jehovae, i. e prophetae Jes. 54, 13, cf. 50, 4, i. e. homines pii 8, 16.

לָמַךְ rad. inusit. Arab. تَلَمَّكَ iuvenem validum significat. Inde

לֶמֶךְ n. pr. *Lamech* 1) Methusaëlis filius, Kaïnitarum ultimus, armorum a filiis inventorum abusu famosus Gen. 4, 18—24. 2) Methusalae filius, Sethitarum ultimus. Gen. 5, 25—31.

לְמִן v. מִן.

לְמַעַן *propter, quia*, v. מַעַן.

לֹעַ m. *gula, guttur* Prov. 23, 2 (chald. לוֹעָא) a rad. לוּעַ.

לָעַב in Kal inusit. لَعِبَ lusit, iocatus est, it. ludibrio habuit (vic. verbis לָעַג, לָעַז, v. ad לוּעַ). Chald. לְעִיב ludibrium, אִתְלַעַב illusit alicui. Cf. gr. λώβη, λωβάομαι.

Hiph. illusit, sq. בְּ 2 Chr. 36, 16.

לָעַג pr. *balbutivit* (syr. ܠܥܓ, it. ܠܥܓܠܓ, لَغْلَغَ, لَخْلَغَ, aeth. ለፀየ et ለገለገ: balbus, cf. לָעַז), inde 1) *barbare locutus est* (cf. לוּץ) cf. Niph. et transp. עִלֵּג, عِلْج barbare loquens.

2) *irrisit, subsannavit*, pr. vocem alicuius balbutiendo imitatus est per ludibrium. (Chald. לַגְלֵג irrisit. Cf. transp. gr. γελάω, it. χλεύη, χλευάζω, goth. *hlahjan, lahhan*, pers. لاغيدن iocari, nostr. *lachen*, to laugh). Prov. 1, 26, sq. dat. pers. Prov. 17, 5. Ps. 2, 4: אֲדֹנָי יִלְעַג־לָמוֹ *Dominus irridet iis*, contemnit hostes nil effecturos. 59, 9. Iob. 22, 19.

Niph. barbare locutus est. Jes. 33, 19.

Hiph. i. q. Kal no. 2 *illusit, irrisit* Iob. 21, 3, sq. לְ Ps. 22, 8. Neh. 2, 19, sq. בְּ 2 Chr. 30, 10. Inde

לַעַג m. 1) *subsannatio, irrisio.* Ps. 79, 4. Ez. 23, 32. 36, 4, meton. de causa eius Hos. 7, 16. 2) *sermo impius* (cf. לוּץ) Iob. 34, 7.

לַעַג adj. 1) *barbare loquens.* Jes. 28, 11: לַעֲגֵי שָׂפָה *populi barbari* (int. Assyrios). 2) *sannio, scurra.* Ps. 35, 16: לַעֲגֵי מָעוֹג pr. *sanniones placentae*, i. e. *parasiti*, qui cupediarum causa in ditiorum conviviis scurras agunt, gr. *ψωμοκόλακες, κνισσοκόλακες*. Talmud. dicitur לְשׁוֹן עוּגָה sermo placentae pro sermone iocoso, scurrili.

לעד rad. inusit. Arab. لَغَذَ redegit in ordinem. Inde

לַעְדָּה (ordo) n. pr. m. 1 Chr. 4, 21.

לַעְדָּן (ordinatus) n. pr. m. 1) 1 Chr. 7, 26. 2) 23, 7. 26, 21.

לָעָה i. q. arab. لغا, لغى *temere locutus est*, inania effutivit (vic. לוּעַ q. v.), لَغْو sermo temerarius. Iob. 6, 3: עַל־כֵּן דְּבָרַי לָעוּ *propterea temeraria erant verba mea*, לָעוּ (Milêl) pro לָעוּ (Milra) propter pausam, ut אָתָּה in pausa אָתָּה.

לָעַז *barbare locutus est*, cf. לָעַג, לוּץ. Ps. 114, 1. (Syr. ܠܥܙ barbare, pcc. Aegyptiace locutus est).

לָעַט *avide edit, voravit.* Cf. not. ad לוּעַ. Arab. quadril. لَعْطَم id., لَعْص voracitas. *Hi. comedendum dedit.* Gen. 25, 30: הַלְעִיטֵנִי נָא *da mihi comedendum, vorandum*, de homine esuriente et avido.

לען rad. inusit. Arab. لَعَن exsecratus est. Inde

לַעֲנָה f. *absinthium* Jer. 9, 14. 23, 15. Thren. 3, 15. 19. Prov. 5, 4, fort. ita dictum tanquam herba *noxia* (v. rad.) et *venenosa* (cf. Deut. 29, 17. Apoc. 8, 10. 11), quales herbae amarae ab Hebraeis vulgo creditae sunt (cf. Hebr. 12, 13).

לפד rad. inusit. *flammavit, luxit* gr. *λάμπω*. Origo est in *lamb*endo, quod Semitae et Graeci syllaba *lab*, *lap* exprimunt (לַהַב, לֶאֱב, *lab*ium, لب Lippe, v. pag. 527, B) et ad flammam referunt. Communis igitur verbi hebraei et graeci radix est לף, tertia radicalis ד accessit eodem modo, atque in עם, עָמַד, gr. *ὅμος, ὅμαδος*; eiusque vestigium habes in graeco *λαμπάς*, gen. *λαμπάδος*. Ex semitico לַפַּד more Aramaeorum declinato לַמְפַּד ortum est gr. *λάμπω*, ex לַפִּיד, syr. ܠܡܦܐܕ, chald. לַמְפַּד, gr. *λαμπάς, λαμπάδος*, non vicissim. — Quod olim contulimus لفد *splenduit* ex Castello desumtum, spurium est, et huius lexicographi errori debetur. Teste Kamûso p. 417 nihil nisi depressionem, humilitatem notat. Inde

לַפִּיד m. 1) *lampas, fax* (v. rad.) Iud. 7, 16. Iob. 12, 5: לַפִּיד בּוּז *fax despecta*, i. e. abiecta, quia lucere desiit, imago hominis olim splendidi, nunc vilis et contemti cf. Jes. 7, 4 ibique notam nostram et 14, 19. Caeterum v. פִּיד. 2) *flamma.* Gen. 15, 17. Dan. 10, 6.

לַפִּידוֹת (faces) n. pr. mariti Deborae prophetissae Iud. 4, 4.

לִפְנֵי praep. *ante*, v. פָּנִים. Inde ortum novum adj. לִפְנַי (ut כּוּסִי ex כּוּסִ—י) *anterior, anterius.* 1 Reg. 6, 17.

לָפַת fut. יִלְפֹּת i. q. arab. لفت *flexit, inclinavit* Iud. 16, 29.

Niph. flexit se a) deflexit a via. Iob. 6, 18: יִלָּפְתוּ אָרְחוֹת דַּרְכָּם *deflectunt* a via *viatores viae eorum* i. e. qui hanc viam s. hoc iter faciunt, die Wanderer, die des Weges kommen, b) *retroflexit se* ad videndum (arab. Conj. I. V. VIII. id.) Ruth 3, 8.

לָצוֹן m. *irrisio*, frivolus boni et honesti contemtus Prov. 1, 22, hinc אַנְשֵׁי לָצוֹן i. q. לֵצִים Jes. 28, 14. Prov. 29, 8 a rad. לוּץ.

לָצַץ rad. dubia i. q. לוּץ *illusit.* Semel in Part. לֹצְצִים Hos. 7, 5, nisi hoc est pro מְלוֹצְצִים Part. Pil. a לוּץ.

לַקּוּם (viam obstruens, i. e. locus munitus, a rad. لقم viam obstruxit) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 33.

לָקַח fut. יִקַּח, imp. לְקַח Ex. 29, 1, frequentius קַח c. He parag. קְחָה Gen. 15, 9, inf. absol. לָקוֹחַ Deut. 31, 26. Jer. 32, 14, cstr. קַחַת c. Praef. לָקַחַת (distinguendum a לָקַחַתְּ 2 fem. praet.) c. Suff. קַחְתִּי 1) *cepit* i. q. *λαμβάνω*. (Resp. arab. transp. لحق cohaesit, adhaesit, v. Hithpa., gr. λάχω, λαγχάνω). Pr. manu cepit, prehendit Gen. 3, 22. 18, 7. 8. 21, 14. 27. 22, 6. Ps. 18, 17 et sexcenties, c. acc. pers. et בְּ membri Ez. 8, 3: וַיִּקָּחֵנִי בְּצִיצִת רֹאשִׁי *et prehendit me in cincinno sincipitis*, vorn beym Schopf (gr. dixeris τῆς κόμης, cf. hist. Beli c. 36). Dein i. q. *sumsit* c. acc. rei et pers. Gen. 8, 20: *et sumsit* (Noachus) *varias bestias* .... *easque obtulit in holocaustum.* 2, 15: *et sumsit Deus Adamum, eumque posuit in horto.* 12, 5. 16, 3. Deut. 4, 20. 15, 17. 2 Sam. 2, 8. In his et similibus exemplis לָקַח, aeque ac hom. λαβών (v. Viger. Herm. pag. 352), saepe videtur πλεονάζειν, inservit tamen rei copiosius describendae et quasi ante oculos ponendae. Eodem pertinet 2 Sam. 18, 18: אַבְשָׁלֹם לָקַח וַיַּצֶּב־בְּחַיָּיו אֶת־הַמַּצֶּבֶת *et Absalomus sumsit cippum, eumque erexit sibi adhuc vivo.* Jer. 23, 31 autem verbis: *qui sumunt linguam suam et oracula efferunt* id significari videtur, prophetas falsos lingua abuti. Passim dativus לוֹ adiectus est: *sumsit sibi* Gen. 7, 2. 15, 10. Lev. 15, 14. 29. Iob. 2, 8. Spec. a) לָקַח אִשָּׁה *cepit* (duxit) *uxorem* Gen. 4, 19. 6, 2. 12, 19. 19, 14. Exod. 6, 25. 1 Sam. 25, 43; לָקַח אִשָּׁה לִבְנוֹ cepit (dedit) uxorem filio suo, de patre iuvenis sponsi Gen. 34, 4. Ex. 21, 10. Iudd. 14, 2. 3. Ellipt. Ex. 34, 16: וְלָקַחְתָּ מִבְּנֹתָיו לְבָנֶיךָ (נָשִׁים). In recentioribus libris usitatum est נָשָׂא אִשָּׁה q. v. b) *cepit* i. q. *abstulit* (wegnehmen). Gen. 14, 12. Iob. 1, 21. 1 Sam. 19, 14. 20. Gen. 27, 35: *frater tuus abstulit benedictionem tuam.* Iob. 12, 20: *aufert senibus intellectum.* Ps. 31, 14: לָקַחַת נַפְשִׁי *ad auferendam vitam meam.* Jer. 15, 15: *ne auferas me* (o Deus). — Gen. 5, 24: כִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים *nam abstulerat eum Deus*, e medio sublatum in coelum receperat. 2 Reg. 2, 3. 5. — c) *cepit* i. q. *occupavit*, ut urbem, terram hostilem Num. 21, 25. Deut. 3, 14. 29, 7. Metaph. Iob. 3, 6: *noctem illam occupet caligo.* 15, 12: *quare te* (ita) *occupat cor tuum?* it. *cepit* aliquem blanditiis, sapientiâ (jem. wodurch einnehmen) Prov. 6, 25. 11, 30. — d) *adduxit, arcessivit* aliquem (holen, holen lassen). Gen. 20, 2: וַיִּקַּח אֶת־שָׂרָה *et arcessivit Saram.* 27, 13: לֶךְ קַח לִי, *arcesse mihi.* 42, 16. Num. 23, 11. Iud. 11, 5, it. aliquam rem 2 Sam. 4, 6: *venerunt capturi triticum* (um Weizen zu holen); *attulit* rem (bringen, hin- herbringen) Gen. 18, 5. 7. 8. Iob. 38, 20; *obtulit* (darbringen), ut sacrificia Gen. 15, 10. Ex. 25, 2. 35, 5.

2) *accepit, empfangen* (i. q. λαμβάνειν ap. Passov. litt. B). Num. 23, 20: *ecce! benedictionem accepi* a Deo. Spec. a) accepit, *recepit* (aufnehmen) in tutelam et patrocinium Ps. 49, 16. 73, 24. b) cepit auribus i. e. *percepit* (vernehmen) Iob. 4, 12, cf. לֶקַח.

c) *cepit* i. q. admisit, v. c. preces, consilium Ps. 6, 10. Prov. 2, 1. 4, 10. 24, 32.

Niph. נִלְקַח pass. Kal 1, litt. b. 1 Sam. 4, 11 sq. 21, 7. 2 Reg. 2, 9, litt. d. Esth. 2, 8. 16. — Frequentius est significatione passiva

Pu. praet. לֻקַּח et fut. *Hoph.* יֻקַּח pass. no. 1. *captus, sumtus est* Gen. 3, 19. 23, litt. b. Jes. 49, 24. 25. 52, 5. Iud. 17, 2, litt. d. Gen. 12, 15. 18, 4.

Hithp. part. אֵשׁ מִתְלַקַּחַת Ex. 9, 24. Ez. 1, 4: *ignis se continens,* qs. acervus ignis. V. syn. הִתְלַכֵּד.

Derivv. לֶקַח, מִקָּח, מַלְקוֹחַ, מַלְקָחַיִם, et

לֶקַח m. 1) *artes,* quibus animus alicuius *capitur* (Kunst jem. einzunehmen) Prov. 7, 21, cf. rad. 1, litt. c. — 2) *doctrina, scientia,* quam quis *accepit* s. percepit, didicit (v. rad. no. 2, b, cf. syr. ܩܒܠ accepit et didicit, gr. παραλαμβάνω et lat. accipio) Prov. 1, 5. 9, 9. Jes. 29, 24, quatenus haec cum aliis communicatur i. q. *institutio,* docentis *oratio* Prov. 4, 2. Deut. 32, 2. Iob. 11, 4.

לִקְחִי (doctus, doctrina imbutus) n. pr. m. 1 Chr. 7, 19.

לָקַט Kal et Pi. *legit, collegit,* pr. res humi iacentes, v. c. spicas Ruth 2, 3. 7. 15, lapides Gen. 31, 46, flores Cant. 6, 2, mannam Ex. 16, 4 sq. Semel de colligenda pecunia Gen. 47, 14.

Pu. Jes. 27, 12 et *Hithp.* Iud. 11, 3 *congregati sunt* (homines). Arab. et aram. id.

Inde יַלְקוּט et

לֶקֶט m. *spicilegium, racematio* Lev. 19, 9. 23, 22.

לָקַם v. לַקּוּם.

לָקַק fut. יָלֹק onomatopoët. *linxit, lambit,* de canibus lambendo bibentibus 1 Reg. 21, 19. 22, 38. Iud. 7, 5. Contiguum est לָחַךְ q. v. it. pag. 525. Etiam armen. լակել *lakiel* est *lambere,* arab. لَقْلَقْ lingua).

Pi. id. Iud. 7, 6. 7.

לָקַשׁ in Kal inusit. Syr. Pa. serotinus fuit (de fructibus), unde מַלְקוֹשׁ pluvia serotina et לֶקֶשׁ foenum serotinum. Inde

Pi. fructus serotinos collegit i. e. racematus est. Iob. 24, 6 (ubi aliquot codd. interpretem agentes לקטו).

לֶקֶשׁ m. *foenum serotinum* Am. 7, 1.

לָשַׁד rad. inusit. Arab. لسد suxit, unde

לָשָׁד m. 1) *succus* (a sugendo), spec. *succus vitalis, vigor.* Ps. 32, 4: נֶהְפַּךְ לְשַׁדִּי *immutatus* i. e. arefactus *est vigor meus.* 2) *placenta dulcis.* Num. 11, 8: לְשַׁד הַשָּׁמֶן *placenta olei, libum oleatum.* LXX. ἐγκρὶς ἐξ ἐλαίου.

לָשׁוֹן utriusque generis, sed saepius f. 1) *lingua* hominum et animalium Ex. 11, 7 et saepe. (Arab. لِسَانٌ, aeth. ልሳን: aram. לִשָּׁן, ܠܫܢܐ, adde ex linguis non semiticis sanscr. *rasana,* armen. լեզու *liezu,* copt. λας, adeoque γλῶσσα, in quo γ additicium cf. λεύσσω, γλαύσσω, γνόφος, νέφος, χλαῖνα, *lana* et multa. Origo est in *lambendo,* quam vim habet syllaba *las,* cf. לָחַשׁ, لحس, لَسَّ, לָשַׁד. Secundarium est Po. לוֹשֵׁן q. v.). תַּחַת לְשׁוֹן פ׳ *sub lingua* alic. dicunt Hebraei, ubi nos *in ore* Ps. 10, 7. 66, 17. Spec. dicitur de *lingua obtrectatrice, maligna* (linguam *tertiam* vocant Chaldaei et Zabii,

cf. Sir. 28, 15, et verbum לָשַׁן). Ps. 140, 12: אִישׁ לָשׁוֹן *vir linguae* i. e. obtrectator (sed בַּעַל לָשׁוֹן est *incantator* Eccl. 10, 11). Jer. 18, 18: *agite! linguâ percutiamus eum* i. e. ut recte Chald. testificemur contra eum falsa testimonia. Iob. 5, 21: שׁוֹט לָשׁוֹן *flagellum linguae* (nos simili imagine *klatschen*). Prov. 10, 31: לְשׁוֹן תַּהְפֻּכוֹת *lingua perversa* i. e. fallax. 17, 20. Meton. a) pro *sermone* Iob. 15, 5: לְשׁוֹן עֲרוּמִים *sermones astuti*. Prov. 16, 1. b) pro *idiomate sermonis* (nostr. *Sprache*). Dan. 1, 4: לְשׁוֹן כַּשְׂדִּים *lingua Chaldaeorum*. Gen. 10, 5: אִישׁ לִלְשֹׁנוֹ *quisque pro lingua sua*. 20. 31, adeoque c) *gens, natio*, quae peculiari lingua utitur. Jes. 66, 18: כָּל־הַגּוֹיִם וְהַלְּשֹׁנוֹת *omnes gentes et linguae* (v. Chald. לְשָׁן). Transfertur

2) ad res inanimatas linguae similes a) לְשׁוֹן זָהָב ligula auri i. e. vectis aureus. Jos. 7, 21. 24. Vulg. *regula aurea*. b) לְשׁוֹן אֵשׁ flamma ignis, ita dicta, quia speciem linguae prae se fert, et instar eius lambere videtur (v. לָהַט, לַהַב, (Aen. II, 684), cf. γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός Act. 2, 3, arab. لسان النار, pers. زبان آتش *suboni atesch*. Jes. 5, 24. c) לְשׁוֹן הַיָּם Jos. 15, 5. 18, 19. Jes. 11, 15 et simpl. לָשׁוֹן Jos. 15, 2 *sinus maris* (cf. nostr. *Erdzunge*), ap. Arabum geographos لسان البحر.

לִשְׁכָּה f. i. q. נִשְׁכָּה (ubi vide de origine) plur. לְשָׁכוֹת cstr. לִשְׁכוֹת, *conclave*, *cella*, impr. de cellis templi 1 Chr. 9, 26. Ez. 40, 17. 45. 42, 1 sq. Neh. 10, 38 sq. Semel 1 Sam. 9, 22 de coenaculo, et Jer. 36, 12 de conclavi scribae regii in arce regia.

לָשַׁם rad. dubiae potestatis. Arab. لثم fregit, v. c. lapides pedibus.

לֶשֶׁם m. 1) *gemmae* species Ex. 28, 19. 39, 12. LXX. λιγύριον. Vulg. *ligurius*, nostr. Opal. 2) Jos. 19, 47 oppidum, alias לַיִשׁ et דָּן appellatum.

לָשַׁן in Kal inusit.

Po. לוֹשֵׁן denom. a לָשׁוֹן pr. *linguam fecit* i. e. lingua fortiter usus est (cf. nostr. Beine machen, de celeriter currente, fugiente), *calumniatus est* (v. לָשׁוֹן de lingua obtrectatoris). Part. c. Suff. מְלוֹשְׁנִי, Keri מְלָשְׁנִי pro מְלַשְׁנִי, מְלַשְׁנִי, part. Pi. Ps. 101, 5. (Arab. لَسَنَ calumniatus est).

Hiph. id. Prov. 30, 10.

לִשָּׁן chald. *lingua*, inde de *gente* peculiari lingua utente (v. לָשׁוֹן no. 1, c). Dan. 3, 4: עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא *gentes, nationes et linguae*. Comm. 7. 31. 5, 19. 6, 26. 7, 14.

לָשַׁע rad. inusit. Arab. لسع pupugit, fodit, لَسْعٌ rima, fissura, fort. de terrae hiatibus et fontibus. Inde

לֶשַׁע n. pr. oppidi Gen. 10, 19, ex Hieronymi sententia (in Quaest.) *Callirrhoë* ad orientem maris mortui, *aquis calidis* abundans. Vide Plin. H. N. 5, 6. Joseph. bell. jud. 1, 33.

לָתַח rad. inusit. fort. i. q. מָתַח, sam. נְתַח *expandit*, unde aethiop. ኣልቲሕ፡ vestis byssina, pr. pretiosior, ampla. Inde מֶלְתָּחָה.

לָתַךְ rad. inusit. prob. i. q. נָתַךְ effusus est, unde

לֶתֶךְ *mensura* frumentaria Hos. 3, 2, ab effundendo dicta. LXX. ἡμίκορος. Vulg. *corus dimidius*, accommodate ad contextum.

לָתַע rad. inusit. i. q. لتغ *momordit*, unde מַלְתְּעוֹת dentes.

מ

Mem decima tertia Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, numerum *quadragenarium* indicans. Nomen huius litterae מַיִם probabiliter *aquas* designat i. q. מַיִם, *undarum*que figuram utcunque referebant antiquissimae eius formae. Aethiopice vocatur *Mai* i. e. *aqua*.

Permutatur a) saepe cum reliquis labialibus, ut ב et ף, quas vide. b) cum liquidis, maxime *Nun*, cf. אִם, syr. ܐܶܢ, arab. إِنْ, أَنْ; בֹּהֶן, arab. اِبْهَام pollex, בָּטְנִים pistaciae, cf. ܒܛܡܐ pistacia terebinthus L., דָּשֵׁן, arab. دسم pinguis fuit, מוֹרַג, نورج tribulum, שָׂטַם et שָׂטַן adversatus est, ־ים et ־ין nota pluralis, cf. radd. מוּט, מָגַר, מוּר. Rarius cum ל v. pag. 511 B. De Mem in fine verborum abiecto v. Lgb. p. 136. 138, adde de lingua Hetruscorum et Umbrorum O. Müller Hetrusker T. I. p. 56.

מַ־ praef. ortum ex מָה *quid*, ubi vide notam.

מִ־ praef. i. q. מִן, q. v.

מָא chald. i. q. hebr. מָה *quid?* et citra interrogationem, מָא דִי *id quod* Esr. 6, 8.

מַאֲבוּס m. *stabulum* pabulo asservando, *horreum*. Jer. 50, 26. LXX. ἀποθήκη. Rad. אָבַס.

מְאֹד 1) subst. m. *robur*, *vehementia*, a rad. אוּד no. 3. Deut. 6, 5: *et amabis Jehovam, deum tuum, toto corde, toto animo,* וּבְכָל מְאֹדֶךָ *et omni robore tuo* i. e. maximopere. 2 Reg. 23, 25 (cf. Luc. 10, 27). Jes. 47, 9: בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ מְאֹד *cum* (i. e. non obstante) *ingenti vi praestigiarum tuarum*, ubi iungendum עָצְמַת מְאֹד. Iob. 35, 15. Inde a) בִּמְאֹד מְאֹד cum vehementia vehementiae i. e. vehementissime. Gen. 17, 2. 6. 20. Ez. 9, 9. b) עַד מְאֹד usque ad vehementiam i. e. maiorem in modum, *valde* Gen. 27, 33. 1 Reg. 1, 4. Dan. 8, 8, *prorsus, omnino* Ps. 119, 8, *nimis, nimium* Jes. 64, 8. c) עַד לִמְאֹד i. q. עַד מְאֹד sed in sequiore Hebraismo 2 Par. 16, 14.

2) adv. a) *vehementer, valde, admodum*, adiectivis et adverbiis additum, ut טוֹב מְאֹד Gen. 1, 31, הַרְבֵּה מְאֹד 12, 14, יָפָה מְאֹד 15, 1. Emphatice geminatur מְאֹד מְאֹד 7, 19. Num. 14, 7. — Ps. 46, 2: עֶזְרָה בְצָרוֹת נִמְצָא מְאֹד *auxilium in angustiis repertus est valde* i. e. auxilium validum repertus est. b) *celeriter, festine*, quod etiam cum virium contentione coniunctum est (cf. germ. *bald* ex lat. *valde*, et germ. inf. *swieth* anglosax. *swithe* valde, nostr. *geschwind*). 1 Sam. 20, 19: תֵּרֵד מְאֹד *descende celeriter*. Vulg. *festinus*.

מֵאָה cstr. מְאַת f. 1) *centum*, arab. مِائَة sec. Kam., vulgo مِئَة. Substantivis praemitti solet in st. absol. et constr. מְאַת שָׁנָה Gen. 17, 17 et מֵאָה שָׁנָה 25, 7 rarius et non nisi in recentioribus libris postponi, רִמֹּנִים מֵאָה 2 Par. 3, 16. Dual. מָאתַיִם (contr. pro מְאָתַיִם) *ducenti* Gen. 11, 23. Pl. מֵאוֹת a) *centuriae* plures, inde cum numeris שֵׁשׁ מֵאוֹת *sexcenti* Ex. 12, 37, שְׁמֹנֶה מֵאוֹת *octingenti* Gen. 5, 7 cet. semel b) *centum* qs. centena. 2 Chr. 25, 9 Chethibh (cf. V. 6). Forma rarior est מאיות (lege מְאָיוֹת) 2 Reg. 11, 4. 9. 10. 15 Chethibh, cf. arab. مِائَة. 2) adv. *centies* Prov. 17, 10, cstr. מְאַת id. Eccles. 8, 12. 3) *centesima* sc. pecuniae vel alia-

rum rerum pars singulis mensibus in usuram data. Neh. 5, 11: מְאַת הַכֶּסֶף וְהַדָּגָן Vulg. *centesima*. De centesima Romanorum v. Ernestii Cl. Cic. h. v., de ingentibus usuris etiamnum in oriente usitatis v. Volney itin. T. II. p. 410. 4) n. pr. turris Hierosolymitanae Neh. 3, 1. 12, 39.

מְאָה chald. id. Dan. 6, 2. Esr. 6, 17. 7, 22. Dual. מָאתַיִן Esr. 6, 17.

מַאֲוַי semel in pl. מַאֲוַיֵּי m. *desideria* Ps. 140, 9. Rad. אָוָה no. I.

מאום pro מְאוּם, vulgo contr. מוּם (q. v.) *macula, labes.* Dan. 1, 4. Iob. 31, 7.

מְאוּמָה Milêl (ex מַה וּמַה q. d. quidquid) 1) *quidquam* Num. 22, 38. Deut. 24, 10. 2 Reg. 5, 20; cum negandi particula: לֹא מְאוּמָה *nihil* Deut. 13, 18, אֵין מְאוּמָה id. 1 Reg. 18, 43. Eccl. 5, 13. Jer. 39, 10, אֵין כָּל־מְאוּמָה ne ulla quidem res Gen. 39, 23. 2) *ullo modo* (irgend, irgendwie), *unquam*. 1 Sam. 21, 3: אִישׁ אַל יֵדַע מְאוּמָה אֶת־הַדָּבָר *nemo ullo modo hanc rem sciat.*

מָאוֹר pl. מְאֹרִים Ez. 32, 8 et מְאֹרוֹת m. Gen. 1, 16 (a rad. אוֹר) 1) *lux, lumen* Ps. 90, 8, de sole et luna Gen. 1, 14. 16. Ps. 74, 16. Quomodo differat ab אוֹר v. s. v. מְנֹרַת־הַמָּאוֹר candelabrum sacrum Num. 4, 9. 16. Metaph. מְאוֹר עֵינַיִם lumen oculorum i. e. oculi lucidi, hilares. Prov. 15, 30. 2) *candelabrum* Ex. 25, 6.

מְאוּרָה f. antecedentis, pr. lux, inde *foramen*, per quod lux illabitur in *cavernam viperae* (Lichtloch). Vulg. *caverna*. Jes. 11, 8. Possit etiam esse pro מְעָרָה, מְעוּרָה, مغارة, *caverna*, א et ע permutatis.

מֹאזְנַיִם dual. *bilanx*, *libra*, arab. ميزان Lev. 19, 36. Iob. 31, 6. Ps. 62, 10: *ut ascendant in bilance* (prae levitate). Rad. אָזַן no. II. Differt a פֶּלֶס q. v.

מֹאזְנַיִן chald. id. Dan. 5, 27.

מְאָיוֹת v. מֵאָה no. 1.

מַאֲכָל m. (a rad. אָכַל) *cibus* Gen. 2, 9. 3, 6. 6, 21, maxime *frumentum* 2 Par. 11, 11. עֵץ מַאֲכָל arbor fructifera Lev. 19, 23, צֹאן מַאֲכָל grex mactandus Ps. 44, 12.

מַאֲכֹלֶת f. id. sed translate Jes. 9, 4: מַאֲכֹלֶת אֵשׁ *pabulum ignis*. V. 18.

מַאֲכֶלֶת f. pl. מַאֲכָלוֹת (a rad. אָכַל) *culter*, tanquam comedendi instrumentum. Gen. 22, 6. 10. Iud. 19, 29. Prov. 30, 14. Arab. مِيكَال cochlear.

מָאַם rad. inusit. fort. *deturpavit, maculam adspersit*, unde מאום, מוּם q. v.

מַאֲמַצִּים (a rad. אָמֵץ) m. pl. *vires*, *facultates*, translate de opibus. Iob. 36, 19: כֹּל־מַאֲמַצֵּי כֹחַ *omnes opum vires.*

מַאֲמָר m. (a rad. אָמַר) *edictum, mandatum*, vox serioris aetatis Esth. 1, 15. 2, 20. 9, 32.

מֵאמַר chald. id. Dan. 4, 14.

מָאן chald. *vas*, i. q. Hebr. כְּלִי Dan. 5, 2. 3. 23. In Targg. etiam defect. מָן, syr. ܡܳܐܢܳܐ. Dictum videtur pro מַאֲנָה, a rad. אָנָה no. II. arab. انى Conj. IV retinuit, unde انا vas, אֳנִי navis, v. pag. 79.

מָאֵן in Kal inusit. *recusavit*, v. adj. verbale (Syr. ܡܐܢ, ubique impers. ܡܐܢܳܐ ܠܝ taedet me. Aph. cessavit, destitit. Cognatum est מָנַע, v. אוּן, אֵין p. 25).

Pi. מֵאֵן *recusavit, renuit, noluit* (opp. אָבָה) Gen. 39, 8. Jes. 1, 20. 1 Sam. 28, 23, sq. inf. Num. 22, 14. Ps. 77, 3, gerundio Ex. 7, 14. 22, 16. Jer. 25, 28.

מָאֵן adj. *nolens*, *renuens*, c. pro-

nomm. personalibus pro verbo finito. Exod. 7, 27: אִם־מָאֵן אַתָּה *si tu renuis.* 9, 2. 10, 4.

מָאֵן m. verbale Pi. *refractarius, pertinaciter renuens.* Pl. מֵאֲנִים Jer. 13, 10.

I. מָאַס 1) *reiecit, repudiavit* (opp. בָּחַר elegit). Jes. 7, 15. 16. 41, 9. Iob. 34, 33. Constr. c. acc. 1 Sam. 16, 1. Ps. 118, 22, et בְּ Jes. 7, 15, absol. Iob. 42, 6. Maxime frequentatur a) de Deo, populum vel singulos homines repudiante Jer. 6, 30. 7, 29. 14, 19. 1 Sam. 15, 23, b) de hominibus Deum eiusque praecepta respuentibus. 1 Sam. 15, 23. 2 Reg. 17, 15. Am. 2, 4.

2) *sprevit, nihili aestimavit,* sq. acc. Prov. 15, 32. Iob. 9, 21, sq. בְּ Iob. 19, 18, sq. acc. pers. et gerundio verbi Iob. 30, 1, absol. שֵׁבֶט מֹאֶסֶת tribus fastidiosa Ez. 21, 18. Inf. מָאֹס Thren. 3, 45 subst. *aversatio, contemtus.*

Niph. pass. no. 1. Jes. 54, 6, no. 2. Ps. 15, 4: נִמְאָס *contemtus, contemnendus* l. reprobus (propter impietatem).

II. מָאַס i. q. מָסַס *liquefactus est, diffluxit,* chald. מְאַךְ = מְכַךְ, et מָאַס i. q. מָסַס. In Kal inusit.

Niph. Ps. 58, 8: יִמָּאֲסוּ כְמוֹ־מַיִם *diffluant aquarum instar* i. e. pereant. Iob. 7, 5: עוֹרִי רָגַע וַיִּמָּאֵס *cutis mea coalescit et* (denuo) *sanie diffluit.*

מַאֲפֶה m. (rad. אָפָה) *coctura, quod coctum est* Lev. 2, 4.

מַאֲפֵל m. (rad. אָפַל) *caligo.* Jos. 24, 7.

מַאְפֵּלְיָה f. *caligo Jehovae,* i. e. caligo spissa, ex מַאֲפֵל et יָהּ = יָה (ut שַׁלְהֶבֶתְיָה Cant. 8, 6). Jer. 2, 31: אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה *terra spissae caliginis,* de deserto tanquam invio, in quo oberrant ceu in tenebris, cf. de eodem V. 6: אֶרֶץ צַלְמָוֶת et Iob. 30, 3.

מָאַר in Kal inusit.

Hiph. הַמְאִיר fort. i. q. הֵמַר (cf. מָאַס no. II) pr. *acerbum reddidit,* inde *acerbum dolorem excitavit.* Ez. 28, 24: סִלּוֹן מַמְאִיר *spina dolorem excitans,* i. e. pungens. צָרַעַת מַמְאֶרֶת lepra dolens, pestifera Lev. 13, 51. 52. 14, 44. Alii utrique exemplo adhibent arab. مأر recruduit vulnus.

מַאֲרָב m. (a rad. אָרַב) *insidiae,* inde a) locus earum. Jos. 8, 9. Ps. 10, 8. b) ipsi *insidiatores* 2 Chr. 13, 13.

מְאֵרָה f. cstr. מְאֵרַת (a rad. אָרַר) *exsecratio, dirae* Prov. 3, 33. 28, 27. Mal. 2, 2.

מֵאֵת comp. ex מִן et אֵת pr. *ab apud,* v. post מִן.

מִבְדָּלוֹת (rad. בָּדַל) pl. f. *separationes* i. e. loca separata Jos. 16, 9: הֶעָרִים הַמִּבְדָּלוֹת *urbes,* quae *separatim destinatae* sunt.

מָבוֹא m. (rad. בּוֹא) plur. ־ִים et ־וֹת 1) *ingressus* Ezech. 26, 10. 2) *introitus, aditus.* Iud. 1, 24. 25: מְבוֹא הָעִיר *aditus urbis* i. e. porta. Prov. 8, 3: מְבוֹא פְתָחִים *in aditu portarum.* 3) מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *occasus solis, occidens* Deut. 11, 30. Ps. 50, 1, in acc. *versus occidentem* Jos. 1, 4.

מְבוּכָה f. (a rad. בּוּךְ) *perturbatio, confusio* Jes. 22, 5. Mich. 7, 4.

מַבּוּל m. (a rad. יָבַל no. 1 q. v.) *inundatio aquarum, diluvium,* de diluvio Noachico Gen. 6, 17. 7, 6. 7. 10. 17. 9, 11. 28. 10, 1. 32, de coeli oceano Ps. 29, 10.

מְבוּסָה f. (rad. בּוּס) *conculcatio* hostium a victoribus. Jes. 22, 5. 18, 2. 7: *populus* .... מְבוּסָה *conculcationis* i. e. omnia conculcans.

מְבוֹנִים 2 Chr. 35, 3 Chethibh pro מְבִינִים Keri, modo scriptura recta est, abstr. *prudentiae* pro concr. *doctores prudentes.*

מַבּוּעַ (a rad. נָבַע) m. pl. ־ִים — *fons.* Jes. 35, 7. 49, 10. Eccles. 12, 6. Arab. مَنْبَعٌ id.

מְבוּקָה f. *vacuitas* Nah. 2, 11, a rad. בּוּק, v. בּוּקָה.

מִבְחָר m. (a rad. בָּחַר) 1) *electio,* inde *lectissimum, praestantissimum, optimum* quodque. Ubique in st. cstr. Jes. 22, 7: מִבְחַר עֲמָקַיִךְ *lectissimae valles tuae.* 37, 24: מִבְחַר בְּרֹשָׁיו *pulcherrimae abietes eius.* Jer. 22, 7. Gen. 23, 6. Ex. 15, 4. Ez. 23, 7. 24, 4. Inverso ordine עַם מִבְחָרָיו populus eius lectissimus Dan. 11, 15. 2) n. pr. m. 1 Chr. 11, 38.

מִבְחוֹר m. id. 2 Reg. 3, 19. 19, 23.

מַבָּט m. (pro מַנְבָּט, rad. נָבַט) *exspectatio, spes* Zach. 9, 5, meton. pro obiecto eius Jes. 20, 5. 6. C. Suff. מֶבָּטָהּ pro מַבָּטָהּ Zach. l. c., Patach correpto in Segol, ut אֶבְיָתָר pro אֲבְיָתָר, cf. gramm. hebr. §. 27, not. 2, b.

מִבְטָא m. (a rad. בָּטָא) *temere pronuntiatum,* sq. שְׂפָתַיִם Num. 30, 7. 9.

מִבְטָח (rad. בָּטַח) c. Suff. מִבְטַחִי plur. מִבְטַחִים (dag. f. impl.) m. 1) *fiducia,* spes certa et firma. Prov. 22, 19; dein de persona et re, in quibus fiducia collocatur Ps. 40, 5. 65, 6. 71, 5. 2) *securitas.* Iob. 18, 14: *evelletur e tentorio eius securitas eius* i. e. ipse nimium securus. Plur. Jes. 32, 18.

מַבְלִיגִית f. (a rad. בָּלַג) *exhilaratio* Jer. 8, 18. Forma propr. est denom. ab ipso part. מַבְלִיג *exhilarans,* v. Lgb. p. 514, ubi exemplis in וּת exeuntibus hoc in ־ִית addi potest.

מִבְנֶה m. (a rad. בָּנָה) *aedificium* Ez. 40, 2.

מְבֻנַּי v. סִבְּכַי.

מִבְצָר m. (a rad. בָּצַר no. 2) 1) *munitio* (urbis), *munimentum* Jes. 25, 12, deinde pro *urbe munita,* i. q. עִיר בְּצוּרָה. Jes. 17, 3. Hab. 1, 10. Idem est עִיר מִבְצָר, v. c. עִיר מִבְצַר צֹר Jos. 19, 29, et מִבְצַר צֹר 2 Sam. 24, 7 Tyrus munita i. e. Palaetyrus (cf. comment. ad Jes. 23, 7). Pl. עָרֵי מִבְצָר Num. 32, 36. Jos. 19, 35, etiam utraque voce pluraliter inflexa עָרֵי מִבְצָרֶיךָ Jer. 5, 17 et priore tantum עִיר מִבְצָרוֹת *urbes munitae* Dan. 11, 15. (Cf. gramm. hebr. §. 106, 3). — Metaph. Jer. 6, 27: *te constitui exploratorem in populo meo* מִבְצָר tanquam *arcem munitam,* quae tuta est a violentia hostium, cf. 1, 18. 2) n. pr. principis Edomitarum Gen. 36, 42.

מִבְרָח m. (a בָּרַח) pr. *fuga,* dein concr. *fugitivus* Ez. 17, 21.

מִבְשָׂם (odor suavis) n. pr. 1) filii Ismaëlis Gen. 25, 13. 2) 1 Chr. 4, 25.

מְבֻשִׁים (a rad. בּוֹשׁ) m. pl. *pudenda* Deut. 25, 11.

מְבַשְּׁלוֹת pl. f. (a rad. בָּשַׁל) *foci* l. *culinae* pr. part. Pi. qui l. quae carnem coquunt Ez. 46, 23.

מָג m. *magus,* nomen sacerdotum et sapientum apud Medos, Persas et Babylonios, pr. *magnus, potens.* (Respondent pers. مغ *mugh* magus, a مه *mih* magnus, dux, zend. *meh, maé, mâo;* sansc. *mahat mahâ,* in quibus est radix gr. *μέγας* et lat. *magis, magnus*). רַב־מָג per app. princeps magus, praefectus magorum Jer. 39, 3.

מְגֹאָל v. גֹּאַל s. v. גָּאַל no. I, 3 et מִן no. 2, litt. g.

מַגְבִּישׁ (congregans, coll. chald. גְּבַשׁ) n. pr. loci, sec. all. viri. Esr. 2, 30.

מִגְבָּלוֹת (a rad. גָּבַל no. 1) plur. f. *funiculi* Ex. 28, 14, v. גַּבְלֻת.

מִגְבָּעָה (a rad. גָּבַע) f. *mitra* sacerdotum gregariorum, a forma rotunda dicta, diversa a מִצְנֶפֶת, pontificis maximi pileo. Exod. 28, 40. 29, 9. 39, 28. Cf. Jos. Antt. 3, 7, §. 7. (Syr. ܡܰܓܒܥܬܳܐ pileus, apex, aethiop. ቆብዕ፡ mitra sacerdotum et monachorum.

מגד rad. inusit. Arab. مَجَدَ honore, gloria excelluit, مَجْدٌ nobilitas, honor, gloria. Equidem non dubito, quin pr. idem sit quod נָגַד (m et n permutatis) نَجَدَ *princeps, nobilis fuit,* unde נָגִיד نَجِيدٌ princeps. Inde מִגְדָּנוֹת res pretiosae, n. pr. מַגְדִּיאֵל et

מֶגֶד m. *praestantissimum, nobilissimum.* Deut. 33, 13: מֶגֶד שָׁמַיִם *praestantissimum coeli* i. e., ut statim sequitur, pluvia, ros. Vers. 14: מֶגֶד תְּבוּאוֹת שָׁמֶשׁ *praestantissimi proventus solis.* Vers. 15. 16. Cant. 4, 13: פְּרִי מְגָדִים *fructus praestantissimi.* V. 16 et adeo omisso פְּרִי 7, 14: כָּל־מְגָדִים *pretiosissima quaeque,* int. fructus, poma praestantissima. Vulg. ubique *poma.* (Syr. ܡܓܕܳܐ fructus aridus).

מְגִדּוֹ Jos. 12, 21. 17, 11. 1 Reg. 9, 15. 2 Reg. 9, 27 et **מְגִדּוֹן** (fort. locus turmarum, a גְּדוּד, גָּדַד) Zach. 12, 11 n. pr. urbis munitae Manassitarum in finibus tribus Issachar, olim sedis regiae Cananitarum. LXX. *Μαγεδδώ,* Vulg. *Mageddo.* בִּקְעַת־מְגִדּוֹ planities ad Megidduntem 2 Chr. 35, 22, מֵי מְגִדּוֹ aqua ad Megidduntem Iud. 5, 19 i. e. Kischon rivus, cf. V. 21. 4, 13.

מִגְדּוֹל et **מִגְדֹּל** n. pr. oppidi Aegypti inferioris Jer. 44, 1. 46, 14, in totius Aegypti finibus septentrionalibus siti Ez. 29, 10. 30, 6, neque aliud cogitandum est Ex. 14, 2. Num. 33, 7 (v. Thes. p. 268). Aegyptiace hoc nomen scribitur ⲙⲉϣⲧⲱⲗ (copia collium), quod nomen peregrinum Hebraei in מִגְדֹּל (turris) mutasse videntur, v. Champollion l'Egypte sous les Pharaons II, p. 79.

מַגְדִּיאֵל (princeps Dei) n. pr. principis Edomitarum Gen. 36, 43. 1 Chr. 1, 54.

מִגְדָּל plur. ־ִים et ־וֹת (a גָּדַל) m. 1) *turris* ab altitudine dicta Gen. 11, 4, max. de turribus urbium munitarum et castellorum Iud. 8, 9. 9, 46 sq. 2 Chron. 14, 6 et de ipsis *castellis* 1 Par. 27, 25. Prov. 18, 10, alibi de *speculis* 2 Reg. 9, 17. 17, 9, de specula vineae Jes. 5, 2. Metaph. de hominibus potentibus et superbis Jes. 30, 25. 2, 15. 2) *altum suggestum* Neh. 8, 4 (cf. 9, 4). 3) *areola* in horto, eaque in medio *assurgens* et *elatior.* Cant. 5, 13: *genae tuae* sunt ..... similes *areolis balsami.* 4) in nonnullis nomm. pr. est *oppidum turre munitum:*

a) מִגְדַּל־אֵל (turris Dei) urbs munita tribus Naphtali Jos. 19, 28, prob. *Μαγδαλά* Matth. 15, 39, hodie مجدل ad littus occidentale maris galilaei, haud procul a Tiberiade.

b) מִגְדַּל־גָּד (turris Gadi) oppidum tribus Judae. Jos. 15, 37.

c) מִגְדַּל עֵדֶר (turris gregis) vicus in vicinia Bethlehemi Gen. 35, 21, inde pro ipsa urbe Bethlehem et fig. pro stirpe regia Davidis. Mich. 4, 8.

מִגְדָּנוֹת pl. f. (a rad. מָגַד) *res pretiosae* Gen. 24, 53. Esr. 1, 6. 2 Chr. 21, 3.

מָגוֹג n. pr. filii Japhet Gen. 10, 2, it. regionis populique cognominis magni et potentis in extremis boreae recessibus habitantis, terram sanctam

aliquando invasuri (Ez. cap. 38. 39). Eaedem fere gentes intelliguntur, quas Graeci sub Scytharum nomine comprehendebant (Joseph. Arch. I, 6 §. 1), Arabes يَاجُوج ومَاجُوج nuncupatas variis fabulis ornarunt. Eius rex appellatur גּוֹג, q. v. V. Cor. Sur. 18, 94—99. 21, 96. Assemani biblioth. orient. T. III. P. II. p. 16. 17. 20. D'Herbeloti Biblioth. orient. art. Jagiugh. Eodem modo coniunguntur چين وماچين *Dschin et Madschin* i. e. Sinenses. De syllaba *ma* in his nominibus *locum, regionem* denotante docte nuper disputavit *Frähnius*, de musei Sprevizіani nummis cuficis p. 95.

מָגוֹר m. plur. מְגוּרִים Thren. 2, 22 (a rad. גּוּר no. 2) *timor, formido* Ps. 31, 14. Jer. 6, 25. 20, 3. 10.

מָגוּר m. (a rad. גּוּר no. 1) 1) plur. מְגוּרִים *peregrinationes*, commoratio in terris exteris. Gen. 17, 8: אֶרֶץ מְגֻרֶיךָ *terra, in qua peregrinaris*, hospes es. 28, 4. 36, 7. 37, 1. Passim de vita humana, in qua hospitis instar homo brevius commoratur, quam optet. Gen. 47, 9. Ps. 119, 54 (cf. Ps. 39, 13. 1 Par. 29, 15). 2) *habitaculum* Ps. 55, 16.

מְגוֹרָה f. i. q. מָגוֹר *metus* Prov. 10, 24.

מְגוּרָה f. 1) *timor*, it. *id, quod timetur*, pl. Jes. 66, 4. Ps. 34, 5, a rad. גּוּר no. 2. 2) *granarium, horreum* Hagg. 2, 19, a rad. גּוּר no. 3.

מַגְזֵרָה f. *securis*. 2 Sam. 12, 31 a rad. גָּזַר no. 2.

מַגָּל m. *falx*. Jer. 50, 16. Joël 4, 13 a rad. נָגַל q. v. (Arab. مِنْجَل, syr. ܡܓܠܐ id.)

מְגִלָּה f. (a rad. גָּלַל) *volumen, liber* more veterum *convolutus* Jer. 36, 14 sq. Ez. 2, 9. Ps. 40, 8: מְגִלַּת־סֵפֶר *volumen libri*, κατ᾽ ἐξοχὴν de codice legum. Syr. ܡܓܠܬܐ, ܡܓܠܬܐ, arab. مَجَلَّة sec. Kam. p. 1416 (non مُجَلَّة ut apud Golium est).

מְגַמָּה f. (a rad. גָּמַם) *turba, coetus, copia*, semel legitur Hab. 1, 9 de Chaldaeis invadentibus: מְגַמַּת פְּנֵיהֶם קָדִימָה *turba facierum eorum prona spectat*, ihrer Gesichter Schaar ist vorwärts gerichtet. Arab. جُمَّة, جَمَّة caterva, multitudo. Kimchius ad Ps. 27, 8 h. vc. utitur de *desiderio, anhelitu*, cf. arab. جَمَّ appetiit, prope fuit, instititque res.

מָגַן in Kal inusit. *Pi.* מִגֵּן *dedit, tradidit* Gen. 14, 20, c. dupl. acc. pers. et rei Prov. 4, 9, it. ut נָתַן, שׂוּם *fecit aliquem aliquid* Hos. 11, 8. Cf. مَجَّانًا, ܡܓܢ gratis, pr. donatum. (Respondere videtur arab. مَكَّنَ potuit, valuit. II in potestatem dedit, כ et ג permutatis).

מָגֵן utrius sexus (f. 1 Reg. 10, 17) c. Suff. מָגִנִּי, pl. מָגִנִּים, cstr. מָגִנֵּי (pr. part. Hiph. a rad. גָּנַן protexit est) *clypeus*. Iud. 5, 8. 2 Sam. 1, 21. 22, 31. 36. 2 Reg. 19, 32 cet. (Arab. مِجَنّ, مِجَنَّة id.). Minoris molis et ambitus est מָגֵן, quam צִנָּה, v. 1 Reg. 10, 16. 17. 2 Chr. 9, 16. אִישׁ מָגֵן vir armatus, de latrone. Prov. 6, 11. 24, 34. Metaph. a) de Deo protectore Gen. 15, 1. Ps. 3, 4. 18, 3. 31. 144, 2. — Ps. 7, 11: מָגִנִּי עַל־אֱלֹהִים *clypeus meus est apud Deum* i. e. Deus qs. tenet clypeum meum, clypeo me protegit, cf. 89, 19. b) מָגִנֵּי־

אֶרֶץ *clypei terrae*, poët. pro principibus, cives armorum vi protegentibus. Ps. 47, 10. Hos. 4, 18.

מְגִנָּה f. *tegumentum* (a rad. גָּנַן) semel Thren. 3, 65: מְגִנַּת־לֵב *tegumentum cordis* i. e. obduratio, pervicacia, cf. *κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν* 2 Cor. 3, 15, et arab. أَكِنَّة على القلوب tegumenta super corda Cor. 6, 25. 17, 48. Recte iam Kimchius contulit *pinguedinem cordis* Jes. 6, 10. Sed Jos. Kimchius (pater) coll. arab. غاشية القلب (i. e. obvelatio cordis, deliquium animi) deliquium animi, morbum letiferum intelligit.

מִגְעֶרֶת f. (a rad. גָּעַר) *exsecratio* (Dei) hominibus exitialis Deut. 28, 20.

מַגֵּפָה f. (a rad. נָגַף) 1) *clades* in bello accepta 1 Sam. 4, 17. 2) *plaga* a Deo immissa Ex. 9, 14, maxime de morbis pestiferis et letalibus Num. 14, 37. 17, 13. 25, 18. 31, 16. 1 Sam. 6, 4. 2 Sam. 24, 21.

מַגְפִּיעָשׁ (fort. מַגֵּפִיעָשׁ tinearum interfector) n. pr. m. Neh. 10, 21.

מָגַר vic. הִגִּיר, נָגַר *proiecit, tradidit.* Semel part. pass. Ez. 21, 17: מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב *proiecti* i. e. *traditi gladio.* Syr. intrans. ܡܓܰܪ cecidit.

Pi. מִגֵּר id. *proiecit, deiecit.* Ps. 89, 45.

Deriv. n. pr. מִגְרוֹן.

מְגַר chald. Pa. מַגַּר id. *proiecit, deiecit* Esr. 6, 12.

מְגֵרָה f. (a rad. גָּרַר no. 2) *serra.* 2 Sam. 12, 31. 1 Reg. 7, 9.

מִגְרוֹן (locus praeceps, a rad. מָגַר) n. pr. oppidi Benjaminitarum prope Gibeam 1 Sam. 14, 2. Jes. 10, 28.

מִגְרָעוֹת pl. f. (a גָּרַע no. 2 detraxit, contraxit) *contractiones, imminutiones* muri (Absätze) 1 Reg. 6, 6.

מֶגְרָפָה f. *gleba terrae*, quae pala similive instrumento tollitur et versatur, pr. *ein Spatenstich* (a rad. גָּרַף). Joël 1, 17: *exarescunt grana sub glebis suis*, quibus verbis maxima siccitas describitur. Ita Aben Esra et Kimchi. (Syr. ܡܓܪܘܦܝܬܐ, مِغْرَفَة pala ipsa).

מִגְרָשׁ m. 1) inf. chaldaizans verbi גָּרַשׁ no. 2 q. v. Ez. 36, 5. 2) locus, quo pecus *propellitur* ad pascendum, *pascuum* (a גָּרַשׁ no. 4) 1 Par. 5, 16. Ez. 48, 15, spec. de areis circa oppida Levitarum pascendo pecori destinatis Num. 35, 2 sq. Jos. 21, 11 sq. 1 Chr. 6, 40 sq. quare haec oppida vocantur 1 Chr. 13, 2: עָרֵי מִגְרָשִׁים. 3) *area* quaelibet, urbem vel aedificium circumdans. Ez. 27, 28. 45, 2. 48, 17. Plur. ־ִים, semel מִגְרְשׁוֹת (qs. a sing. מִגְרֶשֶׁת) sed masc. gen. Ez. 27, 28.

מַד c. Suff. מַדּוֹ Ps. 109, 18 et מִדּוֹ Iob. 11, 9 plur. מַדִּים Iud. 3, 16 et מִדִּין Iud. 5, 10 1) *vestis*, ab expandendo dicta (v. rad. מָדַד no. 1) Ps. 109, 18. Lev. 6, 3, it. *stragula*, quibus nobiliores insident, pl. מִדִּין Iud. 5, 10. 2) *mensura* (a מָדַד no. 2) Iob. 11, 9. Jer. 13, 25: מְנָת מִדַּיִךְ *portio tibi admensa.*

מַדְבַּח chald. *altare* Esr. 7, 17, a rad. דְּבַח.

מִדְבָּר m. 1) regio vasta, plana *gregibus pascendis apta*, non deserta, *pascuum*, a rad. דָּבַר no. 2 pastum egit, ut germ. *Trift* a *treiben.* (Syr. ܕܒܪܳܐ, ܡܰܕܒܪܳܐ id.) Joël 2, 22: דָּשְׁאוּ נְאוֹת מִדְבָּר *virent pascua campi.* Ps. 65, 13: יִרְעֲפוּ נְאוֹת מִדְבָּר *stillant* pinguedinem s. fertilitatem *pascua campi.* Et contra Jer. 23, 10: יָבְשׁוּ נְאוֹת מִדְבָּר *exarescunt pascua campi.* Joël 1,

19. — Jes. 42, 11: *exsultet* מִדְבָּר וְעָרָיו *planities cum urbibus suis.* — Saepius etiam est 2) *regio sterilis, arenosa.* Jes. 32, 15. 35, 1. 50, 2. Jer. 4, 11 cet., מִדְבַּר שְׁמָמָה Joël 2, 3. 4, 19. C. art. הַמִּדְבָּר ubique *desertum Arabiae* Gen. 14, 6. 16, 7. Ex. 3, 1. 13, 18. Deut. 11, 24, cuius singulae partes nomm. propriis distinguuntur (v. סִין, סִינַי, פָּארָן, שׁוּר). מִדְבַּר יְהוּדָה planities, desertum Judae. Iud. 1, 16. Ps. 63, 1. Metaph. Hos. 2, 5: שַׂמְתִּיהָ כַמִּדְבָּר *feci eam* (mulierem) *ceu desertam* i. e. nudissimam, omnibus eam privavi. Jer. 2, 31: הֲמִדְבָּר הָיִיתִי לְיִשְׂרָאֵל *num desertum fui Israëlitis?* i. e. num frustra me coli iussi, sterilem me praebui? — Etiam de *regione vi vastata* Jes. 14, 17. — 3) poët. *loquendi instrumentum* (a דִּבֵּר locutus est) *os.* Cant. 4, 3: מִדְבָּרֵךְ נָאוֶה *os tuum est suave* (parall. labia tua). LXX λαλία. Hieron. *eloquium*, et ita Rabbini. Sed oratio connexa membrum tantum non flagitat, ut recte vidit Alb. Schultensius, quanquam *linguam* cum eo intelligere nolim.

מָדַד pl. מָדְדוּ, bis contr. מַדּוֹתִי Jes. 65, 7 et מַדּוֹתָם Num. 35, 5, inf. מֹד Zach. 2, 6, fut. יָמֹד 1) i. q. مدّ *tendit, extendit*, v. Hithp., et nomina מַד, מִדָּה, it. מִדָּה.

2) *mensus est.* (Sanscr. *mâ*, *mâd* metiri, zend. *meëtê, matê*, gr. μέτρον, μέδιμνος, lat. *metior, meta;* goth. *mitan*, anglosax. *metan*, nostr. *messen*). Pr. longitudinem rei extenso fune mensorio Ezech. 40, 5 sq. 41, 1 sq., dein quoque de mensuris cavis, ut frumenti Ruth 3, 15. Metaph. Jes. 65, 7: *admetiar facinora eorum in sinum eorum* h. e. retribuam iis, quae meruerunt.

Niph. pass. no. 2. Jer. 31, 37. 33, 22.

Pi. fut. יְמַדֵּד i. q. Kal no. 2. 2 Sam. 8, 2. Ps. 60, 8: *vallem Succoth metiar* i. e. admetiar militibus meis victoribus, qui novi coloni futuri sunt.

Po. מוֹדֵד id. Huc referunt Hab. 3, 6: (deus) *metitur terram* oculis, lustrat eam. Sed LXX. Chald. *commovet* concutit *terram*, a מוּד, arab. med. Je motus est.

Hithpo. הִתְמֹדֵד *extendit se.* 1 Reg. 17, 21.

Derivv. מַד, מֵמַד, מִדָּה.

מְדַד m. *fuga*, a rad. נָדַד (cf. fut. תִּדַּד Gen. 31, 40). Iob. 7, 4: *ubi decumbo, dico: quando surgam?* וּמִדַּד עָרֶב *et (quando) erit fuga noctis?* poët. pro: quando fugiet, desinet nox? Aliis מִדַּד est praet. Pi. a מָדַד significatu intransitivo et intensivo: *extenditur nox.*

מָדָה i. q. מָדַד *extendit, mensus est*, rad. in verbo inusitata, a qua nomina מֶדֶו et מָדוֹן no. II.

מִדָּה f. (a rad. מָדַד) 1) *extensio, longitudo.* אִישׁ מִדָּה vir staturae procerae 1 Chr. 11, 23, pl. אַנְשֵׁי מִדָּה Jes. 45, 14 et אַנְשֵׁי מִדּוֹת (cf. de duplici plurali compositorum, Gramm. hebr. §. 106, 3). Jer. 22, 14: בֵּית מִדּוֹת *domus magna, ampla.* 2) *mensura.* Exod. 26, 2. 8. חֶבֶל מִדָּה regula mensoria Zach. 2, 5. 3) i. q. מַד no. 2 *vestis*, plur. מִדּוֹת Ps. 133, 2. 4) ex usu Chaldaeorum *tributum.* Neh. 5, 4.

מִדָּה m. chald. *tributum*, q. d. cuivis civi *admensum* Esr. 4, 20. 6, 8, pro quo (soluto Dag. forti) מִנְדָּה Esr. 4, 13. 7, 24. Syr. ܡܕܐܬܐ.

מַדְהֵבָה ἅπ. λεγόμ. Jes. 14, 4, si vera est haec scriptura, denom. ab aram. דְּהַב (q. v.) i. q. זָהָב *aurum*, in modum part. Hiph. f. formatum: pr. *aurum faciens* i. e. *auri exactrix*, non ineptum Babyloniae epitheton (parall. נֹגֵשׂ): vel *acervus, aerarium auri*, ita ut מ formativum locum indicet (cf. דֹּמֶן fimus, מַדְמֵנָה fimetum, Lgb. pag. 512 no. 14),

quanquam illud praefero cum Kimchio, Aben Esra al.

Sed omnes tamen Versiones antiquae (LXX. ἐπισπουδαστής. Syr. Chald. Saad.) expresserunt מַרְהֵבָה *oppressio*, quod ipsum exstat in ed. Thessal., et quod nescio an reponendum sit in contextu, cf. 3, 5, ubi similiter verba רָהַב et נָגַשׂ sibi respondent in membris parallelis.

מַד plur. c. Suff. מַדְוֵיהֶם m. *vestis*. 2 Sam. 10, 4. 1 Chr. 19, 4, a rad. מָדַד = מָדָה.

מַדְוֶה m. (a rad. דָּוָה) *morbus*. Deut. 7, 15. 28, 60.

מַדּוּחִים m. pl. *seductiones* Thren. 2, 14, a rad. נָדַח v. Hiph. no. 3.

I. מָדוֹן m. pl. מְדָנִים (a rad. דִּין) 1) *contentio, rixa, lis* Prov. 15, 18. 16, 28. 17, 14; *id, de quo contenditur* Ps. 80, 7. 2) n. pr. urbis regiae Cananaeorum. Jos. 11, 1. 12, 19.

II. מָדוֹן m. (a rad. מָדַד = מָדָה) *extensio, proceritas* 2 Sam. 21, 20 Keri: אִישׁ מָדוֹן vir procerus i. q. אִישׁ מִדָּה 1 Chr. 20, 6. Chethibh appellandum est מְדִין, quod idem valet.

מַדּוּעַ (contr. ex מָה יָדוּעַ *quid edoctus*, i. q. qua ratione ductus? gr. τί μαθών;) adv. interrogandi: *cur? quare?* Jos. 17, 14. 2 Sam. 19, 42, in interrogatione obliqua Ex. 3, 3. — Iob. 21, 4 minime arcte iungenda sunt אִם מַדּוּעַ; אִם enim, ut sexcenties (v. אִם B, 1), respondet הֲ interrogativo in membro priore, et integrum comma duplicem quaestionem continens reddendum: *utrum de homine conqueror*, וְאִם מַדּוּעַ לֹא תִקְצַר רוּחִי *an quidni impatiens sim?* oder weshalb soll ich nicht ungeduldig werden?

מְדוֹר chald. (a rad. דּוּר) *habitatio*. Dan. 4, 22. 29. 5, 21.

מְדוּרָה f. *rogus* i. q. דּוּר no. 3. Ez. 24, 9. Jes. 30, 33.

מְדוּשָׁה f. (a דּוּשׁ) pr. *trituratio*, pro concr. *trituratum*, metaph. de populo conculcato, oppresso. Jes. 21, 10.

מַדְחֶה m. *detrusio, ruina* Prov. 26, 28, a rad. דָּחָה.

מַדְחֵפוֹת pl. f. (a rad. דָּחַף) *concitationes* inde *properatio*. Ps. 140, 12: לְמַדְחֵפֹת *concitate, propere*.

מָדַי f. (Jes. 21, 2) *Media* Gen. 10, 2. Esth. 1, 3. 2 Reg. 17, 6. 18, 11. Jerem. 25, 25. 51, 11. 28, et *Medi* Jes. 13, 17. 21, 2. Dan. 9, 1. (Syr. ܡܕܝ id.). Nom. gent. מָדִי *Medus*. Dan. 11, 1.

מָדַי chald. id. *Media* Esr. 6, 2. Dan. 5, 28. 6, 13. Nom. gent. emphat. מָדָאָה, Chethibh מָדָיָא *Medus* Dan. 6, 1.

מַדַּי (contr. ex מַה־דַּי) *quod sufficit* 2 Chr. 30, 3, cf. notam ad מָה.

מִדַּי v. דַּי no. 2, b.

מִדְיָן m. 1) *lis, contentio* (a rad. דִּין v. Niph.), plur. מִדְיָנִים Prov. 18, 18. 19, 13, et alibi in Keri, ubi Chethibh habet מְדָנִים. V. מָדוֹן. 2) *Midian* n. pr. gentis Arabicae, ab Abrahamo originem ducentis (Gen. 25, 2), cuius sedes a sinus aelanitici ripa orientali (ubi Arabum Geographi مَدْيَن oppidum habent) usque ad Moabitidem et ad Sinai montis viciniam pertinuisse videntur. Ex. 3, 1. 18, 5. Num. 31. Iud. 6—8. Nonnullis in locis Midianitae Ismaëlitis accenseri videntur Gen. 37, 25, cf. 36. Iud. 7, 12, cf. 8, 22. 24, a quibus tamen alibi distinguuntur Gen. 25, 2. 4. 12—18. — בִּכְרֵי מִדְיָן dromades Midianitarum Jes. 60, 6, יוֹם מִדְיָן dies Midianiticus Jes. 9, 3 i. e. victoria de Midianitis reportata (coll. Iud. cap. 7. 8). — Nom. gent. est מִדְיָנִי *Midianita* Num. 10, 29, pl. ־ִים Gen. 37, 28, f. ־ִית Num. 25, 15.

מִדִּין (mensurae) n. pr. oppidi in planitie tribus Iudae Jos. 15, 61.

מְדִינָה f. (a rad. דִּין) pr. *iudicium, iurisdictio*, inde 1) *provincia, dioecesis*, quae praefecti s. proregis *iuris dictioni* et imperio paret, ut de Persiae provinciis et satrapiis Esth. 1, 1. 22. 3, 12. 14. בְּנֵי הַמְּדִינָה Esr. 2, 1. Neh. 7, 6 (Israëlitae) provinciarum incolae. 2) *regio, terra*. Dan. 11, 24. Thren. 1, 1. Ez. 19, 8. Eccl. 2, 8 (cf. Esr. 4, 13) 5, 7. V. vocem sequentem.

מְדִינָה f. chald. 1) *provincia* Dan. 3, 2. 3. 2) *terra, regio* Dan. 2, 48. 49. 3, 1. 12. 30. Esr. 5, 8. (Syr. ܡܕܝܢܬܐ id. Sed مَدِينَة *urbem* denotat).

מְדֹכָה f. *mortarium* Num. 11, 8, a rad. דּוּךְ.

מַדְמֵן (fimetum) n. pr. oppidi in finibus Moabitarum Jer. 48, 2.

מַדְמֵנָה f. 1) i. q. דֹּמֶן *fimetum*. Jes. 25, 10. 2) n. pr. oppidi tribus Benjamin, haud procul ab Hierosolymis Jes. 10, 31.

מַדְמַנָּה (fimetum) n. pr. oppidi tribus Judae Jos. 15, 31.

מְדָן (a rad. דִּין) 1) *contentio, lis*, in solo pl. מְדָנִים Prov. 6, 14. 19. 10, 12. 2) n. pr. filii Abrahami et Keturae, fratris Midiani Gen. 25, 2.

מְדָנִי N. gent., tantum in pl. מְדָנִים i. q. מִדְיָנִים *Midianitae* Gen. 37, 36, cf. V. 28.

מַדָּע et **מַדַּע** (a rad. יָדַע) m. recentioris Hebraismi vc. 1) *scientia* 2 Chron. 1, 10. 11. 12. Dan. 1, 4. 17. 2) *mens, animus*. Eccl. 10, 20: *etiam in animo tuo regi ne maledicas*. LXX. συνείδησις. (Chald. מַנְדַּע, syr. ܡܕܥ, ܡܕܥܐ id.).

מֹדַע v. מוֹדַע.

מַדְקְרוֹת pl. f. (a rad. דָּקַר) *confossiones* (gladii) Prov. 12, 18.

מְדָר chald. i. q. מְדוֹר (a rad. דּוּר) *habitatio* Dan. 2, 11.

מַדְרֵגָה f. *mons praeruptus*, ad quem *per gradus* et qs. *scalam* adscenditur (Felsensteige, Felsentreppe, cf. κλίμαξ v. c. κλίμαξ Τυρίων), a rad. דָּרַג Cant. 2, 14. Ez. 38, 20.

מִדְרָךְ m. (a rad. דָּרַךְ) *locus, qui calcatur* Deut. 2, 5.

מִדְרָשׁ m. (a rad. דָּרַשׁ no. 5) *commentarius*, ut saepe in Rabbinismo. 2 Chr. 24, 27: מִדְרַשׁ סֵפֶר הַמְּלָכִים *commentarius in librum Regum* int. commentarium historicum, supplementa continentem. 13, 22. Alii מִדְרָשׁ ut arab. مَدْرَس librum quemvis notasse volunt, male.

מְדָתָא, addito art. הַמְּדָתָא n. pr. (pers.) patris Hamani. Esth. 3, 1. 8, 5.

מָ, מַ, מָה, מַה, מֶה, מַה־, מֶה־

(de quarum formarum discrimine v. notam) A) 1) pron. interrog. de rebus usitatum, quemadmodum מִי de personis: *quid?* gr. τί; (syr. ܡܢܐ, arab. مَا), in interrogatione recta Gen. 4, 10: מֶה עָשִׂיתָ *quid fecisti?* Jes. 38, 15: מָה אֲדַבֵּר *quid dicam?* et sexcenties; et in obliqua, post verba interrogandi, respondendi, dicendi, indicandi. 1 Reg. 14, 3: *ille nuntiabit tibi*, מַה־יִּהְיֶה לַנָּעַר *quid futurum sit puero*. Ex. 2, 4. Caeterum nota: a) postponitur in genitivo Jer. 8, 9: חָכְמַת־מֶה לָהֶם *cuiusnam rei sapientia est illis?* b) praemittitur substantivis in genitivo cogitandis, ut מַה־בֶּצַע *quid lucri?* Ps. 30, 10, מַה־דְּמוּת *quid similitudinis?* Jes. 40, 18, in quibus exemplis lat. reddi potest *quale lucrum, quae similitudo*, etiam sq. plur. 1 Reg. 9, 13:

מַה הֶעָרִים הָאֵלֶּה *quales* sunt *hae urbes?* pr. quid urbium hoc? Eius generis quaestiones autem sunt vel exprobrantis (Jes. 36, 4, cf. litt. C) vel exaggerantis (Jos. 22, 16), vel extenuantis 1 Reg. l. c. Iob. 6, 11. c) מַה־לְּךָ *quid tibi?* i. e. quid tibi vis Iud. 1, 14 et sq. כִּי *quid tibi quod* (hoc agis)? gr. τί παθὼν τοῦτο ποιεῖς; Jes. 22, 1, omisso כִּי Jes. 3, 15 (cf. Cor. Sur. 57, 8. 10). d) מַה־לִּי וָלָךְ *quid mihi tecum* negotii? Iud. 11, 12. 2 Sam. 16, 10. 19, 23. 2 Reg. 9, 18: מַה־לְּךָ וּלְשָׁלוֹם *quid tibi cum pace?* omissa copula Jer. 2, 18: מַה־לָּךְ לְדֶרֶךְ מִצְרַיִם Hos. 14, 9 et sq. אֶת Jer. 23, 28: מַה־לַתֶּבֶן אֶת־הַבָּר *quid paleae cum frumento?* quid similitudinis intercedit inter ea? (Cf. arab. ما لى وما لك, et gr. τί μάχαισι κἀμοί Anacr. 17, 4 cf. Mtt. 8, 29. Mc. 5, 7).

2) pron. indefinitum: *aliquid, quidquid, quidquam,* plenius מְאוּמָה pro מַה וּמָה q. v. (Arab. ما quidquid, quidcunque). Prov. 9, 13: בַּל־יָדְעָה מָּה *non curat quidquam.* 2 Sam. 18, 22: וִיהִי מָה אָרוּצָה *quicquid est, accurram.* Iob. 13, 13: וְיַעֲבֹר עָלַי מָה *eveniat mihi quicquid* est. Vers. 14. Sq. שֶׁ *id quod* (syr. ܡܳܐ ܕ) Eccles. 1, 9. 3, 15. 22. 6, 10. 7, 24. 8, 7. 10, 14. Inde ponitur adeo

3) pro pron. relat. Iud. 9, 24: מָה רְאִיתֶם עָשִׂיתִי *quod me facere vidistis, was ihr sahet, daſs ich that.* Num. 23, 3: דְּבַר מַה־יַּרְאֵנִי וְהִגַּדְתִּי לָךְ *quam rem mihi ostenderit, indicabo tibi.* LXX ῥῆμα ὃ ἐάν μοι δείξῃ. Syr. Chald. ܕ, דְּ.

B) adv. interrogandi 1) *quare? cur?* pro pleniore לָמָּה, ut gr. lat. τί; *quid?* Ex. 14, 15: מַה־תִּצְעַק אֵלָי *quid clamas ad me?* Ps. 42, 12.
2) *quam, quantopere,* in exclamationibus admirandi, ut saepe arab. ما. Gen. 28, 16: מַה־נּוֹרָא הַמָּקוֹם הַזֶּה *quam tremendus est hic locus!* Ps. 8, 2: *quam magnificum est nomen tuum!* Num. 24, 5: מַה־טֹּבוּ אֹהָלֶיךָ *quam pulchra sunt tentoria tua!* Cant. 7, 2. Ps. 119, 97: מָה אָהַבְתִּי תוֹרָתֶךָ *o quam* (quantopere) *amo legem tuam!* Iron. Iob. 26, 2: מֶה עָזַרְתָּ לְלֹא־כֹחַ *o quantopere iuvisti debilem?* Comm. 3. — 3) *quomodo?* Gen. 44, 16: מַה־נִּצְטַדָּק *quomodo iustificabimus nos?*

C) Passim exstant exempla, in quibus מָה extenuantis et exprobrantis (v. supra) ad *negativam* potestatem prope accedit, cf. Lgb. p. 834 et lat. *quid multa?* pro *ne multa.* Iob. 16, 6: *si loquor, dolor non lenitur, et si desisto* מָה מִנִּי יַהֲלֹךְ *quid recedit a me?* i. e. vel sic *nihil* doloris a me recedit. Vulg. *non* recedit a me. Prov. 20, 24: אָדָם מַה־יָּבִין דַּרְכּוֹ *et homo, quomodo novit viam suam?* i. e. parum novit, non novit. Chald. לָא. Iob. 31, 1: *foedus pepigi cum oculis meis,* מָה אֶתְבּוֹנֵן עַל־בְּתוּלָה *quid oculos coniicerem in virginem?* (LXX. οὐ. Vulg. *non.* Syr. ܠܳܐ). — Cant. 8, 4: מַה־תָּעִירוּ וּמַה תְּעֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה *quid expergefacietis .... dilectam?* i. e. nolite eam expergefacere, cf. 2, 7. 3, 5 (ubi eodem contextu est אִם). Cf. infra בַּמֶּה Jes. 2, 22 et בַּמָּה Iob. 21, 17 et לָמָּה litt. b. Eodem refero Prov. 31, 2. Apud Chaldaeos, Syros et Arabes ܡܳܐ, ما paulatim ipsam *negandi* potestatem adoptarunt, cuius originem in lingua Hebraea nunc cummaxime vidimus.

Cum praeposítt.

1) בַּמֶּה, בַּמָּה pr. *in quo?* Exod. 22, 26, *qua in re?* Gen. 15, 8 dein pro vario usu בְּ particulae a) *pro quo* (pretio)? v. בְּ, B, 9. Jes. 2, 22: בַּמֶּה נֶחְשָׁב הוּא *quo pretio aestimatur iste?* i. e. vili pretio, nihil valet iste. b) *quapropter? cur?* (v. בְּ B, 10). 2 Par.

7, 21. c) *qua ratione? quomodo?* Iud. 16, 5. 1 Sam. 6, 2.

2) כַּמָּה (cf. de articulo post כְּ similitudinis pag. 263 A) syr. ܟܡܐ arab. كَمْ pr. *ut quid?* (wie was?) i. e. cui rei comparandum? Refertur a) ad spatium: *quantus?* Zach. 2, 6: כַּמָּה רָחְבָּהּ *quanta est latitudo eius?* it. *quousque, quamdiu?* Ps. 35, 17. Iob. 7, 19. b) ad numerum: *quot?* Gen. 47, 8. 1 Reg. 22, 16: עַד כַּמָּה פְּעָמִים *quot vices?* i. e. quoties. Non interrogantis, sed exclamantis est Zach. 7, 3: זֶה כַּמָּה שָׁנִים *quot iam sunt anni!* pro: iam tot anni sunt. It. *quoties?* Ps. 78, 40. Iob. 21, 17 (ubi *quoties?* est quaestio dubitantis pro: *satis raro*).

3) לָמָּה (Milêl, pro לְמָה) et לָמָה (Milra), hoc posterius exceptis paucis exemplis (1 Sam. 28, 13. 2 Sam. 2, 22. 14, 31. Ps. 49, 6. Jer. 15, 18), ante litteras א, ה, ע et nomen יְהוָֹה (v. Noldii concord. part. p. 904), ter לָמָה 1 Sam. 1, 8 a) *quare? cur?* (cf. לְ causale A, 6). Gen. 4, 6. 12, 18. 27, 46 cet., emphat. לָמָּה זֶה et c. Makk. לָמָּה־זֶּה (v. זֶה no. 1, b) *cur tandem?* (Arab. لِمَ, لِمْ emphat. لِمَاذَا). Gen. 25, 22: לָמָּה זֶּה אָנֹכִי *cur tandem existo?* vox mulieris impatientis. In interrogatione obliqua, post verbum sciendi Dan. 10, 20. b) Passim apud recentiores scriptores, ubi proprie dehortantis et interdicentis est, in vim *negativam* transit, ut syr. ܠܡܐ, ܕܠܡܐ, chald. לְמָא, דִּי לְמָא *ne, ne forte.* Eccl. 5, 5: לָמָּה יִקְצֹף הָאֱלֹהִים עַל קוֹלֶךָ *quare succenseat Deus propter vocem tuam?* pro: *ne succenseat.* Bene LXX. ἵνα μή. Vulg. *ne forte.* Syr. ܕܠܡܐ. 7, 16. 17. Neh. 6, 3. Formulae syriacae ܕܠܡܐ ad amussin respondet שַׁלָּמָּה Cant. 1, 7 LXX μή ποτε Vulg. *ne*, et אֲשֶׁר לָמָּה, quod Dan. 1, 10 adeo post timendi verbum ponitur, plane ut פֶּן: *timeo enim dominum meum regem* 'אֲשֶׁר לָמָּה יִרְאֶה וגו *ne forte videat.* Theod. μή ποτε. (Arab. ex לָמָּה لِمَ *cur?* decurtatum est لَمْ *non*, ut كَمْ ex كَمَا, כְּמָא, כַּמָּה).

4) לָמָּה *propter* (id) *quod*, propterea quod, ex לְ propter (A, 6) et מָה relat. Ita semel 1 Par. 15, 13 ibique contr. לְמַבָּרִאשׁוֹנָה pro לָמָה בָרִאשׁוֹנָה *propterea quod ab initio* cet. (Cf. לְמַדַּי ei quod satis 2 Par. 30, 3).

5) עַד־מָה (ἐς τί Il. 5, 465) *quousque, quamdiu* Ps. 74, 9. 79, 5. 89, 47. Num. 24, 22.

6) עַל־מָה pr. *super quo?* Jes. 1, 5. Iob. 38, 6, dein *quare? cur* Num. 22, 32. Jer. 9, 11, in interrogatione obliqua Iob. 10, 2. Esth. 4, 5.

Not. De usu variarum formarum haec observanda sunt: a) forma primitiva מָה reperitur *ubique* in pausa, praeterea ante א et ר, Makkeph vel interiecto vel omisso ut מָה־אֵלֶּה Zach. 1, 9, מָה רְאִיתֶם Iud. 9, 48, rarius ante הָ Jos. 4, 6. 21. Num. 13, 19. 20. Deut. 6, 20, הַ Jos. 22, 16. Iud. 8, 1, הַ Gen. 21, 29, הֶ 1 Reg. 9, 13, it. עַ 2 Reg. 8, 13, עַ Gen. 31, 32. — b) frequentissimum est מַה־, ante litteras non gutturales sq. Dag. forti coniunctivo, ut מַה־לָּךְ Iud. 1, 14, מַה־יִּהְיֶה Exod. 3, 13, מַה־שְּׁמוֹ 1 Reg. 14, 3 et sexcenties; ante gutturales duriores, ut ה, c. Dag. occulto, ut מַה־הוּא Num. 16, 11, מַה־הִיא Num. 13, 18. Ps. 39, 5 (quanquam sq. ה etiam Kamez ferri potest, v. litt. a). — c) passim מַה־ sq. Dag. cum vc. sequente in unum coaluit, ut מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם Jes. 3, 15, מַזֶּה Exod. 4, 2, מַתְּלָאָה Mal. 1, 13, מַדּוּעַ (q. v.), et sequente gutturali מֶהֶם pro מַה הֵם Ezech. 8, 6 (adde nomm. pr.

מִכְּנַדְבֵי, מִכְּבֵנֵי). — d) מָה ponitur sqq. litteris ה, ע, ח kamezatis (ex noto canone, Gramm. hebr. §. 27, not. 2, b) מֶה חָדֵל, מֶה עָשִׂיתָ Ps. 39, 5. 89, 48. Iob. 26, 2 (מֶה עֲוֹנִי 1 Sam. 20, 1), praeterea saepissime ante litteras non gutturales, maxime ab initio sententiarum (de Segol correptiore quam Patach v. Gramm. l. c. litt. a), מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ 2 Reg. 1, 7. Ps. 4, 3. 10, 13. Jes. 1, 5. Jerem. 11, 15, saepius etiam ubi praefixa accesserunt לָמֶּה 1 Sam. 1, 8, בַּמֶּה 1 Reg. 22, 16. 2 Par. 18, 15. Zach. 7, 3 et בַּמֶּה Exod. 22, 26. 33, 16. Iud. 16, 5. 1 Sam. 6, 2. 29, 4. Mal. 1, 7 cet. (quod adeo usitatius est quam בַּמָּה), sq. Dag. f. בַּמֶּה־כֹּ Iud. 16, 5.

מָה, semel מָא (q. v.) chald. 1) *quid?* 2) *quidquid* Dan. 2, 22. 4, 32. מָה דִי *quidquid* est *quod, id quod* Dan. 2, 28. — C. praef. כְּמָה *quam! quantopere* Dan. 3, 33, לְמָה *quare?* quod est dehortantis, inde *ne* Esr. 4, 22, דִּי לְמָה id. 7, 23. Cf. hebr. לָמָּה litt. b.

מָהַהּ vel **מְהַמַהּ** in Kal inusit. prob. *negavit, recusavit,* arab. نَهْنَهَ et نها abegit, prohibuit, interdixit (cf. de verbis negandi p. 25). Inde

Hithp. הִתְמַהְמַהּ *retractavit, cunctatus est* (pr. detrectavit, tergiversatus est) Gen. 19, 16. 43, 10. Exod. 12, 39. Iud. 3, 26. 19, 8. 2 Sam. 15, 28. Jes. 29, 9. Hab. 2, 3.

מְהוּמָה f. (a rad. הוּם) *commotio, perturbatio* Jes. 22, 5. Deut. 7, 23. 2 Par. 15, 5. מְהוּמַת־מָוֶת perturbatio letalis 1 Sam. 5, 9. 11. De vita turbulenta et voluptuosa divitis Prov. 15, 16.

מְהוּמָן (i. q. syr. ܡܗܝܡܢܐ fidelis, dein eunuchus, tanquam fidus domini servus, a rad. אָמַן) n. pr. eunuchi in aula Xerxis. Esth. 1, 10.

מְהֵיטַבְאֵל (cui Deus benefacit, forma chald. pro מֵיטִיב אֵל) n. pr. 1) m. Neh. 6, 10. 2) f. Gen. 36, 39.

מָהִיר m. *celer*, ideoque *promtus*, artis *peritus* Prov. 22, 29. Jes. 16, 5. Ps. 45, 2. Syr. ܡܗܝܪܐ id. Rad. מָהַר no. 2.

מָהַל i. q. chald. מְהַל, hebr. מוּל (cf. p. 261) *putavit, praecidit,* translate *adulteravit,* corrupit, aqua miscuit *vinum* Jes. 1, 22. Similiter Arabes caedendi, frangendi, vulnerandi, interficiendi verba transferunt, et Martialis ep. 1, 18 *iugulare* vetat Falernum. Vide plura in Comment. nostr. ad Jes. l. c.

מַהֲלָךְ m. (a rad. הָלַךְ) 1) *via, iter.* Neh. 2, 6. Jon. 3, 3. 4. 2) *ambulacrum* Ez. 42, 4. — מַהְלְכִים Zach. 3, 7 part. Hi. a rad. הָלַךְ sunt *duces, comites.*

מַהֲלָל m. (a rad. הָלַל) *laus, laudatio.* Prov. 27, 21: *quod catinus liquatorius* (est *argento* — — *id homo* (sit) *ori ipsum laudanti,* i. e. laudem diligenter examinet.

מַהֲלַלְאֵל (laus Dei) n. pr. m. 1) patriarchae ex posteris Sethi Gen. 5, 12. 2) Neh. 11, 4.

מַהֲלֻמוֹת pl. f. *percussiones, plagae* Prov. 18, 6. 19, 29 a rad. הָלַם.

מַהֲמֹרוֹת pl. f. ἅπ. λεγόμ. Ps. 140, 11 *flumina, gurgites aquarum,* a rad. הָמַר q. v. Cf. غَمْرٌ multitudo aquarum, gurges. Hebraei, Symm. Hieron. *fossas* intelligunt.

מַהְפֵּכָה f. (a rad. הָפַךְ) *eversio, subversio* Deut. 29, 22, more verbalium c. casu verbi sui, accusativo Jes. 13, 19: כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם *sicut eversio Sodomae a Deo facta.* Jer. 50, 40. Am. 4, 11.

מַהְפֶּכֶת f. (a rad. הָפַךְ) pr. *torsio, distorsio* i. e. *nervus, cippus,* s. lignum, cui manus pedesque captivi

ita inserebantur, ut corpus *distorqueretur* (worin jemand *krumm geschlossen* wurde). Cf. סַד et Scheidius in diss. Lugdd. pag. 968. Jer. 20, 2. 3. 29, 26. 2 Chr. 16, 10: בֵּית הַמַּהְפֶּכֶת *domus cippi*, carcer.

I. **מָהַר** 1) *festinavit*, in Kal semel Ps. 16, 4. 2) *expeditus*, versatus *fuit* in arte vel opere. Arab. مهر sollers, acuti ingenii fuit, v. Pi. no. 2 et מָהִיר.

Pi. מִהֵר 1) *festinavit* a) i. q. *acceleravit* Jes. 5, 19, *festinanter arcessit* Gen. 18, 6: מַהֲרִי שְׁלֹשׁ סְאִים קֶמַח *arcesse cito tria sata farinae.* 1 Reg. 22, 9. b) sq. verbo finito, copula vel additâ vel omissâ *cito fecit* aliquid, ubi in linguis occidentalibus adverbio *cito*, *mox* utimur. 1 Sam. 17, 48. Gen. 19, 22: מַהֵר הִמָּלֵט *festina evade* i q. evade cito, it. sq. infinitivo vel gerundio Exod. 10, 16. Gen. 27, 20: מַה־זֶּה מִהַרְתָּ לִמְצֹא *quî tandem tam cito invenisti?* Exod. 2, 18. מַהֵר adv. *propere.* Iud. 2, 17. 23. Ps. 79, 8. 2) *promtus*, *expeditus fuit* in aliqua re Jes. 32, 4.

Niph. נִמְהַר propr. *praecipitatus est.* Iob. 5, 13: עֲצַת נִפְתָּלִים נִמְהָרָה *consilium versutorum praecipitatur*, i. e. temere peractum irritum cadit. Part. נִמְהָר 1) *praeceps, temerarius* Jes. 32, 4. 2) *impetuosus*, praecipite cursu impetum faciens, nostr. *ungestüm.* Hab. 1, 6. 3) *timidus*, a fuga praecipite Jes. 35, 4.

N. derivv. מְהֵרָה, מַהֵר, מָהִיר.

II. **מָהַר** *emit*, spec. uxorem pretio parentibus soluto (מֹהַר). Verba affinia sunt מוּר q. v., et ה indurato מָכַר, מָחַר. Ex. 22, 15.

מַהֵר adj. *festinus.* Zeph. 1, 14.

מֹהַר m. *pretium* pro sponsa parentibus eius solutum. Gen. 34, 12. Ex. 22, 16. 1 Sam. 18, 25. Diversa est ratio arabici مَهْر q. e. donum sponsalitium futurae uxori promissum, et latini *dos* q. e. donum parentum filiae in matrimonium collocandae datum.

מְהֵרָה f. *festinatio*, *celeritas* Ps. 147, 15, unde בִּמְהֵרָה Eccl. 4, 12, עַד־מְהֵרָה Ps. 147, 15, et מְהֵרָה adv. *propere*, *celeriter* Num. 17, 11. Deut. 11, 17. Jos. 8, 19 cet.

מַהְרַי (impetuosus, v. verbum Niph. no. 3) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. 23, 28. 1 Chr. 11, 30. 27, 13.

מַהֲתַלּוֹת pl. f. (a rad. הָתַל) *illusiones* Jes. 30, 10.

I. **מוֹ** pr. i. q. מָה *quid*, (id) *quod*, pleon. a poëtis annectitur praeposítt. בְּ, כְּ, לְ, ita ut oriantur vocabula separata לְמוֹ, כְּמוֹ, בְּמוֹ, ut بِمَا pro بِ, كَمَا pro كَ, عَمَّا pro عَنْ, v. de Sacy gr. arabe I, §. 824. 826. 839. II, §. 82 et Lgb. p. 629. De כְּמוֹ et לְמוֹ v. suis locis; בְּמוֹ poët. legitur pro *in* c. abl. Ps. 11, 2. Jes. 25, 10. 43, 2. 44, 16, c. acc. Iob. 37, 8; *per*, de instrumento Iob. 16, 4. 5.

II. **מוֹ** i. q. מַי, arab. مَاءٌ *aqua* (v. מַי), a rad. inusitata

מוֹא *fluere*, v. מַי.

מוֹאָב (aqua i. e. *semen*, *progenies patris*, v. Gen. 19, 30—38, cf. מוֹ no. II) *Moab*, *Moabitae* et *Moabitis*, n. pr. populi (m. Jer. 48, 11. 13) et regionis (f. Jer. 48, 4) hodie Karrak dictae ab urbe primaria, quae ab oriente maris mortui usque ad Arnonem patebat. עַרְבוֹת מוֹאָב campestria Moabi Deut. 34, 1. 8. Num. 22, 1, a septentrione Arnonis e regione Hierichuntis sita, quanquam et ipsa אֶרֶץ מוֹאָב appellantur Deut. 28, 69 (29, 1). 32, 49, ad genui-

nos fines Moabitarum non pertinebant. De historia et geographia imperii Moabitici v. Comment. in Jes. I, 501 sqq. — Nom. gent. מוֹאָבִי f. מוֹאֲבִיָּה, מוֹאֲבִית Ruth 4, 5. 2 Chr. 24, 26.

מוֹאל i. q. מוּל, מוֹל q. v. *e regione* Neh. 12, 38.

מוֹבָא m. *introitus* Ezech. 43, 11 et 2 Sam. 3, 25 in Keri pro מְבוֹא, vocabulum invitâ grammaticâ formatum, ut voci additae מוֹצָא plane conveniret, cf. Lgb. p. 374 not.

מוּג 1) *fluere, diffluere* (v. Pil. Hi.). Congruit arab. ماج med. Je. Translate *dissolvi* pavore et metu (cf. מָסַס) Ez. 21, 20. Ps. 46, 7. Am. 9, 5. 2) transit. *dissolvere* aliquem, i. e. *facere ut contabescat et pereat.* Jes. 64, 6.

Niph. diffluxit (hominum turba) 1 Sam. 14, 16. Translate *diffluxit* pavore et metu Ex. 15, 15. Jos. 2, 9. 24. Ps. 75, 4.

Pil. מוֹגֵג *diffluere fecit, liquefecit,* v. c. terram aridam imbribus Ps. 65, 11: בִּרְבִיבִים תְּמֹגְגֶנָּה. Metaph. Iob. 30, 22 Keri: תְּמֹגְגֵנִי תְּשִׁיָּה *dissolvisti salutem meam,* ubi Chethibh: תְּמֹגְגֵנִי תְּשֻׁוָּה *dissolvisti me* et *terruisti* me.

Hithpal. diffluxit. Am. 9, 13 hyperbolice: *omnes colles diffluent,* in vini et olei humorem toti quasi resolventur. Translate *diffluxit* pavore et metu Nah. 1, 5. Ps. 107, 26.

מוּד rad. inusit., arab. ماد med. Je. *mota, agitata fuit* res, v. c. de terrae motu (cogn. נָדַד, נוּד, מוּט). Ipsum verbum in Pil. מוֹדֵד fort. reperitur Hab. 3, 6: *stat* (Deus) וַיְמֹדֶד אֶרֶץ *et commovet* terram, cf. LXX. Chald. Sed vide ad מָדַד Po. — Praeterea inde derivatur n. תָּמִיד.

מֹדָע, מוֹדָע m. (a rad. יָדַע) Prov. 7, 4 et מוֹדַע Ruth 2, 1 Keri *familiaritas, consuetudo,* et concr. *familiaris, amicus, amica.*

מוֹדַעַת f. id. Ruth 3, 2.

מוֹט fut. יָמוּט *nutare, vacillare* (vic. נוּט et נוּד), v. c. de montibus Ps. 46, 3. Jes. 54, 10, de terra vel regno Ps. 46, 7. 60, 4, de singulis hominibus Prov. 10, 30. 12, 3. 25, 26. Ps. 10, 6, in quam sententiam dicunt etiam מָטָה רֶגֶל פ׳ pes alicuius nutat. Deut. 32, 35. Ps. 38, 17. — Levit. 25, 35: *si frater tuus pauper fit,* וּמָטָה יָדוֹ עִמָּךְ *eiusque manus nutat apud te* i. e. si ruinam qs. minatur.

Niph. נָמוֹט fut. יִמּוֹט i. q. Kal *nutavit, vacillavit,* v. c. de fundamentis terrae Ps. 82, 5, ferme ubique cum negandi particula, ut בַּל אֶמּוֹט *non nuto, non nutabo,* de homine intrepido, securo Ps. 10, 6. 16, 8. 30, 7, בַּל יִמּוֹט *non nutat,* firmus, intrepidus est Ps. 21, 8. 46, 6. 112, 6.

Hiph. declinare s. *descendere, delabi fecit, demisit* Ps. 55, 4. 140, 11 Chethibh.

Hithp. i. q. Kal et Niph. Jes. 24, 19. Inde

מוֹט m. 1) *vacillatio* Ps. 66, 9. 121, 3. 2) *vectis,* a vacillando et nutando dictus Num. 13, 23, it. *feretrum,* in vectibus gestatum Num. 4, 10. 12. 3) *iugum* Nah. 1, 12, v. מוֹטָה no. 3.

מוֹטָה f. 1) i. q. מוֹט no. 2 *vectis* 1 Chr. 15, 15. מֹטוֹת הָעֹל vectes iugi Levit. 26, 13. Ezech. 34, 27, lignum, circa tauri cervicem incurvatum, extremisque duabus partibus ad iugum ligneum adstrictum. 2) *iugum* ipsum Jer. 27, 2. 28, 10. 12. Ez. 30, 18. Metaph. Jes. 58, 6. 9.

מוּךְ i. q. מָכַךְ *contabescere, collabi,* spec. ad paupertatem redigi Lev. 25, 25. 35. 39. 47. Ridiculi

sunt, qui ad hanc rad. referunt nomm. pr. מִיכָיְהוּ, מִיכָיָה, מִיכָה, quae vide suo loco.

מִי pron. pers. 1) *interrogativum: τίς; quis, quae?* pr. interrogantis de persona, ut מָה de re. (De correlatis כִּי, דִּי, הִיא, הִי v. pag. 473 A. In linguis cognatis soli Aethiopes habent ሚ፡ *mi*, sed pro *quid?* ubi de rebus interrogatur: Aramaei et Arabes ܡܢ, مَن et أَيّ). Gen. 24, 65: מִי הָאִישׁ הַלָּזֶה *quis* est *vir ille?* Ruth 3, 9: מִי אָתְּ *quae* es *tu?*, etiam ubi de pluribus interrogatur (arab. مَنُون) Gen. 33, 5: מִי אֵלֶּה *quinam illi?* Jes. 60, 8, in quam sententiam explicatius dicitur מִי וָמִי, Ex. 10, 6: מִי וָמִי הַהֹלְכִים *quinam* sunt *euntes?* (cf. aethiop. መኑ፡ ወመኑ፡ አንትሙ፡ *quinam vos?* Lud. Lex. pag. 80). Raro refertur ad res, ita tamen ut his personae vel personarum notio insit. Gen. 33, 8: מִי לְךָ כָּל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה *quae* (ad quid?) *tibi* sunt *tota illa castra?* Iud. 9, 28: מִי שְׁכֶם כִּי נַעַבְדֶנּוּ *qui* sunt *Sichemitae, quibus serviamus?* 13, 17: מִי שְׁמֶךָ 1 Sam. 18, 18: מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי. Mich. 1, 5: מִי פֶשַׁע יַעֲקֹב .... מִי בָּמוֹת יְהוּדָה int. *quis* est *auctor sceleris Jacobitarum .... qui* sunt *auctores excelsorum Judae?* Cant. 3, 6. — Ponitur in genitivo, ut בַּת מִי cuius filia? Gen. 24, 23. 47. 1 Sam. 12, 3. 17, 55. Jer. 44, 28, et cum Praefixis reliquos casus indicantibus: לְמִי *cui?* Gen. 32, 18. 33, 25, *quibus?* Ex. 32, 24, *propter quem?* Jon. 1, 8; אֶת־מִי *quem?* 1 Sam. 12, 3. 28, 11, מִמִּי Ezech. 32, 19, בְּמִי 1 Reg. 20, 14, עַל־מִי cet. Pro latino *quis eorum?* dicitur מִי בָהֶם Jes. 48, 14, sq. מִן Iud. 21, 8: מִי אֶחָד מִשִּׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *quis unus ex tribubus Israëlis?* — Spec. nota: a) Ponitur etiam in quaestione obliqua, post verbum sciendi Gen. 43, 22. Ps. 39, 7, videndi 1 Sam. 14, 17, indicandi 1 Reg. 1, 20. — b) Intenditur interrogatio formulis מִי הוּא, מִי זֶה, זֶה, הוּא v. מִי הוּא זֶה. — c) Saepe ita interrogatur, ut negativam responsionem exspectes, et sententia interrogativa negativam fere potestatem adoptet. Num. 23, 10: מִי מָנָה עֲפַר הָאָרֶץ *quis numeravit pulverem terrae?* i. e. nemo numeravit. Jes. 53, 1: מִי הֶאֱמִין *quis credidit?* i. e. nemo credidit, pauci crediderunt. 51, 19. Etiam sq. fut. Iob. 9, 12: מִי יֹאמַר *quis dicet*, s. *quis dicat*, wer möchte, dürfte sagen? (cf. τίς ἂν sq. opt.) pro: *nemo dicet.* Prov. 20, 9. Eccl. 8, 4. 2 Sam. 16, 10. Sq. part. in formula מִי יוֹדֵעַ *quis scit?* pro *nemo scit, novit* Ps. 90, 11. Eccl. 2, 19 (opp. מִי לֹא יָדַע Iob. 12, 9), idque pro lat. *nescio an, fortasse* (cf. יָדַע no. 5, litt. a), it. *inopinato* (v. ibid. no. 6). Etiam sq. nomine est extenuantis et contemtim ponitur, Iud. 9, 28: מִי אֲבִימֶלֶךְ *quis* est

Abimelech, ut ei serviamus? Ex. 3, 11: מִי אָנֹכִי כִּי אֵלֵךְ אֶל־פַּרְעֹה *quis ego, ut Pharaonem adeam?* pro: ego non is sum, qui Ph. adire possim. — d) sq. fut. saepe etiam *optantis* est. 2 Sam. 15, 4: מִי יְשִׂמֵנִי שֹׁפֵט *quis me constituet iudicem?* i. e. utinam me iudicem constituant! Jes. 27, 4: מִי יִתְּנֵנִי *quis dabit mihi?* i. e. utinam haberem! Iud. 9, 29. Ps. 55, 7. Iob. 29, 2. Inde מִי יִתֵּן est formula sollennis in votis, v. נָתַן.

2) indefinitum: *quicunque, quisquis.* Exod. 24, 14: מִי בַעַל דְּבָרִים יִגַּשׁ אֲלֵיהֶם *quicunque litem habet, accedat ad eos.* Iud. 7, 3: מִי יָרֵא וְחָרֵד יָשֹׁב *quicunque timidus et pavidus est, redeat.* Prov. 9, 4. Eccl. 5, 9. Jes. 54, 15. Gr. et lat. commode vertas εἴ τις, *si quis.* 2 Sam. 18, 12: שִׁמְרוּ מִי בַּנַּעַר *custodite puerum quisquis* vestrum est. Sq. אֲשֶׁר Ex. 32, 33: מִי אֲשֶׁר חָטָא *quicunque peccat.* 2 Sam. 20, 11. Cf. syr. ܡܢ ܕ.

Plerumque addunt, מִי adv. poni pro: *qui, quomodo?* ut מָה B, 3. Sed in omnibus exemplis vulgaris significatio retinenda. Am. 7, 2. 5: מִי יָקוּם יַעֲקֹב pr. *quis* s. *qualis consistet Jacobus?* concise dictum pro: quis Jacobus, qui consistere possit? Cf. formulas no. 1, litt. d. Jes. 51, 19: מִי אֲנַחֲמֵךְ pro pleniore מִי אָנֹכִי כִּי אֲנַחֲמֵךְ. Ruth 3, 16.

Nomm. pr. a מִי ordientia, ut מִיכָאֵל, מִיכָה, מִיכָיָה cet., vide infra suis locis.

מֵידָד (amor, a rad. יָדַד) n. pr. m. Num. 11, 26. 27.

מֵידְבָא (aqua quietis, v. rad. דָּבָא) n. pr. oppidi Rubenitarum, in planitie cognomine siti Num. 21, 30. Jos. 13, 9. 16. 1 Chron. 19, 7, Moabitidi postea accensiti (Jes. 15, 2), gr. *Μηδαβά, Μηδάβη, Μήδαυα,* v. 1 Macc. 9, 36, Jos. Archaeol. 13, 1. §. 4. 9. §. 1. Euseb. h. v. Relandi Palaestina p. 893. Etiamnunc ruinae Mádaba dictae a Seetzenio et Burckhardto (itin. Syr. p. 625) ibi locorum repertae sunt.

מֵיטָב m. (a rad. יָטַב) *bona, optima pars rei.* 1 Sam. 15, 9. 15: מֵיטַב הַצֹּאן *optima pars gregis.* Exod. 22, 4: מֵיטַב שָׂדֵהוּ וּמֵיטַב כַּרְמוֹ *optima pars agri sui et vineae suae.* Gen. 47, 6: בְּמֵיטַב הָאָרֶץ *in optima parte terrae.* V. 11. LXX. ἐν τῇ βελτίστῃ γῇ. Vulg. *in optimo loco*, neque audiendus J. D. Michaëlis (Suppll. p. 1072), qui Gen. l. c. coll., arab. مَوْطُوب, pascuum transferre malebat.

מִיכָא v. מִיכָיָה.

מִיכָאֵל (*quis est instar Dei?*) *Michaël*, n. pr. 1) unius ex septem archangelis, qui pro populo Israëlitico apud Deum intercedebat Dan. 10, 13. 21. 12, 1. 2) viri 1 Chr. 27, 18. 3) 2 Chr. 21, 2. 4) et aliorum Num. 13, 13. 1 Chron. 5, 13. 14. 6, 25. 7, 3. 8, 16. 12, 20. Esr. 8, 8.

מִיכָה (pro מִיכָיָהוּ *quis est instar Jehovae?* LXX. *Μιχαίας*) *Michas*, n. pr. 1) prophetae, inter duodecim prophetas minores sextum locum occupantis, cogn. הַמֹּרַשְׁתִּי (q. v.) Mich. 1, 1, et Jer. 26, 18 Keri, ubi Chethibh habet מִיכָיָה. 2) 2 Chr. 34, 20, pro quo 2 Reg. 22, 12 מִיכָיָה. 3) et 4) v. מִיכָיָהוּ no. 1 et 2. 5) et 6) v. מִיכָיְהוּ no. 1 et 2.

מִיכָיָה (*quis est instar Jehovae?*) *Michaeas*, n. pr. m. 1) v. מִיכָה no. 1. 2. 2) Neh. 12, 35, qui מִיכָא 11, 17. 22. 3) Neh. 12, 41.

מִיכָיָהוּ (id.) n. pr. 1) tribuni regis Josaphat 2 Chron. 17, 7. 2) uxoris Rehabeami, filiae Urielis 2 Chr. 13, 2, cf. tamen 2 Chr. 11, 21. 22. 1 Reg. 15, 2, quibus locis haec Rehabeami uxor, Abiae mater,

Maacha (מַעֲכָה) vocatur, Absalomi filia.

מִיכָיְהוּ (id.) n. pr. 1) viri, qui sacra gentilicia apud Danitas instituerat Iud. 17, 1. 4, saepe brevius מִיכָה appellati, V. 5. 8. 9. 10 al. 2) prophetae aetate Josaphati et Ahabi regum, filii Jemlae 1 Reg. 22, 8. 2 Chr. 18, 7, qui idem מִיכָה V. 24, et מִיכָהוּ V. 8 Chethibh nominatur. 3) Jer. 36, 11. 13.

מִיכַל m. 1) 2 Sam. 17, 20: מִיכַל הַמַּיִם *parvus rivus aquae* (a rad. מָכַל, arab. مَكَلَ parum aquae continuit [puteus]).

2) n. pr. filiae Sauli, uxoris Davidis 1 Sam. 14, 49. 19, 11 sqq. 2 Sam. 6, 16 sqq. Hoc posterius contractum videtur ex מִיכָאֵל q. v.

מַיִם *aquae*, v. מַי.

מִיָּמִין et **מִנְיָמִין** (a dextra, nisi potius est pro בִּנְיָמִין) n. pr. m. 1) 1 Chr. 24, 9. 2) Esr. 10, 25. Neh. 10, 8. 12, 5, pro quo מִנְיָמִין 12, 17. 41.

מִין rad. inus., arab. مَانَ mentitus est, aethiop. ተመየነ: subdolus, callidus fuit, hebr. prob. *speciem praetendit, prae se tulit*, unde תְּמוּנָה species, forma, et

מִין m. *forma*, dein *species* (Art), cf. gr. *ἰδέα* quod itidem formam, dein genus denotat. Ubique in formula לְמִינֵהוּ, לְמִינוֹ *secundum speciem suam* Gen. 1, 11. 12. 21. 25. Lev. 11, 15. 16, לְמִינָהּ Gen. 1, 24. 25, pl. לְמִינֵיהֶם 1, 21. (Syr. ܡܙܢܐ familia, progenies).

מֵינֶקֶת *nutrix*, Part. Hi. a rad. יָנַק q. v.

מיסך 2 Reg. 16, 18 Chethibh, scriptura valde dubia pro מוּסַךְ, q. v.

מֵיפַעַת Jos. 21, 37. Jer. 48, 21 et מֵפַעַת Jos. 13, 18 (pulchritudo) n. pr. oppidi Levitarum in tribu Rubenitarum, quod postea Moabitis parebat Jer. l. c., ubi Chethibh מוֹפַעַת.

מִיץ m. *pressio, compressio* (a rad. מוּץ) Prov. 30, 33.

מֵישָׁא (recessus, a rad. מוּשׁ) n. pr. m. 1 Chr. 8, 9. Cf. מֵשָׁא.

מִישָׁאֵל (*quis* est *quod Deus* est?, ex מִי, שֶׁ· et אֵל, cf. מִיכָאֵל) n. pr. m. 1) Exod. 6, 22. Levit. 10, 4. 2) unius ex sociis Danielis Dan. 1, 6. 2, 17, postea מֵישַׁךְ appellati. 3) Neh. 8, 14.

מִישׁוֹר m. (a rad. יָשַׁר) 1) *rectitudo, iustitia* Ps. 45, 7, adv. *iuste* 67, 5. 2) *planities, regio plana* Jes. 40, 4. 42, 16. Ps. 143, 10, c. art. הַמִּישׁוֹר *κατ᾽ ἐξοχήν* planities in tribu Rubenitarum in vicinia oppidi מֵידְבָא Deut. 3, 10. 4, 43. Jos. 13, 9. 16. 17. 21. 20, 8. Jer. 48, 21.

מֵישַׁךְ n. pr. chald. v. מִישָׁאֵל no. 2. Dan. 2, 49. 3, 12. Pers. ميشك ovicula.

מֵישַׁע (salus) n. pr. regis Moabitarum 2 Reg. 3, 4.

מֵישָׁע (id.) n. pr. filii Calebi 1 Chr. 2, 42.

מֵישָׁר, tantum in pl. מֵישָׁרִים, rarius מֵשָׁרִים Prov. 1, 3 (a rad. יָשַׁר) 1) *rectitudo* viae, inde *felicitas* (cf. Prov. 3, 6. 11, 6) Jes. 26, 7; בְּמֵישָׁרִים Prov. 23, 31 et לְמֵישָׁרִים Cant. 7, 10 *rectâ* (viâ). Inde a) *sinceritas, probitas*, et adv. *sincere* Cant. 1, 4. b) *iustitia* (iudicis) Ps. 99, 4, *quod iustum est* Prov. 1, 3. 8, 6. Ps. 17, 2. מֵישָׁרִים בְּמֵישָׁרִים Ps. 9, 9 et 58, 2 adv. *iuste*. — 2) *pax, amicitia*, a planitiei et facilitatis notione. עָשָׂה מֵישָׁרִים pacem fecit Dan. 11, 6, cf. V. 17 et Mal. 2, 6.

מֵיתָר tantummodo in pl. i. q. יֶתֶר no. 1 *nervus* arcus Ps. 21, 13, *funiculus* tabernaculi Num. 3, 37. 4, 32. Jer. 10, 20.

מַכְאוֹב et **מַכְאֹב** m. (a rad. כָּאַב) pl. ־ִים— Ps. 32, 10 et ־וֹת Jes. 53, 3 m. *dolor* Iob. 33, 19. Metaph. dolor animi, *moeror* Exod. 3, 7. Thren. 1, 12. 18.

מַכְבִּיר *copia*, v. כָּבַר Hiph.

מַכְבֵּנָה (vinculum) n. pr. loci, v. כַּבּוֹן.

מַכְבַּנַּי (fort. *quid sicut liberi mei?* pro מַה כְּבָנַי) n. pr. m. 1 Chron. 12, 13.

מִכְבָּר (a rad. כָּבַר no. 1) cstr. מִכְבַּר m. *opus* (aeneum) *reticulatum* Ex. 27, 4. 38, 4. 5. 30. 39, 39.

מַכְבֵּר m. (a rad. כָּבַר no. 1) *stragulum, cilicium* 2 Reg. 8, 15. *Κωνωπεῖον* s. velum culicare, quod praeeunte J. D. Michaëli intelligunt, huic contextui vix aptum videtur.

מַכָּה f. (a rad. נָכָה) pl. מַכּוֹת, rarius מַכִּים 2 Reg. 8, 29. 9, 15. 1) *percussio* Deut. 25, 3. 2 Chr. 2, 9: חִטִּים מַכּוֹת vulgo pro חִטֵּי מַכּוֹת *triticum excussum, trituratum*, sed nescio an corruptum sit ex חִטִּים מַכֹּלֶת 1 Reg. 5, 25. Impr. de *plagis* i. e. calamitatibus a Deo inflictis Lev. 26, 21. Deut. 28, 59. 61. 29, 21. 2) *vulnus* 1 Reg. 22, 35. Jes. 1, 6. 3) *caedes* in bello Jos. 10, 10. 20. Iud. 11, 33. 15, 8, aut a Deo facta 1 Sam. 6, 19.

מִכְוָה f. (a rad. כָּוָה) *locus* corporis *adustus* Lev. 13, 24. 25. 28.

מָכוֹן m. (a rad. כּוּן stetit) 1) *locus* (arab. مَكَانٌ) Esr. 2, 68, maxime de *loco* i. e. habitatione, domicilio *Dei* (aeth. መካን፡ habitatio Dei, aedes) Exod. 15, 17. 1 Reg. 8, 13. 39. 43. Ps. 33, 14. 2 Par. 6, 33. 39. 2) *fundamentum, basis* Ps. 89, 15. 97, 2. Plur. Ps. 104, 5.

מְכוֹנָה et **מְכֹנָה** f. c. Suff. מְכֻנָתָהּ Zach. 5, 11 (o in u correpto, gramm. §. 27, not. 1) plur. מְכֹנוֹת 1) *locus* Esr. 3, 3, cf. 2, 68. 2) *basis* 1 Reg. 7, 27—36. 3) n. pr. oppidi in tribu Judae Neh. 11, 28.

מְכוּרָה, **מְכֹרָה** c. Suff. מְכוּרֹתָם Ez. 29, 14, pl. מְכֹרֹתַיִךְ ibid. 16, 3, מְכֻרֹתַיִךְ 21, 35 f. *origines, natales* alicuius, pr. effossio, fodina, locus, ubi metalla effodiuntur, a rad. כּוּר no. I, translatione a metallis factâ (cf. Jes. 51, 1) ut nostr. *Abstammung* simili translatione a plantis. Arab. كُورٌ fossio, it. natura, indoles alicuius.

מָכִיר (venditus) n. pr. m. 1) filii Manassis, patris Gileadi Gen. 50, 23; hinc poët. de tribu Manassitarum Iud. 5, 14. 2) 2 Sam. 9, 4. 5. 17, 27. Inde patron. מָכִירִי Num. 26, 29.

מָכַךְ pr. *liquefactus est, contabuit*, inde *corruit*, in Kal semel Ps. 106, 43. (Cognata sunt מוּג, מוּק, מָאַק, מָקַק, v. ad מַי pag. 567. Syr. ܡܟ deiectus, stratus est).

Niph. fut. יִמַּךְ id. *corruit* (contignatio) Eccl. 10, 18.

Hoph. pl. הֻמְּכוּ pro הֻמַּכּוּ *corruunt* i. e. pereunt Iob. 24, 24.

מֵכָל v. מִיכָל.

I. **מִכְלָה** (a rad. כָּלָה) f. *perfectio, consummatio*, semel legitur in pl. 2 Par. 4, 21: מִכְלוֹת זָהָב *perfectiones auri*, i. e. aurum perfectissimum, purissimum.

II. **מִכְלָא**, **מִכְלָה** (ut מוֹרָה Ps. 9, 21 pro מוֹרָא, a rad. כָּלָא inclusit) *caula, ovile* Hab. 3, 18, plur. מִכְלָאוֹת Ps. 50, 9. 78, 70.

מִכְלוֹל m. (a rad. כָּלַל) *perfectio*, maxime de *pulchritudine perfecta* Ez. 23, 12. 38, 4: לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל *vestiti perfecte*.

מִכְלָל m. (a rad. כָּלַל) *perfectio, perfectum* Ps. 50, 2.

מַכְלֻלִים pl. formae מִכְלָל pr. pul-

chritudines (Schönheiten), inde *merces pulchrae, ornatae*, maxime *vestes splendidae* Ez. 27, 24.

מַכֹּלֶת f. *cibus*, semel 1 Reg. 5, 25 (11), contr. ex מַאֲכֹלֶת.

מִכְמַנִּים m. plur. *thesauri*, semel Dan. 11, 43, a rad. כָּמַן abscondit.

מִכְמָס Esr. 2, 27, מִכְמָשׁ 1 Sam. 13, 2. 5, מִכְמָשׂ Neh. 11, 31 (absconditum, thesaurus, a rad. כָּמַס) n. pr. oppidi Benjaminitarum, ab oriente Bethaven siti 1 Sam. 13, 5, gr. *Μαχμάς* 1 Macc. 9, 73, Josepho *Μαχμά* Ant. 13, 1, §. 6.

מִכְמָר Jes. 51, 20, et **מַכְמֹר**, in solo plur. מַכְמֹרִים Ps. 141, 10 m. *rete* venatoris, a rad. כָּמַר no. II.

מִכְמֹרֶת Jes. 19, 8 c. Suff. מִכְמַרְתּוֹ (qs. a. מִכְמֶרֶת) Hab. 1, 15. 16 *rete piscatorium*, a rad. כָּמַר no. II.

מִכְמָשׂ v. מִכְמָס.

מִכְמְתָת (fort. latibulum, v. כָּמַת) n. pr. oppidi in confiniis Ephraimitarum et Manassitarum Jos. 16, 6. 17, 7.

מַכְנַדְבַי (quid sicut liberalis? pro מַה כְּנַדְבַי) n. pr. m. Esr. 10, 40.

מִכְנָס (a rad. כָּנַס) tantum in pl. vel duali cstr. מִכְנְסֵי *feminalia* sacerdotum Hebraeorum, a pudendis abscondendis et velandis dicta (rad. כָּנַס). Josephus (Arch. 3, 7 §. 1) his verbis ea describit: *διάζωμα περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτὸν ἐκ βύσσου κλωστῆς εἰργνύμενον, ἐμβαινόντων εἰς αὐτὸ τῶν ποδῶν ὡςπερεὶ ἀναξυρίδας· ἀποτέμνεται δὲ ὑπὲρ ἥμισυ καὶ τελευτῆσαν ἄχρι τῆς λαγόνος περὶ αὐτὴν ἀποσφίγγεται.* Ex. 28, 42. 39, 28. Levit. 6, 3. 16, 4. Ez. 44, 18.

מֶכֶס m. (a rad. כָּסַס, ut מֶמֶר a מָרַר) pr. *numerus, pretium* (v. fem.), dein *tributum* Num. 31, 28. 37. 38. 39. 40. 41. Aram. ܡܰܟ݂ܣܳܐ, arab. مَكْسٌ census, vectigal, unde novum verbum مَكَسَ tributum collegit, nec non nomen denom. ܡܰܟ݂ܣܳܐ, مَاكِسٌ publicanus. Adoptarunt nomen etiam Armeni, idque scribunt մաքս. Contr. est מַס, fem.

מִכְסָה f. 1) *numerus* Exod. 12, 4. 2) *pretium* emtionis Lev. 27, 23.

מִכְסֶה m. (a rad. כָּסָה) *tegumentum*, tentorii Ex. 26, 14. 36, 19, navis Gen. 8, 13.

מְכַסֶּה (pr. part. Pi. verbi כָּסָה) 1) *tegumentum* Jes. 14, 11, v. c. navis Ez. 27, 7, inde *vestimentum* Jes. 23, 18. 2) *omentum* intestina tegens Lev. 9, 19, plene הַחֵלֶב הַמְכַסֶּה אֶת־הַקֶּרֶב Ex. 29, 13. 22.

מַכְפֵּלָה f. (duplicatio) n. pr. campi in vicinia Hebronis, ubi sepulcrum Sarae. Gen. 23, 9. 17. 19. 25, 9. 49, 30. 50, 13.

מָכַר fut. יִמְכֹּר *vendidit* (vic. מָהַר, מוּר, מָהַר) Gen. 37, 27. 28. Lev. 25, 25. 27, 20. Joël 4, 3 cet., sq. בְּ pretii Am. 2, 6. Ps. 44, 13, spec. a) *vendidit* filiam, h. e. *desponsavit* (syr. ܡܟܰܪ desponsavit, cf. מָהַר no. II) Gen. 31, 15. Exod. 21, 7. b) *populum vendidit* Jehova, h. e. in hostium potestatem tradidit Deut. 32, 30. Iud. 2, 14: וַיִּמְכְּרֵם בְּיַד אֹיְבֵיהֶם *tradidit eos in potestatem hostium.* 3, 8. 4, 2. 9. 10, 7. Cf. Nah. 3, 4.

Niph. נִמְכַּר 1) pass. Kal *venditus est* Levit. 25, 34, pass. litt. b. Jes. 50, 1. 52, 3. 2) *vendidit se* servum Lev. 25, 39. 42. 47.

Hithpa. 1) *venditus est* Deut. 28, 68. 2) *vendidit* i. e. *tradidit, emancipavit se* nimirum sceleri patrando 1 Reg. 21, 20. 25. 2 Reg. 17, 17.

Derivv. מִמְכֶּרֶת, מִמְכָּר, מָכִיר et

מֶכֶר m. c. Suff. מִכְרִי 1) res *venalis*

Neh. 13, 16. 2) *pretium* venditionis Num. 20, 19. 3) *possessio, peculium* Deut. 18, 8.

מַכָּר m. (a rad. נָכַר) *notus, amicus,* pr. abstr. amicitia, familiaritas (Bekanntschaft) 2 Reg. 12, 6. 8.

מִכְרֶה m. (a rad. כָּרָה) *fovea* Zeph. 2, 9.

מְכֵרָה (Zere impuro) f. semel pl. מְכֵרוֹת *gladii,* a confodiendo dicti (gr. μάχαιρα) v. rad. כּוּר no. I, inde Gen. 49, 5: כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם *instrumenta violentiae* (sunt) *gladii eorum.* Hieron. *arma eorum.* Ex Judaeis hanc interpretationem iam praeivit R. Elieser in Pirke Aboth c. 38: יעקב קלל את חרבם בלשון יונית *Jacobus maledixit gladio eorum* (Levis et Simeonis) *linguâ graecâ.* Haud spernenda praeterea sententia L. de Dieu in Critica sacra ad h. l. et Ludolfi in Lex. aeth. p. 87, qui coll. arab. مكر machinatus est, et መከረ፡ consultavit, ምክር፡ consilium *consilia prava, machinationes* reddunt; neque obstat Zere purum, cf. Lgb. p. 595.

מִכְרִי (pretio dignus aut emtus) n. pr. m. 1 Chr. 9, 8.

מְכֵרָתִי n. gent. a מְכֵרָה, loco aliunde ignoto 1 Chr. 11, 36.

מִכְשׁוֹל (a rad. כָּשַׁל) m. *offendiculum, in quo impingitur.* Lev. 19, 14. Jes. 8, 14: צוּר מִכְשׁוֹל *lapis offendiculi.* 57, 14. Ezech. 3, 20: וְנָתַתִּי מִכְשׁוֹל לְפָנָיו וגו׳ *obiicio ei offendiculum et morietur.* Jer. 6, 21. Translate a) *causa* labendi, causa ruinae alic. Ez. 18, 30. 44, 12. Ps. 119, 165. b) *illecebrae, offensio* (cf. verbum Mal. 2, 8). Ez. 7, 19. 14, 3: מִכְשׁוֹל עֲוֹנָם *illecebrae eorum ad peccatum* h. e. simulacra deorum. c) *offensio animi,* scrupulus conscientiae 1 Sam. 25, 31.

מַכְשֵׁלָה f. 1) *ruina,* de civitate ad ruinam redacta Jes. 3, 6. 2) *incitamentum* ad peccandum, *offensio,* pl. de idolis Zeph. 1, 3.

מִכְתָּב m. (a rad. כָּתַב) 1) *scriptura* Ex. 32, 16. Deut. 10, 4. 2) *scriptum,* inde a) *epistola,* nostr. ein Schreiben (arab. كتاب et مكتوب de epistola) 2 Chr. 21, 12. b) *carmen* Jes. 38, 9. Cf. מִכְתָּם.

מְכִתָּה f. (a rad. כָּתַת) *fractio, contritio* Jes. 30, 14.

מִכְתָּם m. i. q. מִכְתָּב no. 2, b (b in ore vulgi sensim in m mutato, cf. pag. 118), *scriptum,* spec. *carmen,* legitur non nisi in inscriptt. Psalmorum 16. 56—60, cf. Jes. 38, 9. Satis inepte alii מִכְתָּם (a כֶּתֶם aurum) carmen aureum s. pretiosum reddunt.

מַכְתֵּשׁ m. (a rad. כָּתַשׁ) 1) *mortarium* Prov. 27, 22. 2) Iud. 15, 19 prob. *mortariolum* dentium, graec. ὀλμίσκος, v. Bocharti Hieroz. T. I, p. 202. 3) Zeph. 1, 11 n. pr. vallis prope Hierosolyma, prob. a similitudine mortarii dictae.

מָלָא (v. no. 1 Esth. 7, 5) et **מָלֵא** in praet. raro abiecto Aleph מָלֵתִי Iob. 32, 18, מָלוּ Ezech. 28, 16, inf. מְלֹאת Lev. 8, 33, מְלֹאות Iob. 20, 22, fut. יִמְלָא 1) transit. (praet. semel med. A. Esth. 7, 5) *implevit, replevit.* (Arab. مَلَأَ, syr. ܡܠܐ id. Praeterea haec radix late regnat in linguis indogerm., ubi tamen pro m est p, ut sanscr. *plê* implere, gr. πλέω [πληρής, πίμπλημι], πλέος, it. βλύω, βρύω, lat. *plere,* unde im*plere,* com*plere, plenus,* goth. *fulljan,* nostr. *füllen, voll,* angl. *full, to fill.* Adde polon. *pilny,* bohem. *plny.* Originem esse in abundando, Ueber*fliessen,* intelligis ex cognatis πλέω, πλείω navigo, it. φλέω, φλύω, *fleo, fluo, pluo*). Spec. a) *implevit* res locum vacuum sua ipsius mole vel copia, c. acc. loci Gen. 1, 22: מִלְאוּ אֶת־הַמַּיִם

בַּיַּמִּים *implete aquas in maribus.* Comm. 28. 9, 1. Ex. 40, 34: כְּבוֹד יְיָ מָלֵא אֶת־הַמִּשְׁכָּן *splendor Jehovae implebat tabernaculum.* 1 Reg. 8, 10. 11. Jer. 51, 11: מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים *implete scuta* sc. vestris corporibus, scutis circumdate vos. b) *implevit locum alia re,* c. dupl. acc. loci et rei cum implentis. Ez. 8, 17: מָלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ חָמָס *implent terram violentiâ.* 28, 16. 30, 11. Jer. 16, 18. 19, 4, rarius sq. מִן rei implentis Ex. 16, 32. Saepe etiam c) omisso accusativo rei implentis Ex. 32, 29: מִלְאוּ יֶדְכֶם לַיהוָֹה *implete manum vestram Jehovae* sc. muneribus ei offerendis. Esth. 7, 5: *quis iste* אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן *qui implevit animum suum* (sc. audacia, spiritu), *ut hoc faceret,* i. e. quis hoc facere ausus est? Iob. 36, 17: וְדִין רָשָׁע מָלֵאתָ *et si causam impii imples* i. e. imples mensuram peccatorum impii, wenn du das Sündenmaafs des Frevels füllest (cf. Gen. 15, 16).

2) intrans. *impletus, plenus fuit* Jos. 3, 15, sq. acc. rei, qua quid plenum est. Gen. 6, 13: מָלְאָה הָאָרֶץ חָמָס *terra plena est violentiâ.* Iud. 16, 27: *domus plena erat* הָאֲנָשִׁים *viris.* Iob. 32, 18: *plenus sum* מִלִּים *verbis.* Ps. 10, 7. 26, 10. 33, 5. 48, 11. 65, 10. Jes. 11, 9 cet., sq. מִן Jes. 2, 6. Spec. Hebraei dicunt a) מָלְאָה נַפְשִׁי animus meus expletus est, de vindicta explenda Ex. 15, 9. b) *impletum,* s. *completum est* temporis spatium. Gen. 25, 24: וַיִּמְלְאוּ יָמֶיהָ לָלֶדֶת *et completum est tempus ad pariendum,* aderat tempus pariendi. 50, 3: כֵּן יִמְלְאוּ יְמֵי הַחֲנֻטִים *ita completur tempus conditurae* i. e. tot diebus peragitur t. c. (cf. Esth. 2, 12). 29, 21. Lev. 8, 33. 12, 4. 6. Thren. 4, 18. Jer. 25, 34.

Niph. (maxime in fut. usitatum) i. q. Kal no. 2 *impletus, plenus fuit,* c. acc. rei. Gen. 6, 11: וַתִּמָּלֵא הָאָרֶץ חָמָס *et plena erat terra violentiâ.* Ex. 1, 7: וַתִּמָּלֵא הָאָרֶץ אֹתָם *et terra iis repleta est.* 1 Reg. 7, 14. 2 Reg. 3, 17, it. sq. מִן rei Ez. 32, 6, et לְ Hab. 2, 14. De animo s. desiderio expleto Eccl. 6, 7, de tempore completo Ex. 7, 25. Iob. 15, 32. *Impleri ferro* (c. acc.), *armis* dr. pro *armari, instrui* 2 Sam. 23, 7.

Pi. מִלֵּא, rarius מִלָּא Jer. 51, 34, inf. מַלֵּא et מַלֹּאות fut. יְמַלֵּא, semel יְמַלֶּה Iob. 8, 21 *implevit, complevit, explevit.* 1) Constr. c. acc. rei, quae impletur, i. q. Kal no. 1, c. Nota formulas: a) *implevit manum* alic. i.e. sacerdotium ei in manus tradidit Exod. 28, 41. 29, 9. Lev. 21, 10. — b) *implevit manum suam Jehovae* sc. muneribus i. e. larga munera obtulit 1 Par. 29, 5. 2 Par. 13, 9. 29, 31, cf. in Kal Ex. 32, 29. Translate c) *complevit* tempus, ad finem peregit (cf. Kal no. 2, b). Gen. 29, 27: *comple hanc septimanam* i. e. eam totam perage. Comm. 28. Iob. 39, 2 (5). Dan. 9, 2 cf. 2 Par. 36, 21. — d) *implevit* s. *complevit* numerum. Ex. 23, 26: *complebo numerum dierum tuorum,* cf. Jes. 65, 20. 1 Sam. 18, 27: *Davides afferebat praeputia* וַיְמַלְאוּם לַמֶּלֶךְ *eaque complebant regi* i. e. pleno numero offerebant. 1 Reg. 1, 14: מִלֵּאתִי אֶת־דְּבָרָיִךְ *complebo* s. *supplebo verba tua.* — e) *explevit* animam i. e. desiderium, famem Iob. 38, 39. Prov. 6, 30 (cf. ad חַיָּה). Opp. anima vacua i. e. famelica Jes. 29, 8. Cf. Kal no. 2, a — f) *implevit* promissum 1 Reg. 8, 15, votum Ps. 20, 6, vaticinium 1 Reg. 2, 27. — g) cum alio verbo *plene* i. e. fortiter, valde *fecit* aliquid. Jer. 4, 5: קִרְאוּ מַלְאוּ *clamate plene* i. e. *fortiter,* ut bene Vulg. Cf. arab. ملأ النظر الى intense intuitus est aliquem, جعل وملأ fecit et implevit i. e. accurate fecit. Etiam omisso verbo per ellipsin מִלֵּא הַקֶּשֶׁת fortiter tetendit arcum, pro מִלֵּא לִדְרֹךְ הַקֶּשֶׁת Zach. 9, 13, cf.

arab. أملأ في القوس et plene املا النزع في القوس Schult. Opp. min. p. 176. 355, et syr. ܡܠܐ ܩܫܬܐ, it. מִלֵּא לָלֶכֶת אַחֲרֵי יְיָ pro מִלֵּא אַחֲרֵי יְיָ Deum sequi plene i. e. plenam obedientiam ei praestare. Num. 14, 24. 32, 11. 12. Deut. 1, 36. Jos. 14, 8. 9. 14. 1 Reg. 11, 6 et saepe.

2) c. acc. rei, *qua* aliquid implemus (etwas *ein*füllen), pro *infudit*, *inseruit*. Jes. 65, 11: הַמְמַלְאִים לַמְנִי מִמְסָךְ *infundunt libamen Fortunae*, s. implent craterem libamine in honorem Fortunae. Sic מִלֵּא אֲבָנִים *gemmas implere* pro *inserere* in fundas. Exod. 28, 17. 31, 5. 35, 33. Semel absol. 1 Par. 12, 15: וְהוּא מְמַלֵּא עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו *isque* (Jordanes) *implebat* (alveum aquis) *super omnes ripas suas*.

3) c. dupl. acc. rei implendae et implentis, v. Kal no. 1, b. Exod. 35, 35: מִלֵּא אֹתָם חָכְמַת־לֵב *implevit eos animo perito*. Iob. 3, 15. 22, 18. Jes. 33, 5. Rarius sq. מִן rei implentis Ps. 127, 5. Jer. 51, 34. Levit. 9, 17, it. בְּ in hac formula: מִלֵּא יָדוֹ בַּקֶּשֶׁת manum suam arcu implevit, h. e. arcum prehendit. 2 Reg. 9, 24.

Pu. Part. מְמֻלָּאִים *impleti* gemmis insertis, sq. בְּ Cant. 5, 14. Cf. Pi. no. 2.

Hithp. pr. *compleverunt se vicissim* i. e. mutuum sibi auxilium praestiterunt altero alterius lacunas qs. explente, sq. עַל *coniunctis viribus impetum fecerunt in* aliquem Iob. 16, 10.

Nomm. deriv. sunt: מְלֵאָה, מְלוֹא, nomm. pr. יִמְלָה, יִמְלָא, et quae statim sequuntur.

מְלָא chald. *implevit* Dan. 2, 35.
Ithp. pass. Dan. 3, 19.

מָלֵא m. מְלֵאָה f. adj. verbale 1) *implens*, c. acc. loci Jes. 6, 1: שׁוּלָיו מְלֵאִים אֶת־הַהֵיכָל *syrmata eius implebant templum*. Jer. 23, 24. Cf. rad. Kal no. 1, a. 2) intrans. *repletus*, *plenus*, ut כֶּסֶף מָלֵא *pecunia plena* i. e. iusta Gen. 23, 9; sq. accus. Deut. 6, 11: בָּתִּים מְלֵאִים כָּל־טוּב *domus omnis generis bonis repletae*. 34, 9. Jes. 51, 20. Am. 2, 13; et genit. Jer. 6, 11: מְלֵא יָמִים *plenus dierum*, *aetate provectus*. Jes. 1, 21. Semel c. dat. pleonastico מְלֵאָה לָּהּ Am. 2, 13. — Ventus *plenus* est *fortis*, *vehemens*. Jerem. 4, 12: רוּחַ מָלֵא מֵאֵלֶּה *ventus*, *fortior quam* quo ad *illa* (ad ventilandum, purgandum) opus est (cf. 4, 5. 12, 6). Neutr. מָלֵא a) subst. *plenitudo*. Ps. 73, 10: מֵי מָלֵא aquae plenitudinis i. e. plenae, abundantes; b) adv. *plene* i. e. *plena voce* Jer. 12, 6, *pleno numero* Nah. 1, 10.

מְלֹא, מְלוֹא, semel **מְלוֹ** Ez. 41, 8 m. 1) *plenitudo* (Fülle), inde *id quod plenum est*, sq. genit. 1 Reg. 17, 12: מְלֹא כַף *plenitudo manus* i. e. manus plena, eine Hand voll. Ex. 9, 8: מְלֹא חָפְנֵיכֶם *plenitudo pugillorum vestrorum* i. e. pugilli vestri pleni, eure Hände voll. Addita etiam re, qua quid plenum est. Num. 22, 18. Iud. 6, 38: מְלוֹא הַסֵּפֶל מָיִם *patina plena aquae*. — Am. 6, 8: עִיר וּמְלֹאָהּ *urbs et qui eam implent* i. e. incolae eius. Jes. 42, 10: הַיָּם וּמְלֹאוֹ אִיִּים וְיֹשְׁבֵיהֶם *mare et qui hoc implent* (int. nautas, maris qs. incolas), *insulae et incolae earum*. Ps. 96, 11. Inde 2) *multitudo*, *turba*, arab. مَلَأ, syr. ܡܠܐܘܬܐ ap. Barhebr. saepe. Gen. 48, 19: מְלֹא הַגּוֹיִם. Jes. 31, 4.

מְלֵאָה f. *plenitudo*, *abundantia*, spec. dicitur de ea frumenti vinique parte, quae Jehovae tanquam decima vel primitiae offerri debebat. Significare volebat legis lator, a civibus Israëliticis non nisi ea postulari, quibus ipsi *abundarent*. De frumento Exod. 22, 28: מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ LXX. ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ. Deut. 22, 9: מְלֵאָה הַזֶּרַע

וּתְבוּאַת הַכֶּרֶם. De vino Num. 18, 27: כַּמְלֵאָה מִן הַיָּקֶב *sicut abundantia torcularis.* LXX. *ἀφαίρεμα ἀπὸ ληνοῦ.*

מִלֻּאָה f. *impletio* s. *insitio* gemmarum Exod. 28, 17. Plur. מִלֻּאוֹת. Comm. 20. 39, 13. Vide מָלֵא no. 2.

מִלֻּאִים m. plur. 1) *inauguratio* ad munus sacerdotale, pr. traditio muneris (v. מִלֵּא no. 1, a). Lev. 8, 33. Exod. 29, 22. 26. 27. 31. Meton. *sacrificium inaugurationis* (cf. חַטָּאת peccatum et sacrificium pro peccato) Lev. 7, 37. 8, 28. 31. — 2) i. q. מִלֻּאָה Ex. 25, 7. 35, 9.

מַלְאָךְ m. (a rad. לאך legavit, q. v.) 1) *legatus*, *nuntius*, tum privati hominis Iob. 1, 14, tum regis 1 Sam. 16, 19. 19, 11. 14. 20. 1 Reg. 19, 2 cet. (Syr. ܡܠܐܟܐ, arab. ملاك id.). 2) *nuntius Dei*, i. e. a) *angelus* Exod. 23, 20. 33, 2. 2 Sam. 24, 16. Iob. 33, 23 (v. לִיץ). Zach. 1, 9 sq. 2, 2. 7. 4, 1 sq., plenius מַלְאַךְ יְיָ Gen. 16, 7. 21, 17. 22, 11. 15. Num. 22, 22 sqq. Iud. 6, 11 sqq. Cf. de angelologia V. T. de Wettii bibl. Dogm. §. 171 sqq. edit. 2. b) *propheta* Hagg. 1, 13. Mal. 3, 1. c) *sacerdos* Eccl. 5, 5. Mal. 2, 7. Semel d) de Israële, tanquam Dei legato et gentium doctore Jes. 42, 19.

מְלָאכָה f. (per Syriasmum pro מַלְאָכָה) constr. מְלֶאכֶת, c. Suff. מְלַאכְתְּךָ, pl. מְלָאכוֹת, cstr. מַלְאֲכוֹת 1) pr. *ministerium* (v. ad rad. לָאַךְ), inde *opus* alicui *mandatum* (cf. germ. *schicken* ap. Luth. pro *beschicken*, *besorgen*). Gen. 39, 11. Ex. 20, 9. 10: לֹא תַעֲשֶׂה כָל־מְלָאכָה *ne facias ullum opus.* 31, 14. 15. 35, 2. Lev. 23, 7. Spec. de *opere artificis*, *opificis* Exod. 31, 3. 35, 35: מְלֶאכֶת חָרָשׁ *opus fabri.* מְלֶאכֶת עוֹר Lederarbeit, res ex corio fabricata Levit. 13, 48. מְלֶאכֶת בֵּית יְהוָה opera in aede Jehovae locata 1 Chron. 23, 4. Esr. 3, 8. עֹשֵׂי הַמְּלָאכָה opifices, operae 2 Reg. 12, 12. אֲשֶׁר עַל־הַמְּלָאכָה praefecti operarum 1 Reg. 5, 30 (16). De *negotiis* publicis Esth. 3, 9. 9, 3. Plur. de Dei operibus Ps. 73, 28. 2) *res* alicuius, *opes* Ex. 22, 7. 10, impr. *pecus* Gen. 33, 14. 1 Sam. 15, 9 (cf. מִקְנָה).

מַלְאָכוּת cstr. מַלְאֲכוּת f. *legatio* Hagg. 1, 13 (a מַלְאָךְ).

מַלְאָכִי (decurtatum ex מַלְאָכִיָּה legatus Jehovae, unde LXX *Μαλαχίας*, Vulg. *Malachias*, cf. אוּרִי pro אוּרִיָּה) n. pr. prophetae novissimi V. T. Mal. 1, 1.

מִלֵּאת (a rad. מָלֵא) f. Cant. 5, 12 *plenitudo*, locus omnibus bonis abundans. Aliis non male i. q. מִלֻּאָה annuli pala, ita ut oculi comparentur cum gemma, annuli cavitatem implente.

מַלְבּוּשׁ m. (a rad. לָבַשׁ) *vestis*, i. q. לְבוּשׁ 2 Reg. 10, 22.

מַלְבֵּן m. (denom. a לְבֵנָה later) *fornax lateraria* Jerem. 43, 9. Nah. 3, 14.

מִלָּה f. pl. ־ִים et ־ִין (a rad. מָלַל) 1) *verbum*, *sermo*, i. q. דָּבָר, vc. Aramaeis frequentissimum (syr. ܡܠܬܐ), in V. T. solis poëtis usitatum, praeter Prov. 23, 9. Ps. 19, 5. 139, 4. 2 Sam. 23, 2 in solo Iobi libro 6, 26. 8, 10. 13, 17. 23, 5. 32, 15. 36, 2. Meton. obiectum sermonis, spec. irrisorii, *dicterium.* Iob. 30, 9: וָאֱהִי לָהֶם לְמִלָּה. 2) *res*, ut דָּבָר Iob. 32, 11.

מִלָּה f. chald. st. emphat. מִלְּתָא, pl. מִלִּין 1) *verbum*, *sermo* Dan. 4, 28. 30. 5, 15. 2) *res* Dan. 2, 8. 15. 17.

מִלֹּא, מְלוֹא, v. מָלֵא.

מִלּוּאִים v. מִלֻּאִים.

מִלּוֹא m. pr. *vallum, agger,* a lapi-

dibus et terra aggestis et oppletis (chald. מְלֵיתָא). Spec. a) pars arcis Hierosolymitanae 2 Sam. 5, 9. 1 Reg. 9, 15. 24. 11, 27. 1 Chr. 11, 8. 2 Chr. 32, 5, de qua v. Hamelsveld geogr. bibl. T. 2, p. 35 sqq. Idem esse videtur בֵּית מִלּוֹא 2 Reg. 12, 21. Sed b) מִלּוֹא Iud. 9, 6. 20 est castellum Sichemiticum, et בֵּית מִלּוֹא incolae eius, ibid.

מַלּוּחַ m. (denom. a מֶלַח sal) *halimus*, gr. ἅλιμος (atriplex halimus Linn.) planta salsuginosa (*salatam* dixeris cum Italis, Gallis, Germanis), cuius folia et cruda et cocta, a pauperibus hominibus comedebantur (Athen. Deipnos. IV, 16) Iob. 30, 4. V. Abenbitar ap. Boch. in Hieroz. T. I. p. 873 sqq.

מַלּוּךְ (regnans, vel i. q. syr. ܡܠܘܟܐ consiliarius) n. pr. m. 1) 1 Chr. 6, 29. 2) Neh. 10, 5. 12, 2, it. מַלּוּכִי 12, 14 Chethibh, ubi Keri מְלִיכוּ. 3) Esr. 10, 29. 4) Neh. 10, 28.

מְלוּכָה f. et מְלֻכָה 1 Sam. 10, 25 (a rad. מָלַךְ) *regnum, imperium*. עִיר הַמְּלוּכָה urbs regia 2 Sam. 12, 26, כִּסֵּא הַמְּלוּכָה solium regium 1 Reg. 1, 46, זֶרַע הַמְּלוּכָה stirps regia Jer. 41, 1. Dan. 1, 3. עָשָׂה מְלוּכָה imperium exercuit, regnavit. 1 Reg. 21, 7.

מַלּוּכִי v. מַלּוּךְ no. 2.

מָלוֹן m. (a rad. לוּן) *locus, in quo pernoctant* viatores, sive sub dio, sive sub tecto, *hospitium* Gen. 42, 27. 43, 21. Ex. 4, 24, de hospitio nocturno militum Jes. 10, 29.

מְלוּנָה f. antecedentis, *tugurium* in quo pernoctant horti custodes Jes. 1, 8, it. *lectus pensilis*, ex altis arboribus suspensus, in quo et peregrinantes et hortorum vinearumque custodes metu bestiarum rapacium pernoctant, arab. et aram. عِرْزَال, עַרְזְלָא dictus, v. Buxtorfii Lex. chald. h. v. et Niebuhrii descript. Arabiae p. 158. Jes. 24, 20.

I. מָלַח rad. ἅπαξ λεγομ. Jes. 51, 6. Significationem eius primariam fuisse suspicor in *glabritie*, *laevitate* et *mollitie* (cf. transp. חָמַל, it. ملق laevigavit, demulsit, gr. μαλακός, μειλίχιος [μέλι], ἀμέλγω, lat. *mulceo*, *mulgeo*, et magnam radicum cognatarum vim, quarum tertia radicalis est dentalis vel sibilans, מָלַט, מָלַץ et quas ibi laudavimus). Inde ملح Conj. III. blanditus est i. q. ملق, مَلِيح debilis, imbecillis (a mollitie), مُلَّاح fugitivus (ab elabendo, cf. מָלַט), et hebr.

Niph. elapsus est, aufugit, evanuit. Jes. 51, 6: כִּי שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ *nam coeli fumi instar evanescunt*. Praeterea in radice ملح inest significatio activa *tractionis*, *extractionis* (ziehen, zerren), sive manibus hoc fit, sive dentibus, cf. መልሐ traxit, extraxit, rapuit, et inde hebr. מְלָחִים panni dilacerati.

II. מָלַח (arab. مَلَحَ) *salivit*, denom. a מֶלַח. Lev. 2, 13.

Pu. pass. Ex. 30, 35.

Hoph. הֻמְלַח, inf. absol. הָמְלֵחַ *aqua salsa lotus est* infans recens natus. Ez. 16, 4.

I. מֶלַח (arab. مِلْح) m. *sal*. יָם הַמֶּלַח mare salsum i. e. mortuum s. lacus asphaltites, cuius aqua sale impraegnata et tantum non satiata est Gen. 14, 3. Num. 34, 12. Deut. 3, 17. גֵּי מֶלַח vallis salis, v. גַּי. בְּרִית מֶלַח Num. 18, 19. 2 Chr. 13, 5 (cf. Lev. 2, 13) foedus salis i. e. sanctissimum, firmissimum, quoniam in tali foedere pangendo sale sacro vesci solebant. נְצִיב מֶלַח statua salis, lapis salis

fossilis cippi figuram referens, quales prope mare mortuum reperiuntur. Gen. 19, 26.

Derivata: מֶלַח no. II, מַלָּח, מְלֵחָה, מַלּוּחַ.

II. מֶלַח tantum in plur. מְלָחִים *panni, vestes dilaceratae* Jer. 38, 11. 12, a rad. מָלַח no. I.

מְלַח chald. (a nomine מְלַח) *salem comedit* Esr. 4, 14. *Sal* alic. *comedere* dicuntur servi, quibus dominus victum praebet, v. Rosenmüller Morgenland T. I p. 688.

מְלַח chald. *sal.* Esr. 4, 14.

מַלָּח m. Kamez impuro Ezech. 27, 9 (denom. a מֶלַח significatione *maris*, cf. gr. ἡ ἅλς) *nauta.* Ez. 27, 9. 27. 29. Jon. 1, 5. (Arab. مَلَّاحٌ, syr. ܡܰܠܳܚܳܐ id.

מְלֵחָה f. *terra salsa* et propterea *sterilis* Iob. 39, 6. Ps. 107, 34, plene אֶרֶץ מְלֵחָה Jerem. 17, 16. Virg. Georg. 2, 238: Salsa tellus — frugibus infelix. Plin. H. N. 31, 7. Cf. Boch. Hieroz. T. I. p. 872.

מִלְחָמָה f. semel מִלְחֶמֶת 1 Sam. 13, 22, c. Suff. מִלְחַמְתּוֹ, plur. מִלְחָמוֹת (a rad. לָחַם no. 2) 1) pr. inf. seu nomen verbale abstr. *pugnare.* Jes. 7, 1: לַמִּלְחָמָה עָלֶיהָ *ad pugnandum contra eam* (urbem), ad eam oppugnandam. Inde *pugna, proelium* Ex. 13, 17. Iob. 39, 25. — 2) *bellum.* עָשָׂה מִלְחָמָה, sq. אֵת (אֶת) et עִם bellum gessit cum aliquo Gen. 14, 2. Deut. 20, 12. 20. הָיְתָה מִלְחָמָה בְּ erat bellum cum al. 2 Sam. 21, 15. 20. אִישׁ מִלְחָמָה bellator, miles Num. 31, 28, אִישׁ מִלְחָמוֹת id. Jes. 42, 13, it. adversarius in bello 1 Chr. 18, 10. עַם מִלְחָמָה das Kriegsvolk, exercitus Jos. 8, 1. 11, 7. Meton. i. q. כְּלֵי מִלְחָמָה *arma* Ps. 76, 4, cf. Hos. 1, 7. 2, 20. — 3) *victoria, belli fortuna* (pr. voratio hostium) Eccl. 9, 11: לֹא לַגִּבּוֹרִים הַמִּלְחָמָה *non fortibus* semper evenit *victoria.*

מָלַט in Kal inusit. pr. *laevis, glaber fuit*, hinc *evasit, elapsus est* i. q. vic. פָּלַט. (Eiusdem familiae sunt radd. ad מָלַח no. I laudatae. Tertiam radicalem dentalem vel sibilantem habent מָלַץ, arab. ملد II emollivit, ملث demulsit, blanditus est, ملس mollis, glaber fuit, ملز evasit, elapsus est, gr. μέλδω emollio, μαλάσσω, μειλίσσω, quanquam in his radix habet γ, germ. *mild* cet. Indurata littera l ortum est מָרַט q. v.).

Pi. מִלֵּט et מִלַּט 1) *elabi fecit, liberavit* e periculo. Iob. 6, 23. 29, 12. מִלֵּט נַפְשׁוֹ vitam suam servavit 1 Reg. 1, 12, מִלֵּט נֶפֶשׁ פ׳ servavit vitam al. 2 Sam. 19, 6. Ps. 116, 4. 2) *ova peperit*, pr. elabi fecit. Jes. 34, 15, v. Hiph. no. 2. (Arab. مَلِيطٌ foetus).

Hiph. 1) *liberavit, eripuit* Jes. 31, 5. 2) *peperit* 66, 7.

Niph. 1) *liberatus est* Ps. 22, 6, saepius tamen reflex. *eripuit se, evasit* Gen. 19, 19. 1 Sam. 30, 17. Prov. 11, 21. 19, 5. 28, 26. 2) *festinanter discessit*, sine fugae notione. 1 Sam. 20, 29.

Hithp. i. q. Niph. Iob. 19, 20: וָאֶתְמַלְּטָה בְּעוֹר שִׁנָּי (vix) *evasi cum cute dentium meorum*, proverb. pro: vix sani quidquam superest in corpore meo. (Arab. simili proverbio نَجا برأسه evasit cum capite suo i. e. vitam servavit). Poët. de scintillis sparsis Iob. 41, 11. — Inde

מֶלֶט m. *caementum* ab *oblinendo* dictum (syr. ܡܰܠܛ levit, oblevit, quod ipsum est a glabritiei notione, v. מָלַט). Arab. مِلَاطٌ, syr.

ܡܠܛܐ id., adde gr. *μάλθη*, lat. *maltha*, ital. *malta*. Jer. 43, 9.

מְלַטְיָה (quem Jehova liberavit) n. pr. m. Neh. 3, 7.

מְלִיכוּ v. מַלּוּךְ no. 2.

מְלִילָה f. *spica*, pr. de spica abscissa (a rad. מָלַל no. II), semel Deut. 23, 26.

מְלִיצָה f. (a rad. לוּץ) 1) *carmen irrisorium* Hab. 2, 6, v. rad. Kal no. 2. 2) pr. *interpretatio*, hinc *quod eget interpretatione*, *aenigma*, *dictum obscurum*. Prov. 1, 6.

מָלַךְ f. יִמְלֹךְ 1) *regnavit, rex fuit*. (Aeth. መለከ: id. Arab. مَلَكَ possedit, regnavit. Syr. et chald. consuluit, cf. lat. *consulere* pro *iudicare*, *statuere* [unde *consul*] et germ. antiqu. *rathen* pro regere, imperare, cf. Niph.) 1 Reg. 6, 1. 2 Reg. 24, 12. 25, 27, sq. עַל 1 Sam. 8, 7. 12, 14. Ps. 47, 9 et בְּ Jos. 13, 12. 21 (imperare *in*, herrschen über) quanquam בְּ etiam non raro est בְּ loci Iud. 4, 2, herrschen *zu*. 2) *rex factus est* 2 Sam. 15, 10. 16, 8. 1 Reg. 14, 21.

Hiph. regem constituit, sq. acc. 1 Sam. 15, 35. 1 Reg. 1, 43, dat. 1 Chr. 29, 22 (q. d. regnum dedit alicui). Hoph. הָמְלַךְ rex constitutus est Dan. 9, 1.

Niph. consilium iniit Neh. 5, 7, v. usum Syrorum supra illustratum.

Derivv. statim sequuntur praeter מְלוּכָה, מַמְלָכָה, מַמְלָכוּת.

מֶלֶךְ, c. Suff. מַלְכִּי, pl. מְלָכִים, semel מְלָכִין Prov. 31, 3, et inserta matre lectionis א: מַלְאָכִים 2 Sam. 11, 1 m. 1) *rex*. (Arab. مَلِكٌ, مَالِكٌ, raro مَلْكٌ, syr. ܡܰܠܟܳܐ). Sq. genit. populi vel terrae, ut מֶלֶךְ סְדֹם Gen. 14, 2, מֶלֶךְ יְהוּדָה, מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל; sed *rex Jehovae* Ps. 2, 6. 18, 51 est rex Israëlis a Jehova institutus. — *Regis* nomen saepe tribuitur a) Jehovae, tamquam regi Israëlis et singulorum Israëlitarum Ps. 5, 3. 10, 16. 44, 5. 48, 3 (quo loco *rex magnus* appellatur) 68, 25. 74, 12. 84, 4. Deut. 33, 5, vel totius terrae Ps. 47, 3. 8, cf. מֶלֶךְ יַעֲקֹב Jes. 41, 21, מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל 44, 6 de Jehova. b) idolis, ubi loquuntur cultores eorum Jes. 8, 21. Am. 5, 26. Zeph. 1, 5, cf. *βασιλεύς* Il. γ', 351. π', 233. מֶלֶךְ מְלָכִים *rex regum* est titulus regis Babyloniae Ez. 26, 7 (v. chald.), הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל *rex magnus* regis Assyriae Jes. 36, 4 (cf. *βασιλεὺς ὁ μέγας*, *μέγας βασιλεύς* passim apud Aristophanem et Platonem de rege Persiae, et syr. ܡܰܠܟܳܐ ܪܰܒܳܐ ap. Barhebr. de imperatore Romano). Passim denique *reges* tanquam *imperatores* s. *exercituum duces* inducuntur Iob. 15, 24. 18, 14. 30, 15.

2) n. pr. m. 1 Chr. 8, 35. 9, 41. Etiam addito art. הַמֶּלֶךְ Jer. 36, 26. 38, 6.

מֶלֶךְ, emphat. מַלְכָּא, מַלְכָּה, plur. מַלְכִין, et (more Hebraeo) מַלְכִים Esr. 4, 13 chald. *rex*. מֶלֶךְ מַלְכַיָּא *rex regum*, de rege Babyloniae Dan. 2, 37 (cf. Ez. 26, 7), Persiae Esr. 7, 12, qui quidem posterior hodieque شاهنشاه *Schahinschah* i. e. rex regum vocatur. Eodem titulo honorifico ornabantur reges aegyptiaci, mogoli, parthici (v. comment. nostrum ad Jes. 10, 8), aethiopici (v. inscr. Axum. in Buttmanni Museum f. Alterthumswiss. T. I). — Dan. 7, 17 in oratione prophetica מַלְכִין *reges* dr. pro *regnis*.

מְלַךְ m. c. Suff. מִלְכִּי chald. *consilium* Dan. 4, 24.

מֹלֶךְ, ubique cum art. הַמֹּלֶךְ (rex) *Molochus*, idolum Ammonitarum,

cui Hebraei quoque in valle Hinnom variis temporibus hostiis humanis litabant Levit. 18, 21. 20, 2 sqq. 1 Reg. 11, 7. 2 Reg. 23, 10, etiam מַלְכָּם et מַלְכֹּם dictum, q. v. Aqu. Symm. Theod. Vulg. *Μολόχ*, *Moloch.* Eius statua aenea, auctoribus Rabbinis, membris humanis, capite bovino, intus concava ab imo candefiebat, inque brachia eius liberi immolandi coniiciebantur; et similiter *Saturni* statuam apud Carthaginenses describit Diodorus XX, 14, cf. Münter Religion der Karthager p. 19 et nostr. de rel. Poenorum comment. in Gruberi Encyclop. T. XXI pag. 99. Repraesentabat autem tam Molochus Ammonitarum quam Saturnus Carthaginensium *Saturnum planetam*, quem tanquam *κακοδαίμονα* hostiis humanis placabant Semitae, cf. Comment. ad Jes. II, 343, cf. 327 sqq.

מַלְכֹּדֶת f. (a rad. לָכַד) *laqueus, decipula* Iob. 18, 10.

מַלְכָּה f. *regina* Esth. 1, 9 sqq. 7, 1 sqq. Pl. מְלָכוֹת de uxoribus Salomonis regio genere ortis, opp. pellicibus (פִּילַגְשִׁים) Cant. 6, 8. 9.

מַלְכָּה chald. id. Dan. 5, 12.

מִלְכָּה (id., vel ex usu Chald. consilium) n. pr. Harani filia, Nahori uxor Gen. 11, 29. 22, 20.

מְלֻכָה v. מְלוּכָה.

מַלְכוּ cstr. מַלְכוּת, emphat. מַלְכוּתָא f. chald. *regnum*, et dignitas regia Dan. 4, 28. Esr. 4, 24. 6, 15, et imperium regis Dan. 2, 39. 41. 44, pl. מַלְכְוָתָא Dan. 2, 44. 7, 23.

מַלְכוּת f. (denom. a מֶלֶךְ) 1) *regnum, imperium regium*, vox serioris Hebraismi, pro antiquiore מַמְלָכָה. 1 Chr. 12, 23: מַלְכוּת שָׁאוּל *imperium Sauli.* Dan. 1, 1: *tertio anno* לְמַלְכוּת יְהוֹיָקִים *imperii Jojakimi.* 2, 1. 8, 1. 1 Chron. 26, 31. בֵּית הַמַּלְכוּת *palatium regium.* Esth. 1, 9. 2, 16. 5, 1, alibi בֵּית הַמֶּלֶךְ. Meton. de *ornatu regio.* Esth. 5, 1: וַתִּלְבַּשׁ אֶסְתֵּר מַלְכוּת *et induit Esthera vestes regias.* 2) *regnum* i. e. terra populusque regi parens. מַלְכוּת יְהוּדָה regnum Judae 2 Chr. 11, 17, מַלְכוּת כַּשְׂדִּים regnum Chaldaeorum Dan. 9, 1, plur. מַלְכֻיּוֹת Dan. 8, 22.

מַלְכִּיאֵל (rex Dei h. e. a Deo constitutus) n. pr. m. Gen. 46, 17. Patron. in ־ִי Num. 16, 45.

מַלְכִּיָּה et **מַלְכִּיָּהוּ** (rex Jehovae h. e. a Jehova constitutus) n. pr. m. 1) Esr. 10, 31. Neh. 3, 11. 2) Neh. 8, 4. 10, 3. 3) plurium aliorum. 2 Chr. 10, 12. 25, 9. Esr. 10, 25 al.

מַלְכִּי־צֶדֶק (rex iustitiae) n. pr. *Melchisedeci*, regis Salem (Hierosolymae) et sacerdotis Jehovae Gen. 14, 18. Ps. 110, 4.

מַלְכִּירָם (rex altitudinis) n. pr. m. 1 Chr. 3, 8.

מַלְכִּישׁוּעַ (rex auxilii) n. pr. filii Sauli 1 Sam. 14, 49. 31, 2, etiam seiunctis vocibus מַלְכִּי־שׁוּעַ 1 Chr. 8, 33. 9, 39.

מַלְכָּם n. pr. 1) idoli Moabitarum et Ammonitarum i. q. מִלְכֹּם et מֹלֶךְ Jer. 49, 1. 3 (sed Zeph. 1, 5. Am. 1, 15 מַלְכָּם est appellativum). 2) m. 1 Chr. 8, 9.

מִלְכֹּם *Milcom* i. q. *Molech*, idolum Ammonitarum. 1 Reg. 11, 5. 33. 2 Reg. 23, 13.

מְלֶכֶת f. formae chald. מְלַךְ (ut contra מַלְכָּה a מֶלֶךְ) *regina.* Non legitur nisi Jer. 7, 18. 44, 17. 18. 19. 25, quibus locis מְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם *regina coeli*, quam mulieres Israëlitarum divino cultu prosequebantur, aut *luna* est aut *Astarte* (עַשְׁתֹּרֶת) h. e. Venus planeta. Ita LXX. interpretantur cap. 44, et Vulg. ubique. Caeterum non pauci codd. plene scribunt מְלָאכֶת *cultus* h. e.

abstr. pro concr. *numen, dea* (coeli), quemadmodum Syrus interpres reddit ܦܘܠܚܢܐ ܕܫܡܝܐ *cultus coeli.*

מַלְכֶת c. art. (regina) n. pr. f. 1 Chr. 7, 18.

I. מָלַל *locutus est*, vc. fere poët. pro vulg. דִּבֶּר. (Chald. et syr. מַלֵּל, ܡܠܠ id. Sonum quodammodo imitatur, ut gr. λαλέω, lallen). In Kal semel part. מוֹלֵל Prov. 6, 13.

Pi. מִלֵּל id. Cstr. c. acc. *elocutus est* aliquid. Iob. 8, 2: *quousque talia elocuturus es?* 33, 2. Ps. 106, 2. Cum dat. pers. et sq. oratione recta Gen. 21, 7: מִי מִלֵּל לְאַבְרָהָם וגו' *quis dixerit Abrahamo: Sara infantes lactabit.* Cf. דִּבֵּר no. 1, c.

Deriv. מִלָּה verbum.

II. מָלַל i. q. מוּל, מָהַל, נָמַל *abscidit*, vel *abscissus est*, maxime de gramine, herba, aristis. Fut. (more Chaldaeo formatum) יִמַּל Iob. 14, 2. 18, 16, plur. in pausa יִמָּלוּ 24, 24. Ps. 37, 2 (v. Bleeckii de his formis disputationem, in Rosenm. Repert. T. I. p. 80) *abscinditur.* Iob. 14, 2: כְּצִיץ יָצָא וַיִּמַּל *instar floris prodit et abscinditur.* 18, 16: *infra radices eius arescunt,* מִמַּעַל יִמַּל קְצִירוֹ *superne absciditur ramus eius.* In prioribus huius libri editt. has formas duximus a נָמַל i. q. נָבֵל *marcuit*, quod commendari videtur verbis Ps. 37, 2 (ubi in altero membro est יִבּוֹלוּן), sed abscindendi significatum tuetur forma יְמוֹלֵל Ps. 90, 6 et n. deriv. מְלִילָה.

Po. מוֹלֵל fut. יְמוֹלֵל *abscidit* Ps. 90, 6, v. מוּל Pil.

Deriv. מְלִילָה.

Not. Sunt, qui *secandi* notionem primariam eamque ad *loquelam* traductam putent (v. H. A. Schultens ad Elnawabig p. 132), quod in medio relinquimus.

מַלַּל chald. Pa. *locutus est.* Dan. 7, 8. 11. 20. 25.

מִלֲלַי (facundus) n. pr. m. Neh. 12, 36.

מַלְמָד vel **מַלְמֵד** m. semel st. cstr. Iud. 3, 31: מַלְמַד הַבָּקָר *stimulus boum,* gr. βουπλήξ Il. 6, 135, *βούκεντρον,* v. Schöttgen de stimulo boum, Francof. 1774 et Rosenm. Morgenland ad Iud. l. c. Rad. לָמַד no. 1 castigavit.

מָלַץ in Kal inusit. *laevis fuit* (cf. verba cognata מָלַח no. I, מָלַט et quae ibi notavimus).

Niph. de verbis blandis Ps. 119, 103.

מֶלְצַר c. art. הַמֶּלְצַר Dan. 1, 11. 16, nomen muneris in aula babylonica, prob. pers. ملسر praefectus vini, sec. alios مالسر praefectus thesauri.

מָלַק *infregit (einknicken)* Levit. 1, 15. 5, 8. (Cognata est rad. פָּרַק, ex qua haec orta est, littera r emollita in l, p et m permutatis. Syr. et chald. מְלַג vellicavit). LXX ἀποκνίζω, ungue secuit (abkneipen), contra diserta textus hebraei verba: וְלֹא יַבְדִּיל 5, 8.

מַלְקוֹחַ m. (a rad. לָקַח) 1) *praeda,* sed spec. pecoris et iumentorum. Num. 31, 12: אֶת־הַשְּׁבִי וְאֶת־הַמַּלְקוֹחַ וְאֶת־הַשָּׁלָל *captivos et praedam et exuvias,* sed V. 11. 27. 32 etiam *captivi* sub h. v. comprehenduntur. Jes. 49, 24. 25. 2) Dual. מַלְקוֹחַיִם *utraque mandibula,* qua cibus capitur. Ps. 22, 16.

מַלְקוֹשׁ m. (a rad. לָקַשׁ) *pluvia serotina* i. e. verna, quae in Palaestina Martio et Aprili mensibus ante messem cadit Deut. 11, 14. Jer. 3, 3. 5, 24, opp. pluviae primae s. autumnali (מוֹרֶה, יוֹרֶה). Poët. tali pluviae assimilatur oratio facunda et bonae frugis plena. Iob. 29, 23.

מַלְקָחַיִם m. dual. (a rad. לָקַח) 1) *forceps* Jes. 6, 6. 2) *emunctorium* 1 Reg. 7, 49. 2 Chr. 4, 21.

מַלְקָחַיִם m. dual. i. q. antecedens no. 2. Ex. 25, 38. 37, 23.

מֶלְתָּחָה f. *vestiarium* regium 2 Reg. 10, 22. Ita nexu orationis flagitante Vulg., Chald., Arabs, Kimchi. Vide supra ad rad. לָתַח.

מַלּוֹתִי (prob. pro מַלְאֹתִי plenitudo mea) n. pr. m. 1 Chr. 25, 4. 26.

מַלְתָּעוֹת pl. f. Ps. 58, 7, et litteris transpositis מְתַלְּעוֹת Iob. 29, 17. Prov. 30, 14. Joël 1, 6 pr. *mordentes*, *mordices*, poët. pro *dentibus*, a rad. לָתַע momordit, cf. aethiop. መልታሕት: maxilla, pr. id, quo mordetur. Neque est, quod certum dentium genus, maxillares, caninos, vel incisores denotari statuamus.

מַמְּגֻרָה f. (c. Dag. euphon.) Joël 1, 17 *loca* vel *aedificia*, in quibus sunt *granaria* s. *cellae granariae* (מְגוּרוֹת), denom. a מְגוּרָה Hagg. 2, 19, praemisso מ locali, cf. מְרַאֲשׁוֹת, מַרְגְּלוֹת, et Lgb. §. 122, 1 no. 14.

מְמַדִּים pl. (a rad. מָדַד) *mensurae* Iob. 38, 5.

מְמוּכָן n. pr. pers. principis in aula Xerxis Esth. 1, 14. 16. 21, it. מומכן V. 16 Chethibh.

מָמוֹת nonnisi in pl. מְמוֹתִים (a rad. מוּת) 1) *mortes* Jerem. 16, 4. Ez. 28, 8. 2) 2 Reg. 11, 2 Chethibh concr. *interfecti*, ubi Keri מוּמָתִים.

מַמְזֵר m. 1) *spurius*, *nothus* Deut. 23, 3. LXX. ἐκ πορνῆς. Vulg. *de scorto natus*, et sic etiam intpp. orientales, neque non Rabbini, qui hoc vc. de spurio utuntur. 2) metaph. *extraneus* Zach. 9, 6. LXX. ἀλλογενής. Nimirum populi externi scortis comparantur ab Hebraeorum poëtis v. Jes. 23, 17. 18. (Rad. Hebraeis inusitata מָזַר prob. idem valebat quod נָזַר separavit, sed in malam partem, despexit, vilipendit, unde نزر med. Damm. exilis, vilis fuit, cf. مزر ignominia affecit et syr. ܡܣܪ Aph. contemsit. Aliis est a rad. זוּר, unde nomen מְזָר regio extera, hincque מַמְזֵר).

מִמְכָּר m. (a rad. מָכַר) 1) *venditio* Levit. 25, 27. 29. 50. 2) *res vendita*. Lev. 25, 25: מִמְכַּר אָחִיו *res a fratre ipsius vendita*. V. 28. 33. Ez. 7, 13. 3) *res venalis* Levit. 25, 24. Neh. 13, 20.

מִמְכֶּרֶת Lev. 25, 42 f. i. q. מִמְכָּר no. 1.

מַמְלָכָה cstr. מַמְלֶכֶת, c. Suff. מַמְלַכְתִּי, pl. מַמְלָכוֹת (a rad. מָלַךְ) f. *regnum*, *imperium*, tum de dignitate regia 1 Reg. 11, 11. 14, 8. 1 Sam. 28, 17, tum de terra quae regi paret. עִיר הַמַּמְלָכָה urbs regia Jos. 10, 2. 1 Sam. 27, 5. בֵּית מַמְלָכָה sedes regia. Am. 7, 13. מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ regna terrae Deut. 28, 25.

מַמְלָכוּת f. st. cstr. מַמְלְכוּת (a rad. מָלַךְ) id. Jos. 13, 12 sqq. 1 Sam. 15, 28. 2 Sam. 16, 3. Jer. 26, 1.

מִמְסָךְ (a rad. מָסַךְ) m. *vinum* aromatibus *mixtum* i. q. מֶזֶג, מֶסֶךְ Prov. 23, 30. Jes. 65, 11.

מִמֶּן v. מִן.

מֶמֶר m. *moeror* Prov. 17, 25 (a rad. מָרַר, ut מֶכֶס a כָּסַס, cf. תֶּמֶס a מָסַס, תֶּבֶל a בָּלַל).

מַמְרֵא (pinguedo, *robur*) n. pr. viri Amoritae, qui foedus cum Abrahamo iunxerat Gen. 14, 13. 24. Hinc אֵלֹנֵי מַמְרֵא quercus Mamreii 13, 18. 18, 1, et simpl. מַמְרֵא 23, 17. 19. 35, 27 nomen querceti in vicinia Hebronis.

מַמְּרֹרִים Iob. 9, 18 forma suspecta, quae orta videtur ex מַמְרֹרִים (36 codd. exhibent מַמְרוּרִים) et מְרֹרִים, a מְרֹרִים *acerbitates*, c. מִן praefixo. Structura utrumque fert, quando-

quidem verbum שָׂבַע et acc. admittit et מִן particulam.

מִמְשַׁח m. *expansio* Ezech. 28, 14. כְּרוּב מִמְשַׁח Vulg. *Cherub extentus*, h. e. alis extensis, cf. Ex. 25, 20. Rad. מָשַׁח no. 2.

מִמְשָׁל m. (a rad. מָשַׁל no. 1) *dominium, principatus* Dan. 11, 3. 5. Plur. מִמְשָׁלִים 1 Chron. 26, 6 concr. *domini, principes*.

מֶמְשָׁלָה f. (a rad. מָשַׁל) Mich. 4, 8, cstr. מֶמְשֶׁלֶת (Gen. 1, 16. Ps. 136, 8) c. Suff. מֶמְשַׁלְתְּךָ Jes. 22, 21 plur. cstr. מֶמְשְׁלוֹת, מַמְשְׁלוֹת 1) *dominium, principatus* Gen. 1, 16. Ps. 136, 8. 2) *imperium, ditio* 2 Reg. 20, 13. 3) concr. *principes, duces supremi* 2 Chr. 32, 9, v. מִמְשָׁל no. 2.

מִמְשָׁק (a rad. מָשַׁק possedit) semel Zeph. 2, 9: מִמְשַׁק חָרוּל *possessio urticae*, locus urticis occupatus.

מַמְתַקִּים m. pl. (a rad. מָתַק) *dulcedines* Cant. 5, 16.

מָן c. Suff. מַנְךָ (alii codd. sine Dag.) Neh. 9, 20 m. *manna arabica*, resina dulcis melli similis, quae in Arabia aliisque regionibus orientalibus Iulio maxime et Augusto ante solis ortum ex foliis complurium arborum fruticumque, maxime ex tamariscorum genere, exsudat. Iam ante decennium et quod excurrit nonnulli naturae scrutatores Britannici probaverunt, insecta quaedam cimicibus similia in manna producenda cooperari (v. Hardwicke in Asiatic Researches XIV, p. 182 sq. Bombay-Transactions I, 251); idque nuper accuratius definivit Ehrenbergius noster, qui mannam post insectorum ictum ex foliis promanare me docuit. Cf. Niebuhrii descr. Arabiae p. 145, J. E. Fabri historia Mannae in Fabri et Reiskii opuscc. med. arab. p. 121. Ex. 16, 31 sqq. Num. 11, 6. (Arab. مَنّ id. pr. *pars, donum* sc. coeli, plene مَن السما, a rad. מָנַן. Alii etymo alluditur Ex. 16, 15. 31 cf. chald. מַן).

מָן, sq. Makk. מַן chald. 1) *quis? quid?* Esr. 5, 3. 9. Dan. 3, 15, etiam in interrogatione obliqua Esr. 5, 4. 2) מַן־דִּי *quicunque* Dan. 3, 6. 11. 4, 14.

מֵן m. 1) *pars, portio* (a rad. מָנַן). Propria haec vocabuli vis nominalis in vulgari V. T. usu quidem non occurrit (non enim placet Io. Simonis, qui מִנֵּהוּ Ps. 68, 24 *portionem eius* s. *eorum* sc. canum interpretatur), sed manifesta tamen est in formis מִמֶּנִּי pr. *a parte mea, de ma part* (cf. Ez. 3, 17: *hortare eos* מִמֶּנִּי germ. von meinetwegen), מִמֶּנּוּ *a parte eius*, et praeverbium מִן pr. est st. cstr. eius. Hoc autem revera substantivum esse, Plur. cstr. מִנֵּי (Jes. 30, 11) ita probat, ut dubitantibus scrupulus facile eximatur.

2) pl. מִנִּים *fides* pr. *fila tenuia*, a dividendo dicta. Ps. 150, 4. Syr. ܡܢܝܢܐ id. Prob. etiam huc referendum Ps. 45, 9: *ex palatiis eburneis* מִנִּי שִׂמְּחוּךָ *fides* (i. e. concentus musici) *te exhilarant*. De terminatione plur. ־ִי pro ־ִים (quam e grammaticis eliminare nimis cupide nuper conati sunt) v. Lgb. p. 525. 526.

מִן et ·מִ, sq. gutturali מֵ, raro מִ (מִחוּט Gen. 14, 23, מִרְדֹף 2 Sam. 18, 16, et constanter in formis מִהְיוֹת, מִחוּץ), poët. מִנִּי et מִנֵּי q. v. (syr. ܡܢ, arab. مِنْ, raro مـ), c. Suff. מִמֶּנִּי (v. מֵן) poët. מִנִּי et מִנֵּי (more Syrorum); מִמְּךָ in Pausa מִמֶּךָּ, מִמֵּךְ; מִמֶּנּוּ pro מִנְהוּ ab eo, f. מִמֶּנָּה, poët. מִנֵּהוּ, מִנְהוּ; מִמֶּנּוּ pro מִמֶּנְנוּ a nobis; מִכֶּם, מִכֶּן; מֵהֶם poët. מִנְהֶם f. מֵהֶן

1) pr. st. cstr. nominis מַן *pars* alic. rei. Inde praep. *partitiva* (מֵם קְצָתִית Mem partitivum vocant Hebraei), *partem* designans *e toto exemtam*, quae gr. et lat. modo ἐξ, ἐκ, *ex*, *e*, modo ἀπό, *ab*, *a* praeverbiis (rarius *de*) indicatur. Ita post numeralia. Ruth 4, 2: *decem viri* מִזִּקְנֵי הָעִיר *ex senioribus urbis*. 2 Reg. 2, 7: *quinquaginta* מִבְּנֵי הַנְּבִיאִים *ex filiis prophetarum*. Neh. 1, 2: אֶחָד מֵאַחַי *unus ex fratribus meis*. Iob. 5, 1: מִי מִקְּדֹשִׁים *quis ex numero sanctorum* (i. e. angelorum)? Ex. 18, 25 cet. It. post verba dandi, et quae ad hanc notionem prope accedunt, verba narrandi (Ps. 59, 13), docendi (Jes. 2, 3) *), implendi (מִלֵּא מִן, מָלֵא מִן i. e. implevit aliqua parte rei), et *contra* verba accipiendi (Deut. 33, 3 cf. λαμβάνειν τινός), hisque similia, ut edendi (אָכַל מִן, gr. ἐσθίειν, πίνειν τινός), satiandi se (שָׂבַע מִן) cet. 1 Reg. 12, 9: הָקֵל מִן הָעֹל *leva* partem *de iugo*. In his omnibus מִן *aliquam partem* rei indicat, quae eadem a Graecis (v. locutiones supra laudatas), Francogallis et Germanis antiquioribus (du sang; nimm *des Blutes* sc. etwas) genitivo exprimitur. Spec. a) ubi refertur ad multitudinem, notat: (*aliquot*) *ex* toto numero. (Cf. arab. بَعْضٌ pars, it. nonnulli, aliquot). Ex. 17, 5: מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל (aliquot) *ex senioribus Israëlis*. Gen. 30, 14: *da mihi* (aliquot) *de mandragoris filii tui*. Cant. 1, 2: יִשָּׁקֵנִי מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ *osculetur me oscula* (osculis) *oris sui*. Ex. 16, 27. Jes. 57, 8. Rarius *unum* ex numero designat, ut arab. بَعْضٌ. Ex. 6, 25: *Eleasar duxit* (unam) *ex filiabus Puthiel*. Ps. 137, 3. Gen. 28, 11 cf. 18. Dan. 11, 5: *rex Austri* וּמִן שָׂרָיו *et unus ex tribunis eius*. Addita negandi particula: *nullus*. Iob. 27, 6: לֹא יֶחֱרַף לְבָבִי מִיָּמָי *haud me poenitet ullius diei*. 1 Sam. 14, 45. 2 Reg. 10, 23. — b) ubi refertur ad totum: *aliquid*. Levit. 5, 9: מִדַּם *aliquid sanguinis*. Iob. 11, 6: *deus tibi remittit* מֵעֲוֹנֶךָ *de peccato tuo*, partem peccati tui. Ex his c) manifestum est, quid proprie valeat מִן, مِن in his formulis, ما مِن اله الا الله *non est deus* (pr. a deo), *nisi Deus* Sur. 3, 55. 5, 77. 38, 65 (cf. eadem verba sine مِن Sur. 3, 1. 11, 27. 20, 7), ما مِن احد *ne unus quidem* (pr. non ab uno) Sur. 2, 96. 19, 98, ما لَهُم مِن علم *non est iis scientia* Sur. 18, 4 (cf. sine مِن 22, 70. 24, 14) v. magnam exemplorum vim ap. Agrellium de variet. generis et numeri in L. L. O. O. Lundae 1815 pag. 142 sqq. Est enim in his omnibus מִן non pleonasticum, sed partitivum: *ne minima quidem pars dei* i. q. ne ullus quidem deus; *ne particula quidem unius*, *ne minimum quidem scientiae*. In syriacis respondet ܠܐ ܡܢ ܡܕܡ non a quoquam et contr. ܠܐ ܡܕܡܕܡ nequaquam Gal. 5, 16. Hebraice dr. α) מֵאַחַד i. e. *aliqua pars unius*, i. e. *vel unicus*. Levit. 4, 2: *et si facit* מֵאַחַת מֵהֵנָּה *vel unicum ex his*, cf. Ez. 18, 10 (ubi אַח spurium videtur). Deut. 15, 7: *si pauper est inter vos* מֵאַחַד אַחֶיךָ *ullus fratrum vestrorum*. β) מִכֹּל *vel ullus*, in loco impedito Gen. 7, 22: מִכֹּל אֲשֶׁר בֶּחָרָבָה מֵתוּ, quem ita declarabis: *mortua sunt* i. e. *viva non manserunt ulla*, *quae erant in sicco*. γ) לֹא מִכֹּל i. q. מֵאֶפֶס, מֵאַיִן *ne ullum quidem*, *ne minimum*

*) Omisso *dicendi docendive* verbo quaeritur ex vate Jes. 21, 11: מַה־מִּלַּיְלָה *quid de nocte* sc. docendum habes. Alia ellipsi Saadias: *quid de nocte* sc. superest.

quidem Jes. 40, 17. 41, 24, cf. 41, 12. 29 (ubi contorte nonnulli: *minus quam nihil*, quod mathematicorum, non poëtarum, formulam sapit). In Graecis vide an similis ratio sit formulae *οὐδέν τι, πᾶς τις*. Caeterum veram huius idiomatis indolem parum perspectam habent, qui in talibus exemplis מִן traiectum putant, vel in singulis exemplis alia omnia tentarunt, v. Winerus in Lex. p. 566.

A significatione partitiva proficiscitur

2) notio *egrediendi ex* aliqua re, ubi significatur, aliquid fuisse *in* alic. re, et quasi partem eius fecisse: gr. et lat. *ex*, *ἐξ*. Ita sexcenties proprio significatu post יָצָא, הוֹצִיא, v. c. egredi *ex* utero Iob. 1, 21, *ex* ore Iud. 11, 36, *ex* terra Exod. 12, 42; extrahere *ex* aqua, fovea Ps. 18, 17. 40, 3; eripere *ex* manibus alic. (v. מִיַּד, מִידֵי, מִכַּף et verba הִצִּיל, מִלֵּט), טָבַל מִן praegn. *intinxit* digitum et extraxit *ex* oleo Lev. 14, 16. Spec. frequentatur

a) de *materia*, *ex* qua aliquid fit, et qs. prodit. Cant. 3, 9: מֵעֲצֵי הַלְּבָנוֹן *ex lignis Libani*. Ps. 16, 4. 45, 14. Gen. 2, 19. Ex. 39, 1. Hos. 13, 2.

b) de *ortu* ex patre vel loco natali. Iob. 14, 4: מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא *ubi est purus* qui *ex impuro ortus sit?* Jes. 58, 12: מִמְּךָ *ex te orti* i. e. nepotes tui (al. *nonnulli* ex civibus tuis, cf. no. 1, a). Iud. 13, 2: אִישׁ מִצָּרְעָה *vir Zorha oriundus*. 17, 7.

c) de *auctore* et *causa efficiente*, unde aliquid proficiscitur. Gen. 49, 12: חַכְלִילִי מִיַּיִן *caligans a vino*, מֵחָלָב — לְבֶן *albus — a lacte*. Iob. 14, 9: *ab odore aquae revirescit*. Hos. 7, 4: *fornax* בֹּעֵרָה מֵאֹפֶה *accensa a pistore*. Jer. 44, 28. Ez. 19, 10. הָרְתָה מִן concepit *ex* aliquo Gen. 19, 36; saepe post passiva (quod negare non debebat Winerus in Lex. p. 565, qui ex uno exemplo Cant. 3, 10 iudicare videtur). Jes. 22, 3: אֻסְּרוּ מִקֶּשֶׁת *capti sunt a sagittariis*. 28, 7: נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן *devicti a vino*, cf. Ps. 78, 65. Gen. 16, 2: אוּלַי אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *fortasse aedificabor* i. e. prolem habebo *ex ea* (v. בָּנָה Niph.). Ps. 37, 23. Ez. 27, 34. Saepe etiam de auctore iudicii, vel sententiae: צָדַק מִן Iob. 4, 17, רָשַׁע מִן Ps. 18, 22 iustus, iniustus fuit ex sententia alic., cf. נָקִי מִן Num. 32, 22, אָשָׁם מִן Jer. 51, 5, יָקַר מֵעַל Zach. 11, 13. חָלִילָה מֵיהוָה maledictum a Domino (v. חָלִילָה p. 341). Deut. 32, 47: דָּבָר רֵק מִכֶּם *verbum vobis inane visum*, i. q. בְּעֵינֵיכֶם. Ita intelligo etiam Gen. 3, 14: אָרוּר אַתָּה מִכָּל־הַבְּהֵמָה i. q. בְּעֵינֵי כ׳ הַבְּ׳. 4, 11, et Deut. 33, 24: בָּרוּךְ מִבָּנִים אָשֵׁר i. q. בְּעֵינֵי הַבָּנִים *fortunatus habitus a reliquis filiis* i. q. fratribus.

d) de instrumento. Iob. 7, 14: מֵחֶזְיֹנוֹת תְּבַעֲתַנִּי *somniis terres me*. 4, 9. Gen. 9, 11: *non amplius delebitur omne vivum* מִמֵּי הַמַּבּוּל *aquis diluvii*. Ps. 28, 7. 76, 7. Ez. 28, 18.

e) de *ratione*, *propter* quam (unde) aliquid fit. Jes. 53, 5: מִפְּשָׁעֵינוּ *propter peccata nostra*. Cant. 3, 8. Deut. 7, 7. Ps. 68, 30. Esth. 5, 9. Iud. 5, 11. Inde מִבְּלִי, מִבִּלְתִּי propter defectum i. q. *quia non* est, v. בְּלִי, בִּלְתִּי. Ubi ratio significatur, propter quam aliquid *non* fit, lat. utuntur praeverbio *prae*. Gen. 16, 10: לֹא יִסָּפֵר מֵרֹב *non numerabitur prae multitudine*. Ex. 15, 23: *non poterant potare aquam prae amaritudine*. 6, 9. Prov. 20, 4. — Eodem pertinet gaudere *de* al. re Prov. 5, 18, moerere *de* al. Ruth 1, 13, נִחַם מִן poenitet eum rei.

f) de *lege*, *praecepto*, *ex* quo aliquid fit (cf. lat. *ex* more, *ex* lege, *ex* foedere). מִפִּי יְהוָֹה ex iussu Jehovae 2 Par. 36, 12. Inde *secundum*. Ez. 7, 27: מִדַּרְכָּם אֶעֱשֶׂה אֹתָם *secundum vias eorum faciam cum iis*. מִדֵּי secundum copiam, nach der Anzahl (v. דַּי).

Frequentior etiam (neque tamen, ut vulgo visum est, primaria) est

3) notio *recedendi, abeundi, amovendi ab* aliquo loco, nostr. *von* (etwas) *her*, *von* (etwas) *weg*, *von* (etwas) *aus*, *von* (etwas) *an*, quocunque te dirigas, sive sursum, sive deorsum, v. c. מִשָּׁמַיִם de coelo Jes. 14, 12. Ps. 14, 2. 33, 14, יָרַד מִן descendit de (monte), et vicissim עָלָה מִן ascendit inde a, cf. Ex. 25, 19.

Sibi opposita sunt: *α*) מִן — אֶל *inde ab — usque ad* (v. אֶל litt. A, 1), passim pro: *tam, quam*. Ps. 144, 13: מִזַּן אֶל־זַן *tam genus, quam genus* i. e. omnis generis res. *β*) מִן — וְעַד et מִן — עַד Lev. 13, 12: מֵרֹאשׁוֹ וְעַד רַגְלָיו *a capite eius usque ad pedes*. Jes. 1, 6. 1 Reg. 6, 24. Hac autem formula saepe utuntur, ubi omnes sine discrimine res, qs. ab initio usque ad finem, a capite ad calcem, comprehendere volunt. Jon. 3, 5: מִגְּדוֹלָם וְעַד קְטַנָּם *a summis ad imos* i. e. omnes, hinc passim est: *tam, quam* Ex. 22, 3. Deut. 29, 10. 1 Sam. 30, 19, et c. negandi particula: *neque, neque* Gen. 14, 23: אִם מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ־נַעַל *neque filum, neque corrigia calcei*. 31, 24. *γ*) מִן — ־ה Ez. 25, 13: מִתֵּימָן — וּדְדָנֶה *a Themane — usque ad Dedanam*. Magis etiam hac significatione (*inde a* — usque ad) frequentatur לְמִן, de quo infra. — מִמְּךָ וָהֵנָּה *inde a te horsum*, vide הֵנָּה et הָלְאָה. — Spec. nota:

a) מִן (*ἀπό*) frequentatur non solum post verba abeundi, fugiendi (נוּס, בָּרַח), recedendi (גּוּר), sed etiam post timendi (יָרֵא, פָּחַד), occultandi, se occultandi (עָלַם, כִּחֵד, סָתַר), claudendi (Prov. 21, 23), cavendi, custodiendi (נִשְׁמַר, Iob. 17, 4), defendendi (Ps. 43, 1. 107, 41) verba, quae omnia ad *recedendi* notionem redeunt, cf. gr. *κρύπτω*, *καλύπτω ἀπό* Mt. 11, 25. Luc. 9, 45. 19, 42, et lat. custodire, defendere *ab* aliqua re, *tutus a* periculo. His similia sunt: חָפְשִׁי מִן liber ab aliquo, צֵל מֵחֹרֶב *umbra* quae defendit *a sole* Jes. 4, 6. 25, 4, שָׁבַת, נוּחַ מִן quievit, quietem habuit *ab* aliqua re. *Desistendi* notio est in כָּלָה מִן absolvit (et destitit) ab al. re Jos. 19, 51, 1 Reg. 12, 18: רַב לָכֶם מֵעֲלוֹת *satis vobis!* desistite nunc *ab ascendendo; deficiendi* in בָּגַד מִן.

b) Absol. positum significat, aliquid *distare ab alia re, procul abesse ab ea*, cf. gr. *ἀπ᾽ Ἄργεος* procul ab Argo, *φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης* procul a patria cara Il. 2, 162. Prov. 20, 3: שֶׁבֶת מֵרִיב *sedere procul a lite*. Num. 15, 24: מֵעֵינֵי הָעֵדָה *procul ab oculis concionis*, inde transl. *absque, sine* Iob. 11, 15. 21, 9. Gen. 27, 39. Jes. 14, 19. Jer. 48, 45, idque pro *praeter, excepto* 2 Sam. 13, 16. 1 Par. 29, 3, cf. sq. inf. no. 5, c.

c) et contra *prope abesse a re* (arab. قرب من فلان), unde מִגֹּאֵל qui alter est *a Goële* s. proximo consanguineo, qui hunc proxime excipit (cf. syr. ܡܢ ܬܠܬܐ nudius tertius pr. dies proximus ab hesterno), it. *pendere ex aliqua re* (cf. *ἅπτεσθαι ἀπὸ τινός, ἔκ τινος*). Jes. 40, 15: מַר מִדְּלִי *gutta de amphora* dependens. Cant. 4, 1: גָּלְשׁוּ מֵהַר גִּלְעָד *discumbunt* (greges) pendentes quasi *e monte Gilead* i. e. in latere eius (cf. Soph. Antig. 411: *καθήμεθ᾽ ἄκρων ἐκ πάγων*, Od. 21, 420: *ἐκ δίφροιο καθήμενος*). Inde saepissime ponitur, plane ut lat. *a latere, a dextra et sinistra, a fronte, a tergo, ab occasu* al. (cf. gall. *dessous, dessus, dedans, dehors, derrière* pro d'arrière cet.) de commoratione *in* loco, qui *ab* alio quasi pendeat i. e. vel *a* quacunque *parte* eius sit. V. c. מִיָּמִין וּמִשְּׂמֹאל a dextra et sinistra parte (v. sub his vcc.), מִצַּד a latere, מִקֶּדֶם a fronte, ab oriente Gen. 2, 8. 13, 11, מִיָּם ab occidente, מִמִּזְרָח

שֶׁמֶשׁ ab occasu solis Jes. 59, 19, מֵאַחֲרֵי a posteriore parte, post, מִסָּבִיב circum circa, מֵרָחוֹק procul 2 Reg. 2, 7. Jes. 22, 3. 23, 6, מִמֶּרְחָק id. Jes. 17, 13, מִזֶּה — מִזֶּה ab hoc — ab illo latere 1 Sam. 17, 3. 1 Reg. 10, 19. 20, adde מִתַּחַת, מִמַּעַל, מִבַּיִת, מִחוּץ et gramm. hebr. §. 147. 1. — Addito לְ illa adverbia loci praepositionis vim induere supra iam observatum est, v. לְ pag. 513 B.

d) Translate ad tempus, notat *α*) terminum a quo: *inde ab*, *ex*. מִנְּעֻרִים a iuventute 1 Sam. 12, 2. 1 Reg. 18, 12, מִבֶּטֶן אִמִּי ab utero matris meae Iud. 16, 17. Si temporis spatio praemittitur, ubique ab initio, non a fine, eius computandum est, ut gr. ἀφ' ἡμέρας, ἀπὸ νυκτός, lat. *de die*, *de nocte*. Lev. 27, 17: מִשְּׁנַת הַיֹּבֵל bene Vulg. *statim ab initio incipientis iubilei*, opp. אַחַר הַיֹּבֵל Comm. 18. Jes. 38, 12: מִיּוֹם עַד לַיְלָה *ab initio diei* i. e. a mane *ad noctem*, unius diei spatio. מִיָּמֶיךָ inde ab initio vitae tuae Iob. 38, 12. 1 Sam. 25, 28. מִיּוֹם inde ab initio temporis s. mundi (LXX. ἀπ' ἀρχῆς) Jes. 43, 13, quomodo etiam expedienda sunt haec exempla: מִמָּחֳרָת statim ab initio diei sequentis Gen. 19, 34. Exod. 9, 6, מֵעוֹלָם inde a longo tempore, i. e. ante longum tempus Jes. 42, 14. Prov. 8, 23, מִקֶּדֶם, מֵרֵאשִׁית, Jes. 46, 10. *β*) tempus, quod proxime excipit aliud: *statim post* (coll. litt. c) ut gr. ἐξ ἀρίστου, lat. *ab itinere*, *ex consulatu*. Ps. 73, 20: כַּחֲלוֹם מֵהָקִיץ *ut somnium postquam expergefacti sumus*. Prov. 8, 23: מִקַּדְמֵי אֶרֶץ *statim post primordia terrae*, מִיֹּמָיִם post biduum Hos. 6, 2, מִקֵּץ post finem (v. קֵץ), dein simpl. *post*. מִיָּמִים post aliquod tempus Iud. 11, 4. 14, 8, מִיָּמִים רַבִּים Jos. 23, 1, מֵרֹב יָמִים Jes. 24, 22, מִשְׁלֹשׁ חֳדָשִׁים post tres menses Gen. 38, 24. Eodem referri potest מִן הַמּוֹעֵד *ultra* tempus statutum 2 Sam. 20, 5, nisi hoc a comparativa particulae nostrae vi derivare mavis: (magis) quam i. e. ultra.

Ab *eximendo* et *eminendo* est

4) usus *comparativus*. Usurpatur enim de re, quae reliquis aliqua ratione praestans *ex* earum *grege* qs. *eximitur* (cf. lat. *egregius*, *eximius*, gr. ἐκ πάντων μάλιστα Il. 4, 96, et ἐκ πάντων 18, 431, hebr. בָּחַר מִן Ps. 84, 11). Deut. 14, 2: *populus* מִכֹּל־הָעַמִּים *ex omnibus populis* qs. exemtus, iis praestantior. 1 Sam. 10, 23: גָּבֹהַּ מִכָּל־הָעָם *maior omni populo*, pr. et hac ratione ex reliquo populo qs. *ex*stans, *eminens*. עָקֹב מִכֹּל fraudulentior omnibus i. e. fraudulentissimus omnium. Jer. 17, 9, cf. 1 Sam. 18, 30. 2 Reg. 10, 3. 2 Par. 9, 22. Ez. 31, 5 al. In aliis exemplis aliqua res (aliqua ratione) *eminere* dicitur *super* aliam, hinc eam superare, v. c. טוֹב מִבָּלָק *melior Balako* i. e. bonitate eminens super Balacum, Iud. 11, 25, מָתוֹק מִדְּבַשׁ dulcius melle 14, 18, חָכָם מִדָּנִיאֵל sapientior Daniele Ezech. 28, 3, et cum verbo virtutem vel vitium notante Iud. 2, 19: הִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם *pravius agebant quam patres eorum*. Gen. 19, 9. 29, 30. 38, 26. Jerem. 5, 3. Non multum differt eorum sententia, qui ad *recedendi* potestatem revocant huius particulae usum in comparando, ut Ewaldus in gramm. cr. pag. 599, et Winerus in Lex. p. 565, et exempla illa declarant: „tam *dulce*, ut hac ratione seiungi debeat a *melle*“ (malim: distet magno spatio a melle); namque qui *eminent super* alios, etiam *distant ab* iis; sed ad praestantiam et excellentiam alicuius rei depingendam et quasi ante oculos ponendam specialem *e*minendi, *ex*standi, hinc *superandi* imaginem aptiorem etiam esse, quam generaliorem *dis*tandi, nemo non intelligit: *es ist an die Entfernung mit der Richtung nach oben zu denken* (cf. usum parti-

culae עַל in comparando Iob. 23, 2. Ps. 137, 6). Quanta intercedat necessitudo inter hunc particulae usum in comparando, et vim negativam (no. 5, litt. c), quod utrumque est a distando et superando, docent huiusmodi exempla, Gen. 4, 13: גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשׂוֹא *maius est crimen meum, quam* ut *condonetur*, vel tam *magnum est crimen, ut condonari non possit.* 1 Reg. 8, 64, it. Hos. 6, 6: חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא זָבַח דַּעַת אֱלֹהִים מֵעֹלוֹת *pietate delector, non victimis, cognitione Dei magis quam holocaustis.* — Tertium (quod vocant) comparationis facile suppletur in his: Jes. 10, 10: פְּסִילֵיהֶם מִירוּשָׁלַםִ *idola eorum superant idola Hierosolymorum* (multitudine et potentia). Mich. 7, 4. Ps. 62, 10. Iob. 11, 17. — Alibi aliquid aliquem superare dicitur, quod *vires* eius excedit. Deut. 14, 24: יִרְבֶּה מִמְּךָ הַדֶּרֶךְ *iter maius est te* i. e. excedit vires tuas, maius est, quam ut facere possis. Gen. 18, 14. Iob. 15, 11. Plura dabunt libri grammatici, Lgb. p. 690. Ewaldi gr. l. c.

5) Infinitivo praemissum מִן est a) *propterea quod, quia* (cf. *propter* no. 2, e). Deut. 7, 8: מֵאַהֲבַת יְיָ אֶתְכֶם *quia Jehova vos amat.* — b) *ex quo*, de tempore (no. 3, d). 1 Par. 8, 8. 2 Par. 31, 10. — c) longe frequentissime *ita ut non, ne, quo minus* a recedendi significatione, post verba quae ad impediendi notionem redeunt, v. c. retinere (הֵנִיא) Num. 32, 7, custodire, cavere, sibi cavere Ps. 39, 2. Gen. 31, 29, dehortari Jes. 8, 11, reiicere 1 Sam. 8, 7, claudere, obturare Jes. 24, 10. Zach 7, 12 (cf. Gen. 27, 1. Ps. 69, 24), dimittere Exod. 14, 5, oblivisci Ps. 102, 5. Jes. 49, 15. Num. l. c. *quare avertitis animum Israëlitarum* מֵעֲבֹר אֶל הָאָרֶץ. Gen. 27, 1: *oculi eius caligabant* מֵרְאֹת *ita ut non videret.* Jes. 49, 15: *an obliviscitur mulier infantis sui* מֵרַחֵם מִבֶּן־בִּטְנָהּ *ita ut non misereatur* cet. Eodem redit Jes. 54, 9: *iuravi* מִקְּצֹף עָלַיִךְ *me non irasci velle*, pr. *iuravi* et hoc obstat, *quominus irascar.* — Passim loco verbi est nomen, et מִן est pro pleniore מִהְיוֹת. 1 Sam. 25, 23: *reiecit te* מִמֶּלֶךְ *ita ut non* amplius *rex sis.* Jerem. 48, 2: *delebimus eam* מִגּוֹי *ita ut non* amplius *gens sit.* Jes. 52, 14: מִשְׁחַת מֵאִישׁ *deformis ut non homo sit*, ut vix humanam speciem prae se ferat. Adde Jes. 17, 1. 23, 1. 24, 10. 25, 2. Jer. 2, 25. 1 Reg. 15, 13.

6) Semel est Conj. futuro praemissa i. q. syr. ܡܢ ܕ, arab. مِنْ أَنْ: *ne*, cf. no. 5, c. Deut. 33, 11: מִן־יְקוּמוּן LXX. μὴ ἀναστήσονται. Vulg. *non consurgant.* Cf. Lgb. p. 636.

Aliis particulis loci praemissum מִן plerumque *recedendi* significatum habet (v. supra no. 3), et altera particula locum designat, unde aliqua res recedit, ut in gall. *de chez quelqu'un, d'auprès*, v. c. מֵאַחַר a post, *hinter* (etwas) *weg*, מִבֵּין ab inter, *zwischen* (etwas) *weg*, מֵעַל, מִלִּפְנֵי, מִבַּעַד, בְּעַד, בֵּין, אַחַר v. מִתַּחַת, מֵעִם, עִם, עַל, לִפְנֵי. (De מֵאֵת supra p. 115 praetermisso infra agetur). Alibi nil nisi *partem* s. *latus* rei designat, ut מֵאַחֲרֵי post, pone (a tergo) v. no. 3, c. Alias compositiones tetigimus ad no. 2, e.

In nonnullis formulis מִן traiectum est, et quanquam alteri praepositioni praepositum tamen ita struendum, quasi postpositum sit, ut מִבַּלְעֲדֵי pro בַּלְעֲדֵי מִן, ut syr. ܡܢ ܒܠܥܕ, מִלְּבַד praeter i. q. לְבַד מִן (quod utrumque in usu est); vicissim in

לְמִן pro מִן לְ ut lat. *inde*, cui plerumque respondet, pro *de in.* Ponitur pro simpl. מִן signif. no. 3, *a*, de termino a quo: *inde ab.* לְמֵרָחוֹק inde a longinquo Iob. 36, 3. 39, 29, de tempore 2 Sam. 7, 19. 2 Reg.

19, 25. 1 Par. 27, 23: לְמִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמָטָּה *a viginti annos nato et infra.* 1 Par. 17, 10. Mal. 3, 7. Maxime sq. עַד, וְעַד *inde ab — usque ad* Zach. 14, 10. Mich. 7, 12, de tempore Iud. 19, 30, it. *tam, quam* 2 Par. 15, 13: לְמֵאִישׁ וְעַד אִשָּׁה *tam vir, quam femina.* Esth. 1, 20, et c. negandi particula: *neque, neque* Ex. 11, 7. 2 Sam. 13, 22. — Huc non pertinent לְמִבֵּית Num. 18, 7 et לְמִתַּחַת לְ 1 Reg. 7, 32, quae sunt pro מִבֵּית, מִתַּחַת לְ adiuncta notione *motus* ad locum, cf. אֶל־מִחוּץ.

מֵאֵת i. q. מֵעִם pr. *e vicinia, a parte* alic., syr. ܡܢ ܠܘܳܬ, arab. من عند, *inde ab* (1 Reg. 6, 33) post verba et nomina proficiscendi Gen. 26, 31, mittendi ab aliquo loco Gen. 8, 8, it. accipiendi Iob. 2, 10, emendi Gen. 17, 27. 23, 20, petendi *ab* aliquo 1 Sam. 1, 17, praestando Ex. 29, 28 cet. — Alia exempla sunt: Jos. 11, 20: מֵאֵת יְיָ הָיְתָה *a Jehova hoc institutum est.* Exod. 29, 28: *erit hoc Aharoni .... statutum perpetuum* מֵאֵת בְּנֵי יִשְׂ' *ab Israëlitis* praestandum. Ps. 22, 26: מֵאִתְּךָ תְהִלָּתִי *a te hymnus meus* i. e. tibi debeo salutem, hymni causam. — מֵאִתִּי Jes. 44, 24 Keri est i. q. gr. ἀπ' ἐμαυτοῦ Joh. 5, 30, a me ipso s. propria auctoritate, arab. من عندى, syr. ܡܢ ܨܒܝܢܝ, et hebr. מִמֶּנִּי Hos. 8, 4. Cf. de hoc idiomate Anecdota Orientt. I p. 66.

מִן chald. c. Suff. מִנִּי, מִנָּךְ, מִנֵּהּ, מִנְּהוֹן, מִנַּהּ i. q. hebr. 1) *pars* rei, st. cstr. nominis מִן. Vis nominalis manifesta est in huiusmodi exemplis Dan. 2, 33: *quod ad pedes eius attinet,* מִנְּהוֹן דִּי פַרְזֶל מִנְּהוֹן דִּי חֲסַף *pars eorum* erat *ferrea, pars eorum figlina,* cf. syr. ܡܢܗܘܢ — ܡܢܗܘܢ 2 Tim. 2, 20. Barhebr. p. 171. 200.

2) *ex,* pr. de egrediendo. Dein a) de auctore, a quo ceu fonte aliquid prodit, proficiscitur, post pass. Esr. 4, 21; b) de causa, qua quis movetur: *propter* Dan. 5, 19; c) de norma, *ex* qua aliquid fit Esr. 6, 14, unde מִן קְשֹׁט ex veritate s. secundum veritatem, *vere* Dan. 2, 47, מִן יַצִּיב certo 2, 8 cf. gr. ἐκ adverbiis circumscribendis adhibitum v. c. ἐξ ἐμφανοῦς i. q. ἐμφανῶς.

3) *ab, a,* recedendi significatu, inde etiam post verbum timendi Dan. 5, 19. De tempore: *inde a* Dan. 3, 22. Saepe sqq. aliis praepositt. מִן לְוָת = hebr. מֵעִם, מֵאֵת, v. לְוָת. מִן קֳדָם i. q. hebr. מִפְּנֵי, מִלִּפְנֵי. מִן אֱדַיִן i. q. מֵאָז inde ab eo tempore, v. אֱדַיִן. — Eodem pertinet significatio privativa (de qua v. hebr. no. 5, c) Dan. 4, 13: לִבְבֵהּ מִן אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן *cor eius mutabitur, ut non amplius humanum* (cor *hominis*) *sit.*

4) comparative: *prae, magis quam* Dan. 2, 30.

מְנָא chald. v. מְנֵה.

מְנָאוֹת pl. a מְנָת, partes.

מַנְגִּינָה f. i. q. נְגִינָה *canticum,* spec. irrisorium, *dicterium.* Thren. 3, 63.

מִנְדָּה f. chald. i. q. מִדָּה q. v.

מַנְדַּע chald. i. q. hebr. מַדָּע, *dd* more Chaldaeorum in *nd* mutato (a rad. ידע fut. יִנְדַּע) 1) *cognitio, scientia* Dan. 2, 21. 5, 12. 2) *intellectus* ibid. 4, 31. 33.

מָנָה pr. *partitus, dispertitus est, impertivit* v. Pi. no. 1. (Affinia sunt מָנַן, et מָנָה. In linguis indogermanicis respondent transp. νέμω, zend. *neeman,* pehlev. *nim,* et fort. μέρος, μείρομαι). In Kal 1) *attribuit, assignavit,* sq. לְ Jes. 65, 12. 2) *paravit, constituit* (pr. in partes divisit, dispescuit) v. c. exercitum 1 Reg. 20, 25. 3) *numeravit,* de censu populi 1 Par. 21, 1. 17. 27, 24. (Chald. et syr. ܡܢܐ, מְנָא numeravit. Fort. Sanscr. *man* putare, cogitare).

Pi. 1) *impertivit* (v. Kal), *attribuit, assignavit* alicui, sq. לְ pers. Dan. 1, 5. Iob. 7, 3. 2) *instituit, constituit* (Deus aliquid). Ion. 2, 1. 4, 6. 8. Sq. verbo finito Ps. 61, 8: מַן יִנְצְרֻהוּ *constitue,* iube, fac, ut *eum tueantur.* Sq. עַל praefecit. Dan. 1, 11. — *Pu.* pass. *constitutus, praefectus est* 1 Par. 9, 29.

Niph. pass. Kal no. 3 *numeratus est* Gen. 13, 16. Eccl. 1, 15, *annumeratus est* sq. אֶת Jes. 53, 12.

Nomm. deriv. praeter sequentia sunt: מְנִי, מְנָת, et nomm. propria תִּמְנָה, תִּמְנָת.

מְנָה et **מְנָא** chald. *numeravit, lustravit* Dan. 5, 26. Part. pass. מְנֵא V. 25. 26.

Pa. מַנִּי et מַנִּי *constituit, praefecit* muneri Dan. 2, 24. 49. 3, 12. Esr. 7, 25.

Deriv. מִנְיָן.

מָנֶה m. pr. pars, portio, numerus (v. rad.), spec. *mina,* gr. *μνᾶ* (syr. ܡܢܝܐ, arab. مَنّ), pondus centum siclorum, quantum colligitur ex 1 Reg. 10, 17 coll. 2 Par. 9, 16. — Non satis expeditus est locus Ez. 45, 12: *viginti sicli, viginti quinque sicli, quindecim sicli erit vobis mina,* vel de triplici mina, 20, 25 et 15 siclorum, intelligendus, vel de una sexaginta (15 + 20 + 25) siclorum. Sed prius praestat.

מָנָה pl. מָנוֹת (Kamez impuro Esth. 2, 9) f. 1) *pars, portio* Ex. 29, 26. Lev. 7, 33, maxime cibi 1 Sam. 1, 4. שִׁלַּח מָנוֹת misit cibi portiones (de convivio) Neh. 8, 10. 12. 2) i. q. חֵלֶק *sors* Jer. 13, 25.

מֹנֶה in pl. tantum מֹנִים *partes* i. e. *vices* Gen. 31, 7. 41. Cf. יָד no. 7.

מִנְהָג m. *vectura* (das Fahren) cursus. 2 Reg. 9, 20. Rad. נָהַג.

מִנְהָרָה f. (a rad. נָהַר no. 1 fluxit) *vallis* profundior, aquâ *affluens* Iud. 6, 2, arab. مَنْهَر et مَنْهَرَة fossa aquae, v. Schult. ad Iob. p. 49.

מָנוֹד m. (a rad. נוּד). Ps. 44, 15: מְנוֹד רֹאשׁ *agitatio capitis,* meton. obiectum eius i. e. obiectum irrisionis.

מָנוֹחַ (a rad. נוּחַ) c. Suff. pl. מְנוּחָיְכִי (Ps. 116, 7) 1) *quies.* Thren. 1, 3. *Quietem quaerere* mulieri i. e. conditionem (Liv. III, 45), matrimonium quaerere Ruth 3, 1. Plur. Ps. 116, 7. 2) *locus quietis* Gen. 8, 9. Deut. 28, 65. 3) n. pr. patris Simsonis Iud. 13, 2 sqq.

מְנוּחָה f. antecedentis 1) *quies, requies, conditio quieta* Ruth 1, 9 (cf. 3, 2). Jer. 45, 3. Jes. 28, 12: זֹאת הַמְּנוּחָה *haec est requies,* haec est ratio, tranquilla felicitate fruendi. מֵי מְנוּחוֹת aquae placidae Ps. 23, 2. Spec. terrae Cananiticae possessio quieta Ps. 95, 11. Deut. 12, 9. 2) *locus quietis* Num. 10, 33. Mich. 2, 10, hinc *domicilium* Jes. 11, 10.

מָנוֹן m. sec. Hebraeos *soboles* (v. נוּן et נִין). Semel legitur Prov. 29, 21: *si quis servum mollius habet a pueritia* וְאַחֲרִיתוֹ יִהְיֶה מָנוֹן *postea erit* (esse volet, ut) *filius.* Luth. *so will er darnach ein Junker seyn.* Alii *animum ingratum* interpretantur, a rad. מָנַן arab. مَنّ benefacta exprobravit.

מָנוֹס c. Suff. מְנוּסִי (a rad. נוּס) 1) *fuga* Jer. 46, 5. 2) *refugium* Ps. 142, 5. Iob. 11, 20.

מְנוּסָה f. antecedentis, *fuga* Lev. 26, 36. Jes. 52, 12.

מָנוֹר m. *iugum,* pr. aratorium, a rad. נִיר arare, novellare (syr. et arab. ܢܝܪܐ, نِير); dein מְנוֹר אֹרְגִים *iugum textorium* 1 Sam. 17, 7. 2 Sam. 21, 19, qua significa-

tione Syri et Arabes habent ܡܢܘܢ, منوال, r emollito.

מְנוֹרָה f. (a rad. נור) *candelabrum*, ubique de magno candelabro in tabernaculo foederis Ex. 25, 31 sqq. 30, 27. 31, 8. 37, 17. 39, 37.

מִנְּזָרִים m. plur. (c. Dag. euphon.) *principes*, i. q. נְזִירִים Nah. 3, 17.

מָנַח rad. inus., arab. منح *donavit* pr. distribuit, dispertitus est (vic. מָנָה, מָנַן, cf. de necessitudine verborum לה et לח ad rad. קָלָה). Inde

מִנְחָה f. 1) *donum* Gen. 32, 14. 19. 21. 43, 11. 15. 25. 26 cet. 2) *tributum*, quod mitiore *doni* nomine a populis stipendiariis exigebatur (Diod. 1, 58). 2 Sam. 8, 2. 6. 1 Reg. 5, 1 (4, 21). 2 Reg. 17, 4. Ps. 72, 10. 3) *donum numini oblatum, sacrificium* Gen. 4, 3. 4. 5, spec. sacrificium incruentum opp. זֶבַח sacrificio cruento Lev. 2, 1. 4. 5. 6. 6, 7 sq. 7, 9. Hinc זֶבַח וּמִנְחָה Ps. 40, 7. Jer. 17, 26. Dan. 9, 27.

מִנְחָה chald. id. Dan. 2, 46. Esr. 7, 17.

מְנַחֵם (consolator) n. pr. regis Israëlitarum (772—761 a. C.) 2 Reg. 15, 17—22. LXX *Μαναήμ*. Vulg. Manahem.

מָנַחַת (quies) n. pr. 1) viri Gen. 36, 23. 2) loci aliunde ignoti 1 Chr. 8, 6.

מְנִי (a rad. מָנָה, cui origini alluditur Jes. 65, 12) *fatum, fortuna* (arab. منا, منية) c. art. nomen idoli, quod Judaei in Babylonia una cum Gado (v. גַּד, בֵּל) lectisterniis oblatis colebant. Jes. 65, 11. Probabiliter intelligenda *Veneris* stella, quam tanquam fortunae datricem (سعد الاصغر bona fortuna minor) cum Gado copulatam suspiciebant veteres Semitae. Nescio an eadem sit مناة dea Arabum gentilium in Corano (53, 19, 20) commemorata. Vide de his religionibus comment. nostr. ad Jes. l. c. Aliud vestigium huius numinis est in nomine pr., quod in inscriptt. phoeniciis inveni, (עבדמני) i. e. cultor Veneris (v. inscr. Cit. ap. Pocock. no. IV. XII).

I. **מִנִּי** Jer. 51, 27 (et. sec. quosdam Ps. 45, 9, quod minus placet, v. מִן) n. pr. provinciae Armenicae, quae l. c. cum אֲרָרַט copulatur, auctore Bocharto (Phaleg l. l. cap. 3, p. 19. 20) *Μινυάς*, Armeniae tractus, Nicol. Damasc. ap. Jos. antt. 1, 3, §. 6. Sunt, qui ipsum Armeniae nomen ex הַר־מִנִּי ortum putent.

II. **מִנִּי** poët. pro מִן adiecto Jod paragogico Iud. 5, 14. Jes. 46, 3; de forma מִנֵּי Jes. 30, 11, v. מִן no. 1.

מְנִיּוֹת v. מְנָת.

מִנִּים v. מֵן.

מִנְּיָמִין v. מִיָּמִין.

מִנְיָן m. chald. *numerus* Esr. 6, 17, a rad. מְנָא, מְנָה.

מִנִּית (fort. dono data a rad. מָנַן) n. pr. oppidi in finibus Ammonitarum Iud. 11, 33, unde triticum ad Tyri mercatum deferebatur. Ez. 27, 17.

מִנְלָה. Ad tale nomen vulgo refertur forma מִנְלָם in verbis Iob. 15, 29: לֹא יִטֶּה לָאָרֶץ מִנְלָם, quae reddunt: *non extendunt se in terra opes eorum.* מִנְלָה ducunt a rad. נָלָה, cuius aliud vestigium in scriptura vulgari כַּנְּלֹתְךָ Jes. 33, 1, quam idem notare volunt quod arab. نال med. Je assecutus est, acquisivit, unde نال, نيل opes, possessio, منال opes, divitiae. Sed vix mihi persuadeo, sanam esse lectionem,

et haud scio an (cum uno libro ms.) reponendum sit מִכְלָם a מִכְלָה i. q. מִכְלָא *caula eorum* poët. *greges eorum.* Non magis sana videntur verba Jes. l. c. Vide ad כָּלָה.

מָנַן rad. inusit., arab. مَنَّ *divisit, attribuit* (affine est מָנָה) unde מָן donum (Manna), מֵן pars, cstr. מַן pl. מִנִּים et n. pr. מִנִּית.

מָנַע *retinuit, cohibuit.* (Cogn. sunt מָאַן, et aethiop. ምላ: reiecit, reprobavit). Ezech. 31, 15: וָאֶמְנַע נַהֲרוֹתֶיהָ *eiusque flumina cohibebo* 1) sq. מִן, *arcuit, retinuit ab aliqua re.* 1 Sam. 25, 26. 34: אֲשֶׁר מְנָעַנִי מֵהָרַע אֹתָךְ *qui me retinuit, quominus tibi male facerem.* Jer. 2, 25: מִנְעִי רַגְלֵךְ מִיָּחֵף *cohibe pedem tuum, ne discalceatus fias,* noli ita festinare, ut calceos amittas. 31, 16. 2) sq. acc. rei et מִן pers. *denegavit* alicui aliquid. Gen. 30, 2: אֲשֶׁר מָנַע מִמֵּךְ פְּרִי־בָטֶן *qui fructum ventris tibi denegavit.* 2 Sam. 13, 13. 1 Reg. 20, 7. Iob. 22, 7, sq. לְ pers. Ps. 84, 12 cet. In eandem sententiam dicitur: מָנַע פּ׳ מִן Num. 24, 11. Eccl. 2, 10.

Niph. 1) *retentus, cohibitus est* Jer. 3, 3, reflex. retineri, cohiberi se passus est. Num. 22, 16, sq. מִן c. inf. 2) *ablatus, ereptus est*, sq. מִן Iob. 38, 15.

Inde nomm. pr. יִמְנָע, תִּמְנָע.

מַנְעוּל m. (a rad. נָעַל) *pessulus.* Cant. 5, 5. Neh. 3, 3.

מִנְעָל m. id. Deut. 33, 25.

מַנְעַמִּים m. pl. *cibi delicati, cupediae*, a rad. נָעַם, quam Arabes etiam de epulis lautioribus usurpant. Ps. 141, 4.

מְנַעַנְעִים m. pl. 2 Sam. 6, 5 Vulg. *sistra,* instrumentum musicum, ab agitando dictum (rad. נוּעַ Pil. נִעְנַע), ut σεῖστρον a σείω. Syr. et Arabs: *tympana quadrata.*

מְנַקִּית f. tantum in pl. מְנַקִּיּוֹת *paterae libatoriae* Exod. 25, 29. 37, 16. Num. 4, 7. (Syr. ܡܢܩܝܬܐ id., a rad. ܢܩܐ Pa. libavit).

מֵנֶקֶת i. q. מֵינֶקֶת f. *nutrix*, v. Hiph. rad. יָנַק.

מְנַשֶּׁה (qui oblivioni tradit, v. Gen. 41, 51) n. pr. gr. *Μανασσῆς, Manasses* 1) filius Josephi, a Jacobo avo adoptatus Gen. 48, 1 sqq. De finibus Manassitarum, partim trans Jordanem, partim in citeriore regione sitis v. Jos. 13, 29—32. 17, 8 sqq. Patron. מְנַשִּׁי Deut. 4, 43. 2) rex Judae (699—644 a. Chr.), Ezechiae filius, idolorum cultu, superstitione et erga pios crudelitate famosus 2 Reg. 21, 1—18. 2 Chr. 33, 1—20. 3) Iud. 18, 30 Cheth. 4) Esr. 10, 30. 5) V. 33.

מְנָת pro מְנָאת (a rad. מָנָה) pl. מְנָאוֹת Neh. 12, 44, et מְנָיוֹת 12, 47. 13, 10 (Kamez impuro) f. *pars, portio.* Ps. 63, 11: מְנָת שֻׁעָלִים יִהְיוּ *pars* i. e. praeda *vulpium erunt.* Ps. 11, 6: *ventus aestuosus* (est) מְנָת כּוֹסָם *portio calicis eorum,* i. e. iis propinabitur. 16, 5. De cibi portionibus Neh. l. c.

מָס m. *tabescens,* qui calamitatibus *confectus* est, rad. מָסַס q. v. Iob. 6, 14.

מַס m. *tributum.* (Vulgo a מָסַס quia tributum sit „virium dissolutio et confectio," quod vix cuiquam placebit. Mihi persuasum est, מַס contr. esse ex מֶכֶס tributum, vectigal a rad. כָּסַס numeravit, ut fem. מִכְסָה mensura, numerus, pro מִסָּה. Litterarum *ks* s. ξ in fine abiecto *k* emollitarum exempla multa offert Graecia et Latium, ut *Aiax, Αἴας; pistrix, pistris πίστρις;* ὄρνις dor. ὄρνιξ; mixtus, mistus; sestertius pro sextertius; it. *x* et *ss* inter duas vocales instar hebr. *micsa, missa:* Ulixes, Ulysses; μαλάσσω,

malaxo, adde *maximus* et ital. *massimo; Alexander* et *Alessandro*). Paene ubique de *tributo manibus praestando* s. *operâ servâ*, *angariâ*, plene מַס עֹבֵד (tributum serviens) 1 Reg. 9, 21. 2 Chr. 8, 8. Crebrae sunt formulae: הָיָה לָמַס Deut. 20, 11. Iud. 1, 30. 33. 35. Jes. 31, 8 et הָיָה לְמַס עֹבֵד Gen. 49, 15. Jos. 16, 10 operae servae praestandae obnoxius fuit. Omisso עֹבֵד id., inde נָתַן לָמַס Jos. 17, 13, שׂוּם לָמַס Iud. 1, 28 et שׂוּם מַס עַל Esth. 10, 1 servam operam imposuit alicui. אֲשֶׁר עַל הַמַּס praefectus operarum s. angariae 2 Sam. 20, 24. 1 Reg. 4, 6. 12, 18, pl. שָׂרֵי מִסִּים praefecti operarum Ex. 1, 11.

מֵסַב m. (a rad. סָבַב) 1) subst. *consessus, triclinium, pulvinaria* more Orientalium *in orbem posita* Cant. 1, 12, cf. rad. סָבַב 1 Sam. 16, 11. 2) adv. *circumcirca* 1 Reg. 6, 29. Pl. מְסִבּוֹת id. Iob. 37, 12. 3) pl. cstr. praep. *circa* 2 Reg. 23, 5: מְסִבֵּי יְרוּשָׁלַיִם circa Hierosolymam.

מַסְגֵּר m. (a rad. סָגַר) pr. part. Hiph. *claudens*, inde 1) *qui* claudit, *claustrarius* (opifex) 2 Reg. 24, 14. 16. Jerem. 24, 1. 29, 2. 2) *quod* claudit, *claustrum, carcer* Ps. 142, 8. Jes. 24, 22.

מִסְגֶּרֶת f. tantum in pl. מִסְגְּרוֹת (a rad. סָגַר) 1) *claustra*, poët. de urbibus munitis Ps. 18, 46. Mich. 7, 17. 2) *taeniae, margines* (Randleisten), ab *includendo* dictae Ex. 25, 25 sq. 37, 14. 3) 1 Reg. 7, 28. 29. 31. 32. 35. 36. 2 Reg. 16, 17 ornamenta in basibus aeneis pelvium, quae *scuta* quadrata a quattuor basium lateribus fuisse ex V. 28. 29. 31 apparet.

מַסַּד m. *fundamentum* aedificii 1 Reg. 7, 9, a rad. יָסַד more verborum פ״ן declinata.

מִסְדְּרוֹן m. *porticus*, a columnarum *ordinibus* dictus, cf. סֵדֶר, שְׂדֵרָה ordo. Semel legitur Iud. 3, 23.

מָסָה i. q. מָסַס et מָאַס no. II. *liquefactus est, diffluxit.* (Chald. מְסָא, syr. ܡܣܳܐ dissolutus est, computruit, aeth. መሰወ: liquefecit.)

Hiph. liquefecit, dissolvit. Ps. 6, 7: בְּדִמְעָתִי עַרְשִׂי אַמְסֶה *stratum meum lacrimis* qs. *dissolvo.* 147, 18. Fut. apoc. וַיַּמֵס 39, 12. Trop. *liquefecit cor* i. e. ei pavorem iniecit. Pl. הִמְסִיו more chald. pro הִמְסוּ Jos. 14, 8.

מַסָּה f. (a rad. נָסָה) pl. מַסּוֹת *tentatio, tentationes;* ita vocantur 1) magna Dei facinora, quibus fidem populi et explorare et excitare volebat Deut. 4, 34. 7, 19. 29, 2. Contra 2) *tentatio Jehovae* est i. q. quiritatio contra eum Ps. 95, 8, unde n. pr. loci in deserto מַסָּה Ex. 17, 7. Deut. 6, 16. 9, 22. 33, 8. 3) *calamitas,* qua Deus tentat aliquem, πειρασμός N. T. Iob. 9, 23.

מִסָּה pr. *numerus* (contr. ex מִכְסָה, ut מַס q. v. pro מֶכֶס, rad. כָּסַס) cstr. מִסַּת praep. secundum numerum h. e. *pro ratione, prout.* (Syr. ܡܣܬ, chald. כְּמִסַּת pro hebr. כְּדֵי, דֵּי) Deut. 16, 10: מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ *prout manus tua dare potest.* LXX. καθὼς ἡ χείρ σου ἰσχύει.

מַסְוֶה m. *tegumentum, velum* (faciei) Exod. 34, 33. 34. 35. Ita omnes verss. flagitante paene contextu. Sed philologice hoc explanari nequit. Observat quidem Jarchius, hoc vc. in Gemara de velamine faciei dici, quod tamen ex hoc demum loco petitum. Arab. سِوِيَّة, quod olim contuli, culcitrum magis quam velum denotat. Vide igitur sitne legendum מסוכה (מְסֻכָּה, מְסוּכָה) tegumentum, velum.

מְסוּכָה f. i. q. מְשׂוּכָה *sepes, spinetum* Mich. 7, 4, a rad. שׂוּךְ sepire, obsepire.

מַסָּח m. (a rad. נָסַח) *amotio, depulsio* 2 Reg. 11, 6.

מִסְחָר m. (a rad. סָחַר) *mercatus* 1 Reg. 10, 15.

מָסַךְ *miscuit* i. q. מָזַג. (Latissime patet haec radix praeter linguas semiticas in linguis indogerm., nec non slavicis. Vide arab. مَشَجَ, مَزَجَ, ماش med. Je miscuit, مُسْمَاسٌ, مُسْمَسَةٌ permixtio, nostr. Mischmasch; aram. ܡܙܰܓ, מְזַג, מְזַךְ; sanscr. *maksch* et *misr*, pers. اميزيدن et اميختن, gr. *μίσγω*, lat. *misceo*, polon. *mieszam*, bohem. *smisseti*, angl. *to mash*, *to mix*, nostr. *mischen*). Ps. 102, 10. Jes. 19, 14: יְהוָה מָסַךְ בְּקִרְבָּהּ רוּחַ עִוְעִים *Jehova miscuit in medio eius spiritum perversitatum* h. e. Jehova immisit in eos indolem perversam. Spec. miscuit vinum i. e. condivit aromate. Prov. 9, 2. 5. Jes. 5, 22.
Inde מִמְסָךְ et

מֶסֶךְ m. *vinum* aromatibus *mixtum* Ps. 75, 9, i. q. מֶזֶג q. v.

מָסָךְ m. cstr. מְסַךְ (a rad. סָכַךְ) *tegumentum* 2 Sam. 17, 19, spec. de velo ante portam tentorii sacri Ex. 26, 36 sq. 39, 38. 40, 5, et atrii 35, 17. 39, 40, de quo plenius: פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ 35, 12. 39, 34. 40, 21. — Jes. 22, 8: וַיְגַל אֵת מָסַךְ יְהוּדָה *retegitur* (impers.) *velum Judae* h. e. ignominiae exponitur Juda, imagine petita a virgine, cui velum removent homines protervi et violenti. Eadem utuntur Arabes, v. Schult. Origg. hebr. §. 258.

מְסֻכָּה f. (a rad. סָכַךְ) *tegumentum* Ez. 28, 13.

I. **מַסֵּכָה** f. (a rad. נָסַךְ no. I) 1) *fusio* metalli. עֵגֶל מַסֵּכָה vitulus (e metallo) fusus Exod. 32, 4. 8. אֱלֹהֵי מַסֵּכָה idola deorum fusa Ex. 34, 17. Spec. *simulacrum fusum* Deut. 9, 12. Iud. 17, 3. 4. 2) *σπονδή*, *foedus* Jes. 30, 1.

II. **מַסֵּכָה** f. (a rad. נָסַךְ no. II) *tegumentum* Jes. 25, 7.

מִסְכֵּן m. (a rad. סָכַן no. 4 pauper fuit) *pauper, miser*. Eccl. 4, 13. 9, 15. 16. Arab. مِسْكِينٌ, مَسْكِينٌ, aeth. ምስኪን፡, unde novum verbum ምስከነ፡ pauper fuit, מִסְכֵּן, ܡܣܟܶܢ pauperem fecit. Adoptarunt hoc vc. (prob. ex lingua arabica) complures linguae recentiores, ut ital. *meschino, meschinello*, lusit. *mesquinho*, subst. *mesquinhez*, gall. *mesquin*, subst. *mesquinerie*. Inde

מִסְכֵּנוּת f. *paupertas*, *miseria* Deut. 8, 9, v. vocem praecedentem.

מִסְכְּנוֹת pl. f. *horrea*, *promtuaria*, litteris transpositis pro מִכְנָסוֹת, a rad. כָּנַס q. v. Ex. 1, 11. 1 Reg. 9, 19. 2 Chr. 8, 4.

מַסֶּכֶת f. (a rad. נָסַךְ no. II, i. q. نَسَجَ texuit) *fila*, *stamen* textoris. Iud. 16, 13. 14.

מְסִלָּה f. (a rad. סָלַל) 1) *via aggesta* s. *aggere munita (highway)*, inde *via publica* Iud. 20, 31. 32. 1 Sam. 6, 12. Jes. 40, 3. Transfertur ad vitae rationem Prov. 16, 17. Ps. 84, 6. 2) *scala* i. q. סֻלָּם. 2 Chr. 9, 11.

מַסְלוּל m. (a rad. סָלַל) *via aggesta* i. e. publica, magna. Jes. 35, 8.

מַסְמֵר, in pl. tantum מַסְמְרִים Jes. 41, 7, מִסְמְרִים 1 Chr. 22, 3, et מִסְמְרוֹת 2 Chr. 3, 9. Jer. 10, 4 *clavi*, cf. arab. مِسْمَارٌ clavus. Rad. סָמַר.

מָסַס *liquefactus est*, *diffluxit*, *contabuit*. In Kal semel legitur

de aegroto contabescente Jes. 10, 18. (Vicinae radd. sunt מָאַס, מָסַח no. II, v. etiam مَاثَ dissolvit, maceravit in aqua, et quae dedimus s. v. מַי).

Niph. נָמַס, in pausa נָמָס, fut. יִמַּס, inf. הִמֵּס 1) *liquefactus est*, de manna Ex. 16, 21, de cera Ps. 68, 3, per hyperb. de montibus sanguine liquefactis Jes. 34, 3. — Iud. 15, 14: *vincula de manibus eius liquefacta sunt* h. e. qs. soluta deciderunt de manibus. De pecude tabe affecta 1 Sam. 15, 9. 2) *confectus est*, a) *pavore, timore* 2 Sam. 17, 10, plerumque de corde Deut. 20, 8. Jos. 2, 11. 5, 1. Primigenia formulae vis servata est in his Jos. 7, 5: *cor populi liquefactum est*, וַיְהִי לְמָיִם *et aqua factum est.* b) moerore, dolore Ps. 22, 15. 112, 10, cf. Ovid. ex Ponto 1, 2, 57: sic mea perpetuis liquescunt pectora curis, Ignibus admotis ut nova cera solet.

Hiph. causat. Niph. no. 2, a. *pavidum reddidit* Deut. 1, 28.

Derivv. מַס, תֶּמֶס, cf. etiam מַס, מַסָּה, quibus tamen aliam originem vindicavimus.

מַסָּע m. *telum, sagitta* Iob. 41, 18. Arab. مِنْزَعٌ id., a rad. نَزَعَ attraxit sagittam in arcu Cor. 79, 1, litteris ס et ז permutatis.

מַסָּע m. (a rad. נָסַע) 1) *lapicidina*, v. rad. Hiph. no. 1. 1 Reg. 6, 7: אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע *lapides integri* (non caesi) *lapicidinae.* LXX. λίθοις ἀκροτόμοις ἀργοῖς. Male Vulg. *lapides dolati.*

2) *castrorum motio, profectio* pr. exercitûs nomadum (v. נָסַע no. 2), dein etiam singulorum hominum Deut. 10, 11: לְמַסַּע לִפְנֵי הָעָם *ad proficiscendum coram populo.* Num. 10, 2: לְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *ad castra movenda.* Subst. *iter* Exod. 40, 38. Num. 10, 6, *statio itineris* Ex. 17, 1: לְמַסְעֵיהֶם *secundum stationes suas.* Num. 10, 6. 12.

מִסְעָד m. (a rad. סָעַד) *fulcrum, lorica.* 1 Reg. 10, 12.

מִסְפֵּד m. cstr. מִסְפַּד c. Suff. מִסְפְּדִי (a rad. סָפַד) *planctus, lamentatio.* Gen. 50, 10. Am. 5, 16. 17.

מִסְפּוֹא m. (a rad. chald. סְפָא Pe. et Aph. cibavit) *pabulum* (pecudis) Gen. 24, 25. 32. 42, 27. 43, 24.

מִסְפַּחַת f. i. q. סַפַּחַת (q. v.) *impetigo*, *locus corporis scabie affectus* Lev. 13, 6. 7. 8.

מִסְפָּחוֹת pl. f. *pulvilli, culcitrae*, ab expandendo et sternendo dictae, v. rad. סָפַח no. 3. Ez. 13, 18. 21. Symm. ὑπαυχένια. Vulg. cervicalia.

מִסְפָּר m. (a rad. סָפַר) 1) *narratio* (cf. verbum Pi.) Iud. 7, 15.

2) *numerus* Num. 1, 2. 9, 20 et saepe. Passim in acc. adverbialiter ponitur pro: *secundum numerum, pro numero.* Exod. 16, 16: מִסְפַּר נַפְשֹׁתֵיכֶם *pro numero animarum vestrarum.* Iob. 1, 5. Alibi (ut gr. ἀριθμῷ, ἀριθμόν) pleon. additur numeralibus. 2 Sam. 21, 20: עֶשְׂרִים וְאַרְבַּע מִסְפָּר *quattuor et viginti numero* (24 an der Zahl). — אֵין מִסְפָּר Gen. 41, 49, לְאֵין מִסְפָּר 1 Chr. 22, 4 et עַד־אֵין מִסְפָּר Iob. 5, 9. 9, 10 *sine numero* i. e. *innumerabilis(e).* Contra מְתֵי מִסְפָּר, אַנְשֵׁי מִסְפָּר *viri numeri* sunt *pauci*, qui facile numerari possunt Gen. 34, 30. Deut. 4, 27. Ps. 105, 12. Jer. 44, 28. 1 Par. 16, 19, et per apposit. יָמִים מִסְפָּר *dies*, qui *numerus* sunt i. e. numerari possunt, *pauci* Num. 9, 20. (Similiter أَيَّامٌ مَعْدُودَاتٌ dies numerati i. e. pauci Cor. 2, 180, sed vide interpp.) Deut. 33, 6 in verbis: וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר ex superioribus repetenda est negandi particula et vertendum: *et viri eius* (non) *sint numerus* i. e. multi, innumerabiles sint.

3) n. pr. m. Esr. 2, 2, pro quo מִסְפֶּרֶת Neh. 7, 7.

מִסְפֶּרֶת v. מִסְפָּר no. 3.

מָסַר rad. bis obvia, eaque dubia et obscura, quam tamen idem valuisse suspicor quod מָזַר et נָזַר *separavit, separavit se.* Inde in Kal Num. 31, 16: לִמְסָר מַעַל בַּיהוָה *ad deficiendum perfide a Jehova* i. q. לִמְעֹל מַעַל, quod est in locis parallelis Num. 5, 6. 2 Par. 36, 14. Ez. 14, 13, nisi forte etiam l. c. ita rescribendum est. Alii: *ut auderent defectionem a Jehova*, coll. syr. ܡܣܰܡ ausus est, opus aggressus est. Longe alio contextu legitur in

Niph. Num. 31, 5: וַיִּמָּסְרוּ מֵאַלְפֵי יִשׂ׳ אֶלֶף לַמַּטֶּה *et segregati sunt ex tribubus Israëlitarum mille ex quavis tribu,* ut bene Saadias. Liberius Onk. et Syr. *delecti sunt.* LXX. ἐξηρίθμησαν, fort. legentes וַיִּסָּפְרוּ, vel ex usu Samaritanorum, quibus מסר est i. q. hebr. פָּקַד.

Talm. מסר est *tradidit, prodidit,* syr. Ethp. *accusatus est*, quod utrumque ab illis locis alienum est.

מָסֹרֶת f. contr. pro מַאֲסֹרֶת (a rad. אָסַר) *vinculum* Ez. 20, 37.

מֹסֵר i. q. מוּסָר *admonitio, disciplina* Iob. 33, 16, a rad. יָסַר.

מִסְתּוֹר m. (a rad. סָתַר) *latibulum, refugium* Jes. 4, 6.

מִסְתָּר m. *latibulum*, spec. de loco insidiarum Ps. 10, 9. 17, 12. Thren. 3, 10.

מַעְבָד m. chald. *opus* i. q. hebr. מַעֲשֶׂה, פֹּעַל Dan. 4, 34, a rad. chald. עֲבַד fecit, egit. Semel per Chaldaismum in contextu hebraeo Iob. 34, 25.

מַעֲבֶה m. (a rad. עָבָה) *densitas* 1 Reg. 7, 46: בְּמַעֲבֵה הָאֲדָמָה *in humo denso.*

מַעֲבָר m. (a rad. עָבַר) 1) *transitus, incessus* Jes. 30, 32: כֹּל מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה וגו׳ pr. *omnis transitus flagelli decreti .... est cum tympanis*, h. e. ubicunque transit (et caedit) flagellum, ibi tympana sonant. 2) *locus transeundi,* a) *vadum* fluminis Gen. 32, 23, b) vallis angusta, *fauces* s. *porta* montium 1 Sam. 13, 23. — Fem. est

מַעְבָּרָה f. pl. מַעְבָּרוֹת, et מַעֲבָרוֹת (hoc posterius absol. Jos. 2, 7, a מַעֲבֶרֶת, et cstr. Iud. 3, 28) i. q. מַעֲבָר no. 2. a) *vadum* Jes. 16, 2. 2) *fauces* montium Jes. 10, 29.

מַעְגָּל m. pl. ־ִים et ־וֹת (a rad. עָגַל volvit) 1) *orbita*, in qua rotae *volvuntur* Ps. 65, 12. 2) *via* Ps. 140, 6. Prov. 2, 18. Saepe metaph. (ut דֶּרֶךְ, נְתִיבָה) de *agendi ratione* Ps. 23, 3. Prov. 2, 9. 15. 4, 26.

מַעְגָּל m. 1 Sam. 26, 5. 7 et **מַעְגָּלָה** f. (denom. a עֲגָלָה plaustrum) *carrago*, munimentum ex plaustris aliisque impedimentis exercitus factum 1 Sam. 17, 20.

מָעַד *vacillavit* Ps. 18, 37. 26, 1. 37, 31. Iob. 12, 5: מוֹעֲדֵי רָגֶל *quorum pes vacillat.* Prov. 25, 19: רֶגֶל מוּעָדֶת *pes vacillans*, pro מוֹעֶדֶת, וֹ correpto in וּ, cf. Lgb. pag. 309. Aliis מוּעֶדֶת est nomen abstr. *vacillatio*, formae סוּגַר, עוּגָב, in fem.

Hiph. vacillare fecit Ps. 69, 24.

מַעֲדַי (pro מַעֲדְיָה ornamentum) n. pr. m. Esr. 10, 34.

מַעַדְיָה (pro מַעֲדְיָה ornamentum Jehovae) n. pr. m. Neh. 12, 5, pro quo מוֹעַדְיָה (dies festus Jehovae) V. 17. Uterque locus sibi facile constabit, modo in priore reponis מַעַדְיָה.

I. **מַעֲדָן**, tantum in plur. מַעֲדַנִּים, מַעֲדַנֹּת Jerem. 51, 34 et מַעֲדַנִּים 1 Sam. 15, 32 (a rad. עָדַן) 1) *de-*

liciae, gaudium. Prov. 29, 17. Adv. *cum gaudio*, lubenti, hilari animo 1 Sam. 15, 32. 2) *cibi delicati, cupediae* Gen. 49, 20. Thren. 4, 5.

II. מַעֲדַנּוֹת m. *vincula*, litteris transpositis pro מַעֲנַדּוֹת, a rad. עָנַד vinxit, ligavit. Iob. 38, 31: מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *vincula Pleiadum*, v. כִּימָה.

מַעְדֵּר m. (a rad. עָדַר) *sarculum* Jes. 7, 25.

מָעָה rad. inusit., quae *diffluendi, mollitiei* vim habuisse videtur, ut cogn. מוּא, ماء, ماه, ماع, מוּג v. ad מַי p. 567. Inde

מֵעָה (arab. sing. مِعًى), in pl. tantum A) מֵעִים cstr. מְעֵי, c. Suff. מֵעֶיךָ, adeoque מֵעֵיהֶם (pro מְעֵיהֶם) Ez. 7, 19 1) *intestina.* יָצָא מִמְּעֵי פ׳ prodiit e visceribus alicuius, ab aliquo ortus est. Gen. 15, 4. (25, 23). 2 Sam. 7, 12. 16, 11. 2) *venter* Jon. 2, 1, spec. de *utero* Gen. 25, 23. Ruth. 1, 11: הַעוֹד־לִי בָנִים בְּמֵעַי *num filios adhuc in utero gestabo?* מִמְּעֵי אִמִּי ab utero matris Jes. 49, 1. Ps. 71, 6. Semel de ventre externo Cant. 5, 14 (cf. Dan. 2, 32). 3) *pectus, cor*, translate de *intimo animo* Iob. 30, 27. Thren. 1, 20. Cant. 5, 4. Jes. 16, 11. Ps. 40, 9: תּוֹרָתְךָ בְּתוֹךְ מֵעָי *lex tua* est *in mediis visceribus meis* i. e. in alto pectore infixum. Cf. רַחֲמִים.

B) מְעוֹת *viscera.* Ita in loco vexato Jes. 48, 19, quem ita expedio: *erit instar arenae semen tuum*, וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ כִּמְעוֹתָיו *et propagines viscerum tuorum ut propagines viscerum eius* sc. maris (V. 18), pro pleniore כְּצֶאֱצָאֵי מְעוֹתָיו, i. e. ut pisces maris in visceribus eius orti. מְעוֹת est i. q. מֵעִים, sed forma feminea usum translatum indicat. — Male Vett. verss. כִּמְעוֹתָיו reddunt *ut lapilli eius* sc. arenae, quod vindicare solent coll. chald. מְעָא nummulus, obolus (fort. lapillus), et arab. مَعْغَبَةٌ, quod *conscientia scrupulum*, non *lapillum* denotat.

מְעָה vel **מְעָא** chald. tantum in pl. i. q. hebr. מֵעִים A, 2. *venter*, isque *externus* Dan. 2, 32.

מָעוֹג m. i. q. עֻגָה *placenta* 1 Reg. 17, 12, cf. V. 13. Ps. 35, 16: לַעֲגֵי מָעוֹג *sanniones placentae, parasiti*, v. לָעֵג.

מָעוֹז, rarius מָעֹז (Kamez impuro) c. Suff. מָעוּזִּי, מָעֻזִּי, pl. מָעֻזִּים (a rad. עָזַז firmus fuit) m. *locus firmus* s. *munitus, munimentum* Iud. 6, 26. Dan. 11, 7. 10 cet. עָרֵי מָעוֹז urbes munitae Jes. 17, 9. 23, 4: מָעוֹז הַיָּם *munimentum maris*, h. e. Tyrus. Ezech. 30, 15: אֱלֹהֵי מָעֻזִּים Deus munimentorum Dan. 11, 38, de Syrorum quodam numine ab Antiocho Epiphane Judaeis obtruso, fort. *Marte.* Translate Ps. 60, 9: *Ephraim* est מָעוֹז רֹאשִׁי *munimentum capitis mei* i. e. galea mea. Prov. 10, 29: *integris munimentum* est *via Dei* i. e. religio, pietas. De *asylo, refugio* Jes. 25, 4, translate de Jehova Ps. 37, 39. 43, 2. — De forma מָעֻזְנֶיהָ v. ind. etym.

מָעוֹךְ (fort. oppressio, a rad. מָעַךְ) n. pr. m. 1 Sam. 27, 2, cf. מַעֲכָה no. 2, a.

מָעוֹן m. (a rad. עוּן) plur. מְעוֹנִים 1 Chr. 4, 41 1) *domicilium* a) Dei, de templo Ps. 26, 8, de coelo Ps. 68, 6. Deut. 26, 15. b) ferarum, *lustrum* Nah. 2, 12. Jer. 9, 10. 10, 22. 51, 37. — Acc. in domicilio, ut בַּיִת domi 1 Sam. 2, 29. 32. De *refugio* Ps. 90, 1.

2) n. pr. a) oppidi in tribu Judae Jos. 15, 55. 1 Sam. 25, 2; in cuius vicinia מִדְבַּר־מָעוֹן 1 Sam. 23, 24. 25. b) gentis arabicae, quae Iud. 10, 12 cum Amalecitis, Sidoniis, Philistaeis, 2 Chr. 26, 7 cum Arabibus proprie dictis copulatur, pl. מְעוּנִים 2 Chr. l. c. et

1 Chr. 4, 41 Keri. Hodieque superstes est *Maân* (معان), oppidum cum arce in Arabia Petraea ad austrum maris mortui, v. Seetzen in v. Zach monatl. Corresp. XVIII, p. 382, et Burckhardti itiner. Syr. p. 724 vers. germ. et quae ibi notavimus p. 1069. Minaeos Arabiae ab his plane diversos esse, dudum monstravit Bochartus Phaleg II, 23. c) m. 1 Chr. 2, 45.

מָעוֹן v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן p. 144 B.

מְעוֹנָה et **מְעֹנָה** f. praecedentis, *habitatio* Jer. 21, 13 a) Jehovae, de templo Ps. 76, 3. b) ferarum, *lustrum* Ps. 104, 22. Am. 3, 4. c) *asylum* Deut. 33, 27.

מְעוּנִים n. pr. 1) v. מָעוֹן no. 2, b. 2) Esr. 2, 50. Neh. 7, 52.

מְעוֹנֹתַי (pro מְעֹנֹתְיָה habitationes Jehovae) n. pr. m. 1 Chr. 4, 14.

מָעוּף m. *tenebrae* Jes. 8, 22, a rad. עוּף.

מָעוֹר m. pl. מְעוֹרִים *pudenda* Hab. 2, 15, a rad. עוּר no. II arab. عَارَ i. q. עָרָה, عرى nudus fuit.

מָעֹז v. מָעוֹז.

מַעַזְיָה et **מַעַזְיָהוּ** (solatium Jehovae, a rad. עָזָה) n. pr. m. 1 Chr. 24, 18. Neh. 10, 9.

מָעַט 1) arab. معط glaber, nudus fuit, dein *politus*, *acutus fuit*, v. מֹלַט, trans. مَعَطَ prob. rasit, derasit (cf. معس fricuit, it. מָרַט, quandoquidem ע et ר litterae sunt sibi vicinae), unde מְעַט pr. ramentum (ein Span, Spänchen), hinc paulum. Ab hoc ductum est denom.

2) *paucus fuit.* Levit. 25, 16: לְפִי מְעֹט הַשָּׁנִים pro annorum paucitate. Exod. 12, 4. Neh. 9, 32, it. *paucior factus, minutus est.* Ps. 107, 39. Jes. 21, 17. Prov. 13, 11.

Pi. מִעֵט intrans. i. q. Kal Eccl. 12, 3.

Hiph. הִמְעִיט 1) *paucum fecit, minuit.* Lev. 25, 16. Num. 26, 54. 33, 54. Jer. 10, 24: פֶּן־תַּמְעִטֵנִי *ne me* (populum) *paucum reddas s. deminuas.* Ez. 29, 15. 2) *fecit* vel *instituit* aliquid *paulum s. parum* (etwas in geringer Menge, in geringem Maafse thun). Num. 11, 32: הַמַּמְעִיט אָסַף עֲשָׂרָה חֳמָרִים *qui paulum* (collegerat), *decem Chomeros collegerat.* Ex. 16, 17. 18. 2 Reg. 4, 3: *pete vasa vacua*, אַל־תַּמְעִיטִי sc. לִשְׁאֹל *nec pauca* (pete). Spec. *pauca dedit.* Num. 35, 8. Exod. 30, 15.

מְעַט, semel מְעָט 2 Chr. 12, 7 pr. ramentum (v. rad. no. 1), inde *paulum.* Constr. a) substantive, sq. genit. nominis: מְעַט מַיִם paulum aquae Gen. 18, 4. 24, 17. 43. מְעַט אֹכֶל paulum cibi 43, 2, vel in genitivo postpositum, ut מְתֵי מְעָט pauci homines Deut. 26, 5. עֵזֶר מְעָט exiguum auxilium Dan. 11, 34. Iungitur etiam nominibus per appositionem, Jes. 10, 7: גּוֹיִם לֹא מְעָט *populi non parum* i. e. non pauci, h. l. per litot. multi. — b) adverbialiter: *parumper* Ps. 8, 6, de tempore: *paulisper, aliquantisper* Ruth 2, 7. Ps. 37, 10, *brevi, mox* Hos. 8, 10. Hagg. 2, 6, *aliquantulum* de loco: 2 Sam. 16, 1. — מְעַט מְעַט peu à peu, *paulatim* Ex. 23, 30. Deut. 7, 22. — הַמְעַט מִכֶּם *num parum vobis est?* Num. 16, 9. Ez. 16, 20: הַמְעַט מִתַּזְנוּתָיִךְ *num parum* erat *scortationis tuae?* Raro c) ponitur adjective: *paucus* Num. 13, 18. 26, 54, pl. מְעַטִּים pauci Ps. 109, 8. Eccl. 5, 1.

Cum Caph praefixo: כִּמְעַט 1) *prope* l. *haud multum abfuit, quin* Gen. 26, 10. Ps. 73, 2. 119, 87. — 2) *brevi.* Ps. 81, 15. 94, 17, *cito, repente* Ps. 2, 12. Iob. 32, 22. כִּמְעַט שֶׁ brevi quod pro: *vix* Cant. 3, 4. Cf. כְּ litt. B, no. 3. — 3) i. q. מְעַט sed intensive: *quam paucissime* (vide כְּ B, no. 4), ὅσον ὀλίγον Prov. 10,

20. 1 Par. 6, 19: *viri pauci* adeo כִּמְעַט *paucissimi.* Ps. 105, 12; *paullulum* 2 Sam. 19, 37.

מָעַט f. מְעֻטָּה adj. Ez. 21, 20 *glaber*, hincque *politus*, *acutus* (de gladio) i. q. מֹרָט V. 15. 16, v. rad. מָעַט no. 1.

מַעֲטֶה m. (a rad. עָטָה) *velamen, vestimentum* Jes. 61, 3.

מַעֲטָפָה f. (a rad. עָטַף no. I) *palla*, l. potius *tunica amplior* vulgari superinducta, talaris et manicata, cf. מְעִיל, arab. عِطَافٌ et مِعْطَفٌ id. Jes. 3, 22. Vide Schroeder de vest. mul. hebr. p. 235.

מְעִי m. *acervus ruderum*, *ruinae*, i. q. עִי, pro מְעִיר, a rad. עָוָה, Jes. 17, 1. Formam minus usitatam arcessivit propheta, ut alludatur praecedenti מֵעִיר.

מָעַי (fort. σπλαγχνιζόμενος, cf. מֵעָה) n. pr. m. Neh. 12, 36.

מְעִיל m. *vestis superior*, spec. tunica exterior, eaque amplior, longior et talaris, quanquam non manicata, v. 2 Sam. 13, 18 coll. Braun. de vest. sacerd. II, 5. Schroeder de vest. mulierum hebr. pag. 267. Hartmanni Hebräerin T. III p. 512. Gestabatur a mulieribus (2 Sam. l. c.), viris nobili loco natis Iob. 1, 20. 2, 12, regibus 1 Sam. 15, 27. 18, 4. 24, 5. 12, sacerdotibus 28, 14, spec. a pontifice maximo, ita quidem ut humerale s. Ephod ei superinduceretur, unde מְעִיל הָאֵפוֹד Ex. 28, 31. 39, 22. — (De origine non liquet. Non improbabile tamen, radicem מָעַל primariam *tegendi*, deinde *tecte*, astute, perfide *agendi* vim habuisse; cf. בָּגַד no. 1 et quae ibi notavimus).

מְעִים et chald. **מְעִין** *viscera*, v. מֵעֶה.

מַעְיָן cstr. מַעְיַן et poët. c. Waw parag. מַעְיְנוֹ Ps. 114, 8, c. Suff. מַעְיָנוֹ Hos. 13, 15, pl. מַעְיָנִים, cstr. מַעְיְנֵי, et מַעְיָנוֹת, cstr. מַעְיְנוֹת m. denom. ab עַיִן c. Mem formativo 1) *locus fontibus irriguus* Ps. 84, 7 (cf. de hoc loco s. v. בָּכָא). 2) *fons* ipse, i. q. עַיִן. (Syr. ܡܥܝܢܐ id.) Gen. 7, 11. 8, 2. Metaph. summam laetitiam, voluptatem et delicias indicare videtur Ps. 87, 7.

מְעִינִים 1 Par. 4, 41 Chethibh i. q. מְעוּנִים, v. מָעוֹן 2, b.

מָעַךְ *pressit*, *compressit*, *impressit.* Part. pass. מָעוּךְ animal *compressis* s. *comminutis testiculis* castratum. Lev. 22, 24. 1 Sam. 26, 7: חֲנִיתוֹ מְעוּכָה־בָאָרֶץ *hasta eius impressa* i. e. infixa *erat in terram.*

Pu. contrectatus est, de mammis impudice contrectatis Ezech. 23, 3. Inde n. pr. מָעוֹךְ et

מַעֲכָה et **מַעֲכַת** Jos. 13, 13 (oppressio) n. pr. 1) oppidi regionisque ad radices Hermonis, prope Gesuram Syriae tractum (v. גְּשׁוּר et גְּשׁוּרִי no. 1) 2 Sam. 10, 6. 8. Deut. 3, 13. Inde Syriae tractus propinquus אֲרַם מַעֲכָה appellabatur. 1 Chr. 19, 6. N. gent. מַעֲכָתִי Deut. 3, 14. Jos. 12, 5. 13, 11. 2 Reg. 25, 23. Cf. בֵּית מַעֲכָה et אָבֵל בֵּית הַמַּעֲכָה.

2) complurium virorum a) 1 Reg. 2, 39. 1 Chr. 11, 43. 27, 16, qui et מָעוֹךְ, q. v. b) Gen. 22, 24, ubi tamen de sexu dubitatur; et feminarum, ut c) uxoris Rehabeami 1 Reg. 15, 2. 10. 13. 2 Chr. 11, 20, quae 13, 2 מִיכָיָהוּ. d) 2 Sam. 3, 3. e) 1 Chr. 2, 48. f) 7, 15. 16.

מָעַל fut. יִמְעַל Prov. 16, 10 et יִמְעֹל Levit. 5, 15 1) *perfide egit*, *praevaricatus est* Prov. 16, 10. 2 Chron. 26, 18. 29, 6. 19. Neh. 1, 8. מָעַל בַּיהוָה peccavit in Jehovam, defecit ab eo Deut. 32, 51, saepe in hac formulâ מָעַל מַעַל בַּיהוָה 1 Chr. 5, 25. 10, 13. 2 Chr. 12, 2. 2) sq. בְּ rei *surripuit* ali-

quid. Jos. 7, 1. 22, 20. 1 Chr. 2, 7. (Simonis confert مَغَلَ susurravit, obtrectavit, cuius notio a nostro verbo alienior, et مَغَالَةٌ perfidia, fraus, quod est a rad. غَالَ. Ad significationem no. 2 propius accedit مَغَلَ rapuit, surripuit. Primaria radicis significatio videtur esse in *tegendo*, unde מְעִיל, dein *tecte agendo;* nisi fortasse statuendum, מָעַל esse radicem secundariam, quae pendeat ex nomine מַעַל *superius* [cf. ad נַחַת, שַׁחַת], pr. igitur *imperio potitus est, occupavit, sub potestatem redegit,* den Oberherrn machen, sich bemächtigen, cf. aeth. eodem modo ortum ⶀⶇⶈ: tyrannus, rebellis fuit, adeoque hebr. בָּעַל).

Inde מְעִיל et

I. מַעַל m. *perfidia* (in Deum), *peccatum* Iob. 21, 34, alibi tantum in hac formula מָעַל מַעַל בְּ, v. exempla supra laudata.

II. מַעַל m. (ortum ex מַעְלָה a rad. עָלָה) propr. *superius, pars superior*, deinde adv. *supra.* (Hoc vc. fortasse idem esse atque מַעַל no. I supra suspicati sumus, v. not. etymologicam ad rad. מָעַל).

Nonnisi c. Praeff. et Aff.

1) מִמַּעַל *desuper* Jes. 45, 8, et *superne* (cf. מִן no. 3, c) Deut. 5, 8. Am. 2, 9. Iob. 18, 16. Sq. לְ: מִמַּעַל לְ a) *super, supra* (oberhalb von etwas), ut Gen. 22, 9: מִמַּעַל לָעֵצִים *super ligna*, Dan. 12, 6: מִמַּעַל לְמֵימֵי הַיְאֹר *super aquas fluvii;* b) *iuxta, prope* Jes. 6, 2: *Seraphi stabant* מִמַּעַל לוֹ LXX. κύκλῳ αὐτοῦ. Cf. עַל de populo imperatorem stipante Exod. 18, 13. 14. Iud. 3, 19, max. Iob. 1, 6.

2) cum ה locali: מַעְלָה a) *sursum*, 1 Reg. 7, 31. מַעְלָה מַעְלָה magis magisque sursum Deut. 28, 43. b) *ulterius, plus* 1 Sam. 9, 2, maxime de tempore Num. 1, 20, it. *deinceps* 1 Sam. 16, 13.

3) לְמַעְלָה a) *sursum* Jes. 7, 11. Eccl. 3, 21. Ez. 1, 27. לְמַעְלָה לְמַעְלָה 41, 7. Sq. nomine Esr. 9, 6: לְמַעְלָה רֹאשׁ *supra caput.* b) *ulterius.* 1 Chr. 23, 27. 2 Chr. 31, 17. Opp. לְמַטָּה. — לְמַעְלָה מִן supra aliquid, h. e. *praeter* id quod 1 Chr. 29, 3. — עַד־לְמַעְלָה usque ad maiorem gradum, h. e. *maiorem in modum, admodum.* 2 Chr. 16, 12. 17, 12. 26, 8.

4) מִלְמַעְלָה *desuper* Gen. 6, 16. 7, 20. Ex. 25, 21. 26, 14. 36, 19. Jos. 3, 13. 16.

מֶעָל chald. pl. מֶעָלַיִן *occasus* (solis) Dan. 6, 15, a rad. עֲלַל ingressus est.

מֵעַל v. עַל.

מֹעַל m. Neh. 8, 6 *elevatio*, ortum ex מַעְלָה, מֹעֲלָה a rad. עָלָה.

מַעֲלֶה m. (a rad. עָלָה) 1) *ascensus*, locus, per quem ascenditur Neh. 12, 37. C. Suff. מַעֲלָיו ascensus eius (sing. cf. Gramm. hebr. §. 90, 9) Ez. 40, 31.

2) *locus editus*, a) *suggestus* Neh. 9, 4. b) *locus acclivis, clivus.* מַעֲלֵה הָעִיר 1 Sam. 9, 11; מַעֲלֵה הַזֵּיתִים clivus s. mons olivarum 2 Sam. 15, 30; מַעֲלֵה אֲדֻמִּים Jos. 15, 7. 18, 17 in confiniis tribuum Judae et Benjamin; מַעֲלֵה עַקְרַבִּים (clivus scorpionum) Num. 34, 4. Jos. 15, 3 in australibus Palaestinae finibus.

מַעֲלָה f. 1) *ascensus, ascensio*, profectio in regionem superiorem. Esr. 7, 9. Metaph. מַעֲלוֹת רוּחֲכֶם quae ascendunt in animo vestro, i. e. cogitationes, quae subeunt animum vestrum Ez. 11, 5, cf. formulam עָלָה אֶל־לֵב 38, 10.

2) *gradus*, per quem ascenditur. שֵׁשׁ מַעֲלוֹת sex gradus 1 Reg. 10, 19. Ez. 40, 26. 31. 34. Translate a) *gradus gnomonis*, unde הַמַּעֲלוֹת de ipso *gnomone* in gradus distributo 2 Reg. 20, 9. 10. 11. Jes. 38,

8 ex sententia Targ. Symm. Hieron. et Rabbinorum; ubi alii praeeuntibus LXX, Syr. et Jos. Antt. X, 11, §. 1 scalae gradus intelligunt. b) שִׁיר הַמַּעֲלוֹת *carmen graduum*, in inscriptione XV carminum Ps. 120—134, quae, si quid video, ita appellata sunt propter numerum rythmumque in plurimis conspicuum, qui in eo cernitur, quod gradatim quasi progreditur oratio, siquidem vel postrema vel prima antecedentis sententiae verba ab initio subsequentis repeti solent, v. c. Ps. 121, 1: אֶשָּׂא עֵינַי אֶל־הֶהָרִים מֵאַיִן יָבוֹא עֶזְרִי׃ 2 עֶזְרִי מֵעִם יְיָ .... 3 אַל יִתֵּן לָנוּם שֹׁמְרֶךָ יְהוָה׃ 4 הִנֵּה לֹא יָנוּם וְלֹא יִישָׁן שֹׁמֵר יִשְׂרָאֵל׃ 5 יְהוָה שֹׁמְרֶךָ .... 7 יְהוָה יִשְׁמָרְךָ מִכָּל־רָע וגו׳ — 124, 1: לוּלֵי יְיָ שֶׁהָיָה לָנוּ יֹאמַר־נָא יִשְׂרָאֵל 2 לוּלֵי יְיָ שֶׁהָיָה לָנוּ .... 3 אֲזַי חַיִּים בְּלָעוּנוּ .... 4 אֲזַי הַמַּיִם שְׁטָפוּנוּ׃ — 5 אֲזַי עָבַר עַל נַפְשֵׁנוּ הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים׃ Cf. 122, 2. 3. 4. 123, 3. 4. 126, 2. 3. 129, 1. 2. Eiusdem generis carminibus annumeraverim carmen Deborae, v. Iud. 5, 3. 5. 6. 9. 12. 19. 20. 21. 23. 24. 27. 30. Plura de hoc rhythmi genere disputavimus in Ephemerid. Hal. 1812, no. 205, quae calculo suo probarunt de Wette Einl. in das A. T. p. 289, Winerus in Lex. al. Carmina *trochaica* intelligebat Bellermannus (Metrik der Hebräer 1813, p. 199 sqq.), contra quem disputavimus Ephem. Hal. 1815, no. 11, prosodiam metricam Hebraeis abiudicantes. Longius etiam a vero absunt, qui nomen שִׁיר הַמַּעֲלוֹת ad argumentum carminum illorum referentes *carmina ascensionum* reddunt (v. no. 1), eaque ab Israëlitis ex exilio redeuntibus (cf. Esr. 7, 9) vel Hierosolymam proficiscentibus decantatas esse censent: hoc enim argumentum in duobus tantum tractatur (Ps. 122 et 126), in reliquis alia omnia.

3) *locus editus* 1 Par. 17, 17, spec. *conclave superius* i. q. עֲלִיָּה Am. 9, 6.

מַעֲלִיל i. q. מַעֲלָל Zach. 1, 4 Cheth.

מַעֲלָל (a rad. עָלַל) tantum in plur. מַעֲלָלִים m. *opera*, a) egregia facinora Dei Ps. 77, 12. 78, 7. b) opera hominum Zach. 1, 6. Jer. 7, 5. 11, 18. 21, 14. הֵיטִיב, הֵרַע מַעֲלָלִים male, bene egit Jer. 35, 15. Mich. 3, 4.

מַעֲמָד m. (a rad. עָמַד) *statio* 1 Reg. 10, 5. Jes. 22, 19. 1 Par. 23, 28. 2 Par. 9, 4.

מָעֳמָד pr. part. Hoph. (a rad. עָמַד) *firmum*, *stabile* quid Ps. 69, 3.

מַעֲמָסָה f. (a rad. עָמַס) *onus*. Zach. 12, 3: *faciam Hierosolyma* אֶבֶן מַעֲמָסָה וגו׳ *lapidem oneris omnibus populis*. Quid hoc sibi velit, egregie monstravit Hieronymus ad h. l. „Mos est in urbibus Palaestinae, et usque hodie per omnem Judaeam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis et castellis rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant, et eos pro varietate virium sublevare, alii ad genua, alii usque ad umbilicum, alii ad humeros et caput, nonnulli super verticem, rectis iunctisque manibus, magnitudinem virium demonstrantes pondus extollant.“

מַעֲמַקִּים m. pl. *profunditates, profunda* Jes. 51, 10. Ps. 69, 3, a rad. עָמַק.

מַעַן (pro מַעֲנֶה, a rad. עָנָה عنى intendit dictis suis, cf. יַעַן) pr. subst. consilium, propositum, c. praef. לְ: לְמַעַן c. Suff. לְמַעַנְךָ, לְמַעֲנִי, לְמַעַנְכֶם ubique abit in particulam

A) praep. *propter* 1) de causa, qua aliquis movetur. Ps. 48, 12: *gaudet mons Zion* .... לְמַעַן מִשְׁפָּטֶיךָ *propter iudicia tua*. 97, 8. 122, 8. Saepe Deus aliquid fecisse dicitur לְמַעַן דָּוִד עַבְדּוֹ propter Davidem

servum suum, i. e. propter memoriam huius viri et promissiones ei datas Jes. 37, 35. Ps. 132, 10. 2 Reg. 8, 19. 19, 34, לְמַעַן חַסְדּוֹ propter benignitatem suam i. e. pro ea, qua est, benignitate Ps. 6, 5. 25, 7. 44, 27 (in eandem sententiam dicitur כְּחַסְדְּךָ Ps. 25, 7. 51, 3. 109, 26), לְמַעַן שְׁמוֹ pro nomine suo, prout exspectare iubet nomen s. existimatio eius (existimatur autem Deus benignus esse, ut bene Winerus) Ps. 23, 3. 25, 11. 31, 4. Haec huius formulae sententia luculenter apparet ex his Ps. 109, 21: עֲשֵׂה אִתִּי לְמַעַן שְׁמֶךָ כִּי טוֹב חַסְדְּךָ *age mecum, prout iubet nomen tuum, nam eximia est benignitas tua.* 143, 11: לְמַעַן שִׁמְךָ יְיָ תְּחַיֵּנִי בְּצִדְקָתְךָ וְגוֹ׳ *pro nomine tuo, Jehova, serva me vivum, secundum iustitiam* s. benignitatem *tuam* cet. Sed aliam tamen eiusdem formulae usum vide litt. b. — לְמַעַן צִדְקוֹ (Deus) pro iustitia sua Jes. 42, 21. — 2) de consilio et fine, quem quis spectat. לְמַעַנְכֶם propter vos i. e. propter salutem vestram, in vestrum commodum Jes. 43, 14, cf. 45, 4. 63, 7. לְמַעֲנִי propter me, meâ causâ i. e. ad nomen meum tuendum Jes. 43, 25. 48, 11, in quam sententiam explicatius dicitur: לְמַעַן שְׁמִי — וּ(לְמַעַן) תְּהִלָּתִי propter nomen meum — et gloriam meam Jes. 48, 9, cf. לְמַעַן שְׁמֶךָ Ps. 79, 9, quod statim declaratur: עַל דְּבַר כְּבוֹד שְׁמֶךָ *propter gloriam nominis tui*, et 106, 8: לְמַעַן שְׁמוֹ לְהוֹדִיעַ אֶת־גְּבוּרָתוֹ *propter nomen tuum, ad monstrandam potentiam tuam.* Alia ratio est huius formulae 1 Reg. 8, 41: *peregrinus, qui venit ex terra longinqua* לְמַעַן שְׁמֶךָ *nominis tui causa* i. e. ad gloriam tuam videndam. — Passim in Psalmis Deus aliquid facere dicitur vel rogatur *propter inimicos suos* Ps. 8, 3, vel *propter inimicos poëtae* Ps. 5, 9. 27, 11. 69, 19 i. e. ut hi pudefiant q. d. לְמַעַן יֵבֹשׁוּ. — Sq. inf. *eo consilio ut* Am. 2, 7. Jer. 7, 10. 44, 8. Deut. 29, 18. In nonnullis exemplis interpretes לְמַעַן de eventu, quam de consilio, intelligere maluerunt, vertentes: *ita* (i. e. eo eventu) *ut*, quo admisso sententiae nervus temere infringitur. Ubique enim consilii propositi actio subest, Am. l. c. *pater et filius eandem adeunt puellam (meretricem)*, לְמַעַן חַלֵּל אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי *ut profanent nomen meum sanctum*, hac nimirum peccandi atrocitate et procacitate poenam divinam consulto quasi provocant s. ut proverbio hebraeo utamur, funibus peccati attrahunt poenam (Jes. 5, 18). Cf. litt. B et quae disputavit Fritzschius de part. ἵνα, ad Matth. p. 837.

B) לְמַעַן אֲשֶׁר Gen. 18, 19. Lev. 17, 5. Num. 17, 5. Deut. 20, 18. 27, 3. Jos. 3, 4. 2 Sam. 13, 5 cet. et omisso אֲשֶׁר: לְמַעַן Conj. *eo consilio ut*, sq. fut. Gen. 27, 25. Ex. 4, 5. Jes. 41, 20 et sic in omnibus exemplis. Apponimus nonnulla, in quibus haesitatum est ab interpretibus. Gen. 18, 19: כִּי יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *nam eum* (Abrahamum) *elegi*, *ut iubeat* cet., v. יָדַע no. 7, b. Jes. 66, 11: *laetamini cum Hierosolymis* לְמַעַן תִּינְקוּ וּשְׂבַעְתֶּם *ut sugetis ad satietatem* cet. Sententia est: declarate vos laetari cum Hierosolymis, ut in laetitiae et abundantiae ipsius societatem admittamini. Hos. 8, 4: *faciunt sibi idola*, לְמַעַן יִכָּרֵת *ut deleantur*, in perniciem suam proni qs. ruunt. Ps. 30, 12: *in choream vertisti querelam meam .... 13. ut te extollat cor meum*, hoc enim egisse dicitur numen. Jes. 28, 13. 36, 12. 44, 9. Jer. 27, 15, ubi male nonnulli לְמַעַן de eventu intelligunt, v. paulo superius litt. A. in fine. Τελικῶς etiam accipienda verba Ps. 51, 6: *in te solum peccavi* לְמַעַן ..... תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ *ut iustus sis in decreto tuo*, eum in finem peccavi, ut illustraretur iustitia tua.

מַעֲנֶה m. (a rad. עָנָה) 1) *responsio, responsum* Job. 32, 3. 5. Prov. 15, 1. 23, inde a) *exauditio, admissio precum* Prov. 16, 1, b) *contradictio, refutatio* Iob. 32, 3. 5. 2) *consilium propositum*, unde decurtatum מַעַן. Prov. 16, 4. Cf. arab. عنى intendit.

מַעֲנָה f. (a rad. עָנָה no. II graviter laboravit) *sulcus* Ps. 129, 3 Cheth. 1 Sam. 14, 14.

מַעֲנִית f. id. Ps. 129, 3 Keri.

מְעֹנָה f. *domicilium*, v. מְעוֹנָה.

מַעַץ rad. inusit., rad. مَعِضَ *iratus est*, unde

מַעַץ (ira) n. pr. m. 1 Chr. 2, 27, cf. אֲחִימַעַץ.

מַעֲצֵבָה f. (a rad. עָצַב) *dolor, afflictio* Jes. 50, 11.

מַעֲצָד m. *securis* Jes. 44, 12. Jer. 10, 3. (Arab. مِعْضَد id.). Rad. עָצַד.

מַעְצוֹר m. (a rad. עָצַר) *cohibitio, impedimentum* 1 Sam. 14, 6.

מַעְצָר m. (a rad. עָצַר) *cohibitio* Prov. 25, 28.

מַעֲקֶה m. (a rad. עָקָה, arab. عقا retinuit, detinuit) *lorica* tecto (plano) cingendo, ne quis delabatur Deut. 22, 8.

מַעֲקַשִּׁים m. pl. (a rad. עָקַשׁ) *tortuosa, viae tortuosae* Jes. 42, 16.

מַעַר m. pro מַעֲרֶה (a rad. עָרָה) 1) *nuditas, pudenda*, i. q. עֶרְוָה Nah. 3, 5. 2) *spatium nudum* i. e. *vacuum*. 1 Reg. 7, 36: כְּמַעַר אִישׁ *pro spatio cuiusque* (taeniae).

I. **מַעֲרָב** m. (a rad. עָרַב no. I, 2) *merces*, quae permutantur. Ez. 27, 9. 27: עֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ *qui merces tuas permutant*. ibid. V. 13. 17. 19. 27 (init.). 33. 34.

II. **מַעֲרָב** m. (a rad. עָרַב no. II) *occidens*, locus, ubi sol occidit Ps. 75, 7. 103, 12. 107, 3. Jes. 43, 5.

מַעֲרָבָה f. i. q. מַעֲרָב no. II *occidens* Jes. 45, 6.

מַעֲרֶה m. (a rad. עָרָה) *locus nudus*, i. e. campus, planities arboribus carens. Iud. 20, 33. Cf. arab. عَرْوَةٌ quod circumiacet urbem, pr. tractus nudus circa eam.

מַעֲרוֹת plur. f. 1 Sam. 17, 23 Cheth., prob. scriptura mendosa pro מערכות, quod est in Keri, nisi forte conferre velis arab. عَرْوَةٌ caterva hominum.

מְעָרָה f. cstr. מְעָרַת pl. מְעָרוֹת *spelunca*, arab. مَغَارَةٌ Gen. 19, 30. 1 Sam 24, 4. 8 et saepe, a rad. עור no. III. — Jos. 13, 4 nonnullis est n. pr. Vulg. *Maara.*

מַעֲרִיץ m. (a rad. עָרַץ part. Hiph.) *qui timorem* reverentiam *incutit*. Jes. 8, 13.

מַעֲרָךְ m. (a rad. עָרַךְ) *dispositio, consilium*. Prov. 16, 1: מַעַרְכֵי־לֵב consilia animi.

מַעֲרָכָה pl. מַעֲרָכוֹת f. 1) *dispositio, instructio*. נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה lucernae instructae (candelabri sacri) Exod. 39, 37; spec. 2) *strues* lignorum in altari Iud. 6, 26 (cf. verbum Gen. 22, 9), panum faciei Levit. 24, 6; 3) *acies instructa* 1 Sam. 4, 16. 17, 22. 48.

מַעֲרֶכֶת f. 1) *strues*, ut panum faciei s. liborum Jehovae in templo appositorum Lev. 24, 6, unde לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת in libris recentioribus i. q. in antiquioribus לֶחֶם הַפָּנִים Neh. 10, 34, etiam omisso לֶחֶם 2 Chr. 2, 3; it. מַעֲרֶכֶת לֶחֶם 13, 11. שֻׁלְחַן הַמַּעֲרֶכֶת mensa, in qua panes appositi erant. 29, 18. 2) *acies instructa*, exercitus 1 Sam. 17, 8.

מַעֲרֻמִּים m. plur. *nuditates*, pro concr. *nudi* 2 Chr. 28, 15, a rad. עָרַם no. I.

מַעֲרָצָה f. *terror subitaneus*, inde *impetus* Jes. 10, 33, a rad. עָרַץ *terruit*.

מַעֲרַת (i. q. מַעֲרָה, מַעַר locus arboribus nudus) n. pr. loci in montanis Judae Jos. 15, 59.

מַעֲשֶׂה m. cstr. מַעֲשֵׂה c. Suff. מַעֲשֵׂהוּ, pl. מַעֲשִׂים Gen. 20, 9 cet. cum Suff. מַעֲשַׂי Eccl. 2, 4. 11, quae eadem forma etiam vim singularem habet (cf. ad מַרְאֶה et gramm. hebr. §. 90, 9 not.) Ps. 45, 2, מַעֲשֶׂיךָ pl. Ps. 66, 3. 92, 6 sing. Exod. 23, 12, מַעֲשָׂיו pl. Ps. 103, 22, sing. 1 Sam. 19, 4, מַעֲשֵׂיכֶם pl., et sing. Gen. 47, 3.

1) nom. act. verbi עָשָׂה: *quae quis facit, agit*, das Thun, Geschäft. Gen. 47, 3: מַה־מַּעֲשֵׂיכֶם *quale est negotium vestrum?* 1 Chr. 23, 28: מַעֲשֵׂה עֲבֹדַת בֵּית הָאֱלֹהִים (Verrichtung des Tempeldienstes). Exod. 5, 4: *cur avocatis populum* מִמַּעֲשָׂיו *a negotio suo*. Ez. 46, 1: יְמֵי הַמַּעֲשֶׂה (sex) dies negotii, laboris, opp. sabbato. — Inde de *universa agendi ratione*, fere i. q. דֶּרֶךְ. Exod. 23, 24: לֹא תַעֲשֶׂה כְּמַעֲשֵׂיהֶם *ne facias, sicut illi* (gentiles). 18, 20. Levit. 18, 3. Mich. 6, 16. Eccl. 4, 3: *qui non vidit* אֶת־הַמַּעֲשֶׂה הָרָע אֲשֶׁר נַעֲשָׂה תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ *malam agendi rationem sub sole*. Absol. de mala agendi ratione Iob. 33, 17.

2) *factum, facinus* (That), a) Dei Iud. 2, 10. Ps. 86, 8. b) hominum (Handlung, That), maxime in malam partem Gen. 44, 15: מָה הַמַּעֲשֶׂה הַזֶּה אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם *quale hoc facinus, quod fecistis?* Plur. Gen. 20, 9. 1 Sam. 8, 8. 2 Reg. 23, 19. Eccl. 1, 14. Absol. de *malefacto* 1 Sam. 20, 19: בְּיוֹם הַמַּעֲשֶׂה *die facinoris* illius, nimirum quo Saulus in eo fuerat, ut Davidem interficeret. (Al. die laboris, opp. die festo).

3) *opus*, quod quis produxit. a) Dei. מַעֲשֵׂי יְדֵי יי quae Deus manibus (digitis Ps. 8, 7) qs. fecit, opera eius (de coelo, terra, animantibus) Ps. 8, 7. 19, 2. 103, 22. In Sing. מַעֲשֵׂה יְהוָה Jes. 5, 19. 10, 12. 28, 21. Ps. 64, 10, et מַעֲשֵׂה יְדֵי יי Jes. 5, 12. 29, 23. Ps. 28, 5 *opus Dei*, spec. de iudicio Dei in impios exercendo, cf. פֹּעַל. — b) hominum. מַעֲשֵׂה יְדֵי אָדָם manuum humanarum opus, persaepe de idolis Deut. 4, 28. Ps. 115, 4. 135, 15. Spec. de *opere artificioso*, ut מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב opus polymitarii s. Damascenum Ex. 26, 1. 31, מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת opus reticulatum 27, 4. Contra 2 Chron. 16, 14: בְּמִרְקַחַת מַעֲשֶׂה artificiosa aromatum confectione. Semel de *opere* poëtae (ποίημα) Ps. 45, 2. — Metaph. denique de *fructu* rei. Jes. 32, 17: מַעֲשֵׂה צְדָקָה שָׁלוֹם *opus* i. e. fructus *iustitiae* est *pax*.

4) quod labore partum est, *res, bona* i. q. מְלָאכָה no. 2. Jes. 26, 12: כָּל־מַעֲשֵׂינוּ *omnia bona nostra*. Spec. de frugibus Ex. 23, 16, de pecude 1 Sam. 25, 2.

מַעֲשַׂי (contr. pro מַעֲשֵׂיָה opus Dei) n. pr. m. 1 Chr. 9, 12.

מַעֲשֵׂיָה et **מַעֲשֵׂיָהוּ** (opus Dei) n. pr. complurium virorum Jerem. 21, 1 (cf. 37, 3). 29, 21. 35, 4. 1 Chr. 15, 18. 20. 2 Chr. 23, 1.

מַעֲשֵׂר m. st. cstr. מַעְשַׂר c. Suff. מַעְשָׂרוֹ, plur. מַעַשְׂרוֹת (a nomine עֶשֶׂר, עָשׂוֹר) *decima* Gen. 14, 20. Deut. 14, 23. 28. 26, 12. מַעְשַׂר הַמַּעֲשֵׂר decima decimae Neh. 10, 39. שְׁנַת־הַמַּעֲשֵׂר annus decimae, tertius quisque annus, quo decima domi agapis irroganda erat. Deut. 26, 12.

מַעֲשַׁקּוֹת f. pl. (a rad. עָשַׁק oppressit) *oppressiones, exactiones violentae* Prov. 28, 16.

מֹף n. pr. *Memphis*, urbs Aegypti, Hos. 9, 6, alibi נֹף Jes. 19, 13. Jer. 2, 16, cuius ruinae, quanquam exiguae, ad Nili ripam occidentalem ab austro Kahirae veteris reperiuntur. Coptis dr. ⲘⲈⲚϤⲒ, sahidice ⲘⲈⲚϤⲈ, it. ⲘⲈϨⲚⲞⲨϤⲒ, [in inscriptt. rosett. p. 5, ut vulgo legitur: *panoë*] ex quibus formis tam utrumque nomen hebraeum, quam gr. *Μέμφις* et Arabum منف facile explicatur. De etymo nominis aegyptiaci ita Plutarchus (de Iside et Osiride p. 369): *τὴν μὲν πόλιν Μέμφιν οἱ μὲν ὅρμον ἀγαθῶν* (cf. ⲘⲈϨ plenus, et ⲚⲞⲨϤⲒ bonus) *ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ' ὡς τάφον Ὀσίριδος* (cf. ⲘϨⲀⲨ sepulcrum, et ⲞⲚⲪⲒ = *εὐεργέτης*, epith. Osiridis), id quod utrumque in Memphin cadit, sepulcrum Osiridis, eandemque Aegyptiorum Necropolin, ideoque portum beatorum, quandoquidem solis piis sepultura concedebatur. V. Jablonskii Opuscc. ed. te Water T. I, p. 137. 150. 179. T. II, p. 131. Creuzeri Commentatt. Herodot. §. 11. p. 105 sq. Champollion l'Egypte sous les Pharaons I, p. 363. Comment. nostr. ad Jes. l. c.

מִפְגָּע m. (a rad. פָּגַע) *impetus*, dein is in quem impetus fit. Iob. 7, 20.

מַפָּח m. (a rad. נָפַח) Iob. 11, 20: מַפַּח נֶפֶשׁ *exspiratio animae* (cf. נָפַח נֶפֶשׁ Jer. 15, 9). Iob. 31, 39.

מַפֻּחַ m. (a rad. נָפַח) *follis* fabri ferrarii Jer. 6, 29.

מְפִיבֹשֶׁת et **מְפִבֹשֶׁת** (contr. ex מַפְאִי בֹשֶׁת sec. Simon. exterminans idolum) n. pr. m. 1) 2 Sam. 21, 8. 2) 2 Sam. 4, 4. 9, 6.

מֻפִּים v. שְׁפוּפָם.

מֵפִיץ m. (propr. part. Hiph. rad. פּוּץ contudit) *malleus* (bellicus) Prov. 25, 18. Cf. מַפֵּץ.

מַפָּל m. (a rad. נָפַל cecidit) 1) *deciduum* Am. 8, 6: מַפַּל בַּר *deciduum frumenti, palea.* Inde 2) *pendulum, laxum* (etiam Romanorum poëtis *cadere* dicuntur, quae laxa pendent, v. Gronov. ad Stat. Sylv. 38). Iob. 41, 15: מַפְּלֵי בְשָׂרוֹ *partes pendulae carnis* in ventre crocodili, *palearia* (die Wammen).

מִפְלָאָה f. (a rad. פָּלָא), in pl. tantum מִפְלְאוֹת *miracula* Iob. 37, 16 i. q. נִפְלָאוֹת. Rariore hac forma usus est poëta propter consonum מִפְלְשֵׂי in altero hemistichio.

מִפְלַגָּה f. (a rad. פָּלַג) *classis* 2 Chr. 35, 12.

מַפָּלָה f. Jes. 17, 1 et **מַפֵּלָה** 23, 13. 25, 2 (a rad. נָפַל) *aedificia collapsa, rudera, parietinae.*

מִפְלָט m. (a rad. פָּלַט) *evasio* Ps. 55, 9.

מִפְלֶצֶת f. (a rad. פָּלַץ) *idolum*, a terrendo dictum 1 Reg. 15, 13, cf. يغوث idolum a rad. وغل timuit.

מִפְלָשׂ m. (a rad. פָּלַשׂ = פָּלַס Pi. libravit) *libratio* (nubium) Iob. 37, 16.

מַפֶּלֶת f. (a rad. נָפַל) 1) *casus, ruina*, hominis Prov. 29, 16, regni Ezech. 26, 15. 18. 27, 27. 31, 16. 2) *id quod corruit* Ez. 31, 13 (de trunco collapso). 3) *cadaver*, a cadendo dictum, ut *πτῶμα* a *πίπτω* Iud. 14, 8.

מִפְעָל m. Prov. 8, 22 et **מִפְעָלָה** f. (a rad. פָּעַל) Ps. 46, 9. 66, 5 *opus* (Dei).

מֵפַעַת v. מֵיפַעַת.

מַפָּץ m. (a rad. נָפַץ) *contusio* Ez. 9, 2.

מַפֵּץ m. (pr. part. Hiph. a rad. נָפַץ contudit) *malleus* Jer. 51, 20. Cf. מֵפִיץ.

מִפְקָד m. (a rad. פָּקַד) 1) *recensio* (populi) 2 Sam. 24, 9. 2) *mandatum* 2 Chr. 31, 13. 3) *locus constitutus* Ez. 43, 21. שַׁעַר הַמִּפְקָד est n. pr. portae Hierosolymorum Neh. 3, 31.

מִפְרָץ m. (a rad. פָּרַץ) *portus*, pr. ruptura, incisura littoris Iud. 5, 17. (Arab. فُرْضَة sinus fluvii, ubi aqua hauritur, it. statio navium).

מַפְרֶקֶת f. (a rad. פָּרַק) *cervix, vertebrae cervicis* 1 Sam. 4, 18. Chald. פִּרְקָא, פֶּרֶק id. Syr. ܦܶܪܩܳܐ vertebra.

מִפְרָשׂ m. (a rad. פָּרַשׂ) 1) *expansio* Iob. 36, 29. 2) *velum* (navis) Ez. 27, 7.

מִפְשָׂעָה f. (a rad. פָּשַׂע) *gressus*, inde *pars corporis, a qua pedes oriuntur* 1 Chr. 19, 4, vc. honestius pro שְׁתוֹת in loco parallelo 2 Sam. 10, 4.

מַפְתֵּחַ m. (a rad. פָּתַח) *clavis* Iud. 3, 25. Jes. 22, 22.

מִפְתָּח m. (a rad. פָּתַח aperuit) *apertio*. Prov. 8, 6: *apertio labiorum meorum*, quod labia mea efferunt.

מִפְתָּן m. (a rad. פָּתַן) *limen inferius* 1 Sam. 5, 4. 5. Ez. 9, 3. 10, 4. 18.

מֵץ v. מוּץ.

מָצָא 1 pers. מָצָאתִי, et מָצָתִי Num. 11, 11, fut. יִמְצָא, imp. מְצָא, inf. מְצֹא c. Suff. מָצְאִי, מְצֹאֲכֶם (pro מְצֹאֲכֶם) Gen. 32, 20, part. מֹצֵא, semel מֹצֶא (more verborum ל״ה) Eccles. 7, 26, fem. מֹצֵאת, מֹצֵאָת 2 Sam. 18, 22. Cant. 8, 10

1) *pertigit, pervenit* ad aliquid, sq. עַד Iob. 11, 7 (chald. et syr. מְטָא, ܡܛܳܐ id., aeth. መጽአ: venit), inde *assecutus est, consecutus est, impetravit*, c. acc. rei. Gen. 26, 12: *Isaacus hoc anno obtinebat centum mensuras* i. e. messem fecit centuplicem. 2 Sam. 20, 6: פֶּן מָצָא לוֹ עָרִים בְּצֻרוֹת *ne assequatur* (expugnet) *urbes munitas*. Ez. 3, 1. Sic *assequi* sapientiam Prov. 3, 13. 8, 9, bonum, felicitatem 8, 35. 18, 22, favorem (v. חֵן), divitias Hos. 12, 9, quietem Ruth 1, 9, visionem a Deo (מֵיְהוָה) Thren. 2, 9, sepulcrum i. e. mortem exoptatam Iob. 3, 22, it. in malam partem: *assecutus est* calamitatem i. e. incidit in eam Ps. 116, 3. Prov. 6, 33. Hos. 12, 9. — *Manus mea assecuta est* aliquid i. q. comparavi, acquisivi mihi Levit. 25, 28. Iob. 31, 25. Absol. 2 Sam. 18, 22: אֵין בְּשׂוֹרָה מֹצֵאת *non est nuntius* aliquid *acquisiturus*, h. e. non gratus est hic nuntius, nullo praemio ornabitur, qui eum perfert.

2) *invenit, reperit* aliquem, aliquid (pr. venit in, incidit in) c. acc. pers. et rei Gen. 2, 20. 8, 9. 11, 2. 18, 26. 19, 11. 31, 35. 1 Reg. 13, 14. 1 Sam. 31, 8 et saepe. LXX εὑρίσκω, etiam in plurimis exemplis et formulis no. 1 et 3. — 1 Sam. 29, 3: לֹא מָצָאתִי בוֹ מְאוּמָה *non inveni in eo quicquam* sc. criminis, cf. Ps. 17, 3. Spec. nota formulam: 1 Sam. 10, 7: עֲשֵׂה לְךָ אֲשֶׁר תִּמְצָא יָדֶךָ *fac, quod invenit manus tua* (was dir vor die Hand kommt) i. e. quod tibi videbitur, age pro lubitu tuo (nach deinem Befinden). 25, 8. Iud. 9, 33: paulo aliter Eccl. 9, 10: כֹּל אֲשֶׁר תִּמְצָא יָדְךָ לַעֲשׂוֹת בְּכֹחֲךָ עֲשֵׂה *quodcunque tibi faciundum occurrit, id fac omni virium contentione.* — Translate: (aliquid) *cogitando invenit, assecutus est* Eccles. 3, 11. 7, 27. 8, 17, v. c. recte solvit aenigma Iud. 14, 12. 18. Raro i. q. *invenire studuit, quaesivit* 1 Sam. 20, 21: לֵךְ מְצָא אֶת־הַחִצִּים *i, ut invenias sagittas*, cf. V. 36. Iob. 33, 10.

3) *attigit* aliquem, i. e. *obvenit, accidit* alicui, c. acc. pers. (cf. בּוֹא

c. acc. no. 2, litt. d). Exod. 18, 8: *omnis aerumna* אֲשֶׁר מְצָאָתַם בַּדֶּרֶךְ *quae iis acciderat in via.* Gen. 44, 34. Num. 20, 14. 32, 23. Jos. 2, 23. Iud. 6, 13. Ps. 116, 3. 119, 143, cf. *εὑρίσκω τινά* Tob. 12, 7. Spec. nota formulam: יָדִי מָצְאָה פ׳ manus mea (victrix, vindicatrix) attigit aliquem 1 Sam. 23, 17, sq. לְ pers. Jes. 10, 10. Ps. 21, 9.

4) *suffecit* alicui rei, sq. dat. Num. 11, 22. Iud. 21, 14 (cf. nostr. hinreichen, hinlangen, hinlänglich seyn, et gr. *ἱκνούμενος, ἱκανός* sufficiens, ab *ἱκνέομαι*).

Niph. נִמְצָא 1) pass. Kal no. 1. *acquisitus est* ab aliquo, sq. לְ Deut. 21, 17: כֹּל אֲשֶׁר־יִמָּצֵא לוֹ *omnia, quae possidet.* Jos. 17, 16. Jer. 15, 16: נִמְצְאוּ דְבָרֶיךָ *accepta sunt verba tua* sc. a me, i. e. ad me sunt perlata. Iob. 28, 12: *sapientia,* מֵאַיִן תִּמָּצֵא *unde* haec *acquiritur?*

2) pass. Kal no. 2 *inventus est.* Gen. 44, 16. 17. Ex. 22, 3. 1 Reg. 14, 13. Inde a) *fuit, adfuit, exstitit* in aliquo loco (sich befinden, befindlich seyn). 1 Chr. 29, 17: עַמְּךָ הַנִּמְצְאוּ פֹה *populus tuus, qui hic adest.* 2 Chr. 34, 32: כָּל־הַנִּמְצָא בִירוּשָׁלַםִ. Jer. 41, 3. 52, 25. De rebus Gen. 47, 14: כָּל־הַכֶּסֶף הַנִּמְצָא בְאֶרֶץ־מִצְרַיִם *omnis pecunia quae erat in Aegypto.* It. *praesens fuit* (opp. absenti) Gen. 19, 15: שְׁתֵּי בְנֹתֶיךָ הַנִּמְצָאֹת *duae filiae tuae praesentes,* cf. V. 14. Esr. 8, 25. b) Deus *inveniri* dicitur ab hominibus, ubi faciles aures iis praebet, eos exaudit, iis praesto est (cf. נִדְרַשׁ). 1 Chr. 28, 9: אִם־תִּדְרְשֶׁנּוּ יִמָּצֵא לָךְ *si eum quaeris, tibi praesto est.*

Hiph. הִמְצִיא 1) causat. Kal no. 1 *pervenire fecit,* sq. בְּיַד *tradidit.* 2 Sam. 3, 8. 2) *assequi fecit* aliquem i. e. tribuit ei. Iob. 34, 11. 37, 13. Zach. 11, 6. 3) *attulit,* obtulit, sq. אֶל Lev. 9, 12. 13. 18.

מַצָּב cstr. מַצַּב m. (a rad. נָצַב) *statio* a) locus, ubi stat aliquid Jos. 4, 3. 9. b) i. q. *munus* alicui *demandatum* (Posten) Jes. 22, 19. c) *praesidium, statio militaris* 1 Sam. 13, 23. 14, 1. 4. 2 Sam. 23, 14.

מֻצָּב m. (part. Hoph. rad. נָצַב) *statio* (militum), *praesidium* Jes. 29, 3.

מַצָּבָה 1 Sam. 14, 12, et

מִצָּבָה i. q. masc. מַצָּב litt. c, et מִצָּב Zach. 9, 8.

מַצֵּבָה f. cstr. מַצֵּבַת (a rad. נָצַב) erectum quid, spec. a) *cippus* Gen. 28, 18. 22. Ex. 24, 4, b) *statua,* simulacrum idoli, v. c. מַצֵּבַת הַבַּעַל statua Baalis 2 Reg. 3, 2. 10, 26. 18, 4. 23, 14. Mich. 5, 12. Hos. 10, 1.

מְצֹבָיָה n. pr. loci aliunde ignoti 1 Chr. 11, 47.

מַצֶּבֶת f. 1) i. q. מַצֵּבָה *statua* Gen. 35, 14. 20; *monumentum, cippus* 2 Sam. 18, 18 (quo sensu etiam in inscriptt. phoeniciis legitur). 2) *truncus* (a נָצַב plantavit) Jes. 6, 13.

מְצַד pl. מְצָדוֹת Kamez impuro (a rad. צוּד venatus, insidiatus est, ut מְעָרָה a rad. עוּר) pr. locus, unde praedam agunt venatores, et quo ut in asylum tuto confugere possunt, inde 1) *vertex, cacumen* montis accessu difficile, (arab. مَصَادٌ, quod falso ad rad. مصد referunt) 1 Sam. 23, 14. 19. 1 Chr. 12, 8. 16, cf. Iud. 6, 2. Ez. 33, 27, v. praeterea מְצוּדָה, מְצוֹדָה, מָצוֹד. 2) *arx, castellum montanum.* 1 Chr. 11, 7: וַיֵּשֶׁב דָּוִיד בַּמְצַד *habitabat Davides in arce* (Zionis). Jer. 48, 41. 51, 30.

מָצָה 1) pr. i. q. מָצַץ, מָזָה *suxit,* inde *exsuxit, exsorbuit.* Jes. 51, 17: *calicem inebriantem hausisti, exsuxisti,* h. e. avide usque ad faeces

exhausisti Ps. 75, 9. Ez. 23, 34. (Syr. id. ܡܨܘܨܐ epotatio).

2) *humorem expressit*, sq. מִן ex aliqua re Iud. 6, 38. Syr. Pa. id.

Niph. 1) pass. Kal no. 1. Ps. 73, 10. 2) pass. Kal no. 2. Lev. 1, 15. 5, 9.

I. מַצָּה f. pr. *dulce* (a rad. מָצַץ no. 2), spec. *panis dulcis* i. e. *non fermentatus,* qualis in Paschatis festo comedebatur, opp. fermentato (חָמֵץ). חַלַּת מַצָּה placenta non fermentata Lev. 8, 26, pl. חַלּוֹת מַצּוֹת Num. 6, 15 (cf. de duplici plurali s. v. יוֹבֵל no. 1, not. et Gramm. hebr. ed. 10, §. 106, 3) et simpl. מַצּוֹת azyma. Ex. 12, 15. 18. חַג הַמַּצּוֹת festum azymorum, Pascha. Exod. 23, 15. 34, 18.

II. מַצָּה f. (a rad. נָצָה) *rixa* Prov. 13, 10. 17, 19.

מִצָּה (fort. pro מוֹצָא fons) n. pr. oppidi in tribu Benjamin. Jos. 18, 26.

מִצְהָלָה f. (a rad. צָהַל) *hinnitus* Jer. 8, 16. 13, 27.

מָצוֹד (a rad. צוּד) m. 1) *captura* Prov. 12, 12. 2) *rete*, quo capit venator Eccl. 7, 26. 3) i. q. מָצָד *arx*, *munitio* Eccl. 9, 14, ubi duo codd. exhibent מְצוּרִים, quod accommodatius etiam ad h. l.

מָצוּד (a rad. צוּד) m. *rete* venatoris Iob. 19, 6.

מְצוֹדָה (a rad. צוּד) i. q. masc. מָצוֹד 1) *rete* Eccl. 9, 12. 2) *arx, munimentum* Jes. 29, 7. Ez. 19, 9.

מְצוּדָה f. id. 1) *captura, praeda* Ez. 13, 21. 2) *rete* Ez. 12, 13. 3) i. q. מְצָד, מְצוֹדָה *vertex, cacumen montis* Iob. 39, 28. 1 Sam. 22, 4, et *castellum montanum, arx* 2 Sam. 5, 7. Translate de Deo Ps. 18, 3. 31, 4. 71, 3. 91, 2.

מִצְוָה f. (a rad. צָוָה) pl. מִצְוֹת *mandatum, praeceptum* 2 Reg. 18, 36, max. de praeceptis Dei Deut. 6, 1. 25. 7, 11, doctoris humani Prov. 7, 1. 2. *Interdicti* notionem descriptam habes Lev. 4, 13: אַחַת מִכָּל־מִצְוֹת יְהוָה אֲשֶׁר לֹא־תֵעָשֶׂינָה *unum ex praeceptis Jehovae, quae fieri non debent.* מִצְוַת הַלְוִיִּם quod Levitis ex praecepto debetur. Neh. 13, 5, cf. מִשְׁפָּט.

מְצוֹלָה Ex. 15, 5. Neh. 9, 11 et

מְצוּלָה f. i. q. צוּלָה, *profundum,* ut maris Jon. 2, 4. Mich. 7, 19, fluvii Zach. 10, 11, luti Ps. 69, 3 (a rad. צוּל, q. v.).

מָצוֹק m. (a rad. צוּק) *angustiae* Ps. 119, 143. Jer. 19, 9.

מָצוּק m. *columna*, a rad. צוּק i. q. יָצַק in Hiph. הֵצִיק statuit. Bene Kimchius: מַעֲמָד, עַמּוּד. 1 Sam. 2, 8: מְצֻקֵי אֶרֶץ *columnae terrae* i. q. עַמּוּדֵי אֶרֶץ. Transl. de rupe praerupta, eminente, columnae simili. 1 Sam. 14, 5: *alter scopulus* מָצוּק מִצָּפוֹן מוּל מ' (est) *columna s. rupes praerupta a septentrione e regione Michmasae.* (Apud Talmudistas צוּק est mons altus et proclivis. Quod conferunt, طاق mons altus, semiticae originis non est, et huc referri nequit).

מְצוּקָה f. (a rad. צוּק) *angustiae* Iob. 15, 24, pl. Ps. 25, 17.

I. מָצוֹר m. c. Suff. מְצוֹרֵךְ Ez. 4, 8 (a rad. צוּר) a) *angustiae* Deut. 28, 53 sqq. b) *obsidio* Ez. 4, 2. 7. בּוֹא בַּמָּצוֹר obsideri (de urbe). 2 Reg. 24, 10. 25, 2. c) *agger obsidentium* Deut. 20, 20. Mich. 4, 14. d) *munimentum, arx.* 2 Chr. 32, 10. Hab. 2, 1. Saepius עִיר מָצוֹר urbs munita Ps. 31, 22. 60, 11. 2 Chr. 8, 5.

II. מָצוֹר n. pr. *Aegypti,* eiusque, ut videtur, *inferioris.* יְאֹרֵי מָצוֹר flumina s. canales Aegypti (Nili brachia) Jes. 19, 6. 37, 25. 2 Reg. 19, 24. Quicquid de origine aegyptiaca statues, Hebraei hoc vc. prob. accipiebant significatione *finium* s.

termini i. q. مصر, ut qs. Sing. esset nominis מִצְרַיִם duplex Aegyptus, q. v. Alii, ut Bochartus in Phaleg IV, 24, Aegyptum ita dictam censent utpote firmam et munitam (v. Diod. I, 31).

מְצוּרָה f. (a rad. צוּר) 1) *agger obsidentium* Jes. 29, 3. 2) *munimentum, urbs munita* 2 Chr. 11, 11; saepius עָרֵי מְצוּרָה 14, 5, עָרֵי מְצוּרוֹת 2 Chr. 11, 10.

מַצּוּת f. i. q. מַצָּה no. II (a rad. נָצָה) *lis, rixa* Jes. 41, 12: אַנְשֵׁי מַצּוּתֶךָ *inimici tui.*

מָצַח rad. inus. fort. *splenduit,* i. q. نصح et فصح cf. فسح hilaris fuit et transp. وضح splenduit. Inde

מֵצַח m. (etiam fem. esse, ex Jes. 48, 4 minime efficitur) c. Suff. מִצְחִי *frons.* 1 Sam. 17, 49. מֵצַח אִשָּׁה זוֹנָה frons (impudens) meretricis Jer. 3, 3. Ez. 3, 7: חִזְקֵי מֵצַח *fronte perfricta.* V. 8. 9. Jes. 48, 4: מִצְחֲךָ נְחוּשָׁה *frons tua* est *aes* i. e. (frons) *aeris*, aenea.

מִצְחָה f. *ocrea,* qs. frons tibiae, cruris 1 Sam. 17, 6.

מְצִלָּה pl. מְצִלּוֹת f. (a rad. צָלַל no. I) *tintinnabula* equis et camelis pro ornatu appensa Zach. 14, 20, v. מְצִלְתַּיִם.

מְצֻלָּה f. (a rad. צָלַל no. II) *locus umbrosus* Zach. 1, 8.

מְצֶלֶת, tantum in dual. מְצִלְתַּיִם a rad. צָלַל no. I, bina *cymbala* (gr. itidem in duali κυμβάλω), instrumentum musicum 1 Chron. 13, 8. Esr. 3, 10. Neh. 12, 27, v. צֶלְצְלִים.

מִצְנֶפֶת f. (a rad. צָנַף obvolvit) *tiara* summi sacerdotis Ex. 28, 4. 39, regis Ez. 21, 31. De forma eius v. Rabbinos ap. Braunium de vestitu sacerd. hebr. p. 625 sq.

מַצָּע m. (a rad. יָצַע) *lectus, cubile* a *sternendo* dictum. Jes. 28, 20.

מִצְעָד m. (a rad. צָעַד) *gressus, incessus* Ps. 37, 23. Prov. 20, 24. בְּמִצְעָדָיו in vestigiis i. e. in comitatu eius Dan. 11, 43, cf. בְּרַגְלָיו Iud. 4, 10.

מִצְעִירָה f. *subparvum, parvulum,* pr. quod prope abest a parvo, comp. ex צְעִירָה et מִן, cf. מִן no. 3, litt. c. Dan. 8, 9, v. Lgb. §. 123.

מִצְעָר m. (a rad. צָעַר) 1) pr. *parvitas,* inde *parvum, exiguum* quid Gen. 19, 20. Iob. 8, 7. De parvo numero 2 Chr. 24, 24: מִצְעַר אֲנָשִׁים *homines pauci;* de brevi tempore, Jes. 63, 18: לַמִּצְעָר *ad breve tempus.* 2) n. pr. montis in orientali iugo Libani. Ps. 42, 7.

מִצְפֶּה m. (a rad. צָפָה) 1) *specula* Jes. 21, 8, it. *locus editus,* unde longe lateque circumspici potest, sive specula instructus, sive minus, 2 Chr. 20, 24.

2) n. pr. complurium oppidorum, in loco edito sitorum, a) in campestribus Judae Jos. 15, 38. b) in Moabitide 1 Sam. 22, 3. c) Gaditarum Iud. 11, 29, v. מִצְפָּה no. 1. d) Benjaminitarum Jos. 18, 26, v. מִצְפָּה no. 2. It. e) vallis in montanis Libani Jos. 11, 8 cf. 11, 3.

מִצְפָּה (specula, locus editus) n. pr. 1) oppidi Gileaditidis, Iud. 10, 17. 11, 11. 34. Hos. 5, 1, plenius Iud. 11, 29 מִצְפֵּה־גִלְעָד. De originibus huius loci v. Gen. 31, 49. 2) oppidi Benjaminitarum, ad quod populus convenire solebat Iud. 21, 1. 1 Sam. 7, 5. Postmodo ad fines contra regnum Israëlitarum tuendos ab Asa munitum est (1 Reg. 15, 22. 2 Chr. 16, 6), et denique Chaldaeorum praefecti sedes facta Jer. 40, 6, cf. Neh. 3, 7. 19. Idem semel מִצְפֶּה scribitur (Jos. 18, 26).

מַצְפֻּנִים m. pl. (a rad. צָפַן) *loca abscondita* Obad. 6.

מָצַץ 1) *suxit, exsuxit*, i. q. מָצָה et מָזָה. Arab. مَصَّ et chald. מְצַץ id., quae omnia sonum imitantur, ut gr. *μύζω, μυζάω, μάζος*. Inde *cum voluptate hausit, gustavit* Jes. 66, 11, cf. יָנַק Comm. 12. Quae dulcia sunt et esu iucunda, ea sugere solent, inde

2) *dulcis fuit*, unde מַצָּה panis dulcis h. e. non fermentatus, cf. מָתַק quod et ipsum utrumque significat.

מָצַר rad. inusit., quae idem valuisse videtur quod vicc. אָצַר, נָצַר *coercuit, inclusit*, inde arab. مِصْرٌ fines, terminus, et hebr. מָצוֹר no. II, מִצְרַיִם.

מֵצַר m. (a rad. צָרַר, ut מֵסַב a rad. סָבַב) *angustiae* Ps. 118, 5; plur. מְצָרִים, מְצָרֵי Thren. 1, 3. Ps. 116, 3.

מִצְרַיִם n. pr. dual. *Aegyptus* Gen. 46, 34. 50, 11, saepe plenius אֶרֶץ מִצְרַיִם terra Aegypti, fem. Gen. 45, 20. 47, 6. 13, it. *Aegyptii* ap. prosae orationis scriptores plerumque c. plur. (Gen. 45, 2. 47, 15. 20. 50, 3. Ex. 1, 14), raro sing. masc. 14, 25. 31, poët. c. sing. masc. Jes. 19, 16. 25. Jer. 46, 8, et fem. Hos. 9, 6. Sing. מָצוֹר (q. v.) Aegyptum *inferiorem*, dual. מִצְרַיִם hanc et superiorem (proprio suo nomine פַּתְרוֹס dictam) denotasse videtur per zeugma, sicut *utraque Sicilia* pro Sicilia et Neapoli dicitur: quanquam hac origine posthac neglecta etiam dual. מִצְרַיִם ita reperitur, ut non complectatur Patrosam (Jes. 11, 11. Jer. 44, 15). Alii dualem numerum ad terram Nilo bipartitam referunt. (Arabes habent sing. مِصْرُ Aegyptus, pr. terminus, Syri tamen dualem, etsi in hac lingua rarissimum (ܡܨܪܝܢ). Nom. gent. est מִצְרִי Gen. 39, 1, f. ־ִית 16, 1, pl. m. מִצְרִים Gen. 12, 12. 14, f. ־ִיּוֹת Ex. 1, 19.

מַצְרֵף m. (a rad. צָרַף) *catinus liquatorius* aurificis Prov. 17, 3. 27, 21.

מַק m. (a rad. מָקַק, cf. Ps. 38, 6) *putredo*. Jes. 3, 24: תַּחַת בֹּשֶׂם מַק יִהְיֶה *loco suavis odoris erit putredo* i. e. foetor ulcerum putidorum. 5, 24: *radix eorum ut putredo erit* i. e. lignum putridum.

מַקָּבָה f. (a rad. נָקַב, v. Hab. 3, 14) *malleus* 1 Reg. 6, 7. Jes. 44, 12. Jer. 10, 4. (Inde nomen *Μακκαβαῖος*, מַקָּבִי pr. malleator i. e. bellator strenuus, cognomen honorificum Judae Hasmonaeo tributum, ut *Martelli* nomen Carolo, Francorum duci illustri).

מַקֶּבֶת f. 1) i. q. מַקָּבָה Iud. 4, 21. 2) *fovea petrae, lapicidina*. Jes. 51, 1.

מַקֵּדָה (prob. locus pastorum נֹקְדִים dictorum) n. pr. oppidi in campestribus Judae, olim urbis regiae Cananitarum. Jos. 10, 10. 12, 16. 15, 41.

מִקְדָּשׁ m. (a rad. קָדַשׁ), c. dag. euph. מִקְּדָשׁ Ex. 15, 17, c. Suff. מִקְדָּשׁוֹ, semel (praeter morem) מִקְּדָשׁוֹ Num. 18, 29 1) *res sacra, sacrata* Num. l. c. 2) *sacrarium, locus sacer*, spec. de tabernaculo sacro Israëlitarum Ex. 25, 8. Lev. 12, 4. 21, 12. Num. 10, 21. 18, 1, de templo 1 Par. 22, 19. 2 Par. 29, 21. Saepe plenius dr. מְקוֹם מִקְדַּשׁ יי Jes. 60, 13, מְכוֹן מִקְדַּשׁ יי Dan. 8, 11. מִקְדַּשׁ מֶלֶךְ locus qui regi sacer est i. e. ab eo consecratus est Am. 7, 13. Plur. מִקְדְּשֵׁי בֵית יי Jer. 51, 51 sacraria, loci sacri templi, מִקְדְּשֵׁי אֵל Ps. 73, 17 id., sed מִקְדְּשֵׁי יִשְׂרָאֵל sunt sacraria Israëlis (gentilia et illicita) Amos 7, 9. 3) *asylum*, quandoquidem apud

Hebraeos, ut apud Graecos, templa asyli iure gaudebant Jes. 8, 14. Ezech. 11, 16 (cf. 1 Reg. 1, 50. 2, 28).

מַקְהֵלִים pl. m. Ps. 26, 12 et

מַקְהֵלוֹת pl. f. (a rad. קָהַל) Ps. 68, 27 *conciones*, *coetus*, max. Deum laudantium, *chori*. Posterius est etiam n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 25.

מִקְוֶה (a rad. קָוָה) 1) pr. *exspectatio*, *spes*, *fiducia* 1 Chr. 29, 15. Esr. 10, 2; it. is, in quo fiducia ponitur, de Deo Jer. 14, 8. 17, 13. 50, 7.

2) *congregatio* (a rad. קָוָה Niph. congregatus est) a) aquae Gen. 1, 10. Exod. 7, 19. Levit. 11, 36. b) *agmen*, *caterva*, *grex* hominum et animalium, ut equorum. Ita intelligo verba 1 Reg. 10, 28, in quibus interpretandis in alia omnia abierunt longe plerique intpp. (v. Bocharti Hieroz. T. I. pag. 171. 172. Michaëlis in Supplemm. p. 2171 et in Iure mosaico T. III. p. 332), probante nuper de Wettio (Vers. germ. ed. 2): וּמִקְוֵה סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ יִקְחוּ מִקְוֵה בִּמְחִיר *et caterva mercatorum regiorum* (ex Aegypto) *petebat gregem* (equorum) *pretio soluto*. Lusus verborum inest in duplici usu vocabuli מִקְוֶה de mercatorum agmine deque equorum grege. Similiter olim transtulisse nunc video Pisc. et Vatablum.

מִקְוָה f. (a rad. קָוָה Niph. congregatus est) *locus*, *quo confluit* aqua. Jes. 22, 11.

מָקוֹם pl. מְקוֹמוֹת m. (sed f. tamen Iob. 20, 9. Gen. 18, 24), a rad. קוּם signif. no. 2 stetit, 1) *locus* (pr. statio, a stando, existendo) Gen. 1, 9. 24, 23. 25. 28, 11. 17, et saepe. Sq. genit. *locus alicuius* est *domicilium*, *habitatio* eius. Gen. 29, 26. 30, 25. Num. 24, 11. Iud. 11, 19. 2 Sam. 15, 19 cet. Poët. Iob. 16, 18: אַל־יְהִי מָקוֹם לְזַעֲקָתִי *ne sit locus* s. mansio *clamori meo*, nusquam commoretur, sed sine mora ad Deum perferatur clamor meus. Sq. relat. אֲשֶׁר saepe ponitur st. cstr. מְקוֹם אֲשֶׁר (locus qui) Lev. 4, 33. 14, 13. Jer. 22, 12 (contra מָקוֹם אֲשֶׁר Jos. 1, 3. Jer. 13, 7. 1 Sam. 20, 19); it. ante זֶה relativum Ps. 104, 8, et relativo omisso Iob. 18, 21: מְקוֹם (אֲשֶׁר) לֹא יָדַע אֵל *habitatio* (hominis qui) *non curat Deum*. — Passim מְקוֹם אֲשֶׁר *loco quo* quadam dicendi ubertate dictum pro *ubi* (alibi אֲשֶׁר, בַּאֲשֶׁר) Esth. 4, 3. 8, 17. Eccl. 11, 3. Ez. 6, 13, ut syr. ܒܕܘܟ. Adv. pro *loco* Jes. 33, 21 et fort. Hos. 2, 1 (cf. arab. مكان, syr. ܕܘܟ locus et adv. loco). 2) *oppidum*, *vicus* (nostr. Ortschaft). מְקוֹם שְׁכֶם Sichem oppidum Gen. 12, 6. 18, 24.

מָקוֹר m. (a rad. קוּר) *fons*. מְקוֹר חַיִּים fons vitae, salutis Ps. 36, 10. מְקוֹר דָּמִים fons sanguinis per euphem. de pudendis mulieris Lev. 12, 7. 20, 18, etiam omisso דָּמִים 20, 18. Translate Ps. 68, 27: מִמְּקוֹר יִשְׂרָאֵל (vos) *ex fonte Israëlis*, h. e. posteri Israëlis cf. מַיִם Jes. 48, 1.

מִקָּח m. (a rad. לָקַח) *acceptio* 2 Chr. 19, 7.

מַקָּחוֹת pl. f. *venalia*, *merces*. Neh. 10, 32 (a rad. לָקַח cepit, emit V. 31, cf. Talmud. מקח emtio).

מִקְטָר m. (a rad. קָטַר) *suffitus* Ex. 30, 1.

מִקְטֶרֶת f. (a rad. קָטַר) *thuribulum* 2 Chr. 26, 19. Ez. 8, 11.

מָקַל rad. inusitat., quam idem notasse suspicor quod aethiop. ባቈለ: *baquala*, et ባቈለ: *baquĕla* germinavit, pullulavit (ב et מ litteris permutatis), unde

በቍል: planta, stirps, vimen, a quo verbum secundarium est ተበቀለ: *tabakkala* punivit, pr. si quid video, virga percussit, quanquam has radices plane discrevit Ludolfus in Lex. p. 238. Caeterum cave conferas lat. *baculus*, quod est a stirpe *βάω*, pr. Gehstock, cf. *βακτήριον*. Inde

מַקֵּל st. cstr. מַקַּל Jer. 1, 11 et מַקֵּל Gen. 30, 37, pl. מַקְלוֹת *baculus* pr. virga, surculus (cf. חֹטֶר) Gen. l. c. sqq. 1 Sam. 17, 43 cet. מַקַּל יָד de hasta Ez. 39, 9. (Chald. מקל יד spiculum. Castell.). *Ῥαβδομαντείας* mentio fit Hos. 4, 12.

מִקְלוֹת (fort. pro מַקְלוֹת baculi, sortes) n. pr. m. 1) 1 Chron. 27, 4. 2) 8, 32. 9, 37. 38.

מִקְלָט m. *asylum*, a rad. קָלַט no. 2. עִיר מִקְלָט Jos. 21, 13 sq. pl. עָרֵי מִקְלָט oppida asyli, quo confugiebant homicidae Num. 35, 6 — 15. Jos. 20, 2.

מִקְלַעַת f. (a rad. קָלַע no. 2) *sculptura* 1 Reg. 6, 18; pl. מִקְלָעוֹת, cstr. מִקְלְעוֹת ibid. 6, 29. 32. 7, 31. (Aethiop. transp. መሰክሀ: sculptura, figura).

מִקְנֶה m. (a rad. קָנָה possedit, emit) cstr. מִקְנֵה, c. Suff. מִקְנִי, מִקְנְךָ, מִקְנֵנוּ, מִקְנֵהוּ, it. c. Suff. quae pluralia videntur (sed vide ad מַעֲשֶׂה, מַרְאֶה), מִקְנַי Num. 20, 19, מִקְנֶיךָ Jes. 30, 23, et ubique מִקְנֵיכֶם Gen. 47, 16. Jos. 1, 14, מִקְנֵיכֶם Deut. 3, 19, et מִקְנֵיהֶם Gen. 34, 23. 36, 7. 46, 6 (nunquam מִקְנָם, מִקְנְכֶם)

1) pr. *possessio*, *opes*, ubique de *pecore*, in quo solo cernuntur opes Nomadum (cf. gr. *κτῆνος* pecus pr. i. q. *κτῆμα* possessio, *ὄϊς* i. q. *ovis* et lat. *ops*, unde opilio plur. *opes*, arab. مَالٌ, syr. ܩܢܝܢܐ opes et oves, adde germ. *das Gut* in Holsatia de gregibus usurpatum, v. Voss ad Virg. Ecl. 10, 19), et proprie quidem de ovillo tantum et bubulo (צֹאן וּבָקָר), exceptis iumentis Gen. 26, 14: מִקְנֵה צֹאן וּמִקְנֵה בָקָר. 47, 17: *et Josephus iis cibum dabat* בַּסּוּסִים וּבְמִקְנֵה הַצֹּאן וּבְמִקְנֵה הַבָּקָר וּבַחֲמֹרִים. Rarius etiam asini et cameli hoc vc. comprehenduntur Iob. 1, 3. אַנְשֵׁי מִקְנֶה viri pecuarii Gen. 46, 32. 34. אֶרֶץ מִקְנֶה terra pascendo pecori apta Num. 32, 1. 4.

2) *emtio*, *emtum* Gen. 49, 32.

מִקְנָה f. praecedentis 1) *acquisitio*, *possessio* Gen. 23, 18. 2) *emtio*. סֵפֶר הַמִּקְנָה tabula pactae emtionis Jerem. 32, 11 sq., it. *res emta*. מִקְנַת כֶּסֶף de servo pecunia emto. Gen. 17, 12. 13. 23. 3) *pretium* emtionis Lev. 25, 16. 51.

מִקְנֵיָהוּ (possessio Jehovae) n. pr. m. 1 Chr. 15, 18. 21.

מִקְסָם m. (a rad. קָסַם) *divinatio* Ez. 12, 24. 13, 7.

מָקַץ (finis, a rad. קָצַץ, ad formam מָסַךְ) n. pr. oppidi, semel 1 Reg. 4, 9.

מִקְצוֹעַ pl. ־ים et ־וֹת m. *angulus* Ex. 26, 24. 36, 29. Neh. 3, 19. 20. 24. 25. Rad. קָצַע abscidit.

מַקְצֻעָה f. *scalprum*, *scalpellum*, quo imagines ligneae scalpendo finguntur Jes. 44, 13. Targ. אִזְמֵל culter. Rad. קָצַע.

מִקְצָת nomen dubium, quod nescio an plane eliminandum sit e Lexicis. מִקְצָת enim, ubicunque occurrit, esse videtur pro מִקְּצָת a קְצָת q. v.

מָקַק in Kal inusit. *liquefactus est*, *contabuit*, v. cogn. מוּךְ, מָכַךְ, מוּג q. v. In stirpibus occidentalibus respondere videtur *maceo*, *macer*.

Niph. נָמַק 1) *liquefactus est.* Jes. 34, 4: נָמַקּוּ כָּל צְבָא־הַשָּׁמַיִם *liquefiunt* i. e. liquefacta decidunt *omnia coeli sidera*, quae candelis cereis a poëta comparantur, ut bene hanc imaginem explicuit Vitringa. Inde *diffluxit*. Ps. 38, 6: נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי

sanie diffluunt tumores mei. 2) *tabuit, contabuit,* de oculis et lingua Zach. 14, 12, de hominibus Lev. 26, 39. Ez. 24, 23. 33, 10.

Hiph. הֵמַק causat. *tabescere fecit* Zach. 14, 12.

N. deriv. מַק.

מִקְרָא m. (a rad. קָרָא) 1) *convocatio,* pr. inf. aram. rad. קְרָא. Num. 10, 2: לְמִקְרָא הָעֵדָה *ad concionem convocandam.* Inde a) *concio* convocata, *coetus* populi ad sacra obeunda *convocatus, πανήγυρις* Jes. 1, 13, saepe מִקְרָא קֹדֶשׁ Lev. 23, 2 sq. Num. 28, 18. 25; b) *locus conventus* sacri, pl. sacraria Jes. 4, 5.

2) *recitatio.* Neh. 8, 8: *attendebant ad recitationem.*

מִקְרֶה m. (a rad. קָרָה) 1) *casus fortuitus* 1 Sam. 6, 9. 20, 26. Ruth 2, 3. 2) *sors,* quae alicui evenit. Eccl. 2, 14: מִקְרֶה אֶחָד יִקְרֶה אֶת־כֻּלָּם *eadem sors omnibus evenit.* V. 15. 3, 19. 9, 2. 3.

מְקָרֶה m. pr. part. Pi. a rad. קָרָה *contignatio, tabulatum* Eccles. 10, 18.

מְקֵרָה f. (a rad. קָרַר) *refrigerium* Iud. 3, 20. 24.

מִקְשֶׁה m. propr. *opus tornatum* s. tornatile a rad. קָשָׁה no. II i. q. fem. מִקְשָׁה. Jes. 3, 24: מַעֲשֶׂה מִקְשֶׁה *opus tornatile,* per irrisionem de cincinnis artificiose crispatis. Alias intpp. sententias recensuimus in Comment. ad h. l.

I. **מִקְשָׁה** f. praec. *opus tornatum,* de candelabro aureo Ex. 25, 31. 36. 37, 17. 22. Num. 8, 4, de tubis argenteis Num. 10, 2, de columna Jer. 10, 5, de Cherubis Exod. 25, 18: מִקְשָׁה תַּעֲשֶׂה אֹתָם *opere tornatili facias eos* sc. Cherubos. Hos oleaginos fuisse auroque obductos, apparet ex loco 1 Reg. 6, 23, cf. V. 28, ut falsi sint, qui מִקְשָׁה de auro *solido* intelligant, a rad. קָשָׁה gravis, durus fuit.

II. **מִקְשָׁה** pro מִקְשְׁאָה, arab. مَقْثَأَةٌ f. denom. a קִשֻּׁא cucumer: *ager cucumeribus consitus.* Jes. 1, 8.

מַר m. (a rad. מָרַר) 1) subst. *gutta,* a defluendo dicta (v. מָרַר no. 1) Jes. 40, 15.

2) adj. f. מָרָה *amarus* Jes. 5, 20. Prov. 27, 7, *acerbus* (scharf), de aqua salsa Exod. 15, 23. Neutr. substantive: *amaritudo* (mortis) 1 Sam. 15, 32. Metaph. a) *tristis, moestus* Ez. 3, 14, saepe de animo 1 Sam. 30, 6. Iob. 21, 25. מַר נֶפֶשׁ adj. tristis animi 1 Sam. 1, 10. 22, 2 et subst. *tristitia* Iob. 7, 11. 10, 1.— b) *acerbus,* de clamore, luctu, nostr. *bitterlich.* צְעָקָה גְדֹלָה וּמָרָה clamor magnus et acerbus Gen. 27, 34. Esth. 4, 1. Ez. 27, 31: מִסְפֵּד מַר *lamentatio acerba* vehemens. It. de fato acerbo Prov. 5, 4. Am. 8, 10. Adv. מַר Jes. 33, 7 et מָרָה Ezech. 27, 30 acerbe. c) *acer* i. e. vehemens, fortis, ferox i. q. arab. مَرِيرٌ (unde simul manifestum est, quomodo עַז fortis Iud. 14, 14 opponi possit dulci) Hab. 1, 6; מַר נֶפֶשׁ id. Iud. 18, 25. 2 Sam. 17, 8. d) exitialis, perniciosus Ps. 64, 4. Jer. 2, 19. מֵי הַמָּרִים aquae acerbae i. e. uxori periurae exitiales futurae Num. 5, 18. 19.

מֹר, plene **מוֹר** Cant. 4, 6. 5, 5, sq. Makk. מָר־ (Ex. 30, 23) m. *myrrha* (a defluendo, destillando dicta, v. rad. מָרַר no. 1), arab. مُرٌّ, gr. *μύῤῥα* (qs. a forma fem. מֹרָה), *σμύρνα,* lacrima arboris in Arabia nascentis, teste Dioscoride (I, 77) spinae aegyptiacae similis, quae deinde concrescens abit in gummi amarum, odoratum et pretiosum, quo in suffitu utebantur. Ps. 45, 9. Prov. 7, 17. Cant. 3, 6. 4, 14. מֹר עֹבֵר Cant. 5, 5 et מָר דְּרוֹר Exod. 30, 23 est myrrha sponte ex arbore destillans, et propterea praestantissima, *σμύρνα στακτή.* צְרוֹר הַמֹּר

sacculus myrrha repletus, suavis odoris causa (tanquam בָּתֵּי נֶפֶשׁ Jes. 3, 20) e collo mulieris suspensus Cant. 1, 13 (alii fasciculum florum s. foliorum myrrhae intelligunt, contra usum horum vcc.). Caeterum de arbore myrrhifera vel hodie accuratius non constat. Vide Diosc. l. c. cum Sprengelii commentariis. Celsii Hierobot. T. I. p. 520.

I. מָרָא i. q. מָרָה, مَرَى 1) *strinxit* equum flagello, ad velocem cursum impulit (streichen, anpeitschen), v. Hiph. — 2) *contumax, rebellis fuit.* Part. fem. מֹרְאָה i. q. מוֹרָה rebellis Zeph. 3, 1.

Hiph. semel de struthione in nido cubante et alarum plausu qs. flagello ad cursum se impellente. Iob. 39, 18 (21): כָּעֵת בַּמָּרוֹם תַּמְרִיא *mox excitat se in altum.* Cf. שׁוּט et שׂוּט. Vett. intpp. *tollit se, surgit*, qs. מָרָא sit traiectis litteris i. q. רָאַם = רוּם.

II. מָרָא vel **מָרֵא** rad. in verbo non usitata: *cibo repletus, bene nutritus, pinguis fuit.* Arab. مَرَأَ et مَرِئَ bene profecit s. bene cessit cibus, مَرُؤَ fortis (pr. pinguis), virilis fuit, unde مَرْءٌ chald. מָרֵא vir. Inde מְרִיא pinguis, מֻרְאָה ingluvies, et n. pr. מַמְרֵא. Admodum vicinum est בָּרָא Hiph. saginavit, בָּרִיא pinguis, quod supra p. 172 ad secandi, inde comedendi notionem revocavimus. Sed nescio tamen, sitne potius ab implendo, ut מָרָא, בָּרָא prope accedat ad מָלֵא q. v. Congruunt sanscritica *prî, pri* implere, nutrire, sustentare).

מָרָא n. pr. f. (i. q. מָרָה moesta) Ruth 1, 20.

מָרֵא chald. *dominus* Dan. 2, 47. 4, 16. 21. 5, 23. Syr. ܡܳܪܳܐ, arab. مَرْءٌ id. pr. vir, a rad. מָרָא no. II.

מְראֹדַךְ Jes. 46, 1 et **מְרֹדָךְ** Jerem. 50, 2 n. pr. idoli Babyloniorum, prob. *Martis planetae*, quem, pariter atque Saturnum, tanquam sanguinolentum caedisque auctorem hostiis humanis placabant veteres Semitae (cf. de cultu eius apud veteres Arabes Comment. nostr. ad Jes. T. II. p. 344 sqq.). Nomen, quod hoc numen gerit apud Arabes et Nasoraeos, مِرِّيخ, ـــــ, ex nostro ortum videtur (*Mirrikh* ex *Mirdich*), atque huius ipsius origo (*Merodach* a stirpe *Mord*, *Mort*, quae et *mortem* et *caedem* significat v. p. 558 A, et syllaba formativa *ach*, *och* in assyriacis et chaldaicis crebriore, cf. אַרְיוֹךְ, גִּנְזַךְ, נִסְרֹךְ) bene quadrat ad deum caedis belliqne. Quid? quod *Mars, Mavors* et *mors* eiusdem originis esse videntur. — Caeterum huius numinis ab Assyriis et Babyloniis studiose culti praeter Jes. et Jer. l. l. c. c. testes habemus nomina propria regum assyriorum et babyloniorum cum hoc nomine composita (v. quae disputavimus ad Jes. T. I. p. 281), ut *Mesessimordachus, Sisimordachus*, אֱוִיל מְרֹדַךְ (q. v.) et

מְראֹדַךְ בַּלְאֲדָן (*Merodach* i. e. Mars est *deus dominus;* sec. Bohlenium i. q. pers. مردک بلادان vir laudatus, quod minus placet) rex Babyloniae Jes. 39, 1, teste Beroso (ap. Eusebium in Chronico, Vers. arm. ed. Aucher. T. I. p. 42. 43) prorex Assyriae regis, a quo defecerat Babyloniae imperium ipse capessens, v. Comment. nostrum ad Jes. l. c. Idem appellatur בְּראֹדַךְ בַּלְאֲדָן q. v. *m* in *b* mutato.

מַרְאֶה cstr. מַרְאֵה c. Suff. מַרְאֵיךְ Cant. 2, 5, מַרְאֵהוּ Levit. 13, 34, מַרְאֶהָ ib. comm. 35, saepius autem cum formis Suffixi, quae plurales esse videntur, quorum Jod tamen

radicale est (v. מִקְנֶה, מַעֲשֶׂה et Gramm. §. 90, 9), ut מַרְאֵךְ Cant. 2, 14, מַרְאָיו Iob. 41, 1, et מַרְאֵיהֶן, מַרְאֵיהֶם (quae cum sing. constructa habes Gen. 41, 21. Lev. 14, 37. Dan. 1, 15) pl. cstr. מַרְאֵי Eccl. 11, 9 Chethibh (Keri מַרְאֵה) m. (a rad. רָאָה) 1) *intuitus, adspectus.* Gen. 41, 21. Cant. 2, 14 et saepe. Lev. 13, 12: לְכָל־מַרְאֵה עֵינֵי הַכֹּהֵן *secundum omnem aspectum sacerdotis* i. e. quoad eum videt sacerdos. Deut. 28, 34: מַרְאֵה עֵינֶיךָ *quod oculi tui adspiciunt.* V. 67. Jes. 11, 3. Ez. 23, 16. — 2) *visio, visum* Ex. 3, 3. Ez. 8, 4. 11, 24. 43, 3. Dan. 8, 16. — 3) *forma, species* Ex. 24, 17. Ez. 1, 16. 28. Saepe postponitur in genitivo יְפַת מַרְאֶה Gen. 12, 11, טוֹבַת מַרְאֶה 24, 16. 26, 7 pulchrae formae, et praevio לְ: נֶחְמָד לְמַרְאֶה formae iucundae Gen. 2, 9. In stylo prophetico *species alic. rei* est *quod tali rei simile est*, cf. דְּמוּת no. 3. Dan. 10, 18: וַיִּגַּע־בִּי כְּמַרְאֵה אָדָם *tetigit me quiddam speciei humanae instar.* Ez. 8, 2, adeo 1, 26: דְּמוּת כְּמַרְאֵה.

מַרְאָה f. praecedentis 1) *visio*, i. q. חָזוֹן Dan. 10, 7. 8. 16. מַרְאֹת הַלַּיְלָה visiones nocturnae Gen. 46, 2. מַרְאוֹת אֱלֹהִים visiones a Deo concessae Ez. 8, 3. 40, 2. 2) *speculum* Ex. 38, 8. (Arab. مِرْآة id.) Cf. רְאִי.

מֻרְאָה f. (a rad. מָרָא no. II) *ingluvies* avium Lev. 1, 16. (Arab. مَرِيء id.).

מָרֵשָׁה **מָרֵאשָׁה** Jos. 15, 44, et 2 Chr. 11, 8. 14, 8. 9. Mich. 1, 15 (i. q. מַרְאֲשָׁה quod *a capite* est) n. pr. oppidi muniti in campestribus Judae, gr. *Μαρισά* 2 Macc. 12, 35, *Μαρησά* Jos. antt. 8, 10, §. 1, *Μάρισσα* 12, 6 §. 6.

מְרַאֲשׁוֹת pl. f. (denom. a רֹאשׁ) pr. quod *ad caput* alic. est, opp. מַרְגְּלוֹת quod ad pedes est. Abit in praep. *ad caput* alic., c. Suff. מְרַאֲשֹׁתָיו ad caput eius 1 Sam. 19, 13. 26, 7. 11. 16. 1 Reg. 19, 6, sub caput eius Gen. 28, 11. 18. Sq. gen. nominis legitur 1 Sam. 26, 12: מְרַאֲשֹׁתֵי שָׁאוּל *a capite Sauli*, fort. pro מִמְּרַאֲשֹׁתֵי Mem eiecto (nisi mavis reponere מְרַאֲשׁוֹתֵי), cum dupl. terminatione plur. v. Gramm. hebr. §. 86, 4 not.

מַרְאָשׁוֹת id. C. Suff. מַרְאֲשֹׁתֵיכֶם Jer. 13, 18: יָרַד מַרְאֲשֹׁתֵיכֶם עֲטֶרֶת תִּפְאַרְתְּכֶם *descendit capita vestra* i. e. de capitibus vestris *corona decoris vestri.* יָרַד h. l. sq. acc. rei, de qua descenditur, ut יָצָא, עָלָה. Caeterum nil impedit, quominus legas מְרַאֲשֹׁתֵיכֶם, ut 1 Sam. 26, 12.

מֵרַב (multiplicatio a rad. רָבַב, ad formam מֵסַב) n. pr. filiae Sauli 1 Sam. 14, 49. 18, 17. 19.

מַרְבַדִּים plur. *tegumenta, strata.* Prov. 7, 16. 31, 22, a rad. רָבַד.

מִרְבָּה f. (a rad. רָבָה) *amplitudo* pro concr. *ampla* Ez. 23, 32.

מַרְבֶּה m. (a rad. רָבָה) 1) *multiplicatio, amplificatio* Jes. 9, 6. 2) *copia.* Jes. 33, 23: *tunc dividitur praeda* מַרְבֶּה *magnâ copiâ.*

מַרְבִּית f. (a rad. רָבָה) 1) *multitudo, magnitudo* 2 Chr. 9, 6. 30, 18. 2) *maxima pars* 1 Chr. 12, 29. 3) *soboles*, incrementum familiae 1 Sam. 2, 33. 4) *fenus*, qs summae capitalis incrementum Lev. 25, 37 (cf. gr. τόκος a τίκτω, lat. *fenus* a feo i. e. fero, pario, unde fetus, fecundus, v. Gellius 16, 13).

Arab. رِبًا fenus, IV. feneravit.

מַרְבֵּץ st. cstr. מִרְבַּץ Ez. 25, 5 (v. Lgb. pag. 578) m. (a rad. רָבַץ) *cubile* (pecoris) Zeph. 2, 15.

מַרְבֵּק m. *stabulum*, in quo pecus *alligatur*, a rad. רָבַק q. v. Am. 6, 4. 1 Sam. 28, 24. Jer. 46, 21. Mal. 3, 20.

מָרַג rad. inusit., quae idem significasse videtur quod נָרַג, arab. quadril. نَبْرَجَ, quoad ex derivatis colligitur: 1) *cito volvit se,* unde מוֹרַג tribulum (nisi forte מרג in hoc nomine est i. q. מָרַח, מָרַק trivit, contrivit); 2) *celeriter locutus est*, de garrulis, susurronibus, unde نَبْرَجَ, נִרְגָּן susurro.

מַרְגּוֹעַ m. (a rad. רָגַע) *quies, locus quietis* Jer. 6, 16.

מַרְגְּלוֹת pl. f. (denom. a רֶגֶל) quod *ad pedes* alicuius est, opp. מְרַאֲשׁוֹת q. v. Ruth 3, 5 sq. Dan. 10, 6. In Acc. adv. *ad pedes* alic. Ruth 3, 8.

מַרְגֵּמָה f. *acervus lapidum*, a rad. רָגַם, arab. رجم, lapides coacervavit. Prov. 26, 8: כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה *ut sacculus gemmarum in acervo lapidum*, proverbialis locutio similis verbis Matth. 7, 6. Non male Luth. als ob man Edelsteine auf den Rabenstein würfe. — LXX. מ׳ *fundam* (a rad. רָגַם lapides iecit) interpretantur: ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ.

מַרְגֵּעָה f. (a rad. רָגַע) *quies, habitatio tranquilla* Jes. 28, 12.

מָרַד fut. יִמְרֹד *contumax, rebellis fuit, seditionem movit* Gen. 14, 4, sq. בְּ 2 Reg. 18, 7. 20. 24, 1. 20, et עַל eius *contra* quem insurgunt Neh. 2, 19. 2 Chr. 13, 6, rarius c. acc. (cf. מָרָה) Jos. 22, 16. Iob. 24, 13 (v. infra). מָרַד בַּיהוָה a Jehova defecit (idola colendo) Jos. 22, 16 sqq. Ez. 2, 3. Dan. 9, 9. Poët. מֹרְדֵי־אוֹר qui adversantur luci, inimici lucis Iob. 24, 13. (Syr. ܡܪܕ id. Arab. pervicax, contumax fuit. Vicinum est מָרָה).

Derivv. statim sequuntur, praeter n. pr. נִמְרֹד.

מְרַד chald. i. q. hebr. Esr. 4, 19.

מֶרֶד m. 1) *rebellio, defectio* Jos. 22, 22. 2) n. pr. m. 1 Chr. 4, 17. 18.

מָרָד chald. adj. *rebellis*, f. מָרָדָא st. emphat. מָרָדְתָּא Esr. 4, 12. 15.

מַרְדּוּת *contumacia* 1 Sam. 20, 30.

מְרֹדַךְ v. מְרֹאדַךְ.

מָרְדֳּכַי (pers. مردكى homuncio, vel Martis cultor, a מְרֹדַךְ) n. pr., vir Benjaminita in Persiae metropoli degens, Estherae nutritius, dein supremus regis amicus Esth. 2, 5 sqq. LXX. Μαρδοχαῖος.

מֻרְדָּף m. Jes. 14, 6, si recta est scriptura, part. Hoph. a rad. רָדַף, subst. *persecutio*. Sed nullus dubito cum Doederlinio pro מרדף reponere מִרְדַּת (dominium) a rad. רָדָה. Vide comment. nostr. ad h. l.

מָרָה 1) pr. i. q. arab. مَرَى *strinxit* (nostr. *streichen, streifen*), spec. flagello (cf. vic. מָרָא), cutem novaculâ, unde מוֹרָה novacula. V. Schultensium ad Haririi Cons. I, p. 24, de defect. ling. hebr. p. 117. (Vicina sunt מָרַח, מָרַק fricavit, bestreichen, reiben, einreiben). Hinc

2) *contumax, rebellis fuit* Deut. 21, 18. 20. Ps. 78, 8, pr. restitit, repugnavit, ambabus manibus stringendo et contendendo. (Arab. مرى denegavit, quod deberet, Conj. III contendit disputando). Constr. c. בְּ eius cui resistitur Ps. 5, 11. Hos. 14, 1, et c. acc. (pr. *propulsavit* aliquem) Jer. 4, 17. Ps. 105, 28, max. in formula מָרָה אֶת־פִּי יְהוָה repugnavit mandato divino Num. 20, 24. 27, 14. 1 Sam. 12, 15 (quod fortasse olim sensu proprio acceptum valebat: strinxit s. percussit os alic. i. e. verba eius audire noluit, vilipendit, cf. Dan. 4, 32).

Hiph. הִמְרָה fut. apoc. וַתֶּמֶר (Ez. 5, 6) i. q. Kal no. 2 *restitit, repugnavit.* Iob. 17, 2: בְּהַמְּרוֹתָם תָּלַן עֵינִי pr. *in resistentia eorum com-*

moratur oculus meus, i. e. nil nisi reclamationem video s. experior, it. *refractarius*, *contumax fuit* Ps. 106, 7. Constr. a) sq. accus. (ut in Kal) Ps. 78, 17. 40. 56, saepe in form. הִמְרָה אֶת־פִּי יְהוָה de qua vide Kal Deut. 1, 26. 43. Jos. 1, 18, et in eandem sententiam הִמְרָה אֶת רוּחַ יי Ps. 106, 33, et עֵינֵי יי (q. d. offendit oculos Jehovae) Jes. 3, 8. b) sq. בְּ (contra) Ps. 106, 43. Ez. 20, 8. c) sq. עִם Deut. 9, 7. 24, pr. contendit *cum* al.

Nomm. deriv. מֶרִי, מוֹרָה, et nomm. pr. מְרָיָה, יִמְרָה, מָרָה no. I, מְרָיוֹת, מְרָיִם.

Not. In duobus exemplis rad. מָרָה significationem mutuata esse videtur a vicina מָרַר amarus fuit. Unum est 2 Reg. 14, 26: עֳנִי יִשְׂרָאֵל מֹרֶה מְאֹד *afflictio Israëlis valde acerba* (ut omnes Verss. vett.), ubi vix placebit *afflictio refractaria* i. e. pertinax, neque video, quomodo ex notione rad. מָרָה cum Schultensio *acris* afflictionis notio elici possit. Alterum exemplum est מְרִי Iob. 23, 2 q. v. Contra מָרַר adoptavit significationem verbi מָרָה Ex. 23, 21.

I. מְרָה f. dual. מְרָתַיִם (a rad. מָרָה) *defectio iterata*, nomen symbolicum Babylonis Jer. 50, 21.

II. מָרָה (amaritudo, a rad. מָרַר) n. pr. fontis amari s. salsi in paeninsula Sinaitica Ex. 15, 23. Num. 33, 8, ex probabili sententia Burckhardti (vid. itin. Syriae pag. 777 sqq.) eiusdem qui hodie بير حوارة *Bîr Howara* appellatur, non *fontes Mosis* (عيون موسى), quae Pocockii et Niebuhrii sententia erat.

מָרָּה (l. *morra*) f. (a rad. מָרַר) *moeror* Prov. 14, 10.

מֹרָה f. id. Gen. 26, 35: מֹרַת רוּחַ *moeror animi.*

מָרוּד m. (a rad. רוּד no. 2) Thren. 3, 19, pl. מְרוּדִים 1, 7 *persecutio* alicuius. Concr. *persecutionibus vexatus* Jes. 58, 7.

מֵרוֹז (prob. pro מֵאֲרוֹז, مأرز refugium, a rad. אָרַז, أرز contraxit, recepit se) n. pr. oppidi in Palaestina septentrionali Iud. 5, 23.

מָרוֹחַ m. *contritus*, a rad. מָרַח. Lev. 21, 20: מְרוֹחַ אָשֶׁךְ *contritis testiculis* castratus. Sed LXX *μονόρχις*. Vulg. *herniosus*.

מָרוֹם m. (a rad. רוּם) 1) *altitudo; altum, excelsum, sublime.* In genit. postpositum הַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל mons altus Israëlis, de Zione Ez. 17, 23. 20, 40. 34, 14. בַּמָּרוֹם *in altum* Iob. 39, 18, et מָרוֹם in acc. id. Jes. 37, 23: וַתִּשָּׂא מָרוֹם עֵינֶיךָ *et tollis in altum oculos tuos.* Concr. *excelsus* (de Deo) Ps. 92, 9, et coll. *supremi, principes* Jes. 24, 4. Poët. *sublime* etiam dicitur de *re longe remota.* Ps. 10, 5: מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגְדּוֹ *remota sunt iudicia tua ab eo*, cf. רוּם Jes. 30, 18.

2) *locus altus, editus* Hab. 2, 9, spec. de coelo Ps. 18, 17. Jes. 24, 18. 21. 40, 26. 57, 15. 58, 4. Jer. 25, 30, pl. מְרוֹמִים id. Iob. 16, 19; de alta sede Jehovae in Zione Ps. 7, 8, de arce inaccessa Jes. 26, 5. Plur. translate de magnis honoribus Eccl. 10, 6.

3) *elatio animi, superbia,* adv. Ps. 56, 3.

מֵרוֹם (altum, locus altus) מֵי־מֵרוֹם Jos. 11, 5. 7 n. pr. lacus ad radices montis Libani in regione *alta* siti, gr. *Σαμοχωνῖτις* Jos. Antiqu. V, 6, arab. بحيرة الحولة dicti, quem Jordanes perfluit.

מֵרוֹץ m. (a rad. רוּץ) *cursus* Eccl. 9, 11.

מְרוּצָה f. I) i. q. מֵרוֹץ 2 Sam. 18, 27. Jerem. 23, 10. II) *oppressio* pauperum, significatione petita a rad. רָצַץ. Jer. 22, 17.

מְרוּקִים m. pl. (a rad. מָרַק) *mundatio* Esth. 2, 12.

מָרוֹת (amaritudines, fontes amari) n. pr. oppidi in tribu Judae, semel Mich. 1, 12.

מַרְזֵחַ Jer. 16, 5 cstr. מִרְזַח Am. 6, 7 (cf. Lgb. pag 578) i. q. arab. رَزَحَ *clamor*, elatio vocis sive ad laetitiam Am. l. c., sive ad fletum Jer. l. c. Cf. مِرْزِيحٌ vehementi voce praeditus. Eiusdem generis vcc. media sunt יָלַל et רָנַן.

מָרַח 1) *fricuit, trivit, contrivit,* v. מָרוֹחַ. (Cognata sunt מָרָה, מָרַק, et ר in sibilum verso מָשַׁח. Arab. مَرْخٌ arbor, ex qua trita ignis elicitur). 2) i. q. arab. مَرَخَ *innuxit*, v. c. corpus oleo. IV. emollivit. In V. T. semel de cataplasmate imposito Jes. 38, 21: *Jesaia iubente caricas sumebant* וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין praegn. *easque emollitas ulceri imponebant.* LXX. καὶ τρίψον καὶ κατάπλασαι. Inde מָרוֹחַ.

מֶרְחָב m. (a rad. רָחַב) *amplum spatium.* Hab. 1, 6. Saepe metaph. de libertate et salute (opp. angustiis, צַר, cf. יֵשַׁע). Ps. 18, 20: וַיּוֹצִיאֵנִי לַמֶּרְחָב *eduxit me in amplum spatium,* h. e. liberavit me ex angustiis. 31, 9. 118, 5. Semel in malam partem Hos. 4, 16: כְּכֶבֶשׂ בַּמֶּרְחָב *ut ovis in amplo spatio,* ubi facile a grege aberrare potest.

מֶרְחָק (a rad. רָחַק) pl. מֶרְחַקִּים et מַרְחַקִּים Jes. 33, 17. Jer. 8, 19 m. *longinquitas, longinquum, locus longinquus.* מִמֶּרְחָק e longinquo, post verba veniendi Jes. 10, 3. 30, 27, sed 17, 13: נָס מִמֶּרְחָק *fugit e longinquo* i. e. aufugit longe et iam e longinquo prospicit. אֶרֶץ מֶרְחָק terra remota. Jes. 13, 5, pl. אֶרֶץ מֶרְחַקִּים Zach. 10, 9, מַרְחַקִּים Jes. 33, 17. Jer. 8, 19, מֶרְחַקֵּי־אֶרֶץ Jes. 8, 9 terrae remotae.

מַרְחֶשֶׁת f. (a rad. רָחַשׁ) *olla, ahenum* pr. vas, in quo res ebulliunt Lev. 2, 7. 7, 9.

מָרַט (vic. verbo מָלַט, q. v.) pr. laevigavit, inde 1) *polivit, acuit* gladium Ez. 21, 14. 33. 2) laeve fecit caput alic. i. e. depilavit aliquem, *evulsit* l. *vellicavit* crines, in altercando, castigando Neh. 13, 25, ludibrii causa Jes. 50, 6 (ubi מֹרְטִים sunt vellicantes barbam), in luctu Esr. 9, 3. — Ez. 29, 18: כָּל־כָּתֵף מְרוּטָה *quivis humerus est depilis factus,* nimirum oneribus portandis.

Niph. depilis, calvus factus est Lev. 13, 40. 41.

Pu. 1) *politus est* (de metallo) 1 Reg. 7, 45. 2) *acutus est* (gladius). Part. מֹרָטָּה pro מְמֹרָטָה (cum dag. f. euphon.) Ez. 21, 15. 16. Huc multi etiam referunt עַם מוֹרָט Jes. 18, 2. 7 pro מְמֹרָט *populus acer* h. e. *celer,* vehemens (cf. חָדַד no. 2). Sed vide supra s. v. מוֹרָט.

מְרַט chald. i. q. hebr. no. 2 *evulsit* (alas). Praet. pass. *evulsus est* Dan. 7, 4.

מְרִי m. in pausa מֶרִי, c. Suff. מֶרְיְךָ Deut. 31, 27, מְרָיִם Neh. 9, 17 (a rad. מָרָה) I) *contumacia.* Ez. 2, 5: כִּי בֵּית מְרִי הֵמָּה *sunt enim isti domus* i. e. populus *contumax.* בְּנֵי מֶרִי contumaces. Num. 17, 25. Ellipt. pro אִישׁ, אַנְשֵׁי מְרִי. Ez. 2, 7: כִּי מְרִי הֵמָּה *nam contumaces sunt.* V. 8. 44, 6. Prov. 17, 11. — II) *amaritudo,* significatione petita a rad. מָרַר (cf. not. ad מָרָה). Iob. 23, 2: גַּם הַיּוֹם מְרִי שִׂחִי *etiamnunc amaritudo* i. e. amara est *querela mea.* Qui vulgarem significatum vc. מְרִי retinent, haec verba interpretantur: num *etiamnunc rebellio* vobis videtur *querela mea?* quod mihi iusto durius videtur.

מְרִי בַעַל n. pr. filii Jonathani 1 Chr. 9, 40, qui idem paulo superius מְרִיב בַּעַל (Baalem impugnans) vocatur, quae scriptura verior videtur.

מְרִיא (a rad. מָרָא) adj. *pinguis, saginatus* Ez. 39, 18, dein subst. *pecus saginata*, spec. *vitulus saginatus*, *μόσχος σιτευτός*. Plerumque copulatur cum verbis שׁוֹר et בָּקָר. 2 Sam. 6, 13. 1 Reg. 1, 9. 19, 25. Jes. 11, 6. Plur. מְרִיאִים Jes. 1, 11. Am. 5, 22.

מְרִיבָה f. (a rad. רִיב) 1) *rixa, lis* Gen. 13, 8. Ex. 17, 7. Num. 27, 14. 2) n. pr. a) fontis e rupe profluentis in deserto Sin ad sinum Heroopolitanum. Exod. 17, 1—7. b) מֵי מְרִיבָה (aqua contentionis) alius eiusmodi fons in deserto Zin ad Kadesam Num. 20, 13. 24. Deut. 33, 8. Ps. 81, 8. 106, 32, plene מֵי מְרִיבוֹת קָדֵשׁ Ez. 47, 19.

מְרָיָה (contumacia) n. pr. m. Neh. 12, 12.

מֹרִיָּה et **מוֹרִיָּה** *Moria*, n. pr. collis Hierosolymitani, in quo Salomo templum exstruebat 2 Chr. 3, 1. Gen. 22, 2: אֶרֶץ הַמֹּרִיָּה *terra Moriae* i. e. regio illum montem circumiacens, ei vicina, q. d. ager Moriae, cf. אֶרֶץ הָעַי Jos. 8, 1. — Ad originem quod attinet, ipsi sacri scriptores (Gen. 22, 8. 14. 2 Chr. l. c.) alludunt etymo a rad. רָאָה, quod optime ita vindicatur, ut מֹרִיָּה contr. statuamus ex מְרְאִי־יָהּ pro מָרְאֶה יָהּ (Part. Ho.) c. Jod compaginis i. e. *electus a Jehova*, quale nomen sacrario egregie convenit.

מְרָיוֹת (contumaciae) n. pr. m. 1) 1 Chr. 5, 32. 6, 37. Esr. 7, 3. 2) 1 Chron. 9, 11. Neh. 11, 11. 3) Neh. 12, 15, alibi מְרֵמוֹת (in veteri enim scriptura י et מ litterae sibi similes sunt).

מִרְיָם (pr. contumacia eorum) n. pr. f. *Mirjam*, gr. *Μαριάμ*, *Μαρία* 1) soror Mosis, prophetissa Exod. 15, 20. Num. 12, 1. Mich. 6, 4. 2) 1 Chr. 4, 17.

מְרִירוּת f. (a rad. מָרַר) *moeror* Ez. 21, 11.

מְרִירִים v. כִּמְרִיר.

מְרִירִי m. adj. (a rad. מָרַר) *amarus*, inde *venenosus* Deut. 32, 24. Cf. מְרֹרָה.

מֹרֶךְ m. pr. mollities, transl. *pavor, timor* Lev. 26, 36. (LXX. *δειλία*) a rad. רָכַךְ, unde forma segolata מֹרֶךְ = מֹרְךְ eodem modo quo חֶבֶל, מֶכֶס a radd. בָּלַל, כָּסַס; אֶרֶן, תֹּרֶן a רָנַן; f. תְּהִלָּה ab הָלַל. Secundarium est et a nostro nomine petitum, quod Rabbini habent נתמרך mollescere.

מֶרְכָּב m. (a rad. רָכַב) 1) *currus* 1 Reg. 5, 6. 2) *sedile* currûs Cant. 3, 10. Lev. 15, 9.

מֶרְכָּבָה f. 2 Sam. 15, 1. 1 Reg. 7, 33, cstr. מִרְכֶּבֶת Gen. 41, 43, c. Suff. מֶרְכַּבְתּוֹ Gen. 46, 29. 1 Sam. 8, 11, pl. מַרְכָּבוֹת Zach. 6, 1. Joël 2, 5, cstr. מַרְכְּבוֹת Ex. 15, 4 c. Suff. מַרְכְּבֹתֶיךָ Mich. 5, 9 f. *currus* Gen. 46, 29, maxime bellicus, v. exempla supra laudata.

מַרְכֹּלֶת f. (a rad. רָכַל) *mercatus* Ez. 27, 24.

מִרְמָה f. (a rad. רָמָה Pi. decepit) 1) *fraus* Gen. 27, 35. 34, 13. אִישׁ מִרְמָה vir fraudulentus Ps. 5, 7. אַבְנֵי מִרְמָה pondera fraudulenta i. e. adulterina Mich. 6, 11, מֹאזְנֵי מִרְמָה lances adulterinae Prov. 11, 1. Meton. *opes fraude partae* Jer. 5, 27. Pl. מִרְמוֹת Ps. 10, 7. 35, 20. 2) n. pr. m. 1 Chr. 8, 10.

מְרֵמוֹת (elationes) n. pr. m. 1) Esr. 8, 33. Neh. 3, 4. 21. 10, 6. 12, 3, pro quo מְרָיוֹת V. 15. 2) Esr. 10, 36.

מִרְמָס m. (a rad. רָמַס) *conculcatio*, *res* pedibus *conculcanda*. Jes. 5, 5. 7, 25. 10, 6. Esr. 34, 19.

מֶרֶס n. pr. principis Persici Esth. 1, 14 (sec. Bohlenium برز excelsus).

מַרְסְנָא n. pr. principis pers. ibid. (fort. i. q. praec.)

מֵרֵעַ m. (utroque Zere impuro) i. q. רֵעַ *amicus, socius;* c. Suff. מֵרֵעֵהוּ Gen. 26, 26, plur. מֵרֵעִים Iud. 14, 20. 15, 6, c. Suff. מֵרֵעֵהוּ pro מֵרֵעֵיהוּ Prov. 19, 7. Formam habet qs. Hiph. verbi רָעַע, significationem a verbo רָעָה no. 2 mutuatam, nisi forte statui potest, מֵרֵעַ comp. esse ex רֵעַ et מִן (ut مُذْأَل, מִצְּעִיר v. מִן no. 3, litt. c) et *socium* notare *tantum non familiarem* i. q. מְיֻדָּע. Hac sola certe ratione explicatur Zere prioris syllabae immutatum.

מִרְעֶה m. (a rad. רָעָה) c. Suff. מִרְעֵהוּ Iob. 39, 8, מִרְעֵיכֶם Ez. 34, 18 *pascuum, pabulum* pecoris Gen. 47, 4. Joël 1, 18. Iob. 39, 8.

מֵרֹנֹתִי n. gent. aliunde noncognitum 1 Chr. 27, 30. Neh. 3, 7.

מַרְעִית f. (a rad. רָעָה) 1) *pastus, pastio.* צֹאן מַרְעִיתִי oves, quas pascor Jer. 23, 1. Ps. 74, 1. 79, 13. 100, 3. עַם מַרְעִיתוֹ populus, quem pascitur (Deus) Ps. 95, 7. 2) *grex* Jer. 10, 21.

מַרְעֲלָה (tremor, fort. terrae motus) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. 19, 11.

I. **מַרְפֵּא** m. et **מַרְפֵּה** Jer. 8, 15 (a rad. רָפָא sanavit) 1) *sanatio* (morbi) 2 Chron. 21, 18. 36, 16. Jerem. 14, 19. Inde 2) *recreatio* tum corporis Prov. 4, 22. 16, 24, tum animi 12, 18. 13, 17. 3) *liberatio* (e calamitate) Prov. 6, 15. 29, 1. Mal. 3, 20. 4) *remedium* Jer. 33, 6.

II. **מַרְפֵּא** (a rad. רָפָא = רָפָה remisit) pr. animus remissus, inde *tranquillitas* animi, *mansuetudo.* Prov. 14, 30: לֵב מַרְפֵּא *animus mansuetus.* 15, 4: מַרְפֵּא לָשׁוֹן *tranquillitas linguae*, i. e. sermo lenis, modestus. Eccl. 10, 4: *mansuetudo prohibet magna delicta.*

מִרְפָּשׂ m. (a rad. רָפַשׂ) *aqua conculcando turbata* Ez. 34, 19.

מָרַץ rad. in Kal inusit., de cuius primaria potestate saepe disputatum est. Equidem nullus dubito, quin verum viderit Kimchius, cui potestas primaria videtur: *validus, vehemens fuit.* Namque haec non solum omnibus locis egregie convenit, sed commendatur etiam finitimo פָּרַץ (m et p permutatis) violentus fuit (Hos. 4, 2), unde פָּרִיץ violentus. Secundarium videtur et a *gravi labore* ductum, quod habent Arabes مَرِضَ languit, aegrotus (pr. labore confectus) fuit.

Niph. Iob. 6, 25: מַה־נִּמְרְצוּ אִמְרֵי־יֹשֶׁר *quam valida sunt verba iusta.* 1 Reg. 2, 8: קְלָלָה נִמְרֶצֶת *exsecratio valida* s. *vehemens.* Mich. 2, 10: חֶבֶל נִמְרָץ *corruptio vehementissima*, summa pernicies.

Hiph. vehementem fecit, *irritavit.* Iob. 16, 3: מַה־יַּמְרִיצְךָ *quid te* adeo *irritat?*

מַרְצֵעַ m. *subula,* a perforando dicta (rad. רָצַע) Ex. 21, 6. Deut. 15, 17.

מַרְצֶפֶת f. (a rad. רָצַף) *pavimentum,* locus lapidibus stratus. 2 Reg. 16, 17.

מָרַק pr. *fricuit* (cf. vic. מָרַח, et ex graecis ἀμέργω, ὀμοργνύω), inde 1) *polivit* (metallum). 2 Chr. 4, 16: נְחֹשֶׁת מָרוּק *aes politum.* Jer. 46, 4: מִרְקוּ הָרְמָחִים *polite hastas;* 2) *mundavit* lavando, ungendo, cf. תַּמְרוּקִים. (Syr. ܡܪܩ abstersit).

Pu. מֹרַק pass. no. 1 *tersus est* Lev. 6, 21.

Derivv. מְרוּקִים, תַּמְרוּקִים.

מָרָק m. *ius, iusculum* Iud. 6, 19. 20 et Jes. 65, 4 Keri. Arab. مَرَق et مَرَقَة id. Propria vocabuli forma est פָּרָק (q. v.) a rad. פָּרַק.

מֶרְקָח m. (a rad. רָקַח) pl. *herba aromatica* Cant. 5, 13.

מִרְקָחָה f. (a rad. רָקַח) *unguentum* Ez. 24, 10, *vas unguentarium* Iob. 41, 23.

מִרְקַחַת f. (a rad. רָקַח) 1) *conditura unguentorum* Exod. 30, 25. 2 Chron. 16, 14. 2) *unguentum* 1 Chr. 9, 30.

מָרַר 1) *fluxit, stillavit*, unde מַר gutta, מֹר myrrha, a destillando dicta, et prob. מְרֵרָה fel. (Arab. مَرَّ fluere fecit, مَرْمَرَةٌ pluvia frequens, et مَمَرٌّ canalis. Trilitt. مَرّ eundi, transeundi potestate frequentatur, quae cum *fluendi* vi in multis radd. coniuncta est, v. הָלַךְ no. 4, جَرَى cucurrit, fluxit, aram. רְהַט cucurrit, unde רְהָטִים canales).

2) *amarus fuit.* (Arab. مَرَّ fut. A. id. et sic in omnibus linguis cognatis, adde lat. *amarus*, it. *moereo.* Quae notio quomodo cum priori cohaereat, non satis constat. Fortasse denom. est a מֹר myrrha et מְרֵרָה bile, ut rebus amarissimis). Impers. מַר לִי amarum est mihi i. e. tristis sum Thren. 1, 4, sq. מִן (*de al.*) Ruth 1, 13. Fut. A. יֵמַר Jes. 24, 9, cf. Gramm. hebr. §. 67 not. 3.

3) *exacerbatus est* 1 Sam. 30, 6.

Pi. fut. יְמָרֵר 1) *amarum, acerbum reddidit* aliquid Exod. 1, 14. Jes. 22, 4: אֲמָרֵר בַּבֶּכִי *acerbe fleo.* 2) *exacerbavit, irritavit, lacessivit* al., cf. Hithp. Gen. 49, 23.

Hiph. הֵמַר, inf. הָמֵר 1) *acerbam fecit* vitam Iob. 27, 2. 2) sq. לְ *moerore affecit* aliquem. Ruth 1, 20: הֵמַר לִי שַׁדַּי *moerore me affecit omnipotens.* Cf. הֵרַע לְ V. 21. 3) *acerbe flevit*, pro pleniore הָמֵר בְּכִי Zach. 12, 10.

Not. תַּמֵּר Ex. 23, 21 est fut. Hi. more chaldaeo pro תָּמֵר, sed significatione petita a verbo מָרָה, sq. בְּ rebellavit. Cf. not. ad מָרָה.

Hithpalp. הִתְמַרְמַר *exacerbatus est* Dan. 8, 7. (Syr. ܐܬܡܪܡܪ exacerbavit, lacessivit, arab. مَرْمَرَ iratus fuit).

Derivv. מַר, מָרָה, מְרִירִי, מְרִירוּת, תַּמְרוּרִים, מַמְּרֹרִים, n. pr. מֶמֶר, מְרָא, et quae statim sequuntur.

מְרֵרָה f. *bilis*, a fluendo (v. מָרַר no. 1) dicta, cf. germ. *Galle* quod pr. scaturiginem notat, ut cogn. Quelle. Iob. 16, 13, arab. مَرَّةٌ, مَرَارَةٌ.

מְרֹרָה f. 1) *amaritudo, acerbitas.* Deut. 32, 32: אַשְׁכְּלֹת מְרֹרֹת *uvae amaritudinum* i. e. amarae. Metaph. *acerba* (supplicia) Iob. 13, 26: כִּי תִכְתֹּב עָלַי מְרֹרוֹת *quod tam acerba mihi imponis*, tam acerbo supplicio me afficis. 2) *bilis, fel* Iob. 20, 25. מְרֹרַת פְּתָנִים *fel viperarum* ib. 14 de veneno viperarum, quod in felle inesse falso credebant veteres (Plin. H. N. 11, 37 s. 62), quanquam in aliis etiam huius radicis formis *amari* notio ad *venenum* relata est (v. מְרִירִי, syr. ܡܪܬܐ, zab. מררא venenum).

מְרֹרִים m. *herbae amarae* Ex. 12, 8. Num. 9, 11 (LXX. πικρίδες. Vulg. *lactucae agrestes*) Thren. 3, 15 (ubi in altero membro est לַעֲנָה absinthium).

מְרָרִי (amarus, infelix) n. pr. filii Levi Gen. 46, 11. Ex. 6, 16. Consonat patron. Num. 26, 57.

מָרֵשָׁה v. מָרֵאשָׁה.

מִרְשַׁעַת f. (a rad. רָשַׁע) *scelus*, idque concr. pro scelesta 2 Chron. 24, 7.

מַשָּׂא m. 1) verbale inf. a rad. נָשָׂא: *portatio.* Num. 4, 24: לַעֲבֹד וּלְמַשָּׂא *ad laborandum et ad portandum.* 2 Chr. 20, 25: לְאֵין מַשָּׂא *ut portari non posset*, cf. 35, 3. Subst. Num. 4, 19. 27. 31. 32. 47. — 2) *onus*, quod portatur 2 Reg. 5, 17. Jer. 17, 21 sq. Num. 11, 11. הָיָה

לְמַשָּׂא oneri fuit 2 Sam. 15, 33. 19, 36, sq. עַל Iob. 7, 20. — 3) מַשָּׂא נֶפֶשׁ ad quod animus se attollit i. e. quod desiderat Ez. 24, 25, cf. rad. no. 1, c. — 4) *effatum* (v. rad. no. 1, litt. f), *sententia* Prov. 30, 1. Collect. 31, 1: מַשָּׂא אֲשֶׁר יִסְּרַתּוּ אִמּוֹ *sententiae, quas eum docuerat mater.* Spec. effatum Dei 2 Reg. 9, 25, vel prophetae, sq. genit. obiecti Jes. 13, 1: מַשָּׂא בָּבֶל *oraculum* (pronuntiatum) *in Babylonem* 15, 1. 17, 1. 19, 1. 21, 1. 11. 13. 22, 1. 23, 1. Nah. 1, 1. Hab. 1, 1, it. sq. בְּ Zach. 9, 1, עַל 12, 1, אֶל Mal. 1, 1. Plenius dr. מַשָּׂא דְבַר יְהוָֹה effatum verbi Dei Zach. 9, 1. 12, 1. Quum מַשָּׂא saepe reperiatur in inscriptt. oraculorum minacium, Hieronymus, Luth. aliique etiam in his exemplis *onus* reddiderunt et oraculum molestum s. minax notari voluerunt, v. Hieron. prol. ad Habac., et ad Jes. 13, 1, sed reperitur etiam in bonam partem Zach. 12, 1. Mal. 1, 1. Caeterum in utroque, oneris et oraculi, significatu luditur Jerem. 23, 33 sq. Ez. 12, 10. — 5) *cantus* (v. rad. no. 1, litt. e) 1 Chr. 15, 27: הַשַּׂר הַמַּשָּׂא *concentus musici moderator.* Ita LXX ἄρχων τῶν ᾠδῶν, et Kimchius. Al. praefectus portationis sc. arcae sanctae. — 6) *donum* (cf. נָשָׂא Pi. no. 2. 3), inde *tributum,* i. q. מִנְחָה no. 2. 2 Chr. 17, 11. — 7) n. pr. filii Ismaëlis Gen. 25, 14. 1 Chr. 1, 30.

מַשֹּׂא (l. *masso*) m. 2 Chr. 19, 7: מַשֹּׂא פָנִים *partium studium,* v. נָשָׂא no. 3, litt. *α. β.*

מַשָּׂאָה f. *incendium,* ab elatione fumi dictum Jes. 30, 27, cf. מַשְׂאֵת no. 1.

מַשְׂאֵת (pro מַשְׂאֶאת) f. cstr. מַשְׂאַת (pro מַשְׂאֶאת) Gen. 43, 34, pl. מַשְׂאֹת 1) *elatio* v. c. manuum Ps. 141, 2, fumi in incendio. Iud. 20, 38. 40 (cf. מַשָּׂאָה). 2) *signum,* quod erigitur i. q. נֵס Jer. 6, 1, fort. spec. signum igne datum, cf. no. 1, et talmud. משואות de signis flammeis in novilunio datis, v. Mischn. Rosch haschana 2 §. 2. 3) *onus* Zeph. 3, 18. 4) i. q. מַשָּׂא no. 4 *effatum* Thren. 2, 14. 5) i. q. מַשָּׂא no. 6 *donum* Esth. 2, 18. Jer. 40, 5. Am. 5, 11, impr. cibi portio convivae oblata (γέρας) Gen. 43, 34. 2 Sam. 11, 8, it. *tributum* 2 Chr. 24, 6. 9.

Not. מַשְּׂאוֹת Ez. 17, 9 est inf. aram. Kal, praeter morem in וֹת cadens, ut inf. Pi. מַלְּאוֹת pro מַלֵּא.

מַשְּׁאוֹת pl. f. Ps. 74, 3 in nonnullis libris editis, v. מַשּׁוּאוֹת.

מִשְׂגָּב c. Suff. מִשְׂגַּבִּי (a rad. שָׂגַב) m. 1) *altitudo* Jes. 25, 12. 2) *locus editus, rupes,* refugium et securitatem praebens, inde de ipso *refugio* Ps. 9, 10. 18, 3. 46, 8. 12. 48, 4. 59, 10. 18. 94, 22. 3) C. art. n. pr. oppidi (in loco edito siti) in Moabitide Jer. 48, 1.

מְשׂוּכָה Prov. 15, 19 et

מְשׂוּכָּה Jes. 5, 5 f. *sepes* e vepribus et spinis contexta, alibi מְסוּכָה, rad. שׂוּךְ et סָכַךְ.

מַשּׂוֹר m. *serra* Jes. 10, 15, a rad. נָשַׂר serravit.

מְשׂוּרָה f. *mensura,* rerum liquidarum Lev. 19, 35. Ez. 4, 11. 16, a rad. מָשַׂר, arab. مشر II divisit.

מָשׂוֹשׂ m. (a rad. שׂוּשׂ) *gaudium* Jes. 24, 8. Thren. 5, 15, et meton. obiectum et materia gaudii Ps. 48, 3. Jes. 24, 11. 32, 14. 65, 18 et saepe. — Jes. 8, 6 subst. poët. ponitur pro verbo finito.

מִשְׂחָק m. (a rad. שָׂחַק) *irrisio,* hinc de obiecto eius Hab. 1, 10.

מַשְׂטֵמָה f. 1) *laqueus, compes,* i. q. פַּח Hos. 9, 8, a rad. שָׂטַם, syr. ܣܛܡ vinxit, compedivit. Hinc 2) *pernicies* ibid. V. 7, cf. מוֹקֵשׁ. All. *odium, persecutionem* reddunt, a שָׂטַם insectatus est.

מַשְׂכִּיל v. שָׂכַל Hiph.

מַשְׂכִּית f. 1) *imago, figura*, a rad. שָׂכָה chald. שְׂכָא adspexit, contemplatus est. Ez. 8, 12: חַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ *conclavia imaginum* i. e. quorum parietes figuris idolorum depictis ornata erant, cf. V. 10. 11. אֶבֶן מַשְׂכִּית Lev. 26, 1, et מַשְׂכִּיּוֹת Num. 33, 52 lapides figuris superstitiosis vel magicis ornati. Prov. 25, 11: תַּפּוּחֵי זָהָב בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף *poma aurea figuris argenteis ornata*. All. in calathis argenteis, ut מַשְׂכִּית significatum repetat a שָׂכַךְ plexuit.

2) *imaginatio, opinio*. Ps. 73, 7. Prov. 18, 11.

מַשְׂכֹּרֶת f. (a rad. שָׂכַר) *merces* Gen. 29, 15. 31, 7. 41.

מַשְׂמְרוֹת f. pl. *clavi* Eccl. 12, 11, v. מַסְמְרִים.

מִשְׂפָּח m. *profusio sanguinis, caedes.* Jes. 5, 7, a rad. שָׂפַח i. q. סָפַח fudit, arab. سفح sanguinem profudit, سَفَّاح effusor sanguinis, tyrannus.

מָשַׂר rad. inusit., v. מִשּׂוֹרָה.

מִשְׂרָה f. *imperium* Jes. 9, 5. 6, a rad. שָׂרָה = שָׂרַר et שׂוּר imperavit.

מִשְׂרְפוֹת pl. f. (a rad. שָׂרַף) 1) *ustio*, calcis Jes. 33, 12 (cf. Gen. 11, 3). 2) *combustio* mortuorum Jer. 34, 5 (cf. 2 Chr. 16, 14). 3) מִשְׂרְפוֹת מַיִם (fluxio aquarum, a rad. שָׂרַף Ithpe. stillavit) n. pr. oppidi vel regionis prope Sidonem Jos. 11, 8. 13, 6.

מַשְׂרֵקָה (vinea, plantatio vitium generosiorum, v. שָׂרֵק) n. pr. oppidi eiusque, ut videtur, Idumaei Gen. 36, 36. 1 Chr. 1, 47.

מַשְׂרֵת *sartago* 2 Sam. 13, 9. Chald. מַסְרֵיתָא, מַסְרֵיתָא, מַסְרֵת id. Origo incerta est, adeoque dubium, utrum ת radicale sit an servile. Mihi potius servile esse videtur, ut rad. sit שָׂרָה i. q. شَرَى micuit, coruscavit, unde שִׁרְיוֹן, et מַשְׂרֵת sartago aenea a poliendo dicta. Rad. סָרַת frigendi notionem habuisse, gratis commenti sunt.

מַשׁ populus (et regio) Aramo oriundus, itaque in Syria vel Mesopotamia quaerendus Gen. 10, 23. Praeeunte Bocharto (Phaleg II, 11) plurimi intelligunt *montis Masii* (arab. جودى), qui Nesibi a septentrione imminet et pars est Gordiaeorum montium, incolas.

מַשָּׁא m. (a rad. נָשָׁא) 1) *fenus, feneratio*. Neh. 5, 7. 2) *debitum*, i. q. מַשָּׁאָה. Neh. 10, 32: מַשָּׁא כָל־יָד *debita omnis manus* i. e. omnia debita, fort. ita dicta quia debitor dextra data se aes alienum redditurum promiserat. Al. codd. et editt. exhibent מַשָּׂא *onus omnis manus*, quod minus placet.

מֵשָׁא (fort. i. q. מֵישָׁא recessus) n. pr. loci, cuius mentio est in describendis terminis Arabiae Joctaniticae Gen. 10, 30: *eorumque habitatio erat* מִמֵּשָׁא בֹּאֲכָה סְפָרָה הַר הַקֶּדֶם *a Mescha usque ad Sepharam* (et ultra usque ad) *montana Arabiae*. In his verbis *Mescha* mihi videtur *Μοῦσα* s. *Μοῦζα* urbs nobilis cum portu in Arabiae littore occidentali ibi fere sita, ubi nunc *Mauschid* (sec. Ptolem. VI, 7: 14° lat. 74° long.), occidentalem igitur Joctanitarum terminum constituens; *Sepharam* intelligo urbem ظفار metropolin regionis Schehr inter provincias Hadramaut et Oman; *montes Arabiae* haud dubie sunt montium iuga in media fere Arabia ex vicinia Meccae et Medinae usque ad sinum Persicum excurrentia, نَجْد hodie dicta, Wehabitarum sedes. Vide *(Jomard)* Notice sur le pays de Nedjd ou l'Arabie cen-

trale. Paris 1823. 8. et quae disputavimus in Ephemerid. Hal. 1825, no. 56.

מַשְׁאָב m. (a rad. שָׁאַב) *canalis*, in quem aqua *hauritur* pecori potando Iud. 5, 11.

מַשָּׁאָה f. (a rad. נָשָׁא no. 2) *debitum* Deut. 24, 10. Prov. 22, 26, i. q. מַשָּׁא no. 2.

מַשָּׁאוֹן m. *fraus*, *simulatio* Prov. 26, 26, a rad. נָשָׁא no. 2.

מַשֻּׁאוֹת Ps. 74, 3 v. מַשּׁוּאוֹת.

מִשְׁאָל (preces) n. pr. oppidi Levitarum in finibus Aseritarum Jos. 19, 26. 21, 30, contr. מָשָׁל ex מִשְׁאָל 1 Chr. 6, 59 (74).

מִשְׁאָלָה (a rad. שָׁאַל) *preces* Ps. 20, 6. 37, 4.

מִשְׁאֶרֶת f. *mactra* s. vas in quo farina subigitur et *fermentatur* Ex. 7, 28. 12, 34. Deut. 28, 5. 17, a שְׂאֹר fermentum, ש et שׂ permutatis.

מִשְׁבְּצוֹת pl. f. 1) *texturae artificiosae*, addito זָהָב: *panni, cui fila aurea intertexta sunt*. Ps. 45, 14. V. rad. שָׁבַץ no. 1. 2) *fundae* s. *palae* gemmarum Ex. 28, 11. 13. 14. 25. 39, 13. 16, v. rad. no. 2.

מַשְׁבֵּר m. Jes. 37, 3. 2 Reg. 19, 3, cstr. מִשְׁבַּר Hos. 13, 13 *matrix, os uteri*, quod fetus nascens *frangit*. Rad. שָׁבַר.

מִשְׁבָּר, tantum in pl. *fluctus* in littore *fracti* (cf. gr. κύματος ἀγή ab ἀγνύω, ἄγνυμι frango) Ps. 42, 8. 88, 8. Jon. 2, 4. מִשְׁבְּרֵי־יָם fluctus maris. Ps. 93, 4.

מִשְׁבָּת, tantum in plur. *deletiones*, *casus adversi* Thren. 1, 7, cf. rad. שָׁבַת Hiph. no. 3.

מִשְׁגֶּה m. (a rad. שָׁגָה) *error* Gen. 43, 12.

I. מָשָׁה 1) *traxit*, *extraxit* Ex. 2, 10. (Syr. ܡܫܐ id.). 2) *salvavit*, *sospitavit* i. q. הִצִּיל. Jes. 63, 11: מֹשֶׁה עַמּוֹ *salvator populi sui* (Deus).

Hiph. i. q. Kal no. 1 2 Sam. 22, 17. Ps. 18, 17.

Derivv. מְשִׁי, nomm. pr. מֹשֶׁה, נִמְשִׁי.

II. מָשָׁה rad. inusit. arab. مسا vesperi fecit, unde nomen אֶמֶשׁ vespera et nox hesterna (q. v.) pro אַמְשֶׁת.

מֹשֶׁה n. pr. *Moses*, magnus dux, legislator et propheta Israëlitarum, filius Amrami (1 Par. 6, 3), e tribu Levi oriundus, cuius res gestas quattuor posteriores Pentateuchi libri enarrant. תּוֹרַת מֹשֶׁה lex mosaica Esr. 3, 2. 7, 6. 2 Par. 23, 18, סֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה liber legis mosaicae Jos. 23, 6. 2 Reg. 14, 6. Neh. 8, 1, et de eodem simpl. סֵפֶר מֹשֶׁה 2 Par. 25, 4. Neh. 13, 1 (chald. סְפַר מֹשֶׁה Esr. 6, 18). לֻחוֹת מֹשֶׁה tabulae (legis) Mosaicae 1 Reg. 8, 9.

Quod ad etymon attinet, מֹשֶׁה Ex. 2, 10 diserte ab *extrahendo* ducitur, sed passive, qs. idem sit quod מָשׁוּי extractus. Ab huius loci auctoritate qui discedunt, vel *servatorem* populi reddere possunt (coll. Jes. 63, 11), vel cum Josepho (Ant. 2, 9 §. 6) aegyptiacam statuere originem a ⲘⲞⲨ aqua et ⲞⲨϪⲈ servare, ut significet *ex aqua servatum* (v. Jablonskii opuscc. ed. te Water T. I, p. 152—157). Huic congruit forma gr. *Μωυσῆς*, Hebraei autem videntur more suo hoc vc suae linguae rationibus accommodasse.

מַשֶּׁה m. (a rad. נָשָׁה) *debitum* Deut. 15, 2.

מְשׁוֹאָה f. i. q. שׁוֹאָה (quocum ubique copulatum est) *vastatio* Zeph. 1, 15, *loca vastata* Iob. 30, 3. 38, 27. Rad. שׁוֹא.

מַשּׁוּאוֹת pl. f. *ruinae* Ps. 73, 18. 74, 3. De etymo ambigitur, adeo-

que scriptura in his locis fluctuat, siquidem Ps. 74, 3 in nonnullis editt., ut Athiae, exstat מַשּׁוּאוֹת. Nobis מַשּׁוּאוֹת idem esse videtur quod מְשׁוּאוֹת, מַשּׁוּאוֹת (a rad. שׁוֹא), Dagesch in primam radicalem immisso more rabbinico in formis יַלִּין, מַלִּינִים (a לִין, לוּן), יַלִּיזוּ Prov. 4, 21 a לוּז. Eodem fere rediret, si מַשּׁוּאוֹת ductum statueres a נָשָׁא, significatu petito a שׁוֹא: sed illud praestat. Cf. מַשּׁוֹט.

מְשׁוֹבָב (reductus) n. pr. m. 1 Chr. 4, 34.

מְשׁוּבָה f. (a rad. שׁוּב) *aversio, defectio*. Prov. 1, 32: מְשׁוּבַת פְּתָיִם *defectio stultorum* (a sapientia), spec. *defectio a Jehova* Jer. 8, 5. Hos. 11, 7: מְשׁוּבָתִי *defectio a me*, pl. מְשׁוּבוֹת Jer. 2, 19. Concr. de Israële, qui a deo defecit Jer. 3, 6. 8. 11. 12.

מְשׁוּגָה f. *error* Iob. 19, 4, a rad. שׁוּג i. q. שָׁגָה et שָׁגַג.

מָשׁוֹט Ez. 27, 29, et **מִשּׁוֹט** ibid. V. 6 *remus*, a rad. שׁוּט. De Dagesch in מִשּׁוֹט vide ad מַשּׁוּאוֹת.

מְשׁוֹסָה Jes. 42, 24 Chethibh pro מְשִׁסָּה *spoliatio*.

מָשַׁח fut. יִמְשַׁח inf. מְשֹׁחַ, semel מָשְׁחָה Ex. 29, 29, pr. *strinxit, manum duxit super* aliqua re, mit der Hand streichen. (Arab. مَسَحَ id. Vicina sunt מָשַׁשׁ et מָחָה no. I, q. v.). Hinc 1) *illevit* alicui aliquid, spec. colores induxit in aliquid (sq. בְּ coloris) Jer. 22, 14, impr. *unxit oleo* (arab. مسح id.) v. c. placentas Ex. 29, 2. Lev. 2, 4. 7, 12, clypeum (quo corium fiat tenacius, ita ut tela penetrare non possint) Jes. 21, 5. 2 Sam. 1, 21 cet. Max. *unxit* aliquem sacro ritu ad eum *inaugurandum* et *consecrandum* ad munus, ut sacerdotem Exod. 28, 41. 40, 15, prophetam 1 Reg. 19, 16. Jes. 61, 1, regem 1 Sam. 10, 1. 15, 1. 2 Sam. 2, 4. 1 Reg. 1, 34, it. lapidem s. cippum sacrarium aliquando futurum Gen. 31, 13, neque non vasa Deo consecranda Ex. 40, 9. 11. Lev. 8, 11. Num. 7, 1. Plene dicitur מָשַׁח פ׳ לְמֶלֶךְ unxit i. e. consecravit aliquem regem 1 Reg. 19, 15. 2 Reg. 9, 3, et concise 2 Sam. 19, 11: *Absalom* אֲשֶׁר מָשַׁחְנוּ עָלֵינוּ *quem unximus* i. e. regem constituimus *super nos*. Jes. 61, 1: *quoniam unxit me Jehova* i. e. consecravit, instituit לְבַשֵּׂר *ad nuntiandum*. — Res (oleum, unguentum) qua ungitur, ponitur praevio בְּ Ex. 29, 2. Ps. 89, 21, et in accus. Ps. 45, 8. Am. 6, 6.

2) *mensus est, mensuravit*, syr. ܡܫܰܚ, arab. مسح. Inde מִשְׁחָה, מָשְׁחָה et מִמְשַׁח.

Niph. pass. Kal no. 1 *unctus* i. e. *ungendo consecratus est* Lev. 6, 13. Num. 7, 10. 84. 88. 1 Paralip. 14, 8.

Derivv. מָשִׁיחַ, מִמְשַׁח, et quae statim sequuntur.

מְשַׁח chald. *oleum* Esr. 6, 9. 7, 22.

מִשְׁחָה f. (a rad. מָשַׁח) 1) *unctio*, שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה oleum unctorium Ex. 25, 6. 29, 7. 21. שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ unguentum sacrum Ex. 30, 25. 31.

2) *pars, portio* Lev. 7, 35, v. rad. no. 2.

מָשְׁחָה f. 1) inf. rad. מָשַׁח unxit, v. supra. 2) *pars, portio* Num. 18, 8 i. q. מִשְׁחָה no. 2.

מַשְׁחִית pr. part. Hiph. (a rad. שָׁחַת) *perdens, id quod perdit*, inde 1) *perditio, pernicies* Ex. 12, 13. Ez. 5, 16. 21, 36: חָרָשֵׁי מַשְׁחִית *fabri perniciei*, 25, 15. 2) *laqueus, decipula* Jerem. 5, 26, cf. מוֹקֵשׁ; inde *milites in insidiis positi* 1 Sam. 14, 15. הַר הַמַּשְׁחִית (mons perniciei s. laquei) dr. a) mons oliveti, propter idola ibi culta populo perniciosa futura et

b) eandem ob causam Babylon Jer. 51, 25.

מִשְׁחָר i. q. שַׁחַר m. *aurora*, *mane* Ps. 110, 3.

מַשְׁחֵת i. q. מַשְׁחִית no. 1 *pernicies* Ez. 9, 1.

מִשְׁחַת (a rad. שָׁחַת) m. *perditio*, *corruptio*, pro concr. *corruptum*, *deforme* Jes. 52, 14.

מָשְׁחָת m. (a rad. שָׁחַת) *corruptum*, *corruptio* Lev. 22, 25.

מִשְׁטַח (a rad. שָׁטַח) m. Ez. 47, 10, cstr. מִשְׁטַח 26, 5. 14 *expansio*, locus ubi expanditur.

מִשְׁטָר m. *imperium*. Iob. 38, 33: אִם תָּשִׂים מִשְׁטָרוֹ בָאָרֶץ *an tu definis imperium eius* (coeli) *in terram?* Rad. שָׁטַר.

מֶשִׁי Ez. 16, 10. 13 sec. Hebraeos *sericum, vestis serica*. LXX. τρίχαπτον i. e. teste Hesych. τὸ βομβύκινον ὕφασμα. Hieron. vestimentum tantae subtilitatis, ut pilorum et capillorum tenuitatem habere credatur. Ex etymo (a מָשָׁה traxit) nihil aliud colligi potest, quam *fila subtilissima* intelligenda.

מֻשִׁי v. מוּשִׁי.

מְשֵׁיזַבְאֵל (quem Deus liberat) n. pr. m. Neh. 3, 4. 10, 22. 11, 24.

מָשִׁיחַ m. 1) adj. verbale pass. (a rad. מָשַׁח) χριστός, *unctus* (de clypeo) 2 Sam. 1, 21. מָשִׁיחַ נָגִיד princeps unctus Dan. 9, 25. הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ sacerdos unctus, i. e. maximus. Lev. 4, 3. 5. 16.

2) subst. Χριστός, *Unctus* i. e. *princeps* (ungendo consecratus) Dan. 9, 26, plenius מְשִׁיחַ יְיָ Unctus Jehovae (LXX. ὁ Χριστὸς Κυρίου), epith. honorificum regum Israëliticorum, utpote ungendo Deo consecratorum et propterea sacrosanctorum 1 Sam. 2, 10. 35. 12, 3. 5. 16, 6. 24, 7. 11. 26, 9. 11. 23. 2 Sam. 1, 14. 16. 19, 22. 23, 1. Ps. 2, 2. 18, 51. 20, 7. 28, 8. Semel de Cyro, Persarum rege Jes. 45, 1, de *Messia venturo* nunquam (quanquam sunt, qui huc referant Ps. 2, 2). Plur. Uncti Jehovae, de patriarchis Ps. 105, 15. 1 Par. 16, 22.

מָשַׁךְ fut. יִמְשֹׁךְ 1) *traxit*. (Arab. مَسَكَ id. vide Lettium ad Cant. Deb. pag. 96, e Golio enim haec significatio exulat. Vicinum est מָשָׁה). Constr. absol. Deut. 21, 3: *quae non traxit* (plaustrum) *in iugo*, c. acc. pers. *traxit aliquem aliquo* sq. בְּ, אֶל loci Iud. 4, 7. Ps. 10, 9 cf. Cant. 1, 4, *extraxit* e fovea, ex aqua, sq. מִן Gen. 37, 28. Iob. 40, 25. Jer. 38, 13, *attraxit* Jes. 5, 18. A trahendo sunt hae formulae: a) מָשַׁךְ הַקֶּשֶׁת arcum tetendit 1 Reg. 22, 34. Jes. 66, 19. (Aeth. መሰሰ: id.). — b) מָשַׁךְ הַזֶּרַע *semen traxit* h. e. tractim sparsit per sulcos Am. 9, 13, cf. Ps. 126, 6. — c) מְשֹׁךְ הַיּוֹבֵל Ex. 19, 13 et מְשֹׁךְ בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל Jos. 6, 5 *classicum cecinit* i. q. תָּקַע בַּשּׁוֹפָרוֹת v. Jos. 6, 4. 8. 9. 13. 16. 20 coll. Vers. 5. Pr. est magna vi inflavit in cornu iubili (contuleris nostrum: heftig losziehn) et in utroque loco dicitur de signo, quod cornu iubili datur (vom Lermblasen mit dem Lermhorn, v. p. 411. 412). Congruit arab. جلب traxit, it. Conj. I. II. IV clamorem extulit, inclamavit, increpavit. — d) Hos. 7, 5: מָשַׁךְ יָדוֹ אֶת־לֹצְצִים *trahit manum suam cum irrisoribus*, contemtim de commercio cum hominibus impiis (cf. vulg. sich mit jem. herumziehn). — e) *protraxit* i. e. *diuturnum fecit, continuavit*. Neh. 9, 30. Ps. 36, 11: מְשֹׁךְ חַסְדְּךָ לְיֹדְעֶיךָ *protrahas* i. e. diuturnam facias *benignitatem tuam erga cultores tuos*. 85, 6. 109, 12. Jerem. 31, 3: מְשַׁכְתִּיךְ חָסֶד *benignitatem tibi servavi*. (Cf. syr. ܡܫܟ

traxit, unde subst. ܢܓܕܐ diuturnitas). — f) *durabile* i. e. *robustum*, *firmum fecit*, *firmavit*. Eccl. 2, 3: לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת־בְּשָׂרִי *ad firmandum* (roborandum) *corpus meum vino*. (Syr. ܡܫܚ induruit). Cf. Pu. no. 2. — g) *distraxit*, *diduxit*, *diffudit se*. Iud. 4, 6: מְשֹׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר *diffunde te in monte Tabor*. 20, 37: וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב *diffundebant* i. e. explicabant *se milites in insidiis positi* (v. Targ. utroque loco).

2) *prehendit*, *cepit* (arab. مَسَكَ id.) c. acc. Ex. 12, 21, *tenuit*, sq. בְּ Iud. 5, 14, *rapuit*, *abripuit* Iob. 24, 22. Ps. 28, 3. Ez. 32, 20.

Niph. *protractus*, *dilatus est* Jes. 13, 22. Ez. 12, 25. 28.

Pu. 1) i. q. Niph. (de spe) Prov. 13, 12. 2) pass. Kal no. 1 litt. f. Part. *duraturus*, *robustus*. Jes. 18, 2. 7: גּוֹי מְמֻשָּׁךְ *populus robustus*. Arab. مَسُكَ Conj. X. firmus, robustus fuit, v. vit. Tim. T. I. pag. 432 (ap. Golium enim haec significatio omissa).

Inde מוֹשְׁכוֹת et

מֶשֶׁךְ 1) *tractio*. Ps. 126, 6: מֶשֶׁךְ הַזָּרַע *tractio seminis* i. e. sparsio eius per sulcos (cf. Am. 9, 13). — 2) *possessio*, a tenendi significatu Iob. 28, 18. — 3) n. pr. *Moschi*, populus barbarus montes Moschicos inter Iberiam, Armeniam et Colchidem habitans Ps. 120, 5, paene ubique copulatus cum vicinis Tibarenis (תּוּבַל, תֻּבַל) Gen. 10, 2. Ez. 27, 13. 32, 26. 38, 2 3. 39, 1, quemadmodum apud Herodotum (3, 94. 7, 78) *Μόσχοι καὶ Τιβαρηνοί*. Pronuntiationem ad formam graecam propius accedentem exhibent cod. sam. (מוֹשֵׁךְ, מוֹשׁךְ), LXX. *Μοσόχ*, Vulg. *Mosoch*.

מִשְׁכוֹת v. מוֹשְׁכוֹת.

מִשְׁכָּב m. (a rad. שָׁכַב) pl. ־ִים cstr. ־ֵי Levit. 18, 22, et וֹת Ps. 149, 5 1) *cubatio* et dormientis (2 Sam. 4, 5: מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם *somnus meridianus*) et aegroti Ps. 41, 4. Spec. *concubitus*. Lev. 18, 22: *cum maribus ne concumbas* מִשְׁכְּבֵי־אִשָּׁה *concubitu feminae* i. e. sicut cum femina. Lev. 20, 13. Num. 31, 17. 18. 35.

2) *cubile*, *lectus* 2 Sam. 17, 28, *lectus feralis*, *feretrum* 2 Chr. 16, 14. Jes. 57, 2.

מִשְׁכַּב m. chald. *cubile*, *lectus* i. q. hebr. no. 2. Dan. 2, 28. 29. 4, 2. 7. 10. 7, 1.

מִשְׁכָּן m. (a rad. שָׁכַן) pl. ־ִים Ps. 46, 5, saepius in ־וֹת 1) *habitatio*, *habitaculum*, ut hominum Iob. 18, 21. Ps. 87, 2 (semel de domo aeterna, sepulcro Jes. 22, 16 cf. 14, 18 ibique not. nostr.), animalium i. e. *lustrum* Iob. 39, 6, Dei i. e. *templum* Ps. 46, 5. 84, 2. 132, 5. 2) spec. *tabernaculum* Cant. 1, 8, max. tabernaculum sacrum Israëlitarum Ex. 25, 9. 26, 1 sqq. 40, 9 sqq., plene מִשְׁכַּן הָעֵדוּת tabernaculum legis Ex. 38, 21. Num. 1, 50. 53. 10, 11. In hoc tentorio describendo quomodo מִשְׁכָּן differat ab אֹהֶל v. supra h. v. pag. 20, inde מִשְׁכַּן אֹהֶל מוֹעֵד de tabulatione tentorii sacri, cui cortinae superstratae erant. Ex. 39, 32. 40, 2. 6. 29.

מָשַׁל fut. יִמְשֹׁל 1) *similem fecit*, *assimilavit* (arab. مَثَلَ, aram. ܡܬܠ id.), v. Niph. Hiph. et nomen מָשָׁל similitudo, parabola cet., inde a) parabolam proposuit Ezech. 24, 3; b) proverbio usus est Ez. 12, 23. 17, 2. 18, 2. 3. c) carmen irrisorium cecinit Joël 2, 17. Part. מֹשְׁלִים *poëtae* Num. 21, 27.

2) *imperavit*, *imperium exercuit* Jos. 12, 2. Prov. 12, 24, sq. בְּ rei, *cui* imperatur Gen. 3, 16. 4, 7, rarius sq. עַל Prov. 28, 15, sq. gerundio: potestatem habuit aliquid faciundi Ex. 21, 8. C. dat. commodi Jes. 40, 10: זְרֹעוֹ מֹשְׁלָה לוֹ

brachium eius dominatur pro eo. Passim i. q. *praefuit al.* rei Gen. 24, 2. Part. מֹשֵׁל *dominus* Gen. 45, 8, plur. *domini*, *principes* et in malam partem *tyranni* Jes. 14, 5. 28, 14. 49, 7. 52, 5, cf. נְדִיבִים Jes. 13, 2.

Ad conciliandas *assimilandi* et *imperandi* significationes varia tentarunt viri docti, v. Schultens. ad Prov. 1, 1, Michaëlis ad Lowth. de sacra poësi p. 41, Simonis in Lex. al. Equidem nullus dubito, quin ab *assimilando* ducta sit *iudicandi, sentiendi, censendi* significatus (cf. דָּמָה, et aethiop. መሰለ: putavit, visum est alicui), a quo prope abest *sententiam dicendi, iubendi, imperandi* notio (cf. טַעַם). Aliam rationem, cui calculum adiecit Winerus in Lex. pag. 585, inieram in Lex. min. editt. 2 et 3: sed haec facile praestabit. Caeterum imperandi notio, qua carent reliquae linguae semiticae, ad Graecos transiisse videtur, apud quos *βασιλεύς*, *βασιλεύω* radice domestica carent.

Niph. pr. *assimilandus*, hinc *similis fuit* alicui rei, sq. אֶל Jes. 14, 10, עִם Ps. 28, 1. 143, 7, כְּ Ps. 49, 13. 21.

Pi. i. q. Kal no. 1, a, *parabolis usus est.* Ez. 21, 5. (20, 49).

Hiph. 1) *comparavit* Jes. 46, 5. 2) *imperare fecit, imperium dedit* Ps. 8, 7. Dan. 11, 39. Inf. subst. הַמְשֵׁל dominatio. Iob. 25, 2.

Hithp. i. q. Niph. *similis factus est*, sq. כְּ Iob. 30, 19.

Nomm. derivata: מִמְשָׁל, מֶמְשָׁלָה, et quae statim sequuntur.

מָשָׁל m. arab. مَثَلٌ, syr. ܡܰܬ݂ܠܳܐ 1) *similitudo, parabola* Ez. 17, 2. 24, 3. 2) *sententia, γνώμη, sententiose dictum* (qualia in duabus rebus sententiisve ingeniose comparandis plerumque cernuntur, cf. Prov. 26, 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 11. 14. 17, cap. 25 sqq.) Prov. 1, 1. 6. 10, 1. 25, 1. 26, 7. 9. Eccl. 12, 9. Iob. 13, 12. 1 Reg. 5, 12. Eiusmodi sententiae quum saepe in proverbium cedant (1 Sam. 24, 13), מָשָׁל est 3) *proverbium, παροιμία,* v. c. 1 Sam. 10, 12. Ez. 18, 2. 3. 12, 22. 23 (cf. *παραβολή* Luc. 4, 13). 4) univ. *carmen*, cuius singula commata (ex legibus parallelismi, quem vocant) ex duobus similis argumenti formaeque hemistichiis constare solent, spec. de vaticinio Num. 23, 7. 18, oratione vel carmine didactico Iob. 27, 1. 29, 1. Ps. 49, 5. 78, 2, saepe de carmine irrisorio s. dicterio Jes. 14, 4. Mich. 2, 4. Hab. 2, 6. הָיָה לְמָשָׁל וְלִשְׁנִינָה fabula factus est Deut. 28, 37. 1 Reg. 9, 7. (Arab. مَثَلٌ parabola, fabula, sententia, pl. أَمْثَالٌ versus).

מָשָׁל n. pr. v. מִשְׁאָל.

מֹשֶׁל m. 1) *similitudo*, concr. *simile* Iob. 41, 25. 2) *imperium* Zach. 9, 10.

מְשֹׁל inf. nom. i. q. מָשָׁל no. 4 carmen irrisorium Iob. 17, 6.

מִשְׁלַח m. (a rad. שָׁלַח) ubique in st. cstr. מִשְׁלַח 1) *missio*, inde *locus, quo quis mittitur.* Jes. 7, 25: מִשְׁלַח שׁוֹר *locus, quo boves aguntur.* 2) addito voc. יָד vel יָדַיִם *res, in quam manus immittitur, negotium* Deut. 15, 10. 23, 21. 28, 8. 20. 12, 7. 18.

מִשְׁלוֹחַ, מִשְׁלֹחַ m. (a rad. שָׁלַח) 1) *missio* Esth. 9, 19 22. 2) addito יָד res, in quam manus immittitur, *praeda.* Jes. 11, 14.

מִשְׁלַחַת f. nominum antecedentium 1) *missio* i. e. *agmen, turma* (angelorum). Ps. 78, 49. 2) *dimissio* (ex captivitate vel militia) Eccl. 8, 8.

מִשְׁלֹשׁ pro מִשְּׁלֹשׁ, v. שָׁלֹשׁ.

מְשֻׁלָּם (amicus sc. Dei, cf. Jes. 42, 19) n. pr. complurium virorum

Esr. 8, 16. 10, 15. 29. Neh. 3, 4. 6. 30 al.

מְשֶׁלֶמְיָה (pro מְשַׁלֶּמְיָה cui *Jehova retribuit*, l. quem *Jehova amice tractat*) n. pr. m. 1 Par. 9, 21. 26, 1. 29, pro quo שֶׁלֶמְיָה.

מְשִׁלֵּמוֹת (pro מְשַׁלְּמוֹת retribuentes) n. pr. m. 1) 2 Par. 28, 12. 2) Neh. 11, 13, pro quo מְשִׁלֵּמִית 1 Par. 9, 12 (quae quidem scriptura probabilior).

מְשֻׁלֶּמֶת (amica sc. Dei) n. pr. uxoris Manassis regis 2 Reg. 21, 19.

מְשַׁמָּה f. (a rad. שָׁמֵם) 1) *stupor* Ez. 5, 15. 2) *vastatio* Ez. 6, 14. 33, 28. 35, 3. Plur. Jes. 15, 6. Jer. 48, 34.

מִשְׁמָן (a rad. שָׁמַן) *pinguedo*. Jes. 17, 4: מִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ *caro eius pinguis*. Plur. מִשְׁמַנִּים 1) *arva pinguia* i. e. fertilia Dan. 11, 24. 2) concr. *milites pingues* i. e. nitidi, robusti, λιπαροί. Ps. 78, 31. Jes. 10, 16.

מִשְׁמַנָּה (pinguedo) n. pr. m. 1 Par. 12, 10.

מַשְׁמַנִּים m. pl. *pinguedines* (carnis), cupediae Neh. 8, 10.

מִשְׁמָע m. (a rad. שָׁמַע) 1) *auditio, quod auditur* Jes. 11, 3. 2) n. pr. m. a) Gen. 25, 14. b) 1 Paral. 4, 25.

מִשְׁמַעַת f. 1) *admissio, aditus ad principem*, nostr. *Audienz*, ital. *udienza*. 1 Sam. 22, 14: סָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ *interioris apud te admissionis est*. 2 Sam. 23, 23. 1 Par. 11, 25. — 2) *obedientia*, pro concr. *obedientes* Jes. 11, 14.

מִשְׁמָר m. (a rad. שָׁמַר) 1) *custodia*, a) i. q. carcer Gen. 40, 3 sqq. 42, 17. b) statio excubiarum Neh. 7, 3. Jer. 51, 12, inde de ipsis excubitoribus Neh. 4, 3. 16. Iob. 7, 12. c) *quod custoditur*. Prov. 4, 23: מִכָּל־מִשְׁמָר *mentem tuam custodi prae omnibus rebus custodiendis*. — 2) *observantia, quod observatur, ritus* observandus Neh. 13, 14. Concr. *qui observatur*, cui reverentia praestatur, de imperatore Ez. 38, 7.

מִשְׁמֶרֶת, pl. מִשְׁמְרוֹת, f. praecedentis 1) *custodia*, a) custodiendi actus 2 Reg. 11, 5. 6, b) locus, quo excubias agunt, *statio* Jes. 21, 8. Hab. 2, 1, etiam de ipsis excubitoribus Neh. 7, 3. 12, 9. 13, 30. c) quod custoditur 1 Sam. 22, 23. — 2) *conservatio* Ex. 12, 6. 16, 32. 33. 34. — 3) *observatio* s. administratio officii, muneris. Num. 4, 27. 31: זֹאת מִשְׁמֶרֶת מַשָּׂאָם *haec est administratio portationis eorum*, haec iis portanda sunt. 3, 31: מִשְׁמַרְתָּם הָאָרוֹן *munus eorum* erat *arca*. Hinc שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת הַמִּשְׁכָּן Num. 1, 53. 31, 30. 47 vel הַקֹּדֶשׁ 3, 28. 32. 38, vel יְהוָה Lev. 8, 35 ministerium fecit in tabernaculo sacro. — 4) *quod observatur, lex, ritus* Gen. 26, 5. Lev. 18, 30. 22, 9. Deut. 11, 1. Jos. 22, 3. 1 Reg. 2, 3. 2 Par. 13, 11. 23, 6. Zach. 3, 7. Mal. 3, 14. — Denique 5) שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת פ׳ partes alic. servavit i. e. constanter secutus est. 1 Chr. 12, 29: מַרְבִּיתָם שֹׁמְרִים מִשְׁמֶרֶת בֵּית שָׁאוּל Vulg. magna pars eorum adhuc sequebatur domum Saul.

מִשְׁנֶה m. (a rad. שָׁנָה) 1) *ordo secundus, locus secundus*, sive ordinem spectas sive dignitatem et honorem. Plerumque in genit. postponitur ut כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה sacerdos secundarius, qui proxime excipit summum sacerdotem (כֹּהֵן הָרֹאשׁ) 2 Reg. 25, 18. Jer. 52, 24, plur. כֹּהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה sacerdotes secundarii 2 Reg. 23, 4; מִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה currus (ordine) secundus Gen. 41, 43; אָחִיהוּ מִשְׁנֶה frater eius (natu) secundus 2 Chron. 31, 12; הָעִיר מִשְׁנֶה pars urbis secunda Neh. 11, 9, et simpl. מִשְׁנֶה id. 2 Reg. 22, 14. Zeph. 1, 10. 2) concr. *secundus, qui secundum locum occupat*. Sq. genit. eius, quem hic

proxime excipit: מִשְׁנֵה הַמֶּלֶךְ secundus a rege 2 Chr. 28, 7, cf. 1 Sam. 23, 17. Esth. 10, 3. Tob. 1, 22, max. *frater* (natu) *secundus* 1 Chr. 5, 12. 1 Sam. 8, 2. — Pl. אֲחֵיהֶם הַמִּשְׁנִים fratres eorum iuniores, opp. primogenito 1 Chron. 15, 18. כְּפוֹרֵי כֶסֶף מִשְׁנִים pocula argentea secundi ordinis. Esr. 1, 10. 1 Sam. 15, 9: הַמִּשְׁנִים (pecus) secundi ordinis (opp. מֵיטָב), fort. agni partu secundo i. e. autumnali editi, iique debiliores et viliores. 3) *duplum* Ex. 16, 22. Jes. 61, 7. Iob. 42, 10. Zach. 9, 12. 4) *apographum* libri, *exemplar* Deut. 17, 18. Jos. 8, 32.

מְשִׁסָּה f. (a rad. שָׁסַס) *praeda*. הָיָה לִמְשִׁסָּה Jerem. 30, 16. 2 Reg. 21, 14, נָתַן לִמְשִׁסָּה Jes. 42, 24.

מִשְׁעוֹל m. (a rad. שָׁעַל) *via angusta* (Hohlweg). Num. 22, 24: מִשְׁעוֹל הַכְּרָמִים *via angusta inter* (duas) *vineas*.

מָשַׁע rad. inusit. i. q. مشع (vic. מָשַׁשׁ, arab. مشّ abstersit) pr. *purgavit*, v. c. lanam bombycinam, inde prorsus effudit, ut purgetur vas (rein ausgiefsen), plane emulsit lac (rein ausmelken), evacuavit patinam (rein abessen), it. praedando evacuavit (cf. נָקָה Jes. 3, 26). Inde

מִשְׁעִי ἅπ. λεγόμ. *purgatio*, prob. pro מִשְׁעִית more Chaldaeorum, ut אֶמְתָּנִי pro אֶמְתָּנִית (q. v.), רֵאשִׁי i. q. רֵאשִׁית. Ez. 16, 4 de infante recens nato: לֹא רֻחַצְתְּ לְמִשְׁעִי *non abluta eras ad purgationem* h. e. non pure abluta.

מִשְׁעָם (purgatio eorum) n. pr. m. 1 Chr. 8, 12.

מִשְׁעָן m. (a rad. שָׁעַן) cstr. מִשְׁעַן Jes. 3, 1 *fulcrum*, *adminiculum* Jes. l. c. Trop. Ps. 18, 19.

מַשְׁעֵן m. id. Jes. 3, 1: מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה *omnis generis adminicula*, nimirum, ut paulo post declaratur, cibus potusque (cf. סָעַד) V. 1, et populi proceres, quibus hic tuto inniti possit V. 2. 3 (cf. פִּנָּה). De usu formae masculinae et femineae sibi iunctarum vide Comment. nostr. ad Jes. l. c.

מַשְׁעֵנָה f. v. praecedens.

מִשְׁעֶנֶת f. absol. 2 Reg. 4, 31, cstr. ibid. 18, 21. C. Suff. מִשְׁעַנְתּוֹ *scipio, baculus*, cui quis innititur. Iud. 6, 21. Ez. 29. 6.

מִשְׁפָּחָה constr. מִשְׁפַּחַת, cum Suff. מִשְׁפַּחְתִּי, pl. מִשְׁפָּחוֹת Ps. 107, 41, cstr. et c. Suff. מִשְׁפְּחוֹת f. (a rad. שָׁפַח, q. v.) 1) *genus* (animalium) Gen. 8, 19, it. rerum inanimatarum Jerem. 15, 3. 2) *gens* Gen. 10, 18. 20. 31. 32. 12, 3, etiam de universis populis Ezech. 20, 32. Jer. 8, 3. 25, 9. Mich. 2, 3. In populo Israëlitico digerendo 3) angustiore sensu spec. *familiam* notat, quarum plures *una tribus* (שֵׁבֶט) comprehendebat, sicut contra una familia plures domos paternas (בֵּית אָבוֹת v. pag. 144 A). Ex. 6, 14 sq. Num. 1, 2. 20 sq. 26, 5 sq. Deut. 29, 17. Jos. 7, 14 sq. 21, 5 sq. 1 Sam. 20, 29: זֶבַח מִשְׁפָּחָה לָנוּ *sacrificium familiae* (gentile) *est nobis*. Passim minus accurate ponitur pro שֵׁבֶט, ut Jos. 7, 17: מִשְׁפַּחַת יְהוּדָה pro praec. שֵׁבֶט יְהוּדָה.

מִשְׁפָּט (a rad. שָׁפַט) 1) *iudicium* a) de actu iudicandi. Lev. 19, 15: *ne iniuriam facietis* בַּמִּשְׁפָּט *in iudicando*. V. 35. Deut. 1, 17: כִּי הַמִּשְׁפָּט לֵאלֹהִים הוּא *nam Deo debetur iudicium*. Jes. 28, 6: יוֹשֵׁב עַל הַמִּשְׁפָּט *qui assidet iudicio*. Ez. 21, 32: עַד־בֹּא אֲשֶׁר לוֹ הַמִּשְׁפָּט *donec veniat is, cui iudicium* sc. debetur. — b) de loco iudicii (מְקוֹם הַמִּשְׁפָּט Eccl. 3, 16). בּוֹא בַמִּשְׁפָּט עִם in iudicium deducere, vocare aliquem Iob. 9, 32. 22, 4. Ps. 143, 2, cf. Iob. 14, 3. Eccles. 11, 9. — c) *causa forensis* Num.

27, 5. עָרַךְ מִשְׁפָּט exposuit, instruxit causam Iob. 13, 18. 23, 4. עָשָׂה מִשְׁפַּט פ׳, שָׁפַט causam alicuius egit, eius patronus fuit Deut. 10, 18. Ps. 9, 5 (cf. דִּין et רִיב). דִּבֶּר מִשְׁפָּטִים אֶת litigavit cum al. Jer. 12, 1. בַּעַל מִשְׁפָּטִי adversarius meus, pr. qui causam habet mecum Jes. 50, 8. — d) *sententia iudicis* 1 Reg. 3, 28. 20, 40. Ps. 17, 2, pl. מִשְׁפְּטֵי יְהוָה iudicia Dei Ps. 19, 10. 119, 75. 137. Max. de sententia, qua poena alicui constituitur, מִשְׁפַּט מָוֶת sententia mortifera Deut. 21, 22. Jer. 26, 11. דִּבֶּר מִשְׁפָּטִים אֶת־פ׳ sententias severas dixit de al., poenas alicui constituit Jer. 1, 16. 4, 12. 39, 5. 52, 9. 2 Reg. 25, 6 (v. eandem locutionem litt. c). Adeoque de *poena* Jes. 53, 8. — e) *culpa, crimen*, de quo iudicatur. Jer. 51, 9. מִשְׁפַּט דָּמִים culpa capitalis Ez. 7, 23.

2) *ius, quod iustum, legitimum, legibus consentaneum est.* הִטָּה מִשְׁפָּט ius flexit Deut. 16, 19. 27, 19. 1 Sam. 8, 3. עָשָׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה exercuit ius et iustitiam Jer. 22, 15. 23, 5. 33, 15. Deut. 32, 4: כָּל־דְּרָכָיו מִשְׁפָּט *omnes eius viae sunt ius* i. e. iustae. מֹאזְנֵי מִשְׁפָּט bilances iustae Prov. 16, 11. לַמִּשְׁפָּט secundum ius Jer. 46, 28, et contra בְּלֹא מִשְׁפָּט sine iure Prov. 16, 11. Jer. 22, 13. Spec. a) *lex, statutum* (tanquam norma iudicandi) Ex. 21, 1. 24, 3, saepe מִשְׁפְּטֵי יי׳ de legibus divinis Lev. 18, 4. 5. 26. 19, 37. 20, 11 sqq. Deut. 4, 1. 7, 11. 12, et collect. de *summa legum* (ut nos: ius Mosaicum, ius Iustinianeum), v. c. מִשְׁפַּט יי׳ Jes. 51, 4 et simpl. מִשְׁפָּט 42, 1. 3. 4 ius divinum (i. q. תּוֹרָה), religio divina. — b) de eo, quod alicui ex lege debetur (privilegium); מִשְׁפַּט הַגְּאֻלָּה ius redemtionis Jer. 32, 7, מ׳ הַבְּכֹרָה ius primogeniturae Deut. 21, 17, et collect. מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ ius regium s. iura et privilegia regia 1 Sam. 8, 9. 11. 10, 25, מִשְׁפַּט הַכֹּהֲנִים מֵאֵת הָעָם quae sacerdotibus debentur a populo Deut. 18, 3, מִשְׁפַּט הַבָּנוֹת privilegia filiarum Exod. 21, 9. — Quoniam leges non solum ex voluntate legislatoris, sed saepe etiam ex more et consuetudine populorum profectae sunt, מ׳ est etiam c) *mos, consuetudo.* 2 Reg. 11, 14: *et ecce stabat rex in statione* כַּמִּשְׁפָּט *ex more.* 17, 33. 34. 40. Gen. 40, 17: כַּמִּשְׁפָּט הָרִאשׁוֹן *more priore.* Ex. 26, 30. Jer. 30, 18. (Cf. arab. دِين et gr. δίκη). Inde d) *modus et ratio.* 2 Reg. 1, 7: מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ *quae erat ratio illius viri?* qualis erat vir ille? Iud. 13, 12: מַה יִּהְיֶה מִשְׁפַּט הַנַּעַר וּמַעֲשֵׂהוּ *quis erit pueri modus, quae vivendi ratio?*

מִשְׁפְּתַיִם dual. Gen. 49, 14. Iud. 5, 16 i. q. שְׁפַתַּיִם Ps. 68, 14 *caulae, septa* (superne aperta), in quibus greges per aestatem etiam noctu commorantur, a rad. שָׁפַת posuit, sicut *stabula* (cf. Virg. Georg. 3, 228 c. not. Vossii) a *stando*, i. q. מִכְלָאוֹת, גְּדֵרוֹת. Duali usi esse videntur Hebraei, quoniam eiusmodi caulae pro diversis pecoris generibus in duas partes erant divisae (cf. גְּדֵרֹתַיִם Jos. 15, 36). *Recumbere inter caulas* l. l. c. c. proverbio fere dicitur de pastoribus et agricolis quieti et otio indulgentibus. — Quod multi olim suadente J. D. Michaëli interpretati sunt *canales potatorii*, a rad. سقى bibit, id bene iam refutatum a N. G. Schroedero (ap. Muntingh. ad Ps. l. c.), qui illam radicem minime de quovis potu, sed insalubri tantum usurpari docet, quae sitim non minuat, sed augeat. Veram de hoc vc. sententiam dudum dixerat Iob. Ludolf. in Lex. aeth. p. 76.

מָשַׁק rad. inusit., prob. i. q. מָשַׁךְ *tenuit*, inde *possedit* (cf. מֶשֶׁךְ), כ et ק permutatis; unde n. מִמְשָׁק possessio, et ἅπ. λεγόμ.

מֶשֶׁק Gen. 15, 2 i. q. מֶשֶׁךְ *possessio.*

Etenim ita huius loci multum vexati interpretationem instituendam duco: בֶּן־מֶשֶׁק בֵּיתִי הוּא דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר: *filius possessionis* i. e. possessor *domus meae* i. e. rei familiaris meae *erit Damascenus Elieser.* Nimirum ante דַּמֶּשֶׂק repetendum ex superioribus בֶּן: filius Damasci est Damascenus. Vocabulum autem rarius מֶשֶׁק, si quid video, arcessivit scriptor sacer, ut alluderet voci דַּמֶּשֶׂק; a cuius generis lusibus verborum etiam pedestres V. T. scriptores non alieni sunt, v. ad מִקְוֶה no. 2. — Aliis מֶשֶׁק est a rad. שָׁקַק cucurrit (ut מֶמֶר a מָרַר), et *filius discursitationis* i. q. procurator domus; sed quid, quaeso, illo contextu sibi volunt haec verba: *orbus sum et procurator domus meae* (s. servorum meorum praefectus) *est Eliëser Damascenus?*

מַשָּׁק m. *discursitatio*, a rad. שָׁקַק, more chald. inflexum, Jes. 33, 4.

מַשְׁקֶה m. (a rad. שָׁקָה) 1) part. Hiph. *pincerna*, v. rad. 2) *potus* Lev. 11, 34. 1 Reg. 10, 21: כְּלֵי מַשְׁקֶה *vasa potatoria.* 3) *regio irrigua* Gen. 13, 10. Ez. 45, 15.

מִשְׁקוֹל m. (a rad. שָׁקַל) *pondus* Ez. 4, 10.

מַשְׁקוֹף m. (a rad. שָׁקַף) *superliminare, limen* ostii *superius* Ex. 12, 7. 22. 23.

מִשְׁקָל m. (a rad. שָׁקַל) 1) *ponderatio* (das Wägen) 2 Reg. 25, 16: לֹא הָיָה מִשְׁקָל לִנְחֹשֶׁת *aes ponderari non poterat*, prae copia. 1 Chr. 22, 3: אֵין מִשְׁקָל *ut ponderari non posset.* V. 14. 2) *pondus* Lev. 19, 35. 26, 26.

מִשְׁקֹלֶת Jes. 28, 17 et מִשְׁקֶלֶת 2 Reg. 21, 13 f. *perpendiculum*, quo utuntur in rebus complanandis et aequandis.

מִשְׁקָע m. (a rad. שָׁקַע) *locus, ubi aqua desedit* Ez. 34, 18.

מִשְׁרָה f. (a rad. שָׁרָה solvit, maceravit) *maceratio.* Num. 6, 3: מִשְׁרַת־עֲנָבִים *potus ex uvis solutis* s. *maceratis.*

מַשְׁרוֹקִיתָא m. (a rad. שְׁרַק) chald. *syrinx.* Dan. 3, 5. 7. 10. 15.

מִשְׁרָעִי n. gent. a מִשְׁרָע (locus lubricus, coll. chald. מַשְׁרוֹעַ) oppido aliunde ignoto 1 Chr. 2, 53.

מָשַׁשׁ i. q. מוּשׁ no. II, *palpavit, contrectavit* c. acc. (Arab. مَسَّ gr. *μάσσω*, aethiop. inserto ר: መረሰሰ: id.) Gen. 27, 12, cf. מוּשׁ V. 21.

Pi. id. *palpavit* (in tenebris) Deut. 28, 29. Iob. 5, 14, c. acc. *contrectavit*, manibus exploravit Gen. 31, 34. 37. Iob. 12, 25: יְמַשְׁשׁוּ חֹשֶׁךְ *palpant tenebras.*

Hi. id. c. acc. Ex. 10, 21.

מִשְׁתֶּה m. (a rad. שָׁתָה) c. Suff. מִשְׁתָּיו Dan. 1, 5. 8, מִשְׁתֵּיהֶם Comm. 16 (utrumque sing.), מִשְׁתֵּיכֶם V. 10 1) *potio, potus* (das Trinken) Esth. 5, 4. 7, 2. בֵּית מִשְׁתֵּה הַיַּיִן coenaculum 7, 8. יֵין מִשְׁתָּיו vinum potus sui i. e. quod rex bibebat Dan. 1, 5. 2) *potio* (Trank) Dan. 1, 10. Esr. 3, 7. 3) *convivium, συμπόσιον.* Esth. 1, 3. 2, 18. 8, 17.

מִשְׁתֵּה st. emphat. מִשְׁתְּיָא, chald. id. Dan. 5, 10.

מֵת *mortuus*, part. rad. מוּת q. v.

מֵת sive מַת in sing. inusit. *vir.* (Aeth. ምት: vir pec. maritus). In ipsa tamen lingua hebraea vestigia singularis numeri sunt in nomm. pr. מְתוּשָׁלַח, מְתוּשָׁאֵל (מְתוּ est forma constructa ut אֲבוּ chald. cstr. אָב; שְׁמוּאֵל, שְׁמוּ, שֵׁם; פָּנִים in sing. cstr. פְּנוּ, unde פְּנוּאֵל), et praeterea in punicis, ut *Metuastartus* (מְתוּ עַשְׁתֹּרֶת) i. e. vir s. cultor Astartes, *Muthumballes* i. e. מְתוּבַּעַל vir Baalis.

Pl. מְתִים, defect. מְתִם m. *viri*

(non comm. homines). Deut. 2, 34: מְתִים וְהַנָּשִׁים וְהַטָּף *viri et mulieres et liberi.* 3, 6. Iob. 11, 3. Jes. 3, 25. מְתֵי מִסְפָּר viri pauci Gen. 34, 30, מְתֵי שָׁוְא viri mendaces Ps. 26, 4, מְתֵי אָהֳלִי contubernales mei Iob. 31, 31. — Jes. 41, 14 verba מְתֵי יִשְׂרָאֵל bene reddidit Luth. *du armer Haufe Israël,* LXX. ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ, sed haec miseriae et parvitatis notio non in vocabulo מְתֵי inest, sed ex praecedente תּוֹלַעַת repetenda.

מַתְבֵּן m. (a nomine תֶּבֶן) coll. *stramen, acervus straminis* Jes. 25, 10.

מָתַג rad. inusit., quae *extendendi* vim habuisse videtur (cf. rad. cogn. מָתַח, מָתָה). Unde

מֶתֶג c. Suff. מִתְגִּי *frenum* Ps. 32, 9. Prov. 26, 3. De loco 2 Sam. 8, 1 v. אַמָּה no. 3.

מָתָה rad. inusit. prob. i. q. مَتَى et مَتَّ *extendit,* v. c. funem (cogn. מָדַד), unde מְתֵי.

מָתוֹק adj., f. מְתוּקָה, plur. מְתוּקִים (a rad. מָתַק) *dulcis* Iud. 14, 14. 18. Eccles. 5, 11. Ps. 19, 11, neutr. *dulce, dulcedo.* Ez. 3, 3. Metaph. *suavis* Eccl. 11, 7.

מְתוּשָׁאֵל (vir Dei, comp. ex מְתוּ cstr. pro מַת vir q. v., ·שׁ = אֲשֶׁר nota genit. et אֵל) n. pr. patriarchae ex posteris Kaini Gen. 4, 18.

מְתוּשֶׁלַח (vir teli) n. pr. patriarchae ante diluvium, Henochi filii, Noachi avi, qui anno aetatis 969 mortuus est Gen. 5, 21.

מָתַח *extendit* Jes. 40, 22. (Syr. et chald. id. aeth. መጠጠ: pro ሞጠጠ: induit, velavit, unde derivata pallium significantia. Radd. vicinae sunt לָתַח, sam. נָתַח expandit, it. מָתָה adeoque נָטָה).

Deriv. אַמְתַּחַת saccus.

מָתַי pr. *extensio, temporis spatium,* abit in adv. de tempore interrogandi: *quando?* (Arab. مَتَى, syr. ܐܡܬܝ, chald. אֵימָתַי). Gen. 30, 30. Ps. 42, 3. 94, 7. 119, 82. Sine interrogatione (syr. ? ܐܡܬܝ), Prov. 23, 35: מָתַי אָקִיץ *quando expergefio.* Ps. 101, 2. — לְמָתַי Exod. 8, 5 et עַד מָתַי *quousque, quamdiu?* 1 Sam. 16, 1. אַחֲרֵי מָתַי post quantum temporis? Jer. 13, 27.

מַתְכֹּנֶת f. (a rad. תָּכַן) *mensura* Ez. 45, 11, de penso quotidiano Ex. 5, 8, cf. תֹּכֶן V. 18. Ex. 30, 32: בְּמַתְכֻּנְתּוֹ *secundum mensuram eius* h. e. proportionem partium, quibus componitur. 2 Chr. 24, 13: *et exstruxerunt aedem dei* עַל מַתְכֻּנְתּוֹ *secundum mensuram eius* (pristinam).

מַתְּלָאָה Mal. 1, 13 pro מַה־תְּלָאָה, v. מָה not. litt. c.

מְתַלְּעוֹת plur. f. i. q. מַלְתָּעוֹת q. v. *mordices, dentes* Iob. 29, 17. Joël 1, 6 (utrobique in st. cstr.).

מְתֹם m. (a rad. תָּמַם) *integritas, integrum, pars integra* s. *sana* (corporis) Ps. 38, 4. 8. Jes. 1, 6. — Iud. 20, 48 pro מְתֹם reponendum מְתִם *viri,* ut complures libri scripti exhibent.

מָתַן rad. inusit., arab. مَتُنَ *validus, firmus fuit* (cf. cogn. פָּתַן), unde nomm. אֶמְתָּנִי et מָתְנַיִם.

מַתָּן m. (a rad. נָתַן) 1) *donum* Gen. 34, 12. אִישׁ מַתָּן largus, liberalis. Prov. 19, 6. 2) n. pr. a) sacerdotis Baalis 2 Reg. 11, 18. 2 Chr. 23, 17. b) Jer. 38, 1.

מַתְּנָא chald. f. i. q. hebr. מַתָּנָה *donum* pl. מַתְּנָן Dan. 2, 6. 48. 5, 17.

מַתָּנָה f. 1) *donum, munus* Gen. 25, 6, spec. largitio i. q. שֹׁחַד Eccl. 7, 7; donum Deo oblatum i. q. מִנְחָה

Ex. 28, 38. 2) n. pr. loci desertum inter et fines Moabitarum Num. 21, 18. 19.

מַתְּנַי (decurtatum ex מַתַּנְיָה) n. pr. m. 1) Neh. 12, 19. 2) Esr. 10, 33. 3) V. 37.

מִתְנִי n. gent. aliunde ignotum 1 Chr. 11, 43.

מַתַּנְיָה et מַתַּנְיָהוּ (donum Jehovae) n. pr. complurium virorum 2 Reg. 24, 17. 1 Chr. 9, 15. 25, 4. 16. 2 Chr. 20, 14. 29, 13. Esr. 10, 26. 27. 30. 37. Neh. 11, 17. 12, 8. 25. 13, 13.

מָתְנַיִם dual. *lumbus*, inferior pars dorsi (a robore dicta, v. rad. מָתַן) gr. ὀσφύς, cui cingulus circumligatur 2 Reg. 4, 29. 9, 1. Jes. 20, 2. Jer. 1, 17. Gen. 37, 34, cui nituntur onera gestanda Ps. 66, 11, in quibus est sedes doloris parturientium Jes. 21, 3. Nah. 2, 11, it. sedes roboris (v. orig. cf. lat. elumbis, delumbare pro debilitare), inde מָחַץ מָתְנֵי פ׳ *conquassavit lumbos alic.* i. e. eum totum confregit Deut. 33, 11 cf. Ez. 21, 11, *lumbi vacillantes* de homine ad casum vergente Ps. 69, 24. Quomodo differat a voce יָרֵךְ femur, vide s. h. v. — (Arab. مَتْنَان et syr. ܡܰܬܢܶܐ id. rarius utuntur etiam sing. مَتْن unum latus lumbi s. dorsi inferioris cum carne nervisque protuberans).

מָתַק fut. יִמְתַּק 1) i. q. syr. *suxit*, cum voluptate comedit (cf. מָצַץ). Iob. 24, 20: מְתָקוֹ רִמָּה (si) *eo delectatur vermis.*

2) *dulcis fuit, factus est*, dulcia enim suguntur. Prov. 9, 17. Ex. 15, 25. Metaph. Iob. 21, 33: מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי־נָחַל *dulces ei sunt glebae vallis*, est ei terra levis.

Hiph. 1) *dulcem* s. *suavem reddidit.* Metaph. Ps. 55, 15: אֲשֶׁר יַחְדָּו נַמְתִּיק סוֹד (nos) *qui una dulce reddebamus colloquium familiare* i. e. qui, ut inter familiares solet, dulcia colloquia habebamus. 2) intrans. *dulcis fuit* (pr. dulcedinem produxit, v. Gramm. §. 52, 2) Iob. 20, 12.

Derivv. מַמְתַּקִּים,

מֶתֶק m. *dulcedo*, metaph. *suavitas* Prov. 16, 21. 27, 9, et

מֹתֶק m. *dulcedo* Iud. 9, 11.

מִתְקָה (dulcedo, prob. fons dulcis, opp. מָרָה) n. pr. stationis Israëlitarum in Arabia petraea Num. 33, 28.

מִתְרְדָת n. pr. pers. *Mithridates* (i. e. *a Mithra*, Solis genio, *datus*), quod gerebat 1) praefectus aerarii Cyro rege Esr. 1, 8. 2) praefectus Samariae rege Artaxerxe, ibid. 4, 7.

מַתָּת f. (contr. ex מַתֶּנֶת) *donum* Prov. 25, 14. Eccl. 3, 13. Ez. 46, 5. 11 (ubique in st. constr.).

מַתַּתָּה (ortum ex מַתִּתְיָה) n. pr. m. Esr. 10, 33.

מַתִּתְיָה et מַתִּתְיָהוּ (donum Jehovae) n. pr. *Mattathias* 1) Esr. 10, 43. 2) 8, 4. 3) 1 Chr. 9, 31. 15, 18. 21. 16, 5.

נ (ן)

Nun, quarta decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, *quinquagenarium* numerum indicans. Nomen huius elementi נוּן Syris, Chaldaeis, Arabibus *piscem* designat, cuius formam primigenia eius figura repraesentasse videtur. In alphabeto Phoenicio vulgaris eius forma haec est ┐.

Permutatur a) cum reliquis liqui-

dis ut *Lamed* p. 511, Mem p. 538, rarius Resch, ut זְרַח, chald. דְּנַח ortus est sol, שְׁבַיִם aram. תְּרֵין duo, arab. فرفير et فرفين purpura.

b) cum Jod, maxime in prima radicis sede, ut יָאָה et נָאָה pulcher fuit, יָצַב et נָצַב stitit, יָקַשׁ et נָקַשׁ aucupatus est, cf. Lgb. §. 112, et de cognatione radd. פ״ן cum aliis bilitteris, ut לֹ״ע, עַ״ע, לֹ״ה ibid. no. 2. 3. Primigenia enim stirps radd. פ״ן (pariter atque פ״י) saepe est in postrema syllaba, inde נָהַם i. q. הָמָה fremuit, נָדַח i. q. דּוּחַ, דָּחָה; נָבַע i. q. בּוּעַ, בָּעָה; נָאַר i. q. אָרַר cet.

Denique observatu dignum, Chaldaeos, Arabes et Aethiopes pro litteris geminatis non raro litteram simplicem ponere praevio Nun, v. c. אִנְבֵּה pro אִבֵּה (v. אֵב), מַנְדַּע pro מַדַּע; it. arab. سنبلة שִׁבֹּלֶת arista, قنفذ קִפּוֹד herinaceus, שַׁבָּת aeth. ሰንበት፡ cet.

1. נָא particula submisse et modeste petentis, quae lat. in multis formulis reddi potest: *quaeso (amabo)*, in aliis: *age*, germ. plerumque: *doch*. (Syr. ܢܳܐ id., quanquam raro usurpatum et ab ipsis Syris passim non intellectum, v. praef. ad Lex. man. hebr. germ. ed. 3, p. XXII. Aeth. respondet ነዐ፡ age, veni, quod imperativi instar declinare solent [cf. הֲלֹם, هلم], f. ነዒ፡ plur. ነዑ፡ ነዓ፡; cf. ናሁ፡ ነዋ፡ ነየ፡ ecce; amhar. ናለ፡ veni, age). Additur

1) imperativis, si non iubetur, sed rogatur, admonetur: *quaeso, amabo, dum*, gr. δή, nostr. doch, doch einmal. Gen. 12, 13: אִמְרִי נָא *dicas quaeso*. 24, 2: שִׂים נָא יָדְךָ *pone quaeso manum tuam* (leg doch einmal). 24, 45: הַשְׁקִינִי נָא *des mihi quaeso bibendum* (lass mich doch einmal trinken). Iud. 12, 6. Num. 20, 10: שִׁמְעוּ נָא הַמֹּרִים *audite dum rebelles!* Cf. אָנָּה, אָנָּא p. 78.

2) futuris, a) 1 pers., maxime cum He parag. v. Lgb. p. 871 sqq., si venia rogatur Ex. 4, 18: אֵלְכָה־נָּא *ibo pace tua*, nostr. lass mich hinziehn. Jes. 5, 1: אָשִׁירָה נָּא *cantabo pace vestra* (auditores!), lasst mich singen. 1 Reg. 1, 12: אִיעָצֵךְ נָא עֵצָה *dabo tibi* (si licet) *consilium*. Cant. 3, 2. Num. 20, 17: נַעְבְּרָה־נָּא *transeamus pace vestra*, transire nos sinite. Ruth 2, 2. Jes. 5, 1. 5. 1 Sam. 20, 29. Eadem formulâ utuntur, qui soli secum deliberant et quasi suam ipsorum veniam petunt („ich möchte doch wohl einmal hingehn", „ich will doch einmal hingehn"). Ex. 3, 3: אָסוּרָה־נָּא וְאֶרְאֶה *utique ibo et videbo*. 2 Sam. 14, 15: *et mecum cogitabam* אֲדַבְּרָה־נָּא אֶל הַמֶּלֶךְ *colloquar cum rege*. Gen. 18, 21. 1 Par. 22, 5. Optantis sunt haec verba Iob. 32, 21: אַל־נָא אֶשָּׂא פְּנֵי אִישׁ *utinam nullius partis studiosus sim* (möge ich für niemanden parteyisch seyn!); excitantis Jer. 5, 24: נִירָא נָא אֶת יְהוָה *agite! colamus Deum*. — b) secundae personae, c. negandi particula, ubi deprecantis est. Gen. 18, 3: אַל־נָא תַעֲבֹר *ne quaeso transeas*, inde ellipt. אַל־נָא ne quaeso (hoc facias), nostr. nicht doch! cf. אַל no. 2, a. Gen. 33, 10. 19, 18. — c) tertiae personae, ubi est α) optantis et rogantis Ps. 124, 1: יֹאמַר נָא יִשְׂרָאֵל (ita) *dicat Israël*. 129, 1. Cant. 7, 9. β) provocantis Jer. 17, 15: *ubi est verbum Dei?* יָבוֹא־נָא *veniat tandem*. γ) veniam petentis Gen. 18, 4: יֻקַּח־נָא *afferetur pace vestra*, afferre me sinite. 44, 18. δ) c. negatione: deprecantis. Gen. 18, 32: אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי *ne irascatur Dominus*.

3) coniunctionibus et interiectio-

nibus: a) אַל־נָא, no. 2, litt. b. — b) אִם־נָא *si quidem, si modo* (εἴ ποτε, ἐάν ποτε), quo utuntur, qui verecunde et paene timide conditionem quandam sumunt. Gen. 18, 3: אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ *modo gratiam apud te inveni* (quod opto magis, quam sumere audeo). 24, 42. 30, 27. 33, 10. 47, 29. 50, 4. Ex. 33, 13. 34, 9. — c) הִנֵּה־נָא *vide quaeso!* (siehe einmal!) Gen. 12, 11. 16, 2. 18, 27. 31. 19, 8. 19. 20. — d) אוֹי־נָא Jer. 4, 31. 45, 3. Thren. 5, 16. — Ellipt. dicta sunt haec Ps. 116, 14. 18: נֶגְדָה־נָּא לְכָל־עַמּוֹ *utinam* (fiat) *coram universo populo suo.* — Qui urbane loquuntur cum nobilioribus vel submisse petunt, cumulare solent נָא particulam, v. Gen. 18, 3. 19, 7. 8. 18. 19.

II. נָא adj. *crudus, semicoctus*, de carne Ex. 12, 9, a rad. נָיא arab. نَاءَ med. Je crudus, semicoctus est.

נֹא Ez. 30, 14. 15. 16. Jer. 46, 25, plene נֹא־אָמוֹן Nah. 3, 8 n. pr., *Thebae* aegyptiacae s. *Diospolis*, vetustissima et nobilissima superioris Aegypti metropolis, iam Homero ἑκατόμπυλος dicta (Il. IX, 383), 140 stadiorum circuitu in utroque Nili litore sita, templorum, obeliscorum, statuarum multitudine et splendore insignis (v. Diod. Sic. XVII, 1), Nahumi prophetae tempore paulo ante Niniven (prob. ab Assyriis) vastata (v. Nah. l. c.), postea a Ptolemaeis adeoque Romanis ex parte instaurata. Splendidissima eius rudera, a vicis recentioribus *Medinat Abu, Lucsor, Kurna* dicta, depicta exstant in *Descr. de l'Egypte* T. II. III. — LXX ap. Ez. reddunt Διόςπολις, ap. Nah. μερὶς Ἀμμών; quod quidem posterius esse videtur interpretatio nominis aegypt. ad verbum facta ab נֹא aegypt. ⲚⲞϨ i. e. σχοῖνος funis mensorius, dein pars, portio demensa, et אָמוֹן, ⲀⲘⲞⲨⲚ (Iupiter) Ammon v. אָמוֹן no. III, inde נֹא אָמוֹן *portio*, possessio *Amonis* dei, qui ibi magna cum religione colebatur. V. Iablonskii opuscula ed. te Water, T. I, p. 163 — 168, cf. Champollion l'Egypte sous les Pharaons T. I, p. 199 sq.

נָאַד rad. inusit. Arab. نَادَ aquam emisit terra, unde نَادٌ terra aquam fundens. Inde

נֹאד m. (pro נֹאד) pl. נֹאדוֹת (semel נאוד Iud. 4, 19 Chethibh) *uter*, ut lactis Iud. 4, 19, vini 1 Sam. 16, 20. Jos. 9, 4. 13. Utres vino servando in fumo suspensos esse docet Ps. 119, 83.

נָאָה in Kal inusit. i. q. נָוָה *sedit, habitavit* (Vic. gr. ναίω, ναός. Notio primigenia mihi esse videtur in *quiescendo*, v. Hab. 2, 5, cf. aeth. ኖኀ: respiravit, requievit, adeoque accedit ad נוּחַ). Inde נָאָה pl. cstr. נְאוֹת habitationes.

Pil. נַאֲוָה (cf. שָׁחָה Hithpa. הִשְׁתַּחֲוָה) Ps. 93, 5, plur. contr. נָאווּ (pro נַאֲווּ) 1) sq. לְ *convenit alicui, decuit aliquem.* (Pr. *bene sedit* alicui cf. Plin. Paneg. 10: *quam bene humeris tuis sederet imperium*, metaphora a vestibus repetita. Sic germ. *jemandem gut sitzen* olim ampliore *conveniendi, decendi* significatu usurpatum est, ex quo usu pendet nomen *Sitte.* Hodieque dicimus: es kleidet jemanden, steht ihm wohl an. Caeterum fuerunt, qui נַאֲוָה Niph. verbi אָוָה esse censerent: desideratus, hinc gratus, decorus fuit). Ps. 93, 5: לְבֵיתְךָ נַאֲוָה קֹדֶשׁ *domui tuae convenit* (debetur) *sanctitas.* Cf. adj. נָאוֶה. 2) absol. *decorus* i. e. pulcher, gratus *fuit.* Cant. 1, 10. 2, 14. 4, 3. Jes. 52, 7.

נָאָה i. q. נָוֶה, נָוָה tantum in pl. cstr. נְאוֹת 1) vc. mere poët. *sedes,*

domicilia a) hominum, Dei, ut נְאוֹת יַעֲקֹב Thren. 2, 2, נְאוֹת חָמָס Vulg. domus iniquitatis Ps. 74, 20, נְאוֹת אֱלֹהִים 83, 13. b) gregum, *pascua*, in quibus greges considunt, recumbunt, requiescunt (v. rad.). Jerem. 25, 37. Am. 1, 2. נְאוֹת מִדְבָּר pascua deserti Ps. 65, 13. Jer. 9, 9. נְאוֹת דֶּשֶׁא pascua virentia Ps. 23, 2.

נָאוֶה (pro נַאֲוֶה, a rad. נָאָה) adj., ※א tantum in f. נָאוָה 1) *decens, decorus* sq. לְ. Ps. 33, 1: לַיְשָׁרִים נָאוָה תְהִלָּה *probos decet laudatio* Dei, Deum celebrare. Prov. 17, 7. 19, 10. 26, 1.

2) *pulcher* Cant. 1, 5. 6, 4. Cf. נָוֶה, נָוָה.

נָאַם i. q. arab. نَأَمَ mussitavit, fremuit, submisse locutus est (cf. נָהַם, הָמָה, gr. μύω), spec. de *voce divina*, qua oracula vatibus revelantur. Longe frequentissimum est Part. pass. cstr. in hac formula: נְאֻם יְיָ צְבָאוֹת, נְאֻם יְהוָֹה *vox Jehovae* (est) s. (ita) revelavit Jehova, quae orationi prophetarum vel inseri solet, ut lat. *ait, inquit Dominus*, Am. 6, 8. 14. 9, 12. 13, vel in fine sententiae adiici Am. 2, 11. 16. 3, 10. 13. 15. 4, 3. 5. 8 — 11 et sexcenties apud Ezechielem (5, 11. 12, 25. 13, 8. 16. 14, 11. 14. 16. 18. 20. 15, 8. 16, 8. 14. 19), Jeremiam, paulo rarius ap. Jesaiam (3, 15. 14, 22. 17, 3. 6. 19, 4. 22, 25. 31, 9. 37, 34), v. de hac formula et similibus Kleinert üb. die Echtheit der Jes. Weissagungen T. I. p. 246. Raro dr. de vatibus mortalibus Num. 24, 3: נְאֻם בִּלְעָם *effatum Bileami*, V. 15, adeoque de poëtis 2 Sam. 23, 1. Prov. 30, 1. Ps. 36, 2: נְאֻם פֶּשַׁע *effatum* (carmen) *de improbitate*.

נָאַף fut. יִנְאַף, et Pi. נִאֵף, part. מְנָאֵף *moechatus est*, de mare et muliere Exod. 20, 13, sq. acc. adulterium commisit cum muliere Prov. 6, 32. Lev. 20, 10. Jer. 29, 23. Pariter atque זָנָה scortatus est, transfertur ad defectionem Israëlitarum a vero deo ad idolorum cultum. Jerem. 3, 8: אֲשֶׁר נִאֲפָה מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל *quia moechatur Israël rebellis*. 5, 7. 9, 1. 23, 14. Sq. acc. Jer. 3, 9: וַתִּנְאַף אֶת־הָאֶבֶן וְאֶת־הָעֵץ *moechatur cum lapide et ligno*. Ez. 23, 37. Inde

נִאֻפִים m. pl. *adulteria* Jer. 13, 27. Ez. 23, 43, et

נַאֲפוּפִים m. plur. id. Hos. 2, 4: תָסֵר־נַאֲפוּפֶיהָ מִבֵּין שָׁדֶיהָ *auferat adulteria e medio mammarum suarum*: mammae enim impudice denudatae scriptori sacro sunt libidinis, impudicitiae et artis meretriciae sedes, ut alibi collum resupinum sedes est superbiae Ps. 73, 6, cervices roboris Iob. 41, 14.

נָאַץ fut. יִנְאַץ *irrisit, sprevit, cum irrisione et contemtu reiecit* (vic. videtur לוּץ), ut doctrinam, admonitionem c. acc. Jer. 33, 24. Prov. 1, 30. 5, 12. 15, 5; decretum divinum Ps. 107, 11. Saepe de Deo homines reprobante Deut. 32, 19. Thren. 2, 6, absol. Jer. 14, 21: *ne reiice propter nomen tuum!* Cf. syn. מָאַס.

Pi. נִאֵץ, fut. יְנָאֵץ 1) i. q. Kal *sprevit, contemsit* Jes. 60, 14, maxime Deum Ps. 10, 3. 13. 74, 18. Jes. 1, 4. 5, 24. Num. 14, 23. 16, 30. 2) causat. *calumniare fecit*, calumniandi occasionem dedit 2 Sam. 12, 14.

Hiph. fut. יָנֵאץ (more Syrorum pro יַנְאִץ) intrans. *spernitur, fastiditur* Eccl. 12, 5. — LXX. Vulg. Syr. *florebit* (qs. a נוּץ), repugnante contextu.

Hithpo. part. מִנֹּאָץ pro מִתְנֹאָץ Jes. 52, 5 *spretus, contemtus*, pr. contemtui expositus (der sich verachten lassen muſs). Inde

נְאָצָה f. *contumelia* Jes 37, 3, et

※ נָאוָה Prov. 19:10.

נַאֲצָה f. pl. נְאָצוֹת id. Neh. 9, 18. 26 et נֶאָצוֹתֶיךָ Ez. 35, 12.

נָאַק onomatopoët. i. q. cogn. אָנַק (q. v.) *gemuit, clamorem extulit* angore doloribusve extortum Ez. 30, 24. Iob. 24, 12. Inde

נְאָקָה f. st. cstr. נַאֲקַת *clamor, gemitus* misere oppressorum Ex. 2, 24. 6, 5. Iud. 2, 18, pl. cstr. נַאֲקוֹת Ez. 30, 24.

נָאַר in Kal inusit. cogn. rad. אָרַר exsecratus est.

Pi. נֵאֵר *abominatus est, reiecit* Thren. 2, 7. Ps. 89, 40. (Arab. نَارَ med. Vav, abhorruit ab aliqua re, refugit, نَفَرَ adversatus est, restitit, noluit.

נֹב (fort. pro נֹבָה locus editus, a rad. נָבָה) n. pr. oppidi sacerdotalis in tribu Benjamin, in vicinia Hierosolymorum 1 Sam. 22, 11. 19. Neh. 11, 32. Jes. 10, 32. Cum He parag. נֹבָה pro נֹבָה Nobam versus 1 Sam. 21, 2. 22, 9.

נָבָא in Kal inusit. pr., ut mihi quidem videtur, i. q. נָבַע (ע emollito in א) *ebullivit* (act.), inde *copiose effudit* sermones, ut faciunt qui cum animi ardore vel divina mentis permotione loquuntur. Arab. نَبَأَ I. II. indicavit, nunciavit i. q. أَخْبَرَ, Conj. II spec. de propheta, qui hominibus Dei verba nuntiat, revelat. (Vic. aeth. ነበበ: locutus est). Falsi sunt, qui originem in extollendo, proferendo ponunt.

Niph. נִבָּא 1) *vi divina locutus est* vates, *vaticinatus est,* gr. *προφητεύω*. Formis passivis, Niph. et Hithp., in hoc verbo utuntur Hebraei, quoniam alienis magis quam suis viribus moveri et affici credebantur vates divini, cuius generis notiones etiam Romani deponentibus exprimere solent (v. Ramshorn de verbis deponentibus Latinorum p. 24) cf. etiam loquendi verba passive expressa, ut *loqui,* fari, vociferari, concionari, vaticinari (Ramshorn l. c. p. 26). — Solenne est verbum de oratione prophetarum, sive castigantur impii, sive futura praedicuntur. Constr. a) absol. Jerem. 23, 21: לֹא דִבַּרְתִּי אֲלֵיהֶם וְהֵם נִבָּאוּ *non me loquente* i. e. iubente vel inspirante *vaticinati sunt.* Am. 3, 8: (si) *leo rugit, quis non timeat?* (si) *Dominus loquitur* מִי לֹא יִנָּבֵא *quis non vaticinetur?* Joël 3, 1. Ez. 11, 13. 37, 7. 1 Reg. 22, 12. Jer. 19, 14. b) addito nomine populi terraeve, ad quos spectat vaticinium, sq. לְ Jer. 14, 16. 20, 6. 23, 16. 27, 16. 37, 19, sq. עַל plerumque in malam partem (de minis) Jer. 25, 13. 26, 20. Ez. 4, 7. 11, 4. 13, 16. 25, 2. 29, 2. 34, 2. 35, 2. 39, 1, in bonam (ubi solatia et spem melioris aevi continet vaticinium) Ez. 37, 4, it. sq. אֶל in malam partem Jer. 26, 11. 12. 28, 8. Ez. 6, 2. 13, 2. 17. 21, 2, in bonam Ezech. 36, 1. 37, 9. — c) c. acc. eius, quod vaticinatur propheta Jer. 20, 1. 25, 13. 28, 6, v. c. נִבָּא שֶׁקֶר vaticinatus est mendacia Jer. 14, 14. 23, 25. 26. 27, 10. 14, נ׳ חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר Jerem. 23, 32, et sq. בְּ, בַּשֶּׁקֶר pr. vaticinatus est cum mendacio, tamquam propheta mendax Jer. 20, 4. 29, 9. Ipsa verba vatis sequi solent praevio לֵאמֹר Jer. 32, 3, vel וְאָמַר Ez. 21, 33. 30, 2. — d) sq. בְּ eius, quo inspirante vaticinatur vates, inde prophetae Dei vaticinari dicuntur בְּשֵׁם יְיָ Jer. 11, 21. 14, 15. 23, 25. 26, 9. 20. 27, 14. 29, 21, prophetae Baalis בַּבַּעַל Jer. 2, 8. — e) sq. לְ quod refertur ad obiectum vaticinii (ut litt. c) Jer. 28, 9, et ad tempus, quo spectat vaticinium Ez. 12, 27.

2) divino spiritu actus *cecinit carmina sacra, deum laudavit* 1 Sam. 10, 11. 19, 20. 1 Paralip. 25, 2. 3. — Praet. 2 pers. נִבֵּאתָ

et semel נִבֵּיתִ (more verborum לה) Jer. 26, 9, part. נִבָּא plur. נִבָּאִים et נִבְּאִים Jer. 14, 14. 16 qs. a sing. נִבָּא ad analogiam verborum לה, quam etiam sequitur inf. c. aff. הִנָּבְאוֹ Zach. 13, 4.

Hithpa. 1) i. q. Niph. no. 1. *vaticinatus est*, absol. Num. 11, 25—27. 1 Reg. 22, 10. Ez. 37, 10, sq. לְ 1 Reg. 22, 8. 18 et עַל 2 Par. 20, 37 eius, ad quem spectat vaticinium. הִתְנַבֵּא בַבַּעַל ex auctoritate Baalis vaticinatus est Jer. 23, 13. 2) impetu divino abreptus *cecinit*, *Deum laudavit*, de filiis prophetarum et Saulo 1 Sam. 10, 6. 10, cf. 2 Sam. 19, 20—24, de furore sacro prophetarum Baalis 1 Reg. 18, 29. Inde 3) *insanivit*, *μαίνεσθαι* s. potius *insanum egit* 1 Sam. 18, 10. Etenim vates divino spiritu acti non aliter atque delirantes membra corporis vehementer agitare, distorquere spasmisque iactari solebant, quam ob causam etiam Graeci et Latini furendi vocabula (*μάντις* a *μαίνομαι*; *furor*, *furere*) ad divinum vatum poëtarum impetum referre solent. Apud Jer. 29, 26 coniuncta habes מְשֻׁגָּע וּמִתְנַבֵּא *insaniens et vaticinans*, et propheta verus 2 Reg. 9, 11 in ludibrium *insanus* vocatur.

Inde נְבוּאָה, נָבִיא, נְבִיאָה, it. נְבוֹ et composita eius.

נְבָא chald. Ithpa. הִתְנַבִּי *vaticinatus est* Esr. 5, 1.

נָבַב *perforavit*, *excavavit*, i. q. חָלַל. Part. pass. נָבוּב *cavus* Ex. 27, 8. 38, 7. Jer. 52, 21, metaph. *stultus*, *baro* Iob. 11, 12, cf. de h. l. s. v. לָבַב Ni.

Inde בָּבָה pro נְבָבָה porta, pupilla. Aliis utriusque vc. radix est בּוּב.

נָבָה rad. inusit. prob. i. q. arab. نبا eminuit, elatus fuit, inde n. pr. נֹב (pro נֹבֶה), נְבָיוֹת.

נֹבֶה v. נֹב.

נְבוֹ 1) n. pr. *Mercurius* planeta (syr. et zab. ܢܒܘ), quem tanquam scribam coelestem Chaldaei (Jes. 46, 1) et veteres Arabes divino cultu prosequebantur. V. comment. ad Jes. II, p. 344. 366. Cum Mercurii munere non male congruit etymon nominis, nimirum נְבוֹ pro נְבוֹא i. q. נָבִיא interpres deorum, a rad. נָבָא. Caeterum divini honoris Mercurio a Chaldaeis et Assyriis concessi testes habemus nomina propria ab hoc nomine ordientia, ut *Nebucadnezar*, *Nebuschasban* (v. statim) et, quorum mentio est apud classicos scriptores, *Nabonedus*, *Nabonassar*, *Naburianus*, *Nabonabus* al.

2) montis in Moabitarum finibus (Deut. 32, 49. 34, 1) oppidique ei vicini (Num. 32, 3. 38. Jes. 15, 2).

3) oppidi in tribu Judae (Esr. 2, 29. 10, 43), plenius (ut ab illo distinguatur) נְבוֹ אַחֵר (Neh. 7, 33). Uterque locus a cultu Mercurii ita dictus videtur.

נְבוּאָה f. (a rad. נָבָא) *vaticinium* Neh. 6, 12. 2 Chr. 15, 8, it. de quovis libro a propheta scripto 2 Chr. 9, 29.

נְבוּאָה chald. id. Esr. 6, 14.

נְבוּזַרְאֲדָן n. pr. chald. (Mercurii dux dominus i. e. dux, cui Mercurius favet, q. d. Hermianax; comp. ex נְבוֹ, *sar* princeps, et אֲדָן i. q. אָדוֹן dominus, cf. *Sardanapalus* i. e. princeps dominus magnus) praefecti bellici in exercitu Nebucadnezaris. 2 Reg. 25, 8. Jer. 39, 3. 52, 12.

נְבוּכַדְנֶאצַּר 2 Reg. 24, 1. 25, 1. Esr. 2, 1. 5, 12, rarius נְבוּכַדְרֶאצַּר Jer. 39, 1. 11. 43, 10. Ez. 29, 18 n. pr. *Nebucadnezar*, Babyloniae rex, qui Hierosolymis eversis Judaeos in exilium duxit. LXX id nomen scribunt *Ναβουχοδονόσορ*, *Ναβου-*

χοδονόσορος Beros. ap. Jos. c. Ap. 1, 20. 21, Strabon. XV, 1 §. 6 (cf. נְבוּכַדְרֶאצַּר), Arabes contr. بخْتنصّر. Significatio nominis mihi esse videtur: *Mercurii Dei princeps*, comp. ex נְבוֹ, quod in regimine positum in his vcc. primum locum occupat, *chodna* l. *chodan* Deus pr. Dii in plur. majest. ut pers. خداوند, et *zar* princeps. Cf. reliqua nomina a *Nebu* ordientia. Lorsbachius hoc nomen interpretabatur: نبو خدان سر *Nebo st deorum princeps* (Archiv für morgenländ. Litteratur II, p. 247), Bohlenius نبو خدا اذر *Nebo est deus ignis.*

נְבוּשַׁזְבָּן n. pr. pers. (نبو چشبان Mercurii cultor q. d. Hermodulus), quod gerebat princeps spadonum Nebucadnezaris Jer. 39, 13.

נָבוֹת (fructus, proventus, a rad. נוּב) n. pr. viri Jesreëlitae, qui Ahabi artibus supplicium passus est 1 Reg. 21, 1 sq.

נְבִזְבָּה Dan. 2, 6 pl. נְבִזְבַּן 5, 17 f. chald. *donum* cf. Jer. 40, 5. Deut. 33, 24 Targ. Jonath. Si chaldaicae originis esset hoc vc., duci posset a rad. בִּזְבֵּז erogavit, pro נְבִזְבְּזָה uno ז remoto, cf. גֻּלְגֹּלֶת *Γολγαθᾶ*: sed tale vc. non posset nisi ex Conj. Niphal repeti, qua Chaldaei carent. Malumus igitur persicam originem ei vindicare, coll. نوازن *nuwazan* et نوازا *nuwaza* donatio, a verbo نواختن *nuwachten* benefacere, laudibus donisque cumulare aliquem, ut rex legatum. Fuerunt, qui vc. nostrum ex gr. *νόμισμα* repetitum censerent (m in b mutato); sed *monetae* notio ab illo loco aliena est.

נָבַח *latravit*, rad. onomatopoët. semel obvia Jes. 56, 10. (Arab. نبح id.). Inde

נֹבַח (latratus) n. pr. viri Num. 32, 42, a quo Kenath quoque oppidum (v. קְנָת) nomen accepit Iud. 8, 11.

נִבְחַז n. pr. idoli Avvaeorum 2 Reg. 17, 31, quod figurâ caninâ fuisse volunt interpretes Hebraei, prob. ex etymo a rad. נבח coniecturam facientes, quanquam caninae figurae idoli in Syria olim culti nonnulla vestigia supersunt, v. Ikenii dissert. de idolo Nibchas in eius dissertt. Bremae 1749 editis, p. 143 sqq. In Sabaeorum libris נבאז (qui tamen num idem sit atque נבחז, dubitari potest) est dominus caliginis, cacodaemon, v. Norbergii Onomast. cod. Nasar. p. 100.

נָבַט in Kal inusit.

Pi. נִבַּט semel (Jes. 5, 30) et

Hiph. הִבִּיט 1) *spectavit, intuitus est.* Constr. absol. Jes. 42, 18: הַבִּיטוּ לִרְאוֹת *spectate ut videatis* cet. 63, 5: אַבִּיט וְאֵין עֹזֵר *spectabam* (circumspiciebam), *sed non erat auxiliator.* Jes. 18, 4; sq. acc. eoque passim He locali munito *aspexit* Iob. 35, 5: הַבֵּט שָׁמַיִם וּרְאֵה *aspice coelum et vide!* Ps. 142, 5. Gen. 15, 5: הַבֶּט נָא הַשָּׁמַיְמָה *specta quaeso coelum versus*, it. sq. אֶל Ex. 3, 6. Num. 21, 9. Jes. 51, 2. 6, לְ Ps. 104, 32. Jes. 5, 30, עַל Hab. 2, 15 de loco, quo spectant, מִן de loco, unde prospectatur Ps. 33, 13. 80, 15. 102, 20. Sq. בְּ est: cum voluptate intuitus est Ps. 92, 12 (cf. בְּ no. 4, a), sq. אַחֲרֵי abeuntem prospectavit, oculis prosecutus est Exod. 33, 8, sed אַחֲרָיו post se i. e. retro spectavit, respexit 1 Sam. 24, 9. Gen. 19, 17. — Sq. מֵאַחֲרֵי Gen. 19, 26: וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו *eiusque* (Loti) *uxor a tergo eius* (mariti) *respexit.* In eandem sententiam dici potuisset אַחֲרֶיהָ *post se* ut Vulg. vertit. Mulier enim maritum sequi nec retro spectare iussa, rectâ prospicere tergaque mariti oculis prosequi debebat. Translate a) *respexit* ali-

quid, *rationem habuit* rei, c. acc. Am. 5, 22. Ps. 84, 10. 119, 15. Thren. 4, 16; sq. אֶל 1 Sam. 16, 7. Jes. 22, 11. 66, 2. Ps. 119, 6, sq. לְ Ps. 74, 20. b) *adspexit* aliquid nihil agens, v. c. deus impios, i. e. *patienter tulit* (ruhig mit ansehn) Hab. 1, 3. 13 (sed cf. Ps. 10, 14). c) *spem posuit* in aliquo, sq. אֶל Ps. 34, 6.

2) *conspexit, vidit*, ut רָאָה. Num. 12, 8. 1 Sam. 2, 32. Jes. 38, 11.

Nomm. deriv. מַבָּט, et

נְבָט (adspectus) n. pr. patris Jerobeami 1 Reg. 11, 26.

נָבִיא m. arab. نَبِيٌّ pro نَبِيءٌ syr. ܢܒܝܐ *vates, propheta*, qui afflatu divino s. spiritu divino actus tum regum populorumque mores castigabat, tum futura praedicebat (v. rad. נָבָא) Deut. 13, 2. Iud. 6, 8. 1 Sam. 9, 9. 1 Reg. 22, 7. 2 Reg. 3, 11. 2 Par. 28, 9. Cum prophetae notione id necessario coniunctum fuisse, ut non sua, sed divinitus accepta eloqueretur (v. Philo T. IV, p. 116 ed. Pfeifferi: προφήτης γὰρ ἴδιον μὲν οὐδὲν ἀποφθέγγεται, ἀλλότρια δὲ πάντα ὑπηχοῦντος ἑτέρου, 2 Petr. 1, 20. 21) deique legatus esset et interpres, apparet ex loco in hac re classico Exod. 7, 1, ubi Deus Mosi: נְתַתִּיךָ אֱלֹהִים לְפַרְעֹה וְאַהֲרֹן אָחִיךָ יִהְיֶה נְבִיאֶךָ *ego constituo te deum Pharaoni et Aharon, frater tuus, erit propheta tuus* i. e. in colloquio cum Pharaone instituendo tu, utpote sapientior, Dei quasi partes agens verba suggeres fratri tuo, frater autem, quippe expeditioris linguae, prophetae instar a te accepta pronuntiabit. In eandem sententiam dicitur 4, 16: הוּא יִהְיֶה לְּךָ לְפֶה *ille erit os tuum*, cf. Jer. 15, 19. Sing. collect. de *prophetis* usurpari videtur Deut. 18, 15. 18 (cf. עֶבֶד יְיָ) cf. tamen Act. 3, 22. 7, 37, ubi verba illa ad Christum referuntur. Qui ad munus propheticum informabantur, appellantur בְּנֵי הַנְּבִאִים prophetarum filii h. e. discipuli 1 Reg. 20, 35. 2 Reg. 2, 3. 5. 7. 15. 4, 1. 38. 5, 22. 6, 1. 9, 1, cf. pers. filii i. e. discipuli Magorum. — Caeterum non deerant in populo israëlitico *pseudoprophetae*, qui afflatu divino simulato populi aures blandis verbis mulcebant, graviter propterea a veris prophetis castigati (v. Jes. 28, 7—13. Jer. 14, 13 sq. 27, 9 sq. 28, 10 sq.), neque non harioli, qui Baalis et Astartes auctoritate vaticinabantur, נְבִיאֵי הַבַּעַל 1 Reg. 18, 19. 40. 2 Reg. 10, 19, et נְבִיאֵי הָאֲשֵׁרָה 1 Reg. 18, 19: etiam de his נָבִיא simpl. dicitur Hos. 4, 5. 9, 7. 8, cf. Jes. 3, 2. Passim prophetae notio latius patet, et dicitur de quovis familiari Dei, cui Deus voluntatem suam patefaciebat, ut de Abrahamo Gen. 20, 7, de patriarchis Ps. 105, 15.

נְבִיא chald. id. Esr. 5, 1. 6, 14.

נְבִיאָה f. 1) *prophetissa, mulier fatidica*. 2 Reg. 22, 14. 2 Chr. 34, 22. Neh. 6, 14 Iud. 4, 4. 2) *uxor prophetae* Jes. 8, 3, ut lat. episcopa, presbytera de uxore episcopi, presbyteri. 3) *vates, poëtria* Ex. 15, 20.

נְבָיוֹת (loca excelsa v. נָבָה) n. pr. *Nabathaea, Nabathaei*, gens Arabiae septentrionalis, ex Ismaëlis genere orta (Gen. 25, 13. 28, 9), gregibus abundans (Jes. 60, 7), praeterea mercatu et rapinis victum parans (Diod. 2, 48. 3, 42). (Arab. نَبَطٌ et نَبِيطٌ, cuius ט ex ת servili Hebraeorum ortum est). Relandi Palaestina p. 90 sq.

נָבַךְ rad. inusit., i. q. נָבַע et نَبَعَ, chald. נְבַג *scaturivit*, unde

נֶבֶךְ tantummodo in pl. Iob. 38, 16:

נִבְכֵי־יָם *fontes maris.* LXX πηγὴ θαλάσσης.

נָבֵל (Jes. 40, 7) fut. יִבֹּל 1) *flaccidus fuit* et *factus est*, de foliis et floribus prae flacciditate decidentibus Ps. 1, 3. 37, 2. Jes. 1, 30. 28, 1. 40, 7. 8. Ez. 47, 12. — Jes. 34, 4: *exercitus eorum* (coelorum) i. e. stellae *decidunt, ut vitis folia decidunt.* Ps. 37, 2. (Vicina sunt אָבַל, בָּלָה it. נָפַל). 2) Translate de hominibus: *concidit, viribus defecit et iacuit* Ps. 18, 46 Ex. 18, 18. Jes. 24, 4, de monte Iob. 14, 18: הַר־נוֹפֵל יִבּוֹל *mons, qui cecidit, iacet,* neque resurgere potest, mortuo similis. Cf. nomen deriv. נְבֵלָה cadaver. 3) *stultus fuit, stulte, impie egit* (marcor enim et torpor ad stultitiam et impietatem transferuntur, quemadmodum vicissim robur ad virtutem et pietatem, cf. arab. لَغِبَ, فَرِجَ, نَاجِلَ, quae omnia flacciditatis et imbecillitatis vim habent, dein ad stuporem translatam) Prov. 30, 32. V. nomen נָבָל.

Pi. נִבֵּל *vilipendit*, *despexit* Deut. 32, 15. Mich. 7, 6. (cf. arab. نَبَلَ stultus fuit, VII. vilis, abiectus fuit). 2) *deturpavit, contumelia affecit* Nah. 3, 6. Jer. 14, 21: אַל־תְּנַבֵּל כִּסֵּא כְבוֹדֶךָ *ne deturpes solium maiestatis tuae* (cf. נַבְלוּת). Inde

נָבָל f. נְבָלָה adj. 1) *stupidus, stultus* Prov. 17, 7. 21. Jer. 17, 11. Saepius 2) *impius, abiectus, nequam* (cf. אֱוִיל) 1 Sam. 25, 25. 2 Sam. 3, 33, spec. *impius* Iob. 2, 10. Ps. 14, 1. 53, 2: אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ אֵין אֱלֹהִים *dicit impius in animo suo: non est deus.* Arabes eodem significationum ambitu utuntur vc. كَاشِم.
3) n. pr. m. 1 Sam. 25, 3 sqq.

נֵבֶל et **נֶבֶל**, pl. נִבְלֵי, נְבָלִים m. 1) *uter*, a flacciditate dictus (v. rad. נָבֵל). LXX bis ἀσκός. Poët. Iob. 38, 37: *utres coeli*, de nubibus, ex metaphora Arabibus trita.

Quoniam aquae, lacti, vino portandis et condendis utplurimum utres adhibere solebant prisci homines, hoc nomen dein 2) translatum ad alius quoque materiae *vasa aquaria*, ut *urceum*, *lagenam.* Jes. 30, 14: נֵבֶל יוֹצְרִים *lagena fictilis.* Thren. 4, 2: נִבְלֵי חֶרֶשׂ *lagenae testaceae*, cf. Jer. 13, 12. 48, 12. Plenius dicitur pl. כְּלֵי הַנְּבָלִים vasa e genere lagenarum Jes. 22, 24, opp. הָאַגָּנוֹת pelves.

3) instrumentum musicum, gr. νάβλα, ναύλα (נַבְלָא), lat. *nablium*, v. Strabo X p. 471 Casaub. Athen. IV, p. 175 Casaub., Ovid. A. A. 3, 327, saepe copulatum cum cithara (כִּנּוֹר) Ps. 57, 9. 81, 3. 92, 4. 108, 3. Jes. 5, 12. Am. 5, 23. 6, 5, pleon. כְּלִי נֶבֶל Ps. 71, 22, pl. כְּלֵי נְבָלִים 1 Par. 16, 5. Josephus (Antiqu. 7, 12 §. 3) hoc instrumentum tanquam sambucae s. harpae genus describit *duodecim* chordis munitum et digitis (non plectro) carptum, sed verbis hebraeis נֵבֶל עָשׂוֹר Ps. 33, 2. 144, 9 nablium *decachordum* indicari videtur. Figuram eius triangulam fuisse et *Δ* litterae inversae similem (quae eadem etiam sambucae forma erat Vitruv. 6, 1), tradit Hieronymus; et nescio an inde etiam nomen invenerit: urcei enim s. cadi (v. כַּד) pyramidis s. metae figuram habebant.

נְבָלָה f. 1) *stultitia* Jes. 32, 6, eiusque *poena* Iob. 42, 8: לְבִלְתִּי עֲשׂוֹת עִמָּכֶם נְבָלָה *ne stultitiae poenam a vobis repetam*, cf. עָשָׂה חֶסֶד עִם Gen. 24, 49. 47, 29. 2) *nequitia.* 1 Sam. 25, 25. 3) *scelus nefarium*, ut stuprum violentum, incestus Iud. 19, 23. 24. 2 Sam. 13, 12. Solennis formula est: עָשָׂה, עָשְׂתָה נְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל Gen. 34, 7. Deut. 22, 21. Iud. 20, 10 Jer. 29, 23, cf. ע׳ זִמָּה וּנְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל Iud. 20, 6.

נְבֵלָה f. cstr. נִבְלַת (Ps. 79, 2) c. Suff. נִבְלָתִי Jes. 26, 19, alibi נִבְלָתְךָ,

נִבְלָתוֹ, *cadaver* (v. rad. no. 2, cf. מַפֶּלֶת a rad. נָפַל) hominum Deut. 21, 23; animalium Levit. 5, 2. 7, 24; translate idolorum Jer. 16, 18, cf. פֶּגֶר Lev. 26, 30. Collect. cadavera Levit. 11, 11. Jes. 26, 19. (Arab. نَبِيلَةٌ id.)

נַבְלוּת f. *ignominia*, inde *pars obscoena* Hos. 2, 12. V. rad. Pi. no. 2 et chald. נִבּוּל foeditas, obscoenitas.

נִבְלָט (fort. pro נְבַל לָט stultum s. stultitia, scelus in occulto) n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. 11, 34.

נָבַע *ebullivit, scaturivit.* (Chald. syr. arab. نبع et نبغ id. Syllaba primaria est בע, بغ aeque ac בק bulliendi sonum s. bombum imitans, cf. בּוּעַ, בַּעְבַּע, בָּעָה). Prov. 18, 4: נַחַל נֹבֵעַ *rivus scaturiens*.

Hiph. הִבִּיעַ 1) *ebullivit* (act.), *copiose effudit*. Prov. 1, 23: אַבִּיעָה לָכֶם רוּחִי *effundam in vos spiritum meum*; impr. verba 15, 2. 28: פִּי רְשָׁעִים יַבִּיעַ רָעוֹת *os improborum ebullit mala*; unde absol. *impie dicta eructavit* Ps. 59, 8. 94, 4. 2) *evulgavit, nunciavit* (cf. נָבָא, quod ex hac rad. ortum emollita littera א, it. נָטַף) Ps. 19, 3. 78, 2. 145, 7. (Syr. ܢܒܥ Aph. vulgavit). 3) *ebullire* i. e. *fermentescere* et *putrescere fecit*. Eccl. 10, 1: *muscae mortuae* יַבְאִישׁ יַבִּיעַ *foetere et putrescere faciunt unguentum.*

Deriv. מַבּוּעַ.

נִבְרַשׁ quadril. inusit. syr. et chald. Ithp. *luxit*, ex נבר = נור et אֵשׁ ignis, unde

נֶבְרַשְׁתָּא f. chald. *lychnuchus* Dan. 5, 5 (arab. نِبْرَاس, syr. ܢܒܪܫܬܐ id.).

נִבְשָׁן (solum molle, a rad. בָּשַׁן) n. pr. oppidi in planitie tribus Judae Jos. 15, 62.

נָגַב rad. inusit., syr., chald. et sam. *siccus, exsiccatus fuit*, unde

נֶגֶב m. *auster, meridies, plaga meridionalis* Ex. 27, 9. Jes. 21, 1 cet. גְּבוּל נֶגֶב finis australis Jos. 15, 4. In acc. adv. נֶגֶב כִּנֲרוֹת ab austro lacus Kinneroth. Jos. 11, 2. Hinc אֶרֶץ הַנֶּגֶב Jos. 15, 19 et simpl. נֶגֶב Ps. 126, 4 terra meridionalis, spec. a) tractus australis Palaestinae, Gen. 13, 3. 20, 1. 24, 62. Deut. 34, 3. Jos. 10, 40. b) Aegyptus Jes. 30, 6. Dan. 11, 5 sqq. — Cum ־ָה parag. נֶגְבָּה austrum versus Ex. 40, 24. Sq. לְ Jos. 17, 9. 10: נֶגְבָּה לְאֶפְרַיִם *ab austro Ephraimi*, et מִן ibid. 18, 14: נֶגְבָּה מִן הָהָר *ab austro montis*. Etiam cum praef. בַּנֶּגְבָּה Jos. 15, 21 *in* regione *meridiem versus* sita, et לַנֶּגְבָּה 1 Chr. 26, 17. Cf. צָפוֹן.

נָגַד in Kal. inusit., proprie esse videtur *in fronte* (v. נָגִיד), *in conspectu fuit*, inde *manifestus fuit*, arab. نَجَدَ clara et manifesta fuit res. Cf. מֶגֶד.

Hiph. הִגִּיד 1) pr. protulit in lucem, inde *indicavit, nunciavit*, sq. dat. pers. Gen. 3, 11. 9, 22. 29, 12. 37, 5, rarius sq. acc. Ez. 43, 10. Iob. 26, 4, absol. 2 Sam. 15, 31: וְדָוִד הִגִּיד לֵאמֹר *et Davides nunciabat hunc in modum*. Iob. 42, 3. Accusativus pronominis *id*, ut post alia verba dicendi (v. אָמַר Gen. 4, 8) omitti solet; ut הַגִּידוּ לִי indicate (id) mihi Gen. 24, 49. 9, 22. 2 Reg. 7, 11. — Spec. a) *prodidit*. Iob. 17, 5: לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים qui *praedatoribus prodit amicos*. b) *indicavit* i. e. *solvit, explicuit* aenigma Iud. 14, 19, somnium Gen. 41, 24. c) *confessus est* Ps. 38, 19. Jes. 48, 6, *palam professus est* Jes. 3, 9.

2) emphat. *praedicavit, cum laude celebravit*, c. acc. Ps. 9, 12. 71, 17. 92, 3, absol. 75, 10 — 2 Reg. 9, 15 לַגִּיד Cheth. pro לְהַגִּיד.

Hoph. הֻגַּד, fut. יֻגַּד, inf. pleon. הֻגֵּד Jos. 9, 24. Ruth 2, 11 *indicatus, nunciatus est.*

Derivv. נֶגֶד, נָגִיד.

נְגַד chald. *fluxit* Dan. 7, 10.

נֶגֶד pr. subst. *pars antica*, frons, facies rei spectantibus obiecta. In acc. abit in Praep. c. Suff. נֶגְדִּי, נֶגְדְּךָ, נֶגְדּוֹ 1) *coram, in conspectu, ante* i. q. לִפְנֵי, ut נֶגֶד כָּל־עַמְּךָ coram omni populo tuo Ex. 34, 10, נֶגֶד יְהוָֹה coram Jehova 1 Sam. 12, 3, נֶגֶד הַשֶּׁמֶשׁ coram sole i. e. dum sol in coelo est Num. 25, 4 (cf. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ Ps. 72, 17.) Am. 4, 3: *exibunt* אִשָּׁה נֶגְדָּהּ *quaeque ante se* i. e. qua via patebit (vor sich hin, ihres Weges) cf. Jos. 6, 5. 20 et אִישׁ לְפָנָיו Jer. 49, 5. Quae in oculis habemus quorumque conspectu gaudemus, ea nobis grata, curae cordique sunt, inde Jes. 49, 16: *muri tui* נֶגְדִּי *in conspectu meo* sunt, curae cordique sunt (cf. לִפְנֵי יְיָ Ps. 19, 15. Gen. 10, 9). — 2) *e regione.* Ex. 19, 2: נֶגֶד הָהָר *e regione montis.* Jos. 3, 16. 6, 5. 20, *versus* Dan. 6, 11. Quoniam res comparandae e regione ponuntur Jes. 40, 17: *omnes gentes* sunt *sicut nihil* נֶגְדּוֹ *e regione eius* (cf. כְּנֶגֶד).

Cum Praepositt. 1) כְּנֶגֶד pr. *sicut e regione.* E regione autem ponuntur res comparandae (Jes. 40, 17), sibi respondentes, similes (die Gegenstücke), inde Gen. 2, 18: *faciam ei* (homini) *auxilium* כְּנֶגְדּוֹ *quod ipsi respondeat.* Vers. 20. Bene LXX comm. 18: *κατ᾽ αὐτόν*, 20: *ὅμοιος αὐτῷ*. Cf. לְנֶגֶד Neh. 12, 9. Apud Rabbinos כנגד saepe usurpatur de rebus sibi similibus (v. Lud. de Dieu ad h. l.), cf. pers. برابر e regione, similis, conveniens.

2) לְנֶגֶד, c. Suff. לְנֶגְדִּי, לְנֶגְדְּךָ cet. a) *coram, in conspectu* i. q. נֶגֶד no. 1. 2 Reg. 1, 13. Hab. 1, 3. לְנֶגֶד עֵינַי פ׳ 2 Sam. 22, 25. Iob. 4, 16. b) *e regione* Jos. 5, 13. 1 Par. 5, 11, inde *ex adverso*, *contra* (sensu hostili) Dan. 10, 13. Constr. praegnans est Neh. 3, 37: *quia irritarunt* (Deum) לְנֶגֶד הַבּוֹנִים *opponentes se aedificantibus.* c) *instar* (cf. כְּנֶגֶד) Neh. 12, 9: אֲחֵיהֶם לְנֶגְדָּם *fratres eorum instar ipsorum.* d) *pro* (cf. nostr. *vor* et *für*). Neh. 11, 22: *praefectus Levitarum pro* (לְנֶגֶד) *ministerio domus Dei.*

3) מִנֶּגֶד a) pr. *e conspectu* (*vor* etwas *weg*), post verbum removendi Jes. 1, 16: *removete opera vestra mala* מִנֶּגֶד עֵינָי *e conspectu oculorum meorum.* Jon. 2, 5 (it. nomen remotionis Ps. 10, 5), avertendi Cant. 6, 5, abiiciendi Iud. 9, 17, abscondendi Jer. 16, 17. Am. 9, 3, abeundi Prov. 14, 7 (ubi מִנֶּגֶד לְ), it. procul abesse Ps. 38, 12: *amici mei consistunt* מִנֶּגֶד נִגְעִי *procul a plaga mea* (cf. מִן no. 3, litt. b). — Sing. est Iud. l. c.: *abiecit vitam suam* מִנֶּגֶד pro pleniore מִנֶּגְדּוֹ *a se*, plane ut nostr. er warf es *davon* pro *von sich*, cf. infra 2 Sam. 18, 13. — b) *in conspectu, coram* 1 Sam. 26, 20; *e regione, ex adverso* adv. (cf. מִן no. 3, litt. c) Gen. 21, 16: *et considebat* מִנֶּגֶד *e regione.* Num. 2, 2. 2 Reg. 2, 7. 15. Pro מִנֶּגֶד לְ e regione alic. legitur לְ praemisso Deut. 28, 66: *et vita tua pendebit* לְךָ מִנֶּגֶד *tibi e regione* (nostr. dir gegenüber) pro: e regione tua, coram te, i. e. in praesentissimo vitae periculo versaberis. — c) *contra* absol. et adv. (*dagegen*), הִתְיַצֵּב מִנֶּגֶד opposuit se contra (sich dagegen setzen) 2 Sam. 18, 13, sq. לְ: מִנֶּגֶד לְ *contra* aliquid Iud. 20, 34.

נָגַהּ *splenduit, fulsit* Iob. 18, 5. 22, 28 (Syr. id.).

Hiph. 1) *splendere fecit* (lucem suam) Jes. 13, 10. 2) *collustravit.* Ps. 18, 29. 2 Sam. 22, 29. Inde

נֹגַהּ f. (Hab. 3, 4) 1) *splendor, fulgor*, ut ignis Jes. 4, 5, solis 2 Sam. 23, 4, eiusque orientis Prov. 4, 18, lunae Jes. 60, 19, ensis Hab. 3, 11; quo circumfusum est numen (כְּבוֹד יְהוָה) Ez. 10, 4. Hab. 3, 4. Ps. 18, 13. 2) n. pr. filii Davidis 1 Chr. 3, 7. 14, 6.

נְגַהּ emphat. נָגְהָה chald. *lux.* Dan. 6, 20: בִּנְגְהָא *ad lucernam.*

נְגֹהָה *splendor* tantum pl. Jes. 59, 9.

נָגַח fut. יִגַּח *feriit* cornu, de bestiis cornutis Ex. 21, 28. 31. 32. (Est haec radix ex onomatopoëticis. Feriendi autem pulsandique notio inest tum in syllaba נג, נכ, cf. נָגַע, נָגַף, נָגַן, נָגַל, tum in altera, quae desinit in ח, cf. נָבַח latravit pr. pulsavit, ut כָּלַב, נָדַח et نطح cornu petiit).

Pi. id. Ez. 34, 21. Dan. 8, 4, translate de victore, gentes coram se prosternente Deut. 33, 17. 1 Reg. 22, 11. Ps. 44, 6. Inde

Hithpa. bellum gessit cum al. Dan. 11, 40. Cf. chald. אַגִּיחַ קְרָבָא sq. עִם bellum gessit c. aliquo, in Ithpa. id.

נַגָּח m. *petulcus* Ex. 21, 29. 36.

נָגִיד m. *princeps, praefectus*, a praeeundo dictus (v. rad., adde syr. ܢܓܕ praeivit Ephr. I, 114, cf. germ. *Fürst* i. q. angl. *first* pr. primus). Usurpatur 1) de quovis *praefecto*, ut thesauri 1 Par. 26, 24. 2 Par. 31, 12, templi 1 Chr. 9, 11. 2 Chr. 31, 13, palatii 28, 7, rei militaris 1 Chr. 13, 1. 2 Chr. 32, 21. 2) absol. est *princeps* populi (Fürst), vc. generale, etiam regiam dignitatem comprehendens 1 Sam. 9, 16. 10, 1. 13, 14. 2 Sam. 6, 21. 7, 8. 1 Reg. 1, 35. 14, 7. In Appos. מָשִׁיחַ נָגִיד princeps unctus Dan. 9, 25. Plur. *principes* Iob. 29, 10. Ps. 76, 13. Inde 3) *nobilis, generosus, honestus.* Plur. neutr. *nobilia*, honesta. Prov. 8, 6. (Arab. نَجُدَ strenuus, magnanimus fuit, نَجِيدٌ princeps, nobilis).

נְגִינָה f. (a rad. נָגַן) 1) *fidium cantus* Thren. 5, 14. Jes. 38, 20. 2) *instrumentum pulsatile,* in titulis Pss. 4. 6. 54. 55. 67. 76. 3) *canticum*, ad chordarum sonum decantatum, *psalmus* Ps. 77, 7, spec. carmen irrisorium, *dicterium* Thren. 3, 14. Iob. 30, 9.

נָגַל rad. inusit., arab. نجل pr. *cecidit* (cf. vicc. נָגַף, נָגַן), *vulneravit, confodit.* Inde מַגָּל falx.

נָגַן semel part. plur. נֹגְנִים Ps. 68, 26. Praeterea

Pi. נִגֵּן *fides pulsavit* (cogn. יָגַן tutudit) 1 Sam. 16, 16. 17. 18. 23. 2 Reg. 3, 15. Ps. 33, 3. Jes. 23, 16 (chald. id.).

Nomm. deriv. נְגִינָה, מַנְגִּינָה.

נָגַע fut. יִגַּע, inf. נְגֹעַ c. Suff. נָגְעוֹ, it. גַּעַת 1) *tetigit, attigit.* Cstr. plerumque sq. בְּ Gen. 3, 3. Levit. 5, 3. 6, 11. 11, 24 sq. Dan. 8, 5, sq. עַל Jes. 6, 7, et אֶל Num. 4, 15. Hagg. 2, 12. Spec. dicunt a) *tangere* aliquem, pro violare, vim inferre. Gen. 26, 11: הַנֹּגֵעַ בָּאִישׁ הַזֶּה וּבְאִשְׁתּוֹ *qui violat hunc virum eiusque uxorem.* V. 29. Jos. 9, 19. b) *tangere* mulierem, de concubitu sq. בְּ Prov. 6, 29, sq. אֶל Gen. 20, 6 (cf. ἅπτεσθαι 1 Cor. 7, 1). c) *tangere cor* i. e. movere animum alic. 1 Sam. 10, 26.

2) sensu locali: *attigit* aliquid i. q. *pertigit* usque ad aliquid, sq. בְּ 1 Reg. 6, 27. Hos. 4, 2, עַד Mich. 1, 9. Jes. 16, 8. Jer. 4, 10, אֶל

51, 9, עַל Iud. 20, 34. 41, cf. Iob. 4, 5. 5, 19. Inde

3) *pervenit* ad aliquem vel ad aliquid, sq. בְּ 2 Sam. 5, 8, אֶל Jon. 3, 6. Dan. 9, 21. Absol. *advenit* (tempus) Esr. 3, 1. Neh. 7, 73 (8, 1), cf. הִגִּיעַ.

4) intensive i. q. Pi. graviter tetigit, *percussit*, *feriit* Gen. 32, 26. 33, max. *plagâ affecit* (deus), sq. בְּ 1 Sam. 6, 9. Iob. 19, 21. Part. נָגוּעַ percussus, plagâ divinâ affectus Ps. 73, 14. Jes. 53, 4. It. *laesit* aliquem ventus (arab. ضرب) Ez. 17, 10.

Niph. pass. Pi. *percussus*, *caesus est* (exercitus), vel potius *caesum se simulavit* Jos. 8, 15, ut הִתְעַשֵּׁר, הִתְחַלָּה, cf. Maureri not. ad h. l.

Pi. i. q. Kal no. 4 *percussit*, max. de poenis divinis (cf. נָגַף, נָכָה). Gen. 12, 17. 2 Reg. 15, 5. *Pu.* pass. Ps. 73, 5.

Hiph. 1) causat. *tangere*, *attingere fecit*, max. in hac formula: הִגִּיעַ לָאָרֶץ, עַד עָפָר ה׳ terram, pulverem tangere fecit, h. e. funditus destruxit (aedificia). Jes. 25, 12. 26, 5. Thren. 2, 2; sensu locali Jes. 5, 8: *vae iis*, *qui domum domui iungunt* i. e. longas domuum series coemunt vel exstruunt. 2) i. q. Kal no. 1 *tetigit*, sq. לְ Ex. 4, 25, אֶל 12, 22, עַל Jes. 6, 7. 3) i. q. Kal no. 2 *pertigit* ad al., sq. לְ Gen. 28, 12, עַד Jes. 8, 8, de calamitatibus Eccl. 8, 14. Esth. 9, 26 (sq. אֶל). 4) i. q. Kal no. 3, *pervenit* sq. עַד Ps. 107, 18, אֶל 1 Sam. 14, 9; inde *assecutus est*, sq. לְ Esth. 4, 14. Absol. *advenit*, de hominibus ibid. 6, 14, de tempore Ez. 7, 12. Eccl. 12, 1. Inde

נֶגַע m. c. Suff. נִגְעוֹ, pl. נְגָעִים, נִגְעֵי 1) *percussio*, *plaga* Deut. 17, 8. 21, 5, in sing. coll. Prov. 6, 33. Spec. de plagis s. calamitatibus, quas Deus hominibus immittit Gen. 12, 17. Exod. 11, 1. Ps. 38, 12. 39, 11. 91, 10. 2) *naevus*, *macula* in cute, sive impetigo et porrigo est, sive lepra Levit. 13, 3 (cf. V. 2). 5. 6. 29. 30. 42, unde נֶגַע הַנֶּתֶק macula porriginis V. 31, נֶגַע הַצָּרַעַת macula leprae, V. 3. 9. 20. 25, et omisso צָרַעַת V. 22 id., etiam de lepra vestium 13, 47, et parietum 14, 34 sq. Meton. de homine naevis affecto V. 4. 12. 13. 17. 31, adeoque de veste leprosa V. 50.

נָגַף fut. יִגֹּף 1) *percussit*, max. de Jehova plaga quadam homines afficiente Exod. 7, 27 (8, 2), max. plaga lethali, morbo, morte 1 Sam. 25, 38. Ps. 89, 24. 2 Chr. 21, 18. Alio sensu Deus *populum percutere* dr. coram hostibus i. e. hostibus caedendum permittere 1 Sam. 4, 3: *cur Jehova hodie nos percussit coram Philistaeis?* Iud. 20, 35. 2 Chr. 13, 15. 21, 14, cf. Niph. — 2) *feriit*, v. c. bestia cornuta Exod. 21, 35, homo hominem 21, 22. — 3) *offendit* (pede) Prov. 3, 23. Ps. 91, 12.

Niph. נִגַּף *caesus est* (exercitus) Iud. 20, 36. 1 Sam. 4, 10; plerumque sq. לִפְנֵי caesus est (et fugit) coram hoste Levit. 26, 17. Deut. 28, 7. Iud. 20, 36. 1 Sam. 4, 2. 2 Sam. 18, 7 cet.

Hithp. i. q. Kal no. 3 *impegit* pes Jer. 13, 16.

Inde מַגֵּפָה, et

נֶגֶף m. 1) *plaga* divina, max. de morbo lethali a Deo immisso Ex. 12, 13. 30, 12. Num. 8, 19. 17, 11. 12. 2) *offensio* (pedis) Jes. 8, 14.

נָגַר in Kal inusit. pr. *fluxit*, v. chald. נְגַר traxit et fluxit, cf. hebr. מָגַר, et גָּרַר no. 1.

Niph. 1) *effusus est*, *fluxit*, de aqua 2 Sam. 14, 14, de oculo Thren. 3, 49. 2) *expansus est* (de manu) Ps. 77, 3. De נִגָּרוֹת Iob. 20, 28 v. גָּרַר Niph.

Hiph. הִגִּיר 1) *effudit* Ps. 75, 9. 2) *detrusit* (lapides de monte) Mich. 1, 6. 3) transl. *tradidit* (cf. הֶעֱרָה effudit, tradidit), in hac locutione: הִגִּיר פ׳ עַל־יְדֵי חֶרֶב tradidit aliquem in manus i. e. in potestatem gladii (cf. עַל יְדֵי post verba tradendi p. 401 A) Ez. 35, 5. Jer. 18, 21. Ps. 63, 11, male vulgo: fudit per manus gladii. *Hoph.* הֻגַּר *effusa, deorsum lapsa est* aqua. Mich. 1, 4.

נָגַשׂ fut. יִגֹּשׂ (semel יִנְגּוֹשׂ Jes. 58, 3) *impulit, ursit, adegit* 1) operarium ad laborem Jes. 58, 3. Unde part. נוֹגֵשׂ exactor operarum, ἐργοδιώκτης Exod. 3, 7. Iob. 3, 18, etiam sq. בְּ, hinc נֹגֵשׂ בּוֹ Jes. 9, 3; de exactore asini, agasone Iob. 39, 7. 2) *debitorem ursit, exegit* debitum c. acc. pers. Deut. 15, 2. 3, *tributum exegit*, sq. duplici acc. civium et tributi 2 Reg. 23, 35, part. נוֹגֵשׂ *exactor* tributi. Dan. 11, 20. 3) *regnavit, imperavit*, part. נוֹגֵשׂ *rex, tyrannus* Jes. 3, 12. 14, 2. 60, 17. Zach. 10, 4. Aethiop. ነገሠ: id., unde ንጉሥ: et ነጋሢ: rex, ንጉሠ: ነገሥት: rex regum, de rege Aethiopiae.

Niph. נִגַּשׂ *pressus, vexatus est* 1 Sam. 13, 6. Jes. 53, 7; *alter alterum pressit, exagitavit* Jes. 3, 5; laboribus exagitatus, *defatigatus est* (de exercitu) 1 Sam. 14, 24.

נָגַשׁ Praet. Kal. inusit., cuius vicem tenet praet. Niph. נִגַּשׁ, fut. Kal יִגַּשׁ, imp. גַּשׁ, גְּשָׁה, it. גֶּשׁ (Gen. 19, 9), inf. גֶּשֶׁת 1) *accessit, appropinquavit*, absol. Gen. 27, 21. 26. 29, 10, sq. אֶל *ad* aliquem vel aliquid Gen. 27, 22. 44, 18. Num. 8, 19, בְּ Jes. 65, 5 (cf. infra litt. c), לְ Iud. 20, 23, עַד Gen. 33, 3, עַל Ez. 44, 13, sq. acc. Num. 4, 19: בְּגִשְׁתָּם אֶת־קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *si accedunt ad sanctum sanctorum*. 1 Sam. 9, 18. Spec. a) *accessit*, ad uxorem, honeste dictum de coitu (cf. קָרַב), sq. אֶל Ex. 19, 15. b) *accessit* ad Jehovam, de sacerdotibus qui altari appropinquant Ex. 30, 20. Ez. 44, 13, de piis ad deum se convertentibus Jes. 29, 13. Jer. 30, 21. c) accessit ad aliquid passim est i. q. *attigit* rem, *adiunxit se* rei, sq. בְּ Iob. 41, 8 de scutis crocodili: אֶחָד בְּאֶחָד יִגַּשׁוּ *iuncta sunt alterum alteri*.

2) *retrocessit, recessit*. Gen. 19, 9: גֶּשׁ־הָלְאָה, quod bene LXX. ἀπόστα ἐκεῖ. Vulg. *recede illuc*. Jes. 49, 20: גְּשָׁה־לִּי *recede mihi*, ut LXX. ποίησόν μοι τόπον, Hieron. *fac mihi spatium*. Notandum autem, tam veteres quam nostrates in accedendi et abeundi vocabulis recte adhibendis minus accuratos esse, iisque passim de motu contrario abuti, v. c. קָרַב de recedendo, סוּר arab. مضى de accedendo, cf. nostr. *herab, herum* vel apud probatissimos scriptores pro *hinab, hinum* (quod posterius plerique vix admittunt).

Hiph. הִגִּישׁ 1) causat. *adduxit* Gen. 48, 10. 13. Exod. 21, 6. Jes. 45, 21; *attulit* (res) Gen. 27, 25. 2 Sam. 13, 11. 17, 29. Jes. 41, 21: הַגִּישׁוּ עֲצֻמוֹתֵיכֶם *afferte* (proferte in medium) *argumenta vestra* (neque aliter accipiendum יַגִּישׁוּ Comm. 22 et 45, 21, omisso tamen obiecto); *obtulit* Iob. 40, 19, max. Deo sacrificia Am. 5, 25. Mal. 2, 12. 2) i. q. Kal, *appropinquavit*. Am. 9, 10.

Hoph. הֻגַּשׁ pass. *adductus est* 2 Sam. 3, 34, *oblatus est* Mal. 1, 11.

Hithpa. *prope accessit* Jes. 45, 20.

נֵד m. *acervus, agger* (arab. نَدٌّ, a rad. نَدَّ נדד, cuius significationes tamen ab hac nostra paulo alieniores sunt), poët. de fluctibus marinis aggeris instar aggestis Ps. 33, 7: כֹּנֵס כַּנֵּד מֵי הַיָּם *coacervat, ut aggerem, aquas maris*, similiter Jos. 3, 13. 16: *stabant aquae*, deor-

sum *defluentes* נֵד אֶחָד instar *unius acervi*, cf. Ex. 15, 8. Ps. 78, 13, eodem nexu est חוֹמָה murus Exod. 14, 22. Cf. Virg. Ge. 4, 316.

נָדָא, rad. incerta, unde ducunt וידא (וַיַּדַּא) 2 Reg. 17, 21 Chethibh, sed vide נָדָה.

נָדַב 1) i. q. arab. نَدَبَ *impulit, adegit, incitavit* ad al. (vic. נָדַף). Non legitur, nisi in hac formula Ex. 25, 2: כָּל־אִישׁ אֲשֶׁר יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ *quemcunque impellit animus suus* h. e. qui lubens, sua sponte facit. 35, 21. 29. — 2) intrans. ut arab. نَدُبَ se ipsum impulit, inde spontaneus, liberalis, generosus fuit, v. נָדִיב et Hithpa.

Hithpa. 1) *se ipsum incitavit, lubentem se praestitit, sponte se obtulit* sq. gerundio Neh. 11, 2, spec. de militibus spontaneis (cf. de eodem usu apud Arabes Alb. Schult. ad Ham. p. 310, epist. ad Menken. p. 40) Iud. 5, 2. 9, cf. Ps. 110, 3, de his qui ad militiam sacram sponte se offerebant 2 Par. 17, 16. 2) *sponte s. lubens dedit, obtulit* v. c. donum Jehovae c. acc. 1 Chr. 29, 9. 14. 17. Esr. 1, 6. 2, 68. 3, 5.

Derivv. נְדָבָה, נָדִיב, et nomm. pr. נוֹדָב, נָדָב.

נְדַב chald. Ithp. i. q. hebr. 1) *promtus fuit ad al.*, sq. לְ Esr. 7, 13. 2) *sponte dedit*, ibid. V. 15. Inf. (more syro) הִתְנַדָּבוּת subst. *sponte oblatum.* V. 16.

נָדָב (spontaneus, liberalis) n. pr. 1) filii Jerobeami (I), regis decem tribuum 954—952 a. C. 1 Reg. 15, 25. 32. 2) filii Aharonis Ex. 6, 13. 24, 1. 3) 1 Chr. 2, 28. 4) ibid. 8, 30. 9, 36.

נְדָבָה f. 1) *promta voluntas, spontaneitas* (sit venia verbo), unde בִּנְדָבָה Num. 15, 3. Ps. 54, 8, et acc. נְדָבָה Deut. 23, 24. Hos. 14, 5 *sponte, lubenti animo.* — Plur. Ps. 110, 3: עַמְּךָ נְדָבוֹת *populus tuus* est *promtitudines*, i. e. promtissimus ad militiam, abstr. pro concr. 2) *donum spontaneum* Esr. 1, 4 (cf. V. 7), max. *sacrificium spontaneum* opp. sacrificio voto (נֶדֶר). Ex. 35, 29. Lev. 22, 23: נְדָבָה תַּעֲשֶׂה אֹתוֹ tanquam *sacrificium spontaneum offerre potes.* Qui sponte dat et lubenti animo, non parcus est, sed *larga* manu dat, inde 3) *largitas.* Ps. 68, 10: גֶּשֶׁם נְדָבוֹת *pluvia larga*, copiosa.

נְדַבְיָה (quem Jehova impulit) n. pr. m. 1 Chr. 3, 8.

נִדְבָּךְ ἅπαξ λεγόμ. Esr. 6, 4 chald. *series lapidum*, vel *paries*, quam utramque significationem habet in Targg. (Ez. 46, 33. Zach. 4, 10) et in Mischna (T. I, p. 7. 8. V, p. 361. VI, p. 107 Surenh.). Ortum videtur ex hebr. נִדְבָּק part. Ni. pr. *coniunctum*, *cohaerens.*

נָדַד plur. נָדְדוּ, inf. נְדֹד, fut. יִדֹּד Nah. 3, 7 et יִדַּד Gen. 31, 40 1) trans. *movit*, v. c. volucris alas Jes. 10, 14. (Cogn. נוּד, נוּט cf. etiam sanscr. *nat* movere, moveri).

2) intrans. *movit se*, inde *oberravit, vagatus est*, de ave Prov. 27, 8. Jes. 16, 2, de hominibus Iob. 15, 23. Part. נוֹדֵד (homo) *profugus* Jes. 16, 3. 21, 14. Jer. 49, 5. 3) *fugit*, *aufugit* Ps. 31, 12. 55, 8. 68, 13, *avolavit* (avis) Jer. 4, 25. 9, 9. (Arab. نَدَّ vagatus est, aufugit). — A *fugando* (causat. v. Hiph.) est 4) *removit, abiecit*, inde (ex usu Syrorum) *abominatus est*, v. נִדָּה.

Poal. נוֹדַד *aufugit*, *avolavit* Nah. 3, 17.

Hiph. הֵנֵד *fugavit*, *eiecit* Iob. 18, 18. *Hoph.* הֻנַּד (more chald. pro הוּנַד) *abiectus est*, part. מֻנָּד 2 Sam. 23, 6; fut. יֻנַּד *aufugit.* Iob. 20, 8.

Hithpo. fugit Ps. 64, 9.

Nomm. deriv. נְדוּדִים, נִדָּה et מָדָד, נִידָה, cf. etiam נֵד.

נְדַד chald. *fugit*. Dan. 6, 19.

נְדֻדִים m. pl. *motus inquieti, iactationes* hominis somno destituti in strato. Iob. 7, 4.

I. נָדָה in Kal inusit. i. q. נָדַד *fugit, recessit* (syr. et sam. id.).

Pi. נִדָּה *removit*, sq. לְ Am. 6, 3, *repudiavit, exclusit* Jes. 66, 5, cf. נָדַד no. 4. (Apud Rabbinos נִדּוּי est excommunicatio, separatio ex coetu ecclesiae).

II. נָדָה rad. inusit. i. q. נָדַב no. 2. sponte dedit, liberalis fuit (arab. نَدَا uvidus, liberalis fuit), inde נֵדֶה et נָדָן

נֵדֶה m. *donum largum*, de dono meretricio Ez. 16, 33.

נִדָּה f. pr. *abominatio* (v. rad. no. 4), *impuritas* Zach. 13, 1. מֵי־הַנִּדָּה Num. 19, 9. 13. 20. 21 aqua impuritatis, h. e. aqua, qua impuri purgantur, aqua lustratoria. Spec. 1 *foeditas, impuritas menstruorum* muliebrium Levit. 12, 2. 15, 19. 20, inde de ipsis *menstruis* Lev. 15, 24. 25. 33. 2) *res foeda, impura*, i. q. תּוֹעֵבָה, de idolis 2 Chr. 29, 5. Esr. 9, 11. Thren. 1, 17, de incestu Lev. 20, 21.

נָדַח fut. יִדַּח pr. *trusit* (stoſsen), *impulit* (v. cogn. דָּחָה et quae ibi observavimus), inde 1) *extrusit, impulit* 2 Sam. 14, 14, v. Hiph. 2) *immisit* (securim) in arborem, sq. עַל Deut. 20, 19.

Niph. נִדַּח 1) pass. Kal no. 2 *immissus*, impulsus *est*. Deut. 19, 5: *qui cum socio suo silvam ingreditur, lignum caesurus*, וְנִדְּחָה יָדוֹ בַגַּרְזֶן לִכְרֹת הָעֵץ וְגוֹ׳ *eiusque manus cum securi impellitur*, h. e. securim tollit *ad caedendam arborem*. 2) pass. Hiph. no. 2, *expulsus est* Jer. 40, 12, unde Part. נִדָּח *expulsus, profugus* Jes. 16, 3. 4. 27, 13. Collect. Deut. 30, 4. Neh. 1, 9, et fem. נִדָּחָה Mich. 4, 6. Zeph. 3, 19 profugi. C. Suff. נִדָּחוֹ ab eo expulsus 2 Sam. 14, 13. — Translate Iob. 6, 13: תּוּשִׁיָּה נִדְּחָה מִמֶּנִּי *salus a me aufugit*. De pecore disperso et oberrante Deut. 22, 1. Ez. 34, 4. 16. 3) pass. Hiph. no. 3, *seductus est*, seduci se passus est Deut. 4, 19. 30, 17.

Pu. propulsus est. Jes. 8, 22: אֲפֵלָה מְנֻדָּח *in tenebras propulsus*, cf. Jer. 23, 12.

Hiph. הִדִּיחַ 1) *detrusit* Ps. 5, 11, sq. מִן 62, 5. — 2) *extrusit, expulit, dispulit* 2 Chr. 13, 9 v. c. Israëlitas in alias terras Deut. 30, 1. Jer. 8, 3. 23, 3. 8. 29, 14. 18. 32, 37. 46, 28, *dispersit* gregem Jer. 23, 2. 50, 17. — 3) *seduxit* aliquem Deut. 13, 14. Prov. 7, 21, sq. מִן abduxit ab aliqua re Deut. 13, 6, מֵעַל יְהוָה comm. 11. — 4) *immisit* (malum) alicui, sq. עַל 2 Sam. 15, 14, cf. Kal no. 2.

Hoph. part. מֻדָּח *dispulsus* Jes. 13, 14.

N. deriv. מַדּוּחִים.

נָדִיב m. (a rad. נָדַב) 1) *voluntarius, spontaneus, promtus* 1 Par. 28, 21, plenius: נְדִיב לִבּוֹ animi promti Ex. 35, 5. 22. 2 Chr. 29, 31 (v. נָדַב Kal et Hithp.). Ps. 51, 14: רוּחַ נְדִיבָה *animus promtus*. 2) *sponte dans* i. e. *liberalis* Prov. 19, 6, inde 3) *nobilis, ingenuus* (quod quidem utrumque arcte coniunctum apud Orientales est), de moribus Jes. 32, 5. 8. Prov. 17, 7. 26. Transfertur 4) ad generis nobilitatem, et est subst. *princeps* Iob. 34, 18. Ps. 107, 40. 113, 8. 118, 9. Prov. 25, 7. 1 Sam. 2, 8, adeoque in malam partem, *tyrannus* Iob. 21, 28. Jes. 13, 2, cf. מֹשְׁלִים. — In plurimis significationibus hoc vc. congruit cum synonymo נָגִיד; sed ordo earum plane contrarius est. Hoc nostrum a notione animi promti et

liberalis profectum et ad generis nobilitatem translatum est: illud a ducis et praefecti notione proficiscens ad eas, quae principem decent, virtutes pertinere coepit.

נְדִיבָה f. *nobilitas, conditio nobilis* atque felix Iob. 30, 15.

נָדַן rad. inusit., fort. i. q. لدن mollis, flexibilis fuit. Inde

I. **נָדָן** *vagina* gladii, 1 Chr. 21, 27, v. נִדְנֶה. Alius originis est

II. **נָדָן** i. q. נֵדֶה *donum largum, meretricium* Ezech. 16, 33, a rad. נָדָה, additâ syllabâ ־ָן. Cod. Rossian. 409 habet נְדִיךְ pro נְדָנַיִךְ.

נִדְנֶה m. chald. *vagina* gladii (a flexibilitate dicta v. rad., alibi נְדַן et נִדְנָה, et לְדַן, לִדְנָא c. He parag. ad formam לְבֵנָה, אַרְיֵה). Translate de corpore, tanquam animi vagina et involucro. Dan. 7, 15: *animus mihi afflictus est* בְּגוֹ נִדְנֶה *in vagina* i. e. *corpore.* Eadem metaphora utitur Plin. H. N. 7, 52 s. 53: „donec cremato eo inimici remeanti animae velut vaginam ademerint," et utebatur philosophus quidam, qui ab Alexandro M. ob vultus deformitatem contemtus, huic respondisse fertur: „corpus hominis nil est nisi vagina gladii, in qua anima tanquam in vagina reconditur", v. d'Herbelot biblioth. orientale p. 642. Eodem modo vc. σκεῦος utitur Aelian. hist. anim. XVII, 11.

נָדַף fut. יִנְדֹּף Ps. 68, 3, et יִדֹּף Ps. 1, 4 *dispulit, dissipavit,* ut ventus paleam, stipulas, fumum Ps. 1, 4. 68, 3, *fugavit* hostem i. e. vicit, metaph. Iob. 32, 13.

Niph. נִדַּף pass. *dispulsus est* Jes. 41, 2. Ps. 68, 3. עָלֶה נִדָּף folium vento dispulsum. Levit. 26, 36. Iob. 13, 25, inf. cstr. הִנָּדֹף Ps. 68, 3.

נָדַר 1) i. q. arab. ندر *excidit* granum ex mergite in aream, inde arab. أَنْدَر, chald. אִדַּר area. Cognata est haec radix serendi, spargendi vcc., ut זָרָה (q. v.), זָרַע, זָרַר.

2) *vovit,* aliquid agendum vel dandum sponte promisit. (Arab. نَذَرَ, syr. ܢܕܪ. Quanquam Arabes has duas radices scribendo distinguunt [v. gramm. hebr. pag. 22], possunt tamen ab una origine profectae esse, nimirum vovendi notio ab animo lubenti, liberali, et hic a spargendi potestate). Levit. 27. 8. Mal. 1, 14. Fut. יִדֹּר Num. 6, 21 et יִדַּר Gen. 28, 20. Constr. c. dat. pers. Gen. 31, 13. Deut. 23, 24. Plenius נָדַר נֶדֶר vovit votum, Iud. 11, 39. 2 Sam. 15, 8. — Opp. אָסַר se aliquid intermissurum vovit q. v.

נֶדֶר et **נֵדֶר**, cum Suff. נִדְרִי plur. נְדָרִים, נִדְרֵי m. 1) *votum* Gen. 28, 20 cet. (etiam in dial. phoen. v. Inscr. Melit. 1). נָדַר נְדָרִים vovit vota, v. rad. שִׁלֵּם נְדָרִים Ps. 22, 26 et עָשָׂה נְדָרִים persolvit vota Iud. 11, 39. 2) *res voto promissa, sacrificium votum* Lev. 7, 16. 22, 18. 21. Deut. 12, 6. Opp. נְדָבָה donum voluntarium.

נֹהַ m. ἅπ. λεγόμ. Ez. 7, 11, sec. Hebraeos: *lamentatio,* pro נֹהַּ (formae קֹדֶשׁ), a rad. נָהָה, parum apte ad contextum, cui bene respondet interpretatio Alex. (cod. Alex.) ὡραϊσμός ornamentum, decus, vindicanda illa quidem coll. rad. נָוָה, arab. نَاهَ eminuit, magnificus fuit.

נָהַג fut. יִנְהַג 1) pr. *anhelavit,* max. de iis, qui currendo exanimati sunt, ut syr. ܢܗܓ, arab. نهج (vic. radd. הָגָה, נָאַק, נָהַק, cf. aeth. ነሀከ: anxius, sollicitus fuit). Vide Pi. no. 1.

2) causat. *ad cursum impulit, agitavit* (iumenta) 2 Reg. 9, 20:

כִּי בְשִׁגָּעוֹן יִנְהָג *agitat enim* (equos) *instar insani*, cursu citatissimo vehitur. 4, 24, inde נָהַג עֲגָלָה plaustrum agitavit (auriga). 2 Sam. 6, 3, sq. בְּ 1 Chr. 13, 7; *egit* gregem (pastor) Gen. 31, 18. Ex. 3, 1, sq. בְּ Jes. 11, 6, *abegit* (iumenta) Iob. 24, 3; *duxit* aliquem Cant. 8, 2, *abduxit* captivos 1 Sam. 30, 2. Jes. 20, 4, cf. 60, 11. (Huic significatui congruunt gr. lat. ἄγω, *ago*, ἡγέομαι, pers. اخشن ducere, adducere).

3) intransit. *egit* (etwas thun, *treiben*, handeln). Eccles. 2, 3: וְלִבִּי נֹהֵג בַּחָכְמָה *et cor meum agebat cum sapientia*. Olim ex usu chaldaeo interpretabar: et cor meum assuefactum erat sapientiae, ei adhaerescebat: sed illud simplicius.

Pi. נִהַג, fut. יְנַהֵג 1) *anhelavit, suspiravit*, v. Kal no. 1. Nah. 2, 8. — 2) causat. Kal no. 2. Exod. 14, 25: וַיְנַהֲגֵהוּ בִּכְבֵדוּת *et fecit, ut aegre veheret*. — 3) i. q. Kal no. 2 *duxit* Deut. 4, 27. 28, 37, *adduxit* Ex. 10, 13. Ps. 78, 26, *abduxit* Gen. 31, 26.

Deriv. מִנְהָג.

נָהַד rad. inusit. v. s. v. הוד.

נָהָה *eiulavit, lamentatus est* (pr. clamavit הָהּ, אֲהָהּ) Ez. 32, 18. Mich. 2, 4: נָהָה נְהִי נִהְיָה *lamentantur lamentationem lamentationis*, h. e. misere lamentantur. 2) clamavit, vociferatus est, inde

Niph. se congregavit, ut chald. אִתְנְהִי, pr. convocatus est, cf. זָעַק Ni. congregari. 1 Sam. 7, 2: *omnis domus Israëlis congregata est post Jehovam*, constr. praegnans pro: omnes coniuncti et uno animo Jehovam sequebantur, cf. הָלַךְ אַחֲרֵי יי, מִלֵּא אַחֲרֵי יי. Ita Targ. h. l. cf. eandem formulam Jer. 30, 21. Hos. 2, 16. 3, 3. 5 Targ. All. *lamentati sunt post Jehovam*, h. e. lamentantes eum sequebantur.

Derivv. נְהִי, נִהְיָה, נִי, הִי.

נְהוֹר chald. *lux* Dan. 2, 22 Keri atque haec forma Chaldaeis usitata. In Chethibh est נְהִירָא, ut syr. ܢܘܗܪܐ lux, luminare. V. נָהַר no. 2.

נְהִי, in pausa נֶהִי m. (a rad. נָהָה) *lamentatio, carmen lugubre* Jer. 9, 17 sqq. 31, 15. Am. 5, 16. Mich. 2, 4.

נִהְיָה f. i. q. antec. Mich. 2, 4. Prov. 13, 19. Sed נִהְיָה est part. Niph. rad. הָיָה v. pag. 274.

נְהִיר v. נְהוֹר.

נַהִירוּ chald. (a rad. נְהַר no. II) *illuminatio, sapientia* Dan. 5, 11. 14. Syr. ܢܗܝܪܘܬܐ id.

נָהַל rad. in Kal inusit., quae fluendi et eundi significatum habuisse videtur, ut cogn. נָהַר no. 1, cf. נַחַל rivus. Inde

Pi. נִהֵל, fut. יְנַהֵל 1) *duxit*, Ex. 15, 13. 2 Chr. 28, 15: וַיְנַהֲלוּם בַּחֲמֹרִים *eosque ducebant asinis vectos*. Spec. *aquatum duxit* Ps. 23, 2: עַל־מֵי מְנוּחוֹת יְנַהֲלֵנִי *ad aquas tranquillas me ducit*. 31, 4. Jes. 49, 10. Inde cum notione curae et tutelae (Jes. 51, 18). 2) *tuitus est* 2 Chr. 32, 22 (cf. הֵנִיחַ 1 Chr. 22, 18), *prospexit, sustentavit* Gen. 47, 17, cf. כִּלְכֵּל comm. 12.

Hithp. incessit Gen. 33, 14. Inde

נַהֲלֹל m. 1) prob. *pascuum*, quo pecus *agitur* (ut מִדְבָּר a דָּבַר) Jes. 7, 19. 2) n. pr. oppidi Sebulonitarum Iud. 1, 30, quod Jos. 19, 15 נַהֲלָל vocatur.

נָהַם fut. יִנְהֹם 1) *fremuit* (knurren, brummen), vox propria de voce leonis iuvenis (כְּפִיר) (Prov. 19, 12. 20, 2), distinguenda a rugitu (שָׁאַג), quanquam leoni adultiori quoque tribuitur Prov. 28, 15. (Rad. onomatop. Arab. et syr. id., v.

ad הָמָה, adde נָאַם). Transfertur ad fremitum maris Jes. 5, 30, ad gementium voces (cf. הָמָה) Ez. 24, 23. Prov. 5, 11. Inde

נַהַם m. *fremitus* leonis iuvenis Prov. 19, 12. 20, 2 et

נְהָמָה f. st. cstr. נַהֲמַת *fremitus* maris Jes. 5, 30, gemitus afflictorum Ps. 38, 9.

נָהַק fut. יִנְהַק *rudit*, de asino esuriente Iob. 6. 5, de hominibus miseris et famelicis 30, 7. (Chald. et arab. id. Radd. cognatae sunt נָאַק, אָנַק, אָנַח).

I. **נָהַר** *fluxit, confluxit* (arab. نهر id.), unde נָהָר flumen, sed in verbo nonnisi de confluxu populorum. Jes. 2, 2: וְנָהֲרוּ אֵלָיו כָּל־הַגּוֹיִם *et confluunt ad eum omnes populi*. Jer. 31, 12. 51, 44, sq. עַל Mich. 4, 1. Inde נָהָר, מִנְהָרָה.

II. **נָהַר** ex usu Aramaeorum *luxit*, i. q. נוּר (v. litteram ה), unde *exhilaratus, gavisus est*, a luce s. nitore vultus sereni (v. אוֹר litt. g). Ps. 34, 6. Jes. 60, 5.

Derivv. נְהִירוּ, נָהוֹר, נְהָרָה.

נָהָר m. cstr. נְהַר pl. נְהָרִים, נַהֲרֵי et נְהָרוֹת (m. Ps. 93, 3) cstr. נַהֲרוֹת, dual. נַהֲרַיִם (v. infra) *flumen* 1) das Strömen, die Strömung. Jon. 2, 4: וְנָהָר יְסֹבְבֵנִי *et* (maris) *flumen me circumdat* (cf. ὠκεανοῦ ῥέεθρα Il. ξ, 245). Iob. 20, 17: נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְבַשׁ וְחֶמְאָה *flumina rivorum lactis et mellis*. Jes. 44, 27.

2) *fluvius, amnis*. Gen. 2, 10. 14. Iob. 14, 11. 22, 16. 40, 23 cet. Sq. genit. regionis, ut נְהַר מִצְרַיִם fluvius Aegypti i. e. Nilus Gen. 15, 18, נְהַר גּוֹזָן fluvius Gauzanitidis i. e. Chaboras 2 Reg. 17, 6, נַהֲרֵי כוּשׁ amnes Aethiopiae (Nilus, Astaboras) Jes. 18, 1. Zeph. 3, 10, נַהֲרוֹת בָּבֶל (Euphrates cum canalibus eius) Ps. 137, 1, נַהֲרוֹת דַּמֶּשֶׂק 2 Reg. 5, 12; it. sq. nomine proprio fluvii pro apposit., ut נְהַר פְּרָת fluvius Euphratis Gen. 15, 18. נְהַר כְּבָר Chaboras fluvius Ez. 1, 1. 3. Cum art. הַנָּהָר fluvius κατ' ἐξοχήν dictus est *Euphrates* Gen. 31, 21. Ex. 23, 31, plenius הַנָּהָר הַגָּדוֹל נְהַר פְּרָת Gen. 15, 18. Deut. 1, 7. 11, 24. Jos. 1, 4, poët. etiam sine art. Jes. 7, 20. Jer. 2, 18. Mich. 7. 12. Zach. 9, 10. Ps. 72, 8. Semel tamen contextu iubente נָהָר est Nilus Jes. 19, 5, et Ps. 46, 5 multi intpp. Siloam intelligunt: non inepte, quandoquidem נָהָר etiam de minoris moduli fluviis usurpatur, ut de aquis Damascenis 2 Reg. 5, 12. Abundantiae imaginem praebet fluvius Jes. 48, 18. 66, 12.

Dual. נַהֲרַיִם (pr. a forma נַהַר) uterque fluvius, Tigris et Euphrates, unde אֲרַם נַהֲרַיִם Syria interamnis, h. e. Mesopotamia, v. אֲרָם.

נְהַר emph. נַהֲרָא, נַהֲרָה chald. m. *fluvius* Dan. 7, 10, emphat. κατ' ἐξοχήν de Euphrate Esr. 4, 1. 16. 17. 20.

נְהָרָה f. *lux, lumen diurnum* i. q. arab. نهار Iob. 3, 4, v. נָהַר no. II.

נוּא in Kal incertae auctoritatis Num. 32, 7 Cheth. (v. Hiph. no. 2)

Hiph. הֵנִיא pr. *verneinen, vernichten* 1) *recusavit, renuit* (pr. negavit, cf. de potestate negativa syllabarum لا, نا, νη, *ne*, s. v. און p. 25, adde نَأْنَأَ et نَهْنَهَ prohibuit, impedivit). Fut. abiecto Aleph יָנִי Ps. 141, 5, ubi 36 codd. plenius legunt יָנִיא. 2) *cohibuit*. Num. 30, 6: אִם־הֵנִיא אָבִיהָ אֹתָהּ *si cohibet eam pater*. V. 9. 12. Sq. מִן *avertit, abalienavit* ab aliquo, Num. 32, 7. 9. 3) *ad nihilum redegit* (vernichten), irritum fecit. Ps. 33, 10.

Deriv. תְּנוּאָה. Alia rad. est נִיא, unde נָא crudus.

נוּב 1) *pullulare, germinare*. (Origo

est in scaturiendo, ebulliendo, quam vim habet syllaba נב habentque radd. ab ea ordientes, ut נָבַע, نبع, نبغ, نبط, نبج, eaque modo ad pullulandi potestatem translata est, ut نبأ, نبت, modo ad proloquendi, ut נָבָא, aeth. ነበበ, arab. نبس, نبص, et eminendi vim, ut נָבָה, نبك Conj. VIII eminuit, نبر extulit, accrevit). Translate ad os verba qs. propullulans, Prov. 10, 31. 2) *accrescere, incrementa capere* Ps. 62, 11, cf. מַרְבִּית.

Pi. נוֹבֵב *germinare fecit, produxit* Zach. 9, 17.

Derivv. נִיב, תְּנוּבָה, et nomm. pr. נֵיבָי, נְבוֹת.

נוב vel **נוּב** Jes. 57, 19 Cheth. i. q. נִיב, q. v.

נוּד (cf. cogn. נָדַד) 1) *moveri, agitari* (arab. ناد med. Waw id.), de arundine vento agitata 1 Reg. 14, 15, inde *vagari, profugum esse* Jer. 4, 1. Gen. 4, 12. 14. Ps. 56, 9, *fugere* Ps. 11, 1. Jer. 49, 30. Transl. Jes. 17, 11: נֵד קָצִיר *fugit messis.*

2) sq. dat. *miserari, commiserari* (quod agitatione capitis significatur, cf. Iob. 16, 4. 5), inde a) *consolari* afflictum, sq. לְ pers. Iob. 2, 11. 42, 11. Jes. 51, 19. Jerem. 16, 5. b) dolere, *lugere, deplorare* mortuum. Jer. 22, 10.

Hiph. הֵנִיד 1) causat. *vagari fecit, expulit.* 2 Reg. 21, 8. Ps. 36, 12. 2) i. q. Kal *agitavit, nutavit* capite (בְּרֹאשׁ) Jer. 18, 16. *Hoph.* part. מֻנָד 2 Sam. 23, 6 *exagitatus, expulsus*, sed R. b. Ascher habet מֻנָּד, a rad. נָדַד.

Hithp. הִתְנוֹדֵד 1) *huc illuc agitatus est, nutavit* Jes. 24, 20; *caput agitavit* Jer. 48, 27. 2) *ploravit* Jer. 31, 18.

Nomm. derivv. נוֹד, נִיד, מָנוֹד.

נוּד chald. *fugit.* Dan. 4, 11.

נוֹד m. *fuga, exsilium* (Ps. 56, 9), inde n. pr. regionis, in quam Kainus fugiebat. Gen. 4, 16.

נוֹדָב (nobilitas) n. pr. filii Ismaëlis 1 Chr. 5, 19.

נוֹהַ v. נֹהַּ.

נָוָה i. q. נָאָה 1) *sedit, quievit* Hab. 2, 5: גֶּבֶר יָהִיר וְלֹא יִנְוֶה *vir superbus*, is *non quiescit*, sed turbas et bella quaerit; it. *habitavit*, v. נָוֶה, נָוָה. — 2) *decorus fuit* (quod quomodo pendeat ex sedendo, supra monstravimus, rad. נָאָה Pil.).

Hiph. ornavit (laudibus), *celebravit.* Ex. 15, 2: אַנְוֵהוּ LXX. δοξάσω αὐτόν. Vulg. *glorificabo eum.* Inde

נָוֶה cstr. נְוֵה, cum Suff. נָוֵהוּ, נָוְךָ, נְוֵהֶם m. A) adj. 1) *habitans.* Fem. cstr. נְוַת. Ps. 68, 14: נְוַת בַּיִת *habitatrix domus* i. e. matrona, utpote domiseda, οἰκουρός. 2) *decorus*, f. נָוָה decora. Jer. 6, 2.

B) subst. *sedes*, poët. 1) *domicilium* hominum Jes. 32, 18. Jer. 50, 44, Dei Ex. 15, 13, animalium Jes. 35, 7. 2) *pascuum*, in quo greges *consident, requiescunt*, Hos. 9, 13. Jer. 23, 3. 49, 20. 50, 19. Iob. 5, 24, sq. genit. נְוֵה צֹאן Jes. 65, 10, נְוֵה גְמַלִּים Ez. 25, 5, נְוֵה רֹעִים Jer. 33, 12. Pro plur. cstr. utuntur forma נְאוֹת q. v.

נָוָה f. A) adj. f. *habitans, decora*, v. נָוֶה litt. A.

B) subst. i. q. נָוֶה litt. B. *sedes, domicilium* a) hominum Iob. 8, 6. b) gregum, *pascuum* Zeph. 2, 6.

נוּחַ fut. יָנוּחַ 1) *requiescere, considere, demittere se* ad quietem in aliquo loco captandam. (Origo est in respirando, spiritum ducendo, הֵשִׁיב רוּחַ, cf. arab. cogn. راح I. II. IV. X requievit, quievit, pr. spiritum duxit, ex quo pendet etiam germ. *ruhen* [ruchen], eiusdem stirpis atque *riechen* [germ. inf. *ruken, rüken*, cf. *ruahen* desiderare]. Arab.

ناخ spec. est: in genua procubuit camela, Conj. IV causat. مُناخ locus, ubi cameli procumbunt. Syr. et chald. i. q. hebr. Aeth. ኖኀ: respiravit, requievit, cf. ad נָוָה). V. c. de exercitu Jes. 7, 2. 2 Sam. 21, 10, cf. Jos. 3, 13 (arab. ناخ IV. castra posuit) de agmine locustarum, muscarum Ex. 10, 14. Jes. 7, 19, it. de inanimatis ut de arca noachica Gen. 8, 4, de arca foederis Num. 10, 36. Constr. absol. Num. l. c. et sq. בְּ Ex. l. c. et עַל loci Gen. 8, 4. Jes. 7, 2. 19. Metaph. de spiritu divino in aliquem se demittente, sq. עַל Num. 11, 25. 26, cf. Jes. 11, 2.

2) *quiescere, quietem habere,* spec. a) a labore i. q. שָׁבַת Ex. 20, 11. 23, 12. Deut. 5, 14. b) a vexationibus et calamitatibus, sq. מִן Iob. 3, 26. Esth. 9, 22. Impers. Iob. 3, 12: אָז יָנוּחַ לִי *tum quietem haberem.* Jes. 23, 12. Neh. 9, 28. c) i. q. *residere, commorari.* Eccl. 7, 9: *aegritudo residet in sinu stulti.* Prov. 14, 33. Ps. 125, 3: *non residebit improbi sceptrum in sorte probi*, cf. Jes. 30, 32. d) i. q. siluit. 1 Sam. 25, 9.

Hiph. duplicis et formae est et significationis A) הֵנִיחַ 1) *demisit, deposuit* aliquem in aliquo loco Ez. 37, 1. 40, 2; *remisit* manum Ex. 17, 11, *immisit* flagellum in aliq. Jes. 30, 32. Metaph. הֵנִיחַ חֲמָתוֹ בְ iram suam sedavit i. e. satiavit, explevit in aliquo Ez. 5, 13. 16, 42. 21, 22. 24, 13. Zach. 6, 8. 2) *quiescere fecit.* Ez. 44, 30. Jes. 30, 32, plerumque sq. dat. *quietem concessit* alicui Jes. 28, 12. 14, 3, saepe de Jehova, qui post Cananaeos devictos populo terrae promissae possessionem quietam concedebat Ex. 33, 14. Jos. 1, 13. 15. Deut. 3, 20. 12, 10: וְהֵנִיחַ לָכֶם מִכָּל־אֹיְבֵיכֶם מִסָּבִיב *concedet vobis quietem ab omnibus hostibus vestris circumcirca.* 25, 19. Jos. 21, 44 (cf. in N. T. καταπαύω, κατάπαυσις).

Hoph. הוּנַח *quies concessa est,* sq. dat. Thren. 5, 5.

B) הִנִּיחַ (ut הִסִּית a סוּת, יַלִּין a לִין; et nomen מִשּׁוֹט i. q. מָשׁוֹט a שׁוּט) fut. יַנִּיחַ part. מַנִּיחַ 1) *demisit, deposuit* (niedersetzen, niederlegen) in aliquo loco sq. אֶל, בְּ loci 1 Reg. 13, 29—31; spec. conservandum deposuit Ez. 42, 14. 44, 19, coram Jehova Ex. 16, 33. 34. Num. 17, 22. Deut. 26, 4. 10. 1 Reg. 8, 9; it. *posuit, collocavit,* ut statuam 2 Reg. 17, 29, populum, milites in aliqua terra (versetzen) Jes. 14, 1. Ez. 37, 14. 2 Par. 1, 14, הִנִּיחַ בַּמִּשְׁמָר *in custodiam dedit* aliquem Lev. 24, 12. Num. 15, 34; et fortius: *deiecit* Num. 19, 9. Jes. 28, 2: הִנִּיחַ לָאָרֶץ בְּיָד *humum deiicit* eam *cum robore.* Am. 5, 7.

2) *quiescere fecit, tranquillavit.* Eccles. 10, 4: *mansuetudo* יַנִּיחַ חֲטָאִים גְּדוֹלִים *tranquillat* i. e. cohibet *magna delicta.* Inde a) *quietem concessit* alicui, c. acc. Esth. 3, 8, inde *missum fecit* aliquem, non turbavit, interpellavit (in Ruhe lassen, to let alone), c. acc. הַנִּיחָה אֹתִי *mitte me* Iud. 16, 26, saepius c. dat. הַנִּיחָה לִּי Ex. 32, 10. 2 Reg. 23, 18. Hos. 4, 17, et sq. וְ c. fut. 2 Sam. 16, 11: הַנִּחוּ לוֹ וִיקַלֵּל *missum facite eum, ut exsecretur,* sinite eum exsecrari. Inde b) c. acc. pers. et ger. rei: concessit alicui, aliquid facere (pr. eum missum fecit, ut faceret) Ps. 105, 14, c. dat. pers. Eccl. 5, 11: אֵינֶנּוּ מַנִּיחַ לוֹ לִישׁוֹן *eum dormire non sinit* (pr. ei quietem non concedit ad dormiendum). 1 Par. 16, 21. Cf. verba נָטַשׁ et נָתַן concedendi et permittendi significatu eodem modo constructa. c) *reliquit* i. q. *remanere iussit* (zurücklassen) aliquem alicubi, Gen. 42, 33. Deut. 14, 28, v. c. populum in terra Iud. 3, 1. 2 Sam. 16, 21. 20, 3. Jer. 27, 11, *reliquum fecit* (übrig lassen) Ex. 16, 23. 24. Lev. 7, 15, *deseruit* Jer. 14, 9.

C. acc. rei et dat. pers. *reliquit* alicui aliquid, de moriente Ps. 17, 14. Eccl. 2, 18. d) הִנִּיחַ יָד מִן manum *remisit* ab aliqua re Eccl. 7, 18. 11, 6. *Hoph.* הֻנַּח depositus, collocatus est Zach. 5, 11 (cf. formam chald. הֻקִים Zach. 5, 11). Part. מֻנָּח quod *vacuum relictum* est, locus vacuus Ez. 41, 9. 11.

Nomm. deriv. הֲנָחָה, מָנוֹחַ, מְנוּחָה, נַחַת, נִיחֹחַ, et nomm. pr. מָנַחַת, מָנוֹחַ, יָנוֹחַ, et

נוֹחַ, נֹחַ 1) *quies* Esth. 9, 16. 17. 18, c. Suff. נוּחֶךָ 2 Chron. 6, 41. 2) n. pr. *Noachus*, in diluvio servatus Gen. 5, 10. Ez. 14, 14. 20. מֵי נֹחַ aquae Noachi, de diluvio Jes. 54, 9.

נוֹחָה (quies) n. pr. filii Benjamin 1 Chr. 8, 2.

נוּט *moveri*, *nutare*, i. q. מוֹט, semel Ps. 99, 1. LXX. σαλευθήτω ἡ γῆ. Vulg. moveatur terra.

נְוַל chald. Pa. נַוֵּל i. q. נִבֵּל inquinavit, foedavit, unde

נְוָלוּ chald. f. Esr. 6, 11 et

נְוָלִי Dan. 2, 5: *sterquilinium*. Dan. l. c. *eorumque domus sterquilinia fient*, h. e. solo aequabuntur.

נוּם *dormitare*, max. prae ignavia, pigritia. Nah. 3, 18. Jes. 56, 10. Ps. 121, 3. Jes. 5, 27. Differt a יָשֵׁן dormivit. Apud Arabes contra نَامَ habet dormiendi, وَسِنَ dormitandi potestatem.

Derivv. תְּנוּמָה, n. pr. יָנוּם et

נוּמָה f. *dormitatio*, *levis somnus* Prov. 23, 21.

נוּן *Niph.* (sec. Keri) vel *Hiph.* (sec. Chethibh) *sobolescere*. Ps. 72, 17: לִפְנֵי־שֶׁמֶשׁ יִנּוֹן שְׁמוֹ *quamdiu sol manet*, *sobolescet nomen eius*. Inde נִין soboles, et probab. מָנוֹן, adde נוּנָא syr. et chald. piscis, ab abundantia prolis dictus (cf. דָּג).

נוּן (piscis, v. praec.) n. pr. patris Josuae imperatoris Exod. 33, 11. Num. 11, 28 et in Josuae libro persaepe. LXX. hoc nomen scribunt Ναυή, manifesto antiquissimorum librariorum vitio (*NAYH* pro *NAYN*): ex nonnullorum codd. scriptura Ναβή et Ναβί (v. Holmes.) colligi potest, recentiores illud Ναυή ex itacismo pronunciatum pro hebraeo נָבִיא habuisse. Semel נוֹן 1 Chr. 7, 27.

נוּס 1) *fugere* aliquem vel aliquid, sq. מִן Jes. 24, 18, מִפְּנֵי 2 Sam. 23, 11, sq. לִפְנֵי Deut. 28, 25: Jos. 7, 4. — Levit. 26, 36: וְנָסוּ מְנֻסַת־חֶרֶב Vulg. *fugient* quasi *gladium*. — De rebus inanimatis, v. c. undis Ps. 104, 7, de moerore Jes. 35, 10. 51, 11, vigore Deut. 34, 7. Cant. 2, 17 et 4, 6 in vespera describenda: נָסוּ הַצְּלָלִים *umbrae fugiunt*, i. e. maiores factae protenduntur et quasi fugiunt a nobis. Semel נָס לוֹ gall. il s'enfuit Jes. 31, 8, cf. לְ no. 4, a. 2) *festinare*, *celeriter ferri* (cf. נִבְהַל, נֶחְפַּז, lat. fugio Virg. Ge. 3, 462) Jes. 30, 16.

Pil. נוֹסֵס *propulit*. Jes. 59, 19: *fluvius coarctatus* רוּחַ יְהוָֹה נֹסְסָה בוֹ *quem ventus Jehovae propellit*.

Hiph. הֵנִיס 1) *fugavit*, *in fugam coniecit* Deut. 32, 30. 2) *celeri fuga abstulit et in tuto collocavit* aliquid (etwas *flüchten*) Ex. 9, 20. Iud. 6, 11.

Hithpal. הִתְנוֹסֵס *in fugam se coniecit* Ps. 60, 6. Cf. נָסַס no. II.

Derivv. מָנוֹס, מְנוּסָה, נִיס.

נוּעַ 1) *nutare*, *vacillare*, vc. proprium de huius generis motu (gr. lat. νεύω, *nuo*, nostr. *nicken*, wanken, schwanken. Vic. est נוּם quod spec. dormitantium est, ut νυστάζω, pers. نويدن). Inde a) de ebriis titubantibus Jes. 24, 20. 29, 9. Ps. 107, 27, coecis Thren. 4, 14 (transl. de viis Prov. 5, 6); b) de

motu tremulo, tremore, ut foliorum a vento agitatorum Jes. 7, 2, dein hominum rerumque terrore correptorum Jes. 6, 4. 7, 2. 19, 1. Ex. 20, 15; c) de motu tremulo rerum, quae in aëre haerent et *librantur*, ut metallicorum in puteos dependentium Iob. 28, 4: דַּלּוּ מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ *dependent ab hominum* domicilio et *librantur*. *Librari* super arbores, metaph. dicitur pro arboribus imperare Iud. 9, 9. 11. 13. d) de motu labiorum hominis submisse loquentis 1 Sam. 1, 13.

2) *vagari* Am. 4, 8. 8, 12. Thren. 4, 14. 15. Jer. 14, 10, cf. verba similis notionis נָדַד et נוּד.

Niph. pass. Hiph. *agitatus est*, de arbore, ut poma decidant Nah. 3, 12; de cribro Am. 9, 9.

Hiph. 1) act. *nutavit*, v. c. caput, quod irridentium est et ἐπιχαιρεκάκων (cf. κινεῖν τὴν κεφαλήν Sir. 13, 7. Mt. 27, 39, et de hac formula Lakemacheri obss. phil. T. IX, obs. 4) Ps. 22, 8. 109, 25. Thren. 2, 15. 2 Reg. 19, 21, sq. בְּ q. d. nutavit capite id. Iob. 16, 4, cf. Jer. 18, 16; it. agitavit manum Zeph. 2, 15, quod itidem irridentis est. 2) *agitavit*, v. c. cribrum Am. 9, 9, inde *sollicitavit* 2 Reg. 23, 18. 3) causat. Kal no. 1, a *vacillare fecit*. Dan. 10, 10: *ecce! manus tangebat me* וַתְּנִיעֵנִי עַל־ בִּרְכַּי וְכַפּוֹת יָדָי *et tollebat me ut vacillarem* (i. e. ut, quanquam vacillans et tremebundus, insisterem) *in genubus et manibus meis*. 4) causat. Kal no. 2 *vagari fecit*, *in exilium egit*, πλάζω Num. 32, 13. Ps. 59, 12. 2 Sam. 15, 20.

Deriv. מְנַעַנְעִים et n. pr. נֵעָה.

נוֹעַדְיָה (quocum vel quacum Jehova convenit) n. pr. 1) m. Esr. 8, 33. 2) f. Neh. 6, 14.

נוּף 1) pr. sursum deorsum, huc illuc *agitare* v. c. manum (v. Hiph.), inde 2) *conspergere* (quod fit agitata manu) aliquid aliqua re, c. dupl. acc. Prov. 7, 17.

Hiph. הֵנִיף 1) *agitavit* a) manum, ad signum dandum et aliquem nutu arcessendum Jes. 13, 2, ad minandum, sq. עַל Jes. 11, 15. 19, 16. Zach. 2, 13. Iob. 31, 21, manum super membro ad illud sanandum, sq. עַל 2 Reg. 5, 11. b) cribrum Jes. 30, 28; c) baculum, serram Jes. 10, 15: אִם־יִתְגַּדֵּל הַמַּשּׂוֹר עַל־מְנִיפוֹ *num gloriari potest serra contra hunc, qui eam agitat?* כְּהָנִיף שֵׁבֶט אֶת־מְרִימָיו *quasi agitaret baculus hunc qui eum vibrat*, falcem Deut. 23, 26. Sq. עַל Ex. 20, 22. Jos. 8, 31. d) spec. de certo quodam sacrificandi ritu, quo carnis frusta Deo offerenda, antequam altari imponerentur, huc illuc agitari solebant (cf. similem porriciendi ritum apud Romanos) Lev. 7, 30. 8, 27. 29. 9, 21. 10, 15. 14, 12. 24. 23, 11. 12. 20. Num. 5, 25. 6, 20, victimae vivae contra et Levitae munere initiandi huc illuc circumduci Ex. 35, 22. Num. 8, 11—21. In prioris generis exemplis Saad. reddit حرّك agitavit, in posterioris generis زفّ duxit, circumduxit. Sacrificium hoc ritu oblatum dicitur תְּנוּפָה Luth. *Webeopfer*. Judaeorum de eo sententias vide ap. Carpzov. in apparatu antiqu. s. cod. p. 709 sq.

2) *sparsit* (deus pluviam) Ps. 68, 10.

Hoph. הוּנַף pass. no. 1, d. Ex. 29, 27.

Pi. נוֹפֵף i. q. Hiph. no. 1 *manum agitavit* contra aliquid, gestus minantis. Jes. 10, 32.

Derivv. תְּנוּפָה, נֹפֶת, נָפָה et

נוֹף m. *elevatio*, *eminentia*, ex usu arab. نَوْف, a rad. ناف eminuit, prominuit. Ps. 48, 3: pulcher *eminentiâ* est *Zion mons*, h. e.

pulchre eminet, assurgit. — Aegyptiacae originis est נֹף Memphis, q. v.

נוּץ 1) pr. *micare, splendere*, ut arab. نَاصَ med. Waw, cf. נָצַץ et נִיצוֹץ scintilla. Transfertur 2) ad *florendi* (cf. זָהָה, זִו v. Hiph.) et 3) ad *fugiendi* significatum Thren. 4, 15, arab. ناص, cf. דָּרַר no. 1. 2 et lat. *micare*.

Hiph. הֵנֵץ *floruit* Cant. 6, 11. 7, 13. (In Targg. אַנִיץ id.). A verbo cognato נָצַץ (q. v.) ducta sunt nomina נֵץ, נִצָּה, נִצָּן.

נוֹצָה f. *penna* Ez. 17, 3. 7. Iob. 39, 13, a rad. נָצָה q. v. De forma נֹצָה Lev. 1, 16 v. infra.

נוּק i. q. יָנַק *sugere*, unde fut. Hiph. וַתְּנִיקֵהוּ *et lactavit eum* Ex. 2, 9, quanquam levi vocalium mutatione וַתֵּנִיקֵהוּ efferri possit.

נוּר rad. inusit. i. q. arab. نَارَ *lucere*, cogn. verbo נָהַר no. II.

Inde sunt nomina נֵר, נִיר, מָנוֹר, מְנוֹרָה, n. pr. נֵרִיָּה.

נוּר f. chald. *ignis* Dan. 3, 6. 11. 15. 17. 7, 9.

נוּשׁ syr. ܢܳܫ (cf. gr. *νόσος, νοῦσος*) i. q. אָנַשׁ *aegrum esse*, semel transl. de animo Ps. 69, 21.

נָזָה fut. ap. יֵז et וַיִּז, i. q. arab. نَزَا *saliit* 1) *exsultavit* prae gaudio, v. Hiph. 2) de rebus fluidis: *eiaculatus, sparsus est, prosiliit, (spritzen)*, sq. עַל, אֶל in, ad aliquid Levit. 6, 20 (27). 2 Reg. 9, 33. Jes. 63, 3.

Hiph. הִזָּה, fut. ap. וַיַּז 1) *exsultare fecit* i. e. *gaudio replevit* aliquem, sq. עַל de aliquo (cf. שָׂמַח עַל). Jes. 52, 15: כֵּן יַזֶּה גּוֹיִם רַבִּים עָלָיו *ita multos populos gaudio de se replebit* Cf. גִּיל בַּיהוָה. Alex. *οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ᾽ αὐτῷ*, prob. יזה accipiens pro ישא = יִשָּׂא in formula נָשָׂא פָּנִים, quae plerumque gr. *θαυμάζω* redditur. — Syr. Vulg. Luth. *consperget gentes multas* (v. no. 2) i. e. expiabit eas sanguine suo (servus meus i. e. Messias), repugnante verbo opposito שָׁמַם.

2) *sparsit*, aquam, sanguinem, sq. עַל Exod. 29, 21. Lev. 5, 9. 14, 7, לִפְנֵי 4, 17.

N. deriv. יִזִּיָּה (n. pr.).

נָזִיד m. *pulmentum, ferculum*, pr. coctum, pr. part. Niph. rad. זִיד, servato Jod radicali, quanquam haec verba alibi in Ni. adoptant formam ע"ו. Radicis נָזַד nulla vestigia exstant. Gen. 25, 29. 2 Reg. 4, 38—40. Hagg. 2, 12.

נָזִיר m. (a rad. נָזַר) *sacratus, consecratus*, spec. 1) *Nasiraeus*, ascetarum genus apud Hebraeos, qui ex voto certis quibusdam rebus abstinebant (v. legem Num. 6, 13 sqq.) Am. 2, 11. 12, plenius נְזִיר אֱלֹהִים Deo consecratus Iud. 13, 5. 7. 16, 17. A Nasiraeo, qui capillos non tondebat, transfertur ad *vitem* anno quovis septimo itemque quinquagesimo *non putatam* Lev. 25, 5. 11, cf. lat. *herba virgo*, et talmud. בתולת שקמה virginitas sycomori, de sycomoro nondum putata. 2) *princeps*, utpote deo consecratus Gen. 49, 26. Deut. 33, 16. Thren. 4, 7. cf. מְשִׁיחַ.

נָזַל fut. יִזַּל 1) *fluxit, manavit* Num. 24, 7. Ps. 147, 18. Part. pl. נוֹזְלִים *fluenta*, poët. de rivis Ex. 15, 8. Jes. 44, 3. Jer. 18, 14. Ps. 78, 16. Prov. 5, 15. Translate de sermone Deut. 32, 2: *fluat roris instar sermo meus*, de suavi odore aërem permeante. Cant. 4, 16. — Pariter atque alia verba fluendi (v. הָלַךְ n. 4. Gramm. hebr. §. 135, 1 not.). 2) struitur cum acc. rei, quae magna copia defluit. Jerem. 9, 17: וְעַפְעַפֵּינוּ יִזְּלוּ־מָיִם *et palpebrae nostrae demittunt aquam*. Jes. 45, 8. Iob. 36, 28.

42

2) ex usu Arabum (نزل) *descendit*, it. devertit, habitavit, unde מַזָּלוֹת. — Not. נָזֹלּוּ Iud. 5, 5 est pro נָזֹלּוּ Ni. a זָלַל q. v.

Hiph. הִזִּיל causat. no. 1 *fluere fecit* Jes. 48, 21. Eandemque formam habes s. v. זָלַל.

נָזַם rad. inusit. i. q. arab. نظم perforavit, seruit margaritas in filum, unde نِظَامٌ funiculus margaritarum, vel, quod praefero, i. q. chald. זמם capistravit, unde syr. ܙܡܳܡܐ annulus nasi, et aethiop. ዘመም፡ annulus bestiarum domandarum nares perforans i. q. חָח. Inde

נֶזֶם c. Suff. נִזְמִי, plur. נְזָמִים, נִזְמֵי m. *annulus* a) in naso gestatus ornatus causa (cf. Hieron. ad Ez. 16, 12, et itineratorum commentarios ap. Jahnium, Archaeol. 1 §. 153 et A. Th. Hartmannum, Hebräerin II, 166. III, 205 sqq.) Gen. 24, 47. Jes. 3, 21. Prov. 11, 22. Hos. 2, 13. b) in auribus, *inauris* Gen. 35, 4. Aliis locis qualis fuerit non definitur Iud. 8, 24. 25. Iob. 42, 11. Prov. 25, 12.

נְזַק chald. *damnum, iacturam fecit* (intrans.). Part. נָזִק Dan. 6, 3.

Aph. הַנְזִק *damno affecit* aliquem Esr. 4, 13. 15. 22. Inde

נֵזֶק m. *damnum, detrimentum* Esth. 7, 4.

נָזַר in Kal inusit.

Niph. 1) *separavit se* ab al., sq. מֵאַחֲרֵי יְהוָֹה a cultu Jehovae defecit. Ez. 14, 7. 2) *abstinuit* aliqua re, sq. מִן Lev. 22, 2; absol. de abstinentia a cibo potuque Zach. 7, 3, cf. V. 5. (Syr. Ethpe. id.). 3) *consecravit se* alicui rei, sq. לְ Hos. 9, 10 (cogn. נָדַר vovit, et arab. نذر vovit, consecravit).

Hiph. הִזִּיר 1) causat. *fecit ut separaret se aliquis*. Lev. 15, 31: וְהִזַּרְתֶּם אֶת־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל מִטֻּמְאָתָם *curate, ut se separent Israelitae ab immunditie*, ubi vett. intpp.: *admonete*, cf. arab. نذر IV. admonuit. 2) transit. *consecravit*, sq. לְ Num. 6, 12. 3) intrans. i. q. Niph. no. 2 *abstinuit*, sq. מִן Num. 6, 3, et Niph. no. 3 *se consecravit*, sq. לַיהוָֹה Num. 6, 2. 5. 6.

Nomm. deriv. מִנְּזָרִים, נָזִיר et

נֵזֶר m. 1) *diadema* (pr. insigne, quo quis separatur a plebe), spec. regis 2 Sam. 1, 10. 2 Reg. 11, 12. Ps. 89, 40. 132, 18, summi sacerdotis Ex. 29, 6. 39, 30. Lev. 8, 9. אַבְנֵי נֵזֶר lapides s. gemmae diadematis, de re admodum pretiosa Zach. 9, 16. 2) *consecratio*, sacerdotis Lev. 21, 12, max. Nasiraei (v. נָזִיר) Num. 6, 4. 5. V. 9: רֹאשׁ נִזְרוֹ *caput eius sacratum*. V. 12. Inde meton. *caput sacratum* (Nasiraei) Num. 6, 19, adeoque primaria notione neglecta *coma promissa* (mulieris) Jerem. 7, 29 (cf. נָזִיר no. 3).

נֹחַ v. נוֹחַ.

נַחְבִּי (occultus, part. Ni.) n. pr. m. Num. 13, 14.

נָחָה praet. et imp. Kal, fut. et inf. Hiph. *duxit* Ex. 32, 34. Num. 23, 7. Iob. 38, 32. 1 Sam. 22, 4, saepe de Deo, homines gubernante Ps. 5, 9. 27, 11. 31, 4. 61, 3. 73, 24. 143, 10. 2) *deduxit* copias 1 Reg. 10, 26. 2 Reg. 18, 11. 3) *reduxit* Iob. 12, 23: שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם וַיַּנְחֵם *diffundit gentes, easque reducit*, in fines pristinos, quos migraverant.

נְחוּם v. רְחוּם.

נַחוּם (solatium) *Nahum*, n. pr. prophetae Nah. 1, 1.

נִחוּמִים m. pl. (a rad. נָחַם) 1) *consolationes* Jes. 57, 18. Zach. 1, 13

(ubi complures codd. scripti et impressi נִחֻמִים). 2) *misericordia* Hos. 11, 8.

נָחוֹר (anhelans, ronchissans) n. pr. 1) patriarchae postdiluviani Gen. 11, 22. 2) fratris Abrahami ibid. 26. 27.

נָחוּשׁ m. adj. (denom. a נְחֹשֶׁת) *aeneus* Iob. 6, 12.

נְחוּשָׁה pr. f. antecedentis, neutr. *aeneum*, dein i. q. נְחֹשֶׁת *aes* Lev. 26, 19. Iob. 41, 19. Jes. 45, 2: דַּלְתוֹת נְחוּשָׁה *ianuae aeneae*. Iob. 40, 18: אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה *canales aenei*. 28, 2: אֶבֶן יָצוּק נְחוּשָׁה *lapis liquatur in aes*.

נְחִילָה f. Ps. 5, 1 instrumentum musicum, prob. *tibia*, pr. perforata, i. q. חָלִיל, pro נְחִלָּה (v. Lgb. pag. 145) a rad. חָלַל perforavit.

נְחִירַיִם dual. *nares*, a ronchissando dictae (rad. נָחַר) Iob. 41, 12. Syr. sing. ܢܚܝܪܐ nasus, arab. نُخْرَة foramen nasi.

I. נָחַל 1) *accepit aliquid possidendum, possedit*, ut opes, gloriam Prov. 3, 35. 11, 29. 28, 10, saepissime de Israëlitis terrae cananaeae possessionem nanciscentibus eamque possidentibus Ex. 23, 30. 32, 13, etiam sq. בְּ (sedem nancisci *in* terra, *in* medio fratrum) Num. 18, 20. 23. 24, et אֵת (*apud* aliquem) ibid. 32, 19, absol. Jos. 16, 4. Alibi Jehova Israëlem tanquam sibi proprium accipere dicitur et propterea tueri et defendere Ex. 34, 9. Zach. 2, 16. 2) spec. *hereditate accepit* Iud. 11, 2, cf. Num. 18, 20. Metaph. Ps. 119, 111. 3) causat. i. q. Pi. aliquid *possidendum dedit, distribuit*, sq. acc. rei et לְ pers. Num. 34, 17: אֲשֶׁר־יִנְחֲלוּ לָכֶם אֶת־הָאָרֶץ *qui terram vobis distribuant*, V. 18. Jos. 19, 49; c. acc. pers. (ut videtur) Ex. 34, 9: נְחַלְתָּנוּ *trade nobis possidendum*.

Pi. נִחֵל *possidendum dedit, distribuit* Jos. 13, 32; sq. gemino acc. p. et rei Jos. 14, 1. Num. 34, 29, לְ pers. Jos. 19, 51.

Hiph. הִנְחִיל 1) *possidendum dedit*, plerumque sq. dupl. acc. p. et rei, Prov. 8, 21. 13, 22. Zach. 8, 12, omisso acc. rei Deut. 32, 8: בְּהַנְחֵל עֶלְיוֹן גּוֹיִם *quum Altissimus sedes assignaret gentibus*, et omisso acc. pers. Jes. 49, 8, ubique de distribuenda terra Cananaea Deut. 1, 38. 3, 28. 12, 10. 19, 3. 31, 7. Jer. 3, 18. 12, 14. Jos. 1, 6. 2) *hereditare fecit* i. e. a) hereditandum reliquit, sq. dat. pers. 1 Par. 28, 8. b) hereditatem *distribuit*, sq. dupl. acc. Deut. 21, 16.

Hoph. possidere factus est i. e. *nactus est*, quanquam coactus et *invitus*, inde c. acc. Iob. 7, 3: הָנְחַלְתִּי לִי יַרְחֵי־שָׁוְא *nactus sum menses miseriae*, tales sorte mihi assignati sunt.

Hithp. i. q. Kal, *a se possidendum accepit, possedit*, sq. acc. Num. 32, 18. Jes. 14, 2. Sq. dat. pers. possedit aliquid heredi relinquendum Lev. 25, 46: וְהִתְנַחַלְתֶּם אֹתָם לִבְנֵיכֶם אַחֲרֵיכֶם *eosque* (servos) *possidebitis* relinquendos *filiis vestris post vos*, ut recte omnes vett. intpp. Eodem modo expediendi loci Num. 33, 54. 34, 13. Ezech. 47, 13. Cf. Ewaldi gramm. hebr. p. 204.

II. נָחַל rad. inusit. i. q. נָהַל, נָהַר fluxit, unde

נַחַל cum He parag. locali (Num. 34, 5) et poët. (Ps. 124, 4) נַחְלָה, dual. נַחֲלַיִם Ezech. 47, 9, plur. נַחֲלֵי, נְחָלִים m. 1) *rivus*, tum perenni ex fonte profluens, ut נ׳ אַרְנוֹן, נַחַל קִדְרוֹן, tum ex aqua pluviali nivalique montium ortus et per aestatem evanescens (v.

אֵיתָן ,אַכְזָב), *torrens.* Talis intelligitur Iob. 6, 15: *fratres mei sunt perfidi, torrentis instar,* qui, praeter exspectationem exsiccatus, viatoris spem fallit. נַחַל מִצְרַיִם *torrens Aegypti* in confiniis Palaestinae et Aegypti, ubi postea Ῥινοκόρουρα, hodie العريش Num. 34, 5. Jos. 15, 4. 47. 1 Reg. 8, 65. 2 Reg. 24, 7. Jes. 27, 12 (sed de *fluvio* Aegypti Gen. 15, 18 v. נָהָר). Trop. נַחַל גָּפְרִית torrens sulphuris Jes. 30, 33, נַחֲלֵי בְלִיַּעַל *torrentes exitii* Ps. 18, 5. 2) *vallis* cum rivo vel torrente, locus depressus aqua irriguus i. q. arab. وَادٍ, syr. ܢܚܠܐ Gen. 26, 19. Cant. 6, 11, ut נַחַל אֶשְׁכֹּל, נַחַל גְּרָר q. v. 3) prob. *puteus metallicus* Iob. 28, 4: פָּרַץ נַחַל *excidunt* i. e. fodiunt *puteum.*

נַחְלָה Ps. 124, 4 v. praec.

נַחֲלָה f. 1) *occupatio* rei possidendae Jes. 17, 11: בְּיוֹם נַחֲלָה *die occupationis* i. e. occupandae messis; it. *possessio, dominium* Num. 18, 21. Saepe de agro singulis tribubus in terra sancta assignato, v. c. Jos. 13, 23: נַחֲלַת בְּנֵי רְאוּבֵן *possessio Rubenitarum.* Num. 18, 23. 26, 62. 27, 7, neque non de tota terra sancta Israëlitis tradita Deut. 4, 21. נַחֲלַת יְהוָה est a) peculium Jehovae, i. e. Israëlitis, quos Jehova tanquam sibi proprios curat et tuetur Deut. 4, 20. 9, 26. 29. Ps. 28, 9; b) possessio a Jehova concessa, donum Jehovae Ps. 127, 3. De formula יֵשׁ לִי חֵלֶק וְנַחֲלָה בְּ v. חֵלֶק no. 2, d. 2) *hereditas* 1 Reg. 21, 3. 4. Prov. 19, 14: נַחֲלַת אָבוֹת *hereditas a patribus accepta.* 3) *sors* a Deo assignata, i. q. חֵלֶק no. 2. Iob. 20, 29. 27, 13. 31, 2.

נַחֲלִיאֵל (vallis Dei) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 21, 19.

נַחֲלָמִי patron. nominis alias ignoti Jer. 29, 24. 31. 32.

נַחֲלָת f. i. q. נַחֲלָה, cum rariore feminini terminatione ־ָת Ps. 16, 6.

נָחַם in Kal inusit. pr. onomatopoët. vehementer spiritum duxit, *anhelavit, gemuit,* ut arab. نَحَمَ, cogn. radd. נָהַם (cf. לָהַם et לָחַם) et הָמָה q. v.

Niph. נִחַם 1) *ingemuit, doluit* (de usu formae passivae et mediae in verbis affectuum cf. נֶאֱנַח, ὀδύρομαι, contristari al.) a) de miseria aliena, unde *misertus est.* Cstr. absol. Jer. 15, 6: נִלְאֵיתִי הִנָּחֵם *taedet me misericordiae,* sq. עַל Ps. 90, 13, אֶל Iud. 21, 6, לְ V. 15, מִן Iud. 2, 18. b) de propriis suis facinoribus, unde *poenituit eum* (cf. germ. *reuen,* quod olim et hodieque apud Helvetios est affligi, dolere, angl. *to rue*) Ex. 13, 17. Gen. 6, 6. 7, cstr. sq. עַל Ex. 32, 12. 14. Jer. 8, 6. 18, 8. 10, אֶל 2 Sam. 24, 16. Jer. 26, 3. 2) reflex. Pi. *se ipsum consolatus est* Gen. 38, 12, sq. עַל de aliqua re 2 Sam. 13, 39, et אַחֲרֵי h. e. de iactura alicuius Gen. 24, 67. A consolando proficiscitur 3) *ultus est, sumsit ultionem,* quandoquidem, ut Aristotelis verbis utamur (Rhet. II, 2), τῇ ὀργῇ ἕπεται ἡδονή τις ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ τιμωρήσασθαι. Sq. מִן Jes. 1, 24 (cf. Ez. 5, 13. 31, 16. 32, 31) v. Hithp. no. 3.

Pi. נִחַם *consolatus est* (pr. dolorem, misericordiam significavit, declaravit) sq. acc. p. Gen. 50, 21. Iob. 2, 11, it. מִן rei, de qua consolatur aliquis Gen. 5, 29, et עַל Jes. 22, 4. 1 Par. 19, 2. Passim auxilii praestiti notionem includit, max. ubi Deo tribuitur Jes. 12, 1. 49, 13. 51, 3. 12. 52, 9. Ps. 23, 4. 71, 21. 86, 17.

Pu. נֻחַם *solatio erectus est* Jes.

54, 11. Part. נִחָמָה pro מְנֻחָמָה Jes. 54, 11.

Hithp. הִתְנַחֵם, semel הִנֶּחָם Ez. 5, 13, i. q. Niph., sed paulo rarius 1) *doluit*, a) de aliquo, *misertus est*, sq. עַל Deut. 32, 36. Ps. 135, 14. b) *poenituit* eum Num. 23, 19. 2) *se consolatus est* Gen. 37, 35. Ps. 119, 52. 3) *ultionem sumsit*. Gen. 27, 42: הִנֵּה עֵשָׂו אָחִיךָ מִתְנַחֵם לְךָ לְהָרְגֶךָ *en Esavus, frater tuus, ultionem sumet interficiendo te.*

Nomm. derivata תַּנְחוּם, נִחוּמִים, nomm. pr. נַחוּם, מְנַחֵם, תַּנְחֻמֶת, et quae protinus sequuntur.

נַחַם (solatium) n. pr. m. 1 Chron. 4, 19.

נֹחַם m. *poenitentia* Hos. 13, 14.

נֶחָמָה f. (Kamez impuro) *solatium* Iob. 6, 10. Ps. 119, 50.

נְחֶמְיָה (quem *Jehova consolatur* i. e. cui auxilium praebet) *Nehemias* n. pr. 1) filius Hacaliae, praefectus Judaeae, regnante Artaxerxe Longimano Neh. 1, 1. 8, 9. 10, 2, cf. תִּרְשָׁתָא. Diversi sunt 2) Neh. 3, 16. 3) Esr. 2, 2. Neh. 7, 7.

נַחֲמָנִי (poenitens) n. pr. m. Neh. 7, 7.

נַחְנוּ i. q. אֲנַחְנוּ *nos*, legitur tantummodo Gen. 42, 11. Exod. 16, 7. 8. Num. 32, 32. 2 Sam. 17, 12. Thren. 3, 42.

נָחַס rad. inusit. v. פִּינְחָס.

נָחַץ i. q. לָחַץ *ursit, institit* (v. litteram ל). Part. pass. concitatus, festinus. 1 Sam. 21, 9. (Arab. نحص id.).

נָחַר rad. onomatopoët. arab. نخر, syr. ܢܚܪ *ronchissavit, anhelavit*, cf. aeth. ነሐረ፡ stertuit (schnarchen), gr. ῥέγχω, ῥόγχος. Inde נְחִירַיִם, n. pr. נָחוֹר, et

נַחַר m. Iob. 39, 20 et **נַחֲרָה** f. Jer. 8, 16 *ronchus, fremitus* (equi).

נַחְרַי 2 Sam. 23, 27 et **נַחֲרַי** 1 Par. 11, 37 (ronchissans) n. pr. m.

נָחַשׁ in Kal inusit. vc. onomatop. i. q. לָחַשׁ *sibilavit, susurravit* (zischen, zischeln), spec. de susurro praestigiatorum (v. לחשׁ Pi. Ps. 58, 6) cf. nasor. ܢܚܫ susurravit (v. Cod. Nas. III, p. 88, lin. 16. 18. II, p. 138, lin. 9).

Pi. 1) *incantavit, praestigiis usus est* i. q. arab. تَنَكَّش. Levit. 19, 26. Deut. 18, 10. 2 Reg. 17, 17. 21, 6. Sunt qui ὀφιμαντείαν intelligant, qs. denom. sit a נָחָשׁ, v. Bocharti Hieroz. T. I. p. 21. Dein

2) *auguratus, ominatus est, praesagivit* gr. οἰωνίζομαι, cf. syr. ܢܚܫ Pe. et Pa. id. Gen. 30, 27: נִחַשְׁתִּי וַיְבָרְכֵנִי יְהוָה בִּגְלָלֶךָ *auguror Dominum mihi benedicere tua causa.* 44, 15: *nonne novistis* כִּי נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ אִישׁ אֲשֶׁר כָּמֹנִי *virum, qualis ego sum, talia auguraturum?* V. 5.

3) 1 Reg. 20, 33: וְהָאֲנָשִׁים יְנַחֲשׁוּ Vulg. *et acceperunt viri pro omine*, sc. Ahabi verba (V. 32).

נַחַשׁ m. 1) *incantatio* Num. 23, 23. 2) *omen, augurium*, quod aliquis captat Num. 24, 1, cf. 23, 3. 15.

נָחָשׁ m. 1) *serpens*, a sibilando dictus (v. rad.) Gen. 3, 1 sq. Ex. 4, 3. 7, 15. 2 Reg. 18, 4. De sidere serpentis s. draconis in boreali coeli regione, arab. حَيَّة Iob. 26, 13. 2) n. pr. a) oppidi alias ignoti 1 Chr. 4, 12, b) regis Ammonitarum 1 Sam. 11, 1. 2 Sam. 10, 2, et complurium virorum c) 2 Sam. 17, 27. d) ibid. V. 25.

נְחָשׁ m. chald. *cuprum, aes* Dan.

2, 32. 45. 4, 20 cet., syr. ܢܚܫܐ, hebr. נְחֹשֶׁת.

נַחְשׁוֹן (incantator) n. pr. m. filii Amminadab Ex. 6, 24. Num. 1, 7. Ruth. 4, 20.

נְחֹשֶׁת comm. (m. Ez. 1, 7. Dan. 10, 6, f. 1 Chr. 18, 8) cum Suff. נְחֻשְׁתֵּךְ 1) *aes*, *χαλκός*, i. e. cuprum, max. induratum et rigidum factum instar chalybis, armis aliisque instrumentis secantibus adhibitum. Gen. 4, 22. Ex. 26, 11. 37 et saepe. Metaph. Jer. 6, 28: *aes et ferrum* sunt *omnes illi*, i. e. ignobiles, impuri, qs. ignobile metallum. 2) *ex aere factum*, a) *pecunia*. Ezech. 16, 36: יַעַן הִשָּׁפֵךְ נְחֻשְׁתֵּךְ Vulg. *quia effusum est aes tuum*. b) *vinculum* aeneum Thren. 3, 7, impr. dual. נְחֻשְׁתַּיִם Iud. 16, 21. 2 Sam. 3, 34 gemina vincula.

נְחֻשְׁתָּא (aes) n. pr. f. matris Jojachini regis 2 Reg. 24, 8.

נְחֻשְׁתָּן m. (a נְחֹשֶׁת et syllaba formativa ־ָן) adj. serpens *aeneus*, a Mose erectus, ab Ezechia fractus, quem Israëlitae divino cultu prosecuti erant 2 Reg. 18, 4.

נָחַת fut. יִנְחַת Ps. 38, 3 et יֵחַת Prov. 17, 10 *descendit*, rad. Aramaeis usitata i. q. hebr. יָרַד, in V. T. nonnisi poët. (fort. secundaria ex nomine נַחַת orta) Jerem. 21, 13: מִי־יֵחַת עָלֵינוּ *quis descendet contra nos* sc. nos oppugnaturus? Ps. 38, 3: וַתִּנְחַת עָלַי יָדֶךָ *et descendit manus tua super me*, castigando me. Plur. יֵחַתּוּ Iob. 21, 13, pro יֵחָתּוּ c. Dag. euphon. cf. Lgb. p. 85. Trop. Prov. 17, 10: תֵּחַת גְּעָרָה בְמֵבִין *castigatio descendit in animum prudentis* (cf. 18, 8. 26, 22). תֵּחַת est penacutum, cf. Lgb. §. 51, 1 not. 1.

Niph. נִחַת i. q. Kal Ps. 38, 3: כִּי־חִצֶּיךָ נִחֲתוּ בִי *nam sagittae tuae in me descenderunt*, perfoderunt me.

Pi. נִחַת *depressit* a) arcum, h. e. tetendit Ps. 18, 35, b) sulcos, h. e. complanavit (de pluvia) Ps. 65, 11.

Hiph. prostravit. Imp. הַנְחַת Joël. 4, 11.

נְחַת chald. *descendit*, part. נָחֵת Dan. 4, 10. 20.

Aph. fut. יַחֵת, imp. אַחֵת, part. מַהְחֵת 1) *detulit* Esr. 5, 15. 2) *deposuit* asservandum Esr. 6, 1. 5.

Hoph. (more Hebraeo) הָנְחַת *deiectus est.* Dan. 5, 20.

נַחַת (Milêl) a rad. נוּחַ, f. 1) *demissio.* Iob. 36, 16: נַחַת שֻׁלְחָנְךָ *cibi in mensam tuam demissi.* Jes. 30, 30: נַחַת זְרוֹעוֹ *demissio brachii sui* i. e. castigatio brachii sui (cf. Ps. 38, 3). 2) *quies* Jes. 30, 15. Eccl. 6, 5. Acc. Eccl. 4, 6: מְלֹא כַף נַחַת *manipulus in quiete.* 3) n. pr. v. תּוֹחַ.

נָחֵת adj. *descendens*, pl. tantum (c. Dag. euphon.) נְחִתִּים 2 Reg. 6, 9 descendentes.

נָטָה fut. יִטֶּה, apoc. יֵט, וַיֵּט, וַיֶּט־ 1) *tetendit*, *pandit* (arab. نطا extendit fila; cognata sunt נָתַח, מָתַח, לָתַח q. v.), a) *tetendit*, *extendit* (ausstrecken), v. c. manum Ex. 8, 2. 13. 10, 12. 21, saepe de manu Dei minace Jer. 51, 25. Ez. 6, 14. 14, 9. 13. Jes. 5, 25 vel hominis Deum impugnaturi Iob. 15, 25, it. hastam Jos. 8, 18, funiculum s. decempedam ad mensurandum (sq. עַל, die Meſsschnur an etwas legen) Iob. 38, 5. Jes. 44, 13. Thren. 2, 8, insidias, metaphora a retibus petita Ps. 21, 12, it. *extendit*, *protendit* (ausdehnen), tendendo diduxit. Jes. 3, 16: נְטוּיוֹת גָּרוֹן *extenso* s. erecto *collo*. Ps. 102, 12: צֵל נָטוּי *umbra protensa*, i. e. sub vesperam longior facta, cf. 109, 23. b) *expandit*, *explicuit* (aus-

breiten, ausspannen) v. c. tentorium Gen. 12, 8. 26, 25, coelum Jes. 40, 22: הַנּוֹטֶה כַדֹּק שָׁמַיִם *expandens coelum ut pannum.* — 1 Chr. 21, 10: שָׁלוֹשׁ אֲנִי נֹטֶה עָלֶיךָ *tria ego expando coram te* h. e. propono tibi, elige unum, cf. 2 Sam. 24, 12 (ubi pro נוֹטֶה est נוֹטֵל). c) intrans. *expandit* i. e. diffudit *se* (grex alicuius in terra) Iob. 15, 29.

2) *inclinavit* v. c. humerum Gen. 49, 15, animum Ps. 119, 112, deus coelum Ps. 18, 10, *deiecit* hostes Ps. 17, 11. Part. pass. Ps. 62, 4: קִיר נָטוּי *paries inclinans* ad ruinam; intrans. de pedibus inclinantibus ad lapsum Ps. 73, 2, de die inclinante Iud. 19, 8, de umbra (gnomonis) deorsum vergente 2 Reg. 20, 10.

3) *flexit*, *deflexit*, *declinavit* (ad latus) Jes. 66, 12: *ecce deflectam* i. e. derivabo *ad eam*, *ceu flumen, pacem.* Gen. 39, 21: וַיֵּט אֵלָיו חֶסֶד *flectebat in eum gratiam*, i. e. ei conciliabat gratiam, saepius intrans. Num. 20, 17. 22, 23. 26. 33, sq. אֶל (ad aliquem) Gen. 38, 16, sq. מִן et מֵעִם ab aliquo (a via) Ps. 44, 19. 119, 51. 157. Iob. 31, 7. 1 Reg. 11, 9, sq. אַחֲרֵי deflexit ad partes alic. Exod. 23, 2. Iud. 9, 3. 1 Reg. 2, 28, cf. 1 Sam. 8, 3. Inde

4) *abiit* 1 Sam. 14, 7.

Niph. pass. Kal no. 1 *extensus est* (funis mensorius) Zach. 1, 16; *extendit se* (rivus) Num. 24, 6; *se protendit* (umbra vespertina) Jer. 6, 4, cf. Virg. Ecl. 1, 84.

Hiph. הִטָּה fut. יַטֶּה, apoc. יַט, וַיַּט יַט 2 Sam. 19, 15, imp. apoc. הַט Ps. 17, 6 1) i. q. Kal no. 1 (quanquam illud usitatius) a) *tetendit, extendit* v. c. manum Jes. 31, 3. Jer. 6, 12. 15, 6; membra in lectulo Am. 2, 8. b) *expandit,* ut aulaeum Jes. 54, 2. 2 Sam. 21, 10, tentorium 2 Sam. 16, 22.

2) *inclinavit* (deorsum) Gen. 24, 14. Ps. 144, 5 (deus coelum), spec. aurem Jer. 7, 24. 26. 11, 8, sq. לְ ad aliquem Ps. 17, 6. 31, 3. 71, 2. 78, 1. 116, 2. Prov. 4, 20. 5, 1.

3) *flexit*, *deflexit*, *declinavit* (ad latus) i. q. Kal no. 3 Num. 22, 23. 2 Sam. 3, 27, ut a) cor alic. 2 Sam. 19, 15, sq. אֶל, לְ ad aliquem, ad sapientiam 1 Reg. 8, 58. Prov. 2, 2. 21, 1. Ps. 119, 37. 141, 4, sq. אַחֲרֵי 1 Reg. 11, 2, in malam partem *seduxit* Prov. 7, 21. Jes. 44, 20. b) הִטָּה חֶסֶד עַל פ׳ deflexit favorem ad al. i. e. conciliavit ei f. Esr. 7, 28. 9, 9, cf. Kal Gen. 39, 21. c) declinavit i. e. *avertit* malum Jer. 5, 25. d) intens. *detrusit* de via. Iob. 24, 4, cf. Am. 2, 7. e) *repulit* (repulsam dedit petenti) Ps. 27, 9. f) intrans. *deflexit, declinavit* Iob. 23, 11. Jes. 30, 11. Ps. 125, 5. g) הִטָּה מִשְׁפָּט 1 Sam. 8, 3 et sq. gen. Ex. 23, 6. Deut. 27, 19. Thren. 3, 35 *flexit ius alic.* in iudicio, omisso nomine Ex. 23, 2: לִנְטֹת אַחֲרֵי רַבִּים לְהַטֹּת *ut multos sequutus* (ius) *flectas;* etiam sq. acc. pers. flexit aliquem, h. e. ius eius flexit. Prov. 18, 5. Jes. 10, 2. 29, 21. Am. 5, 12.

Derivv. מַטֶּה, מִטָּה, מֻטָּה, מַטָּה et n. pr. יֻטָּה.

נְטִיל (a rad. נָטַל) m. *onustus* Zeph. 1, 11.

נְטִיפוֹת f. plur. *inaures*, max. ex margaritis, pr. guttae (a rad. נָטַף), a guttarum similitudine dictae Iud. 8, 26. Jes. 3, 19. (Arab. نُطْفَةٌ id., cf. gr. *σταλάγμιον* genus inaurium a *σταλάζω* stillo).

נְטִישׁוֹת f. pl. *palmites* Jes. 18, 5. Jer. 5, 10. 48, 32, a rad. נָטַשׁ v. Niph. Jes. 16, 8.

נָטַל fut. יִטֹּל 1) *sustulit.* (Syr. ܢܛܠ gravis fuit, quod a tollendo ductum. Radd. cognatae sunt תָּלַל, תָּלָה, *τλάω*, *τλῆμι*, *tollo* et quae inde pendent, ut *tolero*) Jes. 40, 15: כַּדַּק יִטּוֹל *ut pulvisculus,* quem

(aliquis) *tollit.* 2) Sq. עַל *imposuit* alicui 2 Sam. 24, 12: שָׁלֹשׁ אָנֹכִי נוֹטֵל עָלֶיךָ *tria tibi impono* (loco gemino 1 Chr. 21, 10 legitur נוֹטֶה. In eandem sententiam dicunt נָתַן לִפְנֵי Jer. 21, 8). Thren. 3, 28: כִּי נָטַל עָלָיו *quia* (Deus) *ei imposuit* onus calamitatis.

Pi. i. q. Kal no. 1. Jes. 63, 9.

Derivv. נֵטֶל, נְטִיל.

נְטַל chald. *sustulit* Dan. 4, 31. Praet. pass. 7, 4.

נֵטֶל m. *gravitas, onus* Prov. 27, 3.

נָטַע fut. יִטַּע, inf. נְטוֹעַ et טַעַת *plantavit* pr. arborem, hortum, vineam Gen. 2, 8. 9, 20. Lev. 19, 23. Num. 24, 6, sq. dupl. acc. *consevit* hortum aliqua re Jes. 5, 2, it. c. acc. loci, qui plantis impletur (bepflanzen) Ez. 36, 36. Translate dicunt: *plantare populum,* h. e. sedes stabiles ei assignare (cf. nostr. ein Volk *verpflanzen,* die Pflanzstadt). Am. 9, 15. Jer. 24, 6: *eos plantabo, neque evellam.* 32, 41. 42, 10. 45, 4. Ps. 44, 3. 80, 9. Ex. 15, 17. 2 Sam. 7, 10, cf. opp. נָתַשׁ it. מַטַּע et יָתֵד Esr. 9, 8.

2) *fixit, infixit,* ut clavum Eccl. 12, 11.

3) *fixit tentorium* Dan. 11, 45, inde coeli tentorium Jes. 51, 16; *statuit* simulacrum Deut. 16, 21.

Niph. plantatus est, metaph. Jes. 40, 24.

Inde מַטַּע et duo nomina sequentia.

נֶטַע m. cstr. נְטַע Jes. 5, 7 cum Suff. נִטְעֵךְ, pl. נְטָעִים, נִטְעֵי 1) *planta,* eaque recens plantata Iob. 14, 9. Bene Alex. νεόφυτον. 2) *plantatio* Jes. 17, 11. 3) *plantarium, locus consitus* Jes. 5, 7. 17, 10. 1 Chr. 4, 23.

נְטִעִים m. pl. *plantae* Ps. 144, 12.

נָטַף fut. יִטֹּף *stillavit* (aram. et arab. id., aeth. ነጠበ፡ stillavit, ipsum ነጠፈ፡ est percolavit, quod fit stillando. Syllaba primaria טף est ex onomatopoëticis, ut germ. et angl. inserto r, *to drop, tropfen*). Metaph. de sermone Iob. 29, 22: *sermo meus stillabat super eos,* iis gratus erat instar pluviae. Plerumque c. acc. rei: *guttatim demisit* aliquid (cf. נָזַל no. 1, הָלַךְ no. 4) Joël 4, 18: יִטְּפוּ הֶהָרִים עָסִיס *montes stillant mustum.* Cant. 5, 5. 13. Iud. 5, 4. Translate Cant. 4, 11: נֹפֶת תִּטֹּפְנָה שִׂפְתוֹתַיִךְ *mel stillant labia tua.* Prov. 5, 3. Similiter Arabes rigandi notionem transferunt ad orationem fecundam, dulcem, v. روى et alia verba synonyma.

Hiph. destillare fecit, stillavit (act.) c. acc. Am. 9, 13, spec. orationem, unde omisso acc. *locutus, vaticinatus est.* Mich. 2, 6. 11. Ez. 21, 2. 7. Am. 7, 16. Cf. נָבָא, נָבַע.

Deriv. נְטִיפוֹת et

נָטָף m. 1) *gutta* Iob. 36, 27. 2) *resina* quaedam suaveolens a *stillando* dicta Exod. 30, 34. LXX. σταχτή i. e. myrrha sponte destillans, a στάζω stillo.

נְטֹפָה (stillatio) n. pr. oppidi in vicinia Bethlehemi in Judaea Esr. 2, 22. Neh. 7, 26; unde n. gent. נְטוֹפָתִי 2 Sam. 23, 28. 29. 2 Reg. 25, 23.

נָטַר fut. יִטֹּר et יִנְטוֹר Jer. 3, 5, *custodivit* i. q. שָׁמַר, sed fere poët. (Syr. chald. et arab. نطر id. Vicinum est נָצַר). V. c. vineam Cant. 1, 6. 8, 11. 12.

2) Spec. *servavit* sc. iram, quod vc. subaudiendum. Ps. 103, 9: לֹא לְעוֹלָם יִטּוֹר *non perpetuo servat* (iram). Jer. 3, 5. 12; sq. לְ pers. Nah. 1, 2, אֶת Lev. 19, 18, cf. שָׁמַר Jerem. 3, 5. Iob. 10, 14.

3) i. q. arab. نظر speculatus est

(quod a custodiendo ductum), inde מַטָּרָה.

נְטַר chald. *servavit*, בְּלִבָּא in animo Dan. 7, 28, cf. Luc. 2, 19.

נָטַשׁ fut. יִטּוֹשׁ *misit, missum fecit* (lassen) 1) *dimisit* i. e. dereliquit, *deseruit* (verlassen) i. q. עָזַב, v. c. Deus populum Iud. 6, 13. 1 Sam. 12, 22. 1 Reg. 8, 57. 2 Reg. 21, 14; et vicissim populus Deum Deut. 32, 15, it. dimisit rem i. e. *missam fecit* (fahren lassen, aufgeben) 1 Sam. 10, 2. 2) *dimisit* i. q. *diffudit, dispersit*, cf. נִשְׁמַט 1 Sam. 30, 16: נְטֻשִׁים *dispersi*. Intrans. *diffudit se*. 1 Sam. 4, 2: וַתִּטֹּשׁ הַמִּלְחָמָה *et acies se diffudit*, cf. Niph. no. 1. 3) *commisit* tutelae alic., sq. עַל 1 Sam. 17, 20. 22. 28. 4) *omisit* (liegen lassen), v. c. agrum anno sabbati Ex. 23, 11, litem Prov. 17, 14. 5) *remisit* debitum Neh. 10, 32. 6) sq. acc. p. et לְ rei, *admisit* aliquem ad aliquid, ei *permisit* Gen. 31, 28. 7) *demisit*, et fortius: *proiecit*. Ez. 29, 5: וּנְטַשְׁתִּיךָ הַמִּדְבָּרָה *proiiciam te in regionem desertam*. 32, 4. 8) *emisit* i. e. eduxit (gladium) Jes. 21, 15, cf. שָׁמַט.

Niph. 1) *diffudit se*, de palmitibus vitis Jes. 16, 8; de exercitu Iud. 15, 9. 2 Sam. 5, 18. 22, cf. Kal no. 2. 2) *remissus* i. e. relaxatus *est* (funis) Jes. 33, 23. 3) *deiectus est* Am. 5, 2 cf. Kal no. 7.

Pu. derelictus est Jes. 32, 14.

Deriv. נְטִישׁוֹת.

נִי incertae auctoritatis vc. Ez. 27, 32 sec. Mas. בְּנִיהֶם *in lamento eorum*. Sed undecim libri scripti, complures editi veteres, LXX. (cum Arabe) Theod. et Syr. exhibent בְּנִיהֶם, quod magis placet (cf. 32, 16. 2 Sam. 1, 18).

ניא rad. inusit., v. נָא no. II.

נִיב m. (a rad. נוּב) *proventus* Mal. 1, 12. Metaph. נִיב שְׂפָתַיִם *proventus labiorum* i. e. oblationes Deo labiis oblata, gratiarum actiones, cf. καρπὸς χειλέων Hebr. 13, 15. Jes. 57, 19: *creo proventum labiorum*, efficio, ut deo gratias agant. In Chethibh est נוב, cf. chald. נוֹב fructus.

נֵיבַי (fort. fructifer) n. pr. m. Neh. 10, 20.

נִיד m. (a rad. נוּד) *solatium*, semel Iob. 16, 5: נִיד שְׂפָתַי *solatium labiorum meorum* i. e. s. inane, v. שָׂפָה.

נִידָה f. Thren. 1, 8 i. q. נִדָּה V. 17 *immunditi es, abominatio*, v. Lgb. p. 145. All. (a rad. נוּד) fugitivus, profugus.

נָיוֹת Chethibh נְוָיוֹת (habitationes) n. pr. loci prope Ramam 1 Sam. 19, 18. 19. 22. 23. 20, 1.

נִיחֹחַ m. pr. *acquiescentia* (sit venia verbo, a rad. נוּחַ, ut arab. دَيْمُومَة a rad. دَامَ, بَيْنُونَة a rad. بَانَ de Sacy gramm. arab. I. p. 561), h. e. *suavitas* (ut lat. acquiescere in aliqua re pro delectari, syr. ܐܬܢܝܚ ܒ delectatus est aliqua re Barhebr. p. 221, ܢܝܚܐ deliciae ibid. p. 38, Talmud. ניחא לך placetne tibi?) Ubique in hac formula: רֵיחַ נִיחֹחַ odor suavitatis i. e. suavis, Gen. 8, 21: וַיָּרַח יְהוָֹה אֶת־רֵיחַ הַנִּיחֹחַ *et odoratus est Dominus suavem odorem* q. d. τὴν κνίσσην. Levit. 2, 12. 26, 31. Num. 15, 3. Ez. 6, 13. 20, 28. 41. Praeceptis mosaicis de sacrificiis sexcenties additur רֵיחַ־נִיחֹחַ לַיהוָֹה odor suavis Jehovae. Lev. 1, 9. 13. 17. 2, 2. 9. 3, 5. 6, 14. Num. 15, 7 sq. 28, 8, et לְרֵיחַ נִיחֹחַ אִשֶּׁה לַיהוָֹה Num. 28, 6. 13. 29, 6 cet. Inde ortum, quod apud Chaldaeos

נִיחֹחִין plur. etiam omisso רֵיחַ sunt

odores suaves, suffimenta Dan. 2, 46. Esr. 6, 10.

נִין m. (a rad. נוּן) *proles, soboles,* ubique copulatum cum נֶכֶד Gen. 21, 23. Iob. 18, 19. Jes. 14, 22.

נִינְוֵה n. pr. *Ninive*, vetus Assyriae metropolis, in ripa orientali Tigridis ibi locorum sita, ubi nunc in ripa occidentali Mosul Gen. 10, 11. 12. Jes. 37, 37. Nah. 2, 9. Jon. 1, 2. 3, 3. Graecis et Romanis vulgo *Ninus* appellatur a conditoris nomine (Herod. I, 193. II, 101. Diod. 2, 3.), ap. Ammianum (XVIII, 16) tamen *Nineve.* De eius situ v. quae disputat Bochart. Phaleg lib. 4, cap. 20, adde itiner. Niebuhrii T. II, p. 353 (qui eo loco *Nuniam* vicum reperit) et d'Anvillii l'Euphrate pag. 80. Cf. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 2, p. 94. 114.

נִיס Jer. 48, 44 Chethibh i. q. נָס fugiens, pr. pass. fugatus, fugitivus.

נִיסָן m. *Nisan, mensis primus* Hebraeorum, in Pentateucho חֹדֶשׁ הָאָבִיב dictus q. v. Neh. 2, 1. Esth. 3, 7. Syr. chald. et arab. id. Videtur autem נִיסָן dictus esse pro נִיצָן s. נִצָּן et *mensem florum* notare, a נִצָּן, נֵץ flos.

נִיצוֹץ m. *scintilla,* semel Jes. 1, 31. Talmud. id. Radicem habet vel נוּץ (ad formam נִיחֹחַ), vel נָצַץ (ad formam קִיטוֹר).

נִיר i. q. נֵר m. (a rad. נוּר) *lucerna* 2 Sam. 22, 29.

נִיר *novellare* agrum Hos. 10, 12. Jer. 4, 3. Caeterum hanc radicem ortam statuo ex Hiph. verbi נוּר (cf. Ewaldi gramm. §. 235), ut pr. sit: *nitere fecit* agrum. Inde מָנוֹר iugum aratorium.

נִיר m. (a rad. נוּר) 1) i. q. נֵר *lucerna,* ubique translate de prole 1 Reg. 11, 36: לְמַעַן הֱיוֹת־נִיר לְדָוִיד־עַבְדִּי כָּל־הַיָּמִים *ut sit lucerna Davidi servo meo omni tempore*, h. e. ut genus eius maneat in aeternum, cf. 15, 4. 2 Reg. 8, 19. 2 Chr. 21, 7.

2) *novale,* ager recens cultus. Prov. 13, 23. Jer. 4, 3. Hos. 10, 12, v. rad. נִיר.

נָכָא rad. in verbo incertae auctoritatis (de loco Iob. 30, 8 v. כָּאָה Niph.) i. q. נָכָה percussit, inde

נָכָא pl. נְכָאִים percussi, trop. *afflicti* Jes. 16, 7, et

נָכֵא adj. id., *afflictus;* fem. רוּחַ נְכֵאָה animus afflictus, aeger. Prov. 15, 13. 17, 22. 18, 14, cf. נָכֶה.

נְכֹאת f. Gen. 37, 25. 43, 11 (pro נְכֹאת) pr. inf. formae קְרֹאת, מְלֹאת, שְׂנֹאת (neque vero cum Ewaldi gr. p. 327 plur. pro נְכָאוֹת) contusio, confractio, inde *pulvis aromaticus,* quod generale nomen dein ad *certum* quoddam *aromatis genus* translatum videtur. LXX. *θυμίαμα*, Saad. siliqua, Aqu. *στύραξ*. (Arab. نَكَأَة est i. q. نَكْعَة gummi, gummi tragacanthae).

Eodem pertinere videtur בֵּית נְכֹתֹה 2 Reg. 20, 13. Jes. 39, 2, quod nescio an proprie sit *domus aromatum eius* (ut Aqu. Symm. Vulg.), quanquam ad sensum recte Chald. Syr. Saad. et Arabs Polygl. (etiam Jes. l. c. pro gr. *νεχωθᾶ*): *gazophylacium.* Etenim in hac domo videntur recondita fuisse, quae statim sequuntur „argentum et aurum et aromata et unguenta pretiosa", ita tamen ut ab his, non ab illis, nomen haberet. Paulo remotius certe mihi nunc videtur, quod Lorsbachius observabat (Ephem. lit. Jen. 1815, no. 59), נְכֹת esse vc. persicum a نگاهیدن deponere, نگاه custodia.

נָכַד rad. inusit., unde

נֶכֶד m. *progenies,* ut bene Vulg., ubique copulatum cum syn. נִין q. v.

Congruit aethiop. ነገድ፡ genus, cognatio, tribus (כ et ג permutatis, cf. נגד pro נכד Gen. 21, 23 cod. Sam.). — Quod Iob. 31, 3 in nonnullis codd. et editt. est נֵכֶר (pro vulgari נֵכֶר), possit esse i. q. arab. نَكَد vita misera, sed praestat scriptura vulgaris.

נָכָה rad. in Kal inusit. *percussit*. (Arab. et aeth. نكى, نكأ, ነከየ፡ id. sed raro usurpatum, max. laedendi significatu. Cognata sunt נָכָא, נָגַע, נָגַח et in linguis indogerm. *ico — ĕre*).

Niph. pass. Hiph. *percussus*, occisus *est*, semel legitur 2 Sam. 11, 5.

Pi. non usit., nam quod nonnulli huc retulerunt et inf. Pi. esse voluerunt, נַכֶּה Num. 22, 6 est (ut alibi, Jos. 10, 4) 1 pl. fut. Hiph., totusque locus ita expediendus: אוּלַי אוּכַל נַכֶּה־בּוֹ וַאֲגָרְשֶׁנּוּ *fortasse efficere potero, ut* eum (Israëlem) *percutiamus et expellam eos.* Verbum יָכֹל, ut arab. قدر, استطاع h. l. cum verbo finito constructum est, ut Esth. 8, 6. Pluralem נַכֶּה bene dudum explicuit Sal. b. Melech: *ego et populus meus, vel: ego* (Balak) *bello, tu* (Bileame) *diris.* — *Pu.* pass. percussus est Exod. 9, 31. 32; longe usitatius est Hoph. q. v.

Hiph. הִכָּה, imp. הַכֵּה et הַךְ, fut. יַכֶּה, וַיַּכֶּה et וַיַּךְ 1) *feriit, percussit* (gr. πλήσσω) v. c. aliquem baculo Ex. 2, 11. 13. Deut. 25, 3, castigandi causa Jer. 2, 30. Neh. 13, 25, aquam Exod. 8, 13, rupem Ps. 78, 20, genam alic. (colaphum inflixit) Iob. 16, 10; it. lapide (mit dem Steine treffen) 1 Sam. 17, 49. 50, sagitta 1 Reg. 22, 34. 2 Reg. 9, 24, cornu Dan. 8, 7 (stofsen). Singulare est: הִכָּה שָׁרָשִׁים radices egit, nostr. Wurzeln schlagen, schiefsen, pr. incutere, immittere in terram. Sq. מִן pers. *excussit* alicui aliquid Ez. 39, 3, oculum Ex. 21, 26. Spec. a) הִכָּה כַף percussit manum 2 Reg. 11, 12. Ez. 22, 13, et הִכָּה בְכַף percussit manu Ez. 6, 11, plene הִכָּה כַף אֶל כַּף 21, 19. 22 complosit manus, quod modo exsultantium est 2 Reg. l. c. modo indignantium Ez. 22, 13 et plangentium Ez. 6, 11. 21, 19. b) 1 Sam. 24, 6: וַיַּךְ לֵב־דָּוִד אֹתוֹ *et cor Davidis percussit eum* h. e. vehementer palpitando praecordia eius percussit, cf. Aesch. Prom. 887: *κραδία φόβῳ φρένα λακτίζει.* c) Saepe Deus vel legatus divinus dicitur *percutere* hominem vel populum terramve morbo vel plaga i. e. plagam ei infligere (cf. נָגַע, נָגַף), v. c. הִכָּה בַסַּנְוֵרִים caecitatem inflixit Gen. 19, 11, pestem Num. 14, 12, mariscas 1 Sam. 5, 6, cf. 2 Reg. 6, 18. Zach. 12, 4; et similiter: percussit terram internecione Mal. 3, 24, etiam absol. Ex. 7, 25: *postquam Jehova flumen percusserat,* h. e. in sanguinem verterat, cf. V. 20. Zach. 10, 11. Jes. 11, 15. d) *percussit* hostes i. e. vicit, fugavit Gen. 14, 15. Deut. 4, 46. Jos. 12, 7. 1 Sam. 13, 4. 17, 9. e) *percussit* urbem obsessam i. e. occupavit 1 Chron. 20, 1. 2 Reg. 3, 19.

2) gravius: a) *contudit, confregit* (zerschlagen) v. c. domum Am. 3, 15. 6, 11. Ps. 3, 8: *omnibus enim hostibus meis maxillam confregisti*, imagine ab animalibus rapacibus petitâ. b) *transfodit, perfodit,* v. c. hasta 1 Sam. 18, 11. 19, 10. 26, 8. 2 Sam. 2, 23. 3, 27. 4, 6. 20, 10, fuscina 1 Sam. 2, 14, gladio (חֶרֶב v. הִכָּה לְפִי חֶרֶב), inde c) *trucidavit, occidit* Gen. 4, 15. Exod. 2, 12, addito interdum acc. נֶפֶשׁ quoad vitam. Gen. 37, 21: לֹא נַכֶּנּוּ נָפֶשׁ pr. *non percutiemus eum quod attinet ad vitam,* ita ut vitam amittat, i. e. *non trucidabimus eum.* Deut. 19, 6. 11. Lev. 24, 18. Sq. בְּ parti-

tivo: *cecīdit*, *trucidavit* ex eis. 2 Sam. 23, 10: וַיַּךְ בַּפְּלִשְׁתִּים *cecīdit* (viros) *ex Philistaeis*, 2 Sam. 24, 17. Ez. 9, 7. 2 Chr. 28, 5. 17, impr. 1 Sam. 6, 19. Alia ratio est loci 1 Sam. 18, 7: הִכָּה שָׁאוּל בַּאֲלָפָיו *Saulus millia sua cecīdit.* 21, 12. 29, 5. Adeoque de feris dicitur dilaniantibus. 1 Reg. 20, 36. Jer. 5, 6.

3) levius: *tetigit*, *punxit* (cf. arab. ضرب) v. c. vermis plantam Jon. 4, 7, sol et luna homines ibid. V. 8. Ps. 121, 6 (quo loco frigus nocturnum lunae tribui videtur, ut ardor diurnus soli, cf. Gen. 31, 40. Hos. 9, 16).

Hoph. הֻכָּה, semel הוּכָּה Ps. 102, 5. 1) pass. Hiph. no. 1 *percussus est*, a) *verberatus est* Num 25, 14. Ex. 5, 16. b) a Deo percussus, *plaga affectus est* 1 Sam. 5, 12. Jes. 1, 5. 53, 4. c) *expugnata est* urbs Ez. 33, 21. 40, 1. — 2) *occisus*, *trucidatus est* Jerem. 18, 21. — 3) *tactus*, *laesus est* sole, vento Ps. 102, 5. Hos. 9, 16.

Inde מַכָּה, et duo nomina sequentia.

נָכֶה adj. *percussus*, ubique cstr. נְכֵה רַגְלַיִם percussus pedibus, claudus. 2 Sam. 4, 4. 9, 3. נְכֵה רוּחַ percussus animo, afflictus Jes. 66, 2. Cf. נָכֵא.

נֵכֶה in pl. tantummodo נֵכִים Ps. 35, 15 *percutiens* (linguà) h. e. conviciāns, calumnians, cf. Jer. 18, 18.

נְכוֹ et **נְכֹה** n. pr. *Necho*, Aegypti rex, Psammetichi filius. Apud Manethonem in libro dynastiarum is quintus est ex ordine secundo regum Saïticorum et, ut ab avo cognomini distinguatur, Necho secundus appellatur. V. Iul. Afric. apud Routhum in Reliquiis sacris II, p. 147. 2 Reg. 23, 29. 33. 2 Chr. 35, 20. 36, 4. Jer. 46, 2, cf. Herod. 2, 158. 159. 4, 42 (cui Νεκώς appellatur). LXX. Νεχαώ.

נָכוֹן (paratus) n. pr. areae 2 Sam. 6, 6, quae loco gemino 1 Chr. 13, 9 כִּידוֹן appellatur.

נָכַח rad. inusit., pr. i. q. יָכַח *coram, ante oculos, e regione fuit* (v. נֹכַח), *rectâ ivit.* Inde

נָכֹחַ adj. *rectus*, pr. de via rectà procedente (nostr. *gerade aus*). Jes. 57, 2: הֹלֵךְ נְכֹחוֹ *qui ambulat rectâ via* (der gerade aus geht) i. e. vir probus, inde metaph. *probus, integer* Prov. 8, 9. Fem. נְכֹחָה *ius fasque, rectum.* Am. 3, 10. Jes. 59, 14, pl. נְכֹחוֹת id. Jes. 26, 10. 30, 10.

נֹכַח pr. subst. *quod oculis oppositum est*, abit in praep. 1) *e regione* Ex. 26, 35. 40, 24. Jos. 15, 7. 18, 17. 1 Reg. 20, 29. 2) *coram, ante.* נֹכַח יְהוָה i. q. לִפְנֵי יְהוָה ante Jehovam, h. e. ei gratum Iud. 18, 8. נֹכַח פְּנֵי יְהוָה coram Jehova Thren. 2, 19, metaph. ei cognitum Jer. 17, 16, cf. Prov. 5, 21. שׂוּם נֹכַח פָּנִים ponere (aliquid) ante faciem suam, h. e. prae se ferre aliquid, eo delectari. Ez. 14, 7 (V. 3 pro שׂוּם est נָתַן).

C. Praeff. 1) אֶל נֹכַח pr. versus faciem l. frontem rei, *versus* Num. 19, 4. 2) לְנֹכַח a) adv. versus oppositum i. e. *rectâ ante se* (gerade vor sich, Luth. stracks) Prov. 4, 25. b) *ante* Gen. 30, 38, inde c) *pro* (cf. germ. *vor* et *für*, quorum posterius etiam pr. locale est), post verbum intercedendi Gen. 25, 21. — 3) עַד נֹכַח *usque ad* (locum qui) *e regione* (est). Iud. 19, 20. Ez. 47, 20.

נֵכַח cum Suff. נִכְחוֹ id. *e regione* Ex. 14, 2. Ez. 46, 9.

נָכַל *fraudulenter egit* Mal. 1, 14. (Syr. chald. et sam. id.).

Pi. id. sq. לְ pers. Num. 25, 18.

Hithp. id. sq. בְּ Ps. 105, 25, adeoque c. acc. (fraudulenter tractavit, habuit aliquem) Gen. 37, 18.

Nomm. derivv. כִּילַי et כֵּלַי (pro נְכֵלַי, נְכִילַי) et

נֵכֶל m. pl. נְכָלִים, נִכְלֵי *machinatio, astutia* Num. 25, 18.

נָכַס rad. inusit. i. q. כָּנַס (q. v.) *collegit, coacervavit,* unde

נֶכֶס m. plur. נְכָסִים *opes, divitiae,* serioris Hebraismi vc. Syr. ܢܟܣܐ id. 2 Chr. 1, 11. 12. Eccl. 5, 18. 6, 2. Jos. 22, 8.

נְכַס chald. plur. נִכְסִין id. Esr. 6, 8. 7, 26: עֲנָשׁ־נִכְסִין mulcta.

נָכַר in Kal inusit., pr. *alienus, peregrinus fuit* (נָכְרִי, נֵכָר).

Pi. נִכֵּר 1) *alienum reddidit, alienavit.* Jer. 19, 4: *et alienarunt hunc locum* i. e. diis alienis consecrarunt. Chald. et Syr. contaminarunt. (Arab. نكر IV. repudiavit, contemsit). 1 Sam. 23, 7 sec. scripturam vulgarem: נִכַּר אֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי *Deus eum repudiavit* (et tradidit) *in manum meam,* sed vix dubito, quin legendum sit מָכַר (LXX. πέπρακεν). 2) *haud cognitum habuit, ignoravit* Deut. 32, 27. Iob. 21, 29: *agite! interrogate transeuntes in platea, et signa eorum non ignorabitis,* facile coniicietis, quem digitis quasi monstrent. 3) i. q. Hiph. *contemplatus est,* adspexit rem tanquam peregrinam, minus cognitam (angl. to strange at some thing) Iob. 34, 19.

Hiph. הִכִּיר i. q. Pi. no. 3 *contemplatus est, adspexit* Gen. 31, 32. Neh. 6, 12. הִכִּיר פָּנִים i. q. נָשָׂא פָנִים personae rationem habuit (iudex), partium studiosus fuit Deut. 1, 17. 16, 19. Prov. 24, 23. 28, 21, cf. Jes. 3, 9. Inde 2) *agnovit* Gen. 27, 23. 37, 33. 38, 25. 26. Deut. 21, 17. Jes. 61, 9. 3) *cognovit* (poët.) Iob. 24, 13. 34, 25. Jes. 63, 16. 4) *novit, scivit,* i. q. יָדַע, in recentiore Hebraismo. Neh. 13, 24: אֵינָם מַכִּירִים לְדַבֵּר יְהוּדִית *nesciunt iudaice loqui.* הִכִּיר לְ i. q. יָדַע בֵּין *novit discrimen inter* Esr. 3, 13. 5) *curavit* Ps. 142, 5. Ruth. 2, 10. 19.

Niph. נִכַּר 1) peregrinum se gessit, se ignorari fecit, h. e. *dissimulavit,* ut Hithp. no. 2. Prov. 26, 24. 2) pass. Hiph. no. 3 *cognitus est.* Thren. 4, 8.

Hithp. 1) pass. Hiph. no. 2 *agnitus est* Prov. 20, 11. 2) i. q. Niph. no. 1 *dissimulavit* Gen. 42, 7. 1 Reg. 14, 5. 6.

Inde הַכָּרָה, מַכָּר, et tria nomina sequentia.

נֵכָר cstr. נֵכַר Deut. 31, 16 *peregrinum* a) *regio peregrina* s. *extera.* Inde בֶּן־נֵכָר, pl. בְּנֵי נֵכָר *peregrinus, peregrini* Gen. 17, 12. 27. Ex. 12, 43, passim adiuncta hostilitatis notione Ps. 18, 45. 46. אֱלֹהֵי הַנֵּכָר dii peregrini Gen. 35, 2. Jer. 5, 19. b) *res peregrina, ignota,* spec. de numine peregrino Neh. 13, 30. 2 Chr. 14, 2.

נֵכֶר m. Iob. 31, 3 et **נֹכֶר** Obad. 12 *fortuna aliena* i. e. infesta, *infortunium* (arab. نُكْرٌ id.).

נָכְרִי f. נָכְרִיָּה, pl. נָכְרִים, adj. (a נֵכָר = נֹכֶר addita terminatione ִי— 1) *alienus,* a) alius terrae et populi, *peregrinus,* v. c. עַם נָכְרִי Ex. 21, 8, אִישׁ נָכְרִי vir alienigena Deut. 17, 15, אֶרֶץ נָכְרִיָּה Ex. 2, 22. b) alius familiae, אִישׁ נָכְרִי vir alienus, opp. filio et heredi legitimo Eccl. 6, 2, fem. נָכְרִיָּה mulier aliena, opp propriae coniugi, max. ratione consuetudinis illegitimae, inde *adultera,* cf. זָרָה Prov. 5, 20. 6, 24. 7, 5. 23, 27. — 2) metaph. *novus, inauditus* Jes. 28, 21.

נְכֹת v. נְכֹאת.

נָלָה rad. incertae auctoritatis, quam idem significare volunt quod arab. نال med. Je *perfecit,* comparavit,

(v. Schult. Opp. min. p. 276. 277), ut inde ducatur

Hiph. Jes. 33, 1: כַּנְּלֹתְךָ (Dag. f. euphon.) pro כַּהַנְלֹתְךָ (quod Cod. Kenn. 4 exhibet per interpretamentum) *ubi perfeceris* h. e. desiveris. Aliud eius radicis vestigium reperisse sibi videntur in forma מִנְלָם Iob. 15, 29, quod tamen non minus incertum est (v. מִנְלָה): praesertim cum nulla exstet in linguis semiticis radix, quae a litteris נל (quae apud Arabes incompatibiles sunt) ordiatur. Ut dicam quod sentio, cum Lud. Capello legendum videtur ככלתך = כְּכַלּוֹתְךָ *ubi perfeceris*, cf. synonyma הָתֵם et כַּלֵּה iuxta se posita Dan. 9, 24.

נִמְבְזָה 1 Sam. 15, 9 *contemtum, vile* (de pecore), LXX. ἠτιμωμένον. Vulg. *vile*, i. q. נִבְזָה. Hoc monstrum vocabuli simili exemplo caret, et ex duabus lectionibus מִבְזָה (abstr. pro concr.) et, quod interpretamentum sapit, נִבְזָה conflatum videtur, v. Lgb. 462. 63.

נְמוּאֵל (fort. pro יְמוּאֵל dies Dei) n. pr. m. 1) v. יְמוּאֵל. 2) Num. 26, 9. Patron. ־ִי ibid. V. 12.

נָמַךְ radix spuria, unde vulgo derivant formas הֻמְּכוּ, יִמַּךְ, quae pertinent ad rad. מָכַךְ.

נָמַל radix in verbo dubiae auctoritatis, cuius formae, quotquot exstant, ad radd. מָלַל et מוּל revocari possunt, ne dicam debent. A rad. מָלַל no. II abscidit, abscissus est, est fut. יְמוֹלֵל, יִמַּל, v. hac rad. p. 581, et ad Niph. eiusdem nescio an referendum sit נְמַלְתֶּם (pro נִמַּלְתֶּם) *abscindemini* i. e. circumcidemini Gen. 17, 11 (quod vulgo accipitur pro Praet. Kal rad. נָמַל circumcisus est). — Ad rad. מוּל haud dubie pertinet praet. Niph. נִמּוֹל נָמוֹל i. q. נִמּוֹל circumcisus est Gen. 17, 26. 27, part. נִמֹּלִים 34, 22. Cf. מְשׁוּם et נְשׁוּם, מַשֻּׁאוֹת pro מַשּׁוּאוֹת et quae observavimus ad h. v. — Est tamen ab hac radice nomen

נְמָלָה f. Prov. 6, 6, pl. נְמָלִים 30, 25 *formica*, arab. نَمْلَةٌ, fort. ab abscindendo s. absumendo dicta (נָמַל i. q. מָלַל).

נָמַר rad. inusit. I) i. q. arab. نَمِرَ maculosus, punctis respersus fuit, cf. نمر VIII. punctata est cutis. Inde נָמֵר pardus.

II) i. q. arab. نمر IV. aquam limpidam et salubrem invenit (v. נִמְרָה).

נָמֵר m. *pardus*, a maculis dictus Jer. 5, 6. Hab. 1, 8. Syr. ܢܶܡܪܳܐ, arab. نَمِرٌ, نِمْرٌ, aeth. ነምር፡ amhar. ነብር፡ (v. rad.) id.

נְמַר chald. id. Dan. 7, 6.

נִמְרֹד (rebellis) n. pr. *Nimrod*, Cuschi filius, conditor regni babylonici Gen. 10, 8. 9. אֶרֶץ נִמְרֹד i. e. Babylonia. Mich. 5, 5.

נִמְרָה et **נִמְרִים** n. pr. v. בֵּית נִמְרָה p. 145 B.

נִמְשִׁי (extractus = נִמְשָׁה) n. pr. proavi Jehu 2 Reg. 9, 2, cf. 1 Reg. 19, 16.

נֵס cum Suff. נִסִּי (a rad. נָסַס no. II) *res elata, signum late conspiciendum*, spec. 1) *vexillum*, quod in altis montibus erectum max. hostibus ingruentibus populo conveniendi locum indicabat. Jes. 5, 26. 11, 12. 18, 3. 62, 10. Jer. 4, 6. 21. Ps. 60, 6. Cf. מַשְׂאֵת no. 2. 2) *vexillum* s. *velum* navis Ez. 27, 7. Jes. 33, 23. 3) *columna* s. *pertica alta* Num. 21, 8. 9. 4) metaph. *signum, quo quis admonetur* Num. 26, 10. (Syr. ܢܶܣܳܐ signum, vexillum).

נְסִבָּה pr. part. Ni. f. (a rad. סָבַב) *conversio, directio* Dei 2 Chr. 10, 15.

נָסַג i. q. סוּג *recessit*, in Kal non nisi inf. absol. נָסוֹג Jes. 59, 13, et fut. יִסַּג Mich. 2, 6.

Hiph. הִסִּיג 1) *removit*, *amovit* Mich. 6, 14: *amovebis* (tua), *sed non salvabis.* 2) *dimovit* (terminos) Deut. 19, 14. 27, 17. Hos. 5, 10, semel יַשִּׂיגוּ Iob. 24, 2. *Hoph.* הֻסַּג remotus est, recessit Jes. 59, 14.

נָסָה in Kal inusit., pr. i. q. arab. نشا odoratus est, odore exploravit, tentavit. Origine igitur differt a בָּחַן q. e. tactu exploravit l. ad lapidem Lydium examinavit.

Pi. נִסָּה 1) *exploravit* aliquem 1 Reg. 10, 1: *veniebat regina Sabae* לְנַסֹּתוֹ בְּחִידוֹת *eum exploratura aenigmatis*, ingenium Salomonis exploratura. 2 Par. 9, 1. Dan. 1, 12. 14. Spec. a) *Deus explorare* dr. *homines* rebus adversis i. e. fidem eorum explorare Gen. 22, 1. Ex. 16, 4. Deut. 8, 2. 16. 13, 4. Iud. 2, 22, cf. πειράζειν in N. T. b) *homines* contra dicuntur *explorare s. tentare Deum*, si de viribus et auxilio eius dubitant. Ex. 17, 2. 7. Deut. 6, 16. Ps. 78, 18. 41. 56. Jes. 7, 12: *nolo poscere neque tentare Jehovam.*

2) *tentavit*, *periculum fecit*, a) absol. 1 Sam. 17, 39: כִּי־לֹא נִסִּיתִי *nondum enim periculum feci.* Iud. 6, 39. b) Sq. inf. Deut. 4, 34. 28, 56. c) Sq. acc. rei Iob. 4, 2: הֲנִסָּה דָבָר אֵלֶיךָ תִּלְאֶה *num tentare* (aliquis) *potest verbum ad te,* num *aegre feres?*

Deriv. מַסָּה.

נָסַח fut. יִסַּח *evellit*, a) aliquem e domo sua Ps. 52, 7, e terra h. e. in exilium egit Prov. 2, 22. b) domum i. e. destruxit Prov. 15, 25. Plantarum instar homines domusque plantari dicuntur et evelli, cf. נָתַשׁ et נָטַע.

Niph. *evulsus* h. e. expulsus *est* (e terra) Deut. 28, 63.

Deriv. מַסָּח.

נְסַח chald. i. q. hebr. *Ithpe.* pass. Esr. 6, 11.

נָסִיךְ m. (a rad. נָסַךְ) 1) *libatio* Deut. 32, 38. 2) *simulacrum fusum* i. q. מַסֵּכָה Dan. 11, 8. 3) *Unctus* i. e. *princeps* ungendo consecratus i. q. מָשִׁיחַ, sed poët. usitatius Jos. 13, 21. Ps. 83, 12. Ez. 32, 30. Mich. 5, 4.

I. **נָסַךְ** i. q. סוּךְ (cf. no. 3) *fudit*, *effudit* Jes. 29, 10, spec. 1) in numinis honorem, *libavit*, σπένδειν Ex. 30, 9. Hos. 9, 4. Unde Jes. 30, 1: נָסַךְ מַסֵּכָה σπένδεσθαι σπονδήν, foedus inire, quoniam in foederibus pangendis libare solebant veteres (cf. lat. *spondere*, a σπονδή). 2) *fudit* ex metallo Jes. 40, 19. 44, 10. 3) *unxit* regem Ps. 2, 6. Cf. נָסִיךְ no. 3.

Niph. pass. no. 3 *unctus est* Prov. 8, 23.

Pi. i. q. Kal no. 1 *libavit* 1 Chr. 11, 18. Syr. Pa. id. In loco gemino 2 Sam. 23, 16 est Hiph. in antiquo Hebraismo usitatius.

Hiph. id. (libamina) *effudit*, *libavit* Gen. 35, 14. Num. 28, 7. Jer. 7, 18. Ps. 16, 4. *Hoph.* pass. Ex. 25, 29. 37, 16.

Nomm. deriv. מַסֵּכָה no. I. נָסִיךְ, נֶסֶךְ.

II. **נָסַךְ** i. q. cogn. סָכַךְ, 1) *plexuit*, *texuit*, *sepsit*, i. q. arab. نسج, inde מַסֵּכָה stamen texturae. A sepiendo proficiscitur 2) *texit*, *protexit*. Jes. 25, 7, cf. מַסֵּכָה no. II.

נְסַךְ chald. *fudit*, *libavit*, max. in Pa. Dan. 2, 46, ubi per zeugma refertur etiam ad מִנְחָה, cf. arab. نسك sacrificavit Deo.

נֶסֶךְ et **נֵסֶךְ** m. c. Suff. נִסְכּוֹ, pl. נְסָכִים, נִסְכֵּי 1) *libatio* Gen. 35, 14. Jer. 7, 18. מִנְחָה וָנֶסֶךְ sacrificium (incruentum) et libatio Joël

1, 9. 2) *simulacrum fusum*, i. q. מַסֵּכָה Jes. 41, 29. 48, 5.

נְסַךְ st. emphat. נִסְכָּא chald. *libatio* Esr. 7, 17.

נִסְמָן v. סָמַן.

I. נָסַס i. q. מָסַס *contabuit, aegrotavit*. (Syr. ܢܣܣ Ethpa. id. ܢܣܝܣܐ aeger. Cf. hebr. נוּשׁ, אָנַשׁ). Jes. 10, 18: כִּמְסֹס נֹסֵס *sicut contabescit aeger*.

II. נָסַס in Kal inusit. i. q. נָשָׂא prob. *elevavit, extulit*, unde נֵס.
Hithpo. Zach. 9, 16: *erunt* (ut) אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל־אַדְמָתוֹ *lapides diadematis se elevantes in terra eius*. Sed הִתְנוֹסֵס Ps. 60, 6 est a rad. נוּס.

נָסַע 1) pr. i. q. arab. نزع *vellit, evellit*, cf. נָסַח) v. c. postes Iud. 16, 3. 14; max. tentorii paxillos ad castra movenda Jes. 33, 20. Inde 2) *castra movit*, v. c. agmen nomadum Gen. 35, 16. 37, 17. Num. 10, 18. 33, 3 sqq., exercitus militum Ex. 14, 10. 2 Reg. 19, 8 adeoque 3) *profectus est, discessit* (aufbrechen), v. c. angelus Dei Ex. 14, 19, etiam de arca foederis Num. 10, 33, de vento exoriente Num. 11, 31; *migravit, iter fecit*, saepe de nomadibus Gen. 12, 9. 33, 17. 4) *tetendit arcum*, arab. نزع, v. מַסָּע.
Niph. evulsus est, de funiculis tentorii Iob. 4, 21 (v. s. v. יֶתֶר), de ipso tentorio Jes. 38, 12.
Hiph. הִסִּיעַ 1) causat. Kal no. 2 *castra moveri iussit* Ex. 15, 22. Ps. 78, 26. 2) causat. Kal no. 3 *proficisci fecit, duxit* Ps. 78, 52, it. *abstulit* 2 Reg. 4, 4. 3) *evellit*, ut arborem Iob. 19, 10, vitem Ps. 80, 9, *excidit* lapides Eccl. 10, 9. 1 Reg. 5, 31.
Derivv. מַסַּע, מַסָּע.

נָסַק fut. יִסַּק, semel Ps. 139, 8 *ascendit*. Haec radix, modo talis statui potest, apud Syros et Chaldaeos usitatissima est, sed in solo fut. imp. inf. Kal (ܢܣܩ, ܣܩ, ܡܣܩ) et in conj. Aph. (ܐܣܩ); in reliquis formis, praet. et part. Pe. et Conj. Ethp. utuntur verbo ܣܠܶܩ, ita ut prima rad. Nun nunquam compareat. Atque reapse rad. פ״ן nunquam exstitisse videtur: sed nescio an recte dudum observaverit Castellus (male propterea notatus a J. D. Michaële ad Lex. syr. p. 600), יִסַּק, ܢܶܣܰܩ, et אַסֵּק, ܐܣܩ contracta esse ex יִסְלַק, אַסְלֵק. Alia exempla vocabulorum ita contractorum, ut duarum consonantium prior geminetur, sunt מַתְּתְיָה, מַתָּתָה; قدر vulg. قدّ v. Caussin p. 12 al. Proprie igitur haec radix נָסַק ex Lexx. eliminanda.

נְסַק chald. id. (v. hebr.) Aph. הַסִּיק, inf. הַנְסָקָה *ascendere fecit* Dan. 3, 22. 6, 24.
Hoph. (more hebraeo) הֻסַּק Dan. 6, 24.

נִסְרֹךְ n. pr. idoli Ninivitarum 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38, fort. *aquila* l. *aquila magna*, a semit. נֶשֶׁר, نسر, et syllaba اك, quae in Persicis intensiva est, ut تابناك splendidissimus, فرناك (Φαρνάκης) magnificentissimus. De radd. semiticis more Persarum inflexis, v. Bohlenii symb. §. 4. De aquilae cultu v. Dschauh. ap. Gol. v. نسر.

נָסַת rad. spuria; formas יָסִית, מֵסִית, quae videri possint huc pertinere, v. ad סוּת.

נֵעָה (motus, fort. terrae) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. 19, 13.

נֹעָה (motus) n. pr. f. Num. 26, 33.

נְעוּרִים m. plur. (a nomine נַעַר) 1) *pueritia* Gen. 46, 34. 2) *adolescentia, iuventus* Ps. 71, 5. 17. אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ uxor iuventutis tuae, quam iuvenis duxisti Prov. 5, 18. בְּנֵי הַנְּעוּרִים liberi iuventutis, quos quis iuvenis genuit Ps. 127, 4. Metaph. de iuventute populi Israëlitici Jer. 2, 2. 3, 4. Ez. 16, 22. 60. Cf. זְקֻנִים.

נְעוּרוֹת pl. f. id. Jer. 32, 30.

נְעִיאֵל (fort. i. q. יְעִיאֵל, יְעוּאֵל) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 27.

נָעִים m. adj. (a rad. נָעֵם) 1) *suavis, iucundus* Ps. 133, 1, de cantu 147, 1, cithara Ps. 81, 3, iuvene amato Cant. 1, 16. Pl. נְעִימִים *iucunda* i. e. *gaudia* Iob. 36, 11, et נְעִימוֹת Ps. 16, 11. 2) *amoenus*, plur. נְעִימִים regiones amoenae Ps. 16, 6. 3) *benignus, benevolus* alicui Ps. 135, 3, cf. נֹעַם 90, 17.

נָעַל 1) *repagulavit, pessulo clausit* portam, c. acc. 2 Sam. 13, 17. 18. Iud. 3, 23. 24. 2) *calceavit*, arab. نعل (quod fit pedem funiculis constringendo et qs. repagulando). Sq. dupl. acc. Ez. 16, 10: וָאֶנְעֲלֵךְ תַּחַשׁ *calceos tibi dedi ex pelle phocarum.*

Hiph. id. 2 Chr. 28, 15.

Deriv. מַנְעוּל, מִנְעָל, et

נַעַל f. (Deut. 29, 4) *calceus, solea*, arab. نَعْلٌ Gen. 14, 23. Jos. 5, 15 cet. In translatione dominii symbolice *calceus tradi* solebat (quemadmodum medio aevo chirotheca), inde proiectio calcei in aliam regionem symbolum erat occupationis. Ps. 60, 10: *in Edomitarum terram proiicio calceum meum*, h. e. eam occupo, mihi tanquam propriam vindico (v. Rosenm. altes und neues Morgenland no. 483). Ps. 108, 10. Alibi *corrigia calcei*, et *par calceorum* (Am. 2, 6. 8, 6) dr. de re vilissima.

Dual. נַעֲלַיִם Am. l. c. et plur. נְעָלִים, semel נְעָלוֹת Jos. 9, 5.

נָעֵם fut. יִנְעַם *suavis fuit*, de amica Cant. 7, 7, amico 2 Sam. 1, 26; *amoenus fuit*, de regione Gen. 49, 15. Impers. Prov. 24, 25: לַמּוֹכִיחִים יִנְעָם *punientibus* (iudicibus) *suave* i. e. bene *erit*, cf. טוֹב לִי, יִיטַב לִי bene mihi est. (Arab. نَعِمَ et نَعُمَ i. q. hebr., نَعِمَ delectatus est aliqua re).

Derivv. praeter septem nomina sequentia, נָעִים, מַנְעַמִּים.

נַעַם (suavitas) n. pr. m. 1 Chron. 4, 15.

נֹעַם m. 1) *suavitas* Prov. 3, 17; אִמְרֵי נֹעַם verba suavia h. e. decentia 15, 26. 16, 24. 2) *pulchritudo, splendor*. נֹעַם יְהוָה de sacrorum splendore Ps. 27, 4, cf. טוּב יְהוָה V. 13. Exod. 33, 19. 3) *gratia, favor* Ps. 90, 17. Zach. 11, 7 (cf. χάρις, gratia, nostr. *Huld* a voce *hold*).

נַעֲמָה (suavis) n. pr. 1) duarum mulierum a) filiae Lamechi Gen. 4, 22. b) matris Rehabeami 1 Reg. 14, 21. 31. 2 Chr. 12, 13. 2) oppidi tribus Judae Jos. 15, 41, cf. נַעֲמָתִי.

נַעֲמִי patron. n. pr. נַעֲמָן no. 2 pro נַעֲמָנִי (quod est in cod. Sam.) Num. 26, 40.

נָעֳמִי (suavitas mea) n. pr. socrûs Ruthae. Ruth. 1, 2 sqq.

נַעֲמָן 1) *amoenitas*. Jes. 17, 10: נִטְעֵי נַעֲמָנִים *plantationes amoenae.* 2) n. pr. a) filii Benjamin Gen. 46, 21. b) Num. 26, 40. c) praefecti bellici Syrorum 2 Reg. 5, 1.

נַעֲמָתִי n. gent. a נַעֲמָה, oppido aliunde haud cognito, ab illo, quod

supra commemoravimus (נַעֲמָה no. 2) diverso. Iob. 2, 11. 11, 1.

נָעַץ rad. inusit., chald. נְעַץ pupugit, fixit, infixit, unde نَعْضٌ (נַעֲץ) spinae genus, fort. lotus spinosa (v. Celsii Hierob. II, p. 191 et quae notavimus ad Jes. 7, 19). Hinc denom.

נַעֲצוּץ m. *vepretum, senticetum* Jes. 7, 19. 55, 13.

I. נָעַר *rugiit* (leo iuvenis) Jer. 51, 38. Syr. ܢܥܰܪ id. Vc., ut videtur, onomatop. ut vic. נָחַר, rugiendi sonum raucum exprimens ex gutture prolatum.

II. נָעַר *quassit*, spec. 1) *excussit* Neh. 5, 13. Jes. 33, 15. 2) *decussit* Jes. 33, 9: נֹעֵר בָּשָׁן וְכַרְמֶל *decutiunt Basan et Carmel* folia i. e. ea deiiciunt.

Niph. 1) pass. *excussus* i. e. eiectus *est* e terra Iob. 38, 13. Ps. 109, 23. (Cf. arab. نغض quassit, excussit, VIII. expulsus est, نَغْضٌ expulsio). 2) *se excussit* (vinculis), abiecit ea, Iud. 16, 20.

Pi. excussit Neh. 5, 13. Praegn. Ex. 14, 27: וַיְנַעֵר יְהוָה אֶת־מִצְרַיִם בְּתוֹךְ הַיָּם *et excussit Jehova Aegyptios in medium mare* i. e. ex terra excussos deiecit in mare. Ps. 136, 15.

Hithp. se excussit aliqua re, sq. מִן Jes. 52, 2.

Inde נַעַר no. II, נְעֹרֶת.

I. נַעַר 1) m. *puer* (vc. primit. sanscr. *nara* homo, vir, fem. *narí, nârí* mulier, zend. *naere*, pers. نار, نر, gr. ἀνήρ). Usurpatur tum de puero recens nato Ex. 2, 6. Iud. 13, 5. 7. 1 Sam. 4, 21, tum de adolescentulo ad annum fere vigesimum Gen. 34, 19. 41, 12 (cf. 37, 2. 41, 2). 1 Reg. 3, 7. Jer. 1, 6. 7. Passim emphat. adhibetur aetati tenerae exprimendae (ut lat. admodum puer), variis modis 1 Sam. 1, 24: וְהַנַּעַר נָעַר. Vulg. *et puer erat adhuc infantulus*. 30, 17: אַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ־נַעַר *quadringenti viri adolescentes*. Alibi *puer* est potius nomen muneris et *servum* notat (ut gr. παῖς, nostr. Bursche, Junge, Knappe). Gen. 37, 2: הוּא נַעַר *is servus* erat *apud filios Bilha* cet. (er war Hirtenknabe, Hirtenknecht). 2 Reg. 5, 20. 8, 4. Ex. 33, 11. 2 Reg. 4, 12, etiam de militibus gregariis (nostr. die Burschen, cf. אִישׁ no. 1, litt. h.) 1 Reg. 20, 15. 17. 19. 2 Reg. 19, 6. De iuvenili aetate populi Israelitici Hos 11, 1. Cf. נְעוּרִים.

2) Ex singulari nonnullorum librorum idiotismo vel potius archaismo, ut gr. ἡ παῖς, comm. usurpatur pro נַעֲרָה *puella*, cum verbo fem. constr. Gen. 24, 14. 16. 28. 55. 34, 3. 12. Deut. 22, 15 sq. (male enim genus epicoenum ei tribuunt Simonis, Winerus), ita tamen, ut in margine ubique legatur נַעֲרָה (cf. הוּא p. 270 A). In Pentateucho ita bis et vicies, praeterea huc refero pl. נְעָרִים de *puellis* usurpatum Ruth 2, 21 cf. 8. 22. 23 (LXX. κοράσια) et de pueris puellisque Iob. 1, 19. Similiter Arabes in sermone elegantiore nominibus masculinis etiam de altero sexu utuntur, et abstinent a terminatione feminina, quae in vulgari sermone usitata est, ut عَرُوسٌ sponsus et sponsa, quae posterior vulg. عَرُوسَةٌ, عَجُوزٌ anus, vulg. عَجُوزَةٌ, cf. بَعْلٌ pro vulg. بَعْلَةٌ domina, زَوْجٌ pro زَوْجَةٌ uxor, ut germ. Gemahl pro Gemahlin.

Derivv. נְעוּרִים, נֹעַר, נַעֲרָה, נַעֲרָן.

II. נַעַר (a rad. נָעַר) m. *dispulsio*, concr. *dispulsum* (pecus). Zach. 1, 16.

נֹעַר m. (a rad. נָעַר) *pueritia, iu-*

ventus i. q. נְעוּרִים. Iob. 33, 25. 36, 14. Ps. 88, 16. Prov. 29, 21. — Iob. 36, 14 et Ps. l. c. fuerunt, qui *expulsionis* significatum statuerent (a rad. נָעַר), citra necessitatem.

נַעֲרָה f. 1) *puella* Iud. 19, 4 sqq. Esth. 2, 9. 13, etiam de *νεογάμῳ* Ruth 2, 6 (cf. בְּתוּלָה). 2) *serva, ancilla* Prov. 9, 3. 31, 15. Ruth 2, 8. 22. 3, 2. 3) n. pr. a) oppidi in finibus tribus Ephraim (Jos. 16, 7), quod 1 Chr. 7, 28 נַעֲרָן appellatur. b) f. 1 Chr. 4, 5.

נַעֲרַי v. פַּעֲרַי.

נְעַרְיָה (puer h. e. servus Jehovae, pro נַעֲרְיָה) 1) 1 Chr. 3, 22. 23. 2) 4, 42.

נַעֲרָן (iuvenilis, puerilis) n. pr. v. נַעֲרָה no. 3, a.

נְעֹרֶת f. *stupa*, quae ex lino *excutitur* (a rad. נָעַר) Iud. 16, 9. Jes. 1, 31.

נָעַשׁ rad. inusit. arab. نعش sustulit, inde עַשׁ no. II pro נַעַשׁ.

נֹף n. pr. *Memphis*, v. מֹף.

נָפַג rad. inusit., arab. نفج prodiit, vicinum verbis נָפַק exiit et נָבַג germinavit, unde

נֶפֶג n. pr. m. (germen) 1) Exod. 6, 21. 2) 2 Sam. 5, 15. 1 Chr. 3, 7. 14, 6.

נָפָה f. (a rad. נוּף) 1) *locus editus* (cf. נוֹף), inde נָפַת דּוֹר, נָפוֹת דּוֹר Jos. 11, 2. 12, 23. 1 Reg. 4, 11 et ellipt. דֹּאר Jos. 17, 11 n. pr. oppidi maritimi in vicinia montis Carmel.

2) *cribrum, ventilabrum* Jes. 30, 28, cf. הֵנִיף.

נְפוּסִים (expansiones, a rad. נָפַס syr. et chald. expandit) n. pr. m. Esr. 2, 50 Keri, pro quo Chethibh נְפִיסִים, et Neh. 7, 52 נְפִישְׁסִים (quae posterior scriptura haud dubie falsa ex נפישים et נפיסים conflata est).

נָפַח i. q. פּוּחַ *flavit, spiravit.* (Rad. onomatop. Cf. nostr. fachen, anfachen. Arab. نفخ et نفح flavit; فخ et فح rauciorem ronchissandi sonum exprimunt). Spec. 1) *afflavit* aliquem, sq. בְּ Ez. 37, 9. 2) נָפַח בְּאֵשׁ ignem *sufflavit* Ez. 22, 21, omisso בְּ ibid. V. 20 et Jes. 54, 16. דּוּד נָפוּחַ olla sufflata, h. e. super igne sufflato aestuans Iob. 41, 12. Jer. 1, 13. 3) *flando dispersit, disiecit*, sq. בְּ Hagg. 1, 9. 4) *efflavit* (animam, vitam) Jer. 15, 9.

2) *tulit, portavit, gestavit* (persaepe), ut infantem in ulnis Jes. 46, 3, vestes 1 Sam. 2, 28. 14, 3, arbor fructus Ez. 17, 8. Joël 2, 22. Iob. 40, 20, ager fruges Ps. 72, 3 cet. Gen. 13, 6: לֹא נָשָׂא אֹתָם הָאָרֶץ לָשֶׁבֶת יַחְדָּו *et non ferebat* i. e. capiebat *eos terra, ut unâ habitarent* (sed cf Iob. 21, 3). Spec. a) i. q. *toleravit* Jes. 1, 14. Mich. 7, 9. Prov. 30, 21. Ps. 55, 13. Inde *sivit, admisit* Iob. 21, 3: שָׂאוּנִי וְאָנֹכִי אֲדַבֵּר *sinite iam me loqui.* Sq. בְּ partitivo: tulit partem rei Iob. 7, 13: יִשָּׂא בְשִׂיחִי מִשְׁכָּבִי *portabit partem moeroris lectus meus* (mein Bette wird mir meinen Kummer ertragen helfen, wird mit daran tragen). — b) נָשָׂא עֲוֹן פ׳ *peccatum* alic. *tulit* i. e. poenam peccati in se suscepit Jes. 53, 12, בַּעֲוֹן פ׳ id. Ez. 18, 19. 20; נָשָׂא עֲוֹנוֹ, חֶטְאוֹ proprii peccati poenas luit Lev. 5, 1. 17. 17, 16. 20, 19. 24, 15. Num. 5, 31. 9, 13. 14, 34. 30, 16, et ita נָשָׂא זְנוּתָיו scortationis suae poenas luit Num. 14, 33. Ez. 23, 35. Absol. *poenas dedit.* Iob. 34, 31: נָשָׂאתִי לֹא אֶחְבֹּל *poenas dedi, non* amplius *peccabo.* De alio eius formulae usu v. litt. e. — c) *attulit, apportavit* (bringen) Exod. 10, 13. 1 Reg. 10, 11. 18, 12. 2 Reg. 2, 16. 4, 19 et d) *abstulit* (wegnehmen) Dan. 1, 16. Ez. 29, 19. Mich. 2, 2. 2 Sam. 5, 21; i. q. *sustulit* aliquem e medio, *perdidit* Iob. 32, 22. נָשָׂא רֹאשׁ מֵעַל פ׳ abstulit alicui caput, eum capite multavit Gen. 40, 19 (ubi alluditur ad similem formulam, de qua v. supra no. 1, b, γ. e) נָשָׂא עֲוֹן פ׳ abstulit peccatum alic. i. e. α) *expiavit* peccatum (sacerdos) Lev. 10, 17, β) *condonavit* peccatum Ps. 32, 5. 85, 3. Iob. 7, 21. Gen. 50, 17. Sq. dat. pers. Gen. 18, 24. 26. Num. 14, 19. Jes. 2, 9. Hos. 1, 6. Part. pass. נְשֹׂא עָוֹן cuius peccatum remissum est Jes. 33, 24, et נְשׂוּי פֶּשַׁע id. Ps. 32, 1. — Ab auferendo proficiscitur

3) *cepit, accepit, sumsit.* Gen. 27, 3: *sume quaeso arma tua .... et egredere.* 45, 19: *sumite patrem vestrum et venite* (cf. gr. λαβών et quae observavimus ad לָקַח). Spec. a) נָשָׂא אִשָּׁה cepit i. e. duxit uxorem, apud seriores scriptores pro לָקַח אִשָּׁה 2 Chr. 11, 21. 13, 21. Esr. 10, 44; deinde ellipt. Esr. 9, 2: *duxerunt* (uxores) *e filiabus eorum sibi et filiis suis.* V. 12. Neh. 13, 25. 2 Chr. 24, 3. — b) נָשָׂא פְנֵי פ׳ *personam alic. excepit*, locutio propria de rege et iudice, qui admittit salutatum venientes et dona ferentes, et causae eorum favet (v. max. Iob. 13, 10). Opp. הֵשִׁיב פָּנִים non admisit salutationem alic. Inde α) in bonam partem *preces* alic. *admisit, iis indulsit, rationem habuit* petentis. Gen. 19, 21. 32, 21. Iob. 42, 8. Thren. 4, 16. Mal. 1, 8. 9. Prov. 6, 35: לֹא־

יִשָּׂא פְּנֵי כָל־כֹּפֶר *nullius pretii rationem habet.* Part. pass. נְשׂוּא פָנִים vir spectatus, qui valet auctoritate (pr. quem nemo non excipit et petentem vel intercedentem admittit) 2 Reg. 5, 1. Iob. 22, 8. Jes. 3, 3. 9, 14. β) in malam partem *partium studio ductus est* (iudex) Lev. 19, 15. Deut. 10, 17. Ps. 82, 2. Iob. 13, 8. 10. 32, 21. 34, 19. Prov. 18, 5. Mal. 2, 9: נֹשְׂאִים פָּנִים בַּתּוֹרָה *qui in lege* (exercenda) *partium studio regi se patiuntur*, cf. הִכִּיר פָּנִים, in N. T. *πρόςωπον λαμβάνειν.* — c) נָשָׂא רֹאשׁ *cepit summam* (die Summe aufnehmen) alic. rei, rationem subduxit, numerum inivit i. e. numeravit Ex. 30, 12. Num. 1, 2. 49, נָשָׂא מִסְפָּר id. 3, 40.

Niph. נִשָּׂא 1) *extulit se, elatus est* Ez. 1, 19—21. Ps. 94, 2. Jes. 40, 4. 52, 13. Part. נִשָּׂא *elatus, altus* Jes. 2, 2. 12. 6, 1. 30, 25. 57, 7. 2) *portatus est* Ex. 25, 28. Jes. 49, 22; *abductus est* 2 Reg. 20, 17.

Pi. נִשֵּׂא et נִשָּׂא 1) *extulit* 2 Sam. 5, 12; נִשֵּׂא נֶפֶשׁ לְ i. q. Kal no. 1, litt. g. valde desideravit aliquid Jer. 22, 27. 44, 14. 2) *sublevavit, adiuvit* Esth. 9, 3. Ps. 28, 9; impr. donis 1 Reg. 9, 11. Esr. 1, 4. 8, 36, inde 3) *dona obtulit*, sq. לְ 2 Sam. 19, 43. 4) *abstulit* Am. 4, 2.

Hiph. הִשִּׂיא 1) causat. Kal no. 2, b *ferre fecit* aliquem culpam, i. e. peccatum suum luere iussit Lev. 22, 16. 2) sq. אֶל *imposuit, iniecit* alicui aliquid, v. c. funem 2 Sam. 17, 13.

Hithp. הִתְנַשֵּׂא et הִנַּשֵּׂא 1) *elatus, exaltatus est*, sq. לְ super aliquid 1 Par. 29, 11, *extulit se* i. e. a) potenter surrexit Num. 16, 3. 23, 24. 24, 7. 1 Reg. 1, 5; b) superbiit Ez. 17, 14. Prov. 30, 32; sq. עַל extulit se super al. Num. 16, 3. Ez. 29, 15.

Derivv. נְשִׂיא, נְשׂוּאָה, מַשְׂאֵת, נִשֵּׂאת, שְׂאֵת, שִׂיא, מַשָּׂא, מַשְׂאָה, מַשָּׂא.

נְשָׂא chald. 1) *abstulit* (ventus) Dan. 2, 35. 2) *cepit, sumsit* Esr. 5, 15.

Ithpa. extulit se, surrexit contra al., sq. עַל Esr. 4, 19.

נִשֵּׂאת pr. part. Ni. f. *donum* (cf. נִשָּׂא Pi. no. 3) 2 Sam. 19, 43.

נָשַׂג in Kal inusit. prob. i. q. נָסַג, סוּג, שׂוּג cessit. Inde

Hiph. הִשִּׂיג 1) pr. de loco cedere fecit, inde *removit* terminos i. q. הִסִּיג Iob. 24, 2. 2) *admovit*, ut manum ori 1 Sam. 14, 26, gladium Iob. 41, 18, dein 3) admovit se i. e. *attigit, assecutus est* aliquem Gen. 31, 25. 2 Sam. 15, 14, tempus Gen. 47, 9. *Manus mea assecuta est aliquid*, saepe i. q. acquisivi, possideo aliquid (cf. מָצָא no. 1) Lev. 14, 31 sq. 25, 26. Ez. 46, 7; sq. לְ Lev. 5, 11; sine acc. absol. *acquisivit opes*, ditescere coepit Lev. 25, 47. Alibi *aliquem attingere* dicuntur gaudium Jes. 35, 11. 51, 11, benedictio Deut. 28, 2, vel contra terrores Iob. 27, 20, culpa Ps. 40, 13, ira Dei Ps. 69, 25.

נְשׂוּאָה f. (a rad. נָשָׂא) id quod portatur, *onus* Jes. 46, 1.

נָשִׂיא m. adj. verbale pass. rad. נָשָׂא, *elatus*, 1) *princeps*, nomen generale, tam de regibus usurpatum (cf. נָגִיד) 1 Reg. 11, 34 Ez. 12, 10. 45, 7 sq. 46, 2 sq., quam de singularum tribuum praefectis, nominatim de phylarchis Israëlitarum Num. 7, 11 sqq., 34, 18 sqq. (plene נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל Num. 1, 44, נְשִׂיאֵי הָעֵדָה 4, 34. 31, 13. 32, 2), Ismaëlitarum Gen. 17, 20, adeoque de principibus familiarum Num. 3, 24. 30. 35, quare totius tribus leviticae princeps appellatur נְשִׂיא נְשִׂיאֵי הַלֵּוִי Num. 3, 32, cf. 1 Chr. 7, 40. נְשִׂיא אֱלֹהִים princeps s. phylarcha a Deo constitutus, de Abrahamo Gen. 23, 6. 2) pl. נְשִׂיאִים

vapores e terra *adscendentes*, ex quibus nubes oriuntur Jer. 10, 13. 51, 16, unde de *nubibus* ipsis Ps. 135, 7. Prov. 25, 14. (Arab. نَشَأٌ et نَشْءٌ nubes recens orta).

נָשַׁק in Kal inusit.

Hiph. הִשִּׂיק *accendit* Jes. 44, 15. Ez. 39, 9.

Niph. accensus est Ps. 78, 21. (Chald. אַסִּיק id.).

נָשַׂר rad. inusit. i. q. chald. נְסַר *serravit, serram duxit*, vc. onomatop., arab. نشر, وشر, اشر, aeth. ወሰረ: Inde מַשּׂוֹר serra.

I. נָשָׁא in Kal inusit., fort. *erravit*, vic. verbo נָשָׁה oblitus est, a quo inf. absol. נָשֹׁא Jer. 23, 39, unde syr. ܢܫܝܐ error.

Hiph. הִשִּׁיא *in errorem induxit*, unde 1) *decepit, imposuit* alicui sq. dat. 2 Reg. 18, 29. Jer. 4, 10. 29, 8; acc. 2 Chr. 32, 15. 2 Reg. 19, 10. Jerem. 37, 9: אַל־תַּשִּׁאוּ נַפְשׁוֹתֵיכֶם *ne vosmet ipsos decipiatis.* Sq. עַל praegn. Ps. 55, 16 Keri: יַשִּׁי מָוֶת עָלֵימוֹ *mors decipiat* (et obruat) *eos*, h. e. subito eos opprimat praeter opinionem. 2) *seduxit, corrupit* Gen. 3, 13. Jer. 49, 16.

Niph. deceptus est Jes. 19, 13.

II. נָשָׁא i. q. נָשָׁה no. II, 2 *mutuum dedit*, sq. בְּ Neh. 5, 7, unde נֹשֵׁא בוֹ Jes. 24, 2 et נֹשֵׁא 1 Sam. 22, 2 *creditor*.

Hiph. exegit, quod mutuum dederat (creditor), sq. בְּ pers. Ps. 89, 23.

Nomm. deriv. מַשָּׁא, מַשָּׁאָה.

נָשַׁב *flavit*, sq. בְּ *adflavit* (ventus) Jes. 40, 7. (Verbum onomatop. ut cogn. נָשַׁף, נָשַׁם et שָׁאַף, ubi vide).

Hiph. 1) *flare fecit* (ventum) Ps. 147, 18. 2) *flatu abegit* Gen. 15, 11.

I. נָשָׁה *oblitus est* rei Thren. 3, 17, hominis i. e. *deseruit, neglexit* eum Jerem. 23, 39. (Arab. نَسِيَ aeth. quadril. ረሐሰየ: inserto ח id.).

Niph. oblivioni traditus est Jes. 44, 21: לֹא תִנָּשֵׁנִי *oblivioni non traderis a me*, pro תִּנָּשֶׁה לִּי. Kimchi: תִּנָּשֶׁה מִמֶּנִּי. Sed Targ. et Jarchi Niphal idem esse volunt quod Kal, ut vertendum sit: *ne obliviscaris me:* in quam sententiam nescio an scribendum fuisset אַל ת׳, non לֹא.

Pi. oblivisci fecit, sq. dupl. acc. Gen. 41, 51.

Hiph. הִשָּׁה i. q. Pi. Iob. 39, 17: *Deus eum* (struthionem) *oblivisci fecit sapientiae.* 11, 6: *scias* כִּי־יַשֶּׁה לְךָ אֱלוֹהַּ מֵעֲוֹנֶךָ *Deum tibi oblivioni tradere de culpa tua*, h. e. tibi remittere partem culpae.

Deriv. נְשִׁיָּה, et nomm. pr. יְשִׁיָּה, מְנַשֶּׁה.

II. נָשָׁה 1) *mutuum accepit* (scribitur etiam נָשָׁא, vide h. rad. no. II. Eiusdem originis esse videtur atque נָשָׂא, ut pr. sit *accepit*). Constr. absol. Jer. 15, 10. Jes. 24, 2. 2) *mutuum dedit* alicui, *an* jemanden leihen, a) sq. בְּ pers. (v. בְּ A, no. 4) Jer. 15, 10: לֹא נָשִׁיתִי בִּי וְלֹא נָשׁוּ בִי *nihil mutuum accepi, mihique nihil mutuum dederunt.* Jes. 24, 2: כַּנֹּשֶׁה כַּאֲשֶׁר נֹשֶׁה בוֹ *ut debitor, ita creditor.* Deut. 24, 11. Neh. 5, 10. Part. נֹשֶׁה *creditor* 2 Reg. 4, 1. Ps. 109, 11. b) sq. בְּ pretii i. e. fenoris. Neh. 5, 11: *centesimas pecuniae*, אֲשֶׁר אַתֶּם נֹשִׁים בָּהֶם *quibus* (wofür) *vos fenerati estis* pecunias i. e. quas a debitoribus exegistis. Part. נֹשֶׁה *fenerator.* Ex. 22, 24.

Hiph. i. q. Kal no. 2, sq. בְּ pers. *mutuum dedit alicui* Deut. 15, 2. 24, 10.

Deriv. מַשֶּׁה et

נְשִׁי m. *debitum* 2 Reg. 4, 7.

נְשִׁיָּה f. *oblivio* Ps. 88, 13, a rad. נָשָׁה no. I.

נָשֶׁה m. Gen. 32, 33 i. q. arab. نَسًا *nervus* s. tendo, qui per femur et crus ad talos fertur, nervus ischiaticus. Origo latet.

נָשִׁים pl. f. mulieres, v. sing. אִשָּׁה.

נְשִׁיקָה f. (a rad. נָשַׁק) *osculum* Cant. 1, 2. Prov. 27, 6.

נָשַׁךְ fut. יִשֹּׁךְ Eccl. 10, 11, et יִשַּׁךְ Prov. 23, 32 *momordit*, velut serpens Gen. 49, 17. Num. 21, 6 sq., homo Mich. 3, 5 (aethiop. ነከሰ: id., syr. transp. ܢܟܒ), metaph. a) *vexavit*, oppressit Hab. 2, 7. b) *feneratus est* Deut. 23, 20, quandoquidem non solum fenerari sed adeo usuram capere hominis sordidi et inopes vexantis putabatur (cf. aram. נְכַת, ܢܟܬ momordit, unde נוֹכְתָא fenus; arab. قَرَضَ rosit, conj. III feneratus est, gr. δάκνεσθαι ὑπὸ τῶν χρεῶν Arist. Nub. 1, 12, lat. usura vorax Lucan. 1, 171).

Pi. i. q. Kal *momordit* Num. 21, 6. Jer. 8, 17.

Hiph. הִשִּׁיךְ *usuras imposuit alicui*, sq. dat. pers. Deut. 23, 21. Hinc

נֶשֶׁךְ m. *usura, fenus* Ps. 15, 5. Ez. 18, 8. 13. שִׂים נֶשֶׁךְ עַל usuram imposuit alicui Ex. 22, 24.

נִשְׁכָּה, alibi לִשְׁכָּה q. v., *cella, conclave* in atriis templi Neh. 3, 30. 12, 44. 13, 7. De origine non liquet. Sunt, qui transp. censeant pro שְׁכֵנָה domicilium: malim esse pers. نشاء sedes, domicilium, a نشستن sedere. Quum huiusmodi cella graece λέσχη appelletur, in eam sententiam facile delabi possis, ut ab hoc vc. repetitum dicas לִשְׁכָּה: sed graecae tamen originis vox in libro Samuelis (1, 9, 22) vix admittenda fuerit.

נָשַׁל, fut. יִשַּׁל (intrans. no. 3) 1) trans. *extraxit, exuit* (arab. نشل, نثل, cf. vicina שָׁלַל, שָׁלָה, נָצַל), ut calceum Ex. 3, 5. Jos. 5, 15; *eiecit* (populum e terra) Deut. 7, 1. 22. 2) *elapsus est.* Deut. 19, 5: וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל מִן־הָעֵץ *et si ferrum e manubrio elapsum fuerit.* 3) *delapsus est, decidit,* de olivae baccis. Deut. 28, 40 (fut. A).

נָשַׁם fut. אֶשֹּׁם *anhelavit*, de muliere parturiente. Jes. 42, 14. Vicinae radices sunt נָשַׁב, נָשַׁף, transp. נָפַשׁ, cf. arab. نفس anhelavit, it. parturivit, peperit. (Alibi fut. יִשֹּׁם pertinet ad rad. שָׁמַם).

Inde תִּנְשֶׁמֶת et

נְשָׁמָה f. 1) *halitus, spiritus,* a) spiritus Dei vitam et sapientiam praebens i. q. רוּחַ אֱלֹהִים. Iob. 32, 8. 33, 4, cf. 26, 4. b) spiritus hominis, *anima, ψυχή* (cf. נֶפֶשׁ no. 2) Gen. 2, 7. Iob 27, 3. Meton. (quod anima praeditum est) *animans* i. q. נֶפֶשׁ no. 3. Deut. 20, 16. Jos. 10, 40. Semel de *animo* s. *mente* Prov. 20, 27. — 2) *anhelitus* irascentium, de ira Dei Jes. 30, 33. Ps. 18, 16.

נִשְׁמָא chald. *anima, vita* Dan. 5, 23.

נָשַׁף *flavit* (cf. נָשַׁם) Ex. 15, 10, sq. בְּ *adflavit* Jes. 40, 24. Hinc יַנְשׁוּף et

נֶשֶׁף m. c. Suff. נִשְׁפּוֹ 1) *crepusculum vespertinum,* ubi aura frigidior spirat (רוּחַ הַיּוֹם Gen. 3, 8) Iob. 24, 15. Prov. 7, 9. 2 Reg. 7, 5. 7. Jer. 13, 16, unde *tenebrae, nox* Jes. 5, 11. 21, 4. 59, 10. (LXX. σκότος Iob. 24, 15. Prov. 7, 9). 2) *crepusculum matutinum* Iob. 7, 4. 1 Sam. 30, 17.

נָשַׁק fut. יִשַּׁק 1 Reg. 19, 20 et intrans. יִשַּׁק Gen. 41, 40 (v. no. 1) 1) pr. i. q. arab. نسق *iunxit* (v.

Hiph.), *ordinavit, disposuit*, hebr. fut. A intrans. *disposuit, composuit se*. Gen. 41, 40: עַל־פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי *ad mandata tua componat se totus populus meus*, ut bene LXX. Onk. Vulg. Saad. Vulgo ex signif. no. 3: *super os tuum osculetur totus populus meus* h. e. osculo tibi fidem et obsequium declaret: sed vix statui poterit, tali ceremonia regis administro in muneris sui auspiciis obsequium praestitum esse. 2) *armavit se* (unde נֶשֶׁק) 2 Chr. 17, 17: נֹשְׁקֵי קֶשֶׁת *arcu armati*. Ps. 78, 9: נוֹשְׁקֵי רוֹמֵי־קֶשֶׁת pr. *armati ex sagittariis*, h. e. sagittarii armati. 3) *osculatus est* (os adiunxit ori), sq. dat. Gen. 27, 29. 2 Sam. 15, 5, acc. Cant. 1, 2. 1 Sam. 20, 41. Poët. dicitur Ps. 85, 11: צֶדֶק וְשָׁלוֹם נָשָׁקוּ *iustitia et felicitas se osculantur* (in altero membro: *sibi obviam veniunt*) i. e. se contingunt, excipiunt, iustitiam vestigiis sequitur felicitas. Caeterum *osculari idola* dicuntur, qui ea *adorant* (quod osculis manu iactis fiebat, v. Iob. 31, 27 et Plin. 28, 2) 1 Reg. 19, 18. Hos. 13, 2.

Pi. i. q. Kal no. 3 *osculatus est* Gen. 31, 28, de osculo, quo victi victori fidem et obsequium promittunt Ps. 2, 12.

Hiph. id. Ez. 3, 13: *alae animalium* מַשִּׁיקוֹת אִשָּׁה אֶל אֲחוֹתָהּ *quae se osculabantur invicem* i. e. quarum altera pertingebat ad alteram, i. q. חֹבְרוֹת אִשָּׁה אֶל אֲחוֹתָהּ 1, 9. Cf. Ps. 85, 11.

Deriv. נְשִׁיקָה et

נֵשֶׁק et **נֶשֶׁק** m. 1) *arma* 1 Reg. 10, 25. Ez. 39, 9. 10. Ps. 140, 8: בְּיוֹם נָשֶׁק *die armorum* h. e. pugnae. 2) *armamentarium* Neh. 3, 19 (cf. 1 Reg. 10, 17 et quae observavimus s. v. יַעַר no. 2).

נָשַׁר rad. inusit., arab. نسر *rostro vellit, discerpsit* (avis rapax), مَنْسَر, مِنْسَر rostrum avis rapacis. Inde

נֶשֶׁר pl. נְשָׁרִים, cstr. נִשְׁרֵי m. *aquila* (arab. نَسْر, syr. ܢܶܫܪܳܐ, aeth. ንስር: id.) Deut. 32, 11. Ez. 17, 3. Latius tamen patet hoc nomen, et passim etiam (ut gr. ἀετός et arab. نسر v. Bocharti Hieroz. II, p. 312 sqq.) *vulturum* species comprehendit, spec. iis locis, quibus נֶשֶׁר calvus esse (Mich. 1, 16) et cadaveribus vesci dicitur Iob. 39, 27. Prov. 30, 17. (Matth. 24, 28). Prius illud in *vulturem barbatum* cadit. Ad aquilam ipsam, quae pennas saepe mutat, ut serpens cutem, referenda sunt verba Ps. 103, 5: *ut innovetur, instar aquilae, tua iuventus*. V. Bocharti Hieroz. l. c. et quae ibi adnotavit Rosenm. T. II, pag. 743 sq. ed. Lips. Oedmann verm. Sammll. aus der Naturkunde I, 5 (qui omnibus locis vulturem, nusquam aquilam, intelligi vult, errore manifesto).

נְשַׁר pl. נִשְׁרִין chald. id. Dan. 4, 30. 7, 4.

נָשַׁת *exaruit*, de lingua siti exarescente Jes. 41, 17, de robore exarescente Jer. 51, 30.

Niph. id. *exaruit* aqua Jes. 19, 5, cf. נָחַשׁ Jer. 18, 14. (Aethiop. ነሠተ: vastavit, delevit).

נִשְׁתְּוָן m. hebr. et chald. *epistola* Esr. 4, 7. 18. 23. 5, 5. 7, 11. Origo ducenda videtur a pers. نبشتن *nobischten*, نوشتن, نوستن h. e. scribere, littera sibilante transposita.

נָתַב rad. inusit., quam *calcandi, proculcandi* vim habuisse suspicor, ut gr. στείβω, inde נָתִיב via trita. De syllabis primariis *tab, tap* et *pat* calcandi sonum imitantibus,

v. supra v. בּוּס p. 133, et דָּבַב, טָפַף. Arab. نتب est: eminuit, intumuit, unde alias נָתִיב ductum putabam, utpote viam aggestam et munitam, sicut מְסִלָּה a סָלַל; at נ׳ nunquam denotat viam publicam regiamque, quae aggesta et arte munita esse solet, sed ubique semitam pedibus tritam.

נתונים i. q. נְתִינִים Esr. 8, 17 Cheth.

נָתַח tantummodo in Pi. נִתַּח *in frusta dissecuit* (animal mactatum) Ex. 29, 17. Lev. 1, 6. 12. 8, 20, cadaver hominis Iud. 20, 6. Hinc

נֵתַח pl. נְתָחִים *frustum* carnis Lev. 1, 8 sq. Ez. 24, 4.

נָתִיב m. et **נְתִיבָה** f. ־ים et ־וֹת — 1) pr. adj. *pedibus tritus* (v. ad rad. נָתַב). דֶּרֶךְ נְתִיבָה via trita Prov. 12, 28; et omisso דֶּרֶךְ id. Iud. 5, 6, ac deinde 2) *semita, trames*, vc. poët. Iob. 18, 10. 28, 7. 41, 24. Plur. נְתִיבוֹת בֵּיתוֹ viae ad domum eius Iob. 38, 20.

נְתִינִים m. plur. pr. *dati*, *donati*, quod nomen gerunt ἱερόδουλοι Hebraeorum s. *mancipia templi*, quae Levitis in ministerio sacro ad manus erant Esr. 8, 17. 20. Neh. 3, 31. 7, 46. 60. 73. 11, 3. 21 cet. Ad originem vocis cf. Num. 8, 19. Chald. Esr. 7, 24.

נָתַךְ fut. יִתַּךְ (vic. נָסַךְ) *se effudit*, ubique metaph., de rugitu Iob. 3, 24, de ira 2 Chr. 12, 7. 34, 25. Jer. 42, 18. 44, 6, diris Dan. 9, 11.

Niph. 1) i. q. Kal *se effudit* aqua, pluvia Ex. 9, 33, metaph. ira 2 Chr. 34, 21. Jerem. 7, 20. 2) *diffluxit*, *liquefactus est* Ez. 22, 21. 24, 11.

Hiph. הִתִּיךְ, semel inf. הַנְתִּיךְ Ez. 22, 20 1) *effudit*, *profudit* Iob. 10, 10, pecuniam 2 Reg. 22, 9. 2) *liquefecit* Ez. 22, 20. *Hoph.* pass. ibid. V. 22.

Deriv. הִתּוּךְ.

נָתַן fut. יִתֵּן, ־יִתֶּן, etiam נִתַּן 1 pers. (Iud. 16, 5), imp. תֵּן, c. He parag. תְּנָה, inf. absol. נָתוֹן, cstr. תֵּת (pro תֶּנֶת) c. Suff. תִּתִּי, raro נְתֹן (syr. ܢܬܠ)

1) *dedit*, sq. acc. rei et לְ pers. Gen. 25, 6. Jes. 8, 18 cet., אֶל pers. 29, 11. Jer. 36, 32, cum Suff. Jos. 15, 19: נְתַתָּנִי *dedisti mihi*. Jes. 27, 4 (cf. alia exempla suffixi in dativo cogitandi, ut Zach. 7, 5, quanquam in illis etiam pro acc. haberi potest, modo pro *dedit* cogitando substituis *accipere fecit* aliquem, coll. verbis arab. عطا conj. IV et نال, ناول dedit, c. Suff. eius, cui datur). Sq. acc. rei et בְּ pretii, dedit aliquid *pro* Joël 4, 3. Ez. 18, 13; sq. אֶל addidit aliquid *ad* Ez. 21, 34. Impers. Prov. 13, 10: בְּזָדוֹן יִתֵּן מַצָּה *ex superbiâ oritur rixa*, bey Uebermuth *gibt es* Streit. Iob. 37, 10. — Spec. hae notandae sunt formulae: a) נָתַן יָד manus victas dedit, v. יָד no. 1, litt. e, sed יִתֵּן יָדוֹ בְּ v. ibid. litt. b. — b) נָתַן בְּיַד tradidit in potestatem alicuius, v. יָד litt. aa, *β*, it. נָתַן לִפְנֵי (preifs geben), vide לִפְנֵי s. v. פָּנִים; it. sq. dat. Jes. 50, 6: גֵּוִי נָתַתִּי לְמַכִּים *dorsum meum tradidi percutientibus*; נָתַן עַל יְדֵי mandavit alicui, v. יָד no. 1, litt. ee. — c) נָתַן עֹרֶף terga dedit, v. עֹרֶף. d) נָתַן פְּרִי fructum dedit (arbor) i. q. עָשָׂה פְּרִי Lev. 25, 19. Ps. 1, 3. Ezech. 34, 27. e) נָתַן רַחֲמִים לְ misericordiam alicui praestitit, v. רַחֲמִים. f) נָתַן כָּבוֹד, עֹז לְ honorem, laudem alicui tribuit, declaravit Ps. 68, 35. Jer. 13, 16. g) נָתַן בְּמִשְׁמָר *in custodiam dedit* aliquem, v. מִשְׁמָר, cf. Gen. 39, 20. h) מִי יִתֵּן *quis dabit?* formula optantis i. q. utinam det aliquis! utinam haberem, v. מִי no. 1, d. Construitur sq. acc. Deut. 28, 67: מִי־יִתֵּן עֶרֶב *utinam esset vespera!* sq. inf. Exod. 16, 3: מִי־יִתֵּן מוּתֵנוּ

utinam mortui essemus! Iob. 11, 5, sq. verbo fin. addita vel omissa part. ן Deut. 5, 26. Iob. 19, 23. 23, 3.

Praeterea *dare* dicitur *α*) pro *docere.* Prov. 9, 9: *da sapienti* (doctrinam), *et magis etiam sapiet.* Cf. לֶקַח no. 2. — *β*) *concedere, permittere* (ut gr. *δίδωμι*, lat. *dare, largiri*, syr. et arab. ܫܒܩ, وهب), sq. acc. pers. et gerundio verbi (pr. dedit i. e. admisit aliquem ad aliquid faciundum, cf. eandem consecutionem in verbis synn. הֵנִיחַ rad. נוּחַ, et נָטַשׁ). Gen. 20, 6: לֹא נְתַתִּיךָ לִנְגֹּעַ אֵלֶיהָ *tibi non permisi eam tangere.* 31, 7. Exod. 3, 19. Iud. 1, 34. 15, 1. 1 Sam. 18, 2. Iob. 31, 30. Ps. 16, 10. 55, 23. 66, 9. Eccles. 5, 5. Omisso לְ Iob. 9, 18. Num. 20, 21: semel c. dat. pers. 2 Par. 20, 10. — *γ*) *edere*, ut vocem (v. קוֹל), verba impia Iob. 1, 22, odorem Cant. 1, 12. 2, 13. 7, 13, edere i. e. operari miraculum Exod. 7, 9 (alibi שׂוּם מוֹפֵת), cf. *διδόναι σημεῖα* Mt. 24, 24. Audacius dictum est נָתַן תֹּף tympano pulsato sonum edidit i. e. tympanum pulsavit Ps. 81, 3.

2) i. q. שׂוּם *posuit, constituit, collocavit* (setzen, stellen, legen). Gen. 1, 17. 9, 13. 15, 10. 1 Reg. 7, 39. Ez. 3, 20, v. c. posuit laqueos Ps. 119, 110, munimenta (sq. עַל) Ez. 26, 8, composuit foedus Gen. 9, 12. 17, 2. Spec. a) נָתַן לִפְנֵי *proposuit* alicui 1 Reg. 9, 6. b) sq. acc. pers. et עַל pers. vel rei: *praefecit* aliquem alicui Gen. 41, 41. 43. Deut. 17, 15, sed c. acc. rei et עַל pers. *imposuit* alicui aliquid, velut iugum 2 Par. 10, 9, mulctam 2 Reg. 23, 33, it. peccatum i. e. *imputavit* peccatum, poenas eius repetiit ab aliquo Jon. 1, 14. Ez. 7, 3, cf. Deut. 21, 8. c) נָתַן לֵב לְ *applicuit animum ad* aliquid, totum se dedit studio rei Eccl. 1, 13. 17. 8, 9. 16. 2 Par. 22, 19. Dan. 10, 12, quae formula maiorem vim habet quam שׂוּם לֵב עַל animum advertere ad al. Dicunt etiam: נָתַן דָּבָר אֶל לֵב פּ׳ indidit (Deus) aliquid in cor alic. Neh. 2, 12. 7, 5, et נָתַן אֶל לְבּוֹ *ἐν φρεσὶ θεῖναι* Eccl. 7, 2. 9, 1.

3) *fecit*, ut שִׂים, שִׁית, arab. جعل. Lev. 19, 28: שֶׂרֶט לֹא תִתְּנוּ בִּבְשַׂרְכֶם *ne faciatis incisionem in carne vestra.* Similiter נָתַן מוּם בְּ noxa aliquem affecit Lev. 24, 20. Max. a) *fecit* s. *constituit* aliquem aliquid c. dupl. acc. Gen. 17, 4: אַב הֲמוֹן גּוֹיִם נְתַתִּיךָ *patrem multorum populorum te faciam.* Exod. 7, 1. Thren. 1, 13. Ps. 69, 12. 89, 28; c. acc. et לְ praedicati Gen. 17, 20. 48, 4. Jerem. 1, 5. b) נָתַן דָּבָר כְּ *fecit aliquid instar* alic. rei, alicui rei *simile.* Jes. 41, 2: יִתֵּן כֶּעָפָר חַרְבּוֹ *faciet gladium eius pulveri similem;* inde *habuit aliquid instar* alius rei, *eodem loco habuit atque* (behandeln als). 1 Reg. 10, 27: וַיִּתֵּן אֶת־הַכֶּסֶף כָּאֲבָנִים *et argentum habebat instar lapidum.* Gen. 42, 30: וַיִּתֵּן אֹתָנוּ כִּמְרַגְּלִים *et habebat nos pro exploratoribus*, er behandelte uns wie Kundschafter (cf. habere pro hoste Liv. 2, 20). Ez. 28, 2. 6. Sq. לִפְנֵי de mero iudicio: *habuit aliquem pro tali* i. e. iudicavit eum talem. 1 Sam. 1, 16: *noli me pro ebria habere.* Cf. gr. *τίθεσθαι* pro *νομίζειν*, *ἡγεῖσθαι* Passow h. v. A, no. 5.

Niph. pass. Kal 1) *datus est* Ex. 5, 18. Lev. 19, 20, *traditus est* Lev. 26, 25, *data est* lex Esth. 3, 14. 2) *factus est* Levit. 24, 20, v. Kal no. 3.

Hoph. in solo fut. יֻתַּן i. q. Niph. Lev. 11, 38. Num. 26, 54.

Not. In praet. Kal tertia rad. Nun cum afformativis coalescit, נָתַתָּ, נָתַתִּי; semel defective legitur תַּתָּה 2 Sam. 22, 41 pro נָתַתָּה, ut רֵד Iud. 19, 11 pro יָרַד. Multum

vexatus est locus Ps. 8, 2: *Jehova, domine noster, quam magnificum est nomen tuum in universa terra* אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל הַשָּׁמָיִם, ubi תְּנָה modo pro inf. absol. habent, modo aliis punctis תֻּנָּה legi iubent. Sed cum תְּנָה alibi ter et vicies sit imp., nec h. l. aliter accipiendum erit, et sententia prodit elegantissima, modo vertis: *quam gloriam tuam pone etiam super coelos* i. e. utinam dei gloria, quae in his terris fundari coepit (V. 3), per universam rerum naturam agnoscatur et celebretur.

Nomm. deriv. מַתָּן, נְתִינִים, מַתַּת, מַתָּנָה, adde nomm. pr. מַתְּנַי, מַתַּתְיָה, מַתַּנְיָה, et quattuor sequentia.

נְתַן chald., cuius fut. solum legitur יִנְתֵּן, sq. makk. יִנְתֶּן־, inf. מִתַּן, i. q. hebr. *dedit* Dan. 2, 16. 4, 14. Esr. 4, 13. 7, 20. Reliqua tempora a verbo יְהַב repetuntur. Hinc מַתְּנָא.

נָתָן (quem Deus *dedit*) n. pr. *Nathani* 1) prophetae tempore Davidis 2 Sam. 7, 2. 12, 1. 1 Reg. 1, 8. Ps. 51, 2. 2) filii Davidis 2 Sam. 5, 14. 3) 23, 36. 4) et 5) 1 Reg. 4, 5. 6) 1 Chr. 2, 36. 7) Esr. 8, 16. 8) 10, 39.

נְתַן־מֶלֶךְ (quem rex posuit h. e. constituit) n. pr. aulici Josiae 2 Reg. 23, 11.

נְתַנְאֵל n. pr. (quem Deus dedit) gr. *Ναθαναήλ* 1) Num. 1, 8. 2, 5. 2) complurium aliorum, quorum semel fit mentio his locis 1 Chr. 2, 14. 15, 24. 24, 6. 26, 4. 2 Chr. 17, 7. 35, 9. Esr. 10, 22. Neh. 12, 21. 36.

נְתַנְיָה et **נְתַנְיָהוּ** (quem Jehova dedit) n. pr. m. 1) filii Asaphi 1 Chr. 25, 12. 2) 2 Reg. 25, 23. 25. Jer. 40, 8. 14. 3) Jer. 36, 14. 4) 2 Chr. 17, 8.

נָתַס *proscidit terram*, vicinum verbis נָתַץ et נָתַשׁ. Iob. 30, 13: נָתְסוּ נְתִיבָתִי *proscindunt tramitem meum* (4 libri mscr. per interpretamentum legunt נָתְצוּ).

נָתַע i. q. נָתַץ no. 2 (dentes) *excussit*, צ (more Aramaeorum) in ע mutato.

Niph. pass. Iob. 4, 10.

נָתַץ fut. יִתֹּץ 1) *destruxit, diruit*, ut domos, statuas, altaria cet. Lev. 14, 45. Iud. 6, 30 sq. 8, 17, metaph. *excidit* homines Iob. 19, 10. Ps. 52, 7. 2) *excussit* dentes Ps. 58, 7, cf. נָתַע.

Pi. i. q. Kal no. 1 2 Chr. 31, 1. 33, 3.

Niph., *Pu.* et *Hoph.* pass. no. 1. Jer. 4, 26. Iud. 6, 28, *diruta est* rupes Nah. 1, 6.

נָתַק *avellit* Jer. 22, 24. Translate ad rem militarem *interclusit* aliquem (a loco) Iud. 20, 32. V. Niph. et Hiph. Part. pass. נָתוּק avulsis testiculis *castratus* Levit. 22, 24.

Pi. revellit radices Ez. 17, 9; *rupit* vincula Ps. 2, 3. 107, 14, iugum Jes. 58, 6, *divellendo vulneravit* Ez. 23, 34.

Hiph. metaph. *seiunxit* Jer. 12, 3, *interclusit* Jos. 8, 6.

Niph. 1) *divulsus, ruptus est*, v. c. de filo, funiculo Jes. 5, 27. Jer. 10, 20. Iud. 16, 9. Eccl. 4, 12, fune Jes. 33, 20. Metaph. Iob. 17, 11: *animi mei consilia rupta sunt* i. e. irrita facta. 2) *evulsus est*, e tentorio Iob. 18, 14. Praegn. Jos. 4, 18: *et quum sacerdotes plantas pedum* ex alveo fluvii limoso *evulsas* posuissent *in arido*. 3) *seiunctus est* Jer. 6, 29, sq. מִן *interclusus est* Jos. 8, 16.

Hoph. הָנְתַּק i. q. Niph. no. 3. Iud. 20, 31. Inde

נֶתֶק m. 1) *porrigo, impetigo* in capite et barba Lev. 13, 30 sq. 2) *porrigine affectus* Lev. 13, 33, v. נֶגַע no. 2. Rad. נָתַק evellit (ca-

pillos), ex locis enim impetigine tectis capilli excidere solent.

נָתַר fut. יִתַּר 1) *tremuit, trepidavit* (cor) Iob. 37, 1. (Vc. onomatop. ut *τρέω, τρέμω, tremo*). 2) i. q. arab. نثر „decidit, excidit, praesertim sonum edendo, volitando“. Intellige foliorum, quae sicca decidunt, strepitum, inde chald. et syr. נְתַר, ܢܬܰܪ decidit folium, fructus. V. chald. et Hiph. no. 2.

Pi. trepidavit i. e. *saliit* (locusta) Levit. 11, 21. Trepidandi enim verba ad saltationem transferuntur, cf. חָרַג, חַרְגֹּל.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *trepidare fecit* Hab. 3, 6. 2) i. q. aram. Aph. pr. *decussit* folia arboris, inde *decussit* iugum Jes. 58, 6, et adeo הִתִּיר אֲסוּרִים decussit iugum captivorum, *solvit* captivos Ps. 105, 20. 146, 7. Poët. Iob. 6, 9: יַתֵּר יָדוֹ וִיבַצְּעֵנִי *utinam solvat* (Deus) *manum suam meque abscindat* i. e. occidat. Manus enim Dei, quamdiu otiosa iacet, qs. vincta, ubi extenditur, vinculis soluta fingitur. — וַיַּתֵּר 2 Sam. 22, 33, v. rad. תּוּר.

נְתַר chald. et syr. *decidit*, folium, fructus arboris, v. hebr. no. 2.

Aph. decussit (folia) Dan. 4, 11.

נֶתֶר m. *nitrum* (gr. *νίτρον, λίτρον*), pr. *natron* recentiorum, *alcali fossile*, *Potasche* (diversum a בֹּרִית alcali vegetabili), quo oleo admixto hodieque pro sapone utuntur Prov. 25, 20. Jerem. 2, 22. Dictum videtur, quod aqua affusa *exsilit* et *fermentat*. V. Beckmanni Beyträge zur Geschichte der Erfindungen T. IV, p. 15 sq. Eiusd. comment. ad Aristot. de mirab. auscultat. c. 54. J. D. Michaëlis de nitro §. 10.

נָתַשׁ fut. יִתּשׁ pr. *evellit* plantas (v. Hoph.), inde a) *evertit* oppida Ps. 9, 7, idola Mich. 5, 13. b) populos *expulsit* ex terra (opp. נָטַע) Deut. 29, 27. 1 Reg. 14, 15. Jer. 24, 6: וּנְטַעְתִּים וְלֹא אֶתּוֹשׁ *eos plantabo, neque evellam* i. e. sedes fixas iis dabo, neque expellam eos. 12, 14. 15. 42, 10. 45, 4.

Niph. pass. *expulsus est* populus Jer. 18, 14. 31, 40. Am. 9, 15; *eversum est* regnum Dan. 11, 4. 2) i. q. נָשַׁת (Jes. 19, 5) *exaruit* aqua Jer. 18, 14.

Hoph. evulsus est Ez. 19, 12.

ס

Samech, quinta decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *sexaginta*. Nomen huius elementi, סָמֶךְ, *fulcrum* denotat, cuius figuram refert haec littera apud Phoenicios 𐤎.

Ad *sonum* eius quod attinet, leniore illud sibilo antiquitus pronuntiatum esse suspicor, quam שׂ, quod posterius ante punctorum diacriticorum usum scribendo non distinguebant a שׁ, v. Lgb. p. 17. 18. Inde fit, ut plurimae radices constanter uno modo scribantur, aut littera ס, ut סָבַב, סוּר, aut littera שׂ, ut שָׂמַח, שׂוּם, adeoque plures littera ס scriptae toto coelo differant ab radd. littera שׂ scriptis, ut סָכַל stultus fuit, שָׂכַל adspexit, intellexit; סָכַר clausit et שָׂכַר mercede conduxit. Sensim tamen illud pronuntiandi discrimen sublatum est, adeo ut Syri utantur sola littera Samech (ܣ), Arabes littera Sin (س), Chaldaei Syros imitantes pro hebraeo שׂ plerumque substituant ס, ut שְׂאֹר chald. סְאוֹר

fermentum, שֵׁכָר chald. סְבַר exspectavit. Atque haec scriptionis fluctuatio etiam in sequiore Hebraismo comparet, ubi סָכַר ponitur pro שָׂכַר Esr. 4, 5, שִׂכְלוּת pro סִכְלוּת stultitia Eccl. 1, 17.

Pro hebraeo שׂ Arabes plerumque ponere solent ش: pro ס vero س, velut סָגַד سجد adoravit, אָסַר أسر ligavit, בֹּסֶר بُسْر omphax, כָּסָה كسا texit; rarius ش, ut סְתָו شتوة hiems.

In ipsa lingua hebraea et in aramaea ס haud raro permutatur a) cum densiore שׁ, ut סִרְיוֹן et שִׁרְיוֹן lorica, כָּנַס aram. כְּנַשׁ collegit, סָכַן et שָׁכַן pr. habitavit, סָפַח et שָׁפַח fudit cet., cf. סָלַל, סָפַר al., et Ephraimitas שׁ pronuntiasse instar litterae Samech, memoriae proditur Iud. 12, 6; b) cum ז et צ, vide sub his litteris.

סאה rad. inusit., arab. ساً extendit, expandit, it. expansum abscidit, ut pannum, hinc fort. *mensus est* (v. מָדַד), unde

סְאָה pl. סְאִים f. 1) *mensura.* Hinc auctoribus Aqu. Symm. Theod. Chald. Syr. explico vc. vexatum בְּסַאסְּאָה Jes. 27, 8 contr. ex בִּסְאָה־סְאָה (c. Dag. fort. coniunctivo, ut מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם) *ad mensuram* (et) *mensuram* (je nach dem Maaſse) i. e. modice, cf. בְּמִשְׁפָּט Jer. 10, 24, et לַמִּשְׁפָּט Jes. 30, 11. 46, 28. Minus placet, quod nuper propositum est, בְּסַאסְּאָה dictum esse pro בְּזַעְזְעָהּ (rad. זוּעַ) *commovendo, terrendo eam.* 2) spec. certa quaedam mensura frumenti, ex Rabbinorum sententia *tertia pars Ephae* (אֵיפָה), auctore Hieronymo ad Matth. 13, 33 *sesquimodius* Gen. 18, 6. 1 Sam. 25, 18. Dual. סָאתַיִם pro סְאָתַיִם 2 Reg. 7, 1. 16, more syro contr., ut מָאתַיִם, מְאָתַיִם. Ex forma aram. ܣܐܬܐ ortum est gr. *σάτον*, quo LXX, N. T. scriptores et Josephus utuntur.

סְאוֹן m. *calceus*, spec. militum, *caliga*, discernenda illa ab ocrea (מִצְחָה). (Chald. סֵין, syr. ܣܐܘܢܐ). Jes. 9, 4: כָּל־סְאוֹן סֹאֵן *omnis caliga caligati* h. e. militis. A rad.

סָאַן 1) pr., ut videtur, *lutosus fuit*, cf. chald. סָאן, סֵין, hebr. טִין lutum, vic. nomini טִין lutum. Hinc סְאוֹן calceus, quo lutum arcemus a pedibus. Inde 2) *calceavit*, ut syr. ܣܐܢ. Part. סֹאֵן, v. סְאוֹן.

סַאסְּאָה Jes. 27, 8, v. סְאָה.

סָבָא *potavit*, idque intemperantius, *ingurgitavit.* (Origo videtur in *sorbendo*, quod onomatopoëticis vcc. exprimunt, ut شرب, *sorbere*, inserto l *schlürfen*, abiecto ר anglosax. *supan* [nostr. *saufen*], et gr. abiecto sibilo *ῥοφέω*. Eiusdem originis videtur שָׂבַע). Jes. 56, 12. Part. סֹבֵא *potator* Deut. 21, 20. Prov. 23, 20. 21. Part. pass. סָבוּא *potus*, *inebriatus* Nah. 1, 10. Inde

סָבָא Ez. 23, 42 Chethibh i. q. סוֹבָא Keri, et

סֹבֶא m. c. Suff. סָבְאֵךְ 1) *vinum* Jes. 1, 22. Nah. 1, 10. 2) *compotatio* Hos. 4, 18.

סְבָא (fort. i. q. aethiop. ሰብእ፡ homo, cf. סַבְתָּה, סַבְתְּכָא) n. pr. terrae gentisque a Cuscho oriundae (Gen. 10, 7), quae teste Josepho (Antt. 2, 10, §. 2) *Meroë* fuisse videtur, Aethiopiae provincia mercaturâ opibusque florens Nili brachiis cincta cum eiusdem nominis metropoli, cuius ruinae hodieque haud procul a Dschendi oppido reperiuntur (v. Ed. Rüppell Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien 1829. tab. 5) Jes. 43, 3.

Ps. 72, 10. Nom. gent. pl. סְבָאִים Jes. 45, 14 (ad quem locum cf. Herod. 3, 20 de proceritate gentis) V. Michaëlis Spicilegium geogr. Hebr. ext. T. I, p. 177 sq. eiusque Supplemm. p. 1707.

סָבַב praet. plene et defect. סָבְבוּ, סַבּוֹתֶם, סַבּוּ, inf. סֹבֵב et סֹב, fut. יָסֹב et יִסֹּב

1) *vertit se* v. c. Prov. 26, 14: *ianua vertit se* עַל צִירָהּ *super cardine suo.* 1 Sam. 15, 27: וַיִּסֹּב שְׁמוּאֵל לָלֶכֶת *et vertit se Samuel ad eundum.* Sq. אֶל Eccl. 1, 6, לְ 1 Reg. 2, 15. Ps. 114, 3. 5, עַל Hab. 2, 16. 2 Par. 18, 31 hominis locique *ad* quem nos convertimus, et מִן, מֵעַל, מִפְּנֵי eius *a* quo nos avertimus. 1 Sam. 17, 30: וַיִּסֹּב מֵאֶצְלוֹ אֶל מוּל אַחֵר *et convertit se ab hoc ad alium.* 18, 11. Gen. 42, 24; sq. אֶל אַחֲרֵי *retro se vertit* ut alium sequatur 2 Reg. 9, 18. 19, et absol. *reversus est* Cant. 2, 17. Ps. 71, 21. Alibi *convertere se* absol. dicitur pro *accedere* 1 Sam. 22, 17. 18. 2 Sam. 18, 15. 30. Ubi de *rebus* dicitur, est i. q. *ferri, deferri ad* al. 1 Reg. l. c. Num. 36, 7. Hab. l. c.

2) *circumivit* (quod fit continuo se vertendo) in aliquo loco, *obivit* locum, v. c. urbem, urbes, sq. בְּ Cant. 3, 3. 5, 7. 2 Par. 17, 9. 23, 2, it. acc. Jes. 23, 16: סֹבִּי עִיר *obi urbem.* 1 Sam. 7, 16: *et obibat* urbes *Bethel et Gilgal et Mizpa.* 2 Reg. 3, 9: *et obibat* דֶּרֶךְ שִׁבְעַת יָמִים *viam septem dierum* (in quibus verbis ד׳ ש׳ י׳ revera accusativus est ex verbo pendens, cf. arab. نسرى ليلا eamus noctem, Plin. H. 23, 1: si statim bina stadia ambulentur), it. *ivit circum* locum (umgéhen), sq. acc. Deut. 2, 3. Jos. 6, 3. 4, 7, ad eum vitandum Num. 21, 4. Iud. 11, 18.

3) *circumdedit*, *cinxit*, sq. acc. Gen. 2, 11. 13. 1 Reg. 7, 24. 2 Reg. 6, 15. Ps. 18, 6. 22, 17, sensu hostili Eccl. 9, 14, etiam sq. אֶל 2 Reg. 8, 21, et עַל Iob. 16, 13. Iud. 20, 5. Gen. 37, 7: וְהִנֵּה תְסֻבֶּינָה אֲלֻמֹּתֵיכֶם וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ *et ecce cingebant manipuli vestri et venerabantur* i. e. manipuli vestri meum circumstantes eum venerabantur. Absol. circumdare (mensam) est i. q. *accumbere* mensae. 1 Sam. 16, 11: לֹא נָסֹב *non accumbemus*, cf. מֵסַב. Accedunt duae significationes translatae:

4) *conversus* i. e. *mutatus est,* sq. כְּ *factus est instar* al. rei Zach. 14, 10.

5) *causa fuit* alicuius rei (cf. arab. سَبَبٌ causa, سَبَّبَ causa fuit, effecit, Talmud. סִבָּה causa, pr. res s. momentum ex quo alia res pendet, nostr. *Umstand, circonstance,* a circumdandi significatu, cf. אוֹדוֹת) 1 Sam. 22, 22: אָנֹכִי סַבֹּתִי בְּכָל־נֶפֶשׁ בֵּית אָבִיךָ *ego causa sum* sc. mortis *omnium hominum familiae tuae.* Vulg. *ego sum reus omnium animarum.*

Niph. נָסַב et נָסֵב Ez. 26, 2, fem. נָסַבָּה pro נְסַבָּה (v. Lgb. p. 372, Gramm. ed. 10. §. 66, not. 11), fut. יִסֹּב, יִסַּבּוּ 1) i. q. Kal no. 1 *vertit se* Ez. 1, 9. 12. 17. 10, 11. 16, saepe de termino Num. 34, 4. 5; i. q. *transferri* ad aliquem sq. לְ Jos. 15, 3. Jer. 6, 12: נָסַבּוּ בָתֵּיהֶם לַאֲחֵרִים *transferentur domus eorum ad alios*, cf. in Kal Num. 36, 7. 2) i. q. Kal no. 2 *circumdedit* Iud. 19, 22, sq. עַל sensu hostili Gen. 19, 4. Jos. 7, 9.

Pi. סִבֵּב i. q. Kal no. 4 *convertit* i. e. *mutavit* 2 Sam. 24, 20.

Po. סוֹבֵב 1) i. q. Kal no. 2 *circumivit, ambivit,* sq. בְּ Cant. 3, 2, sq. acc. *obivit locum* (im Orte umhergehn) Ps. 59, 7. 15, circumivit locum (einen Ort umgehn) Ps. 26, 6, sq. עַל sensu hostili Ps. 55, 11. 2) i. q. Kal no. 3 *circumdedit* Jon. 2, 4. 6. Ps. 7, 8, sq. dupl. acc. (aliquem aliqua re) 32, 7.

10, max. tuendi et defendendi gratia Deut. 32, 10 (cf. Hom. Il. 1, 37). Jer. 31, 22: נְקֵבָה תְּסוֹבֵב גָּבֶר *mulier tuetur virum.*

Hiph. הֵסֵב, fut. יָסֵב 1) causat. Kal no. 1 *se convertere iussit* Ex. 13, 18, trans. *vertit* 1 Reg. 8, 14: וַיַּסֵּב הַמֶּלֶךְ אֶת־פָּנָיו *et convertit rex faciem suam* cet. 21, 4. 2 Reg. 20, 2. הֵסֵב עֵינָיו מִן avertit oculos ab al. Cant. 6, 4. Transl. הֵסֵב לֵב פ׳ עַל convertit s. direxit animum al. ad aliquem vel aliquo Esr. 6, 22 cf. 1 Reg. 18, 37 et omisso לֵב 2 Sam. 3, 12: לְהָסֵב אֵלֶיךָ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל *ad omnes Israëlitas tibi conciliandos.* A convertendo est *transtulit,* sq. לְ pers. *ad* aliquem 1 Chr. 10, 14: וַיַּסֵּב אֶת־הַמְּלוּכָה לְדָוִיד *et transtulit imperium ad Davidem,* sq. אֶל loci (in al. locum) 1 Sam. 5, 8. 9. 10, acc. loci 2 Sam. 20, 12. 2) causat. Kal no. 2 circumire s. ambire fecit i. e. *circumduxit,* v. c. hominem Ez. 47, 2, exercitum Ex. 13, 18, muros 2 Chr. 14, 6. 3) causat. Kal no. 4 *convertit, mutavit* 2 Reg. 23, 34: וַיַּסֵּב אֶת־שְׁמוֹ יְהוֹיָקִים *et mutavit nomen eius in Jojakimum.* 24, 17. 4) intrans. a) i. q. Kal no. 1 *vertit se* 2 Sam. 5, 23, b) i. q. Kal no. 2 *circumivit* locum, c. acc. Jos. 6, 11. c) i. q. Kal no. 3 *cinxit* Ps. 140, 10.

Hoph. הוּסַב fut. יוּסַב 1) *vertit se, versavit se,* valva ianuae Ez. 41, 24, rota plostelli Jes. 28, 27. 2) *cinctus est* Ex. 28, 11. 39, 6. 13. 3) *conversus, mutatus est.* Num. 32, 38.

Nomm. deriv. סִבָּה, נְסִבָּה, סָבִיב, מֵסַב, מוּסָב.

סִבָּה f. (a rad. סָבַב) *conversio, directio* rerum (eine Schickung) a Deo proficiscens 1 Reg. 12, 15, i. q. נְסִבַּת 2 Chr. 10, 15.

סָבִיב m. (a rad. סָבַב) subst. *circuitus* 1 Chr. 11, 8. Hinc מִסָּבִיב *a circuitu, ab omni parte, undique* (πάντοθεν, rings von allen Seiten) Deut. 12, 10. Iob. 1, 10. Ez. 37, 21. מִסָּבִיב לְ e circuitu alic. rei, *rings von* (einer Sache) *weg* Num. 16, 24. 27. In Acc. סָבִיב adv. *circum* Gen. 23, 17. Exod. 16, 13, et gemin. סָבִיב סָבִיב *circumcirca* Ez. 40, 5 sq. סָבִיב לְ praep. *circum* (aliquid) v. c. סָבִיב לַמִּשְׁכָּן circum tentorium Ex. 40, 33. Num. 1, 53.

Pl. m. סְבִיבִים 1) (homines) *qui sunt circa* al., i. e. *vicini* Jer. 48, 17. 39. 2) *loca circumiacentia* (les environs), *vicina.* Jer. 33, 13: בִּסְבִיבֵי יְרוּשָׁלַםִ *in vicinia Hierosolymae.* Ps. 76, 12. 89, 8. 97, 2. 3) c. Suff. praep. *circum* (aliquem) Ps. 50, 3: סְבִיבָיו נִשְׂעֲרָה מְאֹד *circa eum tempestas saevit.* Jer. 46, 14.

Pl. f. סְבִיבוֹת 1) *circuitus* (die Umläufe), *circuli, orbes,* quos aliquis percurrit. Eccl. 1, 6: וְעַל־סְבִיבֹתָיו שָׁב הָרוּחַ *et ad circulos suos redit ventus,* denuo orditur orbes suos, denuo in orbem ire incipit. 2) i. q. סְבִיבִים no. 2 *loca circumiacentia* (Umkreis), Jerem. 17, 26. Num. 22, 4. Dan. 9, 16. 3) in st. cstr. in praep. abit, *circum, circa.* Num. 11, 24: סְבִיבוֹת הָאֹהֶל *circum tentorium.* Ez. 6, 5. Ps. 79, 3, cum Suff. סְבִיבוֹתַי circum me cet.

סָבַךְ *plexuit, perplexuit, implicuit,* max. ramos. (Vide שָׂבַךְ. Arab. شبك II. id. Conj. I miscuit. Emollita littera ב ex hac rad. orta est ע״ו quiesc. שׂוּךְ). Part. pass. Nah. 1, 10.

Pu. pass. Iob. 8, 17. Hinc

סְבָךְ m. (Kamez impuro) *rami perplexi, dumetum* Gen. 22, 13. Eodem mihi pertinere videtur בִּסְבָךְ־עֵץ Ps. 74, 5, ut (ָ) sit Kamez longum, quanquam Metheg in editt. desideratur. Simile exemplum est מְנָת־חֶלְקִי Ps. 16, 5, quod omnia exempla sine Metheg scribunt, quanquam *m^e^nât* legendum esse certissimum est cf. 11, 6. 16, 5. Pauci

codd. בִּסְבַךְ, a סְבָךְ (formae קְטָל), cuius aliud vestigium est in pl. סִבְכֵי הַיַּעַר Jes. 9, 17. 10, 34.

סְבֹךְ cum Suff. סֻבְּכוֹ (Dag. forti euphon.) Jer. 4, 7 id. Cf. שׂוֹבֶךְ.

סַבְּכָא chald. f. Dan. 3, 5, et שַׂבְּכָא V. 7. 10. 15 *sambuca*, gr. *σαμβύκη*, instrumentum musicum pulsatile nablio simile (cf. נֵבֶל). V. Athen. IV, 23 p. 175. XVI, 8 p. 633 et 9 p. 637 Casaub. Strabo X p. 471 Casaub. Vitruv. 6, 1. 10, 22. Et Strabo quidem l. c. barbarae (i. e. orientalis) originis esse vult vocabulum graecum, quo posito dictum esse possit a fidibus plexis (rad. סָבַךְ): ap. Dan. l. c. copulatur tamen cum סוּמְפֹּנְיָה, quod manifesto graecae originis est.

סִבְּכַי (pro סְבַךְ יָהּ silva Jehovae i. e. turba populi Dei, cf. סְךְ) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. 21, 18. 1 Chr. 11, 29 (pro quo 2 Sam. 23, 27 corrupte מְבֻנַּי) 20, 4. 27, 11.

סָבַל fut. יִסְבֹּל *baiulavit, portavit* grave onus. (Syr. chald. id.) Jes. 46, 4. 7. Gen. 49, 15. Translate *tulit dolores, peccata* alic. i. e. poenas dedit, quas alius commeruit Jes. 53, 4. 11. Thren. 5, 7.

Pu. part. *onustus* sc. fetu, inde *gravidus*, de pecore Ps. 144, 14. Cf. arab. حَامِل portans, in utero gestans, ثَقُلَ gravis fuit, in utero gestavit. Syr. ܡܫܰܩܠܳܐ onustus, gravidus.

Hithp. הִסְתַּבֵּל *molestus factus est* Eccles. 12, 5. Inde quattuor nomina quae sequuntur.

סְבַל chald. i. q. hebr. it. *sustulit* (cf. נָשָׂא), *erexit.*

Poal. pass. *erectus est.* Esr. 6, 3. (Samarit. id.).

סַבָּל m. *baiulus* 2 Chr. 2, 1. 17. 34, 13. — 1 Reg. 5, 29 (15) per appositionem dictum est נֹשֵׂא סַבָּל.

סֵבֶל m. *onus* 1 Reg. 11, 28. Ps. 18, 7.

סֹבֶל m. c. Suff. סֻבֳּלוֹ (c. Dag. forti euphon., ut סֻבְּכוֹ, cf. Kimchii Michl. p. 212, neque enim a סֹבֶל ducenda est haec forma, neque a סֹבֶל) *onus* Jes. 10, 27. 14, 25. עֹל סֻבֳּלוֹ iugum, quod (populus) portat, Jes. 9, 3.

סְבָלָה vel **סִבְלָה** f. tantum in pl. cstr. סִבְלוֹת *baiulationes*, labores molesti et operosi Ex. 1, 11. 2, 11. 5, 4. 5. 6, 6. 7.

סִבֹּלֶת ex Ephraimitarum dialecto i. q. שִׁבֹּלֶת *spica* Iud. 12, 6.

סְבַר chald. i. q. hebr. שָׂבַר *speravit.* (In Targg. saepe pro hebr. בָּטַח, קִוָּה. Syr. ܣܒܰܪ putavit). Dan. 7, 25: יִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה *sperat* (confidit) *se mutaturum.* Vulg. putabit quod possit mutare. Ad sententiam non male Theod. *ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι.*

סִבְרַיִם (spes gemina) n. pr. oppidi Syriae Damascum inter et Hamatham. Ez. 47, 16.

סַבְתָּה Gen. 10, 7 (21 codd. שבתא) et **סַבְתָּא** 1 Chr. 1, 9 n. pr. gentis et regionis Cuschaeorum. Non dubitans confero urbem Aethiopum *Σαβάτ*, *Σαβά*, *Σαβαί* (v. Strabo XVI, p. 770 Casaub. Ptolem. IV, 10) ad oram sinus arabici ibi fere sitam, ubi nunc Arkiko, in cuius vicinia elephantos venabantur Ptolemaei. Ex vett. intpp. verum vidit Pseudoj. reddens סמראי; repone enim סמראי h. e. Sembritae, quos Strabo (l. c. p. 786) in eadem regione collocat. Josephus (Antt. 1, 6 §. 2) Astaborae accolas intelligit.

סַבְתְּכָא ibid. n. pr. regionis aethiopicae. Targ. זנגאי Zingitani, in orientalibus Aethiopiae finibus.

סַג pl. סִגִּים, v. סִיגִים.

סָגַד fut. יִסְגֹּד *procubuit* adorandi causa, sq. לְ Jes. 44, 15. 17. 19. 46, 6, ubique de idolorum cultu, cf. vc. sequ.

סְגִד fut. יִסְגֻּד chald. i. q. hebr. *procubuit ad* adorandum idolum Dan. 3, 6, hominem 2, 46, sq. לְ. (Syr. ܣܓܶܕ adoravit, cf. quae notavimus s. v. כָּשַׁף. Arab. سَجَدَ id., unde مَسْجِد *Mosquée*).

סְגוֹר m. (a rad. סָגַר) 1) *clausura*. Hos. 13, 8: סְגוֹר לִבָּם *clausura cordis eorum*, h. e. praecordium. 2) Iob. 28, 15 i. q. זָהָב סָגוּר, v. סָגַר. 3) De verbis Ps. 35, 3 v. rad. סָגַר.

סָגַל rad. inusit., chald. סִיגֵּל, סַגֵּל acquisivit, סְגוּלָּה peculium, inde

סְגֻלָּה f. *peculium*, *opes*. 1 Chr. 29, 3. Eccl. 2, 8. סְגֻלַּת יְהוָֹה saepe de populo Israëlitico (cf. נַחֲלָה) Ex. 19, 5. Deut. 7, 6. 14, 2. 26, 18.

סֶגֶן vel **סָגָן** in plur. tantum סְגָנִים pr. *vicarius* (principis), inde *praefectus*, *praetor* (i. q. arab. pers. شحنه, litteris ח et ג permutatis), 1) Babyloniorum magistratus Jer. 51, 23. 28. 57. Ez. 23, 6. 12. 23, cf. Jes. 41, 25. V. chald. no. 1. 2) de proceribus et antistitibus populi Hierosolymitani tempore Esrae et Nehemiae Esr. 9, 2. Neh. 2, 16. 4, 8. 13. 5, 7. 7, 5. 12, 40.

סְגַן m. chald. *praefectus provinciae*, *praetor* Dan. 3, 2. 27. 6, 8. 2, 48: רַב סִגְנִין *summus praefectus* (Magorum).

I. סָגַר fut. יִסְגֹּר (vicinum verbo סָכַר) *clausit*, sq. acc. (ianuam, portam) 1 Sam. 1, 5. Iob. 3, 10. Gen. 19, 6. 10. 1 Reg. 11, 27, sq. בְּעַד (pr. circumclusit, v. בְּעַד no. 3, a) 1 Sam. 1, 6: כִּי־סָגַר יְהוָֹה בְּעַד רַחְמָהּ *nam Jehova eius uterum clauserat*, sq. עַל Ex. 14, 3: סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר *concludit s. circumcludit eos desertum* (v. עַל Iob. 26, 9. 36, 30). Iob. 12, 14: יִסְגֹּר עַל־אִישׁ *claudit super viro* (sc. carcerem subterraneum); sq. לִקְרַאת praegn. Ps. 35, 3: *nuda lanceam* וּסְגֹר לִקְרַאת רֹדְפָי *et interclude viam persecutoribus meis* (quo loco non pauci intpp. סְגֹר vel סְגוֹר subst. esse et *sagarin* significare volunt coll. σάγαρις Herod. 7, 64, et arab. شجار hasta lignea: sed praeter necessitatem). Absol. Gen. 7, 16: *et Jehova clausit* ianuam *post eum*. Jes 22, 22. Jos. 6, 1: וִירִיחוֹ סֹגֶרֶת וּמְסֻגֶּרֶת *et Jericho clauserat* (portas) *et obserata erat*, ubi Kal refertur ad portas clausas (opp. apertis), Pu. utpote intensivum eas pessulis vectibusque obseratas fuisse significat. Vulg. *Jericho autem clausa erat atque munita*. Chald. *et Jericho erat clausa foribus ferreis et roborata vectibus aeneis*. Part. pass. סָגוּר *clausus* Ez. 44, 1. 2. 46, 1, dein *pretiosus*, inde זָהָב סָגוּר aurum pretiosum, i. e. purum, sincerum, opp. vulgari, adulterato 1 Reg. 6, 20. 21. 7, 49. 50. 10, 21. 2 Chr. 4, 20. 22. 9, 20. Vulg. aurum purum. Chald. aurum bonum. All. volebant aurum dendroides a شجر arbor: sed illud praestat.

Niph. pass. Kal *clausus est*, de ianuis vel portis Jes. 45, 1; *conclusus*, *inclusus est*, de hominibus Num. 12, 14. 15. 1 Sam. 23, 7, et reflex. *conclusit se* Ezech. 3, 24.

Pi. סִגֵּר i. q. Hiph. no. 2 1) *tradidit*, sq. בְּיַד פ׳ in potestatem alic. (pr. concludendum tradidit, cf. συγκλείω Rom. 11, 32. Gal. 3, 22. Diod. et Dionys. Halic.) 1 Sam. 17, 46. 24, 19. 26, 8, absol. 2 Sam. 18, 28. *Pu. clausus*

est. Jos. 6, 1 (v. ad Kal). Jes. 24, 10. Jer. 13, 19.

Hiph. 1) *clausit*, v. c. domum Levit. 14, 38, *conclusit* aliquem Lev. 13, 4. 5. 11. 2) i. q. Pi. *tradidit* Obad. 14, sq. אֶל Deut. 23, 16, et בְּיַד 1 Sam. 23, 11. Ps. 31, 9. Thren. 2, 7; absol. tradidit in potestatem aliorum (Preis geben) Deut. 32, 30. Am. 6, 8, sq. לְ pers. Ps. 78, 48.

Derivv. סְגוֹר, סוּגַר, מַסְגֵּר, מִסְגֶּרֶת.

II. סָגַר rad. inusit. arab. سجر aquâ implevit, pass. aquâ intumuit. Inde סַגְרִיר.

סְגַר chald. *clausit.* Dan. 6, 23.

סַגְרִיר m. *imber* Prov. 27, 15, a rad. סָגַר no. II. (Chald. סַגְרִירָא, syr. ܣܓܪܝܪܐ, sam. אסגר [l. אָסְגָּר] id.).

סַד m. *nervus*, *cippus* i. q. מַהְפֶּכֶת, lignum, quo pedes captivi concludebantur Iob. 13, 27. 33, 11. (Syr. ܣܕܐ, chald. סַדְיָא id.), a rad.

סָדַד, سَدَّ *obstruxit*, *occlusit* obice, vecte.

סָדַם rad. inusit., fort. i. q. שָׁדַם, שָׁדַף conflagravit. Inde

סְדֹם gr. Σόδομα, *Sodoma* (ustio, conflagratio, utpote in solo bituminoso exstructa, et propterea fort. crebris soli incendiis obnoxia, cf. Phrygiae partem, quam vocant κατακεκαυμένην) n. pr. oppidi in valle Siddim, quod Abrahami tempore cum tribus aliis in mare mortuum submersum periit Gen. 10, 19. 13, 10. 18, 20. Jes. 1, 9. *Uvae Sodomae* (quae degeneres fuisse videntur, cf. de pomis Sodomae Jos. bell. jud. IV, 8 §. 4) Deut. 32, 32 imaginem praebent conditionis degeneris, cf. opp. Jer. 2, 21; *iudices Sodomae* sunt iudices iniusti moribusque corruptis Jes. 1, 10.

סָדִין m. *indusium*, vestis ampla et lintea, nudo in corpore sub reliquis vestibus gestata Iud. 14, 12. 13. Jes. 3, 23. Prov. 31, 24. LXX. σινδών. (Syr. ܣܘܕܪܐ in syr. N. T. Versione ponitur pro gr. σουδάριον Luc. 19, 20, λέντιον Jo. 13, 4). A rad.

סָדַן arab. سَدَنَ i. q. سدل *laxavit, dimisit vestem* (v. ל litteram), unde سَدِينٌ, سَدَانٌ, سَدَنٌ velum, vestis ampla.

סָדַר rad. inusit., chald. סַדַּר i. q. hebr. עָרַךְ *seruit*, sec. ordinem *disposuit*, unde שְׂדֵרָה, מִסְדְּרוֹן et

סֵדֶר m. *ordo*, pl. Iob. 10, 22. (Syr. ܣܕܪܐ id.).

סָהַר rad. inusit., in lingua Sam. i. q. סָחַר *circumdedit*, *cinxit*, hinc *rotundus fuit.* Talmud. סֹהַר murus, sepes. Inde

סַהַר m. *rotunditas*, semel legitur Cant. 7, 3: אַגַּן הַסַּהַר *pelvis rotunditatis* h. e. rotunda. (Syr. ܣܗܪܐ luna, cf. שַׂהֲרוֹן). Et

סֹהַר m. *turris*, dicta a forma rotunda, *castellum* (syr. ܣܘܛܪܐ arx, palatium). בֵּית הַסֹּהַר domus castelli, de carcere munito Gen. 39, 20—23. 40, 3. 5. Cod. sam. סחר, quod ad Aramaismum deflectit.

סוֹא n. pr. regis Aegyptiorum, qui aequalis erat Hoseae Israëlitarum regis (2 Reg. 17, 4), *Sevechus* Manethonis, rex secundus ex dynastia Aethiopum in Aegypto superiore, Sabaconis successor, et Tirhakae (תִּרְהָקָה) antecessor, per 14 (Euseb. 12) annos imperium tenens. Sevechi nomen est ab aegypt. *Sebch*, *Sevch* i. e. Saturnus

deus (*Champollion* Panthéon de l'Égypte no. 21. 22). De consensu historiae sacrae et aegyptiacae illius temporis v. Comm. nostr. ad Jes. I, p. 596.

I. סוּג vel **סִיג** (semel שׂוּג 2 Sam. 1, 22) i. q. נָסַג *recedere*, max. a Deo, sq. מִן Ps. 80, 19. 53, 4. Part. pass. Prov. 14, 14: סוּג לֵב cuius animus recessit (a Deo) cf. Ps. 44, 19.

Niph. נָסוֹג, fut. יִסּוֹג *recessit* (pr. recedere factus est) a) de hoste recedente, addito plerumque אָחוֹר. Ps. 35, 4: יִסֹּגוּ אָחוֹר וְיַחְפְּרוּ *cedant retro et pudefiant*. 40, 15. 70, 3. 129, 5. Jes. 42, 17. 50, 5. Jer. 46, 5. b) sq. מֵאַחֲרֵי יְהוָה *defecit a Deo* i. q. Kal, Zeph. 1, 6, his verbis omissis id. Ps. 44, 19. 78, 57.

Nomm. deriv. סוּג, סִיג, שִׂיג.

II. סוּג *sepire* i. q. hebr. שׂוּךְ, שָׂכַךְ, syr. ܣܘܓ, chald. סַיֵּג. Part. pass. Cant. 7, 3.

סוּג semel Ez. 22, 18 Cheth. i. q. סִיג *scoria*.

סוּגַר m. *claustrum, cavea* leonis Ez. 19, 9. LXX. κημός. Vulg. *cavea*. Rad. סָגַר.

סוֹד m. pr. *lectulus, pulvinar, triclinium* in quo recumbunt (pro יְסוֹד, arab. وِسَادٌ pulvinar, cervical, a יָסַד Ni. no. 2. q. v.). Inde 1) *consessus* vel amicorum familiariter colloquentium Jer. 6, 11. 15, 17, vel iudicum consultantium (inde de Deo cum Superis consultante Ps. 89, 8. Iob. 15, 8. Jer. 23, 18), vel scelestorum prava consilia agitantium Ps. 64, 3. 111, 1. 2) *deliberatio* Prov. 15, 22: בְּאֵין סוֹד *sine deliberatione*, opp. בְּרֹב יוֹעֲצִים Ps. 83, 4. 3) *colloquium familiare, familiaritas*. Ps. 55, 15. Iob. 19, 19: מְתֵי סוֹדִי *familiares mei*; סוֹד יְהוָה familiaritas cum Jehova i. e. favor eius. Ps. 25, 14. Prov. 3, 32. Iob. 29, 4. 4) *arcanum*, unde גִּלָּה סוֹד, גָּלָה rem secretam divulgavit Prov. 11, 13. 20, 19. 25, 9. Am. 3, 7.

סוֹדִי (pro סוֹדְיָה familiaris Dei) n. pr. m. Num. 21, 10.

סוּה rad. valde incerta, v. מַסְוֶה.

סוּחַ i. q. סָחָה *abstergere, everrere*. Inde n. pr. סִיחוֹן,

סוּחַ n. pr. m. 1 Chron. 7, 36, et

סוּחָה f. i. q. סְחִי *purgamentum, stercus*. Jes. 5, 25: כַּסּוּחָה, LXX. ὡς κοπρία. Vulg. *quasi stercus*, Targ. כְּסָחִיתָא. Kimchius כ litteram in hoc vc. radicalem esse volebat, ut כְּסוּחָה esset a rad. كَسَحَ everrit, unde كُسَاحَةٌ purgamentum: sed כְּ similitudinis in tali oratione vix omitti poterat.

סוּט rad. inusit., quae idem esse videtur quod שׂוּט et שָׂטָה recessit. Inde

סוֹטַי n. pr. m. Esr. 2, 54. Neh. 7, 57.

סוּךְ i. q. נָסַךְ I, 3 *ungere*, ubique de corporis unctione, quae post lotionem fiebat in balneo, ut differat a מָשַׁח, quod de solenni unctione usurpant. C. acc. pers. 2 Chr. 28, 15, et בְּ olei Ez. 16, 9; intrans. *unxit se* Ruth 3, 3. Dan. 10, 3. 2 Sam. 12, 20, sq. acc. unguenti (cf. מָשַׁח Am. 6, 6). Deut. 28, 40: וְשֶׁמֶן לֹא תָסוּךְ *sed oleo te non unges*. Mich. 6, 15. 2 Sam. 14, 2.

Hiph. unxit se 2 Sam. 12, 20. Sed Part. מֵסִיךְ Iud. 3, 24 est i. q. מֵסַךְ tegens, a סָכַךְ.

Deriv. אָסוּךְ.

סוּמְפֹּנְיָה f. chald. Dan. 3, 5. 10. 15, et Mem eiecto סִיפֹּנְיָה V. 10 Chethibh, syr. ܨܦܘܢܝܐ *tibia duplex et utricularis*, Sackpfeife, vc. graecum συμφωνία (Serv. ad Aen. XI, 27. Isidor. Orig. III, 21 extr.)

in linguam chaldaeam receptum, quemadmodum hodieque hoc instrumentum (de quo vide tractatum hebr. de instrumentis musicis Schilte hagibborim inscriptum, in Ugolini thes. Vol. XXXII) in Italia et in Asia minore *Zambonja* appellatur. Bene intp. hebr. עוּגָב.

סְוֵנֵה n. pr. *Syene*, urbs in extremis Aegypti finibus australibus ad tropicum cancri sita, copt. ⲤⲞⲨⲀⲚ, quod Champollion (l'Égypte sous les Phar. I, 164) interpretatur *aperiens, clavis* sc. Aegypti ab ⲞⲨⲈⲚ aperire et ⲤⲀ, quod participia format, arab. أَسْوَان Ez. 29, 10. 30, 6, utrobique in acc. *ad Syenen*. V. Jablonskii opuscc. ed. te Water T. I, p. 328. Michaëlis Spicileg. T. II, p. 40.

סוּס rad. inusit., i. q. שׂוּשׂ *gaudere* pr. *exsultare*, in ling. zab. de equis exsultantibus. Inde

סוּס m. 1) *equus*, ab exsultando dictus Gen. 47, 17. Ex. 14, 9. Deut. 17, 16 cet. (Aram. סוּסְיָא, ܣܘܣܝܐ id.).

2) *hirundo*, dicta a volatu hilari et veloci, ἀπὸ τοῦ ἀγάλλεσθαι πτερύγεσσιν. Jes. 38, 14 et Jer. 8, 7 Chethibh, ubi Keri habet סִיס. *Hirundinem* reddunt LXX. Theod. Hieron., Hebraei *gruem*. V. Bocharti Hieroz. T. II, p. 60.

סוּסָה f. *equa* Cant. 1, 9. LXX. ἡ ἵππος, quod collective accipiens Vulg. reddit *equitatum*. Sed parum eleganter una amica *equitatui* comparatur.

סוּסִי (eques) n. pr. m. Num. 13, 11.

סוּעַ v. סָעָה.

סוּף 1) pr. *rapere, auferre* i. q. אָסַף q. v. Inde סוּפָה. 2) finem facere (v. Hiph.), sed in Kal intrans. *cessare, desinere* Jes. 66, 17. Esth. 9, 28. Huc referenda sunt etiam סָפוּ Ps. 73, 19 (Milêl) et וְסָפוּ Am. 3, 15 (Milra propter Waw conversivum). (Syr. et chald. id. Arab. سَافَ VIII perire fecit, exterminavit).

Hiph. sustulit e medio, finem fecit. Zeph. 1, 2. 3: אָסֹף אָסֵף *tollendo tollam*, et Jer. 8, 13: אָסֹף אֲסִיפֵם *tollendo tollam eos*, ubi inf. pleon. est a verbo vicino אָסַף no. 5 (cf. Jes. 28, 28). Inde סוֹף, סוּפָה.

סוּף chald. id. *finem habuit* i. e. *impletum est* vaticinium Dan. 4, 30 (cf. כָּלָה no. 1 fin.).

Aph. finem fecit rei. Dan. 2, 44.

סוּף m. 1) *iuncus, scirpus, alga.* (Etymon latet, neque duci potest a verbo סוּף. Vide autem sitne eiusdem originis atque lat. *scirpus, sirpus*, germ. vet. sup. *sciluf*, nostr. *Schilf*, dan. *sif, säf*, littera r sensim in l, adeoque in vocalem emollita, v. rad. מוּת, דּוּשׁ, אוּץ). Spec. a) *alga marina* Jon. 2, 6, unde יַם־סוּף mare algosum i. e. sinus arabicus alga marina abundans Ps. 106, 7. 9. 22. 136, 13, etiam aegypt. ⲪⲒⲞⲘ ⲚϢⲀⲢⲒ i. e. mare algae, dictus. V. Michaëlis Suppl. ad lexx. hebr. p. 1726. Jablonskii opuscc. ed. te Water T. I, p. 266. Bocharti opp. T. II, p. 1191. b) *iuncus in Nilo* crescens. Ex. 2, 3. 5. Jes. 19, 6. Plin. H. N. 13, 23, sect. 45. — 2) n. pr. oppidi Deut. 1, 1.

סוֹף m. *finis*, vox sequioris Hebraismi ad Aramaismum inclinantis i. q. קֵץ, Eccl. 3, 11. 7, 2. 12, 13. 2 Chr. 20, 16; de agmine extremo Joël 2, 20. Rad. סוּף.

סוֹף, emphat. סוֹפָא chald. id. Dan. 4, 8. 19. 6, 27. 7, 28.

סוּפָה f. *turbo* cuncta secum abripiens Iob. 21, 18. 27, 20. 37, 9. Prov. 10, 25. Jes. 17, 13; cum ה parag. סוּפָתָה Hos. 8, 7.

סוּר fut. יָסוּר, cum ו convers. וַיָּסַר 1) *recedere* v. c. a via, sq. מִן Ex. 32, 8. Deut. 9, 12. 1 Reg. 22, 43, מֵעַל Num. 12, 10. 14, 9. Spec. hae notandae sunt formulae: a) *recedere a Deo* i. e. deficere a cultu eius, sq. מֵאַחֲרֵי 1 Sam. 12, 20. 2 Reg. 10, 29. 18, 6. 2 Par. 25, 27, מֵעַל Ez. 6, 9, מִן Jer. 17, 5, sq. בְּ praegn. recedere (a Deo) et convertere se *contra* eum (quasi plenius dicas: סוּר וּמָרֹת בְּ) Hos. 7, 14. Contra b) Deus dicitur *recedere ab aliquo* i. e. eum relinquere, destituere, sq. מִן 1 Sam. 28, 15. 16. Iud. 16, 20; similiter ab aliq. recedere dicuntur spiritus Dei (1 Sam. 16, 14), robur (Iud. 16, 17), imperium (Gen. 49, 10), i. e. eum deserere, destituere, sq. מִן Gen. Iud. l. l. c. c., מֵעִם 1 Sam. l. c. Poët. Prov. 11, 22: *mulier pulchra* סָרַת טַעַם *a qua ratio recessit*, ratione destituta. c) *recedere a lege*, sq. מִן Deut. 17, 20. 28, 14. Jos. 23, 6. Dan. 9, 5. 11. Ps. 119, 102, sq. acc. (migrare legem) 2 Par. 8, 15; a via recti Jes. 30, 11, a peccatis, sq. מֵעַל 2 Reg. 10, 31, a pravo (i. e. devitare pravum) Iob. 1, 1. d) *recedere a calamitate* i. q. eam *effugere* (entweichen, entkommen) Iob. 15, 30: *non recedit e tenebris*, non effugere poterit ex calamitate. LXX. *οὐδὲ μὴ ἐκφύγῃ σκότος*. — Absol. *recessisse* passim dicuntur *α*) qui a Deo defecerunt, degeneres facti sunt (cf. supra litt. c) Deut. 11, 16. Ps. 14, 3. Jer. 5, 23. Dan. 9, 11. *β*) quae transierunt. 1 Sam. 15, 32: *recessit* i. e. transiit *amaritudo mortis*. Hos. 4, 18. *γ*) quae auferuntur, ablata sunt. 1 Reg. 15, 14: *et excelsa non recedebant*, non auferebantur. 22, 44. 2 Reg. 12, 4. 14, 4. 15, 4. Iob. 15, 30.

2) *accedere* ad aliquem, aliquid (a via deflectens), constr. absol. Ex. 3, 3: אָסֻרָה־נָּא וְאֶרְאֶה *accedam et videbo*, Comm. 4. Ruth 4, 1, sq. עַל pers. 1 Reg. 22, 32; sq. אֶל est: devertere (einkehren) apud, ad aliquem Iud. 4, 18. Gen. 19, 3, אֶל בֵּית in domum alic. ibid. Comm. 2, it. sq. ־ָה locali, ut סוּר שָׁמָּה eo devertere 2 Reg. 4, 8. 10. Iud. 18, 3. 15, סוּר הֵנָּה huc devertere Prov. 9, 4. 16. Absol. *aditum habere* ad aliquem 1 Sam. 22, 14.

Hiph. הֵסִיר, fut. יָסִיר, cum ו convers. וַיָּסַר (quae forma a fut. Kal sola oratione contexta discernitur) 1) *recedere fecit* i. e. a) *removit*, v. c. hariolos 1 Sam. 28, 3, aliquem ab imperio 2 Par. 15, 16, ab oculis suis 2 Reg. 23, 27, saepius de rebus v. c. removit excelsa 2 Reg. 18, 4. Jes. 36, 7, tectum navis Gen. 8, 13, caput ab aliquo (abscidit, detruncavit) 1 Sam. 17, 46. 2 Sam. 5, 6. 16, 9, vestes (i. e. deposuit) Gen. 38, 14, dedecus 1 Sam. 17, 26, ius alic. (i. e. abstulit ei) Iob. 27, 2. 34, 5 cet. b) sq. מֵאַחֲרֵי *avocavit* a cultu Dei Deut. 7, 4. c) *revocavit* verba Jes. 31, 2. — 2) sq. אֵלָיו ad se devertere fecit, *apud se recepit* 2 Sam. 6, 10.

Hoph. הוּסַר *remotus est* Levit. 4, 31. Dan. 12, 11. Jes. 17, 1: דַּמֶּשֶׂק מוּסָר מֵעִיר *Damascus remota* i. e. sublata *erit e numero urbium*, cf. מִן no. 5.

Pil. סוֹרֵר causat. Kal 1, litt. c. *recedere fecit* viam i. e. *avertit* eam a recto et vero. Thren. 3, 11 (cf. comm. 9).

Inde סָרָה, יָסוּר, n. pr. סָרַח et

סוּר 1) part. pass. i. q. מוּסָר *remotus, expulsus* (cf. 1 Sam. 28, 3). Jes. 49, 21: גֹּלָה וְסוּרָה *exsul et expulsa*. Jer. 17, 13 Keri: סוּרַי *qui a me remoti sunt* i. e. recesserunt. 2) *ramus* s. palmes *degener*, cf. rad. no. 1, *α*. Jer. 2, 21: סוּרֵי הַגֶּפֶן נָכְרִיָּה *palmites vitis peregrinae*. 3) n. pr. portae templi,

tantummodo 2 Reg. 11, 6, pro quo loco simili 2 Chr. 23, 5 שַׁעַר הַיְסוֹד porta fundamenti.

סוּת in Kal inusit. *instigare, stimulare.* (Carent hac radice reliquae linguae cognatae, et nescio an secundaria sit, ducta a שַׂיִת spina, stimulus).

Hiph. הֵסִית, et הִסִּית Jer. 38, 22, fut. יְסִית, et יַסִּית Jes. 36, 18, part. מֵסִית 2 Par. 32, 11 1) *stimulavit, instigavit, incitavit* a) sq. gerundio: aliquem ad aliquid Jos. 15, 18. Ind. 1, 14. 2 Chr. 18, 2, max. ad male faciendum Deut. 13, 7. 1 Reg. 21, 25. Iob. 36, 18. b) sq. בְּ pers., *irritavit* contra aliquem 1 Sam. 26, 19. Iob. 2, 3. Jer. 43, 3. 2) *propulit, expulit.* Iob. 36, 18: פֶּן־יְסִיתְךָ בְשָׂפֶק *ne te propellat castigando,* sq. מִן 2 Chr. 18, 31; in bonam partem i. q. *eduxit, liberavit* Iob. 36, 16.

סוּת m. ἅπαξ λεγόμ. Gen. 49, 11 *vestis,* per aphaeresin pro כְּסוּת (quod integrum dedit cod. Sam.) v. Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 33 et Lgb. 136. Quanquam כ ab initio abiecti alia exempla non suppetant (in medio abiecti exemplum est מַס pro מֶכֶס q. v.), certum tamen, praeter quiescibiles et liquidas etiam mutas molliores passim abiectas esse, ut chald. דְּבָבוּ et בְּבוּ inimicitia, مَتَاع, بَتَاع et تَاع possessio it. nota genitivi in lingua vulgari.

סָחַב 1) i. q. arab. سَحَبَ traxit per humum, ut terram verreret (an der Erde herumschleppen) v. c. cadaver 2 Sam. 17, 13. Jer. 15, 3: אֶת־הַכְּלָבִים לִסְחֹב (immittam) *canes, qui (eos) distrahant.* 22, 19. 49, 20. 2) distraxit, *dilaceravit,* inde

סְחָבָה f. *dilaceratio.* Jer. 38, 11. 12: בְּלוֹיֵ הַסְּחָבוֹת *panni dilacerati.*

סָחָה *averrit, abstersit,* in Pi. tantum Ez. 26, 4. (Arab. سَحَا id., syr. ܡܣܚܘܬܐ scopae, chald. סְחָה lavit. Vicinae radd. sunt סָחַב, ex qua סָחַר, סָחְה, et סָחַף). Inde

סְחִי m. *purgamenta, quisquiliae,* Thren. 3, 45 de re vili. (Chald. סְחִיתָא stercus).

סָחִישׁ ἅπ. λεγόμ. 2 Reg. 19, 29, pro quo Jes. 37, 30 scribitur שָׁחִיס *id quod anno a sementi tertio sponte provenit* (qua de re cf. Strabo XI, 4 §. 3 p. 502 Casaub.), cf. סָפִיחַ. LXX 2 Reg. αὐτόματα. Aqu. et Theod. apud Jes. αὐτοφυῆ. De etymo v. s. v. שָׁחִיס.

סָחַף arab. سَحَفَ 1) pr. i. q. סָחַב, סָחָה *verrit, rasit,* et fortius *verrendo, radendo asportavit,* inde de imbre omnia secum abripiente Prov. 28, 3. (Arab. سَحِيفَةٌ imber vehemens, auferens, سُحَافٌ torrens). 2) *prostravit* humum (syr. ܣܚܦ id.), unde

Niph. prostratus est Jer. 46, 15.

סָחַר *circumivit, peragravit* terram, sq. acc. terrae Gen. 34, 10. 21. (Vic. est סָהַר q. v. Chald. סְחַר saepissime in Targg pro hebr. סָבַב, Syris spec. terram peragravit mendicus, mendicavit. In arab. سَحَرَ et سَخَرَ ambeundi notio valde incerta est, et linguae usu plane destituta). Spec. *circumivit,* terras *peragravit negotiandi causa,* inde *mercaturam exercuit,* ἐμπορεύομαι. Gen. 42, 34: וְאֶת־הָאָרֶץ תִּסְחָרוּ׃ *et terram peragretis* sc. ad frumentum emendum. Part. סֹחֵר *institor, mercator,* ἔμπορος Gen. 23, 16. 37, 28. סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ׃ mercatores regis, qui coëmendi causa pro rege itinera faciebant 1 Reg. 10, 28. 2 Chr. 1, 16; it. *nauta* Prov. 31, 14. Jes. 23, 2. Fem. סֹחֶרֶת *negotiatrix* Ez. 27, 12. 16. 18. Metaph.

commercium habuit c. aliq. Jes. 47, 15. (Aramaei et Arabes *negotiandi* significatum exprimunt verbo cogn. תְּגַר, تَجَرَ).

Pilp. סְחַרְחַר *cito circuivit* cor, i. e. vehementer palpitavit Ps. 38, 11.

Derivv. sunt מִסְחָר et quattuor nom. sequentia.

סַחַר m. 1) *emporium* Jes. 23, 3. 2) *opes mercaturâ partae* 45, 14.

סַחַר m. *quaestus, lucrum*, quod ex *mercaturâ* redundat Jes. 23, 18, inde de *quovis quaestu* Prov. 3, 14: כִּי טוֹב סַחְרָהּ מִסְּחַר־כָּסֶף *nam praestat eam* (sapientiam) *lucrari, quam argentum.* 31, 18.

סְחֹרָה f. *negotiatio, mercatura*, pro concr. *mercatores.* Ezech. 27, 15: סְחֹרַת יָדֵךְ i. q. סֹחֲרֵי יָדֵךְ V. 21 mercatores, qui tibi ad manum sunt (die du an der Hand hast).

סֹחֵרָה f. *clypeus* a circumdando i. e. tuendo dictus (a rad. סָחַר circumdedit, cf. ܡܣܚܪܬܐ turris, arx) Ps. 91, 4.

סֹחֶרֶת f. lapis quidam pretiosior, quem pavimento tesselando adhibebant Esth. 1, 6. Vel est *marmoris nigri* species, cf. syr. ܫܚܘܪܬܐ lapis niger tinctorius (ס et שׁ permutatis), vel, quod praefero, marmor maculis rotundis insignitum qs. clypeatum, v. סֹחֵרָה. *Testudinis testam* esse ס׳, volebat Hartmannus (Hebräerin III, p. 353), clypeis qs. constantem (cf. סֹחֵרָה), sed vix probabile, hanc marmoris generibus in pavimentis faciendis interiectam esse.

סָחִשׁ v. סָחִישׁ.

סֵטִים plur. i. q. שֵׂטִים *delicta* Ps. 101, 3, a rad. שׂוּט i. q. שָׂטָה deliquit, peccavit.

סִיג m. (a rad. סוּג) Ez. 22, 18 Keri (ubi Chethibh סוּג), et pl. סִיגִים *recedanea* metalli a) *scoriae.* Prov. 25, 4: הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף *secerne scorias ab argento.* 26, 23: כֶּסֶף סִיגִים *argentum scoriarum* h. e. nondum purgatum; b) ignobilius metallum, quod nobiliori admixtum liquefaciendo ab eo secernitur (v. בְּדִיל). Ez. 22, 18. 19. Jes. 1, 22. 25.

Not. Pro סִיגִים in pluribus libris mss. et editis legitur סְגִים Jes. 1, 22. 25. Ez. 22, 18. 19 (cf. Lgb. p. 145), sed illud praestat.

סִיוָן m. Esth. 8, 9 tertius anni hebraei mensis, a novilunio Junii usque ad Julii novilunium, fort. a rad. chald. סְוָה laetatus est, qs. mensis laetitiae.

סִיחוֹן (*everrens, radens* i. e. dux bellicus omnia prosternens, rad. סוּחַ) n. pr. regis Amoritarum Hesbone regnantis Num. 21, 21. 23. Ps. 135, 11, unde *urbs Sihonis* i. e. Hesbon. Num. 21, 28.

סִין rad. inusit., prob. *lutosum esse*, vicina rad. סָאַן, unde chald. סֵין, syr. ܣܝܢܐ lutum, i. q. chald. טִין, syr. ܛܝܢܐ, arab. طِينٌ.

סִין (lutum) n. pr. 1) *Pelusium*, urbs in paludibus ad terminum Aegypti orientalem sita, hodie cum tota regione mari submersa Ez. 30, 15. 16, cf. Strabo XVII p. 802. Arab. طينة vocatur i. e. palus, et فرمة *Farame*, quod quidem posterius ex aegyptiaco ⲫⲉⲣⲟⲙⲓ i. e. locus lutosus (a ⲫ art. masc., ⲉⲣ esse et ⲟⲙⲓ lutum) ortum esse observat Champollion, l'Égypte II, 82 sq.

2) desertum *Sin*, in vicinia montis Sinai, ad oram sinus heroopolitani Ex. 16, 1. 17, 1. Num. 33, 12.

סִינַי n. pr. *Sinai, Sina* (gr. *Σινά*, cf.

gramm. hebr. ed. X, p. 56 not.), mons vel potius regio montana in Arabiae peninsula inter utrumque maris Erythraei sinum (Heroopolitanum et Aelaniten) interiecta, legislatione mosaica nobilis, plenius הַר סִינַי Ex. 16, 1. 19, 11 sq. 24, 16. 34, 4. 29. 32. Lev. 25, 1. 26, 46. 27, 34 cet. Tria maxime in hoc montano cacumina eminent, quorum unum humilius septentriones inter et orientem situm *Horeb* appellatur (חֹרֵב siccus), ex quo meridiem versus ascendunt ad alterum *Sinai κατ' ἐξοχὴν* dictum (סִינַי fort. lutosus, lutulentus, cf. desertum vicinum סִין): tertium ad Africam situm mons St. Catharinae vocatur. V. Burckhardti itiner. Syriae, ed. germ. p. 1078. Paulo aliter de trium montium nominibus statuisse videtur Ed. Rüppell, Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien (1829) tab. 11. Desertum monti vicinum vocatur מִדְבַּר סִינַי Ex. 19, 1. 2. Lev. 7, 38. Num. 1, 1. 19. 9, 1.

סִינִי n. pr. 1) gentis ad Libanum montem Gen. 10, 17. 1 Chr. 1, 15, ubi Strabo (XVI, 2, §. 18, p. 756 Casaub.) *Sinnae* oppidum commemorat, Hieronymus (Quaest. hebr. in Genesin) *Sinen*, Breidenbachius (in itinerario fol. 1486, p. 47) vicum *Syn*. V. Michaëlis Spicileg. geogr. ext. T. II, p. 27. — Obscurior est

2) אֶרֶץ סִינִים Jes. 49, 12 iubente contextu terra remotissima vel in orientalibus vel meridionalibus mundi terminis quaerenda. *Terram Serum* s. *Sinensium* intelligo, qui quidem populus antiquissimus et nobilissimus Arabibus et Syris nomine صين, جين, ܨܝܢܝ notus erat, et scriptori Hebraeo Babylone, Asiae fere metropoli, degente notus esse poterat. Quo tempore Sinensibus a reliquis Asiae populis hoc nomen tributum sit (ipsi enim Sinenses illud ignorant adeoque populi sui nomine antiquo domestico plane carent, vel dynastiarum regnantium nomina adoptantes, vel titulis honorificis superbientes, ut *Dschung-kue-dschin* cives regni quod in media terra est) et unde hoc repetitum sit, haud satis quidem constat: et si certa esset eorum opinio, qui Sinenses a dynastiâ *Thsin* inde ab anno 246 a. Chr. regnante dictos esse voluerunt (v. du Halde descr. de la Chine T. I. §. 1, Abel-Remusat Melanges Asiatiques II, p. 334 sqq.), scriptor Hebraeus Cyri aequalis eius nominis mentionem iniicere non potuisset: sed (quicquid statues de populo *Tschinas* in legibus Menu commemoratis) ipsi huius sententiae auctores concedunt, illius dynastiae nomen ad exteros pervenire potuisse, antequam ea totum Sinae imperium capesseret: neque desunt aliae illius nominis explicandi rationes. In lingua sinica *dschin* denotat *homines:* quid? si ab exteris, nominatim Indis (apud quos in Buddhistarum etiam libris *Dschina* commemoratur, v. Klaproth Asia polyglotta p. 358) Sinenses eo nomine appellatos esse statuamus, quo ipsi se omnesque homines designabant. Simile exemplum habemus in n. pr. aethiopico סְבָא et שְׁבָא i. q. ሰብእ: homo. — Quibus *Sinenses* displicent, hi vel *Pelusiotas* intelligunt (cf. סִין) et per synecd. *Aegyptios*, ut Bochartus Phaleg 4, 27, vel *Syenitas* (cf. סְוֵנֵה). LXX. *γῆ Περσῶν*.

סִיס *hirundo* Jer. 8, 7 Keri pro סוּס.

סִיסְרָא (acies, cf. syr. ܣܝܣܪܐ, fort. pro סרסרתא, a rad. סוּר = سار adsiliit, impetum fecit) n. pr. m. 1) praefecti militum Jabini, regis Cananaeorum. Iud. 4, 2 sq. Ps. 83, 10. 2) Esr. 2, 53. Neh. 7, 55.

סִיעָא n. pr. m. (concilium, ut syr. et chald.) Neh. 7, 47, pro quo סִיעֲהָא (quae prava scriptura ex

duabus formis סיעא et סיעהא conflata esse videtur, cf. נְפִישְׁסִים) Esr. 2, 44.

סִיפֹּנְיָה Dan. 3, 10 Chethib pro סוּמְפֹּנְיָה q. v.

סִיר med. Jod, *aestuare, effervescere,* cf. arab. سَارَ assilivit, efferbuit vinum, ira, febris; hebr. שְׂאֹר et שָׂאַר fermentavit, גִּיר aestuare, *gähren.* Inde

סִיר comm. (Jer. 1, 13. Ez. 24, 6) 1) *olla*, ab aestuando et ebulliendo dicta Jer. 1, 13. Ez. 11, 3, 7. 24, 3. 6. סִיר הַבָּשָׂר Ex. 16, 3. Ps. 60, 10: מוֹאָב סִיר רַחְצִי *Moab* erit olla s. pelvis *lotionis meae*, lavacrum meum, contemtim pro: eo utar ceu vilissimo vasculo. Plur. סִירוֹת Ex. 38, 3. 1 Reg. 7, 45.

2) pl. סִירִים *spinae, vepres*, ab aestuando et effervescendo dictae, quae notio refertur ad redundantiam et luxuriam plantarum (das Aufwuchern), max. silvestrium, v. rad. יַעַר et יַעַר no. 2. Jes. 34, 13. Hos. 2, 8. Lusus verborum est in his Eccl. 7, 6: כְּקוֹל הַסִּירִים תַּחַת הַסִּיר *sicut strepitus spinarum* (accensarum) *sub olla.* Poëtice *dumetum* impietatis imaginem praebet Nah. 1, 10: עַד סִירִים נְבֻכִים *instar spinarum perplexi sunt* (v. עַד B, 2, c). Cf. Mich. 7, 4. Ez. 2, 6. A spinae similitudine etiam *uncinum, hamum* notat (cf. חוֹחַ). Plur. סִירוֹת Am. 4, 2. (Olim סִירִים *spinae* revocabam ad rad. סוּר, ut pr. notaret recedanea, degeneres fruticis partes coll. סוּרֵי הַגֶּפֶן Jer. 2, 21, sed praestat, utrique vc. סִיר significationi eandem originem vindicare).

סָךְ m. ἅπ. λεγόμ. *turba* hominum Ps. 42, 5. Ita omnes intpp. flagitante contextu, quanquam in etymo definiendo in alia omnia abeunt. Equidem nullus dubito, quin pr. sit *densa* arborum, *silva densa* h. l. poët. de densa hominum turba, cf. יַעַר de hostium turba Jes. 10, 18. 19. 34.

סֹךְ (a rad. סָכַךְ) cum Suff. סֻכּוֹ, semel סוּכּוֹ Ps. 76, 3 m. 1) *casa, tugurium* Ps. 27, 5, poët. de tentorio, domo Ps. 76, 3. 2) *densa* arborum, *lustrum* ferarum Ps. 10, 9. Jer. 25, 38.

סָכָה rad. inusit. i. q. שָׂכָה *adspexit,* unde n. pr. יִסְכָּה.

סֻכָּה f. nominis סֹךְ 1) *tugurium, casa* frondibus ramisque conserta, Jon. 4, 5. Iob. 27, 18. Jes. 4, 6. חַג הַסֻּכּוֹת scenopegia, festum casarum frondearum Levit. 23, 34. Deut. 16, 13. — Semel contemtim dr. de domo parva et collapsa Am. 9, 11, alibi de tentoriis, quae ex cortinis facta sunt Lev. 23, 43. 2 Sam. 11, 11. 22, 12, et poët. de habitaculo Dei Ps. 18, 12. Iob. 36, 29. — 2) *septum* pecoris Gen. 33, 17. — 3) *lustrum* leonis Iob. 38, 40.

סֻכּוֹת (casae) n. pr. 1) oppidi Gaditarum Jos. 13, 27. Iud. 8, 5. 1 Reg. 7, 46, de cuius originibus vide Gen. 33, 17. עֵמֶק סֻכּוֹת Ps. 60, 8. 108, 8 ager (urbis) Succoth. 2) stationis Israëlitarum in deserto, in vicinia Aegypti Ex. 12, 37. 13, 20. Num. 33, 5. Difficile dictu, quid sint 3) סֻכּוֹת בְּנוֹת 2 Reg. 17, 30 *casae filiarum*, quas coloni Babylonii in Samariam deducti idolis suis fecisse feruntur. Intelligunt tabernacula, in quibus *puellae* se prostituerint (cf. קְדֵשָׁה): equidem reponendum suspicor סֻכּוֹת בָּמוֹת *tabernacula* (idolis sacra) *in excelsis.* Cf. בָּמָה.

סִכּוּת f. i. q. סֹךְ, סֻכָּה Am. 5, 26 *tugurium s. tentorium,* quod Israëlitae ad idololatriam inclinantes in deserto in idoli cuiusdam honorem exstruxerunt, sicut tabernaculum foederis in honorem Jehovae. Cf. σκηνὴν ἱεράν Carthaginensium Diod. XX, 65 (non 25).

סֻכִּיִּים (in tuguriis habitantes) n. pr. gentis africanae, quae 2 Chr. 12, 3 una cum Libybus et Aethiopibus commemoratur. LXX et Vulg. *Troglodytae*, qui Africae oram orientalem habitabant.

סָכַךְ (semel שָׂכַךְ Exod. 33, 22) 1) *texuit*, max. frondes ad sepiendum, ad tugurium exstruendum, inde *sepsit*. (Vicinae radd. sunt נָסַךְ no. II, סוּג no. II, שׂוּךְ, et sibilo in dentalem verso דָּגָה *tego* q. v., adde σηκός septum). In Kal poët. Ps. 139, 13: תְּסֻכֵּנִי בְּבֶטֶן אִמִּי *texuisti me in utero matris meae*, cf. Iob. 10, 11. Quoniam et tuguria et sepes fiunt ad homines hortosque protegendos et tutandos, סָכַךְ est 2) *protexit* et proprie quidem de frondibus et arboribus, sq. dupl. acc. Iob. 40, 22 (17): יְסֻכֻּהוּ צֶאֱלִים צִלְלוֹ *tegunt eum loti umbrâ suâ*, sq. לְ Ps. 140, 8. Part. סוֹכֵךְ pr. tegens, inde *vinea*, qua utuntur in urbibus oppugnandis (Schutzdach) Nah. 2, 6. 3) *texit* Ex. 40, 3, plerumque sq. עַל (cf. syn. כָּסָה). 1 Reg. 8, 7: וַיָּסֹכּוּ הַכְּרֻבִים עַל־הָאָרוֹן *et Cherubi tegebant arcam*. Ex. 25, 20. 37, 9, cf. Ez. 28, 14. 16; intransit. *texit, occultavit se*. Thren. 3, 44: סַכּוֹתָה בֶעָנָן *occultas te in nube* V. 43.

Hiph. הֵסַךְ i. q. Kal 1) *sepsit, obsepsit*, sq. בְּעַד Iob. 3, 23. 38, 8. 2) *texit, protexit*, sq. עַל Ps. 5, 12, et לְ Ps. 91, 4. הֵסַךְ רַגְלָיו 1 Sam. 24, 4. Iud. 3, 24 *pedes texit*, locutio honesta pro *alvum deposuit*, ut recte Josephus Archaeol. 6, 13 §. 4, Talmudici (Buxt. Lex. talmud. pag. 1472), adeoque LXX, apud quos παρασκευάσασθαι dictum suspicor pro vulgari ἀποσκευάσασθαι, ἀνασκευάσασθαι; vel certe, quae Kimchii sententia, *vesicam exoneravit*, quod apud Asiae populos etiam viri sedentes et sub vestium talarium latebris facere solent. Fuerunt, qui *dormitionem* illa locutione significari censerent, ut Syr. 1 Sam. l. c. et Josephus ipse (sibi non constans) Arch. V, 4 §. 2, sed in tali re verborum ambitu opus non erat. V. J. D. Michaëlis Supplemm. p. 1743. Glassii Philol. sacra ed. Dathe, p. 891.

Pilp. סִכְסֵךְ *armis texit, armavit* (cf. شَكَّ id., شِكَّة arma, et سَكَّ portas ferro munivit). Jes. 9, 10: וְאֶת־אֹיְבָיו יְסַכְסֵךְ *et hostes eius* (Israëlis) *armat* (Deus). 19, 2: סִכְסַכְתִּי מִצְרַיִם בְּמִצְרַיִם *armabo Aegyptios contra Aegyptios*.

Nomm. deriv. סֹךְ, סָךְ, סֻכָּה, מוּסָךְ, מָסָךְ, סֻכּוֹת, סֻכִּיִּים et

סְכָכָה (sepimentum) n. pr. oppidi in deserto Judae, Jos. 15, 61.

סָכַל in Kal inusit., i. q. כָּסַל no. 3, syr. et zab. ܣܟܠ *stultus fuit*, probe discernendum a verbo ferme consono שָׂכַל.

Pi. stultum i. e. vanum, inanem, *irritum fecit*, v. c. consilium 2 Sam. 15, 31. Jes. 44, 25. Cf. הוֹלֵל.

Hiph. stulte egit, addito עֲשׂוֹ Gen. 31, 28, eo omisso 1 Sam. 26, 21. (Aram. Aph. id.).

Niph. 1) *stulte egit* (pr. stultum se praebuit) 1 Sam. 13, 13. 2 Chr. 16, 9. 2) *impie egit* 2 Sam. 24, 10. 1 Chr. 21, 8, cf. כְּסִיל, נָבָל cet. Inde

סָכָל m. *stultus* Jer. 4, 22. 5, 21. Eccl. 2, 19. 7, 17. Syr. ܣܟܠܐ id.

סֶכֶל m. *stultitia*, concr. *stulti* Eccl. 10, 6.

סִכְלוּת f. *stultitia*, vc. in solo Eccles. obvium 2, 3. 12. 13. 7, 25. 10, 1. 13, semel שִׂכְלוּת 1, 17. (Syr. id.).

סָכַן fut. יִסְכֹּן 1) pr. i. q. שָׁכַן, سَكَنَ *habitavit*, c. acc. pers. apud aliquem.

2) Qui cum aliquo habitant eiusque contubernio utuntur, familiaritatem cum eo contrahunt, ei *assuefiunt*, inde Part. סֹכֵן *familiaris, amicus* (regis) Jes. 22, 15; fem. סֹכֶנֶת *amica* 1 Reg. 1, 2. 4. Cf. Hiph. Inde

3) sq. לְ et עַל pers. *profuit, officia praestitit* alicui Iob. 22, 2. 35, 3, absol. 15, 3. Intrans. *profecit.* 34, 9.

4) i. q. arab. سَكَنَ Conj. I et V. *pauper, egenus fuit*, v. Pu. et מִסְכֵּן, מִסְכֵּנוּת. (De hac significatione cum reliquis concilianda plurimi desperarunt: quae passim tentata sunt, parum satisfaciunt. Ut ipse sententiam dicam, suspicor eam a *sedendo* proficisci, quod habitandi notioni finitimum est. Sedendi enim vcc. referri solent ad *considendi* (a consido), *corruendi* notionem prae languore et debilitate, cf. قعد sedit, Conj. IV. pass. sedere coactus fuit, claudus fuit, قَعَدٌ languor in pede cameli, قُعْدِىٌّ vir impotens; *sedēre* et *sidēre.* Arab. سَكَنَ et hebr. סָכַן est igitur pr. collapsus, rebus collapsis fuit, *heruntergekommen seyn*, cf. מָכַךְ, מוּךְ.

Niph. i. q. chald. Ithpa. *periclitatus est.* Eccl. 10, 9: *qui lignum caedit, periclitatur.* Ita vulgo, neque male, quanquam haec significatio a reliquis verbi notionibus alienior est. Equidem denominativum esse putem a שַׂכִּין culter, securis q. v., inde: *secari, caedi*, h. l. caedendo vulnerari.

Pu. part. מְסֻכָּן pr. *ad egestatem redactus*, inde *pauper, egenus* (v. Kal no. 4). Jes. 40, 20: הַמְסֻכָּן תְּרוּמָה qui *pauper* est quod attinet ad *munera*, qui non multum habet, quod offerat.

Hiph. הִסְכִּין 1) *familiaritatem contraxit* cum al. sq. עִם Iob. 22, 21, it. c. aliqua re, inde *cognitam habuit* rem, c. acc. Ps. 139, 3: כָּל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה *omnes vias meas cognitas habes.* 2) *consuevit* aliquid facere, sq. gerundio Num. 22, 30.

Nom. deriv. מִסְכְּנוֹת promtuaria, significationem repetiit a verbo כָּנַס.

I. סָכַר in Kal inusit., i. q. סָגַר *clausit.* (Syr. et arab. ܣܟܰܪ, سكر id.).

Niph. clausus est Gen. 8, 2. Ps. 63, 12.

Pi. i. q. סִגֵּר et הִסְגִּיר *tradidit* Jes. 19, 4.

II. סָכַר i. q. שָׂכַר *mercede conduxit.* Esr. 4, 5.

סָכַת in Kal inusit. *siluit* (vic. שָׁקַט quievit).

Hiph. siluit (pr. silentium servavit, Stillschweigen beobachten), semel legitur Deut. 27, 9. (Arab. سكت Conj. I. IV. id., sam. attendit). LXX. σιώπα. Vulg. *attende.*

סַל pr. *virga lenta* (rad. סָלַל no. II), ex qua corbes texuntur, inde *corbis* ex virgis contexta (cf. κάνεον, κανίας, κάναστρον, *canistrum* pr. corbis ex canna contexta, a κάνη canna), *canistrum*, pl. סַלִּים Gen. 40, 17. Exod. 29, 3. 31. Arab. سَلَّةٌ id., سَلَّالٌ corbium textor. Zab. ܣܰܠܐ corbis.

סִלָּא (i. q. מְסִלָּה via) n. pr. oppidi in vicinia Hierosolymorum 2 Reg. 12, 21.

סָלָא 1) pr. i. q. סָלָה, סָלַל no. I *sustulit*, 2) spec. *suspendit* libram (cf. נָשָׂא Iob. 6, 2), inde *pependit* (cf. lat. *pendeo* et *pendo*). Semel legitur in

Pu. pass. Thren. 4, 2: הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז *qui ponderantur cum auro*

puro i. e. auro puro aequiparantur.

סָלַד ἅπαξ λεγόμ. in Pi. סִלֵּד *saliit, exsiliit, exsultavit*, arab. صلد (ס et צ permutatis) exsiliit equus, ut lapides scintillas ederent. Iob. 6, 10: *id mihi solatio est* וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה לֹא יַחְמֹל *et exsulto in dolore*, qui *non parcit, quod non abnegavi effata Sanctissimi.* LXX. אֲסַלְּדָה reddunt ἡλλόμην, Vulg. *saliebam*, quanquam in reliquis verbis transferendis in alia omnia abeunt. Alii, ut Saadias, Abulwalides, Kimchius, coll. chald. סְלַד adustus est, alterum hemistichium sententiam concessivam esse volunt et ita reddunt: *licet urar* (h. e. angar, cf. דָּלַק) *dolore*, qui *non parcit.* Hinc

סֶלֶד (exsultatio; aut: aestus) n. pr. m. 1 Chr. 2, 30.

I. סָלָה i. q. סָלָא et סָלַל *sustulit*, unde 1) suspendit stateram, *pependit*, v. Pu. 2) ut lat. *elevavit* i. e. *contemsit* (levia enim parvi, gravia magni sunt momenti et pretii) Ps. 119, 118. (Chald. et syr. id.).

Pi. i. q. Kal no. 2. Thren. 1, 15. *Pu.* pass. Kal no. 1. Iob. 28, 16 de sapientia: לֹא תְסֻלֶּה בְּכֶתֶם אוֹפִיר *non appenditur pro auro ophiritico*, auro emi non potest.

II. סָלָה fort. i. q. שָׁלָה (ס et שׁ permutatis) *quievit, siluit*, inde

סֶלָה m. *quies, silentium*, c. He parag. סֶלָה (Milêl) *ad silentium*, vel *silentium!* Ita nimirum probabiliter statuendum videtur de nota illa musica in Psalmis frequentissima (praeterea tantummodo Hab. 3, 3. 9. 13 obvia) tot interpretum coniecturis et hallucinationibus vexata, ut eâ in verbis Psalmi decantandis paululum subsistere et *silere* fidiumque cantum interponere iubeatur cantor. Commendatur haec interpretatio a) auctoritate LXX interpretum, qui ubique reddunt διάψαλμα q. d. interludium, Zwischenspiel (quanquam Hesych. reddit μουσικοῦ μέλους ἢ ῥυθμοῦ ἐναλλαγή); b) loco, quem occupare solet סֶלָה in Psalmis. Ponitur enim in mediis carminibus sectione quadam vel stropha carminis absoluta, ita quidem, ut in aliis Psalmis semel (Ps. 7, 6. 20, 4. 21, 3) bisve (4, 3. 5. 9, 17. 21), in aliis ter (Ps. 3, 3. 5. 9. 32, 4. 5. 7. 66, 4. 7. 15. 68, 8. 20. 33) adeoque quater repetatur (89, 5. 38. 46. 49), passim etiam in fine ponatur (Ps. 3. 9. 24 fin.) et carmen in plures strophas dispescat. Raro in medio commate reperitur (Ps. 55, 20. 57, 4. Hab. 3, 3. 9). Accedit c) Ps. 9, 17, ubi pro simplici סֶלָה plenius: הִגָּיוֹן סֶלָה, quod per appositionem reddendum videtur: *fidium cantus, silentium* i. e. fidibus canatur, sileat (cantor). — In similem sententiam alii סֶלָה ducunt a סָלָה no. I sustulit, et *elevationem vocis* in fidibus canendo intelligunt (cf. נָשָׂא Iob. 21, 12); sed illud praefero.

Parum placet eorum sententia, qui סֶלָה compendium scripturae esse putant, ex trium vocabulorum litteris initialibus conflatum, cuiusmodi scribendi compendia apud Arabes et Judaeos recentiores usitata esse constat (רשׁ״י pro רבי שלמה ירחי), veteribus autem Hebraeis cognita fuisse demonstrari non potest. Alii autem aliter hoc compendium explicarunt, vel סֹב לְמַעְלָה הַשָּׁר redi sursum, cantor (da capo); vel סִימָן לְשַׁנּוֹת הַקּוֹל signum mutandae vocis cet., quae omnia cum ipsa illa hypothesi facessant. Plura dederunt Michaëlis Supplemm. p. 1760. Rosenmülleri Comment. in Psalm. T. I, pag. LIX (LXVII ed. 2), Noldii concord. particul. hebr. pag. 940 ed. Tymp. Eichhornii Bibl. der bibl. Litteratur T. V, p. 542 sq. Forkelii Gesch. der Musik T. I, p. 144.

סַלּוּ (pro סַלּוּת elevatio) n. pr. m. Neh. 12, 7, pro quo V. 20 סַלַּי.

סַלּוּא (id.) n. pr. m. 1 Chr. 9, 7, pro quo Neh. 11, 7 סַלֻּא.

סָלוּא (elevatus) n. pr. m. Num. 25, 14.

סַלַּי (elatus) n. pr. m. 1) Neh. 11, 8. 2) 12, 20, v. סַלּוּ.

סַלּוֹן Ez. 2, 6 et

סִלּוֹן Ez. 28, 24 *spina*, pr. qualis in virgis s. spathis palmarum est, a סַל virga et וֹן, v. rad. סָלַל no. 2. Metaph. de hominibus impiis Ez. 2, 6. LXX. σκόλοψ. (Chald. סַלְוָא, סִילְוְתָא, arab. سُلَّاءٌ spinae palmarum).

סָלַח fut. יִסְלַח *condonavit*, sq. dat. Ex. 34, 9. 1 Reg. 8, 31. 34. 36. 39. (Chald. zab. id. aeth. litteris transpositis ተሠሀለ: clemens, propitius fuit, condonavit, coll. arab. سهل facilem se praebuit. Origo esse videtur in *levitate, elevando*, coll. סָלָא, סָלַח).

Niph. *condonatum est* (peccatum) Lev. 4, 20. 26. 31. 5, 10. 13. Hinc

סַלָּח m. *condonans*. Ps. 86, 5, et

סְלִיחָה f. *condonatio* Ps. 130, 4, pl. Neh. 9, 17.

סָלַךְ rad. inusit. Arab. سلك incessit, ivit, unde مَسْلَكٌ via, tractus. Hinc

סַלְכָה (Caph raphato, igitur pro סַלְּכָה) n. pr. oppidi in terminis orientalibus Batanaeae, quod hodieque صلخد et corrupte Sarkhad صرخد appellatur, vineisque abundat. V. Burckhardti itin. Syriae ed. germ. p. 180 et quae ibi adnotavimus p. 507. Deut. 3, 10. Jos. 12, 5. 13, 11. 1 Chr. 5, 11.

סָלַל 1) *sustulit, elevavit, exaltavit, aggessit in acervum*. Jer. 50, 26, ut radd. vic. סָלָא, סָלַח (cf. etiam סָלַח, סָלַע et סָלַק it. תָּלַל, תָּלָה, נָטַל *tollo*). V. Pilp. Spec. *aggesto aggere complanavit viam, aggeravit* (cf. רוּם Jes. 49, 11). Jes. 57, 14. 62, 10. Prov. 15, 19. Jer. 18, 15. Iob. 19, 12: וַיָּסֹלּוּ עָלַי דַּרְכָּם *munierunt* sibi *viam ad me*. 30, 12, omisso דֶּרֶךְ Ps. 68, 5: סֹלּוּ *complanate* sc. viam.

Ab *elati, alti* notione proficiscitur

2) *nutavit, vacillavit*, de rebus altis, proceris, teretibus quae vacillant et librantur (von dem Schlanken und Schwanken). Spec. de frondibus et virgulis lentis, pendulis, ut salicum, palmarum, quales corbibus texendis scopisque adhibebant, cf. דָּלַל, זָלַל زلزل unde זַלְזַלִּים palmites, et תָּלַל no. 1. 2, unde תַּלְתַּלִּים. Inde סַלִּים et סַלְסִלּוֹת (arab. sing. سَلَّةٌ) corbes, utpote ex virgulis lentis contextae, cf. formas durius prolatas סַנְסִנִּים (l et n permutatis) virgae pendulae palmarum, e quibus scopae fiunt (unde verbum syr. et chald. סנן scopis verrit), צִנְצֶנֶת corbis (cum cognatis טֶנֶא chald. צַנָּא corbis, ضن corbes plexuit). Quandoquidem palmarum rami, antequam frondescunt, spinis tecti sunt, eiusdem radicis nomina de spinis palmarum usurpantur, ut سُلَّاءٌ et سُلَّاءَةٌ spinae palmarum ramis adnascentes, et hebr. סִלּוֹן, סַלּוֹן spina, quae virgae adnata est, a סַל (pr. virga) et syllaba formativa וֹן. Vox arab. مِسَلَّةٌ acus maior a similitudine aculei dicta est.

Pilp. i. q. Kal no. 1 metaph. Prov. 4, 8: סַלְסְלֶהָ *effer eam* (sapientiam) sc. laudibus.

Hithpo. הִסְתּוֹלֵל (denom. a סֹלְלָה) *aggeris instar opposuit se* (sich dämmen), *restitit* sq. בְּ Ex. 9, 17: עוֹדְךָ מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי *adhuc resistis populo meo*.

A prima potestate no. 1 ducta sunt nomina deriv. סֹלְלָה, מְסִלָּה, מַסְלוּל, סֻלָּם, et n. pr. סַלָּא, סַלּוּ, סַלַּי, ab altera סַל, סַלּוֹן et סִלּוֹן, סַלְסִלּוֹת.

סֹלְלָה f. *agger* Jer. 33, 4, max. is quo oppugnatores urbem cingere solent 2 Reg. 19, 32. Ez. 4, 2. 2 Sam. 20, 15.

סֻלָּם m. *scala* Gen. 28, 12 i. q. arab. سُلَّمٌ, a rad. סָלַל no. 1.

סַלְסִלּוֹת f. plur. i. q. סַלִּים *corbes*, ita dictae a *virgis lentis*, ex quibus contextae sunt Jerem. 6, 9. LXX. Vulg. κάρταλλος, *cartallus*. V. rad. סָלַל no. 2.

סלע rad. inusit. pr. *elati*, *alti* potestatem habens ut סָלַל, סָלָא, סָלָה et tertia radicali durius prolata סָלַק. Inde

סֶלַע m. 1) *rupes, petra* Iud. 15, 8. 11. 1 Sam. 23, 25 cet. Metaph. Deus dr. *petra* alic., i. e. refugium, quo tutus est ab hostibus Ps. 18, 3. 31, 4. 42, 10. 2) n. pr. *Petrae*, urbis primariae Idumaeorum, quae mare mortuum inter et sinum Aelaniticum in valle altis rupibus cincta sita erat, ita quidem ut maxima domiciliorum pars in rupem incisa esset. Scribitur c. art. הַסֶּלַע Iud. 1, 36. 2 Reg. 14, 7, poët. sine eo Jes. 16, 1. V. Relandi Palaestina p. 926—951. Hodie rudera urbis antiquae supersunt وادى موسى (vallis Mosis) dicta, v. Comm. nostr. ad Jes. l. c. et Burckhardti itin. Syriae caet. p. 703 sq. ed. germ.

סלעם rad. inus. quadril. *consumsit*, ut chald., unde

סָלְעָם m. *locustae* species alata et esculenta Lev. 11, 22.

סלף in Kal inusit.

Pi. 1) *pervertit*. Exod. 23, 8: וִיסַלֵּף דִּבְרֵי צַדִּיקִים *et* (donum) *pervertit causas proborum*. Deut. 16, 19. Prov. 19, 3: אִוֶּלֶת אָדָם תְּסַלֵּף דַּרְכּוֹ *stultitia hominis pervertit viam eius*. 2) *evertit, praecipitem dedit* aliq. Iob. 12, 19. Prov. 21, 12. 13, 6. 22, 12. Hinc

סֶלֶף m. 1) *eversio*, metaph. de sermone evertente i. e. instigante, turbulento Prov. 15, 4, opp. tranquillo, placido (מַרְפֵּא לָשׁוֹן). 2) *perversitas*, Prov. 11, 3, opp. תֻּמָּה.

סלק chald. *ascendit*, Dan. 7, 3. 8. 20. Praet. pass. id. Dan. 2, 29. Esr. 4, 12. Syr. Zab. Sam. id. Cf. supra ad rad. נָסַק.

סֹלֶת f. (sed masc. Ex. 29, 40) *farina* purissima Ezech. 16, 13. 19. 1 Chr. 9, 29. Gen. 18, 6. סֹלֶת חִטִּים farina triticea Exod. 29, 2. (Chald. סוּלְתָּא id., arab. سُلْتٌ hordeum decorticatum, ἄλφιτα, cf. verbum סַלַּת farinam cribro purgavit). De etymo ambigi potest. Verbum enim סַלַּת secundarium videtur et a nomine סֹלֶת ductum. Primariam rad. esse suspicor סָלַל concutiendi spec. cribrandi potestate i. q. זָלַל, unde סַל fem. סֹלֶת (de qua motione cf. דַּל f. דֶּלֶת a rad. דָּלַל, קַשְׂקַשִּׂים et קַשְׂקֶשֶׂת Lgb. p. 590). Ipsi veteres in origine definienda fluctuasse videntur: eamque ob causam modo masculinum modo femininum genus ei tribuebant.

סַם tantum in pl. סַמִּים *aromata*. Ex. 30, 34. קְטֹרֶת סַמִּים suffimentum odoratum Ex. 30, 7. 40, 27. (Syr. ܣܡܐ aroma, φάρμακον). Rad. סָמַם i. q. arab. شَمَّ olfecit.

סַמְגַּר נְבוֹ (fort. gladius Nebonis i. e. Mercurii, a pers. شمشير gladius) n. pr. praefecti militum Babyloniorum, Jer. 39, 3.

סְמָדַר m. quadrilitt. (conflatum ex verbo סָמַם olfecit, et הָדַר ornavit,

coll. arab. فكر erupit flos palmarum) *flos vitis*, οἰνάνθη. Cant. 7, 13: פֵּֽרְחָה הַגֶּפֶן פִּתַּח הַסְּמָדַר *germinat vitis, aperit se flos eius.* 2, 13: הַגְּפָנִים סְמָדַר *vites* sunt *flores.* V. 15: כְּרָמֵינוּ סְמָדַר *vineae nostrae* sunt *flores* i. e. florent (cf. Ex. 9, 31: הַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל). Symm. οἰνάνθη. LXX. κυπρίζω, κυπρισμός. (Syr. ܣܡܕܪܐ id. v. Jes. 17, 11 Pesch., zab. etiam de aliis floribus, velut cannabis, v. Norbergii Lexid. p. 159). Nonnulli Judaeorum magistri non *florem* vitis, sed *uvas parvulas* intelligunt *ante labruscam* (v. Surenhusii Mischna T. I. p. 309), quod etiam significat Vulgatus cap. 7, 13: accedunt Kimchius et Leonh. Hug (Schutzschrift für s. Erklärung des Hohenliedes p. 5): sed illud praefero propter 2, 13 et 7, 13. — Singularem profecto de hoc vc. coniecturam nuper nonnemo proposuit (Ephem. Jen. 1830, IV p. 333), סְמָדַר esse *vitis nobilis* speciem ita dictam ab oppido vini feraci سمندر, quod in Chazaria (hodie Astrachan) ad mare caspium haud procul ab ostio Wolgae situm Judaeis et Christianis habitatum et a Russis a. Chr. 969 expugnatum memorat Ibn Alvardi (Frähn ad Ibn Fozlan pag. 65), quodque a St. Andreae, illius regionis apostoli, monasterio nomen habere (cf. Serviae urbem سمندره s. Sendrovia a Slav. Sandrew i. e. St. Andreas) vel hodiernum nomen *San Andrewa* clamat.

סָמַךְ fut. יִסְמֹךְ 1) *imposuit* aliquid alicui rei, ita quidem ut ei incumberet, et inniteretur. סָמַךְ יָד עַל manum imposuit rei (die Hand worauf stützen), ita quidem ut manui innitatur Ex. 29, 10. 15. 19. Lev. 1, 4. 3, 2. 8, 14 cet. Am. 5, 19: וְסָמַךְ יָדוֹ עַל־הַקִּיר *et innititur manui parieti admotae.* Intr. *incubuit* alicui rei. Ps. 88, 8: עָלַי סָמְכָה חֲמָתֶךָ *mihi incumbit ira tua.* — 2) *fulsit, sustentavit, adiuvit* (aeth. ሰመከ፡) sq. acc. Ps. 37, 17. 24. 54, 6. Ez. 30, 6: סֹמְכֵי מִצְרַיִם *qui Aegyptum adiuvant,* Aegypti socii, sq. לְ Ps. 145, 14. Part. pass. סָמוּךְ suffultus, h. e. *immotus, firmus* Ps. 112, 8. Jes. 26, 3. Sq. dupl. acc. *sustentavit aliquem aliqua re,* i. e. *largitus est* ei. Gen. 27, 37: דָּגָן וְתִירֹשׁ סְמַכְתִּיו *frumentum et mustum ei largitus sum.* Ps. 51, 14. — 3) *appropinquavit,* sq. אֶל Ez. 24, 2. (Syr. id. Propinqui autem significatio ab innitendo, pertingendo ducta est, cf. rabb. סמך cohaesit, coniunctus, propinquus fuit, סמיך propinquus).

Niph. suffultus est Iud. 16, 29, *innixus est.* Ps. 71, 6. Jes. 48, 2. Metaph. 2 Chr. 32, 8.

Pi. fulsit i. e. *recreavit* Cant. 2, 5 (cf. סָעַד). Inde n. pr. יִסְמַכְיָהוּ et

סְמַכְיָהוּ (quem Jehova sustentat) n. pr. m. 1 Chr. 26, 7.

סָמַל rad. inusit., probab. *similis fuit*, cf. vic. מָשַׁל similis fuit et vide an eiusdem originis sit, lat. *similis* (ὁμαλός). Inde

סֶמֶל et **סֵמֶל** m. i. q. צֶלֶם *simulacrum* Ezech. 8, 3. 5. Deut. 4, 16. 2 Chr. 33, 7: פֶּסֶל הַסֶּמֶל *statua simulacri* s. *imaginem* referens.

סָמַם v. סַם.

סָמַן in Kal inusit. (vic. rad. זָמַן) *designavit, definivit,* talmud. סַמֵּן, unde סִימָן signum. Male confertur gr. σημαίνω, cuius η ad radicem non pertinet.

Niph. נִסְמָן *designatum, locus designatus.* Jes. 28, 25: שְׂעֹרָה נִסְמָן *et hordeum* (plantat) *in loco designato* h. e. in agro circumscripto. Ita Targ. Saad. Kimchius, eaque interpretatio reliquis praestat.

Quod alii interpretantur, *hordeum pingue*, a rad. سمن = שָׁמֵן pinguis fuit, id et syntaxeos legibus repugnat et orationi contextae, cf. Comment. nostrum. Plane coniecturale, quod LXX. Theod. Aqu. Vulg. exhibent, *milium*.

סָמַר *horruit*, *φρίσσειν* a) de coma (v. Pi. et סָמָר), inde de homine terrore correpto Ps. 119, 120: סָמַר בְּשָׂרִי Symm. ὀρθοτριχεῖ. b) de aculeis horrentibus, inde מַסְמֵר aculeus, *clavus*, et سمر chald. סַמֵּר clavis affixit.

Pi. id. *horruit* coma Iob. 4, 15. Hinc

סָמָר m. *horripilans, horridus*, ὀρθόθριξ, Jer. 51, 27 epitheton insecti יֶלֶק.

סָנָא rad. inusit. fortasse i. q. שָׂנֵא, unde סְנוּאָה et

סְנָאָה n. pr. oppidi Judae Esr. 2, 35. Neh. 7, 38, addito art. Neh. 3, 3.

סַנְבַלַּט n. pr. *Sanballat*, regis Persiae in Samaria satrapa, Neh. 2, 10. 4, 1. 6, 1. 2. 12. 14. 13, 28.

סָנָה rad. inusit., vel i. q. arab. سنا IV. extulit, elevavit, vel i. q. שָׁנַן سنّ acuit, acutus fuit. Inde

סְנֶה m. *rubus*, *sentis* Ex. 3, 2 sq. Deut. 33, 16. (Syr. ܣܢܝܐ id., arab. سَنَّا et سَنَا senna, folia sennae).

סֶנֶה (fort. i. q. שֵׁן dens, scopulus) n. pr. scopuli e regione Michmasi 1 Sam. 14, 4.

סְנוּאָה, addito art. הַסְּנוּאָה (exosa) n. pr. Neh. 11, 9.

סַנְוֵר quadril. inusit. chald. *excaecavit*, auctore Chr. B. Michaëli ex trilitt. نار luxit praeposito littera (v. Lgb. p. 862), auctore J. Simoni comp. ex سنا splenduit et עִוֵּר excaecavit. Hinc

סַנְוֵרִים m. pl. *caecitas* Gen. 19, 11. 2 Reg. 6, 18.

סַנְחֵרִיב n. pr. *Sanherib* (Herod. Σαναχάριβος), Assyriae rex ab anno 714 ad a. 696 a. C., quo tempore in templo Nisrochi a duobus filiis interfectus est 2 Reg. 18, 13. 19, 16—36. Jes. 36, 1. Praeterea vide de eo Herod. 2, 141, et Berosi fragmentum ap. Euseb. Chron. armen. ed. Aucher. T. I, p. 42. 43.

סָנַן rad. inusit. chald. et syr. *scopis verrit* (sed hoc secundarium est, v. rad. סָלַל no. 2).

סַנְסַנָּה (ramus palmae) n. pr. oppidi in australibus Judae Jos. 15, 31.

סַנְסִנִּים m. pl. i. q. תַּלְתַּלִּים, זַלְזַלִּים (l et n permutatis) *rami palmarum* penduli Cant. 7, 9. Cf. סַלְסִלָּה no. 2.

סְנַפִּיר quadrilitt. *pinna* piscium Lev. 11, 9. Deut. 14, 9. Origo incerta. Proficisci tamen videtur a rad. trilittera נָפַר, نفر fugit, festinavit, Pi. propulit, praemisso sibilo, cf. Lgb. p. 862.

סָס m. *tinea*, fort. ab exsiliendo dicta (rad. סוּס). Jes. 51, 8. (Syr. ܣܣܐ id., arab. سوس tinea, curculio, pediculus, gr. σής).

סִסְמַי (fort. pro סִמְסַי شمسى a شمس sol) n. pr. m. 1 Chr. 2, 40.

סָעַד fut. יִסְעַד *fulsit*, *suffulsit* Ps. 18, 36. Prov. 20, 28, inde *sustentavit*, *adiuvit* Ps. 20, 3. 41, 4. 94, 18. Spec. סָעַד לֵב *fulsit cor* i. e. refecit animum sumto cibo (v. לֵב no. 1, litt. a). Gen. 18, 5: סַעֲדוּ לִבְּכֶם *reficite animum vestrum*, recreate vos cibo. Ps. 104, 15. Iud. 19, 8. Intrans. 1 Reg. 13, 7 סַעֲדָה recrea te (cf. מִשְׁעָה).

N. deriv. מִסְעָד.

סְעַד chald. *adiuvit*, sq. לְ Esr. 5, 2.

סָעָה rad. ἅπαξ λεγόμ. i. q. arab. شعى *cucurrit*, *ruit se*, etiam de procellis dictum. Ps. 55, 9: רוּחַ סֹעָה *ventus currens* i. e. rapidus.

סְעִיף m. 1) *fissura*, *rima*. סְעִיף הַסֶּלַע fissura petrae Iud. 15, 8. 11, pl. סְעִיפֵי הַסְּלָעִים Jes. 2, 21. 57, 5. 2) *ramus* Jes. 17, 6. 27, 10, v. סְעַפּוֹת. (Utrumque complectitur arab. شعبة).

סָעַף *divisit* i. q. arab. شعب, ף et ב litteris permutatis. Hinc סְעִיף, סְעַפָּה, סְעִפָּה.

Pi. סֵעֵף (denom. a סְעִיף) *ramos amputavit* Jes. 10, 33.

סֵעֵף adj. verbale (formae קִטֵּל) *divisus*, i. e. *divisi animi* homo, qui certa fide et de rebus divinis persuasione carens huc illuc agitatur, *dubitator*, σκεπτικός. Pl. סֵעֲפִים Ps. 119, 113, Luth. *Flattergeister*.

סְעַפָּה f. i. q. סְעִיף et סַרְעַפָּה, tantum in pl. סְעַפּוֹת *rami*. Ezech. 31, 6. 8.

סְעִפָּה f. pl. סְעִפִּים *partes divisae*, *opiniones divisae*. 1 Reg. 18, 21: עַד מָתַי אַתֶּם פֹּסְחִים עַל־שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים Vulg. *usquequo claudicatis in duas partes*, h. e. inter Baalis et Jehovae cultum fluctuatis?

סָעַר (vic. radd. שָׂעַר et שָׁעַר q. v.) 1) *vehementer commotus est*, spec. mare procellis agitatum Jon. 1, 11. 13, *iactatus est* rebus adversis Jes. 54, 11, cf. Pi. 2) act. *instar procellae irruit* hostis Hab. 3, 14.

Niph. agitatum i. e. conturbatum *est* cor 2 Reg. 6, 11.

Pi. סֵעֵר *agitavit*, *iactavit* (populum) Zach. 7, 14.

Po. intrans. *exagitata*, *dispersa est* (palea) Hos. 13, 3. Hinc

סַעַר m. *procella* Jon. 1, 4. 12. Jer. 23, 19. 25, 32, et

סְעָרָה f. id. Jes. 29, 6, it. רוּחַ סְעָרָה Ps. 107, 25, et רוּחַ סְעָרוֹת Ez. 13, 11. 13 (v. שַׂעַר et שְׂעָרָה).

סַף m. cum Suff. סִפִּי pr. expansio (a rad. סָפַף), inde 1) *pelvis* Ex. 12, 22. Zach. 12, 2, pl. ־ים Jer. 52, 19, et ־ות 1 Reg. 7, 50. 2) *solum* (syr. ܣܦܐ atrium), *limen* Iud. 19, 27. 2 Reg. 12, 10. (Chald. et sam. id.). 3) n. pr. m. 2 Sam. 21, 18, pro quo 1 Chr. 20, 4 סִפַּי.

סָפָא v. מִסְפּוֹא.

סָפַד fut. יִסְפֹּד *percussit* pectus, quod lugentium est, *planxit*, max. mortuum. Cstr. absol. Eccl. 3, 4. 12, 5. Zach. 7, 5. 12, 12, sq. לְ eius, quem mortuum lugent 1 Reg. 14, 13. Gen. 23, 2, עַל 2 Sam. 11, 26. Jer. 4, 8. Zach. 12, 10, לִפְנֵי 2 Sam. 3, 31. Ita passim usurpatur, ut ad vocem lugentium referatur Mich. 1, 8: *instituam planctum* (מִסְפֵּד) *instar canum ferorum*. Jer. 22, 18: *eum non lugebunt* (dicentes): *vae! mi frater!* 34, 5: sed propriam tamen *tundendi* potestatem statuo, ut in gr. σφαδάζω, quam etiam LXX plerisque locis exprimunt (κόπτεσθαι). Jes. 32, 12: עַל־שָׁדַיִם סֹפְדִים *super ubera plangunt* (cf. lat. pectora, ubera plangere) sc. mulieres, cf. Nah. 2, 8. In verbo enim סֹפְדִים ad mulieres referendo nulla difficultas inest, quoniam mulierum mentio diserta ab his verbis longius abest (cf. adeo Comm. 11: חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת, vid. Gramm. hebr. §. 144, not. 1).

Niph. plangi, *lugeri* Jer. 16, 4. 25, 33.

N. deriv. מִסְפֵּד.

סָפָה 1) i. q. אָסַף *rasit*, *corrasit* (v. Hiph. no. 1), *abrasit* Jes. 7, 20, *abstulit* vitam Ps. 40, 15, *sustulit* aliquem e medio, Gen. 18, 21. 24, et intrans. *sublatus est*, *periit*. Jer. 12, 4.

2) i. q. יָסַף (sed אָסַף et יָסַף eiusdem stirpis sunt, vide pag. 82) *addidit*, tantummodo in imp. סְפוּ Jes. 29, 1. Jer. 7, 21, et inf. סְפוֹת Jes. 30, 1. It. *addidit ad* aliq., *auxit* (v. יָסַף no. 2) Num. 32, 14.

Niph. 1) i. q. נֶאֱסַף no. 2 *recepit se* (in domum). Jes. 13, 15: כָּל־הַנִּסְפֶּה *quicunque se recepit*, i. e. in domibus delitescit, abdidit se. Opp. כָּל־הַנִּמְצָא. — 2) *sublatus est, periit* Gen. 19, 15, max. in bello 1 Sam. 12, 25. 26, 10. 27, 1.

Hiph. corrasit, accumulavit. sq. עַל super al. Deut. 32, 23. LXX. συνάξω.

סִפּוּן m. (a rad. סָפַן) *tabulatum* (templi) 1 Reg. 6, 15.

סְפֹרָה f. *numerus* Ps. 71, 15. Rad. סָפַר.

I. סָפַח in Kal inusit., prob. i. q. יָסַף, סָפָה (cf. קָשַׁח, קָשָׁה, et quae observavimus s. v. קָלַח) *addidit.*

Niph. additus est, adiunxit se, sq. עַל Jes. 14, 1.

Pu. congregavit se Iob. 30, 7.

Hithp. i. q. Niph., sq. בְּ 1 Sam. 26, 19.

II. סָפַח i. q. שָׁפַח, arab. سفح 1) *fudit, effudit* (v. Pi. et nom. סָפִיחַ), 2) *unxit* (cf. נָסַךְ, syr. ܣܦܚ fudit, Aph. unxit aliquem episcopum). 1 Sam. 2, 36: סְפָחֵנִי נָא אֶל־אַחַת הַכְּהֻנּוֹת *unge* i. e. *constitue me quaeso ad munus aliquod sacerdotale.* 3) *expandit,* i. q. aeth. ሰፍሐ:, unde מִסְפָּחָה pulvillus.

Pi. infudit Hab. 2, 15.

Derivv. סָפִיחַ, מִסְפַּחַת, et

סַפַּחַת f. *porrigo*, ab effluvie capillorum dicta Lev. 13, 2. 14, 56. Cf. שָׁפַח.

סִפַּי v. סַף no. 3.

סָפִיחַ n. pr. *effusum, effusio* (a rad. ספח no. II), inde 1) *frumentum* ex superioris anni granis sine novo semente sponte proveniens Lev. 25, 5. 11. 2 Reg. 19, 29. Jes. 37, 30, cf. סָחִישׁ. 2) *inundatio* Iob. 14, 19.

סְפִינָה f. *navis*, semel Jon. 1, 5. (Syr. et arab. id.). Rad. סָפַן tabulavit.

סַפִּיר m. pl. ־ִים, *sapphirus*, gemmae species a pulchritudine et splendore dicta (v. rad. סָפַר no. 1. 2). Ex. 28, 18. 39, 11. Iob. 28, 6. 16. (Syr. ܣܦܝܠܐ, chald. סַמְפִּיר).

סָפַל rad. inusit., prob. i. q. سفل, שָׁפַל *humilis fuit*, unde

סֵפֶל m. *labrum*, non reperitur nisi Iud. 5, 25. 6, 38. (Chald. talmud. et arab. سفل id. V. Bocharti Hieroz. I, 549).

סָפַן fut. יִסְפֹּן pr. *texit* (cf. vicinas radd. שָׁפַן, צָפַן), inde 1) *contignavit*, sq. dupl. acc. 1 Reg. 6, 9. 7, 3. 2) *tabulavit, contabulavit* 1 Reg. 7, 7. Jer. 22, 14. Hagg. 1, 4. 3) *abscondit, asservavit.* Deut. 33, 21: וַיַּרְא כִּי־שָׁם חֶלְקַת מְחֹקֵק סָפוּן *videbat portionem a legislatore assignatam ibi asservatam esse* (סָפוּן sexu convenit non cum חֶלְקָה, ad quod refertur, sed cum propiore מְחֹקֵק, cf. 1 Sam. 2, 4. Lgb. p. 721).

Nomm. deriv. סִפּוּן, סְפִינָה.

סָפַף in Kal inusit. Aeth. ሰፈፈ: *expandit*, unde סַף pelvis, limen. Ab hoc nomine ductum est

Hithpo. הִסְתּוֹפֵף *in limine stetit* Ps. 84, 11.

I. סָפַק fut. יִסְפֹּק i. q. arab. سفق, صفق 1) *percussit*, spec. a) ס׳ עַל יָרֵךְ *femur percussit*, quod indignantium et lugentium est Jerem.

31, 19, אַל יָרֵךְ Ez. 21, 17, cf. Il. 12, 162. 15, 397. Od. 13, 198. b) סָפַק אֶת־כַּפָּיִם *manus complosit*, quod et indignantis est Num. 24, 10, et irridentis (quasi *explosit* aliquem), sq. עַל Thren. 2, 15. Iob. 27, 23 (ubi 31 codd. exhibent שׂ pro ס), etiam omisso vc. כַּפַּיִם Iob. 34, 37. 2) *castigavit* (Deus) ibid. V. 26. — Aliquoties scribitur שָׂפַק, q. v.

II. סָפַק *vomuit, evomuit* (spucken, speyen) Jer. 48, 26. Syr. ܣܦܩ redundavit. Inde

סֵפֶק *redundantia, abundantia* Iob. 20, 22.

סָפַר fut. יִסְפֹּר 1) pr. i. q. arab. سفر *scalpsit, rasit* (vic. צָפַר no. II, ظفر), inde *polivit* (cf. סַפִּיר, et verbum cogn. שָׁפַר);

2) spec. *insculpsit* litteras in lapidem, inde *scripsit*. Part. סֹפֵר *scriba* Ps. 45, 2. Ez. 9, 2. 3, spec. a) scriba regius i. e. amicus regis, qui ei *ab epistolis* est 2 Sam. 8, 17. 20, 25. 2 Reg. 12, 11. 19, 2. 22, 3 sq. b) *tribunus militum*, qui exercitui *conscribendo* praefectus est Jer. 37, 15. 52, 25. 2 Reg. 25, 19, cf. 2 Chr. 26, 11. Jes. 33, 18, gener. de duce militum Iud. 5, 14. c) in libris recentioribus: librorum sacrorum peritus, γραμματεύς 1 Chr. 27, 32. Esr. 7, 6, quo nomine Esras appellatur Neh. 8, 1 sq. 12, 26. 36. Esr. 7, 11.

3) *numeravit* Gen. 15, 5. Lev. 15, 13. 28.

Niph. pass. Kal no. 3 *numeratus est* Gen. 16, 10. 32, 13.

Pi. 1) i. q. Kal no. 3 *numeravit*, Iob. 38, 37. Ps. 40, 6. — 2) *narravit, enarravit* (pr. enumeravit, cf. germ. zählen, erzählen) Gen. 24, 66. 40, 9. Iob. 28, 27, sq. אֶל *de* al. re Ps. 2, 7. 69, 27, max. *cum laude narravit, celebravit* Ps. 19, 2. 40, 6. 78, 4. 3) simpl. *locutus est, sermones fecit* Ps. 46, 6. 73, 15.

Pu. סֻפַּר pass. Pi. no. 2 *narrari* Ps. 22, 31. Iob. 37, 20.

Deriv. סְפֹרָה, סַפִּיר, et quattuor nomina sequentia.

סָפַר m. chald. 1) *scriba* isque regius, qui satrapae ad manum erat Esr. 4, 8. 9. 17. 23. 2) γραμματεύς, *librorum sacrorum peritus* Esr. 7, 12. 21.

סֵפֶר m. cum Suff. סִפְרִי, pl. סְפָרִים, cstr. סִפְרֵי 1) *scriptura*, arab. سِفْر, syr. ܣܦܪܐ, a) ars scribendi et legendi. Jes. 29, 11. 12: יוֹדֵעַ הַסֵּפֶר *scripturae peritus*; b) scripturae genus Dan. 1, 4: סֵפֶר וּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים *scriptura* (litterae) *et lingua Chaldaeorum*. V. 17.

2) *scriptum*, quidquid scriptum est, de libello factae emtionis Jer. 32, 12 sq., de libello accusatorio Iob. 31, 35, de libello repudii Deut. 24, 1. 3; de *epistola* 2 Sam. 11, 14. 2 Reg. 10, 1.

3) *liber* Ex. 17, 14. סֵפֶר הַתּוֹרָה liber legis Jos. 1, 8. 8, 34, סֵפֶר הַבְּרִית liber foederis Exod. 24, 7. 2 Reg. 23, 2, de eodem poët. dicitur מְגִלַּת סֵפֶר volumen libri Ps. 40, 8, et κατ᾽ ἐξοχὴν סֵפֶר Jes. 29, 18, ut arab. ٱلْكِتَابُ liber, spec. Coranus. סֵפֶר חַיִּים liber vitae, index viventium qui penes Deum est Ps. 69, 29, cf. Dan. 12, 1. Apoc. 20, 12. 15. הַסְּפָרִים Dan. 9, 2 libri (sacri), τὰ γράμματα. עֲשׂוֹת סְפָרִים libros facere, contemtim de librorum fabris. Eccl. 12, 12.

סְפַר chald. i. q. hebr. סֵפֶר *liber*, pl. סִפְרִין Esr. 4, 15. Dan. 7, 10.

סְפָר m. 1) *numeratio* 2 Chr. 2, 16. 2) n. pr. oppidi in Arabia Gen. 10, 30, v. s. v. מֵשָׁא.

סְפָרַד Obad. 20, n. pr. regionis aliunde ignotae, in quam exules

Israëlitarum deportati sunt, auctore Vulg. *Bosphorus*, auctoribus Syr. Chald. et Hebraeis *Hispania*, quod manifesto falsum. Alii *Sippharam* esse volunt, sed haec potius esse videtur סְפַרְוַיִם.

סִפְרָה f. *liber*, i. q. סֵפֶר Ps. 56, 9.

סְפַרְוַיִם 2 Reg. 17, 24. 18, 34. 19, 13. Jes. 36, 19. 37, 13 n. pr. oppidi Assyriorum imperio subiecti, unde coloni in agrum Samariae deducti sunt, prob. *Sipphara* Mesopotamiae ad Euphratem sita. Nom. gent. plur. סְפַרְוִים 1 Reg. 17, 31.

סֹפֶרֶת (scriba, de forma feminina in nominibus muneris cf. Lgb. 468) n. pr. m. Esr. 2, 55, addito art. Neh. 7, 57.

סָקַל *lapidavit*, *lapidibus obruit* aliquem, quae poena capitalis erat apud Hebraeos, de qua vide Rabbinorum sententias diiudicatas ap. Chr. B. Michaëlem in dissert. de iudiciis poenisque capitalibus §. 5, in Pottii syll. IV, p. 185. (*Lapidandi* autem significatum vix primarium putem, praesertim quum in Pi. etiam *elapidandi* potestas sit. Origo esse videtur in rad. שָׁקַל, ثَقُلَ ponderosus, gravis fuit, unde nomen inusit. סֶקֶל lapis, a gravitate dictus, et inde ductum denom. סִקֵּל lapidavit, Pi. id. et elapidavit). Cstr. sq. acc. pers. Ex. 19, 13. 21, 28; saepe addita voce בָּאֲבָנִים Deut. 13, 11. 17, 5. 22, 24, cf. syn. רָגַם.

Niph. pass. *lapidatus est* Ex. 19, 13. 21, 28 sqq.

Pi. 1) i. q. Kal *lapidibus petiit* aliquem 2 Sam. 16, 6. 13. 2) *lapidibus purgavit, elapidavit* agrum (cf. Gramm. hebr. §. 51, 2, c) Jes. 5, 2, addito מֵאֶבֶן 62, 10.

Pu. pass. *lapidatus est* 1 Reg. 21, 14. 15.

סַר adj. (rad. סָרַר no. 2) f. סָרָה pr. *malus*, inde *tetricus*, *tristis*, *stomachosus*, de vultu alic. (nostr. böse aussehend). 1 Reg. 20, 43. 21, 4. 5.

סָרַב rad. inusit., chald. *refractarius*, *rebellis fuit*, unde

סָרָב (pro סָרֵב, formae קָטֵל) m. *rebellis* Ez. 2, 6 Nonnulli ex Hebraeis סָרָבִים *spinas* interpretati sunt, et Castellus in Heptagl. *urticas* (coll. סָרַף ussit): sed vulgarem sententiam recte tuetur Celsius in Hierob. II, p. 222 (de cuius sententia perperam refert Simonis).

סַרְבֵּל quadril. chald. *texit*, *operuit* (v. Buxtorf. p. 1548), ut veste, carne, adipe; ortum ex Pa. סַבֵּל pr. portare fecit, arab. سَرْبَلَ induit indusium, tunicam. Inde

סַרְבָּלִין m. chald. *saraballae* i. e. braccae laxae et talares, quales hodieque in Oriente gestantur Dan. 3, 21. 27. (Arab. سِرْوَال pl. سَرَاوِيل, syr. et chald. ܫܪܒܠܐ, שַׁרְוָלִין id., pers. transpon. شلوار id., unde gr. σαράβαρα, σαράβαλλα, σαράπαρα, gr. recent. σαρβαρίδες, lat. *sarabara, saraballa* Isid. Orig. 19, 23, hispan. *ceroulas*, hungar. et slavon. *schalwary*, polon. *scharmvari*, v. Frähn ad Ibn Foſslan pag. 112 sqq.).

סַרְגוֹן (fort. pers. سرجونه princeps solis) n. pr. regis Assyriae, qui Sanheribo antecessit anno 716—714 a. Chr. Jes. 20, 1.

סָרַד rad. inusit., aram. ܣܪܕ timuit, tremuit, unde

סֶרֶד (timor) n. pr. m. Gen. 46, 14, unde patron. סַרְדִּי Num. 26, 26.

סָרָה f. (a rad. סוּר) pr. *recedere*, *recessio*, inde 1) *migratio* legis, *delictum* Deut. 19, 16. 2) *defectio a Jehova* Deut. 13, 6. Jer. 28, 16.

29, 32. Jes. 1, 5. 31, 6. 59, 13. 3) *cessatio* Jes. 14, 6. Alii primam et alteram significationem ducunt a rad. סָרַר refractarius fuit: quod tamen non opus.

סִרָה (recessio) n. pr. cisternae 2 Sam. 3, 26.

סָרַח 1) *effudit* i. q. arab. سرح (v. diss. Lugdd. pag. 700 sqq.). Part. pass. סָרוּחַ *effusus* i. e. prostratus in lectulo. Am. 6, 4. 7. Intrans. Ez. 17, 6: גֶּפֶן סֹרַחַת *vitis late fusa*. 2) *redundavit*, de aulaeo Ex. 26, 12; part. pass. סָרוּחַ *redundans* V. 13. Ezech. 23, 15: סְרוּחֵי טְבוּלִים *redundantes* s. luxuriantes *mitris*, tiaras gestantes longas de capite dependentes.

Niph. effusus est, metaph. Jer. 49, 7: נִסְרְחָה חָכְמָתָם num *sapientia eorum effusa est?* Cf. rad. בָּקַק no. 1, b. Hinc

סֶרַח m. *redundantia*, concr. *redundans* Ex. 26, 12.

סִרְיוֹן i. q. שִׁרְיוֹן *lorica* Jer. 46, 4. 51, 3.

סָרִיס st. cstr. סְרִיס, plur. סָרִיסִים, cstr. סָרִיסֵי et סְרִיסֵי, syr. ܣܪܝܣܐ 1) *castratus*, *eunuchus* (v. rad. סרס) Jes. 56, 3. 4, quales orientis reges gynaeceo (Esth. 2, 3. 14. 15. 4, 5) aliisque officiis aulicis praeficere solebant (Esth. 1, 10. 12. 15). רַב הַסָּרִיסִים Dan. 1, 3, שַׂר הַסָּרִיסִים V. 7 sq. *princeps eunuchorum*, qui pueris regiis praeerat, ut hodieque in Turcia *Kislar Aga* princeps eunuchorum pueris regiis Sultani *Itschoghlan* dictis praeest. — Inde 2) quivis *minister aulicus* etiam non castratus (Gen. 37, 6. 39, 1), quanquam difficile est ad definiendum, quibus locis primaria verbi potestas servata sit, quibus ea perierit 1 Sam. 8, 15. 1 Reg. 22, 9. 2 Reg. 9, 32. 20, 18. 24, 12. 15. 25, 19 (ubi סָרִיס militibus praefectus est). Jer. 34, 19. 41, 16. Targ. passim reddit: רַבָּא princeps, Arabs خادم minister: Syrus tamen ubique ܡܗܝܡܢܐ eunuchus (pr. fidelis; putabantur enim castrati singularem fidem dominis suis praestare), et sic LXX. Vulg.

סָרַךְ vel **סְרַךְ** tantum in pl. סָרְכִין chald. *minister regius* Persarum Dan. 6, 3 sqq. In Targg. סַרְכָא, סַרְכָן, plur. סָרְכִין, legitur pro hebr. שֹׁטֵר praefectus, magistratus. De etymo nihil definio. Simplicissima tamen videtur ea ratio, qua סְרַךְ compositum statuitur ex שַׂר سر princeps et terminatione Persarum servili ־ַךְ, ut in voce גִּנְזַךְ.

סֶרֶן tantum in plur. סְרָנִים, סַרְנֵי 1) *axes currûs* 1 Reg. 7, 30. (Syr. ܣܪܢܐ id. Origo ambigua). — 2) *principes* (cf. قطب axis, polus, metaph. princeps, quasi cardo populi), vc. proprium de Philistaeorum quinque principibus Jos. 13, 3. Iud. 3, 3. 16, 5 sq. 1 Sam. 6, 4 sq. 5, 8 sq. 29, 6.

סרס rad. inusit., quam idem notasse suspicor quod affine שֵׁרֵשׁ (denom. a שֹׁרֶשׁ) *eradicavit*, dein *exstirpavit* spec. testiculos, *castravit*. Syr. et chald. ܣܪܣ, סָרַס castravit. Inde סָרִיס سريس castratus (pr. exstirpatus), unde verbum secundarium سَرِسَ impotens ad Venerem fuit.

סַרְעַפָּה f. *ramus*, i. q. סְעַפָּה littera ר inserta Ez. 31, 5. Syr. ܣܪܥܦ germinavit.

סָרַף in Kal inusit. i. q. שָׂרַף *combussit*.

Pi. part. מְסָרֵף *combustor* (mor-

tuorum), qui rogum incendit Am. 6, 10, quod a proximo consanguineo fieri solebat. 23 codd. Kennic. et complures de Rossii exhibent מְשָׂרְף.

סִרְפַּד m. Jes. 55, 13, plantae species in deserto crescens. LXX. Theod. Aqu. *κόνυζα*, Vulg. *urtica*. Io. Simonis (iam in prima editione) conferebat syr. ܣܦܪܐ sinapi album, idque nuper denuo commendavit Ewaldus gr. hebr., sed hoc est a pers. سپيد, اسپيد albus, neque potest ex nostro vc. contractum videri.

סָרַר 1) *refractarius, contumax fuit,* pr. de iumentis refractariis (affine rad. סוּר). In solo part. סֹרֵר f. סֹרֶרֶת *refractarius, contumax,* de vacca indomita Hos. 4, 16, de filio parentibus obsequium denegante Deut. 21, 18. 20. Ps. 78, 8. Jer. 5, 23, de muliere excusso iugo libidinibus indulgente Prov. 7, 11, de populo Israëlitico Jes. 1, 23. 30, 1. 65, 2. Ps. 68, 19. Hos. 9, 15. — A iumentis refractariis iugum de humero decucutientibus petita est locutio נָתַן כָּתֵף סֹרֶרֶת humerum dedit refractarium i. e. contumax fuit Neh. 9, 29. Zach. 7, 11. Paronomasia inest in his Jeremiae 6, 28: סָרֵי סוֹרְרִים *qui defecerunt ad contumaces.* — 2) *malus fuit* i. q. arab. شَرَّ. Inde סַר.

סָתָה rad. inusit. Arab. شتا, syr. ܐܫܬܝ (quanquam haec fortasse denominativa sunt) *hiemavit*. Inde

סְתָו Keri סְתָיו m. *hiems* Cant. 2, 11. (Aram. et arab. شَتْوَةٌ, ܣܬܘܐ id.).

סְתוּר (absconditus) n. pr. phylarchae Aseritarum Num. 13, 13.

סָתַם i. q. שָׂתַם 1) *obstruxit*, ut fontes 2 Reg. 3, 19. 25. 2 Chr. 32, 3. 4. (Affines sunt radd. a spiritu ordientes חָסַם, חָתַם, חָטַם q. v.) — 2) *conclusit, occultavit* Dan. 8, 26. 12, 4. 9. Part. pass. סָתוּם absconditum, occultum. Ez. 28, 3.

Niph. obstructus est (de rimis muri) Neh. 4, 1.

Pi. i. q. Kal signif. 1, Gen. 26, 15. 18.

סָתַר *occultavit* in Kal semel Prov. 22, 3 Chethibh, ubi Keri habet Niph. cf. 27, 12.

Niph. 1) *occultus fuit, latuit.* Iob. 3, 23: *viro* אֲשֶׁר דַּרְכּוֹ נִסְתָּרָה *cui via sua occulta est,* qui nescit quomodo e calamitatibus se expediat, exeat. Sq. מִן *καλύπτεσθαι ἀπό τινος* (cf. מִן no. 3, a), *latuit aliquem* Ps. 38, 10. Jes. 40, 27. Gen. 31, 49: *ubi occulti erimus alter ab altero*, ubi longe remoti erimus alter ab altero; sq. מֵעֵינֵי Hos. 13, 14: *poenitentia occulta est ab oculis meis*, h. e. me latet, eam quasi ignoro; sq. מִפְּנֵי (lat. occultari a conspectu alic. Plaut.) Deut. 7, 20, מִלְּפָנַי Jer. 16, 17, מִנֶּגֶד Am. 9, 3. Part. נִסְתָּרוֹת *occulta, arcana* Deut. 29, 28, spec. peccata occulta, ab inscio commissa Ps. 19, 13. — 2) *se occultavit* 1 Sam. 20, 5. 19, sq. מִן Ps. 55, 13 et מִפְּנֵי Gen. 4, 14.

Pi. occultavit Jes. 16, 3. *Pu. occultus fuit* Prov. 27, 5.

Hiph. הִסְתִּיר *occultavit.* Iob. 3, 10: וַיַּסְתֵּר עָמָל מֵעֵינָי *et* (quod non) *occultavit calamitatem ab oculis meis*, eam a me avertit, declinavit. 1) *obvelavit*, max. faciem Ex. 3, 6, sq. מִן *ab* aliquo Jes. 53, 3: כְּמַסְתֵּר פָּנִים מִמֶּנּוּ pro כַּאֲשֶׁר מ׳ פ׳ מ׳ *sicut talis a quo faciem occultant* i. e. a quo oculos avertunt, tanquam a re foeda et abominanda. (מַסְתֵּר h. l. est part. more Chaldaeorum formatum, pro מַסְתִּיר, quod 4 libri exhibent, h. l. impers. q. d. כְּמוֹ אֲשֶׁר מִמֶּנּוּ יַסְתִּירוּ פָּנִים). Spec. Jehova dicitur *occultare s. obvelare faciem,* a) ubi non curat res hu-

manas Ps. 11, 11, sq. מִן Ps. 10, 11. 51, 11: הַסְתֵּר פָּנֶיךָ מֵחֲטָאָי *obveles faciem tuam a peccatis meis*, noli ea curare, condona ea. b) ubi animum significat offensum et iratum (opp. הֵאִיר פָּנִים) Ps. 30, 8. 104, 29, sq. מִן pers. velavit faciem (et avertit) ab aliquo Ps. 22, 25. 27, 9. 88, 15. 102, 3. 119, 19. Jes. 54, 8. 64, 6 et saepe; omisso פָּנִים Jes. 57, 17: אַכֵּהוּ הַסְתֵּר וְאֶקְצֹף *percussi eum* (populum) *faciem obvelans et irascens.* — 2) *celavit* aliquem aliquid, sq. מִן pers. 1 Sam. 20, 22, sq. מִפְּנֵי 2 Reg. 11, 2. — 3) *tuitus est, defendit* Ps. 31, 21. 27, 5, sq. מִן ab aliquo 64, 3.

Hithp. הִסְתַּתֵּר *occultavit se* 1 Sam. 23, 19. 26, 1. Jes. 29, 14. 45, 15.

Nomm. deriv. מִסְתָּר, מִסְתּוֹר, סֵתֶר, סִתְרָה, et nomm. pr. סְתוּר, סִתְרִי.

סְתַר chald. Pa. 1) *occultavit.* Part. pass. pl. f. *occulta, arcana* Dan. 2, 22. — 2) *destruxit* (pr. occultavit, removit e conspectu hominum, cf. כַּחֵד et הִכְחִיד) Esr. 5, 12. In Targg. saepe, syr. Pe. id.

סֵתֶר c. Suff. סִתְרִי 1) *occultatio*, inde *occultum, clandestinum, arcanum.* Iud. 3, 19: דְּבַר־סֵתֶר *arcani quid.* 1 Sam. 25, 20: סֵתֶר הָהָר *occulta regio montani.* לֶחֶם סְתָרִים panis qui clam comedi debet Prov. 9, 17. C. praef. בַּסֵּתֶר *occulte, clam* 1 Sam. 19, 2. 2 Sam. 12, 12. Iob. 13, 10. 31, 27. Prov. 21, 14 et saepe. — 2) spec. *velamen.* (Arab. سِتْر, syr. ܣܶܬܪܳܐ velum, cortina) Iob. 22, 14. 24, 15. Ps. 81, 8: בְּסֵתֶר רַעַם *in velamine tonitru*, in nubibus fulminibus gravidis. Ps. 18, 12. — 3) *praesidium, tutela* Ps. 27, 5. 32, 7. 61, 5. 91, 1. 119, 114. Jes. 32, 2.

סִתְרָה f. i. q. סֵתֶר no. 3 *tutela* Deut. 32, 38.

סִתְרִי (pro סִתְרִיָּה tutela Jehovae) n. pr. m. Ex. 6, 22.

ע

Ajin עַיִן oculus (cf. figuram eius O in monumentis phoeniciis), sexta decima alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *septuaginta.*

Vigente lingua hebraea hoc elementum linguis Semiticis proprium et peculiare nostrisque organis pronuntiatu difficillimum, pariter atque ח, duplicis pronuntiationis fuisse videtur, quam Arabes puncto diacritico distinguunt (ع Ain, غ Ghain). Ac lenius quidem leni gutturis halitu eloquebantur, instar litterae א, paulo tamen fortius et ita ut sonus *a* vel *e* furtim prolato similis accederet: ab interpretibus graecis propterea modo spiritibus leni et aspero, modo vocalibus furtivis expressum est, ut עֲמָלֵק Ἀμαλήκ, עִבְרִי Ἑβραῖος, הוֹשֵׁעַ Ὡσηέ, גִּלְבֹּעַ γελβουέ, עִיר εἰρ (v. Orig. ad Gen. 28, 19. Montf. Hexapl. T. II p. 397). Contra Ain durius, quod Arabes Ghain vocant, sonus erat raucus in imo gutture prolatus cum stridore coniunctus, ita ut ad r litteram fere accederet: idque LXX interpretes littera Γ exprimere solent, ut עַזָּה Γάζα, עֲמֹרָה Γόμοῤῥα. Inde autem factum, ut complures radices hebraeae duas proprie radices diversae significationis complectantur, quarum altera arabice littera ع, altera غ scribitur, ut עָלַל عَلَّ iterum bibit, racematus est, et עָלַל غَلَّ inseruit, intravit, adde עָרַב, עָצָה, עָמַם, עָלַם, עוּר: in aliis variae unius eiusdemque radicis potestates ab Arabibus duplici

pronuntiandi ratione distinguuntur, v. עִיר, עָמַר.

Caeterum lenior illa pronuntiatio apud Hebraeos frequentior fuisse videtur, quemadmodum etiam apud Arabes ع littera longe crebrior est litterâ غ; eamque ob causam ע persaepe *permutatur* cum א, vel, ut accuratius dicamus, ע saepe emollitur in litteram א (p. 1): solet etiam in mediis vocabulis praevio Schwa, pariter atque ה et א, *abiici*, ut בַּעַל contr. בַּל, בְּעִי contr. בִּי. Contra ע durius prolatum sono affine erat a) litteris palatinis, ut ג, כ, ק, v. pag. 186. 457, adde עָטַר et כָּתַר circumdedit; נָבַע (נָבָא) et נָבַג, נָבַק ebullivit, chald. אַרְעָא et אַרְקָא terra, שְׁמַע, שָׁמַק; adeoque b) litterae ר (qua non pauci exprimunt arabicum *Ghain*), ut מָעַט et מָרַט polivit. Praeterea notanda creberrima permutatio litterarum צ et ע, eaque ita comparata, ut pro hebraeo צ Aramaei abiecto et sibilo et sono t nihil nisi spiritum gutturalem retineant, velut צֹאן, ܥܳܢܳܐ pecus; אֶרֶץ, ܐܰܪܥܳܐ terra; צֶמֶר, ܥܰܡܪܳܐ lana; חָלַץ خلص et خلع exuit: vide de causa et natura huius permutationis Ewaldi gramm. hebr. p. 33.

I. עָב m. architecturae vc., *limina*, *gradus*, quibus ad porticum ascenditur. 1 Reg. 7, 6. Ez. 41, 25. Plur. עֻבִּים (a sing. עֹב) Comm. 26. Targ. in utroque loco bene: סְקוֹפְתָא limina. Vulg. *epistylium*, invito locorum contextu, quanquam (quae est linguae hebraeae in eiusmodi terminis egestas) vc. hebraeum fortasse etiam hoc comprehendebat. Favet enim etymon a *tegendo* (v. rad. עָבַב).

II. עָב comm. (m. Jes. 19, 1. Eccl. 11, 3. f. 1 Reg. 18, 44) cstr. עַב, pl. עָבִים cstr. עָבֵי 2 Sam. 22, 12 et עָבוֹת ibid. 23, 4 (a rad. עוּב) 1) *caligo*, maxime nubis. Ex. 19, 9: בְּעַב הֶעָנָן *in caligine nubis*. Ps. 18, 12: עָבֵי שְׁחָקִים *caligines nubium*. — Hinc 2) *nubes* ipsa Iob. 36, 29. 37, 11. 16. — 3) *densa* silvae caliginosa, pl. עָבִים Jer. 4, 29.

עֹב v. עָב no. I.

עָבַב rad. inusit. prob. *texit*, *occultavit*, cf. غبي i. q. חָבָא, חָבָה, خبى latuit II. occultavit, عاب med. Je latuit. Inde עָב no. I.

עָבַד fut. יַעֲבֹד 1) *laboravit* (arbeiten), *opus fecit*. (Aram. ܥܒܰܕ, עֲבַד fecit i. q. hebr. עָשָׂה; arab. عبد deum coluit, v. no. 2, b, Conj. II. ad servitutem redegit, v. no. 3). Constr. absol. Exod. 20, 9: שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד *sex dies opus facies* (opp. שָׁבַת). Deut. 5, 13. Eccl. 5, 11. Sq. acc. rei, *laborem posuit* in aliqua re (etwas *be*arbeiten), *coluit* agrum Gen. 2, 5. 3, 23. 4, 2, vineam Deut. 28, 39, hortum Gen. 2, 15, de opificibus Jes. 19, 9: עֹבְדֵי פִשְׁתִּים *qui linum tractant*. Ez. 48, 18: עֹבְדֵי־הָעִיר *qui in urbe* (aedificanda) *operam collocant*. Omisso acc. Deut. 15, 19: *ne* (agrum) *colas* i. e. ne ares adhibito *primogenito bovis tui*.

2) *serviit*, *operam praestitit* Gen. 29, 20, plerumque sq. acc. pers. serviit alicui (nostr. jemanden *be*dienen) Gen. 27, 40. 29, 15. 30, 26, sq. לְ 1 Sam. 4, 9, עִם apud al. Gen. 29, 25. 30. Lev. 25, 40, et לִפְנֵי 2 Sam. 16, 19 (de ministro regis, cf. עָמַד לִפְנֵי). Sq. dupl. acc. Gen. 30, 29: יָדַעְתָּ אֵת אֲשֶׁר עֲבַדְתִּיךָ *scis*, *quid tibi praestiterim*. Spec. *servire* dicuntur: a) populus populo Gen. 14, 4. 15, 14. 25, 23. Jes. 19, 23. Eodem pertinet Gen. 15, 13: וַעֲבָדוּם וְעִנּוּ אֹתָם *et servient iis* (Israëlitae Aegyptiis) *hique* (Aegyptii) *eos vexabunt*. b) Deo vel idolis i. e. deum vel idola *colere*, sq. acc. Ex.

3, 12. 9, 1. 13. Deut. 4, 19. 8, 19. 30, 17, sq. לְ Jer. 44, 3. Iud. 2, 13. Absol. de cultu Jehovae Iob. 36, 11: *si obediunt et* Jehovam *colunt.* Jes. 19, 23: *et* Jehovam *colent Aegyptii cum Assyriis* (v. supra linguae arabicae usum). — Dicitur etiam c) c. dupl. acc. *colere Jovam aliqua re* i. e. offerre sacrificium Ex. 10, 26, et omisso nomine Dei עָבַד זֶבַח וּמִנְחָה offerre sacrificia cruenta et incruenta Jes. 19, 21 pr. (Deum) colere oblatis sacrificiis cet.

3) עָבַד בְּ causat. i. q. הֶעֱבִיד (cf. בְּ litt. B, 4) *laborem, servitutem imposuit* alicui. Lev. 25, 39: לֹא־תַעֲבֹד בּוֹ עֲבֹדַת עָבֶד *ne opus servile ei imponas.* V. 46. Ex. 1, 14. Jer. 22, 13. 25, 14. 30, 8.

Niph. coli a) de agro Deut. 21, 4. Ez. 36, 9. 34, b) de rege, qui a civibus colitur Eccl. 5, 8.

Pu. 1) i. q. Niph. Deut. 21, 3, cf. 15, 19. — 2) pass. Kal no 3 Jes. 14, 3: *servitus gravis* אֲשֶׁר עֻבַּד בָּךְ *quae tibi imposita est.* Pro עֻבַּד exspectes עֻבְּדָה, sed vide gramm. hebr. §. 138, 1, b.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *laborare fecit, ad opus faciendum coëgit,* sq. acc. Ex. 1, 13. 6, 5; inde *gravi labore molestiam creavit, fatigavit.* Jes. 43, 23: *te non fatigavi* offerendis *sacrificiis* .... 24: אַךְ הֶעֱבַדְתַּנִי בְּחַטֹּאותֶיךָ *tu autem me fatigasti peccatis tuis.* — 2) causat. no. 2 *servire fecit* Ez. 29, 18; *ad servitutem redegit* (populum) Jer. 17, 4. — 3) causat. no. 2, b. 2 Chr. 34, 33.

Hoph. הָעֳבַד *ad serviendum* s. colendum *adactus est.* Ex. 20, 5: לֹא תָעָבְדֵם *ne ad eos* (deos falsos) *colendos adigaris.* 23, 24. Deut. 5, 9, inde *serviit* (aliis persuadentibus, urgentibus) 13, 3.

Inde nomm. derivv., quae protinus sequuntur ab עָבַד — עַבְדוּת, praeterea מַעֲבָד.

עֲבַד chald. *fecit,* i. q. hebr. עָשָׂה Dan. 3, 1. 15. עֲבַד קְרָב bellum gessit Dan. 7, 21. עֲבַד בְּ cum aliquo egit (pro arbitrio) 4, 32, עֲבַד עִם id. Esr. 6, 8.

Ithpe. factus est Esr. 4, 19. 5, 8. 7, 26. Dan. 3, 29.

Nomm. deriv. עֲבַד, עֲבִידָא, מַעְבָד.

עֶבֶד m. 1) *servus* (Knecht), qui apud Hebraeos *mancipium* (Sklav, Leibeigener) esse solebat Gen. 12, 16. 17, 23. 39, 17. Ex. 12, 30. 44 et persaepe. Gen. 9, 25: עֶבֶד עֲבָדִים *servus servorum,* servus vilissimus. — *Servi* autem nomen usurpatur a) de universis populis, qui aliis parent, stipendiarii sunt Gen. 9, 26. 27. 27, 37; b) de *servis regis* i. e. ministris et aulicis v. c. עַבְדֵי פַרְעֹה Gen. 40, 20. 41, 10. 37. 38. 50, 7. Exod. 5, 21. 7, 10. 10, 7, עַבְדֵי שָׁאוּל 1 Sam. 16, 17. 18, 22. 28, 7; legatis 2 Sam. 10, 2—4, praefectis militum Jes. 36, 9, ipsisque militibus gregariis 2 Sam. 2, 12. 13. 15. 30. 31. 3, 22. 8, 7 et saepe. c) semel transl. (per zeugma) de rebus inanimatis Gen. 47, 19, cf. Judith 3, 4. — In colloquendo cum nobilioribus Hebraei, quae est eorum vel modestia vel adulandi humilitas, se ipsos *servos,* quos alloquuntur *dominos* appellare solent (v. אָדוֹן). Gen. 18, 3: *ne praetereas servum tuum* i. e. me. 19, 19. 42, 11. 44, 16. 21. 23. 46, 34. Jes. 36, 11. Dan. 1, 12. 13. 2, 4; neque aliter in precibus ad Deum fusis Ps. 19, 12. 14. 27, 9. 31, 17. 69, 18. 86, 2. 4. 119, 17. Neh. 1, 6. 8. Dan. 10, 17: *quomodo possit servus domini mei loqui cum domino meo?* h. e. quomodo ego tecum loqui possim? עַבְדְּךָ *servus tuus* hunc in modum ponitur pro אָנֹכִי, ut primae personae Suffixum eo referri possit, v. Gen. 44, 32: *nam servus tuus spopondit* (i. e. ego spopondi) *pro puero apud patrem meum.* Absentibus adeo, quos patronorum favori commendare volunt, *servi* nomen apponere solent, ut Gen. 44, 27:

pater meus, servus tuus, nobis dixit. 30, 31. 32, 20.

2) עֶבֶד יְהוָֹה non uno modo transfertur. Est enim a) *cultor* Dei. Neh. 1, 10: הֵם עֲבָדֶיךָ וְעַמֶּךָ *illi* sunt (Israëlitae) *servi tui populusque tuus*, cf. chald. Esr. 5, 11: *nos servi sumus dei coelorum*, colimus deum coelorum. Dan. 6, 21: *Daniel serve dei vivi* i. e. qui deum vivum colis. Hoc sensu est epitheton ornans, quod tribuitur piis Dei cultoribus, nominatim Abrahamo Ps. 105, 6. 42, Josuae Jos. 24, 29. Iud. 2, 8, Iobo Iob. 1, 8. 2, 3. 42, 8, Davidi Ps. 18, 1. 36, 1. 78, 70. 89, 4. 21. Jer. 33, 21 sqq. Ez. 34, 23, Eljakimo Jes. 22, 20, Serubabeli Hagg. 2, 24, et in plur. עַבְדֵי יְהוָֹה saepe dicitur de piis hominibus Ps. 34, 23. 69, 37. 113, 1. 134, 1. 135, 1. 9. 136, 22. Jes. 54, 17. 63, 17. 65, 8. 9. 13—15. Jerem. 30, 10. 46, 27. Alibi est b) *minister* s. *legatus* Dei, a Deo vocatus et missus ad negotium quoddam perficiendum. Jes. 49, 6: נָקֵל מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶד לְהָקִים אֶת שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל וגו׳ *non sufficit ut sis mihi servus* (i. e. legatus et qs. instrumentum) *ad erigendas tribus Israëlis .... faciam te lucem populorum* cet. Comm. 5. In hanc sententiam tribuitur Messiae Zach. 3, 8, Nebucadnezari, Babyloniae regi, quo Deus in castigando populo tanquam instrumento utebatur Jer. 25, 9. 27, 6. 43, 10; plerumque tamen adiunctam habet notionem *servi familiaris*, propter pietatem et fidem probatam a Deo ad res suas perficiendas *electi* et *dilecti*, quo sensu tribuitur angelis (in altero hemistichio מַלְאָכִים) Iob. 4, 18, et prophetis Am. 3, 7. Jer. 7, 25. 25, 4. 26, 5. 29, 19. 35, 15. 44, 4. Dan. 9, 6. Esr. 9, 11, spec. Mosi Deut. 34, 5. Jos. 1, 1. 13. 15. Ps. 105, 26, Jesaiae Jes. 20, 3. Nonnunquam utraque notio hominis Deum pie colentis et legati divini coaluisse videtur idque (praeter ea loca, quibus Abrahamo, Mosi tribuitur) ibi maxime evenisse putem, ubi *Israël* s. *Jacobus* i. e. populus Israëliticus hoc nomine honorifico et charitativo compellatur Jes. 41, 8. 9. 42, 19. 44, 1. 2. 21. 45, 4. 48, 20, ita tamen, ut *pii* maxime intelligantur i. e. veri hominis Israëlitae, ἀληθινοὶ Ἰσρ. Jes. 43, 10. 49, 3 (ad quem locum cf. quae observavimus in animadverss. ad Vers. germ. ed. 2), et in iis prophetae v. 42, 1. 44, 26. 49, 3. 5. 52, 13. 53, 11. Idem ille Jacobus, qui *servus Dei* vocatur, in altero hemistichio modo *electus Dei* appellatur Jes. 41, 8. 42, 1. 45, 4, modo *legatus* et *amicus* 42, 19, adeoque in plur. *legati* 44, 26: in cunctis autem de *servo Dei* capitibus in altera Jesaiae parte (42, 1—7. 49, 1—9. 50, 4—10. 52, 13—53, 12) is sistitur tanquam Dei familiaris et legatus, spiritu divino adiutus, tribus Israëliticas restituturus populisque exteris doctor futurus.

3) n. pr. m. (servus sc. Dei) a) Iud. 9, 26. 28. b) Esr. 8, 6.

עֶבֶד מֶלֶךְ (servus regis, arab. عبد الملك Abdulmalich) n. pr. Aethiopis in aula Zedekiae Jer. 38, 7. 39, 16.

עֲבֵד נְגוֹ (fort. = עֲבֵד נְבוֹ cultor Mercurii, v. נְבוֹ) Dan. 1, 7. 2, 49. 3, 12, et עֲבֵד נְגוֹא V. 29, n. pr. chald. Asarjae, Danielis socio, in Babylonia impositum.

עֲבַד chald. i. q. hebr. עֶבֶד *servus*. עֲבַד אֱלָהָא *servus* i. e. cultor *Dei*. Dan. 3, 26. 6, 21. Esr. 5, 11.

עֲבָד m. (Kamez impuro) *opus*, *factum*, semel legitur Eccl. 9, 1.

עַבְדָּא (servus sc. Dei, chaldaeae formae vc.) n. pr. m. 1) 1 Reg. 4, 6. — 2) Neh. 11, 17, pro quo 1 Chr. 9, 16: עֹבַדְיָה.

עַבְדְּאֵל (servus Dei) n. pr. m. Jer. 36, 26.

עֲבֹדָה f. 1) *labor* Ex. 1, 14. Lev. 25, 39: עֲבֹדַת עָבֶד *labor servi*. 23, 7: כָּל־מְלֶאכֶת עֲבֹדָה *omne opus cum labore coniunctum*. — 2) *opus, negotium, officium*. Num. 4, 47: לַעֲבֹד עֲבֹדַת עֲבֹדָה וַעֲבֹדַת מַשָּׂא *ad faciendum officium ministerii sacri et officium portandi* (pro quo 1 Chr. 9, 19: מְלֶאכֶת הָעֲבֹדָה). Jes. 28, 21. 32, 17: וַעֲבֹדַת הַצְּדָקָה הַשְׁקֵט *et opus* i. e. effectus, fructus *iustitiae erit tranquillitas* (cf. chald. עֲבִידָא, עוֹבָדָא i. q. מַעֲשֶׂה opus, merces). — 3) spec. *opus* rusticum, *agricultura* 1 Chr. 27, 26. Neh. 10, 38. — 4) *ministerium* Gen. 30, 26. Neh. 3, 5. 1 Chr. 26, 30: עֲבֹדַת הַמֶּלֶךְ *ministerium regis*. Ps. 104, 14: עֵשֶׂב לַעֲבֹדַת הָאָדָם *herba in ministerium* i. e. usum *hominis*; max. *ministerium sacrum*, plenius עֲבֹדָה בְּאֹהֶל מוֹעֵד Num. 4, 23. 35, עֲבֹדַת אֹהֶל מוֹעֵד Ex. 30, 16, עֲבֹדַת בֵּית הָאֱלֹהִים 1 Chr. 9, 13, et simpl. 1 Chr. 28, 14. Ex. 35, 24, etiam de singulis ritibus sacris Ex. 12, 25. 26. 13, 5. — עָבַד עֲבֹדָה ministerium praestitit Gen. 30, 26. — 5) *suppellex* Num. 3, 26. 31. 36.

עֲבֻדָּה f. *famulitium, familia, servi* Gen. 26, 14. Iob. 1, 3.

עַבְדּוֹן (servilis) n. pr. oppidi a Levitis habitati in agro Aseritarum Jos. 21, 30. 1 Chr. 6, 59. Idem nomen ex viginti codd. reponendum Jos. 19, 28 pro scriptura vulgari עֶבְרֹן.

עַבְדוּת f. (denom. a עֶבֶד) *servitus* Esr. 9, 8. 9.

עַבְדִּי (pro עַבְדִּיָּה servus Jehovae) n. pr. m. 1) 1 Chr. 6, 29. 2) 2 Chr. 29, 12. 3) Esr. 10, 26.

עַבְדִּיאֵל (servus Dei) n. pr. m. 1 Chr. 5, 15.

עֹבֵד (*colens* sc. Deum, cf. עָבַד no. 5) n. pr. m. 1) Ruth 4, 17. 21. 2) 1 Chr. 11, 47. 3) 1 Chr. 2, 37. 4) 1 Chr. 26, 7. 5) 2 Chr. 23, 1.

עֹבֵד אֱדֹם (qui Edomitis serviit) n. pr. Levitae 2 Sam. 6, 10. 1 Par. 16, 38.

עֹבַדְיָהוּ et **עֹבַדְיָה** m. (cultor Jehovae, cf. arab. عبد الله) n. pr. complurium virorum, quorum nobilissimus est huius nominis propheta Jeremiae aequalis (Obad. 1). 1 Reg. 18, 3. 1 Chr. 3, 21. 7, 3. 8, 38. 9, 16. 44. 12, 9. 27, 19. 2 Chr. 17, 7. 34, 12. Esr. 8, 9. Neh. 10, 16. LXX. Ἀβδίας (quod proprie ortum ex עַבְדִּיָּה).

עָבָה 1) *crassus, pinguis fuit* Deut. 32, 15. 1 Reg. 12, 10. Cf. nomen עֳבִי. — 2) *densus fuit*, unde עֳבִי, מַעֲבֶה densitas. (Syr. ܥܒܳܐ crassus, densus fuit, aeth. ዐበየ፡ magnus fuit, crevit, arab. غَبَا magnus, crassus fuit).

עֲבוֹט m. *pignus* Deut. 24, 10. 11. 12, a rad. עָבַט.

עָבוּר cstr. עֲבוּר הָאָרֶץ *frumentum* pr. *proventus* s. *oblatio* terrae Jos. 5, 11. 12. Vim passivam habet coniugationis Hiph. הֶעֱבִיר obtulit, cf. יְבוּל a הוֹבִיל tulit, et תְּבוּאָה proventus a הֵבִיא. (Syr. ܥܒܽܘܪܳܐ, chald. עֲבוּר id.).

עֲבוּר pr. subst. *transitio, transitus*, quae notio transfertur ad *causam* (pr. transitum causae ad effectum), *pretium* (pro quo aliqua res ab uno domino transit ad alterum), *consilium* (pr. transitum ad rem quam assequi studemus). Praevio בְּ: בַּעֲבוּר abit

A) in Praep. et valet 1) *propter* (cf. talmud. בִּשְׁבִיל per viam i. e. propter, nostr. *von wegen, wegen*) Ex. 13, 8. 1 Sam. 12, 22. Cum Suff. בַּעֲבוּרִי, בַּעֲבוּרֶךָ propter me, te cet. 1 Sam. 23, 10. Gen. 12, 13. 16. 18, 26. — 2) *pro*, de pretio,

quo quid ad alium transit. Am. 2, 6. 8, 6.

B) Conj. 1) *quia* (cf. A, 1) sq. praet. Mich. 2, 10. — 2) *ut* (de consilio et fine), sq. fut. Gen. 27, 4. Exod. 9, 14, et inf. 2 Sam. 10, 3, plene בַּעֲבוּר אֲשֶׁר Gen. 27, 10, it. לְבַעֲבוּר sq. inf. 2 Sam. 14, 20. 17, 14 (cf. לְ conj. *ut*). — 3) *dum* (pr. in transitu sc. temporis) 2 Sam. 12, 21.

עָבַט fut. יַעֲבֹט 1) *mutavit, permutavit* (v. Pi.), affine est עָבַת plexit. — 2) *pignus dedit pro mutuo* (quod cernitur in permutando). Deut. 24, 10: לַעֲבֹט עֲבֹטוֹ *ut pignus suum det.* Dein: pignore dato *mutuum accepit* Deut. 15, 6: וְאַתָּה לֹא תַעֲבֹט *et tu nihil mutuum accipies.*

Pi. mutavit, permutavit. Joël 2, 7: *non mutant vias suas*, h. e. in eadem via rectâ progrediuntur.

Hiph. mutuum dedit, sq. acc. pers. (alicui) Deut. 15, 6, sq. dupl. acc. pers. et rei mutuo datae V. 8.

Hinc עֲבוֹט et

עַבְטִיט m. (a rad. עָבַט) pr. *pigneratio* bonorum, inde *copia aeris alieni*, quod quis contraxit Hab. 2, 6.

עֳבִי m. (a rad. עָבָה) *densitas* Iob. 15, 26. 2 Chr. 4, 17: בַּעֲבִי הָאֲדָמָה *in humo denso* (glutinoso). Vulg. *in terra argillosa.*

עֳבִי c. Suff. עָבְיוֹ m. *crassities* 1 Reg. 7, 26. Jer. 52, 21. Rad. עָבָה.

עֲבִידָא f. chald. 1) *opera, opus* Esr. 4, 24. 5, 8. 6, 7. 18. — 2) *negotium* Dan. 2, 49. 3, 12, cf. מְלָאכָה Neh. 2, 16.

עָבַל rad. inusit., arab. عَبِلَ foliis nudavit arborem, med. E et O, crassus, robustus fuit. IV. foliis nudatus fuit. Hinc nomm. pr. עוֹבָל, עֵיבָל.

עָבַץ rad. inusit., v. יַעְבֵּץ.

עָבַר fut. יַעֲבֹר 1) *transiit.* (Arab. عبر transiit, trajecit flumen, it. abiit, recessit, mortuus est, عَبْر, عِبْر ora, ripa fluminis, *Ufer*, غبر abiit, recessit. Eadem stirps late patet in linguis indogermanicis, v. sanscr. *upari*, pers. ابر, بر et زبر super, supra, gr. ὑπέρ, πέρα, πέραν, περάω, lat. *super*, goth. *ufar*, *afar*, nostr. *über*). Pr. transiit flumen, mare sq. acc. Gen. 31, 21. Jos. 4, 22. 24, 11. Deut. 3, 27. 4, 21, sq. בְּ Jos. 3, 11. 2 Sam. 15, 23. Zach. 10, 11, בְּתוֹךְ Num. 33, 8. Absol. *traiecit* sc. flumen (er setzte über) Jos. 2, 23, et sq. acc. eius *ad* quem trajicimus Jer. 2, 10: עִבְרוּ אִיֵּי כִתִּיִּים *traiicite* (mare) *ad oras Chittaeorum.* Am. 6, 2, sq. אֶל Num. 32, 7. 1 Sam. 14, 1. 6 (ubi transitur in locum e regione positum).

Spec. dr. a) de vento transeunte super aliqua re, sq. בְּ Ps. 103, 16; b) de *aquis*, quae redundantes ripas *transeunt* Jes. 8, 8. 54, 9. Neh. 1, 8. Hab. 3, 10, sq. acc. ripae Jer. 5, 22, translate de agmine inundante Dan. 11, 10. 40, de animi sensis, quae redundant et in verba se effundunt Ps. 73, 7. Cf. Hithpa. — c) de *lacrimis* redundantibus (cf. arab. عَبِرَ lacrimavit oculus sc. primo obortu, nostr. *die Augen gehen über*, عَبْرَةٌ lacrima). Part. מֹר עֹבֵר myrrha lacrimans, sponte destillans Cant. 5, 5. 13. — Est d) *transiit* in partes alic. sq. עַל Jes. 45, 14. — e) *migravit* legem 2 Reg. 18, 12. Esth. 3, 3. Jer. 34, 18. Dan. 9, 11.

2) *pertransiit, pervasit* regionem, urbem cet., sq. acc. Iud. 11, 29: וַיַּעֲבֹר אֶת־הַגִּלְעָד וְאֶת מְנַשֶּׁה *pertransiit Gileaditidem et agrum Manassitarum.* Jes. 23, 10: עִבְרִי

כִּיְאֹר אַרְצְךָ *pertransi terram tuam, instar Nili* (cf. no. 1, b). Ps. 8, 9, saepius etiam sq. בְּ Gen. 12, 6. 30, 32. Num. 20, 18. 33, 8. Jes. 8, 21. 10, 29. 34, 10. Jer. 2, 6, sq. בֵּין (inter duas res) Gen. 15, 17. Jer. 34, 19, בְּתוֹךְ Iob. 15, 19. Absol. Thren. 3, 44: *latebas in nubibus* מֵעֲבֹר תְּפִלָּה *ita ut non pertransirent preces.* — כֶּסֶף עֹבֵר 2 Reg. 12, 5 plenius כ׳ עֹבֵר לַסֹּחֵר Gen. 23, 16: *pecunia transiens mercatoribus* (gangbare Münze, gall. argent, qui passe) est pecunia usu mercatorum recepta (quae utrum Patriarcharum tempore signata fuerit, nec ne, h. l. disquirere non vacat). Vulg. *moneta probata.*

3) *praeteriit* (vor*übergehn*). Gen. 37, 28: *praeterierunt autem viri Ismaelitae.* Ruth 4, 1. Part. עֹבְרִים Ps. 129, 8, עֹבְרֵי דֶרֶךְ Ps. 80, 13. 89, 42. Iob. 21, 29 praetereuntes. Sq. acc. pers. vel loci, quem praetergrediuntur Gen. 32, 32. Iud. 3, 26. 2 Sam. 18, 23, sq. עַל 1 Reg. 9, 8. 2 Reg. 4, 9. Prov. 24, 30. Jer. 18, 16. 19, 8. 49, 17. Ez. 16, 6. 8, מֵעַל Gen. 18, 3, עַל פְּנֵי Ex. 34, 6, לִפְנֵי 2 Reg. 4, 31. Spec. a) de tempore praetereunte Gen. 50, 4, de aestate, hieme Jer. 8, 20. Cant. 2, 11. — b) *cito praeteriit, evanuit*, de nube Iob. 30, 15, de umbra Ps. 144, 4, de palea Jer. 13, 24. — c) *periit, interiit* Ps. 37, 36. Iob. 34, 20. Jes. 29, 5. Esth. 9, 28. עָבַר בַּשֶּׁלַח periit telo (mortis) Iob. 33, 18. 36, 12. עָבַר בַּשַּׁחַת periit in sepulcro ib. 33, 28. — d) metaph. dr. עָבַר עַל פֶּשַׁע *praeteriit peccatum* i. e. *condonavit* Mich. 7, 18. Prov. 19, 11, et omisso פֶּשַׁע sq. dat. pers. condonavit alicui Am. 7, 8. 8, 2. — e) Jes. 40, 27: וּמֵאֱלֹהַי מִשְׁפָּטִי יַעֲבוֹר *deum meum praeterit ius meum* i. e. non curat causam meam, eam missam facit et negligit (er läſst es ruhig an sich vorübergehn). Cf. arab. عدا praeteriit, missum fecit, supersedit.

4) *processit, progressus est, perrexit* (weiter gehn). Gen. 18, 5: אַחַר תַּעֲבֹרוּ *dein procedatis*, pergatis. 2 Sam. 18, 9. Hab. 1, 11. Esth. 4, 17, inde a) *incessit* Jos. 6, 7. 8. Ps. 42, 5. — b) *discessit, abiit* Cant. 5, 6, sq. מִן Ps. 81, 7: כַּפָּיו מִדּוּד תַּעֲבֹרְנָה *manus eius a corbe* (baiulatoria) *discedebant* i. e. eam relinquebant, ab eius portandae officio liberabantur. 1 Reg. 22, 24: אֵי־זֶה עָבַר רוּחַ יְיָ מֵאִתִּי *quanam via spiritus Jehovae discessit a me?* — c) *ivit* aliquo, *petiit locum*, sq. עַל 2 Reg. 6, 30, sq. acc. Am. 5, 5. עָבַר מֵעִיר לָעִיר ivit ex urbe in urbem, singulas urbes peragravit 2 Par. 30, 10. עָבַר וָשָׁב ivit s. profectus est et rediit, ultro citroque ivit Ex. 32, 27. Ez. 35, 7. Zach. 7, 14. 9, 8. — d) *ingressus est*, sq. acc. in portam Mich. 2, 13 (opp. יָצָא), metaph. עָבַר בִּבְרִית iniit foedus Deut. 29, 11, cf. בּוֹא no. 1, e. — e) sq. לִפְנֵי *praeivit* Gen. 33, 3. Exod. 17, 5. 2 Reg. 4, 31. Mich. 2, 13. — f) sq. אַחֲרֵי *secutus est* aliquem 2 Sam. 20, 13.

5) Sq. עַל transiit super aliquem, aliquid Num. 6, 5; a) *obruit* aliquem, de aquis inundantibus (cf. no. 1, b) Ps. 124, 4, de vino, sq. acc. Jer. 23, 9: *sicut vir* עֲבָרוֹ יָיִן quem *vinum obruit*, oppressit (cf. similes locutiones s. vcc. בָּלַע, הָלַם); de peccatorum copia (sq. acc.) Ps. 38, 5, de ira Dei Ps. 88, 17, cf. Thren. 4, 21. — b) *irruit* in aliquem, *invasit* eum, sq. עַל Nah. 3, 19: *quem non invasit malitia tua?* Iob. 13, 13: *irruat in me quidquid est* calamitatis. Mich. 5, 7. De Deo ipso Iob. 9, 11, de spiritu zelotypiae Num. 5, 14. — c) *imponi* alicui Deut. 24, 5. Sed Jes. 45, 14 עָבַר עַל est *transire ad* alium dominum (de opibus), cf. Ez. 48, 14.

Niph. traiectum est flumen Ez. 47, 5.

Pi. transire fecit, transmisit a) pessulum, inde pessulo clausit,

repagulavit, sq. לִפְנֵי. 1 Reg. 6, 21: וַיְעַבֵּר בְּרַתּוּקוֹת זָהָב לִפְנֵי הַדְּבִיר et *claudebat catenulis aureis* (tanquam pessulo) *sacrosanctum*. — b) *transmisit* femella sc. membrum et semen virile, inde *gravida facta est*. Iob. 21, 10: שׁוֹרוֹ עִבַּר *bos* (i. e. vacca) *eius gravida fit*. Chald. עַבַּר Pe. Pa. Ethpa. id. vide Boch. Hieroz. I, p. 291 et Buxtorf Lex. chald. p. 1568, cf. syn. עָדָה transiit Pa. Aph. gravidus factus est in Targg. pro הָרָה pr. transmisit.

Hiph. הֶעֱבִיר 1) causat. Kal no. 1 transire fecit i. e. *transmisit, traduxit, traiecit* (trans.) aliquem, v. c. populum, gregem trans fluvium, c. acc. obj. 2 Sam. 19, 16, saepius c. dupl. acc. pers. et fluminis Gen. 32, 24. Num. 32, 5. Jos. 7, 7. 2 Sam. 19, 16, c. acc. obj. et בְּ fluminis Ps. 78, 13. 136, 14. Utuntur autem hoc verbo sive ope ratis aliquem traiiciunt (*drüber*führen) 2 Sam. l. c., sive nando (ut gregem) sive per vadum (*durchführen*) Gen. Jos. l. l. c. c. Est etiam a) *transire fecit* novaculam super al., sq. עַל Num. 8, 7. Ez. 5, 1; b) *traduxit* ex uno loco in alium. Gen. 47, 21: *et populum traduxit* לֶעָרִים ex urbibus *in urbes*, ex aliis urbibus in alias, i. e. sedes inter se commutare iussit. — c) *transire fecit* hereditatem *ad* aliquem, sq. לְ Num. 27, 7. 8. — d) transire i. e. *migrare fecit* legem (cf. Kal no. 1 litt. e) 1 Sam. 2, 24.

2) causat. Kal no. 2 *pertransire fecit, sivit* v. c. terram Deut. 2, 30, *pervadere fecit* (terram bestias) Ez. 14, 15, spec. הֶעֱבִיר קוֹל בְּ proclamari iussit in (terra, castris) Ex. 36, 6. Esr. 1, 1. 10, 7, הֶעֱבִיר שׁוֹפָר fecit, ut tuba (sonitu suo) personaret, i. e. tuba cecinit Lev. 25, 9.

3) causat. Kal no. 3 *praeterire fecit* 1 Sam. 16, 9. 10. 20, 36: *sagittam iaculatus est* לְהַעֲבִירוֹ *ita ut eum praeteriret* i. e. ultra eum. Metaph. הֶעֱבִיר חַטָּאת peccatum praetermisit, *remisit* (cf. Kal no. 3, litt. d) 2 Sam. 12, 13. 24, 10. Iob. 7, 21.

4) causat. Kal no. 4 i. q. הֵבִיא *attulit*, spec. *obtulit* tanquam sacrificium, *consecravit*, sq. לַיהוָה Ex. 13, 12. Ez. 23, 37, saepius etiam in hac formula הֶעֱבִיר לַמֹּלֶךְ obtulit Molocho (liberos) Levit. 18, 21. Jer. 32, 35 coll. Ez. 16, 21, adiecto verbo בָּאֵשׁ 2 Reg. 23, 10. Ez. 20, 31. Liberos Molocho hunc in modum oblatos revera crematos esse, vix dubitare sinunt loci Jer. 7, 31. 19, 5. Ps. 106, 37. 2 Par. 28, 3, cf. Diod. 20, 14. Euseb. praep. 4, 16: quanquam Rabbini, ut patres suos ab atrocissimae superstitionis opprobrio liberarent, eos lustrandi causa per ignem traductos esse comminiscuntur (v. Carpzov apparatus antiqu. cod. s. p. 487), quam eandem sententiam expressit iam Alex. 2 Reg. 16, 3. Neglecta offerendi notione cremandi significatum habere videtur in formula הֶעֱבִיר בַּמַּלְבֵּן immisit in fornacem laterarium 2 Sam. 12, 31.

5) causat. Kal no. 4, b *abduxit* 2 Chr. 35, 23, *abstulit, removit*, v. c. vestem Jon. 3, 6, annulum Esth. 8, 2, idola, prophetas mendaces 2 Chr. 15, 8. Zach. 13, 2; *avertit* malum, ignominiam Esth. 8, 3. Ps. 119, 37. 39. Eccl. 11, 10.

Hithp. 1) *effudit se* in iram, i. e. effudit, erupit iram (cf. Kal no. 1, b) Ps. 78, 21. 59, sq. בְּ ibid. 62, עִם ibid. 89, 39, עַל Prov. 26, 17, c. Suff. 20, 2: מִתְעַבְּרוֹ pro מ׳ לוֹ *qui iram effundit in eum* (regem). (Cf. arab. جَارَ transgressus est, superbivit, irâ exarsit). — 2) *superbivit*, ὑβρίζειν Prov. 14, 16 (cf. עֶבְרָה no. 2).

Nomm. deriv. sunt: מַעֲבָר, עָבוּר, מַעְבָּרָה, et quae statim sequuntur usque ad עֲבָרוֹנָה.

עֵבֶר m. c. Suff. עֶבְרוֹ 1) *regio ulterior, trans flumen vel mare sita.* עֵבֶר אַרְנוֹן regio trans Arnonem sita Iud. 11, 18, בְּעֵבֶר הַיָּם in regione transmarina Jer. 25, 22, max. עֵבֶר הַיַּרְדֵּן *τὸ πέραν τοῦ Ἰορδάνου* Palaestinae regio transjordanensis i. e. ab oriente Jordanis sita Gen. 50, 10. 11. Deut. 1, 1. 5. 3, 8. 20. 25. 4, 41. 46. 47. Jos. 1, 14. 15. 2, 10. 9, 10. 12, 1. 13, 8. 32. 14, 3. 17, 5. 20, 8. 22, 4. Iud. 5, 17. Jes. 8, 23, quanquam idem quinquies Jos. 5, 1. 9, 1. 12, 7. 1 Chr. 26, 30 de regione *cisjordanensi* ponitur, ex certo quodam linguae usu, qui in exilio babylonico ortus esse videtur. Similis ratio est formulae עֵבֶר הַנָּהָר regio transeuphratensis Jos. 24, 2. 3. 2 Sam. 10, 16. 1 Par. 19, 16, quae de provinciis ciseuphratensibus seu ab occidente Euphratis sitis usurpatur 1 Reg. 5, 4 (4, 24). Esr. 8, 36. Neh. 2, 7. (cf. chald. Esr. 4, 10. 16), quae omnia ab hominibus ab oriente Euphratis habitantibus scripta sunt. Plur. עֶבְרֵי נָהָר regiones transeuphratenses Jes. 7, 20.

2) *regio opposita, e regione posita, latus oppositum*, sive vallis interiecta est sive quodcunque spatium. 1 Sam. 26, 13: וַיַּעֲבֹר דָּוִד הָעֵבֶר *et transiit Davides in regionem oppositam*, int. montem e regione situm. Inde sibi opponuntur מֵהָעֵבֶר מִזֶּה et מֵהָעֵבֶר מִזֶּה 1 Sam. 14, 4, et לְעֵבֶר אֶחָד, לְעֵבֶר אֶחָד ibid. Comm. 40. Ex. 28, 26. Plur. מִכָּל־עֲבָרָיו ab omnibus lateribus, undique Jer. 49, 32, מִשְּׁנֵי עֶבְרֵיהֶם ab utroque latere Exod. 32, 15.

3) Cum Praefixis saepe abit in Praep. a) אֶל־עֵבֶר α) in regionem ulteriorem Deut. 30, 13; β) in regionem e regione sitam Jos. 22, 11; γ) versus regionem, *versus* Ex. 28, 26. Plenius δ) אֶל עֵבֶר פָּנָיו versus regionem faciei oppositam i. e. rectâ ante se (vorwärts, gerade vor sich hin) Ez. 1, 9. 12. 10, 22; עַל עֵבֶר פ׳ id. Ex. 25, 37. — b) לְעֶבְרוֹ i. q. אֶל עֶבְרוֹ rectâ ante se Jes. 47, 15. — c) מֵעֵבֶר sq. genit. et suff. et מֵעֵבֶר לְ α) *ex regione ulteriore*, post verba motûs Jos. 24, 3. Zeph. 3, 10. β) *trans, ultra*, v. c. מֵעֵבֶר לַיָּם trans mare Deut. 30, 13, מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ trans flumina Aethiopiae Jes. 18, 1.

4) n. pr. *Eber, Heber* a) auctor gentis Hebraeorum Gen. 10, 24. 25. 11, 14. 15 (qua de re vide quae disputavimus Gesch. d. hebr. Sprache u. Schrift p. 11), hinc בְּנֵי עֵבֶר Gen. 10, 21, et poët. עֵבֶר Num. 24, 24 i. q. עִבְרִים *Hebraei*, qui quomodo differant ab Israëlitis v. s. עִבְרִי. b) Neh. 12, 20. c) 1 Chr. 8, 12. d) 8, 22. e) 5, 13.

עֲבַר chald. i. q. hebr. עֵבֶר no. 1 *regio ulterior*, inde עֲבַר נַהֲרָא *regio transeuphratensis* ex Persarum loquendi ratione, i. e. regio ab occidente Euphratis Esr. 4, 10. 11. 16. 20. 5, 3. 6, 6. 8. 13. 7, 21. 25.

עֲבָרָה f. 1) *ratis* flumini traiiciendo 2 Sam. 19, 19. — 2) 2 Sam. 15, 28 Chethibh, ubi Keri ערבות, loca inculta.

עֶבְרָה f. 1) *effusio* irae (cf. rad. in Hithpa.) Iob. 40, 11: עֶבְרוֹת אַפֶּךָ *effusiones irae tuae.* Inde de ipsa *ira effusa* Jes. 14, 6. 10, 6; saepe de ira Dei, poenisque a Deo immissis. יוֹם עֶבְרָה dies irae divinae Prov. 11, 4. Zeph. 1, 15. 18, cf. Prov. 11, 23.

2) *ὕβρις, superbia, Uebermuth* (v. rad. Hith. no. 2) Jes. 16, 6. Jer. 48, 30. Ps. 7, 7.

עִבְרִי, pl. עִבְרִים, עִבְרִיִּים, f. עִבְרִיָּה, pl. עִבְרִיּוֹת, n. gent. *Hebraeus, Hebraea.* Quod ad originem huius nominis attinet, in V. T. stemmatis hoc ducitur quidem a nomine עֵבֶר (q. v.), videtur tamen primitus appellativum esse, ab עֵבֶר

terra transeuphratensis, unde עִבְרִי advena transeuphratensis Gen. 14, 13, ubi bene LXX ὁ περάτης. Ab *Israëlitarum* (בְּנֵי יִשְׂרָאֵל) nomine hoc nostrum ita differt, ut illud patronymicum ab auctore populi ductum in ipsius tantum populi sinu usitatum fuerit, hoc utpote appellativum et Hebraeis traiecto Euphrate in Cananaeam immigrantibus a Cananaeis inditum, exteris populis fuerit frequentatum (cf. כְּנַעֲנִים et *Φοίνικες*; *Chemi*, מִצְרַיִם et *Αἴγυπτος*). Scriptores itaque graeci et romani (v. Pausan. 1, 6. 6, 24. 10, 12, Tac. hist. V, 1, Josephus passim) solo *Hebraeorum* (et Judaeorum) nomine utuntur; ipsique V. T. scriptores Israëlitas *Hebraeos* nuncupant vel ubi alienigenae loquentes inducuntur Gen. 39, 14. 17. 41, 12. Ex. 1, 16. 2, 6. 1 Sam. 4, 6. 9. 13, 19. 14, 11. 29, 3, vel ubi ipsi Israëlitae de se ad alienigenas dicentes sistuntur Gen. 40, 15. Ex. 1, 19. 2, 7. 3, 18. 5, 3. 7, 16. 9, 1. 13. Jon. 1, 9, vel ubi aliis gentibus opponuntur Gen. 43, 32. Ex. 1, 15. 2, 11. 13. 21, 2. Deut. 15, 12 (coll. Jer. 34, 9. 14). 1 Sam. 13, 3. 7 (ubi lusus verborum est in עִבְרִים עָבְרוּ). 14, 21. Quod alii excogitarunt, Israëlitarum nomen sacrum, Hebraeorum vulgare et profanum fuisse, commenticium est et V. T. usui repugnat. Plura de hoc nomine disputavimus Gesch. d. hebr. Sprache u. Schr. p. 9—12.

עֲבָרִים (regiones ulteriores) n. pr. Jer. 22, 20, plene הַר־הָעֲבָרִים Num. 27, 12. Deut. 32, 49, et הָרֵי הָעֲבָרִים Num. 33, 47. 48 n. pr. regionis montanae trans Jordanem e regione Hierichuntis sitae, in qua Nebo mons (v. נְבוֹ) eminebat.

עֶבְרוֹן v. עַבְדּוֹן.

עַבְרֹנָה (transitus sc. maris) n. pr. stationis Israëlitarum ad oram sinus Aelanitici. Num. 33, 34.

עבשׁ ἅπ. λεγόμ. Joël 1, 17 dr. de semine, quod sub terra nimio *aestu vanescit*, ut Plinii vocabulo in hac re proprio utamur (H. N. XIV, 24), nostr. *verdummen*. Congruit chald. עֲפַשׁ pr. computruit, spec. de granis in terra pereuntibus (v. Buxtorf. Lex. chald. p. 1642. Bocharti Hieroz. II, 471): computrescendi vocabulum autem latius patuisse ad semen *aestu* vanescens, monstrat gr. *πύθομαι* Hesiod. scut. Herc. 153.

Abulwalides confert arab. عَبِسَ i. e. يَبِسَ exaruit.

עָבַת in Kal inusit. *plexus, perplexus fuit*, affine radd. עָבַט, עָוַת.

Pi. contorsit, pervertit Mich. 7, 3. Hinc

עָבֹת f. עֲבֻתָּה adj. *implexus*, de densae frondis arboribus Ez. 6, 13. 20, 28. Lev. 23, 40. (Syr. littera Tet ܥܒܝܛܐ id.).

עֲבֹת pl. עֲבֹתִים et עֲבֹתוֹת subst. utriusque sexus (f. Iud. 15, 14) *implexum, perplexum*, inde 1) *funis* Iud. 15, 13. 14, pl. *vincula*. Ps. 2, 3. Ez. 3, 25. 4, 8. — 2) *crates*, opus e viminibus contextum Ex. 28, 24. מַעֲשֵׂה עֲבֹת opus tortile. Ex. 28, 14. — 3) *ramus densae frondis* Ez. 19, 11. 31, 3. 10. 14.

עָגַב fut. יַעְגַּב *amavit*, max. de amore impudico et voluptuoso, sq. acc. et עַל Ez. 23, 5 sq. Part. עֹגְבִים amatores Jer. 4, 30. (Cogn. אָהַב ἀγαπάω. Arab. عَجَبَ IV. placuit alicui res, Conj. I. gavisus, admiratus est, it. suavis, iucundus fuit). — Hinc עוּגָב, et duo nomina, quae sequuntur.

עֲגָבִים m. pl. *suavitas, deliciae*. Ez. 33, 32: שִׁיר עֲגָבִים *carmen suave*. Spec. *quae Deo placent*. (Arab. عَجَبٌ gratia, beneplacitum Dei).

Ez. 33, 31: כִּי־עֲגָבִים בְּפִיהֶם הֵמָּה עֹשִׂים *nam ore faciunt, quae Deo placent*, opp. *sed animus eorum quaestum sectatur.*

עֲגָבָה sive **עַגְבָה** f. *amor impudicus* Ez. 23, 11.

עֻגָה et **עֻגָּה** (1 Reg. 19, 6. Ez. 4, 12) f. *placenta* sub cinere fervido cocta, quales hodieque Orientales, maxime in itinere vel urgente tempore, parare solent, v. Rosenm. Morgenland I, p. 69. עֻגַת רְצָפִים placenta super lapidibus fervidis cocta 1 Reg. 19, 6. עֻגוֹת מַצּוֹת placentae non fermentatae Ex. 12, 39. (Arab. عُجَّة laganum ex ovis in sartagine coctis). Rad. עוג q. v.

עָגוּר m. adj. *gyrans, in orbem volans*, a rad. עָגַר, q. v. Est a) epith. hirundinis Jes. 38, 14: כְּסוּס עָגוּר *sicut hirundo in orbem volans* (LXX omittunt עָגוּר. Syr. hirundo garriens). b) poët. pro ipsa *hirundine* Jer. 8, 7. Cf. דְּרוֹר, cuius etymon simillimum. Bochartus (Hieroz. II, 68 sq.) voce עָגוּר *gruem* significari docebat, sed argumentis usus parum validis. Obstant maxime verba Jes. l. c., quae Bochartus reddit: *sicut hirundo* et sicut *grus*, in quam sententiam scribendum fuisset כְּסוּס וְכְעָגוּר. Quod utrumque vc. articulo destitutum est, luculenter arguit, prius substantivum, alterum eius epitheton esse, cf. כְּקֵן מְשֻׁלָּח Jes. 16, 2, כְּמֹץ עֹבֵר 29, 5, כְּנַחַל שׁוֹטֵף 30, 28. Cf. pag. 263, A.

עָגִיל m. *annulus*, max. *inauris* Ez. 16, 12. Num. 31, 50. A rad.

עָגַל i. q. גָּלַל *volvit, rotavit*, syr. Pa. id. Cf. arab. عجل festinavit, properavit. Inde עָגִיל, מַעְגָּל et quinque nomm. sequentia.

עָגֹל f. עֲגֻלָּה adj. *rotundus* 1 Reg. 7, 23 sqq.

עֵגֶל m. c. Suff. עֶגְלִי, Plur. cstr. עֶגְלֵי et

עֶגְלָה f. 1) *vitulus, vitula*, et pr. quidem de vitulis anniculis Levit. 9, 3. Mich. 6, 6 (cf. Maimonid. de sacrif. 1 §. 14), sed saepius etiam 2) *iuvencus, iuvenca*, de iuvenca iam condocefacta Hos. 10, 11, lactifera Jes. 7, 21, aratro iuncta Iud. 14, 18, trienni Gen. 15, 9. Atque talem (pr. *iuvencam tertii anni*), eamque indomitam, iugo non assuetam (cf. Hos. 10, 11. Jer. 31, 18. Plin. VIII, 4. 5) LXX. Vulg. Targ. recte intelligunt etiam verbis עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה Jes. 15, 5. Jer. 48, 34. Metaph. עֶגְלֵי עַמִּים iuvenci populorum drr. duces populorum Ps. 68, 31, cf. עַתּוּד. (Arab. عِجْل, syr. ܥܶܓܠܳܐ, ܥܶܓܠܬܳܐ id. Aethiop. ዕጕል: vitulus, catulus, pullus, adeoque infans, v. Bocharti Hieroz. I, p. 273 sqq.

2) עֶגְלָה n. pr. unius ex uxoribus Davidis, 2 Sam. 3, 5. 1 Chron. 3, 3.

עֲגָלָה c. Suff. עֶגְלָתוֹ f. *currus* (a volvendo, rotando dictus) Gen. 45, 19 sqq., spec. *plaustrum* 1 Sam. 6, 7 sqq., *plostellum punicum* Jes. 28, 27. 28, *currus bellicus* Ps. 46, 10. (Syr. ܥܓܠܬܐ, arab. عَجَلَة id.).

עֶגְלוֹן (q. d. vitulinus, um) n. pr. 1) regis Moabitarum Iud. 3, 12. — 2) oppidi in regione depressiore tribus Judae, olim urbis regiae Cananaeorum. Jos. 10, 3. 12, 12. 15, 39.

עָגַם *tristis fuit, doluit*, sq. לְ propter aliquem. Iob 30, 25. V. אָגַם no. 3.

עָגַן tantum in Niph. ex usu chald. *detineri, occludi.* Ruth 1, 13:

חֲלָהֵן תֵּעָגֵנָה *an propterea vos occludetis?* pro תֵּעָגַנָּה, cf. Jes. 60, 4. LXX κατεσχεθήσεσθε. Teste Kimchio עגונה est mulier, quae domi sedet et habitat sine marito.

עָגַר rad. inusit., idem fere significans atque vicinum עָגַל volvit, volvit se, rotavit. Inde עָגוּר (epith. hirundinis) *volvens se,* in orbem volans. Arab. عجر complicuit et inflexit v. c. camelus collum. V. in se convolutus fuit. VIII. obvolvit cidari. Ab complicando est etiam signif. conj. I. rediit, aufugit ad suos, quibus assuevit (camelus), unde Bochartus (Hieroz. II, p. 80) hebr. עָגוּר (avem) *migratoriam* notare suspicabatur: sed illud praestat.

עַד m. (a rad. עָדָה transiit, processit) A) subst. 1) pr. transitus, progressus (in spatio), dein perpetuitas (temporis). Inde *tempus perpetuum, aeternum* i. q. עוֹלָם. אֲבִי־עַד pater (patriae) perpetuus Jes. 9, 5. הַרְרֵי־עַד Hab. 3, 6 et הוֹרֵי עַד Gen. 49, 26 montes aeterni, duraturi in perpetuum. לָעַד Ps. 9, 19. 19, 10, plenius לְעוֹלָם וָעֶד Ps. 9, 6, עוֹלָם וָעֶד Ps. 10, 16. 21, 5. 45, 7, עֲדֵי־עַד Ps. 83, 18, עַד־עוֹלְמֵי עַד Jes. 45, 17 in perpetuum.

2) *praeda* (vid. rad. no. 2. Chald. עֲדָא, עֲדִי, עֲדָאָה praeda). Gen. 49, 27. Zeph. 3, 8. Jes. 33, 23.

B) Praep. poët. עֲדֵי (pariter atque אֱלֵי, עֲלֵי), c. Suff. עָדֶיךָ, עָדַי, עָדָיו, etiam עֲדֵיכֶם (manente Kamez praeter morem) Iob. 32, 12, semel עַד־הֵם pro עֲדֵיהֶם 2 Reg. 9, 18

1) *dum* (inter), ἕως (während) 2 Reg. 9, 22: עַד זְנוּנֵי אִיזֶבֶל *dum durant scortationes Isabelis.* 1 Reg. 18, 45: עַד כֹּה וְעַד כֹּה *dum ita et dum ita* fiebat i. e. interea, sensim paulatimque. Iob. 20, 5: עֲדֵי רָגַע *durante temporis momento.* Sq. inf. Iud. 3, 26: עַד־הִתְמַהְמְהָם *dum cunctabantur.*

2) *usque ad* certum quendam terminum. Dicitur a) pr. *de spatio* (a procedendi significatu), ut עַד הַנָּהָר הַגָּדוֹל usque ad fluvium magnum Deut. 1, 7, עַד דָּן usque ad oppidum Dan Gen. 14, 14. Sibi opponuntur: מִן—עַד, מִן—וְעַד (vide מִן no. 3 litt. β), ubi plures termini sunt, et ab uno ad alium proceditur מִן — עַד — עַד — וְעַד Gen. 7, 23. Num. 8, 4. Jer. 31, 40. 1 Sam. 17, 32. 52. In recentiore Hebraismo frequentatur עַד לְ *usque ad* Esr. 9, 4. Esth. 4, 2, inde עַד לְמֵרָחוֹק in longinquum Esr. 3, 13. 2 Par. 26, 13 (cf. עַד מֵרָחוֹק Jes. 57, 9); semel עַד אֱלֵיהֶם usque ad eos 2 Reg. 9, 20. — A particulâ אֶל nostra proprie quidem ita differt, ut illa nihil nisi motionem et directionem *versus* aliquem terminum, significet, haec contra, *usque ad* eum terminum perventum esse, v. c. נָגַע עַד, בּוֹא עַד (v. בּוֹא no. 2, c), attingere Iob. 4, 5, מָצָא עַד 11, 7, נָגַשׁ עַד Iud. 9, 52; sed non ubique servatur hoc discrimen, ut manifesto docent formulae הִתְבּוֹנֵן עַד animum advertere ad Iob. 32, 12. 38, 18 (alibi sq. אֶל, עַל), הֶאֱזִין עַד Num. 23, 18. — עַד לַדָּבָר הַזֶּה Esr. 10, 14 est: (quod attinet) *ad hanc rem.* — Sq. inf. *usque dum* (aliquid evenit) Num. 32, 13, in recentiore Hebraismo עַד לְ Esr. 10, 14. 1 Par. 5, 3.

b) de *tempore.* עַד הַיּוֹם הַזֶּה usque ad diem hodiernum i. e. (nam terminus includitur, cf. de discrimine particularum حتى = עַד et الى, quarum illa terminum includit, haec excludit, de Sacy gramm. arab. I §. 830 no. 3), *hodieque, etiamnum* Gen. 26, 33. 32, 23. עַד הַבֹּקֶר usque ad lucem Iud. 6, 31, עַד הָעֶרֶב usque ad vesperam Levit. 15, 5, poët. עֲדֵי עֶרֶב Ps. 104, 23. Saepe seqq. adverbiis temporis, ut עַד־אָנָה, עַד־מָה, עַד מָתַי quousque i. e. quamdiu? (v. מָתַי, מָה, אָנָה); עַד הֵנָּה (contr. עַדֶנָּה), עַד כֹּה,

עַד עַתָּה hucusque (v. כֹּה, הֵנָּה, עַד־עַתָּה); עַד בִּלְתִּי, עַד בְּלִי usque dum non (est), v. בִּלְתִּי, בְּלִי.

c) de *gradu*, max. maiore, adeoque summo. עַד לִמְאֹד, עַד מְאֹד usque ad (summam) vehementiam i. e. vehementissime; עַד־מְהֵרָה usque ad (summam) festinationem i. e. celerrime; עַד לְמַעְלָה usque ad summum gradum i. e. maiorem in modum (v. מַעַל no. II); עַד אֵין מִסְפָּר usque dum numerari non potest Ps. 40, 13 (cf. עַד לְאֵין מ׳ 2 Par. 36, 16); עַד אֶפֶס מָקוֹם usque dum deest spatium Jes. 5, 8. Inde *adeo* Num. 8, 4, et sq. negandi particula: *ne quidem*. לֹא .... עַד אֶחָד ne unus quidem Iud. 4, 16. 2 Sam. 17, 22. Hagg. 2, 19: עַד הַגֶּפֶן וְהַתְּאֵנָה ...... לֹא נָשָׂא *adeo vitis et ficus ...... fructum non ferunt*. Iob. 25, 5. Singularis eius usus praeterea in comparationibus, ubi pr. est: *adeo ut* alium, qui ea in re eminet, attingat (bis zu dem Grade wie). 1 Par. 4, 27: *et familia eorum non aucta est* עַד בְּנֵי יְהוּדָה *adeo ut assequeretur filios Judae* i. e. instar filiorum Judae. Nah. 1, 10: עַד סִירִים סְבֻכִים *perplexi sunt adeo ut spinas specie referant* i. e. instar spinarum. Cf. בּוֹא no. 2, c.

C) Conj. 1) *dum* (cf. B, 1), sq. praet. 1 Sam. 14, 19, sq. fut. Iob. 8, 21, part. ib. 1, 18, coll. 16. 17. עַד שֶׁ id. Cant. 1, 12; עַד לֹא Prov. 8, 26 et עַד אֲשֶׁר לֹא Eccles. 12, 1. 2. 6 *dum non* (erat) i. q. בְּטֶרֶם *antequam*, syr. ܥܕܠܐ Mt. 1, 18 pro gr. *πρίν ἤ*.

2) *usque dum, donec*, de termino temporis (cf. litt. B, 2, b), sq. praet. Jos. 2, 22: עַד שָׁבוּ הָרֹדְפִים *donec redibant persecutores*. Ez. 39, 15, sq. fut. Gen. 38, 11. Hos. 10, 12. Plenius עַד אֲשֶׁר usque dum, sq. praet. Deut. 2, 14. Iud. 4, 24, sq. fut. Num. 11, 20. Hos. 5, 15, עַד שֶׁ Cant. 3, 4. Iud. 5, 7, עַד כִּי id. Gen. 26, 13. עַד אִם Gen. 24, 19. Jes. 30, 17, עַד אֲשֶׁר אִם Gen. 28, 15. Num. 32, 17. Jes. 6, 11. Ipse temporis terminus (non temporis spatium usque ad terminum) significatur in his verbis 1 Sam. 1, 22: עַד יִגָּמֵל הַנַּעַר וַהֲבִיאֹתִיו *usque dum ablactatus erit puer, adducam eum* pro: ubi ablactatus erit, cf. chald. עַד אַחֲרֵין et Germaniae australis et occidentalis idiotismum: *bis* Sonntag reise ich i. e. ipso die solis proximo. Proprie in his ellipsis inest, hunc in modum explicanda: *usque dum ablactatus erit puer* (mecum manebit), dein *eum adducam*. — Caeterum quod saepius observatum est (v. Noldii concord. part. p. 534. Glassii philol. s. p. 382 ed. Dathii, intpp. ad Ps. 110, 1 et contra Fritzschium ad Mt. pag. 853 sqq. Wineri Lex. p. 695), particulam עַד passim illud etiam tempus includere, quod ultra terminum excurrat: id manifesto falsum, quatenus hoc in huius particulae potestate ex singulari quodam usu loquendi Hebraeorum inesse volunt. Contra autem non minus certum est, scriptores sacros in huius generis locis non extremum, sed alium quendum terminum memorasse, et tempus, quod excurrit, minime exclusum voluisse. Qui ad iter faciendum proficiscens amicum *interim et donec redeat* valere iubet (lebewohl bis auf Wiedersehn!), is *nunc* quidem in propiore hoc termino acquiescit, quanquam amicum etiam post reditum valere optat. Eadem ratione iudicandi sunt loci Ps. 110, 1. 112, 8. Dan. 1, 21. Gen. 28, 15. 1 Tim. 4, 13, cf. Hengstenberg de authentia libri Danielis p. 66. 67.

3) *usque ad* (maiorem) gradum, i. e. *adeo ut, ita ut* (cf. arab. حتى et Horst ad Motenabbii carmen, Bonnae 1823 Vers. 1). Jes. 47, 1: *dicis: in perpetuum dominabor*, עַד לֹא שַׂמְתְּ אֵלֶּה עַל לִבֵּךְ *adeo ut* (eo procedis impotentiae et superbiae ut) *ista parum cures*. Iob.

14, 6. 1 Sam. 2, 45. 20, 41; plenius עַד אֲשֶׁר Jos. 17, 14 (nisi legendum עַל אֲשֶׁר).

עַד chald. i. q. hebr. A) Praep. 1) *inter, intra* (während). עַד יוֹמִין תְּלָתִין intra triginta dies Dan. 6, 8. 13. — 2) *usque ad*, de tempore, v. c. עַד כְּעַן hucusque Esr. 5, 16, sed עַד אָחֳרֵין usque ad postremum, est i. q. postremo Dan. 4, 5. — 3) *ad*, de consilio et fine. עַד־דִּבְרַת דִּי eum in finem ut Dan. 4, 14 i. q. עַל דִּבְרַת דִּי 2, 30.
B) עַד דִּי Conj. 1) *dum, interea dum.* Dan. 6, 25: *nondum attigerant* (viri in foveam deiecti) *pavimentum foveae, quum* (עַד דִּי) *leones eos prehendissent.* — 2) *usque dum* Dan. 4, 30. 7, 22.

עֵד m. pr. part. rad. עוּד 1) *testis* Prov. 19, 5. 9, etiam de rebus inanimatis Gen. 31, 44. 48. Jes. 19, 20. — 2) *testimonium*, pr. *quod testatur.* עָנָה עֵד בְּ testimonium exhibuit contra aliquem Ex. 20, 13. Deut. 5, 17. 31, 21. — 3) *princeps*, pr. iussor, legislator. Jes. 55, 4.

עֹד v. עוֹד *adhuc.*

עָדַד rad. inusit. arab. عَدَّ numeravit, computavit, max. dies, tempus; conj. IV. destinavit, max. tempus. Videtur hoc verbum secundarium esse, et ductum a nomine עַד tempus, pariter atque יָעַד, cui affine est. Inde syr. ܥܐܕܐ dies festus i. q. מוֹעֵד, arab. عِدَّان, عِدَّان tempus, عِدَّة tempus menstruorum muliebrium, et hebr. עִדָּה, nec non nomm. pr. עִדּוֹ, עַדְעָדָה, chald. עִדָּן.

עֹדֵד v. sub rad. עוּד Pil.

עָדָה arab. عَدَا pro عدو i. q. עָבַר 1) *transiit* Iob. 28, 8, unde עַד A, 1 et B. C., עֲדִי no. 1.
2) *hostiliter invasit*, unde arab. عَدُوّ hostis, cf. synn. עָבַר no. 5, b, חָלַף, הָלַךְ. Hinc עַד A, 2, praeda.
3) causat. transire fecit i. e. *induit* ornatum (nostr. überziehen, anziehen), *ornavit se* aliqua re, sq. acc., ut לָבַשׁ. (Chald. id.). Iob. 40, 10 (5): עֲדֵה־נָא גָאוֹן *indue splendorem.* עָדָה עֲדִי induit ornatum Ez. 23, 40. Jer. 4, 30. Hos. 2, 15. Jer. 31, 4: תַּעְדִּי תֻפַּיִךְ *ornabis te tympanis tuis*, quippe quae, manibus superinducta, saltantem mulierem ornabant.
Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *removit* (vestem) i. q. הֶעֱבִיר (Jon. 3, 6) Prov. 25, 20. — 2) causat. Kal no. 3, sq. dupl. acc. *ornavit aliquem aliqua re* Ez. 16, 11.
Nomina derivata sunt עַד, עֲדִי, עֵת pro עֶדֶת (עִתִּי, עַתָּה), et nomm. pr. עֲדִיתַיִם, עָדָה, עֲדָיָה, עֲדִיאֵל, יַעְדּוֹ, מַעֲדַי, מַעַדְיָה.

עֲדָא, עֲדָה fut. יֶעְדֵּא, יֶעְדֵּה chald. i. q. hebr. 1) *transiit*, inde *interiit* regnum Dan. 7, 14, *abrogata est* lex Dan. 6, 9. 13. — 2) *ivit, venit*, sq. בְּ ad aliquid Dan. 3, 27, sq. מִן *abiit*, discessit Dan. 4, 28.
Aph. causat. Pe. no. 2 *abstulit* Dan. 5, 20. 7, 26, *abrogavit* (reges) 2, 21.

עָדָה (ornatus, pulchritudo) n. pr. f. 1) uxoris Lamechi Gen. 4, 19. — 2) uxoris Esavi Gen. 36, 2. 4, cf. 26, 34.

I. עֵדָה f. cstr. עֲדַת (a rad. יָעַד) pro יְעָדָה (per aphaeresin) *conventus, coetus*, spec. 1) *concio, coetus* Israëlitarum, plene עֲדַת יִשְׂרָאֵל Ex. 12, 3, עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל 16, 1. 2. 9, עֲדַת יְהוָֹה coetus Jehovae Num. 27, 17, et κατ᾽ ἐξοχὴν הָעֵדָה Lev. 4, 15. LXX. συναγωγή. — 2) *coetus domesticus, familia* Iob. 16, 7. 15, 34, et in malam partem *turba* (improborum) Num. 16, 5. Ps. 22, 17. — 3) *examen* (apum) Iud. 14, 8.

II. עֵדָה f. (a rad. עוד) Zere impuro, pl. עֵדוֹת 1) *res, quae testatur* Gen. 31, 52. — 2) *testimonium* Gen. 21, 30. — 3) *praeceptum* (Dei). Ps. 119, 22. 24. 59. 79. 138. 146. 168.

עִדָּה f. tantummodo pl. עִדִּים i. q. arab. عِدَّةٌ tempus statutum, spec. *menstrua* mulierum. (V. rad. עָדַד). Jes. 64, 5: בֶּגֶד עִדִּים *vestis menstruis polluta*. Arab. عَدَّ conj. VIII. menstruata est mulier.

עִדּוֹ et עִדּוֹא (tempestivus) n. pr. 1) prophetae et scriptoris 2 Chr. 12, 15. 13, 22. — 2) avi Zachariae prophetae. Zach. 1, 1. 7. Esr. 5, 1. 6, 14. Neh. 12, 4. 16.

עֵדוּת f. 1) i. q. עֵדָה no. 3 *praeceptum* (Dei), saepissime in pl. עֵדְוֹת (*edwot*) more aram. flexo (ut מַלְכוּ, pl. מַלְכְוָן). Ps. 119, 14. 36. 99. Neh. 9, 34. — 2) *lex*, i. q. תּוֹרָה, max. de decalogo Ex. 25, 21. 16, 34. 2 Reg. 11, 12. אֲרוֹן הָעֵדוּת arca legis Ex. 25, 22. אֹהֶל הָעֵדוּת tentorium legis Num. 9, 15. 17, 23. 18, 2. Etiam de *ritu* sacro Ps. 122, 4. — 3) *revelatio*, inde *carmen revelatum* Ps. 60, 1. 80, 1, quandoquidem etiam Psalmorum auctores revelationes sibi tribuunt (Ps. 40, 7. 60, 8. 62, 12. 81, 7). Al. *carmen lyricum*, ad lyrum canendum, ut ductum sit ab עַד i. q. arab. عُودٌ lyra.

עֲדִי (a rad. עָדָה) in pausa עֶדִי, c. Suff. עֶדְיוֹ m. 1) *aetas* Ps. 103, 5 (Targ. senectus) opp. נְעוּרִים. V. rad. no. 1, cf. עַד A, 1.
2) *ornatus* (vide rad. no. 3) Ex. 33, 4. 6. Jer. 4, 30. עֲדִי עֲדָיִים ornatus splendidissimus Ez. 16, 7. De ornatu equi, *phaleris* Ps. 32, 9.

עֲדִיאֵל (ornatus Dei) n. pr. m. 1) 1 Chr. 4, 36. 2) 9, 12. 3) 27, 25.

עֲדָיָה (quem *Jehova ornavit*) n. pr. m. 1) avus Josiae regis 2 Reg. 22, 1. 2) 1 Chr. 9, 12. Neh. 11, 12. 3) 1 Chr. 8, 21. 4) Esr. 10, 29. 5) 10, 39. Neh. 11, 5, pro quo עֲדָיָהוּ 2 Chr. 23, 1.

עָדִין adj. *mollis, delicatus* Jes. 47, 8. Paene desperata et nescio an depravata sunt verba 2 Sam. 23, 8: הוּא עֲדִינוֹ הָעֶצְנִי (Chethibh) pro quibus auctor Paralipomenôn 1 Chr. 11, 11 dedit: הוּא עוֹרֵר אֶת חֲנִיתוֹ *is tollebat hastam suam*. Vulg. illa reddit: *ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*. Io. Simonis: *percussio eius hastâ suâ* (fuit) *in octingentos* cet. coll. عدن Conj. instrumento mucronato percussit. V. infra עָצַן. — Malim עֲדִין *vibrationem* reddere (das Schwingen, Schwenken der Lanze), a rad. עָדַן mollis, tener (schwank) fuit. — 2) n. pr. m. Esr. 2, 15. Neh. 7, 20.

עֲדִינָא (teres, nostr. *schwank*) n. pr. praefecti militum Davidis 1 Chr. 11, 42.

עֲדִיתַיִם (duplex ornatus) n. pr. oppidi tribus Judae, Jos. 15, 36.

עָדַל rad. inusit., arab. *iustus, generosus fuit*, unde

עַדְלַי (pro עַדְלִיָּה iustitia Dei) n. pr. m. 1 Chr. 27, 29 et

עֲדֻלָּם (iustitia populi, pro עֲדֻל עָם, sec. Io. Simon. comp. ex עַד עֻלָּם, cf. عَدْوٌ latibulum, et עָלַם abscondidit) n. pr. oppidi in campestribus Judae, olim regii Canaanitarum, a Rehabeamo muniti Jos. 12, 15. 15, 35. Mich. 1, 15. Neh. 11, 30. Alex. Ὀδολλάμ. In vicinia eius erat מְעָרַת עֲדֻלָּם spelunca Adullamitica 1 Sam. 22, 1. 2 Sam. 23, 13. N. gent. עֲדֻלָּמִי Gen. 38, 1. 12.

עָדַן rad. in Kal inusit., quae mollitiei, laxitatis potestatem habuisse

videtur. Arab. غدن V. flexibilis fuit, vacillavit, غَدَن mollities, laxitas, languor, غُدَان canna, pertica (pr. vacillans, in aëre vibrata), cf. supra עֲדִין. Gr. ἀδινός, quod Io. Simonis confert, ab hac stirpe plane alienum est.

Hithp. pr. *mollem se gessit* i. e. laute, delicate vixit. Neh. 9, 25.

Nomm. deriv. עֶדְנָה, עֵדֶן, עֶדֶן, עֲדִין, מַעֲדַנִּים et nomm. pr. עַדְנָה, עַדִינָא.

עֵדֶן m. 1) *deliciae, voluptas*, gr. ἡδονή, syr. ܥܽܘܕܢܐ, tantum in plur. Ps. 36, 9. 2 Sam. 1, 24.

2) n. pr. regionis amoenae in Asia (cuius situs Gen. 2, 10 — 14 describitur), in qua hortus primorum hominum fuisse perhibetur Gen. 2, 8. 10. 4, 16, hinc גַּן־עֵדֶן hortus Edeniticus 2, 15. 3, 23. 24. Joël 2, 3. Jes. 51, 3. Ez. 31, 9. 16. Varias de situ paradisi terrestris opiniones exposuerunt et diiudicarunt Rosenmüller bibl. Alterthumskunde T. I. p. 172 sqq. Schulthefs das Paradies. Turici 1816. octon.

עֶדֶן (amoenitas) n. pr. regionis Mesopotamiae vel Assyriae, 2 Reg. 19, 12. Jes. 37, 12. Ez. 27, 23. Diversum est בֵּית עֶדֶן v. p. 145 B.

עֲדֶנָה, עֲדֶן contr. pro עַד־הֵנָּה *hucusque* Eccl. 4, 2. 3.

עַדְנָא (voluptas) n. pr. m. Esr. 10, 30.

עַדְנָה (id.) n. pr. m. 1) 1 Chr. 12, 20. 2) 2 Chr. 17, 14.

עֶדְנָה f. *voluptas* Gen. 18, 12.

עִדָּן m. chald. 1) *tempus*, syr. ܥܶܕܳܢ, arab. غِدَان id., a rad. עֲדַד Dan. 2, 8 sq. 3, 5. 15. 7, 12. — 2) spec. *annus* Dan. 4, 13. 20. 22. 29. 7, 25: עַד־עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן *per annum, (duos) annos et dimidium annum* h. e. per tres annos et dimidium, cf. Josephi bellum jud. 1, 1. V. מוֹעֵד no. 2 et יָמִים no. 4.

עַדְעָדָה (syr. festum) n. pr. oppidi in regione tribus Judae australi, Jos. 15, 22.

עָדַף *redundavit, abundavit*, pr. de vestibus et stragulis amplis et dependentibus Ex. 26, 12. 13, dein *superfluus fuit*, de cibo Ex. 16, 23, de pecunia Lev. 25, 27, hominibus Num. 3, 46. 48. 49.

Hiph. superfluum collegit, habuit Exod. 16, 18. (Arab. غدف superfluum, nimium dedit, conj. IV laxavit velum).

I. **עָדַר** in Kal inusit., arab. غدر perfide deseruit, III. deseruit.

Niph. נֶעְדַּר 1) *relictus est, remansit* 2 Sam. 17, 22. — 2) *desideratus est, defuit* 1 Sam. 30, 19. Jes. 40, 26. 59, 15.

Pi. עִדֵּר *deesse passus est* aliquid 1 Reg. 4, 27 (5, 7).

II. **עָדַר** 1) *seruit, ordinavit, disposuit*, ut aciem 1 Chr. 12, 38. Omissa aciei vocabulo Vers. 33. Inde עֵדֶר.

2) ex usu Chaldaeorum *sarrivit*, Jes. 5, 6. 7, 25 (syr. ܥܕܪܐ aratrum), unde מַעְדֵּר sarculum. Hinc

עֵדֶר m. 1) c. Suff. עֶדְרוֹ *grex* Gen. 29, 2. 3. 8 et saepe. עֵדֶר יְהוָֹה grex Jehovae, de populo Israëlitico Jer. 13, 17. — 2) n. pr. a) oppidi australis tribus Judae, Jos. 15, 21. b) m. 1 Chr. 23, 23. 24, 30. Cf. מִגְדַּל עֵדֶר p. 542.

עֶדֶר (grex) n. pr. m. 1 Chr. 8, 15.

עַדְרִיאֵל (grex Dei) n. pr. generi Sauli regis 1 Sam. 18, 19. 2 Sam. 21, 8.

עָדַשׁ rad. inusit., arab. عدس pavit gregem. Inde ducunt

עֲדָשׁ vel **עֲדַשׁ** tantum plur. עֲדָשִׁים *lentes*, quibus pauperes maxime vescebantur Gen. 25, 34. 2 Sam. 17, 28. 23, 11. Ez. 4, 9. (Arab. عَدَس id.). V. Celsii Hierob. II, p. 104 sqq.

עַוָּא 2 Reg. 17, 24, v. עִוָּה.

עוּב in Kal inusit. i. q. עוּף no. 3 *obvolvere, caligine tegere.*

Hiph. caligine texit, metaph. ignobilem reddidit, contumelia affecit. Thren. 2, 1: *itane Dominus in ira sua caligine obtexit filiam Sionis.* LXX. ἐγνόφωσεν. (Syr. Aph. obscuravit, sed Pa. ܥܝܒ metaph. contemsit, contumelia affecit, عاب med. Je opprobrio affecit).

Deriv. עָב no. II nubes (chald. et zab. ܥܝܒܐ id.).

עוֹבָל (foliis nudatus) n. pr. gentis et regionis Arabum Joctanitarum, quod in Cod. sam. et 1 Chr. 1, 22 עֵיבָל scribitur. De situ eius nihil definio. Bochartus (Phaleg 2, 23) Avalitas intelligit in ora aethiopica; sed Joctanitae in ipsa Arabia quaerendi esse videntur. Minus etiam huc referenda est Gobolitis in Idumaea, quae est גְּבָל.

עוּג 1) pr. *in orbem ire*, ut radd. affines חוּג, חָגַג; arab. عاج med. Kesr. curvus fuit, II. curvavit, flexit. Inde עֻגָה, מָעוֹג orbis placentae, ut כִּכָּר a כָּרַר.

2) denom. ab עֻגָה: *panem s. placentam coxit.* Ez. 4, 12.

עוֹג (fort. contr. pro עֲנָג, עֲנָק i. e. statura longicollis, gigantis cf. עֲנָק) *Og*, n. pr. regis Batanaeae ob vastam magnitudinem famosi Num. 21, 33. 32, 33. Deut. 3, 1.

עוּגָב m. Gen. 4, 21. Iob. 21, 12. 30, 31, et עֻגָב Ps. 150, 4 (ubi complures libri mss. et editi habent עֻגָּב) *tibia, fistula, syrinx*, ut recte intpp. Hebraei. Targ. אַבּוּבָא tibia (syr. ܐܢܒܘܒܐ, zab. ܐܡܒܘܒܐ, unde *ambubaja* i. e. tibicina Hor.), Hieron. *organon* i. e. tibia duplex vel multiplex, instrumentum ex pluribus fistulis compositum. Apud Dan. 3, 5. 10. 15 interpres hebr. eo utitur pro chald. סוּמְפֹּנְיָה, q. v. Rad. est עָגַב, eaque, ut suspicor, primario *spirandi, flandi* significatu.

עוּד 1) i. q. arab. عَادَ med. Waw *revertere, reverti* (affinia sunt verba אוּד no. 1 et חוּד, vide Pi.), dein *iterare* (cf. שׁוּב), unde inf. absol. עוֹד adv. iterum, adhuc (q. v.). — 2) *iterum iterumque dixit, testatus est, contestatus est*, in Kal semel Thren. 2, 13 Chethibh, v. Hiph.

Pi. עִוֵּד *circumdedit* Ps. 119, 61. (Aeth. ዐቀደ: circumire, አዐደ: circumire fecit i. e. circumdedit).

Hiph. הֵעִיד 1) causat. *testem adhibuit, advocavit* aliquem Jes. 8, 2. Jer. 32, 10. 25. 44, inde *contestatus est*, sq. בְּ contra aliquem Deut. 4, 26. 30, 19. 31, 28. — 2) i. q. Kal, inde *testatus est, testificatus est*, absol. Am. 3, 13. Mal. 2, 14, sq. acc. *contra* al. 1 Reg. 21, 10. 13, et in bonam partem: *pro* aliquo i. e. eum laudavit Iob. 29, 11 (cf. μαρτυρέω Luc. 4, 22). Inde a) *obtestatus est* i. e. diis testibus invocatis *affirmavit, sancte affirmavit*, sq. בְּ pers. Gen. 43, 3: הָעֵד הֵעִד בָּנוּ הָאִישׁ לֵאמֹר *vir nobis sancte affirmavit.* Deut. 8, 19. 32, 46. 1 Reg. 2, 42. Zach. 3, 6; b) *graviter hortatus est*, max. Jehova populum, sq. acc. pers. Thren. 2, 13, בְּ Ps. 50, 7. 81, 9. 2 Reg. 17, 13, עַל Jerem. 6, 10; impr. *castigavit, corripuit* (cf. יִסַּר) Neh. 13, 15. 21; c) *sancte iniunxit* alicui praeceptum, legem, inde de legislatione sacra (v. עֵדָה no. 3 et עֵדוּת). 2 Reg. 17, 15: אֵת עֵדוֹתָיו אֲשֶׁר הֵעִיד בָּם *praecepta sua, quae iis dederat.* Neh. 9, 34. 1 Sam. 8, 9.

Hoph. הוּעַד *declaratum, indicatum est* Ex. 21, 29.

Pil. עֹדֵד (quod male derivant a rad. עָדַד) pr. *restituit, confirmavit* Ps. 146, 9. 147, 6.

Hithpal. statuit se, erectus stetit Ps. 20, 9. LXX. ἀνορθώθημεν.

Nomm. deriv. עֵד, עֵדָה, עֵדוּת, תְּעוּדָה, et

עוֹד, passim (teste Masora duodecies, v. c. Gen. 8, 22. Jer. 13, 27 cet.)

עֹד pr. inf. absol. verbi עוּד *redeundo, iterando.* Ubique adv. 1) *iterum, denuo* Gen. 4, 25. 8, 21. 24, 20. Iud. 13, 8. Hos. 1, 6. — 2) *iterum et saepius, identidem* (zu wiederholten Malen, immer von Neuem, ita ut actio vix intermissa mox et saepius redintegretur; male reddunt: continuo, sine intermissione) Gen. 46, 29: וַיֵּבְךְּ עַל־צַוָּארָיו עוֹד *et flevit in amplexu eius identidem* i. e. ita ut identidem lacrimae erumperent. Ruth 1, 14. Ps. 84, 5: *beati habitantes domum tuam,* עוֹד יְהַלְלוּךָ *identidem* (quotidie, bene Kimchius כָּל־הַיָּמִים) *laudant te.* Jer. 2, 9. Hos. 12, 1. — 3) *praeterea, amplius, insuper* Jes. 5, 4. Eccl. 3, 16. Iud. 20, 25. Gen. 7, 4. 8, 10. 29, 7. — 4) *adhuc.* Gen. 29, 7: *est adhuc dies multus.* Num. 11, 33 et sexcenties, it. *etiam, magis etiam.* Prov. 9, 9: *da sapienti* וְיֶחְכַּם עוֹד *et sapientior etiam fiet.* C. Suff. עוֹדֶנִּי (עוֹדִי) (vide infra) adhuc ego (sum, eram) Jos. 14, 11. 1 Sam. 20, 14, עוֹדְךָ adhuc tu Gen. 46, 30, עוֹדֶנּוּ Gen. 18, 22. 43, 27. 28, עוֹדֶנָּה 1 Reg. 1, 14. 22, עוֹדָם Ex. 4, 18, semel עוֹד הֵם Jes. 65, 24. C. Suff. plur. semel Thren. 4, 17 Keri: עוֹדֵינוּ תִּכְלֶינָה עֵינֵינוּ *adhuc languescunt oculi nostri.* Suffixum redundat, et arcessitum videtur propter rhythmum: in Chethibh scriptum est עֵינֵינָה (forma aram. pro עֵינֵינוּ) propter homoteleuton in voce תִּכְלֶינָה.

Cum Praeff. 1) בְּעֹד, בְּעוֹד a) *dum adhuc* (est, erat), *quo tempore adhuc* est (opp. בְּטֶרֶם). 2 Sam. 12, 22: בְּעוֹד הַיֶּלֶד חַי *dum vivebat puer.* Jer. 15, 9: בְּעֹד יוֹמָם *dum interdiu est.* Ps. 104, 33: בְּעוֹדִי *dum superstes ero.* 146, 2. b) *intra adhuc* —. Gen. 40, 13: בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *intra tres adhuc dies.* Jes. 7, 8. Cf. בְּ A, no. 3.

2) מֵעוֹד *ex quo.* מֵעוֹדִי ex quo sum Gen. 48, 15. Num. 22, 30: מֵעוֹדְךָ עַד הַיּוֹם הַזֶּה *ex quo tu es usque ad hodiernum diem.*

עֹדֵד (pro מְעוֹדֵד restituens, erigens) n. pr. 1) patris Asariae prophetae 2 Chr. 15, 1. 8. — 2) alius prophetae ibid. 28, 9.

עָוָא v. עָוָה.

עָוָה 1) i. q. arab. عوى *flexit, inflexit; torsit, distorsit* (cogn. rad. אָוָה), v. Niph. Pi. Hiph. — 2) *perverse egit, peccavit* (cf. חָבַל no. II, 2) Dan. 9, 5, sq. עַל pers. Esth. 1, 16. (Arab. غوى erravit, seductus est).

Niph. 1) *distorqueri*, doloribus et spasmis, mulieris instar parturientis. Jes. 21, 3: נַעֲוֵיתִי מִשְּׁמֹעַ *distorqueor, ita ut non audiam,* it. *incurvari, deprimi* calamitatibus Ps. 38, 7. — 2) *perversum esse.* Prov. 12, 8: נַעֲוֵה לֵב *animi perversi* homo. 1 Sam. 20, 30: בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת *fili* mulieris *perversae contumaciae,* h. e. matris perversae et contumacis.

Pi. pervertit, subvertit, evertit. Jes. 24, 1: עִוָּה פָנֶיהָ *subvertit faciem eius* (terrae). Thren. 3, 9: נְתִיבֹתַי עִוָּה *vias meas subvertit.* Cf. הָפַךְ.

Hiph. curvum, pravum fecit, pervertit, depravavit, ut pervertit ius Iob. 33, 27, depravavit viam s. agendi rationem, h. e. prave egit Jer. 3, 21, dein omisso דֶּרֶךְ *prave egit* 2 Sam. 7, 14. 19, 20. 24, 17.

Nomm. deriv. עַוָּה, עָוֹן, עִוְעִים, עִי, מְעִי, chald. עֲוָיָא, et nomm. pr. עַוִּים, עַי, עַיָּת, עַוָּה, עַוִּי, עִיּוֹן.

עַוָּה (i. q. עַוָּה eversio, nisi forte ita legendum) 2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 37, 13, et עַוָּא 2 Reg. 17, 24, n. pr. oppidi Assyriorum imperio parentis, ex quo coloni in Samariam deducti sunt. N. gentil. pl. עַוִּים 2 Reg. 17, 31, sed de aliis eiusdem nominis gentibus v. infra v. עַוִּי. Conferunt *Avatham*, Phoeniciae oppidum (v. Relandi Palaestina p. 232. 233).

עַוָּה f. *eversio* Ez. 21, 32, v. עָוָה Pi.

עָוֹן v. עָוֹן.

עוֹז v. עֹז *robur.*

עוּז, arab. عَاذَ med. Waw *confugere* (vicina sunt עוּשׁ, חוּשׁ), sq. בְּ *ad* aliquem Jes. 30, 2.

Hiph. causat. *fugere fecit* i. e. *in tuto collocavit* aliquid (nostr. seine Habe flüchten) Ex. 9, 19, et omisso acc. in tuto collocavit *res suas* Jes. 10, 31. Jer. 4, 6. 6, 1.

עוּט rad. inusit. (cogn. עוּץ, אוּץ) pr. imprimere, immergere, insculpere. Inde עֵט stylus. Arab. غاط impressit, immersit, ut pedes in arenam it. fodit. II. altius demisit buccellas. VI. demerserunt se invicem in aquam. غُوطَةٌ terra mollior arenosa, aquis irrigua, arboribus consita, cf. غاص demersit se sub aquam, urinatus est.

עַוִּי, plur. עַוִּים 1) N. gent. (pr. ab עַוָּה, qui loca deserta habitant) *Avvaei* a) aborigines terrae Philistaeorum Deut. 2, 23. Jos. 13, 3. b) incolae urbis Avva, v. עַוָּה. — Sed 2) הָעַוִּים (oppidum) Avvaeorum, est oppidum in tribu Benjamin prob. ab Avvaeis (no. 1, a) nomen habens Jos. 18, 23.

עֲוָיָא sive **עֲוָיָא** f. chald. *perversitas, peccatum.* Saepe in Targg. In V. T. tantum in plur. עֲוָיָן vel (ut in aliis libris est, et in Targg. semper) עֲוָיָן Dan. 4, 24.

עֲוִיל m. I) *impius* Iob. 16, 11, a rad. עָוַל.

II) *infans* pr. *lactatus* i. q. עוּל Iob. 21, 11, fort. 19, 18, a rad. עוּל.

עֲוִית (ruinae) n. pr. oppidi in finibus Edomitarum Gen. 36, 35.

עָוַל in Kal inusit. pr. *avertit, distorsit* (cf. אָוַל, חָבַל), inde *pravus fuit.* Arab. عال med. Waw quiesc. *declinavit*, max. a iusto.

Pi. עִוֵּל *prave egit* Ps. 71, 4. Jes. 26, 10. (Syr. Aph. id.).

Nomm. derivata: עַוָּל, עָוֶל, עַוְלָה, עוֹלָה no. I, et עֲוִיל no. I.

עַוָּל m. *pravus, improbus* Iob. 18, 21. 27, 7. 29, 17.

עָוֶל c. Suff. עַוְלוֹ, et **עָוֶל** m. *pravitas, improbitas*, velut iudicis Lev. 19, 15, mercatoris Ez. 28, 18. עָשָׂה עָוֶל prave egit Ex. 3, 20. LXX. ἀδικία, ἀνομία.

עוּל sive **עִיל** *lactare, lac praebere*, de animalibus 1 Sam. 6, 7. 10. Gen. 33, 13. Part. עָלוֹת *lactantes*, poët. de ovibus Ps. 78, 71. Jes. 40, 11. (Arab. غال med. Je, gravida fuit et lactavit).

Derivv. עֲוִיל no. II, et

עוּל m. *infans* pr. *lactatus* Jes. 49, 15. 65, 20. (Apud Arabes عايل puer, syr. ܥܘܠܐ id.).

עַוְלָה f. i. q. עָוֶל Iob. 6, 29. 30. 11, 14. 13, 7. בְּנֵי־עַוְלָה improbi 2 Sam. 3, 34, et omisso בְּנֵי abstr. pro concr. עַוְלָה de improbis Iob. 24, 20. Ps. 107, 42. Cum ה parag. עַוְלָתָה Ps. 92, 16 et contr. עֹלָתָה Iob. 5, 16, transp. עַלְוָה (q. v.), pl. עוֹלוֹת Ps. 58, 3. 64, 7.

עוֹלָה I) contr. pro עַוְלָה *improbitas* Jes. 61, 8. — II) *holocaustum*, v. עֹלָה (a rad. עָלָה).

עוֹלָל pl. עוֹלָלִים, et **עוֹלֵל** (verbale Po. formae חוֹתֵם) pl. עוֹלְלִים, c.

Suff. עֲלָלֵיהֶם, עֲלָלֵיכֶם m. *puer, puerulus* (ut suspicor, a petulantia dictus, v. עָלַל no. 2), vc. poët., diversum a יוֹנֵק, quocum copulatur Jer. 44, 7. Thren. 2, 7. Dicitur de puero in platea ludente Jer. 6, 11. 9, 20, panem poscente Thren. 4, 4, in captivitatem abducto 1, 5, in sinu gestato 2, 20, semel de partu nondum edito Iob. 3, 16. Idem est מְעוֹלֵל Jes. 3, 12. (De origine et propria significatione quid statuamus, supra dictum. Alii aliter. In his Alb. Schultens Origg. hebr. I, 6 conferebat arab. عَلَّلَ conj. II. puerum a lacte depulsum (crustulis) demulsit, ut עוֹלֵל pr. sit: puer a lacte depulsus, sed ne cum forma quidem, quae activa est, hoc conciliari potest).

עוֹלֵלוֹת *racemationes*, v. עֹלֵלוֹת.

עוֹלָם, passim עֹלָם m. A) pr. occultum, spec. *tempus occultum, absconditum, diuturnum*, cuius vel initium vel finis vel incertum est vel non definitum, *aeternitas, perpetuitas.* Ponitur 1) de *tempore diu praeterito*, antiquo, in his fere locutionibus et exemplis: יְמֵי עוֹלָם Am. 9, 11. Mich. 6, 14. Jes. 63, 9 et יְמוֹת עוֹלָם Deut. 32, 7 tempora antiqua. מֵעוֹלָם *a temporibus inde antiquis, antiquissimis* Gen. 6, 4. 1 Sam. 27, 8. Jes. 63, 16. Jer. 2, 20. 5, 15. Ps. 25, 6, adeoque de tempore ante mundum conditum Prov. 8, 23, adiecta negatione: *non — ab ullo tempore, nunquam* Jes. 63, 19. 64, 3; alibi: *a longo inde tempore, diu* Jes. 42, 14 (ubi refertur ad exilii tempus). 46, 9. 57, 11. גְּבוּל עוֹלָם terminus a maioribus positus Prov. 22, 28. 23, 10, פִּתְחֵי עוֹלָם portae antiquae Ps. 24, 7, מֵתֵי עוֹלָם tempore prisco defuncti Ps. 143, 3. Thren. 3, 6, עַם עוֹלָם homines prisci, diu defuncti Ez. 26, 20. Quandoquidem autem priscis hominibus vera pietas moresque intemerati tribuuntur, דֶּרֶךְ עוֹלָם Ps. 13, 24, אֹרַח עוֹלָם Iob. 22, 15, נְתִיבוֹת עוֹלָם Jer. 6, 16, שְׁבִילֵי עוֹלָם ib. 18, 15, est (vera) pietas patrum, cf. צֶדֶק עֹלָמִים iustitia s. innocentia prisca Dan. 9, 24. Non semper autem remotissimam antiquitatem designari, manifesto docet חָרְבוֹת עוֹלָם, quod Jes. 58, 12. 61, 4 in fine exilii babylonici de ruinis Hierosolymorum dicitur (Jer. 25, 9. 49, 13 eo non pertinet, ubi 'ע ad futurum tempus refertur).

2) Saepius etiam ad *tempus futurum* refertur, ita quidem ut terminus ad quem, quem vocant, ubique ex ipsa rei natura definiatur. Ubi enim de rebus humanis agitur, et speciatim quidem a) de singulis hominibus, plerumque *omnes dies vitae* significat, velut עֶבֶד עוֹלָם servus perpetuus (dum vivit, non dimittendus) Deut. 15, 17. Ex. 21, 6. 1 Sam. 27, 12 (poët. de bestia Iob. 40, 28); עַד עוֹלָם in perpetuum i. e. ad dies vitae 1 Sam. 1, 22. 20, 15. 2 Sam. 3, 25. שַׁלְוֵי עוֹלָם perpetuo (dum vivunt) securi Ps. 73, 12. 30, 13: *Jehova, mi deus,* לְעוֹלָם אוֹדֶךָּ *perpetuo* (dum vivam) *laudabo te.* 5, 12. 31, 2. 37, 27. 28. 49, 9. 52, 11. 71, 1. 86, 12; passim etiam *vitam longissimam.* Ps. 21, 5: *vitam a te petebat* (rex), *tu* (o Deus) *dabas* אֹרֶךְ יָמִים עוֹלָם וָעֶד *eamque longam, longissimam.* — Multo minorem etiam ambitum habet vox עוֹלָם in his verbis Jes. 35, 10: שִׂמְחַת עוֹלָם עַל רֹאשָׁם *gaudium perpetuum* erit *circa capita eorum* i. e. gaudium nunquam non in vultibus eorum conspicuum erit, continuo hilares erunt et laeti (cf. Ps. 126, 2). Jes. 51, 11. 61, 17 et Jes. 32, 15 ipsum terminum eius temporis indicatum habes: *collis et specula erunt in cavernas* עַד עוֹלָם *diu* ..... 15. עַד יֵעָרֶה *donec effundetur* cet. Alibi b) pertinet ad universam gentem (dynastiam) populumve et *omne tempus usque ad*

interitum eius complectitur. 1 Sam. 2, 30: *familia tua mihi serviet* עַד עוֹלָם *dum erit.* 13, 13. 2 Sam. 7, 16. 1 Chr. 17, 12. 22, 10. Ps. 18, 51: *favorem exercebit in Davidem et posteros eius* עַד עוֹלָם. Ita foedus Dei cum Israelitis vocatur בְּרִית עוֹלָם Gen. 17, 7. Lev. 24, 18, leges iis datae חֻקַּת עוֹלָם, חק עולם Ex. 12, 14. 17. 27, 21. 28, 43. 30, 21. Lev. 3, 17. 6, 21, possessio terrae sanctae אֲחֻזַּת עוֹלָם Gen. 17, 8. 48, 4. — c) Ad *metaphysicam aeternitatis notionem*, eam certe, quae fine caret, propius accedunt ea exempla, quibus עוֹלָם terrae et universae rerum naturae tribuitur. Eccles. 1, 4: *sed terra stat* s. *manet* לְעוֹלָם *in perpetuum.* Ps. 104, 5: *in aeternum non vacillat* (terra). 78, 69; גִּבְעוֹת *colles aeterni* ante multa secula creati, et in perpetuum duraturi Gen. 49, 26. Deut. 33, 15, בָּמוֹת ע׳ excelsa aeterna Ez. 36, 2; nec non ubi ad res humanas post mortem futuras refertur, v. c. שְׁנַת עוֹלָם somnus aeternus, de morte Jer. 51, 39. 57, בֵּית עוֹלָמוֹ domus aeterna eius i. e. sepulcrum Eccles. 12, 5, חַיֵּי עוֹלָם vita aeterna post resurrectionem Dan. 12, 1. — d) Vera *aeternitatis* notio in vc. nostro iis in locis inest, qui ad immortalem naturam summi numinis spectant, quod vocatur אֵל עוֹלָם deus aeternus Gen. 21, 33. Jes. 40, 28, חֵי הָעוֹלָם in aeternum vivens Dan. 12, 7 (cf. חָיָה לְעוֹלָם vivere in aeternum, immortalem esse instar deorum Gen. 3, 22. Iob. 7, 16), cui tribuuntur זְרֹעֹת עוֹלָם brachia aeterna Deut. 33, 27, et de quo dicitur Ps. 90, 2: מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם אַתָּה זֶה *ab aeternitate ad aeternitatem tu idem* es. 103, 17, cf. Ps. 9, 8. 10, 16. 29, 10. 93, 2. — Peculiare denique genus constituunt e) ii loci, quibus Hebraei aeternitatis notione metaphysica per hyperbolen usi sunt de rebus humanis, maxime in bonis votis. Eo pertinet formula solennis in salutandis regibus: יְחִי אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לְעוֹלָם *vivat rex, dominus meus, in aeternum* 1 Reg. 1, 1, 31. Neh. 2, 3 (cf. Dan. 2, 4. 3, 9. Judith 12, 4. Aelian. var. hist. 1, 32); tum poëtarum bona vota in reges regiasque gentes pronuntiata, velut Ps. 61, 8: *in aeternum solio suo insideat* (rex) *coram deo* (cf. Comm. 7 *anni eius* sint כְּמוֹ דֹר וָדֹר *instar multarum generationum*). 45, 7: *solium tuum a Deo constitutum* לְעוֹלָם וָעֶד stabit *in aeternum.* 89, 37: *semen eius* (Davidis) *durabit in aeternum.* Quae quam vim habeant, intelligis ex verbis, quae statim sequuntur: *solium eius instar solis coram me* stabit. 38: *instar lunae firmum erit in aeternum*, et Ps. 72, 5: *te* (o rex) *reverebuntur cum sole* i. e. dum sol erit, *et dum luna erit per omnes generationes.* ibid. 17: *erit nomen eius* לְעוֹלָם *in aeternum, dum sol erit, sobolescet nomen eius.* Nimirum per figuram superlationis regi, et nominatim quidem Davidi posterisque regiis imperium optatur non minus diuturnum, quam ipsum universum. Adde Ps. 48, 9: *Deus ea* (Hierosolyma) *tuetur in aeternum.* Jer. 7, 7: *terra quam dedi patribus vestris* לְמִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם. 25, 5.

B) *mundus*, ex usu Chaldaeorum et Rabbinorum, ut gr. *αἰών*, inde *rerum mundanarum studium* (Weltsinn), quasi plenius dicas *ἀγαπὴ τοῦ κόσμου* 1 Ioh. 2, 15, *αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου* Eph. 2, 2 et arab. دُنْيَا mundus, res mundanae, earumque amor rerum divinarum scientiae exitiosus. Eccl. 3, 11: *omnia pulchre fecit* (Deus) *tempore suo* גַּם אֶת־הָעֹלָם נָתַן בְּלִבָּם מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא יִמְצָא הָאָדָם וְגוֹ׳ *quanquam idem* Deus *cordi eorum indidit* s. insevit *terrestrium rerum studium, ita ut non intelligat homo opera Dei* cet. גַּם pro

גַּם כִּי, v. גַּם no. 4. Ad sententiam cf. Eccles. 8, 17. Alia forma est עֵילוֹם.

עון rad. inusit. *quiescere*, *habitare* (cf. arab. أَوْنٌ commoditas, quies, آنَ placide vixit), unde מְעוֹנָה, מָעוֹן habitatio, et

עוֹנָה f. *cohabitatio* i. e. concubitus, debitum coniugale Exod. 21, 10. (Talmud. id.). — Hos. 10, 10 in Keri est עוֹנֹות, quod Targ. reddit sulcos (cf. מַעֲנָה), sed contextus tantum non flagitat עֲוֹנוֹת peccata.

עֹוֵן i. e. עַיִן, v. rad. עין.

עָוֹן Ex. 28, 43. 34, 7, rarius עָווֹן 2 Reg. 7, 9. Ps. 51, 7, cstr. עֲוֹן, עֲווֹן 1 Chr. 21, 8 pl. absol. et cstr. עֲוֹנוֹת c. Suff. עֲוֹנֵינוּ, עֲוֹנֶיךָ, saepius עֲוֹנֹתַי, עֲוֹנֹתֶיךָ cet. m. pr. *perversitas, pravitas* (a rad. עָוָה), deinde 1) *actio prava, crimen, peccatum* Gen. 4, 13. 44, 16. Iob. 31, 11: עֲוֹן פְּלִילִים *crimen iudicibus puniendum*, cf. V. 28. 19, 29: עֲוֹנוֹת חֶרֶב *crimina ferro punienda.* Ez. 21, 30: עֲוֹן קֵץ *crimen finis* i. e. quod finem s. exitium affert. V. 34. 35, 5. Saepe est *culpa peccando contracta*, ut עֲוֹן אָבוֹת culpa patrum Ex. 20, 5. 34, 7, עֲוֹן הָאֱמֹרִי culpa Amoritarum Gen. 15, 16. עֲוֹן חַטָּאתִי culpa peccati mei Ps. 32, 8, it. *res iniqueparta* Hos. 12, 9: *non invenient in opibus meis* עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא *rem inique partam, quae peccatum fuerit* (kein Unrecht, das Sünde wäre). De peccato condonando et expiando utuntur verbis הֶעֱבִיר, סָלַח, נָשָׂא, כִּפֵּר no. 2, c; de eo puniendo verbo פָּקַד; de poena eius ferenda, luenda verbo נָשָׂא no. 2, b. — 2) passim est *poena* peccati Jes. 5, 18, *calamitas*, *miseria* Ps. 31, 11.

עִוְעִים m. pl. *pravitates*, *perversitates* Jes. 19, 14, pro עֲוָעִים, a rad. עָוָה. Vulg. *vertigo*, haud inepte.

עוּף 1) i. q. כָּנַף (ex quo nescio an litteris emollitis haec radix orta sit, cf. עוּק, עָנַק; אוּץ, אָנַס, אָלַץ et plura, v. radd. דּוּשׁ, הוּךְ cet.) *tegere*, max. *pennis*, alis. Jes. 31, 5: כְּצִפֳּרִים עָפוֹת *sicut aves quae alis tegunt* (pullos) כֵּן יָגֵן יְיָ צְ׳ עַל יְרוּשָׁלַםִ *ita Jehova exercituum proteget Hierosolyma.* A tegendo est עוֹף pr. i. q. כָּנָף ala, unde

2) *volare, avolare, advolare,* de avibus Prov. 26, 2; transl. de exercitu Jes. 11, 14. Hab. 1, 8, navibus Jes. 60, 8, sagitta Ps. 91, 5, it. cito evanescere (verfliegen), de somno Iob. 20, 8, vita humana Ps. 90, 10. Semel transit. ut Hiph. Prov. 23, 5 Chethibh. (Arab. عاف med. Waw et Je in aëre pependit et alicui rei imminuit avis sq. على, عَيْفَة volatus; secundarium est عائف augur, عِيَاف, عِيَافَة augurium). A tegendo (no. 1) est

3) *caligine tegere* (syr. ܥܛܦ obvolvit) et intrans. *caligine tectum esse.* Iob. 11, 17: תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה (etsi nunc) *caligine tectus* i. e. calamitate oppressus (mox) *eris sicut mane* (nisi cum 3 codd. legere mavis תְּעוּפָה *caligo erit ut mane*). Et

4) *deliquium animi pati,* in quo oculi tenebris obvolvuntur (v. עָטַף, עָלַף et arab. غَشِيَ. Syr. ܥܛܦ defecit viribus, Ethp. animi deliquium passus est. Cognata sunt עָיֵף et יָעֵף defecit viribus). Fut. וַיָּעַף (ut discernatur a וַיָּעָף volat) 1 Sam. 14, 28. Iud. 4, 21.

Pil. עוֹפֵף 1) i. q. Kal no. 2 *volavit* Gen. 1, 20. Jes. 6, 2. 2) *vibravit* q. d. volare fecit (gladium) Ez. 32, 10.

Hiph. volare fecit Prov. 23, 5 Keri.

Hithpal. avolavit i. e. evanuit Hos. 9, 11.

Nomm. deriv. signif. 1. 2 sunt: עוֹף, עַפְעַפַּיִם, signif. 3 מָעוּף, מוּעָף, עֵיפָה.

עוֹף pr. *ala* (v. rad. no. 1), inde collect. *aves* (Geflügel) Gen. 1, 21. 30. Levit. 17, 13. Ps. 50, 11 et saepe.

עוֹף chald. i. q. hebr. Dan. 2, 38. 7, 6.

I. עוּץ *consulere*, i. q. יָעַץ, nonnisi in imp. עֻצוּ Iud. 19, 30. Jes. 8, 10. Hinc יְעוּץ n. pr.

II. עוּץ i. q. עוּט, غاط, غاص impressit, immersit se, v. c. pes in arenam, unde غَوْطَةٌ terra mollis, arenosa et frugifera. Inde

עוּץ (terra mollis et arenosa) n. pr. *Ausitis, Ausitae* (LXX *Αὐσῖτις, Αὐσῖται*) n. pr. regionis et gentis in Arabiae desertae parte boreali (بادية الشام) inter Palaestinam, Idumaeam, et Euphratem, Ptolemaeo V, 19 *Αἰσῖται* (nisi forte reponendum *Αὐσῖται*) Iob. 1, 1 (cf. Comm. 3). Jer. 25, 20 et Thren. 4, 21 (qui quidem locus de Idumaeis intelligendus est, qui in Ausitide consederant). De origine gentis aliis locis aliter statuitur, v. Gen. 10, 23. 22, 21. 36, 28, cf. Vateri comment. ad Pentat. T. I, p. 152. Caeterum vide quae de situ regionis Uz disputarunt Bochartus, Phaleg II, 8, J. D. Michaëlis in spicileg. II, 26. Ilgen de Iobi natura et indole p. 95. 96. Rosenm. Scholiis in Iob. Prolegomm. §. 5. Eichhorn, Einleit. in das A. T. §. 639.

עוּק in Kal inusit. Syr. et chald. *premi, coarctari* i. q. hebr. צוּק.

Hiph. pressit, sq. תַּחַת (pr. deorsum pressit, *καταθλίβω*) Am. 2, 13.

Nomm. deriv. עָקָה, מוּעָקָה.

עָוַר in Kal inusit. Aethiop. ዐወረ: *caecum esse.* Arab. عَوِرَ et عَارَ luscus fuit.

Pi. עִוֵּר *caecavit, obcaecavit.* (Syr. ܥܘܰܪ. Ad originem quod attinet, nescio an עִוֵּר pr. idem sit quod עִפֵּר pulverem, arenam, paleam in oculum iniecit, cf. chald. עוּר). 2 Reg. 25, 7. Jerem. 39, 7. Metaph. *obcaecavit* iudicem (donis) Ex. 23, 8. Deut. 16, 19.

Nomm. deriv. (עוּר), עִוֵּר, עִוָּרוֹן, עַוֶּרֶת.

עִוֵּר adj. *caecus* Ex. 4, 11. Lev. 19, 14. Metaph. de hominibus, qui in ignorantiae (Jes. 29, 18. 42, 18. 19. 43, 8), vel miseriae (Ps. 146, 8) tenebris versantur.

I. עוּר pr. *fervere* (cogn. עִיר q. v.), dein *alacrem, vigilem esse* (opp. tum somno, tum ignaviae). Spec. 1) *vigilem esse, vigilare* Cant. 5, 2. Mal. 2, 12: עֵר וְעֹנֶה *vigilans et respondens*, h. e. vivus quisque, locutio proverbialis (ut עָצוּר וְעָזוּב), fortasse a Levitis petita in templo vigilias agentibus (Ps. 134), quorum alter vigilat et acclamat, alter respondet. In eandem sententiam Arabes dicunt: *nemo clamans et nemo respondens* (vit. Tim. I, p. 108 ed. Manger). Hieron. magister et discipulus. — 2) *expergisci* e somno. Tantum in imp. Ps. 44, 24: עוּרָה לָמָּה תִישַׁן אֲדֹנָי *expergiscere! cur dormis, domine?* Ps. 7, 7. Jes. 51, 9. — 2) causat. *expergefacere* i. q. Hiph. Iob. 41, 2, fut. יְעוּר Keri.

Niph. נֵעוֹר, fut. יֵעוֹר pass. Pi. et Hiph. 1) *expergefactus, excitatus est* (ex somno) Iob. 14, 12. Zach. 4, 1. — 2) translate *surrexit* ventus Jer. 25, 32, populus Jer. 6, 22. Joël 4, 12 (3, 17), Deus Zach. 2, 17. De loco Hab. 3, 9 v. עוּר no. II.

Pil. עוֹרֵר (cf. gr. *ὄρω* = *ὄρνυμι*,

praet. ὄρωρα) 1) *expergefecit, excitavit* e somno Cant. 2, 7. 3, 5. 8, 4 (5?), e latebris *excitavit* et evocavit serpentem Iob. 3, 8, translate *incitavit* rixam Prov. 10, 12, *suscitavit* potentiam suam (seine Macht aufbieten) Ps. 80, 3. — 2) *sustulit* (et vibravit) hastam 2 Sam. 23, 18, flagellum Jes. 10, 26. — Sed Jes. 23, 13 v. sub rad. עָרַר Pil.

Hiph. הֵעִיר (ἐγείρω) i. q. Pi. 1) *expergefecit*, e somno Zach. 4, 1. Cant. 2, 7. 3, 5. 8, 4, *excitavit* aliquem ad aliquid Jes. 45, 13. Jer. 50, 9, et in eandem sententiam: excitavit spiritum alic. 1 Chr. 5, 26. 2 Chr. 21, 16, aurem alic. Jes. 50, 4; *provocavit* v. c. crocodilum Iob. 41, 2, pullos ad volandum Deut. 32, 11: כְּנֶשֶׁר יָעִיר קִנּוֹ עַל גּוֹזָלָיו יְרַחֵף *quemadmodum aquila, ubi nidum* (i. e. pullos) *provocat* ad volandum (ut recte Vulg.), *super pullis libratur* in aëre cet. Pingitur aquila femella, quae pullos ad volandum condocefactura excitat et provocat, postea vero summa cura cavet, ne debilior forte noxam capiat. — 2) *vigilavit* (pr. Wache halten) Ps. 35, 23, sq. עַל invigilavit alicui Iob. 8, 6.

Hithpal. 1) *excitavit se, surrexit* Jes. 51, 17. 64, 6, sq. עַל adversus aliquem Iob. 17, 8. — 2) *laetatus est* (nostr. *aufgeweckt seyn* de hilari, laeto) Iob. 31, 29.

Nomm. deriv.: chald. עִיר vigil, et nomm. pr. יָעִיר, עֵר, עֵרִי, עֵרָן.

II. **עוּר** i. q. עָרָה et עָרַר *nudus, nudatus fuit*, unde arab. عَارَ, عَوْرَةٌ nuditas, verenda, hebr. מְעוֹרִים.

Niph. Hab. 3, 3: עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ *nudando* (pr. nudatione) *nudatus est arcus tuus*.

Pil. עוֹרֵר v. rad. עָרַר.

III. **עוּר** rad. inusit. cogn. חוּר, *fodere, forare*, unde غَارٌ hebr. מְעָרָה caverna.

עוּר chald. *palea* Dan. 2, 35. Syr. ܥܘܪܐ id., arab. عُوَارٌ, عَائِرٌ festuca vel simile quid oculo nocens. Dictum volunt ab obcaecando (rad. עָוַר), sed vide sitne potius עוּר idem quod עָפָר pulvis, pulvisculus, unde עִוֵּר i. q. עִפֵּר pulverem iniecit in oculum (Sand in die Augen streuen, stäuben).

עוֹר m. 1) *cutis* hominis (fort. a nuditate dicta, v. rad. no. II) Ex. 34, 30. 35. Lev. 13, 2. Iob. 7, 5 et saepe. עוֹר שִׁנַּיִם cutis dentium i. e. gingiva Iob. 19, 20 (de quo loco v. sub rad. מָלַט). De verbis Iob. 19, 26 v. s. rad. נָקַף. Poët. de *corpore, vita* Iob. 2, 4: עוֹר בְּעַד עוֹר *cutis pro cute* i. e. vita pro vita. 18, 13: *partes cutis eius* i. e. membra corporis eius. — 2) *pellis* animalium Gen. 3, 21, pl. עוֹרוֹת Gen. 27, 16, etiam de pellibus arte subactis et paratis, *corio* Lev. 4, 11. 13, 48.

עוּרִים (lege עֲיָרִים) Jes. 30, 6 Chethibh, pro עֲיָרִים *asini*.

עִוָּרוֹן m. *caecitas* Deut. 28, 28. Zach. 12, 4. Vide rad. עָוַר.

עַוֶּרֶת f. id. Lev. 22, 22.

עוּשׁ ἅπ. λεγόμ. Joël 4, 11, quod LXX. Targ. Syr. reddunt: *congregari*. Malo: *festinare, adproperare* i. q. rad. affines חוּשׁ, עוּז et غَشَّ III properavit, acceleravit opus. Adde etiam עוּת.

Deriv. nomm. pr. יְעוּשׁ, יוֹעָשׁ.

עָוַת in Kal inusit. curvus, inflexus fuit i. q. verba vicina עָבַת, עָבַט.

Pi. עִוֵּת *flexit, incurvavit, pervertit* Eccles. 7, 13. Metaph. ius flexit Iob. 8, 3. 34, 12, cf. Am. 8, 5; etiam c. acc. pers. *flexit s. pervertit causam* alic. Thren. 3, 36.

Iob. 19, 6. Ps. 119, 78. עִוֵּת דֶּרֶךְ פ׳ viam alicuius pervertit i. e. eum seduxit Ps. 146, 9. — *Pu.* part. *curvatum* Eccl. 1, 15.

Hithp. incurvavit se Eccl. 12, 3. — Deriv. עַוָּתָה.

עוּת rad. ἅπ. λεγομ. eiusdem originis et significationis atque עוּשׁ, pr. *adproperare*, max. ad iuvandum, inde *succurrere* (nostr. beispringen), *iuvare*. Arab. غاث conj. IV. *iuvit*, *succurrit*, *subvenit*. Cstr. c. dupl. acc. (ut כִּלְכֵּל Gen. 47, 12. 1 Reg. 18, 4. 13). Jes. 50, 4: לָעוּת אֶת־יָעֵף דָּבָר *ut subvenirem* (populo) *fesso sermone*, ut verbis eum erigerem, confirmarem. Aqu. ὑποστηρίσαι. Vulg. *sustentare*. Inde

עוּתַי (pro עוּתְיָה, עוּתְיָה cui Jehova succurrit) n. pr. 1) 1 Chr. 9, 4. 2) Esr. 8, 14.

עַוָּתָה pr. inf. aram. Pi. a rad. עָוַת (Kamez impuro) f. *flexio* alic. i. e. oppressio eius Thren. 3, 59, cf. verbum Comm. 36.

עַז f. עַזָּה, pl. עַזִּים A) adj. 1) *fortis*, *vehemens*, de populo Num. 13, 28, vento Exod. 14, 21, de fluctibus Neh. 9, 11. Jes. 43, 16, de ira Gen. 49, 7. Prov. 21, 14. — 2) *firmus*, *munitus* Num. 21, 24. — 3) *durus*, *saevus*, de rege Jes. 19, 4. עַז־פָּנִים *durae faciei*, i. e. perfrictae frontis, impudens Deut. 28, 50. Dan. 8, 23.

B) subst. *robur*, *fortitudo* Gen. 49, 3. Rad. עָזַז.

עֵז plur. עִזִּים f. 1) *capra*. (Syr. ܥܙܐ, arab. عنز, phoenic. ἄζα Steph. Byz. Idem vc. habent linguae indogermanicae, ut sanscr. *adscha* caper, *adschâ* capra, goth. *gáitsa*, anglosax. *gât*, nostr. *Geis*, forma duriore *Gems* [rupicapra], gr. αἴξ, αἰγός, adde turc. *gieik*, *ghieizi*, cf. Grimm deutsche Gr. III, 328). גְּדִי עִזִּים haedus caprarum Gen. 27, 9. שֵׂה עִזִּים pecus caprina (ein Stück Ziegenvieh, non: pecus caprinum) Deut. 14, 4. — 2) pl. עִזִּים *pili caprini* Ex. 26, 7. 36, 14. 1 Sam. 19, 13.

עֵז chald. i. q. hebr. no. 1 Esr. 6, 17.

עֹז, passim עוֹז (Prov. 31, 17. 25), sq. Makk. עָז־, c. Suff. עֻזִּי et עָזִּי, עֻזְּךָ et עָזְּךָ, עֻזּוֹ, עוּזֵּנוּ (a rad. עָזַז) 1) *robur*, *fortitudo*, *potentia*, de Deo Iob. 12, 16. 26, 2, hominibus Ps. 29, 11. Iob. 26, 12, de brutis Iob. 41, 14; de voce valida Ps. 68, 34, de vehementia irae Ps. 90, 11. בְּכָל־עֹז omni robore 2 Sam. 6, 14. Concr. *fortes*, *heroes* Iud. 5, 21. — 2) *firmitas*. מִגְדַּל עֹז turris firma, munita Iud. 9, 51 cf. Ps. 30, 8. Hinc trop. *tutela*, *refugium*, *praesidium*. Ps. 28, 8: יְהוָה עֹז לָמוֹ *Jehova iis* est *praesidio*. 46, 2. 62, 8. In malam partem עֹז פָּנִים facies obfirmata i. e. impudens Eccl. 8, 1. — Cum potentia coniunctae sunt *maiestas*, *splendor*, *gloria*, inde est 3) *splendor*, *maiestas* i. q. כָּבוֹד quocum saepe copulatur Hab. 3, 4. Ps. 96, 6: עֹז וְתִפְאֶרֶת *splendor et maiestas*. Ps. 132, 8: אֲרוֹן עֻזֶּךָ *arca* (sedes) *maiestatis tuae*, h. e. arca foederis (alibi אֲרוֹן כְּבוֹד יְהוָה 2 Chr. 6, 41), de qua poët. ipsum עֹז Ps. 78, 61, cf. 1 Sam. 4, 21. 22. — 4) *gloria*, *laus* Ps. 8, 3. 29, 1. 68, 35. 99, 4. Ex. 15, 2. 2 Chr. 30, 21: כְּלֵי־עֹז *instrumenta laudis*, laudationi Dei adhibita.

(Arab. عزّ potentia, victoria, gloria).

עֻזָּא (robur) n. pr. m. 1) 2 Sam. 6, 3, pro quo V. 6. 7 עֻזָּה. 2) 1 Chr. 8, 7. 3) Esr. 2, 49. Neh. 7, 51. 2 Reg

עֲזָאזֵל vc. tantum in lege de festo piaculari obvium (Lev. 16, 8. 10. 26), multis interpretum coniecturis vexatum. Non dubitans reddo: *averruncus*, ἀλεξίκακος (עֲזָאזֵל pro עֲזַלְזֵל, a rad. עָזַל, عزل removit, separavit, cf. Lgb. p. 869), eoque

nomine primitus idolum aliquod sacrificiis placandum (ut Saturnum et Martem, v. מֹלֶךְ), postea vero (idolorum enim nomina ad daemones saepe translata sunt, v. librum Henochi cap. 10. Spencer de legg. Hebraeorum ritualibus III, diss. VIII) cacodaemonem in deserto habitantem ex ritu illo vetustissimo (et gentili) hostiis mitigandum intelligendum esse statuo. De cacodaemone *Asasel* عزازيل (apud Golium pag. 317 vitiose legitur عرازيل) etiam apud Arabes usitatum est (v. Reland. de rel. Muhammed. p. 189. Meninski h. v.), illudque vocabuli etymon, quod supra proposuimus, dudum expressit Alex. interpres a plerisque vel neglectus vel male intellectus. Is enim לַעֲזָאזֵל reddit V. 8 τῷ Ἀποπομπαίῳ (h. e. Ἀποτροπαίῳ, Ἀλεξικάκῳ, Averrunco), V. 10 εἰς τὴν ἀποπομπήν (ad averruncandum), V. 16 εἰς ἄφεσιν cf. de usu vocabuli graeci ἀποπομπαῖος quae dederunt Bochartus in Hieroz. P. I. p. 651. Vossius ad epist. Barnabae p. 316 et Suicer. thes. eccl. I, p. 468. Male autem iam patres ecclesiastici illud Ἀποπομπαῖος de *hirco* intellexerunt, cum manifesto Comm. 8 sibi opponantur לַעֲזָאזֵל et לַיהוָה. Ita tamen Vulg.: *caper emissarius*, Symm. ἀπερχόμενος, ἀπολελυμένος (qs. compositum sit ex עֵז capra et אזל abiit). Ipse Bochartus l. c. locum intelligebat, in quem hircus emittendus sit, et עֲזָאזֵל عزازيل plur. fractum esse censebat a sing. عزيل, عزال, pr. separationes, inde *loca deserta:* sed pluralis fracti nulla vestigia in lingua hebraea reperiuntur, et locus, quo ablegabatur hircus, potius indicatus est verbo הַמִּדְבָּרָה V. 10. 21, et אֶל־אֶרֶץ גְּזֵרָה V. 22.

עָזַב fut. יַעֲזֹב 1) pr. *relaxavit vincula,* et relaxatis vinculis *dimisit* iumentum. (De hoc usu verbi arabici عزب v. Sypkens in Diss. Lugd. II, p. 930 sqq.). Ita in loco difficili Ex. 23, 5: *ubi videbis asinum inimici tui sub onere suo succumbentem* וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ *cave, ne deseras eum, sed vincula eius* (asini) *relaxes cum eo.* Lusus verborum inest in duplici verbi עָזַב usu, quod primum vulgari deserendi, deinde primario relaxandi significatu ponitur. Transfertur ad servum dimissum, unde locutio proverbialis עָצוּר וְעָזוּב *clausus et manumissus* i. e. mancipium et liber s. omnes omnino homines Deut. 32, 36. 1 Reg. 14, 10. 21, 21. 2 Reg. 9, 8. 14, 26. (Lud. de Dieu hanc formulam interpretabatur: patres familias et caelibes, coll. عَزَبٌ caelebs, et أَحْصَنُ pater familias; al. neutr. clausum et derelictum i. e. pretiosum et vile, ad unum omnia. Sed illud praestat, et haec posterior interpretatio vel hanc ob causam ferri non potest, quia ubique ad homines, non ad res, pertinet illa formula). Metaph. Iob. 10, 1: אֶעֶזְבָה שִׂיחִי *libere dimittam* (laxatis qs. habenis) *querelam meam,* eam non cohibebo. — Inde

2) *reliquit,* hominem Gen. 2, 24, locum Jer. 25, 35. Ez. 8, 12, it. *deseruit,* ut miserum, pauperem Iob. 20, 19. Ps. 27, 10. Ez. 23, 29, Deus populum Jes. 42, 16. 49, 14. 54, 7. Ps. 9, 11. 22, 2. 71, 11, et vicissim populus Deum Iud. 2, 12. Deut. 31, 16. Jer. 5, 19. Ez. 24, 21, legem divinam Jes. 58, 2. Esr. 9, 12, pietatem Iob. 6, 14 cet. Dicitur etiam robur, animus aliquem deserere Ps. 38, 11. 40, 13. Spec. a) *relinquere* aliquid alicubi Gen. 50, 8; sq. בְּיַד in manu alicuius (de discedente) ibid. 39, 12. 13, quod partim dicitur pro *committere* alicui (überlassen, anvertrauen) Gen. 39, 6, partim pro *arbitrio alic. relinquere* 2 Par. 12,

5. Atque committendi significatu cstr. etiam sq. אֶל Iob. 39, 11, et עַל Ps. 10, 14 (intrans.): עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֵלְכָה *tibi se committit miser.* — b) de moriente: relinquere aliquid heredibus, sq. לְ Ps. 49, 11. — c) relinquere alicui aliquid, ita ut non auferas, sq. לְ Mal. 3, 19. — Part. pass. עֲזוּבָה *derelictum, desertum* dicitur de domibus, quae ab incolis derelictae nunc desertae iacent i. q. *rudera, ruinae* Jes. 6, 12. 17, 9: כַּעֲזוּבַת הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשׂ׳ *sicut rudera in* (Palaestinae) *silvis et cacuminibus, quae deserta reliquerunt* (Cananitae) fugientes *ante Israëlitas*, cf. 17, 2. Jer. 4, 29.

3) *omisit, intermisit* aliquid, sq. acc. Ez. 23, 8, sq. gerundio Hos. 4, 10, it. *remisit* iram Ps. 37, 8. עָזַב חַסְדּוֹ מֵעִם פ׳ remisit i. e. subtraxit alicui favorem suum Gen. 24, 27. Ruth 2, 20.

Niph. derelictus est Neh. 13, 11, saepe de terra, quae ab incolis derelicta et deserta iacet Lev. 26, 43. Jes. 7, 16. Iob. 18, 4. Sq. לְ: *derelinqui* i. e. committi alicui Jes. 18, 6.

Pu. עֻזַּב i. q. Niph. Jes. 32, 14.

Nomm. deriv. עֲזוּבָה et

עִזָּבוֹן tantum in pl. עִזְבוֹנִים m. vc. rei mercatoriae proprium, idem fere significans quod מַעֲרָב, *mercatus, commercium* (a rad. עָזַב pacto pretio *cessit, commisit* alteri i. e. vendidit), inde 1) *nundinae.* Ez. 27, 19: *Dan et Javan* מְאוּזָּל בְּעִזְבוֹנַיִךְ נָתָנוּ *netum ad nundinas tuas afferebant.* In locis similibus Comm. 12. 14. 22 in eandem sententiam בְּ merci vendendae praemittitur (*argento, ferro* rel. *nundinas tuas faciebant*) et V. 16 בְּ adeo bis ponitur: quae quomodo intelligenda sint, contextus satis docet, num accurate dicta sint, valde dubitamus. — 2) *quaestus* mercatura factus Ez. 27, 27. 33, cf. סַחַר.

עַזְבּוּק (fort. plane desolatum, ab עָזַב et בּוּק) n. pr. m. Neh. 3, 16.

עַזְגָּד (fortis fortunâ) n. pr. m. Esr. 2, 12. 8, 12. Neh. 7, 17. 10, 16.

עָזָה rad. inusit. arab. عزى *consolatus est*, unde nomm. pr. יַעֲזִיאֵל, מַעַזְיָה, יַעֲזִיָּה.

עַזָּה (valida, munita, q. d. Valentia) n. pr. *Gaza* (LXX *Γάζα*), una ex quinque Philistaeorum urbibus Jos. 11, 42. Iud. 16, 1. 21. 1 Sam. 6, 17. Jer. 25, 20. Am. 1, 6. 7. Zeph. 2, 4, eaque regia (Zach. 9, 5), in australibus Palaestinae finibus sita (Gen. 10, 19. 1 Reg. 4, 24), a Judaeis quidem tempore Judicum expugnata (Iud. 1, 18): sed a Philistaeis mox recuperata. Frequens eius mentio apud scriptores graecos, in quibus Plutarchus eam *maximam* Syriae urbem vocat, Arrianus magnam, in loco edito sitam et munitam. Hodieque ea nomen antiquum retinuit (غزّة). In historia eius enarranda multus est Relandus in Palaestina pag. 788—800. — N. gent. עַזָּתִי Iud. 16, 2.

עֻזָּה v. עֻזָּא no. 1.

עֲזוּבָה f. 1) *ruinae, rudera,* v. rad. no. 2. — 2) n. pr. f. a) matris Josaphati 1 Reg. 22, 42. b) uxoris Calebi 1 Chr. 2, 18. 19.

עִזּוּז m. *fortis, potens* (de Deo) Ps. 24, 8, collect. *fortes* i. e. milites Jes. 43, 17.

עֱזוּז m. *robur*, velut belli Jes. 42, 25, Dei Ps. 78, 4. 145, 6. Rad. עָזַז.

עַזּוּר v. עַזֻּר.

עָזַז fut. יָעֹז, inf. עֲזוֹז 1) *corroboravit, firmavit.* (Arab. عزّ fut. O). Sq. לְ *munivit.* Eccl. 7, 19: הַחָכְמָה

עַל chald. c. Suff. עֲלַיְנָא, עֲלוֹהִי, עֲלֵיהוֹן i. q. hebr. 1) *super* (auf) Dan. 2, 10. 29. 46. 48. 49. 3, 12 cet. — 2) i. q. hebr. no. 2 ὑπέρ, spec. superandi significatu Dan. 3, 19, transl. *ob, propter*, de causa, unde עַל דְּנָה propterea Esr. 4, 15. — 3) saepe i. q. אֶל *ad* aliquem, aliquid, post verbum intrandi Dan. 2, 24, redeundi 4, 31, mittendi Esr. 4, 11. 17. 18, scribendi 4, 7; i. q. לְ nota dativi. Dan. 6, 19: *aufugit somnum* עֲלוֹהִי *ei*, inde טַב עַל Esr. 5, 17 et שְׁפַר עַל Dan. 4, 24 bonum visum est alicui i. e. placuit ei.

עֹל, rarius עוֹל, c. Suff. עֻלּוֹ m. *iugum*, lignum incurvum temoni alligatum, collo iumentorum impositum Num. 19, 2. Deut. 21, 3. Plerumque translate de servitute 1 Sam. 6, 7. 1 Reg. 12, 11. Jes. 9, 3, calamitate Thren. 3, 27. Arab. غُلّ id., a rad. עָלַל, غَلَّ no. II, 2.

עֵלָּא chald. sq. מִן *super* Dan. 6, 3.

עֻלָּא (iugum) n. pr. m. 1 Chron. 7, 39.

עָלַג rad. inusit. i. q. לָעַג balbutivit, unde

עִלֵּג m. adj. *balbus, balbutiens,* Jes. 32, 4. (Arab. عَلِجٌ barbarus).

עָלָה fut. יַעֲלֶה 1) *ascendit.* (Arab. عَلَا altus, elatus fuit, it. ascendit. In linguis indogerm. eiusdem familiae est radix lat. *alo* [*auf*ziehn], unde *al*esco [wachsen], *al*tus, *al*tare et spiritu ab initio radicis indurato *cello*, unde *celsus*, *excello*, *collis;* de radd. germ. v. Fulda germ. Wurzelwörter §. 210, 2). Constr. sq. עַל loci, quorsum ascenditur Jes. 14, 14, אֶל Exod. 24, 13. 15. 18. 34, 4, לְ Jes. 22, 1, בְּ Ps. 24, 3. Cant. 7, 9, sq. acc. Gen. 49, 4: כִּי עָלִיתָ מִשְׁכְּבֵי אָבִיךָ *nam ascendisti lectos patris tui.* Prov. 21, 22. Num. 13, 17. Iud. 9, 48. Saepissime de iis dicitur, qui ex depressiore regione in editiorem pergunt, nominatim de his, qui in Judaeam proficiscuntur ex Aegypto Gen. 13, 1. 44, 24. Ex. 1, 10, ex regno δεκαφύλῳ Jes. 7, 1. 6. 1 Reg. 12, 27. 28. 15, 17. Act. 15, 2, ex Assyria Jes. 36, 1. 10, ex Babylonia Esr. 2, 1. Neh. 7, 6, ex omnibus terris (Zach. 14, 16. 17); it. de iis, qui sacrarium petebant Ex. 34, 24. 1 Sam. 1, 3. 10, 3 (sacraria enim antiquitus in montibus exstruebantur, ut monasteria, quae qui adeunt, syriace ascendere [ܣܠܩ] dicuntur, cf. s. v. בָּמָה no. 3. 4), in urbem proficiscuntur (urbes enim itidem in montibus condi solebant) 1 Sam. 9, 11. Iud. 8, 8. 20, 18. 31. Hos. 8, 9, qui in desertum pergunt (quod instar maris ascendere videtur intuentibus) Iob. 6, 18. Matth. 4, 1, qui principem iudicesve adeunt (quippe qui in arcibus habitare solent) Num. 16, 12. 14. Iud. 4, 5. 20, 3. Ruth 4, 1. Deut. 17, 8.

Etiam res inanimatae ascendere dicuntur, veluti fumus Gen. 19, 28 (adeoque res quae conflagrata in fumum abit Iud. 20, 40. Jer. 48, 15), vapor Gen. 2, 6, aurora 19, 15. 32, 25. 27, ira (quae fumo comparari solet) Ps. 18, 9. 78, 21. 31. 2 Sam. 11, 20, it. via sursum tendens Iud. 20, 31; regio assurgens Jos. 16, 1. 18, 12; sors, quae exit ex urceo Lev. 16, 9. 10. Jos. 18, 11; planta progerminans et crescens Gen. 40, 10. 41, 22. Deut. 29, 22 (poët. de hominibus Gen. 49, 9), unde part. עוֹלָה Iob. 36, 33 (planta) progerminans, cf. עָלֶה.

Ut alia verba eundi, fluendi (v. הָלַךְ, יָרַד) poët. struitur c. acc. rei, quae magna copia in ea ascendit, ita ut tota quasi in eam abeat. Prov. 24, 31: הִנֵּה עָלָה כֻלּוֹ קִמְּשֹׂנִים *ecce! totus ille* (ager) *spinis ascendit*, i. q. in spinas abit, ut domus conflagrata in fumum. Jes. 34, 13. 5, 6. Am. 8, 8, 9, 5.

2) Metaph. *invaluit* proelium 1 Reg. 22, 35, res familiaris Deut. 28, 42; sq. עַל, *superavit* Prov. 31, 29. De formula עָלָה עַל לֵב v. עַל p. 763 B.

3) Ascendere denique dicuntur vestis, quae induitur (v. עַל no. 1, a, *a*) Levit. 19, 19, novacula quae capiti admovetur Iud. 16, 17, fascia, quae vulneri applicatur (v. אֲרוּכָה); it. res, quae *tolluntur*, auferuntur (cf. Hiph. no. 3) Iob. 5, 16. 36, 20, in tabulas referuntur (cf. Hiph. no. 3) 1 Chr. 27, 24.

Niph. (pass. Hiph.) 1) *ascendere factus est* i. e. sursum ductus est Esr. 1, 11. — 2) *abire coactus, abactus est* Jerem. 27, 11. Num. 16, 24. 27. 2 Sam. 2, 27. — 3) *elevatus, exaltatus est* (Deus) Ps. 47, 10. 97, 9.

Hiph. הֶעֱלָה (raro הַעֲלָה Hab. 1, 15) 1) *adscendere fecit* (aliquem, aliquid), v. c. in tectum Jos. 2, 6, e fovea Gen. 37, 28; *sursum duxit, sursum tulit* 1 Sam. 2, 19. 8, 8. 2 Sam. 2, 3. 6, 15. 2 Reg. 17, 36.

הֶעֱלָה אֶת־הַנֵּרוֹת lucernas *imposuit* candelabro Ex. 25, 37. Constr. sq. acc., semel sq. לְ Ez. 26, 3. Spec. altari *imposuit* sacrificium, *obtulit* Jes. 57, 6, הֶעֱלָה עֹלוֹת holocausta obtulit Lev. 14, 20. Iob. 1, 5. — 2) *sustulit* Ps. 102, 25. — 3) in tabulas *retulit* 1 Reg. 9, 21. — 4) *obduxit, induxit* 1 Reg. 10, 17: שְׁלֹשֶׁת מָנִים זָהָב יַעֲלֶה עַל־הַמָּגֵן הָאֶחָד *et tres minas auri induxit uni clypeo*, h. e. uni clypeo deaurando adhibuit.

Hoph. הֹעֲלָה (pro הָעֳלָה) *sursum ductus est* Nah. 2, 8; *oblatum est* (sacrificium) Iud. 6, 28; *relatus est* in tabulas 2 Chr. 20, 34.

Hithp. extulit se Jer. 51, 3.

Nomm. deriv. עַל, עֹל, עָלֶה, מַעַל, מַעַל, עֶלְיוֹן, עִלִּי, עֶלִי, עֹלָה, מַעֲלָה, מַעֲלֶה, תְּעָלָה et nomm. pr. עֵלִי, אַלְעָלֵה, chald. עִלָּה.

עָלֶה cstr. עֲלֵה, c. Suff. עָלֵהוּ (Ps. 1, 3), plur. cstr. עֲלֵי Neh. 8, 15 m. *folium* Gen. 3, 7. 8, 11, collect. folia Ps. 1, 3. Jes. 1, 30, a rad. עָלָה crescendi et progerminandi significatu.

עִלָּה chald. *praetextus, causa*. Dan. 6, 5. 6. (Aram. et arab. ܥܶܠܬܳܐ, عِلَّة id. Atque Arabes quidem eo utuntur de *altero negotio*, quod alteri negligendo praetexitur, v. rad. עָלַל no. I Kal).

עֹלָה, rarius עוֹלָה f. 1) pr. *quod altari imponitur, in altari offertur* (v. rad. Hiph. no. 1), spec. i. q. כָּלִיל *holocaustum*, sacrificium, quod totum concremabatur Gen. 22, 3. 6. Lev. 1, 4 sq. — 2) *ascensus, gradus*. Ez. 40, 26. — Passim עֹלָה contr. est ex עַוְלָה *iniustitia*, q. v.

עֲלָה emphat. עֲלָתָא chald. *holocaustum*, pl. עֲלָוָן Esr. 6, 9.

עַלְוָה f. 1) litteris transpositis i. q. עַוְלָה (quod Hos. l. c. complures codd. habent) 1) *iniustitia* Hos. 10, 9. (Cf. aethiop. ዐለወ: i. q. עָוַל). — 2) n. pr. gentis edomiticae Gen. 36, 40. 1 Chr. 1, 51 Keri, ubi Chethibh habet עַלְיָה.

עֲלוּמִים (denom. ab עֶלֶם, עַלְמָה, ad formam בְּתוּלִים, זְקֻנִים) m. pl. *iuventus, aetas iuvenilis* Ps. 89, 46. Iob. 33, 25, poët. de robore iuvenili. Iob. 20, 11: עַצְמוֹתָיו מָלְאוּ עֲלוּמָיו (quanquam) *ossa eius plena sunt robore iuvenili*, ut bene LXX. Chald. Syr. (al. peccata occulta). De aetate iuvenili populi Jes. 54, 4.

עַלְוָן (iniustus) n. pr. viri Idumaei Gen. 36, 23, quod scribitur עַלְיָן 1 Chr. 1, 40.

עֲלוּקָה f. ἅπ. λεγόμ. Prov. 30, 15 pr. *hirudo*, ut recte LXX. Vulg. Gr. Venet. (arab. عَلَقَة, syr. ܥܠܩܐ id. a rad. علق et غلق adhaesit), dein monstrum, spectrumve muliebre, sanguisugum et insatiabile, quale الغول, الغولة in superstitionibus Arabum, max. in mille noctibus et una, et Vampyrus in fabulis nostratium. Ita العَلُوق in Camuso redditur ipso vocabulo الغُول, quod Bochartus (Hieroz. II, 801) et Alb. Schult. ad Prov. l. c. male *fatum* interpretati sunt. Caeterum vide quae superstitionibus Hebraeorum aliorumque orientalium circa spectra disputavimus in comment. ad Jes. 34, 14.

עָלַז i. q. עָלַס et עָלַץ *exsultavit, iubilavit* (et primitus quidem, ni fallor, de laeto clamore, ut ἀλαλάζω, רָנַן, non de exsiliendo, saltando, ut syn. גִּיל) 2 Sam. 1, 20. Ps. 68, 5, sq. בְּ de aliqua re, Ps. 149, 5. Hab. 3, 18. Etiam rebus inanimatis tribuitur Ps. 96, 12. Passim in malam partem de hominibus insolentibus, superbientibus Ps. 94, 3. Jes. 23, 12, cf. 5, 14.

Nom. deriv. עַלִּיז et

עָלֵז m. *exsultans* Jes. 5, 14.

עָלַט rad. inusit., arab. غلط crassus, spissus fuit, litteris transpositis غطل caliginosus fuit, unde

עֲלָטָה f. *caligo spissa* Gen. 15, 17. Ez. 12, 6. 7. 12.

עֵלִי (ascensio, fort. summitas, a rad. עָלָה) n. pr. *Eli*, summus sacerdos, Samuelis antecessor, 1 Sam. 1, 3 sqq. LXX. Vulg. Ἡλί, *Heli*.

עֱלִי m. *pistillum mortarii* Prov. 27, 22, a rad. עָלָה sublatus est (cf. no. 3). Suspicari etiam possis, significationem petitam esse a rad. עָלַל, arab. علّ conj. II iteratis ictibus percussit, quam tamen arcessere opus non est.

עִלִּי adj. tantum in fem. עִלִּית *superior* Jos. 15, 19. Iud. 1, 15, a rad. עָלָה, ad formam קָטֵל.

עִלַּי chald. *supremus, summus*. אֱלָהָא עִלָּאָה Dan. 3, 26. 32. 5, 18. 21, et simpl. עִלָּאָה 4, 14. 21. 7, 25, de deo summo et unico. In Chethibh ubique עליא, ad formam syr. ܥܠܝܐ.

עַלְיָה et **עַלְיָן** v. עַלְוָה et עַלְוָן.

עֲלִיָּה f. 1) *cubiculum superius, conclave* super tectum domus *eminens*, ὑπερῷον, Söller, Erker. (Arab. عِلِّيَّة, عُلِّيَّة). Iud. 3, 23. 25. 1 Reg. 17, 19. 23. 2 Reg. 4, 10. Poët. de coelo Ps. 104, 3. 13. — 2) *scala* vel *via strata* qua (in templum) *ascendebatur* 2 Chron. 9, 4.

עֶלְיוֹן m. עֶלְיוֹנָה f. adj. 1) *superior* (opp. תַּחְתּוֹן) Gen. 40, 17. הַבְּרֵכָה הָעֶלְיוֹנָה piscina superior (i. e. in loco editiore sita) 2 Reg. 18, 17. Ez. 42, 5. Semel de re, quae in loco edito collocata et hominibus in poenae exemplum proposita est, quod Graeci dicunt παραδειγματίζεσθαι. 1 Reg. 9, 8: וְהַבַּיִת הַזֶּה יִהְיֶה עֶלְיוֹן Vulg. *et domus haec erit in exemplum*. — 2) *supremus, summus*, de Deo, ut אֵל עֶלְיוֹן Gen. 14, 18, יְהוָה עֶלְיוֹן Ps. 7, 18, אֱלֹהִים עֶלְיוֹן 57, 3, et simpl. עֶלְיוֹן 9, 3. 21, 8. (Eodem vc. de diis utebantur Phoenices et Poeni, nimirum Ἐλιοῦν i. q. ὕψιστος Philo Bybl. apud Euseb. praep. evang. 1, 10, et *Alonim valonuth* [עליונים ועליונות] dii deaeque pr. superi superaeque Plaut. Poen. V, 1, 1, adde n. pr. *Abdalonimus* i. e. עבד עליונים servus h. e. cultor deorum).

עֶלְיוֹן chald. id., tantum in plur. (majest.) עֶלְיוֹנִין de Deo summo Dan. 7, 22. 25.

עַלִּיז m. *exsultans, laetus* Jes. 24, 8; passim (pariter atque verbum, q. v.) in malam partem, *insolenter exsultans* Jes. 22, 2. Zeph. 2, 15. Jes. 13, 3: עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי *milites tui insolenter exsultantes*. Zeph. 3, 11.

עֲלִיל m. ἅπ. λεγόμ. Ps. 12, 7 *officina*, a rad. עָלַל no. I, 3.

עֲלִילָה (a rad. עָלַל I, 3) Ps. 14, 1. 66, 5, plur. עֲלִילוֹת f. *facinus*, 1) de egregiis Dei facinoribus Ps. 9, 12. 77, 13, 2) de facinoribus hominum, max. in malam partem Deut. 22, 14. 17 (cf. עָלַל I, 2). Zeph. 3, 7: הִשְׁחִיתוּ כֹּל עֲלִילוֹתָם *pervertunt omnia facinora sua*, perverse, male agunt. Ps. 14, 1. 141, 4. Ez. 14, 22.

עֲלִילִיָּה f. i. q. praecedens no. 1 *facinus* (Dei) Jer. 32, 19.

עֲלִיצוּת f. (a rad. עָלַץ) *exsultatio, iubilum* Hab. 3, 14.

עִלִּית f. chald. *pars aedium superior* i. q. hebr. עֲלִיָּה Dan. 6, 11.

עָלַל i. q. arab. علّ pr. *iterum bibit* post priorem haustum (de quo

utuntur verbo نقل), ad sitim prorsus explendam. Conj. II. iterum iterumque bibit, et potavit. Sed primaria haec notio varie transfertur, velut ad plagam secundam, qua iam ictus caeditur et necatur, ad alterum mulctum, quo lac plane exprimitur, ad spicilegium et racemationem, quibus in priore messe praetermissa colliguntur cet. v. Dschauharium et Firuzabadium apud Alb. Schult. Origg. hebr. I, c. 6, qui hanc radicem copiose tractavit. Hebraeis est 1) *racematus est, spicilegium fecit,* ut عَلَّ Conj. II. V. Po. no. 1 et עֹלֵלוֹת. — 2) *sitim explevit,* translate de libidine explenda (v. Hithpa. Iud. 19, 25), saepius etiam *animum explevit* (den Muth kühlen) aliquem *vexando,* in eum cum petulantia illudendo, inde *petulans fuit* (muthwillig seyn), עוֹלֵל, מְעוֹלֵל, עוֹלָל (puer) petulans, abstr. תַּעֲלוּל. — 3) (opus) *perfecit* (etwas *vollbringen, vollführen*), v. עֲלִיל, inde *perpetravit facinus,* v. Po. no. 3, et nomm. עֲלִילָה, מַעֲלָל.

Po. 1) *racematus est* Lev. 19, 10, sq. acc. agri Deut. 24, 21. Transfertur ad populum, qui ad internecionem caeditur Jer. 6, 9. — 2) *petulans fuit.* Part. מְעוֹלֵל (puer) petulans. Jes. 3, 12 i. q. עוֹלֵל, עוֹלָל q. v. — 3) *vexavit, male habuit* aliquem, sq. לְ pers. Thren. 1, 22. 2, 20: לְמִי עוֹלַלְתָּ כֹּה *quem ita vexasti?* 3, 51: עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי *oculus meus male me habet* i. e. dolet (prae lacrimis). Pass. Thren. 1, 12: *ut dolor meus,* אֲשֶׁר עוֹלַל לִי *qui mihi illatus est.* Iob. 16, 15: עוֹלַלְתִּי בֶעָפָר קַרְנִי *male habui caput meum pulvere* i. e. foedavi, totum conspersi pulvere.

Hithpa. הִתְעַלֵּל 1) pr. *sitim explevit,* de explenda libidine, sq. בְּ in al. Iud. 19, 25, *animum explevit* aliquem vexando, ei illudendo (bene LXX. ἐμπαίζω, Vulg. *illudo*) 1 Sam. 31, 4. 1 Chr. 10, 4. Num. 22, 29. Jer. 38, 19. — 2) *omnem potentiam suam exseruit, consumsit* in aliquo perdendo, sq. בְּ Ex. 10, 2. 1 Sam. 6, 6.

Hithpo. perfecit, perpetravit facinus Ps. 141, 4.

Nomm. deriv. עוֹלָל, עוֹלֵל, עֹלֵלוֹת, עֲלִיל, עֲלִילָה, עֲלִילִיָּה, מַעֲלָל, תַּעֲלוּל, chald. עִלָּה.

II. עָלַל rad. inusit., arab. غَلَّ 1) *inseruit, immisit,* et intrans. *ingressus est,* ut chald. עֲלַל. — 2) *religavit, revinxit,* unde עֹל, غُلّ iugum (ut lat. iugum a iungendo, gr. ζυγόν a ζεύγνυμι).

עֲלַל chald. i. q. hebr. no. II. 1) *intravit.* (Syr. id.). Spec. de eo, qui in conclave regis intrat et admittitur Dan. 2, 16. 24. Praet. עַל Dan. l. c., fem. עַלַּת, Chethibh עַלַּלַת 5, 10. Part. plur. עָלִּין 4, 4. 5, 8, Chethibh עָלְלִין. — 2) *occidit* sol. Dan. 6, 15. Cf. hebr. בּוֹא.

Aph. *introduxit* aliquem, sq. בְּ pers. Praet. הַנְעֵל (inserta littera נ) Dan. 2, 25. 6, 19. Imp. הַעֵל 2, 24, inf. הַעָלָה 5, 7, et הַנְעָלָה 4, 3. *Hoph.* הֻעַל *introductus est* 5, 13. 15.

N. deriv. מֶעָל.

עֹלֵלוֹת cstr. עֹלְלוֹת pl. f. *racemationes* Jer. 49, 9. Obad. 1. 5. Jes. 17, 6. Iud. 8, 2, a rad. עָלַל I, 1.

I. עָלַם *abscondit, occultavit.* In Kal non legitur nisi part. pass. עֲלֻמִים occulta (peccata) Ps. 90, 8.

Niph. נֶעְלַם *absconditus fuit, latuit* Nah. 3, 11, sq. מִן eius, quem quid latet Lev. 5, 2, et מֵעֵינֵי 4, 13. Num. 5, 13. Part. נַעֲלָמִים homines tecti, astuti, Ps. 26, 4.

Hiph. הֶעְלִים 1) *abscondit,* sq. מִן alicui, 2 Reg. 4, 27. Spec. a) הֶעְלִים עֵינַיִם sq. מִן oculos abscondit i. e. avertit ab aliquo, quod modo negligentis est Ez. 22, 26 et auxilium denegantis Jes. 1, 15, cf.

Prov. 28, 27, modo conniventis Lev. 20, 4. 1 Sam. 12, 3 (sq. בְּ). Omisso עֵינַיִם Ps. 10, 1. b) הֶעְלִים אֹזֶן aurem obvelavit, audire noluit, Thren. 3, 56. — 2) *obscuravit* aliquid verbis, sermone i. e. vituperavit, reprehendit (opp. illustrare i. e. laudare) Iob. 42, 3.

Hithp. se abscondit. Iob. 6, 16 de fluviis: עָלֵימוֹ יִתְעַלֶּם־שָׁלֶג *in quos sese abscondit nix* s. aqua nivalis verno tempore (עַל h. l. accedendi potestatem habet, v. no. 1, b, *α*). Sq. מִן *avertit se* ab aliqua re, ei se subtraxit. Deut. 22, 1. 3. 4. Ps. 55, 2: אַל־תִּתְעַלַּם מִתְּחִנָּתִי *noli te avertere a fletu meo.* Jes. 58, 7.

Nomm. deriv. עוֹלָם, עֵילוֹם, תַּעֲלֻמָה.

II. עָלַם sive עָלֵם rad. inusit., arab. غَلِمَ pubes fuit et coëundi cupidus, de iuvene, puella et animalibus, syr. ܐܬܥܠܡ id. Hinc עֶלֶם et עַלְמָה, עֲלוּמִים.

עָלַם emph. עָלְמָא chald. m. i. q. hebr. עוֹלָם *tempus remotum* (aeternum), de tempore futuro Dan. 3, 33. 4, 31. 7, 27, et praeterito Esr. 4, 15, unde Dan. 2, 20: מִן־עָלְמָא וְעַד־עָלְמָא *ab aeterno usque ad aeternum.*

עֶלֶם m. *iuvenis, isque pubes* 1 Sam. 17, 56. 20, 22 (pro quo V. 21 נַעַר), arab. غُلَامٌ, غَلِيمٌ, a rad. עָלַם no. II.

עַלְמָה f. antecedentis, *puella nubilis et viro matura*, ut arab. غُلَامَةٌ, غَيْلَمٌ, syr. ܥܠܝܡܬܐ, chald. עוּלֵימְתָּא i. q. נַעֲרָה, et gr. *νεᾶνις* (quo hebraeum עַלְמָה reddiderunt LXX. Ps. 68, 26, et Aqu., Symm., Theod. Jes. 7, 14). Gen. 24, 43. Ex. 2, 8. Prov. 30, 19. Plur. עֲלָמוֹת Ps. 68, 26. Cant. 1, 3. 6, 8. De *coniuge iuvenili, recens nupta* Jes. 7, 14 (cf. בְּתוּלָה Joël 1, 8). Neque enim illibatae virginitatis notio in hoc vc. inest, quam propria voce בְּתוּלָה exprimunt (v. Cant. 6, 8 et Prov. l. c., ut Jes. l. c. LXX. male reddant *παρθένος*), neque conditionis innuptae (ut nuper contendit Hengstenbergius, Christol. des A. T. II, 69), sed aetatis nubilis et pubertatis. V. Comment. ad Jes. l. c. — עַל עֲלָמוֹת more virginum, nach Jungfrauen Weise (v. עַל no. 1, a, *ζ*) i. e. voce virginea acuta, nostr. *soprano*, opp. voci virili et gravi 1 Par. 15, 20 (de quo loco vide s. rad. נָצַח no. I Pi.). Ps. 46, 1. Forkelius (Gesch. der Musik I, p. 142) intelligebat *modos virginum* (coll. germ. Jungfrauweis), invito contextu loci 1 Par. l. c.

עַלְמוֹן (occultum) n. pr. 1) oppidi Benjaminitarum Jos. 21, 18, quod 1 Chr. 6, 45 עָלֶמֶת appellatur. — Sed 2) עַלְמֹן־דִּבְלָתָיְמָה Num. 33, 46 est Israelitarum statio in deserto Sinaitico.

עַלְמוּת vc. *δὶς λεγόμ.*, sed incertae auctoritatis 1) Ps. 9, 1 idem esse videtur quod עַל עֲלָמוֹת Ps. 46, 1 (vide s. v. עַלְמָה) voce virginea (nisi ita legendum). 2) Ps. 48, 15 flagitante contextu est i. q. עוֹלָם *aeternitas*, h. l. *in perpetuum*, LXX. *εἰς τοὺς αἰῶνας* Vulg. *in secula* (quasi pronuntiassent עֲלָמוֹת). Multi libri mss. et impressi: עַל־מוּת (malim עַל־מָוֶת) *usque ad mortem*, quod equidem praetulerim, cf. de hoc עַל particulae usu Jes. 10, 25. Ps. 19, 7.

עַלְמִי chald. n. gentil. ab עֵילָם (q. v.) *Elamita*, Plur. עַלְמָיֵא *Elamitae*, Esr. 4, 9.

עָלֶמֶת (tegumentum) n. pr. m. 1) 1 Chr. 7, 8. 2) 8, 36. 9, 42.

עַלֶּמֶת v. עַלְמוֹן.

עָלַס i. q. עָלַז et עָלַץ *iubilavit, laetatus est* Iob. 20, 18.

Niph. Iob. 39, 13: כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה *ala struthionum exsultat* i. e. alacriter se agitat, cf. Il. II, 462: ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

Hithp. laetatus est Prov. 7, 18.

עָלַע rad. admodum dubiae auctoritatis, quam idem esse volunt atque לוּעַ deglutire, sorbere, et unde ducunt fut. Pi. יְעַלְעוּ *sorbent.* Iob. 39, 30 (33). Equidem suspicor reponendum esse לְעַלְעוּ (י in ל mutato, eiusdem formae litteram, sed maiorem) i. e. לְעַלְעוּ (vel לְעַלְעוּ) *sorbillant* praet. Pilel (quae forma de motu celeri frequentatur).

עֲלַע chald. f. i. q. hebr. צֵלָע *costa*, pl. עִלְעִין Dan. 7, 5. Male dentes caninos vel aprinos intelligebat Bertholdtus.

עָלַף in Kal inusit. pr. *texit, obvolvit.* (Arab. غَلَفَ, gr. καλύπτω. Cf. עוּף no. 1).

Pu. 1) *tectus est* Cant. 5, 14. 2) *defecit viribus, deliquium passus est* (pr. caligine tectus est, v. synn. עָטָה, עָטַף). Jes. 51, 20.

Hithp. 1) *velavit se* Gen. 38, 14. 2) i. q. Pu. no. 2 *viribus defecit*, prae aestu Jon. 4, 8, prae siti Am. 8, 13.

עֻלְפֶּה m. (verbale Pu. cum ־ֶה parag.) *languens, moerens* Ez. 31, 15.

עָלַץ fut. יַעֲלֹץ, i. q. עָלַז et עָלַס *iubilavit, laetatus est.* Prov. 11, 10. 28, 12. עָלַץ בַּיהוָה de Jehova laetatus est Ps. 5, 12. 9, 3. 1 Sam. 2, 1. Sq. לְ *insultavit* alicui Ps. 25, 2. Translate de rebus inanimatis 1 Chr. 16, 32.

Deriv. עֲלִיצוּת.

עָלַק rad. in verbo inusit. arab. علق, غلق adhaesit, inde עֲלוּקָה hirudo, q. v.

עַם (cum accentibus coniunctivis) et **עָם** (cum distinctivis et praevio art.) c. Suff. עַמִּי, utriusque sexus vc. (sed raro f. Ex. 5, 16. Iud. 18, 7) *populus*, a congregando dictus, v. rad. עָמַם no. 1 (arab. عَامَّة *vulgus*, plebs). Creberrime dicitur de Israële, tanquam *populo Dei*, עַם יְהוָה Ex. 15, 13. Deut. 32, 36, עַם קָדוֹשׁ populo sancto Deut. 7, 6, עַם נַחֲלָה populo, qui Dei peculium est 4, 20 cet. et opponuntur גּוֹיִם (v. גּוֹי), sed plur. עַמִּים Jes. 8, 9. Ps. 33, 10 et עַמֵּי הָאָרֶץ Deut. 28, 10 cet. de omnibus populis frequentatur. Spec. dicitur 1) de *singulis gentibus* tribubusque, v. c. עַם זְבֻלוּן Iud. 5, 18, plur. saepe de tribubus Israëliticis (cf. δήμους Atheniensium) Gen. 49, 10. Deut. 32, 8. 33, 3. 19. Jes. 3, 13. Hos. 10, 14. Ps. 47, 2. 10; adeoque de *gente* sive *familia* alic., max. in plurali עַמֵּי פ׳ *cognati* et *necessarii* alicuius i. q. אַנְשֵׁי פ׳ (v. אִישׁ no. 1, h) Lev. 21, 1. 4. 19, 16. נֶאֱסַף אֶל עַמָּיו congregari *ad suos* i. q. alibi dr. congregari *ad patres* (v. אָסַף Niph.). [Inde natus est usus eius in singulari de singulis *necessariis*, unde arab. عَمّ patruus, et nomm. pr. עַמִּיאֵל necessarius Dei, אֱלִיעָם cui Deus necessarius est]. Poët. de peculiari quodam genere hominum, ut עַם עָנִי homines miseri Ps. 18, 28 cf. גּוֹי צַדִּיק homines iusti Gen. 20, 4. — 2) Opp. ducibus regive notat *cives, vulgum* (cf. λαός opp. ducibus Il. 2, 365. 13, 108. 24, 28) 1 Reg. 12, 16. 2 Reg. 11, 17. 23, 21. Ez. 7, 27, milites Iud. 5, 2, inde sq. genit. ducis dominive *comites, servos* eius i. q. אֲנָשָׁיו (v. אִישׁ no. 1, h), *seine Leute.* Cant. 6, 12: מַרְכְּבוֹת עַמִּי נָדִיב *currus comitum principis*, die Wagen des fürstlichen Gefolges (־ִי enim h. l. non suffixum, sed paragogicum et st. constr. notam esse statuo). Eccl. 4,

16, etiam de privati domini servis 1 Reg. 19, 21. 2 Reg. 4, 41. — Alibi 3) ubi homo privatus loquitur: *populus meus* est *populus, cuius civis sum* Jes. 53, 8. Ruth 1, 16, unde בְּנֵי עַמִּי filii populi mei, i. e. populares mei, Gen. 23, 11, poët. בַּת עַמִּי id. (v. בַּת no. 5) Thren. 2, 11. 3, 14. 4, 3. 6. — C. art. dicitur 4) etiam de *universo genere humano* i. q. הָאָדָם Jes. 40, 7. 42, 5. 44, 7, quo etiam referri possunt verba per acerbam εἰρωνείαν dicta Iob. 12, 2: אָמְנָם כִּי אַתֶּם עָם *sane vos* estis *omne genus humanum, et vobiscum emoritur sapientia* (ihr seyd alle Welt, und habt aller Welt Weisheit). — 5) Poët. de animalium *agmine* Prov. 30, 25. 26. Ps. 74, 14, cf. גּוֹי no. 2, adde gr. δῆμος.

Pl. עַמִּים cstr. עַמֵּי (rarius more aramaeo עֲמָמִים cstr. עַמְמֵי Neh. 9, 22. 24. Iud. 5, 14) *populi*, it. *tribus Israëlitarum* v. supra no. 1 *cognati, necessarii* alic., v. supra no. 2.

עַם chald. id. Plur. עַמְמִין emph. עַמְמַיָּא Dan. 3, 4. 7. 31. 5, 19. 6, 26. 7, 14. Syr. ܥܰܡܳܐ, pl. ܥܰܡܡ̈ܶܐ.

עִם pr. *coniunctio, communio*, a rad. עָמַם, ubique in particulam abit, et est

A) adv. *simul, praeterea*, gr. σὺν, μετά, arab. مَعًا. 1 Sam. 17, 42: *erat rufus* עִם יְפֵה מַרְאֶה *simulque* (und dabey) *pulcher aspectu.* 16, 12. Longe frequentius

B) Praep. c. Suff. עִמִּי (pro quo etiam עִמָּדִי dicitur, v. עִמָּד), עִמְּךָ in Pausa et fem. עִמָּךְ, עִמּוֹ, עִמָּנוּ, עִמָּכֶם, עִמָּם et עִמָּהֶם (syr. ܥܰܡ, arab. transp. مَعْ, مَعَ)

1) *cum* (quod eiusdem originis est, v. ad rad. עָמַם), pr. de societate et comitatu, Gen. 13, 1: וְלוֹט עִמּוֹ *et Lot cum eo.* 18, 16. 1 Sam. 9, 24. Inde a) de auxilio Gen. 21, 22: אֱלֹהִים עִמְּךָ *Deus tecum* est i. e. te adiuvat. 26, 3. 28. 1 Sam. 14, 45, inde post verba adiuvandi, ut עָזַר (nostr. beystehn) 1 Par. 12, 21, הִתְחַזֵּק (q. v.), al.; b) de agendi communione et societate, ut חָלַק עִם partiri *cum* aliquo Prov. 29, 24, hereditare *cum* al. Gen. 21, 10, foedus iungere *cum* al. (v. כָּרַת), דִּבֶּר עִם (v. דִּבֶּר) colloqui *cum* al., inde דָּבָר עִם verbum, quod loquor *cum* al. Iob. 15, 11. 2 Par. 1, 9, שָׁכַב עִם concumbere *cum* al. Gen. 19, 32 sq. 30, 15. Si hostiliter invicem agunt, est c) *cum* pro *contra*, ut נִלְחַם עִם pugnare, bellum gerere *cum* al., נֶאֱבַק עִם luctari cum, רִיב עִם queri cum al., adde Ps. 55, 19: כִּי בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי *nam cum multis veniunt* (multos socios habent in pugna) *contra me.* 94, 16: *quis auxiliabitur mihi* עִם מְרֵעִים pugnanti *cum scelestis.* Iob. 9, 14. 10, 17. 16, 21. 17, 3. d) Cum verbis agendi: agere *cum* aliquo (bene vel male), eum (bene vel male) habere, tractare, ut עָשָׂה טוֹב עִם, עָשָׂה חֶסֶד עִם Jos. 2, 12. Ps. 119, 65, הֵיטִיב עִם benefecit alicui Gen. 32, 10, רָצָה עִם amice egit *cum* al. Ps. 50, 18, adde תָּמִים עִם 18, 24, שָׁלֵם עִם (vide h. v.), נָכוֹן עִם Ps. 78, 37. — A societatis notione proficiscitur e) communio sortis. Gen. 18, 23: *num perdis iustum cum impio* i. e. sicut impium. Comm. 25. Iob. 3, 14. 15. 21, 8. Ps. 73, 5. Eccl. 2, 16: *moritur sapiens cum stulto*, pariter atque stultus, utriusque eadem sors est, eadem ratio. Inde f) refertur ad quamvis aequalitatem, similitudinem. Iob. 40, 15: *ecce hippopotamum, quem creavi* עִמָּךְ *pariter atque te.* 9, 26. Ps. 120, 4: (lingua mendax est) ... עִם גַּחֲלֵי רְתָמִים *sicut carbones genistae*, i. e. pungit, et urit instar carbonum. Copulatur cum verbis similitudinis: נִמְשַׁל עִם comparandus est cum al., i. e. similis rei Ps. 143, 7.

g) De aequalitate temporis ponitur Ps. 72, 5: יִירָאוּךָ עִם שָׁמֶשׁ *te reverebuntur cum sole* i. e. quamdiu sol erit. Cf. Dan. 3, 33 et illud Ovidii, Amor. 1, 15, 16: cum sole et luna semper Aratus erit.

2) *apud, prope*, de propinquitate et vicinia. עִם בְּאֵר apud s. ad fontem Gen. 25, 11, עִם שְׁכֶם prope Sichem (urbem) 35, 4, עִם יְהוָֹה apud Jehovam (i. e. apud sacrarium eius) 1 Sam. 2, 21, עִם פְּנֵי ad faciem al. Iob. 1, 12. Inde dicunt: habitare *apud* aliquem i. e. in domo s. familia eius Gen. 27, 44, in eodem populo 23, 4; servire *apud* aliquem i. e. servum eius esse Gen. 29, 25. 30. *Apud aliquem* spec. dicitur a) pro: *in domo* alic., *chez* quelqu'un, vide exempla iam laudata, adde Gen. 24, 25: *stramen et pabulum abunde* est עִמָּנוּ *apud nos*, i. e. in domo nostra. In recentiore Hebraismo plenius dr. עִם בֵּית פ׳ 1 Par. 13, 14. b) *in corpore* alic. Iob. 6, 4: *tela Omnipotentis* sunt עִמָּדִי LXX. ἐν τῷ σώματί μου. Saepius c) *in animo* alic. Iob. 27, 11: אֲשֶׁר עִם שַׁדַּי לֹא אֲכַחֵד *quae apud Omnipotentem* sunt, *non tacebo* i. e. quid sentiat, quomodo animatus sit deus. 9, 35: לֹא כֵן אָנֹכִי עִמָּדִי *non ita ego* sum *apud me*, i. e. non ita animatus sum in pectore meo sc. ut timeam. Num. 14, 24; inde de consilio, quod quis cepit Iob. 10, 13: יָדַעְתִּי כִּי זֹאת עִמָּךְ *scio*, *talia* fuisse *in animo tuo*, te talia molitum esse. 23, 14; de eo, quod scimus, novimus Ps. 50, 11: *bestiae campi* sunt *apud me* s. in animo meo i. e. ego omnes novi (in altero hemistichio יָדַעְתִּי). Iob. 15, 9; de sententia alicuius (cf. *apud me* multum valet haec opinio, arab. عِنْدِي apud me i. e. de mea sententia), v. c. צָדַק עִם אֵל iustus fuit de sententia Dei Iob. 9, 2. 25, 4. Plenius Hebraei (sed recentiores tantum) hoc enuntiant עִם לְבָבִי ,עִם לִבִּי, ut gr. μετὰ φρεσίν, lat. *apud animum* (statuere, proponere). Eccles. 1, 16: דִּבַּרְתִּי עִם לִבִּי *apud animum meum loquebar.* Deut. 8, 5. Ps. 77, 7. 2 Par. 1, 11, de consilio 1 Par. 22, 7. 28, 2. 2 Par. 6, 7. 8. 24, 4. 29, 10, de eo quod scimus Jos. 14, 7. 1 Reg. 10, 2. 2 Par. 9, 2. — d) *Apud* viros saepe dicitur pro *inter* eos, *in medio* eorum, ut gr. μεθ' ἑταίρων, μετ' ἀνδράσι, lat. apud exercitum, pro in exercitu (cf. germ. *mit*, quod eiusdem stirpis est atque *Mitte* et gr. μετά). Jes. 38, 11: עִם יֹשְׁבֵי חָדֶל *apud incolas mundi.* 2 Sam. 13, 23: עִם אֶפְרָיִם *apud Ephraimitas.* — e) Metaph. est *non obstante* (cf. בְּ litt. C, no. 3 arab. مَعَ de Sacy gramm. arab. I, §. 1094 ed. 2). עִם זֶה hoc non obstante, nihilominus Neh. 5, 18.

In multis significationibus עִם congruit cum אֵת (no. II), quod propterea a nostro derivare volebat Ewaldus, gramm. hebr. pag. 608 (עִמַּת, contr. עֵת, quod mutatum sit in אֵת): diversam tamen originem et primariam potestatem iam supra (h. v.) ostendimus.

Cum praef. מִן: מֵעִם (arab. مِنْ عِنْدَ) dicitur de iis, qui (quae) recedunt *ab* eo, *apud* quem (quod) fuerant. Spec. igitur: a) *ex vicinia* alic., post verbum abeundi, discedendi Gen. 13, 14. 26, 16, dimittendi Deut. 15, 12 cet. מֵעִם הַמִּזְבֵּחַ ab altari Ex. 21, 14. Deut. 23, 16. Iud. 9, 37. Iob. 28, 4. b) *e domo* alic., *de chez* quelqu'un (cf. עִם no. 2, litt. b). מֵעִם פַּרְעֹה e domo Pharaonis Ex. 8, 8. 25. 26. 9, 33. 10, 6. 18. c) *e potestate* alic. (*ab* aliquo) post verba accipiendi 2 Sam. 2, 15, poscendi Ex. 22, 13, emendi 2 Sam. 24, 31, saepe de Deo, a quo tanquam auctore et causa aliquid proficiscitur. Ps. 121, 2: *auxilium mihi venit* מֵעִם יְהוָֹה *a Deo.* Jes. 8, 18: *sumus signa et portenta Israëlitis* מֵעִם יְהוָֹה *a Deo* data et ad hoc de-

stinata. 7, 11. 29, 6. 1 Reg. 2, 33. 2 Par. 10, 13. (Arab. من عند ex iussu, voluntate alic.). d) *ex animo* alic. 1 Sam. 16, 14: *spiritus recessit* מֵעִם שָׁאוּל *ex animo Sauli.* Inde de iudicio, quod proficiscitur ab aliquo, Iob. 34, 33: *num retribuit* (Deus) מֵעִמְּךָ *de sententia tua?* 2 Sam. 3, 28; de consilio capto Gen. 41, 32. 1 Sam. 20, 33. e) e medio (cf. עִם no. 2, litt. d). מֵעִם אֶחָיו Ruth. 4, 10. — Simile est מֵאֵת p. 589.

עִם chald. i. q. hebr. *cum, apud,* de societate Dan. 2, 18. 43. 6, 22. 7, 13. 21: (figura) *instar filii hominis venit* עִם עֲנָנֵי שְׁמַיָּא *cum nubibus coeli,* cf. μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο Od. 2, 148. De tempore, quo durante aliquid fit (cf. hebr. no. 1, litt. g): עִם לֵילְיָא nostr. bey Nacht Dan. 7, 2. עִם דָּר וְדָר cum omnibus generationibus i. e. quamdiu hominum generationes erunt Dan. 3, 33. 4, 31.

I. עָמַד fut. יַעֲמֹד 1) *stetit.* (Arab. عمد Conj. I. II. IV. transit. stabilivit, sustinuit, fulsit). Dr. de hominibus Gen. 24, 30. 31. 41, 17, et de rebus inanimatis Deut. 31, 15. Jos. 3, 16. 11, 13. Sqq. praepositt. a) sq. לִפְנֵי *stetit coram* rege i. e. *serviit, ministravit* ei Gen. 41, 46. Deut. 1, 38. 1 Reg. 1, 28. 10, 8. Dan. 1, 5 (cf. עָמַד בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ Dan. 1, 4); עָ׳ לִפְנֵי יְיָ ministravit Jehovae, de prophetis 1 Reg. 17, 1. 18, 15. Jer. 15, 19, sacerdotibus Deut. 10, 8. Iud. 20, 28, cf. Ps. 134, 1. Sed Lev. 18, 23 עָמַד לִפְנֵי de *coitu* dictum est. b) sq. עַל *α*) *praefuit* alicui Num. 7, 2; *β*) *confisus est* in aliqua re (syr. ܩܳܡ ܥܰܠ) Ezech. 33, 26. *γ*) *adfuit* alicui, *defendit* eum (cf. עַל no. 2, b) Dan. 12, 1. Esth. 8, 11. 9, 16 (cf. קוּם לְ).

2) *stetit* pro *perstitit, constitit* (opp. cecidit, interiit) stehen bleiben, bestehn. Ps. 33, 11: *decretum Jehovae stat* in aeternum. 102, 27: *coeli intereunt, tu persistis.* Ex. 18, 23. Am. 2, 15. Hos. 10, 9. Esth. 3, 4. עָמַד בַּמִּלְחָמָה in proelio perstitit Ez. 13, 5. Sq. לִפְנֵי perstitit *coram* aliquo, *restitit ei* Ps. 76, 8. 130, 3. 147, 17. Nah. 1, 6, rarius sq. בִּפְנֵי Jos. 21, 44. 23, 9, נֶגֶד Eccles. 4, 12, מִן Dan. 11, 8, simpl. Dan. 11, 15. 25, sq. בְּ *perstitit, perseveravit in* aliqua re, Jes. 47, 12. Eccl. 8, 3. 2 Reg. 23, 3, semel sq. acc. Ez. 17, 14: *ut servet foedus, eique stet* (לְעָמְדָהּ). Inde *mansit* in eodem loco Ex. 9, 28, vel statu, de personis et rebus Lev. 13, 5. 37. Jer. 32, 14. 48, 11. Dan. 10, 17. 11, 6, spec. *in vivis mansit* Ex. 21, 21.

3) *substitit* (stillstehn), cui opp. pergere iter, continuare. 1 Sam. 20, 38: *festina* אַל תַּעֲמֹד *ne subsiste.* De sole cursum inhibente Jos. 10, 13, de mari pacato Jon. 1, 15, cf. 2 Reg. 4, 6. Sq. מִן *destitit* ab aliqua re, *desiit.* Gen. 29, 35: וַתַּעֲמֹד מִלֶּדֶת *parere desiit.* 30, 9.

4) *exstitit, surrexit* (aufstehn) i. q. קוּם, sed in recentioribus tantum libris Dan. 12, 1. 13, saepe de principe novo Dan. 8, 23. 11, 2. 3. 20. Eccl. 4, 15, de bello exorto 1 Chr. 20, 4; sq. עַל *insurrexit* adversus aliquem, Dan. 8, 25. 11, 14. 1 Chr. 21, 1, cf. Lev. 19, 16.

5) pass. *constitutus est.* Esr. 10, 14: יַעַמְדוּ־נָא שָׂרֵינוּ *constituantur praefecti nostri,* constituamus praefectos nostros. Dan. 11, 31.

Hiph. הֶעֱמִיד 1) causat. Kal no. 1 *stare fecit, statuit* Ps. 31, 9. Lev. 14, 11, translate *constituit, decrevit* 2 Par. 30, 5, sq. לְ *destinavit* (promisit) alicui 33, 8, sq. עַל *imposuit* alicui (legem) Neh. 10, 33; it. *constituit,* muneri praefecit 1 Reg. 12, 32. 1 Par. 15, 16. — 2) causat. Kal no. 2 fecit,

ut aliquid perstaret, consisteret i. e. *stabilivit*, conservavit, 1 Reg. 15, 4. 2 Chr. 9, 8. Prov. 29, 4; *confirmavit* i. q. קִיֵּם 1 Chr. 35, 2. Dan. 11, 14: *ad visionem confirmandam*, h. e. eventu comprobandam. — 3) i. q. Kal no. 3 intrans. *substitit* 2 Par. 18, 34. — 4) *erexit, statuit*, ut statuas 2 Chr. 33, 19, domum Esr. 2, 68. 9, 9, it. *excitavit* Neh. 6, 7. Dan. 11, 11. 13.

Hoph. statutus est Lev. 16, 10, *mansit* 1 Reg. 22, 35.

Nomm. derivata: עֶמְדָּה, עֹמֶד, מַעֲמָד, מָעֳמָד, עַמּוּד.

II. עָמַד ἅπ. λεγόμ. incertae auctoritatis Ez. 29, 7: וְהַעֲמַדְתָּ לָהֶם כָּל־מָתְנָיִם, quod manifesto dictum est pro וְהִמְעַדְתָּ וגו׳ *et vacillare fecisti omnes lumbos eorum*, cf. Ps. 69, 24. Sed utrum litterae ex certo quodam linguae usu, an hoc solo loco ex sermonis vitio quodam sint transpositae, non definio. Videtur tamen haec etiam forma innumeris Ezechielis prophetae sive licentiis sive barbarismis annumeranda esse.

עִמָּד praep. i. q. עִם, cum solo 1 pers. suffixo obvia: עִמָּדִי i. q. עִמִּי *mecum* Gen. 21, 23. 31, 5, *apud me* 29, 19. 27. Alia exempla vide sub עִם. Nihil rei est huic vc. cum rad. עָמַד stetit, sed pertinet illud potius ad rad. inusit. עמד = ענד ligavit, coniunxit, et respondet arabico عَمَدَ. Cf. עָמַם.

עֹמֶד m. 1) *statio, suggestus*, 2 Chr. 34, 31. — 2) *locus* Dan. 8, 17. 18.

עֶמְדָּה f. *locus*, in quo quis *subsistit*, *hospitium*, Mich. 1, 11.

עָמַת rad. inusit. societatis et communionis potestatem habens, i. q. עָמַם no. 1. Deriv. עֻמָּת.

עֻמָּה f. 1) pr. subst. *coniunctio, communio* (a rad. עָמַם no. 1). Non reperitur nisi in st. constr. עֻמַּת (semel Eccl. 5, 15) alibi לְעֻמַּת, c. Suff. לְעֻמָּתִי, semel לְעֻמּוֹת Ez. 45, 7. Praep. i. q. עִם a) *apud, prope* Ex. 25, 27. 28, 27. b) *contra* Ez. 3, 8. c) *e regione* 1 Chr. 26, 16. d) *pariter ac* (i. q. עִם no. 1, e) 1 Chr. 24, 31. 26, 12. Eccl. 7, 14, unde 5, 15: כָּל־עֻמַּת *eadem prorsus ratione, qua* (cf. כָּל־עוֹד Iob. 27, 3). Cum duobus praefl. בִּלְעֻמַּת *prope* 1 Reg. 7, 20.

2) n. pr. oppidi Ascritarum, tantummodo Jos. 19, 30.

עַמּוּד m. 1) *columna* (arab. عَمُودٌ, عِمَادٌ) Iud. 16, 25. 26. 1 Reg. 7, 2 sq. עַמּוּד הֶעָנָן columna nubis Ex. 33, 9. 10, et עַמּוּד הָאֵשׁ columna ignis 13, 22. De columnis coeli (montibus altissimis) Iob. 26, 11, terrae ibid. 9, 6. — 2) *suggestus* 2 Reg. 11, 14. 23, 3.

עַמּוֹן (i. q. בֶּן־עַמִּי, ut Gen. 19, 38 declaratur, nimirum *filius cognati s. consanguinei mei* i. e. ex incesto ortus, a nomine עַם ubi vide no. 1, addita syllaba וֹן, ut קַדְמוֹן a קֶדֶם, רִאשׁוֹן a רֹאשׁ) *Ammon*, n. pr. viri, quem Lotus cum filia natu minore per incestum genuerat Gen. 19, 30 sqq., dein gentis *Ammonitarum* ab eo oriundae, quae terrae transjordanensis tractum inter Jabbocum et Arnonem fluvios tenebat 1 Sam. 11, 11, frequentius בְּנֵי עַמּוֹן Num. 21, 24. Deut. 2, 37. 3, 16. — Ez. 25, 2—5 בְּנֵי־עַמּוֹן dicitur pro אֶרֶץ בְּנֵי עַמּוֹן, ut lat. *in Bruttios*, *Samnites* profectus est i. e. in fines eorum. V. Relandi Palaestina p. 103, et quae nos ipsi dedimus in Ersch et Gruber Encycl. v. Ammon T. III, 371. — N. gent. est עַמּוֹנִי, f. עַמּוֹנִית 1 Reg. 11, 1. Neh. 13, 23, pl. עַמּוֹנִיּוֹת 1 Reg. 11, 1.

עָמוֹס (onus) *Amos*, n. pr. prophetae Am. 1, 1. 7, 8 sqq. 8, 2.

עָמוֹק (profundus) n. pr. m. Neh. 12, 7. 20.

עַמִּיאֵל (unus ex familia Dei i. e. famulus s. servus Dei, cf. עַם no. 1) n. pr. m. 1) Num. 13, 12. 2) 2 Sam. 9, 4. 5, 17. 27. 3) 1 Chr. 26, 5. 4) 1 Chr. 3, 5, pro quo 2 Sam. 11, 3 אֱלִיעָם.

עַמִּיהוּד (unus ex populo Judae i. e. civis Judae, pro עַמִּי יְהוּד) n. pr. m. 1) 2 Sam. 13, 37 Keri. 2) Num. 1, 10. 2, 18. 1 Chr. 7, 26. 3) Num. 34, 20. 4) ibid. V. 28. 5) 1 Chr. 9, 4.

עַמִּיזָבָד (famulus largitoris, h. e. Jehovae, cf. עַמִּיאֵל, עַמִּיהוּד) n. pr. m. 1 Chr. 27, 6.

עַמִּיחוּר (unus ex familia i. e. cognatus nobilium) n. pr. m. 2 Sam. 13, 37 Chethibh, pro עַמִּיהוּד no. 1.

עַמִּינָדָב (cognatus principis) n. pr. m. 1) Ex. 6, 23. Num. 1, 7. Ruth. 4, 19. 1 Chr. 2, 10. 2) 15, 10. 11. 3) 1 Chr. 6, 7.

עַמִּיק chald. adj. *profundus*, translate *absconditus*, non investigandus Dan. 2, 22.

עָמִיר m. *merges* i. q. עֹמֶר, Am. 2, 13. Mich. 4, 12. Zach. 12, 6, a rad. עָמַר no. 1.

עַמִּישַׁדַּי (servus Omnipotentis, cf. עַמִּיאֵל) n. pr. m. Num. 1, 12. 2, 25.

עָמִית (a rad. עָמָה = עָמַם no. 1) f. 1) *societas*. Zach. 13, 7: גֶּבֶר עֲמִיתִי *vir societatis meae*, i. e. socius meus. — 2) abstr. pro concr. i. q. רֵעַ ὁ πλησίον (der Nächste, Mitmensch) Lev. 5, 20. 18, 20, c. verbo masc. 19, 15.

עָמַל fut. יַעֲמֹל *laboravit*, max. cum molestia, *labore se exercuit* Prov. 16, 26. Ps. 127, 1. Sq. בְּ operam collocavit in aliqua re, Jon. 4, 10. Eccles. 2, 21. — Eccles. 1, 3: בְּכָל־עֲמָלוֹ שֶׁיַּעֲמֹל *cum omni labore, quo fatigatur*. 2, 20. 5, 17. (Arab. عَمِلَ laboravit, fecit). Inde

עָמָל m. (semel f. Eccles. 10, 15) 1) *labor gravis, molestus* Eccl. 1, 3. 2, 11, transl. ad mentem Ps. 73, 16. — 2) *labore partum* 105, 44. Eccl. 2, 19. — 3) *molestia, aerumna*, gr. κάματος, πόνος, Gen. 41, 51. Deut. 26, 7. Iob. 3, 10. 16, 2: מְנַחֲמֵי עָמָל *consolatores molesti*. Jes. 53, 11: מֵעֲמַל נַפְשׁוֹ *ex aerumna s. miseria animae suae*. *Culpam, iniquitatem* reddunt (i. q. אָוֶן) Num. 23, 22. Jes. 10, 1, sed *aerumnae* significatio utrique loco non inepta est. — 4) n. pr. m. 1 Chr. 7, 35.

עָמֵל m. adj. verbale 1) *laborans* max. *graviter, cum contentione*, cum pronominibus personalibus saepe pro verbo finito, Eccl. 2, 22. 4, 8. 9, 9; inde *faber* Iud. 5, 26. — 2) *aerumnosus, molestiam sustinens*, Iob. 3, 20. 20, 22.

עֲמָלֵק n. pr. 1) *Amalek*, Amalecitae, populus antiquissimus (Gen. 14, 7. Num. 24, 20), qui regiones ab Austro Palaestinae Idumaeam inter et Aegyptum (cf. Ex. 17, 8—16. Num. 13, 30. 1 Sam. 15, 7) et ab oriente maris mortui et montani Seïr habitabat (Num. 24, 20. Iud. 3, 13. 4, 3. 33), praeterea in media Cananaea hic illic consedisse videtur, unde *mons Amalecitarum* in agro Ephraimitico Iud. 12, 15, cf. 5, 14. — In Arabum stemmatibus عِمْلِيق, عَمَالِيق inter Aborigenes Arabum recensetur. V. Relandi Palaestina p. 78—82. J. D. Michaëlis Spicileg. Geogr. Hebr. ext. T. I, p. 170—177. Eiusd. Supplemm. p. 1927. Vateri Comment. über den Pentat. T. I, p. 140, et nos in Ersch et Gruber Encycl. III, 301, s. v. Amalek. N. gent. עֲמָלֵקִי, addito art. collect. Gen. 14, 7. Iud. 12, 15. — 2) Esavi nepos

et auctor tribus arabicae Gen. 36, 16 cf. V. 12 et Vaterus l. c.

עָמַם 1) pr. *congregavit*, *collegit*, *coniunxit*, unde עַם populus, עִם cum, apud, עֻמָּה coniunctio. (Arab. عَمَّ est: communis fuit, sed latissime patet haec radix in linguis et semiticis et indogermanicis. In illis cf. גָּמַם collegit, unde גַּם, מִגְמָה, כּוּם cumulavit, et servata gutturali אֻמָּה ,עָמָה ,חָם affinis, socer: in his lat. *cum, con, cum*ulus, *cunc*tus [a cungo = iungo], gr. *κοινός* [*κυνός*], *γάμος*, et littera palatina vel in aspirationem emollita vel in sibilum versa sanscr. *sam*, pers. هم, gr. *ἅμα, ὁμός, ὁμοῦ* [adscita tertia radicali d et l *ὅμιλος, ὅμαδος* cf. hebr. עָמַד, lat. *simul*], *σύν*, *ξυνός*, moesogoth. *sama*, *saman*, anglos. *samo* cum, gall. en*semble*, dan. *sam*, nostr. *sammt*, zu*sammen*, *sammeln*, adde de linguis slavicis *Dorn* üb. die Verwandtschaft des persischen und gr. lat. Sprachstammes p. 183).

2) *clausit*, inde *abscondit*, *obscuravit*. Transl. pro *superavit* Ez. 31, 8, et intrans. *absconditus fuit*, Ez. 28, 3: כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ *nihil occulti te latet*. (Arab. غَمَّ absconditum, nubibus velatum est coelum, syr. ܥܡ Ethpe. absconditum est coelum).

Hoph. הוּעַם *obscuratus est* (splendor auri) Thren. 4, 1.

עֲמָמִים, et chald. **עֲמְמִין** *populi*, v. עַם.

עִמָּנוּאֵל (Deus nobiscum) nomen symbolicum ac propheticum filii Jesaiae prophetae Jes. 7, 15. 8, 8.

עָמַס (semel עָמַשׂ Neh. 4, 11), fut. יַעֲמֹס, *sustulit*, v. c. lapidem Zach. 12, 3, *portavit*, *gestavit* Jes. 46, 3, spec. *sustulit* onus et iumento *imposuit*. Constr. absol. Jes. 46, 1, sq. עַל iumenti (sed omisso accusativo oneris) Gen. 44, 13: וַיַּעֲמֹס אִישׁ עַל־חֲמֹרוֹ *suo quisque asino* (onus) *imposuit*. Neh. 13, 15. Translate Ps. 68, 20: יַעֲמָס־לָנוּ *si* (onus) *nobis imponunt*.

Hiph. הֶעֱמִיס *alicui imposuit* (onus), sq. עַל 1 Reg. 12, 11. 2 Chr. 10, 11.

N. deriv. מַעֲמָסָה, n. pr. עָמוֹס et

עֲמַסְיָה (quem Jehova in sinu gestat, cf. Jes. 46, 3) n. pr. m. 2 Chr. 17, 16.

עַמְעָד (populus aeternum duraturus) n. pr. oppidi Aseritarum Jos. 19, 26.

עָמַק *profundus*, metaph. *inexploratus fuit*, Ps. 92, 6, cf. gr. *βαθύφρων*, *βάθος — σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ* Rom. 11, 33. (Arab. عَمُقَ, rarius litteris transpositis معق, aram. ܥܡܩ, aeth. ዐመቀ: id.).

Hiph. profundum fecit, saepe sq. verbo finito. Jes. 7, 11: הַעְמֵק שְׁאָלָה *profundum fac, pete*, h. e. pete ut ex profundo eveniat miraculum; et gerundio, ita ut fere in adverbium abeat Jer. 49, 8. 30: הֶעְמִיקוּ לָשֶׁבֶת *profunda facite domicilia vestra*, habitate in profundis terrae. Hos. 9, 9. Jes. 29, 15: הַמַּעֲמִיקִים לַסְתִּיר *qui profunde occultant*. Sed *profunda* etiam dicuntur, quae inde ab oculo contemplantis in magnam longitudinem porriguntur, ut gr. *βαθὺς τόπος* regio in longum porrecta, *βαθεία αὐλή* Il. 5, 142, quemadmodum nos spatium a parte antica ad posticam domus *profunditatem* (die Tiefe des Hauses) appellamus, cf. עֵמֶק. Jes. 30, 33: הֶעְמִיק הִרְחִב מְדֻרָתָהּ *longum latumque faciunt rogum eius*, et metaph. הֶעְמִיקוּ סָרָה *longe* s. *procul recedunt*, sie entfernen sich weit Jes. 31, 6. Hos. 5, 2.

Nomm. deriv. עֹמֶק — עֵמֶק, praeterea עָמִיק, מַעֲמַקִּים, n. pr. עָמוֹק.

עָמֵק adj. *profundus*, tantum in pl. constr. עִמְקֵי שָׂפָה profundi labii (homines) i. e. barbara lingua utentes, quae intelligi non potest. Jes. 33, 19. Ez. 3, 5. 6.

עָמֹק f. עֲמֻקָּה adj. 1) *profundus*, Lev. 13, 3 sqq. — 2) metaph. *quod investigari* non potest. Ps. 64, 7. Eccl. 7, 24.

עֵמֶק c. Suff. עִמְקִי *vallis*, regio depressa et longe lateque patens (βαθὺς τόπος, v. ad rad. Hiph.), et segetibus consita (Iob. 39, 10. Ps. 65, 14. Cant. 2, 1), et pugnis idonea (Iob. 39, 21). In plur. עֲמָקִים semel dici videtur de *incolis* vallium, 1 Par. 12, 15: *in fugam coniecerunt* כָּל־הָעֲמָקִים *omnes vallium incolas*, sed vide sitne legendum כָּל־הָעֲנָקִים *omnes Enacitas*, quemadmodum Jer. 47, 5 pro שְׁאֵרִית עִמְקָם cum Alex. interprete haud cunctanter repono שְׁאֵרִית עֲנָקִם (Ascalon) *reliquiae Enacitarum*, cf. 4 et ad rem illustrandam Jos. 11, 21. — Usu discrepat a similis potestatis vocabulis נַחַל, גַּי, בִּקְעָה, quorum quodque certis quibusdam vallibus campisve tribuitur. Et nostro quidem vc. hae valles appellantur: a) עֵמֶק הָאֵלָה (vallis terebinthorum) in vicinia Bethlehemi 1 Sam. 17, 2. 19. 21, 10. b) עֵמֶק בְּרָכָה (vallis benedictionis) prope Engaddam 2 Chr. 20, 26. c) עֵמֶק הַמֶּלֶךְ (vallis regis) haud procul a mari mortuo, Gen. 14, 17. 2 Sam. 18, 18. d) עֵמֶק רְפָאִים (vallis Rephaeorum) ad africum Hierosolymorum Philistaeam versus Jos. 15, 8. 18, 16. 2 Sam. 5, 18. 22. Jes. 17, 5. e) עֵמֶק שִׂדִּים, v. שִׂדִּים. Sed עֵמֶק קְצִיץ Jos. 18, 21 est nomen oppidi Benjaminitarum. Aliae *valles* ab oppidis vicinis (v. יִזְרְעֶאל) vel ab hominibus (v. יְהוֹשָׁפָט) sunt appellatae.

עֹמֶק m. *profunditas*, Prov. 25, 3.

עָמַר in Kal inusit. 1) pr. *arctius colligavit* (v. Pi., עֹמֶר no. 1 et עָמִיר). Arab. غمر pressit, compressit, arcte colligavit (Castell.), unde غُمُورٌ manipuli. — A vinciendi notione proficiscitur 2) *subiecit* (ut sam.), *servum fecit*, v. Hithpa. et 3) *serviit, coluit* (arab. عمر coluit, med. *Damm.* cultus fuit).

Pi. colligavit mergites Ps. 129, 7, v. Kal no. 1.

Hithp. pr. *dominum se gessit*, sq. בְּ servi s. mancipii loco habuit aliq. Deut. 21, 14. 24, 7.

Nomm. deriv. עֹמֶר, עֲמֹרָה, עָמְרִי, et עָמִיר

עֹמֶר pl. עֳמָרִים 1) i. q. עָמִיר *merges* Lev. 23, 10 sq. Iob. 24, 10. (Arab. غُمُورٌ manipulus). — 2) *mensura* aridorum, decimam Ephae partem continens Exod. 16, 22. 32, max. 36, non confundenda cum mensura חֹמֶר, decem Ephas continente.

עֲמַר chald. *lana*, i. q. hebr. צֶמֶר Dan. 7, 9.

עֲמֹרָה *Gomorrha* (LXX Γομόῤῥα), n. pr. (forte i. q. عِمَارَةٌ cultura, habitatio) unius ex quattuor oppidis vallis Siddim in mare mortuum demersis, quod plerumque una cum Sodoma commemoratur, Gen. 10, 19. 13, 10.

עָמְרִי (i. q. עָמְרִיָּה prob. servus Jehovae, cf. rad. no. 3) n. pr. 1) regis Israëlitarum (929 — 18 a. C.), conditoris Samariae 1 Reg. 16, 16 sq. 2 Reg. 8, 26. Mich. 6, 16. LXX. Ἄμβρι. 2) 1 Chron. 7, 8. 3) 9, 4. 4) 27, 18.

עַמְרָם (cognatus Excelsi h. e. Dei) n. pr. m. 1) patris Mosis Ex. 6, 18. 20. Num. 3, 19, unde patron. עַמְרָמִי Num. 3, 27. 1 Chr. 26, 23. 2) Esr. 10, 34.

עָמַשׂ i. q. עָמַס *portavit* Neh. 4, 11.

עֲמָשָׂא (onus) n. pr. m. 1) 2 Sam. 17, 25. 19, 14. 1 Chron. 2, 17. 2) 2 Chr. 28, 12.

עֲמָשַׂי (molestus) n. pr. m. 1) 1 Chr. 6, 10. 20. 2) 15, 24. 3) 2 Chr. 29, 12.

עֲמַשְׁסַי n. pr. m. Neh. 11, 13, sed suspicor, hanc scripturam falsam esse et ortam ex duabus formis עמשי et עמסי. Vide נְפִישְׁסִים et סִיעֲהָא.

ענב rad. inusit., chald. *coniunxit, connexuit*, unde duci possit עֵנָב uva, quasi acinorum manipulus, et n. pr. עֲנוּב.

עֲנָב (fort. locus uvarum ferax) Jos. 11, 21, et עֲנָב 15, 50 n. pr. oppidi in montanis Judae.

עֵנָב pl. עֲנָבִים cstr. עִנְּבֵי (Dag. forti euphon.) Lev. 25, 5 m. *uva*. Gen. 40, 10. 11. Deut. 32, 32 cet. (Syr. ܥܢܒܐ id. arab. عِنَب collect. uvae. Praeterea vide an eiusdem stirpis sit ἄμπελος, adeoque ὄμφαξ).

ענג *molliter et delicate vixit*, in Kal inusit. (Arab. غَنِجَ deliciari, de mulieribus gestu amatorio, limis oculis cet. incedentibus).

Pu. part. fem. *molliter* et *delicate habita*, Jer. 6, 2.

Hithp. 1) i. q. Pu. Deut. 28, 56, cf. Jes. 55, 2. — 2) *oblectavit se, gavisus est* aliqua re, sq. עַל Iob. 22, 26. 27, 10. Ps. 37, 11, sq. מִן Jes. 66, 11. — 3) Inde in malam partem *irrisit* alicui, sq. עַל Jes. 57, 4.

Nomm. deriv. תַּעֲנוּג et

עָנֹג f. עֲנֻגָּה adj. *delicatulus, mollis* Deut. 28, 54. 56. Jes. 47, 1.

עֹנֶג m. *deliciae, vita delicata* Jes. 13, 22. 58, 13.

ענד *alligavit*, in verbo bis legitur Iob. 31, 36. Prov. 6, 21, praeterea inde subst. מַעֲדַנּוֹת. Affinia sunt عَنْدَ apud, et hebr. עֶמֶד.

I. עָנָה 1) pr. *cecinit* i. q. arab. غَنِيَ Conj. II. IV (haec enim significatio, quanquam rarior, tamen primaria esse videtur, v. Pi. cf. lat. *cano* pers. خواندن canere, vocare, legere, sanscr. *gai*) Ex. 15, 21, sq. לְ carmine celebravit 1 Sam. 21, 12. 29, 5. Ps. 147, 7; inde *clamavit* (cf. lat. actor canit, cantat i. q. declamat, schreit laut), de clamore militum in pugna Ex. 32, 18. Jer. 51, 14, thoum in desertis Jes. 13, 22 (cf. cantus galli, gallicinium). Transfertur ad eum, qui aliquid *alta voce et solenniter pronuntiat* (cf. lat. *cantare, cantor* de eo qui aliquid saepe dicit, inculcat, affirmat Ter. Plaut., Cic. Orat. I, 55), inde a) de Deo oraculum edente 1 Sam. 9, 17: וַיהוָה עָנָהוּ *Jehova ei* (Samueli) *nuntiabat*. Gen. 41, 16: *Deus Pharaoni salutem nuntiat*, cf. Deut. 20, 11. Sensu forensi b) de iudice sententiam dicente Ex. 23, 2, et c) de teste, testimonium dicente, aliquid sancte affirmante, inde *testatus est* c. acc. rei Deut. 19, 16, sq. בְּ eius *pro* quo (Gen. 30, 33. 1 Sam. 12, 3) vel *contra* quem (Num. 35, 30. Deut. 19, 18. 2 Sam. 1, 16) testimonium dicitur. Plenius עָנָה עֵד בְּ Ex. 20, 13. Inde

2) *extulit vocem, loqui coepit* (syr. ܥܢܐ) max. in recentiore Hebraismo. Iob. 3, 2: וַיַּעַן אִיּוֹב וַיֹּאמַר *Jobus exorsus est et dixit*. Cant. 2, 10. Jes. 14, 10. Zach. 1, 10. 3, 4. 4, 11. 12. Sq. acc. pers. *allocutus est* aliquem Zach. 1, 11. Longe creberrime

3) *respondit*. Constr. a) c. acc. pers. Iob. 1, 7. Gen. 23, 14. Cant. 5, 6, ut gr. ἀμείβομαι τινά. b) c. acc. rei, quae et ad quam respondetur Prov. 18, 23. Iob. 40, 2. Similiter Iob. 33, 13: כָּל־דְּבָרָיו לֹא יַעֲנֶה *de nulla rerum a se*

gestarum respondet, h. e. nullius rationem reddit. Itaque c) c. dupl. acc. pers. et rei 1 Sam. 20, 10. Micha 6, 5. Jer. 23, 37. Iob. 9, 3. *Respondere* alicui dicuntur aa) in malam partem, qui domino mandanti vel reprehendenti *contradicunt*, se excusant, cum eo contendunt (sich verantworten) Iob. 9, 14. 15. 32. 16, 3 (cf. arab. جواب responsum, it. excusatio), vel aliquem refellunt Iob. 32, 12; bb) in bonam partem, qui precibus alic. respondent, rogantem *exaudiunt*, itaque saepe de Deo homines exaudiente. 1 Sam. 14, 39. Ps. 3, 5. 4, 2. Praegn. dictum est 22, 22: מִקַּרְנֵי רֵמִים עֲנִיתָנִי *exaudi* (et eripe me) *ex cornibus taurorum;* inde cc) c. acc. pers. et בְּ rei: *exaudivit aliquem aliqua re* i. e. *ei largitus est, praebuit* rem Ps. 65, 6, et c. acc. rei. Eccl. 10, 19: הַכֶּסֶף יַעֲנֶה אֶת־הַכֹּל *argentum exhibet omnia* (respondet omnibus), gewährt alles, cf. Hos. 2, 23. 24.

4) *significavit, spectavit* aliquid dictis suis (etwas *sagen wollen*, beabsichtigen) i. q. arab. عنى. Inde מַעֲנֶה, מַעַן, יַעַן propositum, consilium, quod quis spectat, dein praep.

In prioribus huius libri editionibus cum plurimis etymologis varias huius radicis significationes ad *respondendi* significatum revocare studebam, quam rationem sequitur etiam Winerus (p. 732. 733), *canendi* quoque notionem a respondendo, et alternis canendo ducens: suamque sententiam in talibus quisque sequatur. Ego hanc novam rationem eam maxime ob causam ingressus sum, quod primaria significatio plerumque fortior graviorque esse solet propterea saepe in Piël servata (Lgb. p. 242), et arabice littera duriore expressa (غنى *canere*).

Niph. 1) *responsum ferre* i. e. *refelli* Iob. 11, 2, *exaudiri* 19, 7. Prov. 21, 13. — 2) i. q. Kal *respondit*, sq. לְ Ez. 14, 4. 7.

Pi. i. q. Kal no. 1 *cecinit* Ex. 32, 18 (quo loco Pi. canendi significatu distinguitur a Kal). Ps. 88, 1. Jes. 27, 2.

Hiph. exaudivit i. q. Kal no. 3, bb, sq. acc. et בְּ rei: exaudivit aliquem aliqua re, *ei largitus est rem.* Eccl. 5, 19.

Nomm. deriv. v. Kal no. 4.

II. עָנָה (pro עָנַו, verbum ל״ו, cf. quae inde proficiscuntur: עָנָו, עֲנָוָה) 1) *laborem impendit alicui rei, exercuit se aliqua re*, sq. בְּ Eccl. 1, 13. 3, 10. (Syr. ܥܢܐ ܒ, arab. عنى sq. ب id.), spec., ut videtur, *agrum coluit, subegit terram*, unde מַעֲנָה, מַעֲנִית sulcus. 2) *afflictus, depressus, oppressus est.* Ps. 116, 10. 119, 67. Zach. 10, 2. Jes. 31, 4: וּמֵהֲמוֹנָם לֹא יַעֲנֶה *et* (qui) *eorum multitudine non deprimitur*, animum non abiicit. 25, 5: זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה *cantus tyrannorum opprimitur.* (Arab. عنا depressus, humilis fuit).

Niph. 1) *afflictus est.* Ps. 119, 107. Jes. 53, 7: וְהוּא נַעֲנֶה *isque afflictus erat.* — 2) reflex. *se submisit alicui*, sq. מִפְּנֵי Ex. 10, 3 (ubi pro לֵעָנֹת est לְהֵעָנוֹת).

Pi. 1) *oppressit, depressit, afflixit* Gen. 16, 6. 15, 13. 31, 50. Ex. 22, 22. Ps. 102, 24: עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִי *depressit* consumsit (Jehova) *in via vim meam.* 88, 8: כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ עִנִּיתָ *omnibus fluctibus tuis opprimis* i. e. inundas (me). — 2) עִנָּה אִשָּׁה *compressit feminam*, maxime vi. Gen. 34, 2. Deut. 22, 24. 29. Iud. 19, 24. 20, 5. — 3) עִנָּה נֶפֶשׁ animam afflixit i. e. *ieiunavit*, Lev. 16, 31. 23, 27. 32. Num. 29, 7.

Pu. oppressus, afflictus est Ps. 119, 71. Jes. 53, 4. Inf. עֻנּוֹתוֹ oppressio s. aerumna eius Ps. 132, 1.

Hiph. i. q. Pi. no. 1. 1 Reg. 8, 35. 2 Chr. 6, 26. Sed Eccl. 5, 19 pertinet ad עָנָה no. I, ubi vide.

Hithp. 1) *se submisit* Gen. 16, 9, max. Deo, Dan. 10, 12. — 2) i. q. Kal *afflictus est.* 1 Reg. 2, 26.

Nomm. deriv. עֲנָוָה, עֲנָוָה, עָנָו, מַעֲנִית, מַעֲנָה, עִנְיָן, עָנִי, עֳנִי, עֱנוּת, et nomm. pr. עֲנָה, עֻנִּי, עֲנָיָה, עֲנָת, עַנְתֹתִיָּה, עֲנָתוֹת

I. עֲנָה, עֲנָא chald. 1) *loqui coepit*, ut hebr. no. 2 Dan. 2, 20. 3, 9. 19. 24. 26. 28. 4, 16. 27, sq. לְ pers. 2, 47. — 2) *respondit* Dan. 2, 7. 10. 3, 14. 16. 5, 7. 6, 14.

II. עֲנָה chald. *afflictus est.* Part. עָנֵה, pl. עָנַיִן afflicti. Dan. 4, 24.

עֲנָה (exauditio) n. pr. m. 1) filii Seir, et gentis edomiticae ab eo oriundae, Gen. 36, 20. 29. — 2) filii Zibeonis, et nepotis Seïr Gen. 36, 2. 14. 24. [V. 2. 14 quidem *Ana* filia Zibeonis appellatur in contextu vulgari, sed *filium* (בֵּן) legendum esse cum Sam. et LXX. patet ex V. 24].

עָנָו pl. עֲנָוִים (pro quo saepe in Keri est עֲנִיִּים, ab עָנִי), cstr. עַנְוֵי (a rad. עָנָה no. II, 2) 1) *afflictus, miser* Ps. 9, 13. 10, 12. 17. 22, 27. 34, 3. 147, 6. 149, 4, plerumque adiuncta notione animi demissi, pii et modesti, qui iniuriam ferre mavult, quam inferre, cf. prae ceteris Ps. 25, 9. 37, 11. 69, 33. — 2) *mansuetus, mitis*, Num. 12, 3.

עָנוּב (coniunctus, a rad. עָנַב) n. pr. m. 1 Chr. 4, 8.

עֲנָוָה propr. f. vocis עָנָו (neutr. et abstr.) 1) *animus demissus, modestia*, Prov. 15, 33. 18, 12. 22, 4. Zeph. 2, 3. — 2) ubi Deo tribuitur, *mansuetudo, clementia*, Ps. ~~Prov.~~ 18, 36.

עַנְוָה f. i. q. antecedens no. 2. Ps. 45, 5 (de rege).

עֲנוֹק i. q. עֲנָק no. 2. Jos. 21, 11.

עֱנוּת f. *afflictio.* Ps. 22, 25: עֱנוּת עָנִי *afflictio afflicti.* Alii LXX. Vulg. Chald. secuti *clamorem afflicti* reddunt (coll. שַׁוְעוֹ in altero membro), sed עָנָה nunquam de *clamore* et eiulatu miseri usurpatur, v. rad. no. 1.

עֲנֵז v. עֵז.

עָנִי f. עֲנִיָּה, plur. עֲנִיִּים, עֲנִיֵּי adj. 1) *afflictus, miser, pauper,* saepe adiuncta pietatis notione Exod. 22, 24. Deut. 24, 12. Ps. 10, 2. 9. 14, 6. 18, 28. — 2) *mansuetus, mitis,* cf. עָנָו no. 2, Zach. 9, 9. — Pl. עֲנִיִּים saepe legitur in Keri, ubi Chethibh habet עֲנָוִים Ps. 9, 19. Jes. 32, 7.

עֳנִי in pausa עֹנִי, cum Suff. עָנְיִי *afflictio, miseria* Gen. 16, 11. 31, 42. 41, 52. בְּנֵי עֹנִי miseri Prov. 31, 5. לֶחֶם עֹנִי panis miseriae Deut. 16, 3.

עֻנִּי (pro מַעֲנֶה depressus) n. pr. m. 1 Chr. 15, 18. 20. Neh. 12, 9.

עֲנָיָה (quem Jehova exaudivit) n. pr. Neh. 8, 4. 10, 23.

עָנָיו Num. 12, 3 Keri, pro עָנָו.

עָנִים (contr. pro עֲיָנִים fontes) n. pr. oppidi in tribu Judae, Jos. 15, 50.

עִנְיָן m. *negotium* (cf. עָנָה no. II, 1) Eccl. 2, 26. 1, 13: עִנְיַן רָע *negotium malum,* tale nimirum, in quo non multum proficitur. — 2) *res* (ut chald.). Eccl. 4, 8: עִנְיַן רָע *res mala.* 5, 2: רֹב עִנְיָן *multum rei,* nostr. viel Wesens (in altero membro: רֹב דְּבָרִים viel Redens). 5, 13: בְּעִנְיַן רָע *re* (quadam) *adversa,* malo casu. 2, 23: כַּעַס עִנְיָנוֹ *aegritudo est res eius*, pars eius. 8, 16.

עָנַךְ rad. inusit., arab. alta et transitu difficilis fuit arena, v. תַּעְנָךְ.

עֵנָם (duo fontes, cf. עָנִים, et de duali in ־ָם exeunte Lgb. p. 536)

n. pr. oppidi Issacharitarum 1 Chr. 6, 58, pro quo locis parallelis Jos. 19, 21. 21, 29 עֵין־גַּנִּים (fons horti).

עֲנָמִים Gen. 10, 13 n. pr. gentis aegyptiacae, quae accuratius definiri non potest, v. Bocharti Phaleg IV, 30. Mich. spicil. I, p. 160.

עֲנַמֶּלֶךְ n. pr. idoli Sipparenorum, semel legitur 2 Reg. 17, 31. Vox conflata esse videtur ex ענם = صنم imago, statua, et מֶלֶךְ rex; vel, ut volebat Hydius (de rel. vett. Persarum p. 131), ex غنم pecus, et מֶלֶךְ, inde grex stellarum i. e. Cephei sidus, quod Orientalibus كواكب الفرق stellae gregis, et الراعي والغنم pastor et grex appellatur. Priorem partem huius vc. habes etiam in nomine Ἐνεμεσσάρ (Tob. 1, 2. 13. 15. 16).

עָנַן in Kal inusit. pr. *texit*, ut affinia verba כָּנַן, גָּנַן, unde עָנָן nubes.

Pi. (denom. a עָנָן) *nubes collegit* Gen. 9, 14.

Po. עוֹנֵן, fut. יְעוֹנֵן (Levit. 19, 26), part. מְעוֹנֵן, semel f. עֹנְנָה (pro מְעוֹנְנָה, quanquam etiam Kal esse possit) *tecte egit*, inde *artibus tectis* i. e. arcanis et *magicis usus est, praestigias fecit* (cf. radd. לוּט, לָהַט et syr. ܐܪܙܐ mysteria, inde artes magicae). Deut. 18, 10. 14. 2 Reg. 21, 6. Jes. 2, 6. 57, 3. Mich. 5, 11. Speciale quoddam divinationis genus intelligunt plurimi de veteribus, Alex. κληδονίζομαι. Vulg. *observans somnia*, alibi *augurans, divinans*. Syr. *fascinans oculis* (qs. עונן ductum sit ab עַיִן): sed videtur potius generale nomen esse.

עָנָן st. constr. עֲנַן m. 1) *nubes* (quippe quae coelum tegit et obvelat), cf. عَمَآء nubes, a rad. عمى texit, obvelavit, et غَمَامَة nubes, a rad. غمّ texit. (Arab. عنانة, pl. عنان). *Nubi* comparatur exercitus copiosissimus Ez. 30, 18. 38, 9: *nubes matutina* imaginem praebet rei cito praetereuntis Hos. 6, 4 (cf. Iob. 7, 9). — 2) n. pr. m. Neh. 10, 27.

עֲנָן chald. *nubes*, pl. st. constr. עֲנָנֵי Dan. 7, 13.

עֲנָנָה f. collect. *nubes* (Gewölk) Iob. 3, 5. Bene Theod. συννεφία. De usu formae fem. in collectivis v. Gramm. hebr. §. 105, 2.

עֲנָנִי (apoc. pro עֲנָנְיָה) n. pr. m. 1 Chr. 3, 23.

עֲנַנְיָה (*quem* vel *quod Jehova tegit* i. e. tuetur) n. pr. 1) m. Neh. 3, 23, gr. Ἀνανίας. — 2) oppidi Benjaminitarum Neh. 11, 32.

עָנַף rad. inusit., quae fortasse ad *tegendi* potestatem pertinebat, ut cognatae עוּף (עָיַף), עָלַף. Inde

עָנָף *ramus* Ez. 17, 8. 23, c. Suff. עַנְפְּכֶם 36, 8 tanquam a forma עֶנֶף.

עֲנַף chald. id. Dan. 4, 18.

עָנֵף m. *ramosus* Ez. 36, 8.

עָנַק *torque s. collari ornavit.* (Proficiscitur a potestate angendi, strangulandi, quam habent radd. vicinae אָנַק, חָנַק, ubi vide. Arab. عنق IV. torque ornavit canem. عُنُق cervix, nostr. *Nacken*, germ. sup. die *Anke*). Semel translate Ps. 73, 6: עֲנָקַתְמוֹ גַאֲוָה *superbia cingit eos torquis instar* i. e. collum eorum vestit; collum enim resupinum poëtae sedes est superbiae.

Hiph. הֶעֱנִיק prob. *cervici* (portandum) *imposuit*. Deut. 15, 14 de servo manumittendo: הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ מִצֹּאנְךָ וגו׳ *imponas ei de grege tuo* cet. LXX. Vulg. *dabis viaticum.* Alii *donandi* significatum ita declarant, ut pr. sit *collari* inde *donis* ornavit. Quod olim Castello

et Giggeio auctoribus contuli „عنق sq. على facilem se praebuit,“ errore debetur Giggei Kamusi verba (II, p. 1318 ed. Calcutt.) male transferentis.

עֲנָק m. 1) *collare, torques, monile* Cant. 4, 9, pl. ים— et ות Prov. 1, 9. Iud. 8, 26.

2) i. q. arab. عَنَق *longitudo colli* et staturae (cf. أَعْنَق longicollis), inde בְּנֵי הָעֲנָק, בְּנֵי עֲנָק Num. 13, 33, יְלִידֵי הָעֲנָק ibid. V. 22. 28, it. עֲנָקִים Deut. 1, 28. 2, 10. 11. 21, et בְּנֵי עֲנָקִים 9, 2 *Enacitae* (pr. longicolles, procerae staturae homines) n. pr. gentis Cananaeae ob staturae proceritatem famosae, quae ante Hebraeorum invasionem in vicinia Hebronis habitaverat (Jos. 11, 21), ab his vero tantum non exstirpata est, ita ut pauci posteri in Philistaeae urbibus superessent (cf. intpp. et Criticos ad Jer. 47, 5).

עָנֵר (i. q. נַעַר ἀνήρ?) n. pr. 1) viri Canaanitae, Gen. 14, 13. 24. — 2) oppidi Levitarum in agro Manassis, alibi תַּעְנָךְ (nisi ita aut ענך legendum sit) 1 Chr. 6, 70.

עָנַשׁ fut. יַעֲנֹשׁ *mulctavit, mulctam imposuit.* (Praeterea in sola dial. rabbinica. Origo videtur in *imponendo* esse, cf. cogn. עָמַס, עָמַשׂ). Constr. sq. לְ Prov. 17, 26, sq. dupl. acc. mulctavit aliquem pecuniâ Deut. 22, 19. 2 Chr. 36, 3 (de pecuniis in bello exactis), vino Am. 2, 8. Impers. Prov. 21, 11: בַּעֲנָשׁ־לֵץ *ubi mulctant irrisorem* (iudices).

Niph. mulctatus est Ex. 21, 22, gener. *poenas dedit* Prov. 22, 3. 27, 12.

עֹנֶשׁ m. 1) *mulcta, pecuniae* ab aliquo *exactae* 2 Reg. 23, 33. Prov. 19, 19.

עֲנָשׁ m. chald. *mulcta* Esr. 7, 26.

עֲנָת (auditio, preces ratae, a rad. עָנָה, ad formam בַּת a rad. בָּנָה) n. pr. m. Iud. 3, 31. 5, 6.

עֶנֶת, כְּעֶנֶת v. כְּעַן.

עֲנָתוֹת (preces ratae, ת littera servili servata, v. Lgb. p. 528), n. pr. 1) oppidi Levitarum in agro Benjamini, in quo Jeremias propheta natus est. Jos. 21, 18. Jes. 10, 30. Jer. 1, 1. N. gent. עַנְּתֹתִי 2 Sam. 23, 27. — 2) m. a) 1 Chr. 7, 8. b) Neh. 10, 20.

עַנְתֹתִיָּה (preces ratae a Jehova) n. pr. m. 1 Chr. 8, 23.

עָסִיס m. *mustum* Joël 1, 5. 4, 18. Am. 9, 13, a rad.

עָסַס *conculcavit* Mal. 3, 21. (Chald. עֲסַס id.).

עָעַר rad. ficta, unde ducunt יְעֹעֵרוּ, Jes. 15, 5, vide ind. analyt.

עָפָה rad. inusit., syr. ܥܦܐ floruit, ܥܦܐ luxuriavit herba, unde עֳפִי hebr. et chald.

עֵפָה v. אֵיפָה.

עֳפִי m. pl. עֳפָאִים (cf. Lgb. p. 575) *frondes* arborum Ps. 104, 12, a rad. עָפָה.

עֳפִי chald. id. Dan. 4, 9. 11. 18. (Syr. ܥܘܦܐ ramus, cacumen arboris, ܥܘܦܝܐ frons).

עָפַל in Kal inusit., pr. *tumuit,* unde עֹפֶל tumulus. Arab. عَفِلَ tumore s. hernia laboravit.

Pu. tumidus, metaph. *inflatus, superbus fuit.* Hab. 2, 4.

Hiph. tumide i. e. superbe, arroganter *egit.* Num. 14, 44: וַיַּעְפִּלוּ לַעֲלוֹת וגו׳ *arroganter agentes* (i. e. dei monita negligentes) *ascenderunt.* Idem Deut. 1, 43 exprimitur: וַתָּזִדוּ וַתַּעֲלוּ הָהָרָה. Inde

עֹפֶל m. 1) *tumulus, clivus* Jes. 32, 14. Mich. 4, 8, cum art. הָעֹפֶל n. pr. clivi in parte orientali montis Sion, qui peculiari muro cinctus erat et munitus, 2 Reg. 5, 24. 2 Chr. 27, 3. 33, 14. Neh. 3, 27. 11, 21, cf. Jos. bell. iud. 6, 6, §. 3. — 2) *tumor*, pl. עפלים (lege עֳפָלִים) Deut. 28, 27. 1 Sam. 5, 6 sqq. Chethibh de tumoribus ani. (Arab. عفل tumor in ano virorum, vel in pudendis mulierum, v. Schroederi Origg. hebr. cap. 4. p. 54. 55. H. Alb. Schultens ad Meidanii Prov. p. 23). In Keri pro eo est טְחוֹרִים, q. v.

עָפַן rad. inusit., arab. et syr. *mucuit, putruit*, unde

עָפְנִי N. gent., semel legitur Jos. 18, 24, ubi הָעָפְנִי (כְּפַר) est oppidum Benjaminitarum.

עַפְעַפַּיִם vel potius dual. **עַפְעַפִּים** tantum cstr. עַפְעַפֵּי *palpebrae*, a volitando dictae (die Flatternden), a rad. עוּף Pilp. עִפְעֵף (cf. Gramm. hebr. §. 54, no. 4). Iob. 16, 16. Ps. 132, 4. Poët. עַפְעַפֵּי שָׁחַר *palpebrae aurorae*, de radiis solis orientis. Iob. 3, 9. 41, 10. Cf. Ἁμέρας βλέφαρον Soph. Antig. 103. 104. Arabum poëtae solem oculo comparant (in Kamûso العين inter alia declaratur: الشمس أو سعاعها sol vel iubar eius), cui palpebras tribuunt, حواجب الشمس v. Schult. ad Iob. p. 61.

עָפַר in Kal inusit., arab. I) عفر subalbus, subrubicundus fuit, instar arenae, dorcadis, عفر pulvis, terra. II) غفر (cogn. כָּפַר texit) villosus fuit.

Pi. (denom. ab עָפָר) *pulvere* (vel terrae glebis) *conspersit* (bestäuben) 2 Sam. 16, 13.

עָפָר m. 1) *pulvis, humus siccus* (trockene Erde) Gen. 2, 7. 26, 15. Jos. 7, 6. Iob. 2, 12 it. de *luto* s. *argilla*, unde parietes fiunt Lev. 14, 42. 45, de *aggere* (Schutt) Hab. 1, 10, rarissime de *pulvere tenui*, quem ventus abripit i. q. אָבָק Ps. 18, 43. עַל עָפָר a) in terra, in orbe terrarum Iob. 19, 25. 39, 14. 41, 25, et in terram 22, 24. Jes. 47, 1; b) in sepulcro Iob. 20, 11. 21, 26, pro quo etiam dicitur לֶעָפָר 7, 21. יָרַד עָפָר descendit in pulverem i. e. in sepulcrum Ps. 22, 30. 30, 10. שׁוּב אֶל־עָפָר in pulverem reverti Gen. 3, 19. Ps. 104, 29. עָפָר וָאֵפֶר pulvis et cinis, formula proverbialis de humilitate et fragilitate naturae humanae Gen. 18, 27. Ps. 103, 14. De multitudine dictum est Num. 23, 10: עֲפַר יַעֲקֹב *pulvis Jacobi* i. e. Jacobus, qui numerosus est instar pulveris terrae, cf. חוֹל. אָכַל עָפָר pulverem comedit, de serpente Gen. 3, 14, cf. Jes. 65, 25, sed translate dictum est Thren. 3, 29: *immittit os in pulverem* h. e. silens dei auxilium exspectat. — Plur. עֲפָרוֹת glebae terrae. Prov. 8, 26: רֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל *prima gleba orbis terrarum.* Iob. 28, 6: עַפְרֹת זָהָב *auri glebae* in fodinis.

עֵפֶר (i. q. غفر vitulus, hinnulus) n. pr. m. 1) filii Midiani Gen. 25, 4. 2) 1 Chr. 4, 17. 3) 5, 24.

עֹפֶר m. *hinnuleus* cervae, capreae, dorcadis Cant. 2, 9. 17. 4, 5. 7, 4. 8, 14. (Arab. غفر et غفر fetus rupicaprae).

עָפְרָה (hinnula) n. pr. 1) oppidi Benjaminitarum Jos. 18, 23. 1 Sam. 13, 17, plene Mich. 1, 10 בֵּית לְעַפְרָה (domus hinnulae). — 2) oppidi Manassitarum Iud. 6, 11. 8, 27. 9, 5. — 3) n. pr. m. 1 Chr. 4, 14.

עֶפְרוֹן (vitulinus) n. pr. 1) oppidi in termino agri Benjaminitici 2 Chr. 13, 19, ubi Keri עֶפְרַיִן. — 2) mon-

tis in confiniis tribuum Judae et Benjamin. Jos. 15, 9. — 3) viri Hethithae Gen. 23, 8. 25, 9.

עֶפְרַיִן (vituli duo) v. עֶפְרוֹן no. 1.

עֹפֶרֶת f. *plumbum*, a colore subalbo dictum (cf. כֶּסֶף, זָהָב) Ex. 15, 10. אֶבֶן הָעֹפֶרֶת pondus plumbeum Zach. 5, 8.

עֵץ pl. עֵצִים, cstr. עֲצֵי m. 1) *arbor* (Arab. عَصًا baculus, os, cf. gr. ὄζος ramus et ὀστέον [sanscr. *asthi*], lat. *hasta*. Pro *ligno* Arabes frequentant formam cognatam عِضَاه. Hebr. עֵץ sequitur analogiam verbi עָצָה durus, firmus fuit. Chald. emollitis litteris habent אָע lignum). עֵץ הַחַיִּים arbor vitae (v. חַי) Gen. 2, 9. Saepe collect. *arbores*. עֵץ פְּרִי arbores frugiferae Gen. 1, 11. — 2) *lignum*, spec. de palo ligneo, patibulo Gen. 40, 19. Deut. 21, 22. Jos. 10, 26, de idolo ligneo Jer. 2, 27. Pl. עֵצִים *ligna*, quo utuntur de ligno ad comburendum parato et in frusta caeso Gen. 22, 3. 9. Lev. 1, 7. 4, 12, de materia ad aedificandum Ex. 25, 10. 1 Reg. 6, 23. 31. 32. Cf. עֵצָה no. I.

עָצַב 1) *laboravit, formavit, finxit*, v. Pi. no. 1. (Origo fortasse est in *caedendo* et lignum et lapides, coll. חָצַב, חָטַב. In linguis cognatis sunt secundariae significationes, ut arab. غضب iratus est). Inde עָצָב et עֹצֶב simulacrum fictile, עֶצֶב vas fictile. — 2) *molestiis, doloribus laboravit, doluit* (v. עֶצֶב, עֹצֶב, עַצֶּבֶת, עִצָּבוֹן), etiam animo, et in Kal quidem trans. *dolore affecit, afflixit* 1 Reg. 1, 6. 1 Chr. 4, 10. Jes. 54, 6.

Niph. dolore affectus est a) corporis, sq. בְּ (in aliqua re) Eccl. 10, 9, b) animi, *doluit, moeruit* Gen. 45, 5. 1 Sam. 20, 3, sq. אֶל (1 Sam. 20, 34) et עַל (2 Sam. 19, 3).

Pi. 1) *formavit* (cf. Kal no. 1) Iob. 10, 8. — 2) *dolore affecit, afflixit* (cf. Kal no. 2). Jes. 63, 10. Ps. 56, 6.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1 *laboravit*, inde prob. *serviit* (idolo), *coluit* (ut syn. עָבַד) Jer. 44, 19: לְהַעֲצִבָהּ *ad eam* (reginam coeli) *colendam*. Vulg. *ad colendum eam*. Al. *ad eam* i. e. imaginem eius *effingendam* (cf. Kal no. 1). — 2) i. q. Pi. no. 2 *dolore affecit* i. e. ad iram provocavit (numen) Ps. 78, 40.

Hithp. 1) *doluit, moeruit* Gen. 6, 6. — 2) *iram concepit* 34, 7. V. Hiph. no. 2.

Nomm. deriv. עָצָב — עַצֶּבֶת et מַעֲצֵבָה.

עֲצַב chald. part. pass. עֲצִיב *moerore affectus*, Dan. 6, 21.

עָצָב in pl. tantum עֲצַבִּים cstr. עֲצַבֵּי *simulacra idolorum* 1 Sam. 31, 9. 2 Sam. 5, 21. Hos. 4, 17 (v. rad. no. 1).

עָצֵב m. *operarius, servus*. Pl. c. Suff. עַצְּבֵיהֶם (Dag. f. euphon.) Jes. 58, 3.

עֶצֶב et **עֶצֶב** m. 1) *vas fictile* Jer. 22, 28, v. Kal no. 1. — 2) *labor gravis* et *molestus* Prov. 10, 22. Pl. עֲצָבִים labores i. e. cum labore parta. Prov. 5, 10: לֶחֶם הָעֲצָבִים *panis gravi labore partus*. Ps. 127, 2. — 3) *dolor*, ut parturientium Gen. 3, 16, it *dolor animi, ira* Prov. 15, 1: דְּבַר עֶצֶב *verbum cum ira pronuntiatum*, acerbum, asperum.

עֹצֶב m. 1) *simulacrum idoli*, i. q. עָצָב Jes. 48, 5. Ps. 139, 24: דֶּרֶךְ עֹצֶב *idolorum cultus*. — 2) *dolor*. 1 Chr. 4, 9. Jes. 14, 3.

עִצָּבוֹן cstr. עִצְּבוֹן m. 1) *labor gravis* et molestus Gen. 3, 17. 5, 29. — 2) *molestia*. Gen. 3, 16: עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ *molestiae tuae et*

graviditas tua, Hendiadys pro: molestiae graviditatis tuae.

עַצֶּבֶת f. constr. עַצֶּבֶת (quasi ab עַצֶּבָה), Plur. cstr. עַצְּבוֹת c. Suff. עַצְּבוֹתַי, עַצְּבוֹתָם 1) *idolum* Ps. 16, 4. — 2) *dolor* a) corporis Iob. 9, 28, b) animi Ps. 147, 3: מְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם *obligat dolores eorum*, vulnera animi eorum Prov. 10, 10, adiecto לֵב 15, 13.

עָצַד rad. inusit. Arab. عضد securi cecidit. Inde מַעֲצָד.

עָצָה 1) *firmavit*, inde *clausit* spec. oculos. Prov. 16, 30. Arab. غضا IV. id. Aethiop. ዐጸወ: clausit ianuam. — 2) i. q. arab. عصا *durus, firmus* (durae cervicis, contumax) *fuit*, Conj. VIII. induruit, cf. عصا baculus, hebr. עֵץ lignum, et עֶצֶם os, עָצֶה spina dorsi.

עָצֶה m. Lev. 3, 9 *spina dorsi* (auctoribus Onk., Arabe Erp.), vel, quod mavult Bochartus in Hieroz. I p. 497 os coccygis, arab. عُصْعُصٌ, utrumque a duritie et firmitate, v. rad. Arab. عصا est: os cruris, pl. ossa alae avium.

I. עֵצָה f. nominis עֵץ collect. *ligna* i. q. עֵצִים, de materia Jer. 6, 6, de lignis odoratis (עֲצַת נָפֶשׁ) Prov. 27, 9.

II. עֵצָה cstr. עֲצַת (a rad. יָעַץ consuluit, pro יְעֵצָה) f. 1) *consilium* a) quod quis dat vel acceptum refert. 2 Sam. 16, 20. 1 Reg. 1, 12. Ps. 119, 24: אַנְשֵׁי עֲצָתִי *consiliarii mei*. De vaticiniis Jes. 44, 26 cf. 41, 28 (rad no. 4). — 2) *consilium*, quod quis capit. Jes. 19, 3. Hos. 10, 6. עָשָׂה עֵצָה consilium exsecutus est. Jes. 30, 1. Impr. de consilio s. decreto Dei Iob. 38, 2. Jes. 14, 26. 46, 11: אִישׁ עֲצָתִי *vir consilii mei*, quo instrumento utor ad consilium meum exsequendum. — 3) *consilium* pro consiliorum capiendorum facultate i. e. *prudentia, sapientia*, max. Dei Jes. 11, 2. Prov. 8, 14. 21, 30. Jer. 32, 19: גְּדֹל הָעֵצָה *magnae sapientiae*. 1 Chr. 12, 19: בְּעֵצָה *deliberato consilio*. Pl. עֵצוֹת semel c. Suff. עֲצָתָיִךְ Jes. 47, 13, *consilia* Deut. 32, 28. Ps. 13, 3, *curae* Ps. 13, 3.

עָצוּם m. (a rad. עָצַם) 1) *fortis, robustus*, *potens*, de populo Gen. 18, 18. Num. 14, 12. Deut. 4, 38, de regibus Ps. 135, 10. Pl. עֲצוּמִים *fortes*, *validi* i. e. heroes Prov. 18, 18. Jes. 53, 12, semel *valida membra* (leonis), int. ungulas, dentes. Ps. 10, 10: נָפַל בַּעֲצוּמָיו חֶלְכָּאִים *incidunt in ungulas eius miseri;* sed alii *catulos* leonis intelligunt. — 2) *numerosus, copiosus*. Joel 1, 6. Ps. 33, 18.

עֶצְיוֹן גֶּבֶר (spina dorsi viri) n. pr. urbis maritimae in Idumaea ad maris rubri sinum Aelaniticum haud procul ab Elatha (v. אֵילַת sitae, unde Ophiram petebat classis Salomonis, Graecis *Berenice*, v. Jos. Antt. VIII, 6, §. 4, Arabum aetate عصيون. Num. 33, 35. Deut. 2, 8. 1 Reg. 9, 26. 22, 49. Burckhardti itin. Syriae ed. germ. p. 831.

עָצַל rad. in Kal inusit. Arab. عطل otiosus fuit Conj. II. dereliquit, neglexit. Origo esse videtur in laxitate et languore, cf. דָּלַל, חָדַל, خطل).

Niph. piger fuit, Iud. 18, 9.

עָצֵל adj. verbale *piger* Prov. 6, 6. 9. 13, 4. 15, 19.

עַצְלָה f. Prov. 19, 15 et **עַצְלוּת** 31, 27 *pigritia*. Dual. עֲצַלְתַּיִם *pigritia duplex* h. e. maxima. Eccl. 10, 18.

עָצַם 1) pr. *ligavit, colligavit, obligavit*, ut oculos Jes. 33, 15, v.

Pi. (Arab. عصم IV. constrinxit utrem, et usitatius عصب ligavit. Affine est verbis צָמַם, זַם [צָמַד], it. אָטַם, חָתַם, טָמַם). A ligando (v. קָשַׁר, גָּבַר) est

2) intrans. (semel med. E. עָצְמוּ Ps. 38, 20) *fortis, potens fuit* Gen. 26, 16, *potens factus est* Ex. 1, 7. 20. Dan. 8, 8. 24. 11, 23. (Arab. عَظُمَ magnus, magni momenti fuit, عِظَمٌ magnitudo, عَظِيمٌ magnus).

3) *valuit numero, numerosus fuit* Ps. 38, 20. 40, 6. 13 (v. עָצוּם).

Pi. עִצֵּם 1) i. q. Kal no. 1. Jes. 29, 10. — 2) denom. ab עֶצֶם: *ossa confregit, vel arrosit* Jer. 50, 17. Cf. גֵּרֵם.

Hiph. fortem reddidit Ps. 105, 24.

Derivv. עֶצֶם — עֲצֻמוֹת et תַּעֲצֻמוֹת.

עֶצֶם f. 1) *os*, a firmitate et robore dictum, v. rad. no. 2. Arab. عَظْمٌ. Gen. 2, 23. Ex. 12, 46. Num. 9, 12 cet. Pl. עֲצָמִים cstr. עַצְמֵי Ps. 6, 3. 31, 11. 32, 3, crebrius etiam עֲצָמוֹת Ps. 51, 10. Prov. 14, 30, idque saepe de ossibus defuncti (cf. כַּפּוֹת, יָדוֹת). Ex. 13, 19. Jes. 24, 32. 2 Sam. 21, 12—14. 2 Reg. 23, 14. 18. 20. — 2) *corpus*, corporis species. Thren. 4, 7. — 3) Sq. genit. eo utuntur loco pronominis *ipse* (cf. syn. גֶּרֶם no. 3, et arab. عين oculus, ipse), sed de rebus tantummodo v. c. בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה hoc ipso die, Gen. 7, 13. 17, 23. 26. Ex. 24, 10: כְּעֶצֶם הַשָּׁמַיִם *ut coelum ipsum.* Iob. 21, 23: בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ *in ipsa integritate sua.* — 4) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. 15, 29. 19, 3. 1 Chr. 4, 29.

עֹצֶם m. 1) *robur*, Deut. 8, 17. Iob. 30, 21. — 2) *corpus* i. q. עֶצֶם no. 2. Ps. 139, 15.

עָצְמָה f. 1) *robur* Jes. 40, 29. 49, 9. — 2) *multitudo*, Nah. 3, 9.

עַצְמוֹן (robustus) n. pr. oppidi ad terminum australem Palaestinae, Num. 34, 4. 5. Jos. 15, 4.

עֲצֻמוֹת f. *robora, munimenta*, translate de argumentis, quibus disputantes se defendunt, imagine a bello petita Jes. 41, 21 (cf. Iob. 13, 12). Talmud. אתעצם disputavit, verbis pugnavit, arab. عِصْمَةٌ defensio, praesidium.

עָצַן rad. inusit. prob. similis potestatis atque עָצַם, עָצָה durus, firmus fuit. Inde

עֶצֶן ἅπ. λεγόμ. 2 Sam. 23, 8, prob. *hasta*, cf. arab. غُصْنٌ ramus, v. de hoc loco s. v. עֲדִינ.

עָצַר fut. יַעְצֹר et יַעֲצֹר 1) *clausit.* (Origo est in circumdando, circumvallando, v. radd. contiguas אָזַר, אָצַר, חָצַר, et quas ibi contulimus. Arab. عصر est: prohibuit, recusavit, غصر cohibuit, retinuit, ut hebr. no. 2). V. c. coelum (ut pluere non posset) Deut. 11, 17. 2 Chr. 7, 13, mulierem (ut parere non posset) Gen. 16, 2. 20, 18 (ubi cum בְּעַד construitur, v. no. 3) cf. Jes. 66, 9, it. *inclusit* in carcerem 2 Reg. 17, 4. Jes. 33, 1. 36, 5. 39, 15. Sq. מִפְּנֵי 1 Chr. 12, 1: עָצוּר מִפְּנֵי שָׁאוּל *exclusus a facie Sauli*, ita ut ei non liceret, Sauli faciem videre, vel: *domi inclusus metu Sauli* (coll. عصر IV. domi se continuit).

2) *cohibuit, detinuit* aliquem alicubi. 1 Reg. 18, 44. Iud. 13, 16, sq. לְ 2 Reg. 14, 26, sq. בְּ Iob. 12, 15: יַעְצֹר בַּמַּיִם *aquas cohibet.* 4, 2: עְצֹר בְּמִלִּין *cohibere verba.* 29, 9. Peculiaris formula in recentiore tantum Hebraismo usitata est: עָצַר כֹּחַ *vires retinuit, valuit* Dan. 10, 8. 16. 11, 6. 2 Chr. 13, 20, sq. לְ *facultatem habuit* ad aliquam rem, *potuit.* 1 Chr. 29, 14. 2 Chr.

2, 5. 22, 9; adeoque omisso כֹּחַ 2 Chr. 20, 37. 14, 10.

3) *coërcuit imperio, imperavit,* sq. בְּ 1 Sam. 9, 17. V. עֶצֶר.

Niph. 1) *clausus fuit* (de coelo) 1 Reg. 8, 35. 2 Chron. 6, 26. — 2) *cohibitus est* Num. 17, 13. 15. (16, 48. 50). 2 Sam. 24, 21. 25. Ps. 106, 30. — 3) *congregatus est* (a coagendo, cogendo, v. עֲצָרָה), max. ad festum (עֲצָרָה). 1 Sam. 21, 8: נֶעְצָר לִפְנֵי יְהוָֹה *congregatus coram Jehova.*

Inde derivata sunt tria nomina sequentia, it. מַעְצָר, מַעְצוֹר.

עֶצֶר m. *imperium.* Iud. 18, 7: יוֹרֵשׁ עֶצֶר (nemo) *cui imperium erat,* nemo ex magnatibus, proceribus populi.

עֹצֶר m. 1) *conclusio, cohibitio.* Prov. 30, 16: עֹצֶר רָחַם *conclusio uteri* pro muliere sterili. — 2) *oppressio, vexatio* Ps. 107, 39. Jes. 53, 8.

עֲצָרָה et saepius **עֲצֶרֶת** f. *concio, coetus* (v. rad. Niph. no. 3) Jer. 9, 1, max. *concio populi* ad dies festos agendos, πανήγυρις Joël 1, 14. 2 Reg. 10, 20. Am. 5, 21. Jes. 1, 13, spec. quae septimo paschatis et octavo festi tabernaculorum die cogi solebat i. q. מִקְרָא קֹדֶשׁ Levit. 23, 36. Cf. Num. 29, 35. Deut. 16, 8. 2 Chr. 7, 9. Neh. 8, 18 et arab. جمعة concio, plenius يوم الجمعة dies concionis de die Veneris utpote die festo Muhammedanorum. — Ac *concionis* s. *congregationis* significatum (iam a Simoni, arc. formarum p. 180, adoptatum) huic vc. uberius vindicavimus in Lex. maj. p. 885, contra Ikenium (dissert. philol. theol. p. 49—54) et J. D. Michaëlem in supplemm. h. v. qui primariam notionem in *cohibitione operis* posuerant. Assensum praebuerunt Rosenm. (qui ed. 1. 2 Ikenium secutus erat) ad Lev. 23, 36 ed. 3, Winerus al.

עָקַב fut. יַעְקֹב 1) i. q. عقب *pone fuit, a tergo venit,* inde עָקֵב calx. (Ita vulgo: sed videant rei etymologicae scrutatores, sitne potius origo quaerenda in *elatione* in modum gibbi, fornicis, tumuli, ita ut contiguum sit radd. גָּבַב, קָבַב. Inde עָקֹב عَقَبَة clivus, et עָקֵב calx, a figura dictus; a calce autem reliquae notiones *postici, postremi* rel.). — 2) denom. ab עָקֵב: *calcem* alicuius *tenuit.* Hos. 12, 4: בַּבֶּטֶן עָקַב אֶת־אָחִיו *in utero tenebat calcem fratris sui,* cf. אֹחֶזֶת בַּעֲקֵב Gen. 25, 26. Max. ad aliquem prosternendum, *supplantavit,* inde 3) *circumvenit, defraudavit,* Gen. 27, 36. Jer. 9, 3.

Pi. retardavit Iob. 37, 4.

Derivv. עָקֵב — עָקְבָה, et nomm. pr. יַעֲקֹב, יַעֲקֹבָה, עַקּוּב.

עָקֵב cstr. עֲקֵב, pl. constr. עִקְּבֵי (in aliquot libris editis עִקְּבֵי c. Dag. euphon.) m. 1) *calx* a) hominum Gen. 3, 15. 56, 7. Iob. 18, 9. Jer. 13, 22. Cant. 1, 8, b) equorum, *ungula,* Gen. 49, 17. Iud. 5, 22. — 2) metaph. *agmen extremum* exercitus. Jos. 8, 13. Gen. 49, 19. — 3) Pl. עֲקֵבוֹת *vestigia* (calcis s. pedis) Ps. 77, 20. 89, 52 (cf. Cant. 1, 8). — 4) adj. verbale rad. no. 3 *insidiator* Ps. 49, 6.

עָקֹב m. 1) *clivus, locus acclivis* i. q. arab. عَقَبَة, aethiop. ዐቀበ፡ Jes. 40, 4. (Clivum ita dictum volunt, quoniam retardantur et retromanent ascendentes, sed vide quae notavimus ad rad. no. 1). — 2) adj. *fraudulentus, fallax* Jer. 17, 9. — 3) adj. denom. ab עָקֵב no. 3. Hos. 6, 8: עֲקֻבָּה מִדָּם *calcata* s. *conculcata sanguine* i. e. plena vestigiis sanguinis.

עֵקֶב m. 1) *finis, postremum rei* (arab. عَقْبٌ), deinde adv. *usque ad finem, perpetuo* Ps. 119, 33.

112. — 2) *merces, praemium*, qs. finis, eventus laboris, cf. λοισθήϊα praemium, a λοῖσθος postremus. Ps. 19, 12. Prov. 22, 4. Itaque עַל־עֵקֶב Ps. 40, 16, 70, 4, et עֵקֶב Jes. 5, 23 in praemium i. e. *propter*, et Conj. *propterea quod, quia*, Num. 14, 24. Deut. 7, 12, plene עֵקֶב אֲשֶׁר Gen. 26, 5, et עֵקֶב כִּי Am. 4, 12.

עָקְבָה (ב raphato, pro עָקְבָּה, cf. סַלְכָה) f. *insidiae, fraus*. 2 Reg. 10, 19.

עָקַד fut. יַעֲקֹד, arab. عقد *ligavit* Gen. 22, 9. (Finitimae radd. sunt אָגַד, אָכַד q. v.). Inde

עָקֹד pl. עֲקֻדִּים, adj. *striatus, virgulatus* pr. fasciis notatus (gestreift) cf. חָבַר no. 3. Gen. 30, 35 sq. 31, 8 sqq.

עָקָה verbum inusit., v. מַעֲקֶה.

עָקָה f. *oppressio* Ps. 55, 4, a rad. עוּק.

עַקּוּב (insidiosus i. q. יַעֲקֹב) n. pr. m. 1) 1 Chron. 3, 24. 2) 9, 17. Esr. 2, 42. Neh. 7, 45. 8, 7. 11, 19. 12, 25. 3) Esr. 2, 45.

עָקַל in Kal inusit. *torsit, intorsit; vertit, pervertit* (cf. de stirpe primaria *kl, gl* p. 214).

Pu. part. *perversus* Hab. 1, 4. (Syr. ܥܩܠ pervertit, arab. عقل colligavit). Inde

עֲקַלְקַל adj. *tortuosus, curvus*. Iud. 5, 6: אֳרָחוֹת עֲקַלְקַלּוֹת *viae curvae* i. e. deviae et inviae, et omisso subst. עֲקַלְקַלּוֹת Ps. 125, 5 id.

עֲקַלָּתוֹן adj. (a subst. deperdito עֲקַלָּה et terminatione adj. וֹן) *tortuosus*, epith. serpentis Jes. 27, 1.

עָקַן rad. inusit. fort. i. q. עָקַל et aram. עֲקַם *torsit, intorsit*, unde

עֲקָן n. pr. m. Gen. 36, 27, pro quo יַעֲקָן Num. 33, 31. Deut. 10, 6. 1 Chr. 1, 42.

עָקַר 1) *eradicavit, effodit* (plantam) Eccl. 3, 2. (Syr. et chald. id. Syllaba primaria est קר, cf. radd. finitimas קוּר, נָקַר; it. כּוּר, כָּרָה, אָכַר). Inde 2) i. q. arab. عَقِرَ *sterilis fuit* pr. *exstirpatis* testiculis fuit, cf. quae notavimus ad כָּרַס.

Niph. eversum est oppidum Zeph. 2, 4.

Pi. nervos pedum succidit equo, quo corrueret et operi impar evaderet Jos. 11, 6. 9. 2 Sam. 8, 4. 1 Chr. 18, 4, tauro Gen. 49, 6. LXX. νευροκοπεῖν. In proeliis ita fieri solebat (et hodieque fieri solet) a victoribus, ubi equos captos secum ducere non possunt, germ. dem Pferde die Hessen abhauen. (Arab. عَقَرَ id.).

עֲקַר chald. *evellit*. Ithpe. pass. Dan. 7, 8.

עָקָר m. עֲקָרָה, עֲקֶרֶת f. *sterilis*, de mare et femina (de origine v. rad. no. 2). Gen. 11, 30. 25, 21. 29, 31. Deut. 7, 14. (Syr. et arab. id.).

עֵקֶר m. 1) pr. *radix* (arab. عُقْر, chald. עִקַּר), inde *surculus* (v. שֹׁרֶשׁ), metaph. de homine ex familia peregrina oriundo, qui in terra sancta consedit. Lev. 25, 47. — 2) n. pr. m. 1 Chr. 2, 27.

עִקַּר cstr. עִקַּר m. chald. *stirps, truncus* Dan. 4, 12. 20.

עַקְרָב pl. עַקְרַבִּים m. 1) *scorpio* Ez. 2, 6. (Arab. عَقْرَب id. Congruit gr. σκόρπιος, spiritu in sibilum verso, cf. עָקַל σκόλιος). Conflatum esse videtur ex עָקַר, عقر vulneravit, et עָקֵב calx. V. etiam מַעֲלֵה־עַקְרַבִּים. — 2) *flagelli* genus aculeis munitum 1 Reg. 12, 11. 14. 2 Chr. 10, 11. 14. Ita lat.

scorpio teste Isidoro (Origg. 5, 27) est: virga nodosa et aculeata.

עֶקְרוֹן (eradicatio, cf. Zeph. 2, 4) n. pr., una ex quinque urbibus Philistaeorum primariis, in boreali Philistaeae parte sita, primum Judaeis (Jos. 15, 45), dein Danitis (19, 43) assignata Jos. 13, 3. 15, 11. 19, 43. Iud. 1, 18. 1 Sam. 5, 10. 2 Reg. 1, 2. Alex. Ἀκκαρών, Ἀκαρών. Nom. gent. עֶקְרֹנִי Jos. 13, 3. 1 Sam. 5, 10.

עָקַשׁ *contorsit, pervertit.* Arab. عقش et عقص id. Metaph. *pervertere* aliquem, sensu forensi est i. q. causam eius pervertere. Iob. 9, 20: etsi *integer essem* וַיַּעְקְשֵׁנִי *causam meam perverteret* Deus (in altero hemistichio יַרְשִׁיעֵנִי reum me declararet).

Pi. id. *pervertit.* Mich. 3, 9. *Vias suas pervertere* est i. q. perverse agere. Jes. 59, 8. Prov. 10, 9.

Niph. pass. *perversus fuit.* Part. נֶעְקַשׁ דְּרָכִים cuius viae sunt perversae. Prov. 28, 18.

Derivv. מַעֲקַשִּׁים, עִקְּשׁוּת, עִקֵּשׁ.

עִקֵּשׁ adj. m. 1) *perversus.* לֵבָב עִקֵּשׁ animus perversus, Ps. 101, 4, et vicissim עִקֶּשׁ־לֵבָב perversi animi homo, Prov. 11, 20. 17, 20. עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו perversus labiis i. e. fraudulenti sermonis homo Prov. 19, 1. Absol. *fallax, dolosus*, Deut. 32, 5. Ps. 18, 27. Prov. 8, 8. — 2) n. pr. m. 2 Sam. 23, 26. Inde

עִקְּשׁוּת f. adiecto פֶּה, *perversitas* oris i. e. sermo fraudulentus, dolosus, Prov. 4, 24. 6, 12, cf. 19, 1.

עָר m. 1) i. q. עִיר *urbs*, q. v. [unde pl. עָרִים]. In Sing. עָר Num. 21, 15. Deut. 2, 9, et plene עָר־מוֹאָב (urbs Moabi) Num. 21, 28. Jes. 15, 1 n. pr. metropoleos Moabitarum ad littus australe Arnonis sitae, gr. Ἀρεόπολις (quod *Martis urbem* interpretabantur veri etymi ignari), Abulfedae مآب et الربة, hodie *Rabba* dictae. V. Relandi Palaestina p. 577. Burckhardti Reise nach Syrien p. 640.

2) *hostis*, v. rad. עִיר no. 2 1 Sam. 28, 16. Plur. Ps. 9, 7. 139, 20.

עָר chald. i. q. hebr. no. 2, Dan. 4, 16.

עֵר (vigil) n. pr. 1) filii Judae, Gen. 38, 3. 46, 12. 2) 1 Chr. 4, 21.

I. עָרַב 1) pr. *miscuit*, ut chald. et syr. (affine est אָרַב plexit), v. Hithp., it. *texuit*, unde עֵרֶב no. I subtemen.

2) *permutavit* merces, inde *mercaturam fecit* merces permutando Ex. 27, 9. 27, unde מַעֲרָב.

3) *spopondit, fideiussit* pro aliquo, sq. acc. pers. (pr. *permutavit* eum, in locum eius ipse successit), idque a) ita ut vitam alicuius praestaret, *vadem se dedit* pro aliquo *ad mortem.* Gen. 43, 9. 44, 32. Iob. 17, 3: עָרְבֵנִי עִמָּךְ *sponde pro me apud te* i. e. in causa, quae mihi tecum est. Jes. 38, 14: עָרְבֵנִי *sponde pro me* (domine), h. e. in fidem tuam me recipe. Ps. 119, 122. b) promittendo, se alterius loco aliquid praestiturum esse. Prov. 11, 15. 20, 16. 27, 13, sq. לְ 6, 1, et לִפְנֵי 17, 18. (Syr. ܥܪܒ id., arab. عَرَابٌ vas). Derivv. עֲרֻבָּה, תַּעֲרֻבָה.

4) *pigneravit, pignore dedit*, sq. acc. rei. (Arab. عرب Conj. II. IV. arrham dedit). Neh. 5, 3. Metaph. עָרַב אֶת לִבּוֹ pigneravit vitam suam i. e. praesentissimo periculo exposuit Jer. 30, 21. Sed potest etiam reddi: spopondit pro vita sua, coll. no. 3. Deriv. עֵרָבוֹן.

5) med. E et fut. A, intrans. *dulcis, suavis fuit* (fort. bene temperatus, cf. no. 1), sq. לְ pers., v. c. somnus Prov. 3, 24, sacrificia,

dona Jer. 6, 20, sq. לְ Ps. 104, 34. Ez. 16, 37: אֲשֶׁר עָרַבְתְּ עֲלֵיהֶם *quibus placebas*. Cf. adj. עָרֵב dulcis.

6) A dulcedinis notione fortasse ductus est *sugendi* significatus (cf. מָצָה, מָצַץ), unde עָרֹב musca canina, ut quae sanguinem hominum bestiarumque sugit, coll. arab. عرب quod in Kamûso (pag. 125 lin. 11) explicatur اكل comedit.

Hithp. 1) *immiscuit se*, sq. בְּ alicui rei, Prov. 14, 10. — 2) *contulit se* cum aliquo *in societatem* (sich mit jemandem einlassen), spec. in consuetudinem se dedit, sq. בְּ Ps. 106, 35, sq. לְ Prov. 20, 19, sq. עִם 24, 21, connubia iniit, sq. בְּ Esr. 9, 2, in certamen descendit sq. אֶת *cum* aliquo Jes. 36, 8. 2 Reg. 18, 23.

Nomm. deriv. vide sub singulis signiff.

II. עָרַב *occidit* sol. (Syr. et aeth. ᏅᏃᏁ: id. Arab. غرب longius recessit, peregrinatus est). Deinde *vesperavit* Iud. 19, 9. Metaph. Jes. 24, 11: עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה *occidit omne gaudium*.

Hiph. vespere fecit. Inf. הַעֲרֵב vespere faciendo, adv. *vespere* (cf. הַשְׁכֵּם mane) 1 Sam. 17, 16.

Derivv. עֶרֶב no. II, עָרֵב no. I, מַעֲרָב no. II.

III. עָרַב i. q. חָרַב, aeth. (transp.) ᏅᏁᏃ: *aridus, sterilis fuit.* Inde עֲרָבָה, et n. pr. עֲרַב Arabia.

IV. עָרַב i. q. arab. غرب subalbus, albicans fuit, unde مُغْرَب candicans, albis palpebris homo, غَرَب albedo palpebrarum, argentum, it. salix. Inde hebr. עֲרָבָה salix, a foliis subalbis dicta.

עֲרַב chald. *miscuit.* *Pa.* Dan. 2, 43. *Ithpa.* pass. ibid.

עָרֵב *dulcis, suavis* Prov. 20, 17. Cant. 2, 14. V. verbum no. I, 5.

עָרֹב m. muscae vel tabani species homines vexans, dicta a sugendo (sanguinem) v. rad. no. I, 6 Ex. 8, 16 (al. 21) sqq. Ps. 78, 45. 105, 31. LXX *κυνόμυια*, musca canina, quam describit et ab impudentia nomen habere censet Philo de vita Mosis T. II. pag. 101 ed. Mangeji. — Hebraei interpretes tantum non omnes *colluviem* bestiarum noxiarum, qs. miscellaneam turbam interpretantur (ab ערב miscendi significatu), et ita Aqu. *πάμμυια*, Hieron. *omne genus muscarum*, Luth. *allerley Ungeziefer*, sed עָרֹב certum quoddam animal denotare, tantum non manifestum est ex loco Ex. 8, 29. 31. Oedmannus (verm. Sammlungen II, p. 150) *blattam orientalem*, Belgis et Germanis *Kakerlacke*, designari statuebat, quae tamen bestia rebus esculentis magis, quam hominibus inhaeret, contra diserta verba Ex. 8, 17.

עֲרָב f. 2 Chr. 9, 14, et עֲרַב Jes. 21, 13. Jer. 25, 24. Ez. 27, 21 n. pr. *Arabia* (عَرَب) ab ariditate et sterilitate dicta (v. rad. no. III). Nom. gent. est עַרְבִי *Arabs* Jes. 13, 20. Jer. 3, 2, it. עַרְבִי Neh. 2, 19, pl. עַרְבִים *Arabes* 2 Chr. 21, 16. 22, 1, et עַרְבִיאִים 2 Chr. 17, 11, univ. de nomadibus Jes. Jer. l. l. c. c. Caeterum *Arabiae* nomine non ingens illa peninsula designatur, quae apud Geographos hoc nomen gerit, sed haud magnus terrae tractus ab oriente et austro Palaestinae usque ad mare rubrum. Ita Eusebius de Midianitis: *κεῖται ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας πρὸς νότον ἐν ἐρήμῳ τῶν Σαρακηνῶν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσας ἐπ᾽ ἀνατολάς.* Non latius patet Arabia N. T. (Gal. 1, 17. 4, 25). Vide quae disputavimus ad Jes. 21, 13.

עֶרֶב I) *subtemen* Lev. 13, 48—59. Vide rad. no. I, 1.

II) coll. *homines peregrini, alienigenae,* a rad. עָרַב no. II. cf. غَرَبَ peregrinatus est, غَرِيبٌ peregrinus. Ex. 12, 38. Neh. 13, 3. Cum art. scribitur הָעֵרֶב, v. עֵרֶב no. I, 2.

עֶרֶב I) 1) *vespera* (m. et fem. 1 Sam. 20, 5) a rad. עָרַב no. II. בָּעֶרֶב Gen. 19, 1. 29, 23, לְעֵת עֶרֶב 8, 11. 24, 11, עֶרֶב (acc.) Ex. 16, 6, poët. לָעֶרֶב Ps. 59, 7. 15. 90, 6. Gen. 49, 27 *vespere.* Pl. עַרְבוֹת Jer. 5, 6. Dual. עַרְבַּיִם duae vesperae, tantum in formula בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas Ex. 16, 12. 30, 8, quomodo dr. temporis spatium, quo agnus paschalis mactabatur Ex. 12, 6. Lev. 23, 5. Num. 9, 3, et sacrificium vespertinum offerebatur Ex. 29, 39. 41. Num. 28, 4, h. e. ex sententia Karaitarum et Samaritanorum (cui favent verba Deut. 16, 6) tempus, quod inter occasum solis et crepusculum interiectum est: Pharisaei tamen (v. Joseph. bellum iud. 6, 9, §. 3) et Rabbanitae primam vesperam vocari censebant tempus, quo sol declinare incipit (arab. مُسَيٌّ vesperula, مُسَيًّا ubi vesperascere coepit, gr. δείλη πρωΐα), alteram vesperam verum occasum (gr. δείλη ὀψία). V. Bocharti Hieroz. T. I, p. 559. Cf. de duplici aurora Pococke ad carm. Tograi pag. 71 et n. pr. hebr. שְׁחָרִים.

2) i. q. עֵרֶב no. II *peregrini,* inde מַלְכֵי הָעֶרֶב *reges peregrini,* qui *societatem* inierant cum Israëlitis 1 Reg. 10, 15, et sic etiam alibi de *copiis auxiliaribus* Jer. 25, 20. 50, 37. Ez. 30, 5.

II) tantum in pl. עֲרָבִים cstr. עַרְבֵי m. *salix* (arab. غَرَبٌ), a foliis subalbis dicta, v. rad. no. IV. Jes. 44, 4. Iob. 40, 22 (17). Ps. 137, 2 (ubi salix babylonica Linn. intelligenda est, frondibus pendulis, symbolum tristitiae et luctus, nostr. *Trauerweide*). Jes. 15, 7: נַחַל הָעֲרָבִים *torrens salicum* (cf. Iob. 40, 22) in Moabitide, i. e. vel وادى الاحسا in confiniis provinciarum Karrak (i. e. Moabitidis vett.) et Dschebâl (i. e. Idumaeae) v. Burckhardti itiner. p. 674, vel rivulus זֶרֶד (q. v.) prope oppidum Karrak, ubi Burckhardtus l. c. p. 643 memorat fontem salicum, عين صفصاف.

עֹרֵב pl. עֹרְבִים m. 1) *corvus.* (Arab. غُرَابٌ corvus, cornix cf. lat. *corvus.* Radix in linguis semiticis non quaerenda, sed congruit sanscr. *kârawa.* B et w litteras ad radicem minus pertinere monstrant gr. κόραξ et lat. *cornix*). Gen. 8, 7. Jes. 34, 11. Ps. 147, 9. Nonnunquam latius patuisse et avium species cognatas, spec. *cornicem,* comprehendisse videtur, v. Levit. 11, 25. Deut. 14, 14. — 2) n. pr. principis Midianitarum Iud. 7, 25. 8, 3. Ps. 83, 12; a quo rupes quaedam trans Jordanem nomen traxit Iud. 7, 25. Jes. 10, 26.

עֲרָבָה f. *regio arida, sterilis, desertum* (v. rad. no. IV) Iob. 24, 5. Jes. 33, 9. 35, 1. 51, 3. Jer. 50, 12. 51, 43. C. art. הָעֲרָבָה est regio illa depressior, in quam vallis Jordanis (الغور) circa Hierichuntem excurrit, ad sinum Aelaniticum usque porrecta Deut. 1, 1. 2, 8. Jos. 12, 1. 2 Sam. 4, 7. 2 Reg. 25, 4, in qua mare mortuum (propterea יָם הָעֲרָבָה *mare deserti* dictum Deut. 4, 49. Jos. 3, 16. 12, 3. 2 Reg. 14, 25) et Kedron torrens s. נַחַל הָעֲרָבָה rivus deserti Am. 6, 14, coll. 2 Reg. 14, 25, praeterea עַרְבוֹת יְרֵחוֹ campestria Hierichuntis Jos. 5, 10. 2 Reg. 25, 5, et עַרְבוֹת מוֹאָב, v. מוֹאָב. — 2) n. pr. oppidi Benja-

minitarum, plene בֵּית הָעֲרָבָה, v. בַּיִת litt. kk.

עֲרֻבָּה f. 1) *sponsio, vadimonium,* Prov. 17, 18 (v. עָרַב I, 3). — 2) *pignus* (v. עָרַב no. I, 4). 1 Sam. 17, 18: וְאֶת־עֲרֻבָּתָם תִּקָּח *et pignus ab iis acceptum affer.*

עֵרָבוֹן m. *pignus,* Gen. 38, 17. 18. 20 (v. עָרַב no. I, 4). Arab. عُرْبُون, عَرَبَان id. Inde ἀῤῥαβών, *arrhabo,* vc. mercatoribus proprium, quod ab institoribus phoeniciis mutuum accepisse videntur Graeci et Romani.

עַרְבִי, **עֲרָבִי** *Arabs,* v. עֲרָב.

עַרְבָתִי N. gent. vocis עֲרָבָה no. 3, q. v. 2 Sam. 23, 31.

עָרַג fut. יַעֲרֹג 1) *ascendit* i. q. arab. عَرَجَ, aethiop. ዐረገ: V. עֲרוּגָה. — 2) sq. עַל et אֶל *desideravit* aliquid, q. d. נָשָׂא נֶפֶשׁ עַל. (Arab. Conj. II. institit, intentus fuit rei). Ps. 42, 2. Joël 1, 20. Quod Hebraei interpretes statuunt, ערג vc. proprium esse de clamore cervi ad animalia domestica translatum Joël l. c. (etiam Syrus utroque loco reddit ܓܥܐ), linguarum cognatarum usu non firmatur, quanquam conferre possis gr. onomatop. ὠρύω, ὠρυγή. Sed vide derivatum עֲרוּגָה. Plura dabit Bocharti Hieroz. P. 1, pag. 883.

עָרַד rad. inusit., arab. عَرَدَ Conj. II *fugit* (cf. affine חָרַד), syr. Ethp. *indomitus fuit.* Inde עָרוֹד chald. עֲרַד onager.

עֲרָד n. pr. 1) (pro בֵּית עֲרָד) oppidum Canaanitarum in australi parte Palaestinae, Num. 21, 1. 33, 40. Jos. 12, 14. 2) m. 1 Chr. 8, 15.

עֲרָד m. chald. i. q. עָרוֹד *onager* Dan. 5, 21.

עָרָה *nudus fuit,* in Kal inusit. Arab. عَرِيَ id. Origo esse videtur in *evellendo* [cf. אָרָה] plantas, crines, inde depilis, calvus, plantis arboribusque nudus fuit, cf. מַעֲרָה, הַעַר. Affinia sunt עָרַם et fort. עָרַף no. II).

Pi. עֵרָה, fut. conv. וַתְּעַר 1) *nudavit,* v. c. pudenda Jes. 3, 17, clypeum (cui tegumentum inductum erat). 22, 6. Zeph. 2, 14: אַרְזָה עֵרָה *tabulata cedrina denudarunt,* pro: tabulatis cedrinis abruptis parietes nudarunt. 2) (fundamentum domus) denudavit, h. e. *evertit* domum Ps. 137, 7. Inf. עָרוֹת Hab. 3, 13. (Cf. גִּלָּה, גַּלֵּה Ez. 13, 14. Mich. 1, 6). Inde 3) *evacuavit* vas, *effudit* (quo facto fundus eius nudatur) Gen. 24, 20. 2 Chr. 24, 11. Ps. 141, 8: אַל תְּעַר נַפְשִׁי *ne effundas vitam meam,* h. e. ne fundas sanguinem meum. Cf. Hiph. no. 2.

Hiph. 1) *nudavit,* ut pudenda, Lev. 20, 18. 19. — 2) *effudit.* Jes. 53, 12: הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ *effudit in mortem vitam suam,* morti se tradidit. (Arab. أَسَالَ نَفْسَهُ animam suam effudit, h. e. tradidit, syr. ܐܫܕ ܢܦܫܗ, gr. παραβάλλεσθαι, unde *parabolanus*).

Niph. pass. Hiph. no. 2 *effusus est* Jes. 32, 15.

Hithp. 1) *se nudavit* Thren. 4, 21. — 2) *effudit, diffudit se* (de arbore patula) Ps. 37, 35.

Nomm. deriv. עָרָה, עֶרְוָה, עֶרְיָה, הַעַר, מַעֲרָה, מַעַר et n. pr. מַעֲרָת.

עָרָה pl. עָרוֹת f. Jes. 19, 7 *loca nuda,* i. e. arboribus destituta (v. מַעֲרָה, מַעַר), h. l. de graminetis ad Nili oras.

עֲרוּגָה f. Cant. 5, 13. 6, 2. Ez. 17, 7. 10, *areola* horti vineaeque in medio ascendens (erhöhtes Gartenbeet, Blumenberg, a rad. עָרַג).

Ita vett. interpretes. Alii *scalam* s. loricam plantis alligandis intelligunt, coll. arab. معرج scala, sed illud praestat.

עָרוֹד m. *onager* Iob. 39, 5. Chald. עֲרָד id., in Targg. pro hebr. פֶּרֶא. Rad. עָרַד.

עֶרְוָה f. (a rad. עָרָה) 1) *nuditas* Hos. 2, 11; metaph. עֶרְוַת הָאָרֶץ *nuditas terrae* i. e. terrae pars minus munita aditu facilis, arab. عورة (τεῖχος ἐγυμνώθη Hom. Il. 12, 399) Gen. 42, 9. 12. — 2) *pudenda*, max. *nuda*. Gen. 9, 22. 23. 1 Sam. 20, 30. עֶרְוַת אָבִיו pudenda patris sui, h. e. pudenda uxoris patris sui. Lev. 20, 11, cf. 18, 8. 16. — 3) *turpitudo*, *foeditas*. עֶרְוַת דָּבָר foedi aliquid (excrementum) Deut. 23, 15, (macula aliqua in muliere reperta) 24, 1, it. *ignominia*, *dedecus*. Jes. 20, 4: עֶרְוַת מִצְרָיִם *dedecus Aegypti*.

עַרְוָה chald. *evacuatio*, inde *damnum* (regis) Esr. 4, 14. Vide rad. hebr. Pi. no. 3.

עָרוֹם, עָרֹם pl. עֲרוּמִּים, f. עֲרֻמָּה, adj. *nudus* Iob. 1, 21. Sed nudus dicitur etiam a) *pannosus*, *male vestitus* Iob. 22, 6. 24, 7. 10. Jes. 58, 7, cf. gr. γυμνός Jacob. 2, 15, et de lat. *nudus* Seneca de benef. 5, 13, arab. مسلوخ exutus, male vestitus, b) qui pallio deposito sola tunica (כֻּתֹּנֶת) vestitus incedit 1 Sam. 19, 24. Jes. 20, 2. Cf. Joh. 21, 7. Virg. Ge. I, 229 ibique J. H. Vossium. Aurel. Vict. cap. 17. Rad. עָרַם no. I, 1.

עָרוּם m. 1) *callidus* Gen. 3, 1. Iob. 5, 12. 15, 5. — 2) in bonam partem, *prudens*, *cautus* Prov. 12, 16. 23. 13, 16, a rad. עָרַם no. I, 2.

עֵרוֹם v. עֵירֹם.

עֲרוֹעֵר et **עֲרֹעֵר** (a rad. עָרַר, sicut קְלוֹקֵל a rad. קָלַל, تلاتل a rad. تل) 1) probab. i. q. עַרְעָר pr. *nudus*, deinde *egenus*, propulsus. Jer. 48, 6 (cf. 17, 6). LXX. ὄνος ἄγριος (עָרוֹד). Vulg. *myrica* (cf. arab. عرعر iuniperus, Wachholder). — 2) n. pr. a) oppidi ad Arnonis fluvii littus septentrionale, Deut. 2, 36. 3, 12. 4, 48. Jos. 12, 2. 13, 16. 20, quod Moabitis parebat Jer. 48, 19, alia forma עַרְעוֹר Iud. 11, 26. Hodieque rudera eius nomen antiquum [عرعاير] gerunt, v. Burckhardti itin. Syriae p. 633. Ab eo diversum est b) aliud magis boreale, e regione Rabbat-Ammon (Jos. 13, 25) ad rivum Gad h. e. Jabboki brachium situm 2 Sam. 24, 5, a Gaditis conditum Num. 32, 34. Jes. 17, 2 (et quae ibi notavimus). c) oppidum tribus Judae 1 Sam. 30, 28. N. gent. עֲרֹעֵרִי 1 Chr. 11, 44.

עָרוּץ, in aliis libris עָרוּץ *horridum* quid, *horror* (a rad. עָרַץ no. I). Iob. 30, 6: בַּעֲרוּץ נְחָלִים *in horrore vallium* i. e. in vallibus horridis.

עֶרְיָה i. q. עֶרְוָה f. *nuditas*, *egestas*. Ez. 16, 7: וְאַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה *et tu* (eras) *nuda et egestas*, h. e. egena. Hab. 3, 9: עֶרְיָה תֵעוֹר *nuditate nudatur*.

עֵרִי (pro עֵרִיָּה custodiens i. e. colens Jehovam) n. pr. filii Gadi Gen. 46, 16.

עֲרִיסָה tantum in pl. וֹת— Num. 15, 20. 21. Neh. 10, 38. Ez. 44, 30 *polenta* (*Gries*, *Grütze*) cf. talmud. ערסן polenta ex hordeo parata, hordeum decorticatum, syr. ܪܘܣܒܐ id., it. potio inde parata. Rad. עָרַס q. v. LXX. Vulg. Num. φύραμα, *pulmentum*. Neh. Ez. σῖτος, *cibus*.

עֲרִיפִים m. pl. *nubes*, *coelum* (a rad. עָרַף stillavit) Jes. 5, 30. Syr.

et Vulg. *caligo*. Cf. quadrilitt. עֲרָפֶל.

עָרִיץ (Kamez impuro pro עַרִּיץ) adj. et subst. pr. *terrens*, *terrorem incutiens*, inde 1) *praepotens*, de Deo Jer. 20, 11, de populis potentibus Jes. 25, 3; 2) in malam partem *violentus*, *atrox*, Ps. 37, 35. Jes. 13, 11. 25, 3. Iob. 15, 20. 27, 13. — Ez. 28, 7: עָרִיצֵי גּוֹיִם *gentes violentae*. 30, 11. 31, 12. 32, 12.

עֲרִירִי pl. עֲרִירִים adj. *solitarius*, *derelictus*, inde *prole carens*, Gen. 15, 3. Lev. 20, 20. 21. Jer. 22, 30, a rad. עָרַר no. 2.

עָרַךְ fut. יַעֲרֹךְ *ordine* s. *ad lineam disposuit*, *struxit*, nostr. *reihen*, *richten*, gr. *τάσσω*, *τάττω* (vic. אָרַךְ recta protendit, extendit, et in linguis indogerm. *Reihe* [Reige, Riege], *reihen*, intens. *recken*; *rego* [non pro *reago*, ut nonnulli volunt], *reg*ula, *rec*tus, it. *rig*eo starr seyn, *rig*or gerade Linie). V. c. ligna in altari Gen. 22, 9. Lev. 1, 6, panes in mensa sacra 24, 8 (cf. מַעֲרֶכֶת no. 2), it. *instruxit* (zurichten) mensam ad convivium Prov. 9, 2. Jes. 21, 5. 65, 11, aram Num. 23, 4, candelabrum sacrum Ex. 27, 21. Lev. 24, 3. 4, arma ad pugnam Jer. 46, 3. Spec. dicunt a) עָרַךְ מִלְחָמָה instruxit aciem Iud. 20, 20. 22, sq. אֵת et לִקְרַאת contra aliquem 1 Sam. 17, 2. Gen. 14, 8. Part. עֹרְכֵי מִלְחָמָה 1 Chr. 12, 33. 35, et עֱרוּךְ מִלְחָמָה Joël 2, 5 ad pugnam instructus. Omisso vc. מִלְחָמָה id. Iud. 20, 30. 33. 1 Sam. 4, 2. 17, 21, sq. עַל, לְ, לִקְרַאת in aliquem, 2 Sam. 10, 9. 10. 10, 17. Jer. 50, 9. 14. Part. עָרוּךְ instructus (ad pugnam) Jerem. 6, 23. 50, 42. — Iob. 6, 4: יַעַרְכוּנִי pro יַעַרְכוּ לִי *aciem instruunt adversus me*. Iob. 33, 5. b) עָרַךְ מִלִּים verba struxit i. e. fecit, protulit, sq. אֶל contra aliq. Iob. 32, 14, it omisso מִלִּים, Iob. 37, 19: לֹא נַעֲרֹךְ מִפְּנֵי־חֹשֶׁךְ *nihil proferremus prae tenebris* i. e. ignorantia. Sq. לְ verba direxit ad al. Jes. 44, 7, et ellipt. Ps. 5, 4: בֹּקֶר אֶעֱרָךְ־לְךָ *mane ad te dirigo* (verba mea). c) עָרַךְ מִשְׁפָּט instruxit litem s. causam forensem Iob. 13, 18. 23, 4, cf. Ps. 50, 21.

2) sq. לְ *composuit* (zusammenstellen mit etwas), *contulit*, *comparavit* (vergleichen). Jes. 40, 18: מַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ־לוֹ *quam similitudinem ei comparabitis?* Ps. 89, 7. 40, 6: אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *nihil est tibi comparandum*. Iob. 28, 17. 19 (quo utroque loco ־ֶנָּה est dativus pro לָהּ).

3) *aestimavit* (quod fit, pretium rei cum pecunia contendendo), max. *magni fecit* (cf. חָשַׁב). Iob. 36, 19: הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ *num divitias tuas magni faciet*, i. e. respiciet?

Hiph. i. q. Kal no. 3 *aestimavit* Lev. 27, 8 sq. 2 Reg. 23, 35.

Derivv. מַעֲרָךְ, מַעֲרָכָה, מַעֲרֶכֶת et

עֵרֶךְ m. cum Suff. עֶרְכּוֹ 1) *ordo*, *strues*, panum appositiciorum Ex. 40, 23. — 2) *instructio*, *apparatus*, spec. vestium, armorum. Iud. 17, 10: עֵרֶךְ בְּגָדִים *apparatus vestium* (Ausrüstung mit Kleidern) i. e. quaecunque ad vestitum pertinent. Egregie LXX. Vatic. *στολὴ ἱματίων*, *στολὴ* enim vox est in hac re propria (cf. lat. *stola*); Alex. *ζεῦγος ἱματίων*, unde Vulg. *vestem duplicem* (quod vindicare studet Lud. de Dieu ad h. l.). De *armaturâ* (qs. stolâ) crocodili Iob. 41, 4. — 3) *aestimatio*, *taxatio*. בְּעֶרְכְּךָ secundum aestimationem tuam Levit. 5, 15. 18. 25. 27, 12: כְּעֶרְכְּךָ הַכֹּהֵן *secundum aestimationem tuam*, *sacerdotis* inquam; neque aliter eadem formula accipienda erit Comm. 2. בְּעֶרְכְּךָ נְפָשֹׁת לַיהוָה *secundum aestimationem tuam* (sacerdotis) *Deo* offerantur *homines*. (Cf. de h. l. de Wette et Dettinger, in

theol. Studien und Kritiken 1831 p. 303. 1832 p. 395. 396). Inde de *pretio*, quo aestimanda est res. Iob. 28, 13. Ps. 55, 14: אַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי *tu vir, quem mihi ipsi aequiparo.*

עָרֵל 1) *praeputiatus fuit*, v. adj. עָרֵל. Arab. غرل id. — 2) denom. ab עָרְלָה) *praeputiatum* h. e. *profanum, impurum habuit* Lev. 19, 23.

Niph. praeputiatum sisti, cerni Hab. 2, 16 (de homine ebrio, qui praeputium impurum turpiter retegit).

עָרֵל m. cstr. עֲרֵל Ez. 44, 9, et עֲרַל Ex. 6, 12 adj. *praeputiatus* Gen. 17, 14. Ex. 12, 48, saepe in opprobrium de gentilibus, ut Philistaeis, 1 Sam. 17, 26. 36. 14, 6. 31, 4. Metaph. dicitur: עֲרַל שְׂפָתַיִם praeputiatus labiis, i. e. gravis loquelae (יַקִּיר מַמְלַל Onk.), balbus, cuius labia praeputio quasi clausa sunt et propterea iusto longiora et graviora, quam ut sermonem facile proferre possint. Exod. 6, 12. 30. Similiter Jer. 6, 10: עֲרֵלָה אָזְנָם *auris eorum est praeputio clausa*, et לְבָבָם הֶעָרֵל cor eorum non circumcisum, ad quod pietatis praecepta penetrare non possunt Lev. 26, 41. Ez. 44, 9.

עָרְלָה f. 1) *praeputium, ἀκροβυστία.* (Arab. غرلة). 1 Sam. 18, 25. 2 Sam. 3, 14: בְּשַׂר הָעָרְלָה membrum praeputiatum Gen. 17, 11. 24 Lev. 12, 3. Metaph. עָרְלַת־לֵב praeputium cordis, v. supra Deut. 10, 16. Jer. 4, 4 (cf. Cor. sur. 2, 82. 4, 154). — 2) *praeputium arboris* i. e. fructus primi triennii, ex lege pro impuris habendi Lev. 19, 23. Cf. rad. no. 2. — Pl. עֲרָלוֹת n. pr. (collis) praeputiorum, in vicinia Gilgal Jos. 5, 3.

I. עָרַם 1) i. q. عرم *nudavit*, unde עָרֹם, עָרוֹם nudus, q. v. Intrans. عرم impudens, malignus fuit (animum malevolum prae se ferens). — 2) *callidus fuit.* (Syr. Ethpe. id. ܥܪܝܡܐ, ܥܪܝܡܐ callidus, malignus). In Kal semel legitur 1 Sam. 23, 22.

Hiph. 1) *callidum fecit.* Ps. 83, 4: יַעֲרִימוּ סוֹד *callidum faciunt consilium*, callida consilia capiunt. — 2) *callide egit* 1 Sam. 23, 22, et in bonam partem *prudenter egit* Prov. 15, 5. 19, 25.

Derivv. עָרוֹם, עֹרֶם, עָרְמָה.

II. עָרַם in Kal inusit., cognatum verbis רָמַם, רוּם, רָאַם, הָרַם, אָרַם *altus fuit.* (Syr. Pa. coacervavit. Arab. عرم coacervatus est Saad. Ex. 15, 8; عرمة acervus granorum in area).

Niph. coacervatus est. Ex. 15, 8.

Derivv. עֲרֵמָה, עַרְמוֹן.

עָרֹם *nudus*, v. עָרוֹם.

עֹרֶם m. *calliditas* Job. 5, 13, a rad. עָרַם no. I.

עָרְמָה f. id. 1) *calliditas, dolus* Ex. 21, 14. — 2) *prudentia* Prov. 1, 4. 8, 5.

עֲרֵמָה f. (cum Zere impuro), plur. ־וֹת, semel ־ִים Jer. 50, 26 *acervus*, v. c. ruderum Neh. 3, 34, frumenti Cant. 7, 3, mergitum Ruth 3, 7, a rad. עָרַם no. II.

עַרְמוֹן m. *platanus* (ab altitudine dicta, v. עָרַם no. II) Gen. 30, 37. Ez. 31, 8. V. Celsii Hierobot. T. I, p. 513.

עֵרָן (q. d. Vigilantius i. q. עֵר, addita terminatione adj.) n. pr. m. Num. 26, 36. Patron. עֵרָנִי ibid.

עָרַס rad. inusit. i. q. גָּרַס *comminuit*, max. in partes grossiores, unde talmud. גְּרִיס, גְּרוּסוֹת fabae

contritae, polenta ex fabis (Gries, Grütze). Vide nom. deriv. עֲרִיסָה.

עֲרֹעוֹר Iud. 11, 26, v. עֲרוֹעֵר no. 2, a.

עַרְעָר adj. pr. *nudus*, deinde *pauper*, *inops*, a rad. עָרַר, q. v. cf. עֲרוֹעֵר no. 1. Ps. 102, 18. Jer. 17, 6.

עַרֹעֵר et **עַרֹעֵרִי** v. עֲרוֹעֵר.

I. עָרַף i. q. רָעַף *stillavit* (tropfen, to drop, cf. דָּלַף, זָלַף quorum posterior syllaba congruit), Deut. 33, 28; metaph. de sermone ibid. 32, 2.

Deriv. עֲרִיפִים.

II. עָרַף 1) primitus, ut suspicor, *rapuit, carpsit, vellit*, nostr. *raufen*, quae potestas inest in syllaba primaria רף, רב, cf. רָפָא, ריב et addita ab initio littera palatina vel gutturali גָּרַף, חָרַף, עָרַף. Inde عرف iuba equi (a vellendo dicta), غرف evellit antias equi, et hebr. עֹרֶף cervix, prob. a iuba dicta. (In linguis indogermanicis congruunt *rapio, carpo, raffen, raufen.* Iubae et verticis significatum habes in gr. λόφος iuba, inde cervix, dorsum, κορυφή, κόρυμβος, κορύμβη vertex).

2) denom. ab עֹרֶף *cervices fregit* animali Exod. 13, 13. 34, 20. Deut. 21, 4. 6. Jes. 66, 3. Translate *evertit, destruxit* aras Hos. 10, 2.

עֹרֶף m. *cervix* bestiae Levit. 5, 8 (arab. عرف iuba), hominis Iob. 16, 12 et saepe. Nota formulas: a) נָתַן עֹרֶף terga dedit 2 Chr. 29, 6, et פָּנָה עֹרֶף־אֶל terga obvertit alicui h. e. avertit se ab aliquo, Jer. 2, 27. 32, 33. b) פָּנָה עֹרֶף Jos. 7, 12 et הָפַךְ עֹרֶף Jos. 7, 8 *terga vertit* i. e. fugit, syr. ܐܦܢܝ ܩܕܠܐ, et pers. پشت دادن. Eodem pertinet Ex. 23, 27: נָתַתִּי אֶת־כָּל־אֹיְבֶיךָ אֵלֶיךָ עֹרֶף *feci tibi omnes hostes tuos tergum*, feci ut terga verterent, eos fugavi. Ps. 18, 41. c) קְשֵׁה עֹרֶף durae cervicis i. e. pertinax, v. קָשֶׁה cf. lat. tantis cervicibus est Cic. Verr. III, 95.

עָרְפָּה (iuba, antiae, vel sec. Sim. i. q. עָפְרָה cerva) n. pr. f. Ruth 1, 4. 14.

עֲרָפֶל m. quadrilitt. *caligo nubium, nubes densae*, Ex. 20, 18. Deut. 4, 11. 1 Reg. 8, 12. Ps. 18, 10. Syr. ܥܪܦܠܐ id., ܐܬܥܪܦܠ caligavit. Conflatum esse videtur ex trilitteris עָרִיף nubes et אָפֵל caliginosus fuit. Congruit gr. ὀρφνός obscurus, caliginosus, ὄρφνη caligo max. noctis.

עָרַץ fut. יַעֲרֹץ 1) *terruit, terrorem* s. *tremorem iniecit.* (Arab. عرص Conj. VIII. contremuit cutis. عراص hasta tremula. Gr. fort. ἀράσσω). Jes. 2, 19. 21. Ps. 10, 18. Iob. 13, 25. Jes. 47, 12: אוּלַי תַּעֲרֹצִי *fortasse terrebis* sc. hostes tuos, terrorem iis incuties. Arab. عرص est: restitit, quod ab illa notione proficiscitur. (Vet. intpp. expresserunt: fortior fies, roborabis te). — 2) intrans. *contremuit, timuit*, Deut. 1, 29, sq. מִפְּנֵי aliquem, Deut. 7, 21. 20, 3. 31, 6, sq. acc. Iob. 31, 34.

Niph. part. נַעֲרָץ *terribilis, timendus* i. q. נוֹרָא Ps. 89, 8.

Hiph. 1) causat. *terrorem iniecit*, Jes. 8, 13. — 2) *timuit*, sq. acc. Jes. 8, 12. 29, 24.

Derivv. עָרִיץ, עֲרוּץ, מַעֲרָצָה.

עָרַק *fugit.* (Syr. et arab. عرق et عرق id. Affine est חָרַג). Iob. 30, 3: הָעֹרְקִים צִיָּה *fugiunt in desertum.* Sed Vulg. *rodebant in solitudine*, coll. arab. عرق, syr. ܥܪܩ rosit. Atque hic rodendi significa-

tus magis convenit verbis V. 17: עֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן *rodentes me* (h. e. dolores) *non quiescunt*, ubi alii interpretantur: *arteriae meae* arteriarum pulsus *non quiescunt*, coll. عِرْق vena, arteria.

עַרְקִי N. gent. *Arcita*, civis Arcae s. Arces (gr. *Ἄρκη*, arab. عِرْقَة, عِرْقَا), oppidi Phoeniciae, plenius Arca Caesarea dicti, cuius ruinae hodieque ad boream Tripoleos supersunt *Tel Arka* appellatae. Gen. 10, 1. Vide Burckhardt Reisen in Syrien p. 272 vers. germ. et quae de historia urbis disputavimus in notis p. 520.

עָרַר i. q. עוּר no. II et עָרָה 1) *nudavit se, nudus fuit.* In Kal semel legitur imp. c. He parag. עֹרָה *nuda te* Jes. 32, 11. — 2) *inops, auxilio destitutus fuit*, unde עַרְעָר, עֲרִירִי, עֲרוֹעֵר.

Po. עוֹרֵר *nudavit* sc. fundamenta aedium i. e. *funditus evertit*, Jes. 23, 13.

Pil. עַרְעֵר et *Hithpal.* הִתְעַרְעֵר Jer. 51, 58 *nudatus* h. e. *funditus eversus est.* Cf. עָרָה Ps. 137, 7. Hab. 3, 13.

Derivv. v. ad Kal no. 2.

עָרַשׂ rad. inusit., arab. عَرَشَ struxit domum tentoriumve II. tecto instruxit, cameravit, unde عَرْش tectum, fornix, solium superne tectum (cf. כִּסֵּא). Inde

עֶרֶשׂ f. (Cant. 1, 16) plur. עֲרָשׂוֹת *sponda, lectus* (pr. velo pensili coopertus, Himmelbett, cf. Cant. l. c.) Deut. 3, 11. Ps. 6, 7. 41, 4. 132, 3. (Syr. et chald. id. Secundarium et a consortio tori ductum est arab. عِرْس coniux, v. אָרַשׂ).

עָרַשׁ rad. inusit. V. n. pr. יַעֲרֶשְׁיָה.

עָשַׁב rad. in verbo inusit. Arab. عَشِبَ II. IV. herbam pabulumque virens produxit terra.

עֵשֶׂב c. Suff. עֶשְׂבָּם pl. cstr. עִשְּׂבוֹת (cum Dag. euphon.) Prov. 27, 25 *herba viridis*, eaque adultior, quae semen concipit (quo differt a דֶּשֶׁא), et hominibus cibo est, *olera*. Gen. 1, 11. 12. 2, 5. 3, 18. Exod. 10, 12. 15. Ps. 104, 14. (Arab. عُشْب id. Vide num eiusdem stirpis sit *herba*, *φορβή*, r et s permutatis).

עֲשַׂב emphat. עִשְׂבָּא chald. id. Dan. 4, 22. 29. 30.

I. עָשָׂה fut. יַעֲשֶׂה apoc. יַעַשׂ, וַיַּעַשׂ 1) pr. *laboravit*, *operam impendit rei*, sq. בְּ Ex. 5, 9. Neh. 4, 15, *tractavit* aliquid Ex. 31, 4: עֲשׂוֹת בַּזָּהָב וּבַכֶּסֶף *tractare aurum et argentum*, nostr. in Gold und Silber arbeiten. Comm. 5. 2 Par. 2, 13. Inde

2) *fecit*, *labore produxit* (cf. germ. *machen* cum graecis *μόγος*, *μόχθος* et *μῆχος*, *μηχανή*, *machina*). Spec a) i. q. *confecit*, *fabricatus est* (verfertigen) v. c. navem Gen. 8, 6, altare 13, 4, lateres Exod. 5, 16, vestes Gen. 3, 21, idola Deut. 4, 16, arma 1 Sam. 8, 12, (exstruxit) casam Gen. 33, 17. עֹשֵׂי מְלָאכָה facientes opus i. e. operae, operarii 2 Reg. 12, 12. 22, 5. 9. Neh. 11, 12 et saepe. — b) de Deo i. q. *produxit*, *creavit*, ut coelum, terram, homines Gen. 1, 7. 16. 2, 2. 3, 1. 5, 1. 6, 6. Ps. 96, 5. 104, 19. Inde עֹשֶׂה subst. *creator*, c. Suff. עֹשִׂי creator meus Iob. 35, 10, עֹשֵׂהוּ creator eius 4, 17. Jes. 17, 7. 27, 11. Hos. 8, 14. עֹשֶׂה נִפְלָאוֹת produxit i. e. operatus est miracula. Ps. 78, 4. 12. 98, 1. — c) Ali-

quid *facere* i. e. *ex se producere* s. *gignere* etiam dicuntur animantia, v. c. *lac facere* i. e. praebere (de vacca) Jes. 7, 22, *adipem facere* in lumbis, de homine pinguescente Iob. 15, 27 (cf. corpus facere Iustin. ital. *far corpo*, gr. μεγάλην ἐπιγουνίδα θέσθαι Od. 17, 225, τρίχας γεννᾶν, sobolem facere i. e. procreare Plin.); et similiter arbores dicuntur *facere fructum* (cf. gr. ποιεῖν καρπόν, lat. caulem facere, einen Stengel treiben Colum.) Gen. 1, 11. 12, ramos Iob. 14, 9. Ez. 17, 8, fruges farinam Hos. 8, 7, ager fruges Gen. 41, 47. Hab. 3, 17. Jes. 5, 2. 10. Eandem notionem Hebraei saepe coniugatione Hiphil exprimunt, v. Gramm. hebr. ed. X. p. 113. — Aliquid *facere* d) dicuntur, qui labore id sibi comparant, ut lat. *pecuniam facere*, gr. ποιεῖν βίον victum parare, v. c. opes Gen. 31, 1. Deut. 8, 17. 18. Jer. 17, 11, mancipia Gen. 12, 5. Jes. 19, 10: עֹשֵׂי שֶׂכֶר *facientes mercedem* i. e. mercenarii. — Est e) i. q. *paravit, apparavit*, ut cibos (nostr. Essen machen) Gen. 18, 7. 8. Iud. 13, 15. 2 Sam. 12, 4, convivium Gen. 21, 8, it. secuit comsitque (non: rasit) barbam (lat. facere barbam Lamprid., gall. faire la barbe) 2 Sam. 19, 25, secuit ornavitque ungues Deut. 21, 12. De Deo res futuras praeparante Jes. 37, 26. — f) *fecit* s. *paravit* victimam vel hostiam Deo offerendam, inde *obtulit*. Ex. 29, 36: פַּר הַחַטָּאת תַּעֲשֶׂה *iuvencum pro peccato offeres*. Comm. 38. 39. 41. Lev. 9, 7. 15, 15. 16, 9. Iud. 6, 19. 1 Reg. 18, 23. Hos. 2, 10: זָהָב עָשׂוּ לַבָּעַל *aurum, quod Baali offerebant*. 2 Paral. 24, 7. Omisso accusativo sacri עָשָׂה לַיהוָה est *sacra facere Jehovae* Ex. 10, 25, cf. 2 Reg. 17, 32: וַיִּהְיוּ עֹשִׂים לָהֶם *sacra faciebant pro iis*. (Cf. gr. ἱερὰ ἔρδειν, ἱερὰ ῥέζειν, et omisso acc. ῥέζειν θεῷ Il. 2, 400. 8, 250. Od. 14, 151). — g) *egit* diem festum, ut sabbatum, paschatis festum Ex. 12, 48. Num. 9, 10. 14. Deut. 5, 15, it. *transegit* tempus (ποιεῖν χρόνον Act. 15, 33) Eccl. 6, 12. Inde omisso temporis vocabulo: tempus transegit alicubi, pro *commoratus est*. Ruth 2, 19: אָנָה עָשִׂית *ubi egisti?* 1 Reg. 20, 40. Iob. 23, 9, et addito adverbio עָשָׂה טוֹב bene transegit vitam, εὖ πράττειν (nostr. gut machen). Eccl. 3, 12. — h) *praefecit* aliquem muneri, constituit aliquem 1 Reg. 12, 31. 1 Sam. 12, 6: *Jehova* אֲשֶׁר עָשָׂה אֶת־מֹשֶׁה *qui Mosem constituit*. Sq. לְ rei, cui praeficitur Jer. 37, 15. — i) עָשָׂה מִלְחָמָה *bellum gessit cum* (gr. πόλεμον ποιεῖσθαί τινι, gall. faire la guerre) Gen. 14, 2. Deut. 20, 12. Jos. 11, 18, et עָשָׂה שָׁלוֹם לְ pacem dedit, concessit alicui (εἰρήνην ποιεῖσθαί τινι) Jes. 27, 5 (ubi Schnurreri ratio praeferenda videtur, v. Comment. nostrum). — Dicunt k) *facere* Dei *leges*, mandata, voluntatem Lev. 20, 22. Deut. 15, 5. Ps. 103, 20. 21, it. *facere* (exercere) ius, iustitiam Gen. 18, 19. 25. Ps. 9, 16. Jes. 58, 2, virtutem Num. 24, 18, benignitatem (sq. עִם et אֵת) Gen. 24, 12. 40, 14, et contra iniuriam Jes. 53, 9, improbitatem, nequitiam Gen. 34, 7. (Iob. 42, 4). Ps. 37, 1. — Passim l) est emphat. *effecit, perfecit, exsecutus est* rem propositam, inde עָשָׂה עֵצָה consilium exsecutus est Jes. 30, 1 (cf. Eccl. 8, 11, et עָשָׂה נְדָרִים vota exsequi i. e. solvere Iud. 11, 39). Dan. 8, 24: וְהִצְלִיחַ וְעָשָׂה *et prosperabit et efficiet* propositum. 11, 7. 17. 28. 30, saepius de Deo Ps. 22, 32. 37, 5. 52, 11. — Eccles. 2, 2: et *gaudio dixi*: מַה זֹּה עֹשָׂה *quid hoc efficit* i. e. prodest? — Non raro denique m) *facere, agere* ita ponitur, ut puram verbi activi notionem contineat ex contextu vel ex superioribus definiendam. Gen. 6, 22: וַיַּעַשׂ נֹחַ כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים *et fecit*

Noachus quaecunque eum iusserat Deus. 21, 26: *nescio quis hoc fecerit?* Ps. 115, 3: *facit quaecunque vult.* — Jes. 46, 4: אֲנִי עָשִׂיתִי וַאֲנִי אֶשָּׂא *feci* (i. e. tuli) *et porro feram* (cf. usum gr. ποιεῖν ap. Atticos, v. Passov. h. v. no. 2, f). — Passim alteri verbo pleonastice praemittitur, quo gravior fiat oratio. Gen. 31, 26: *cur* (hoc) *fecisti et fefellisti me?* (Marc. 11, 5: τί ποιεῖτε λύοντες;) 41, 34: יַעֲשֶׂה פַרְעֹה וְיַפְקֵד *faciat* hoc *Pharao* (sequatur consilium meum) *et praeficiat* cet. 1 Reg. 8, 32. — De usu eius in re obscoena v. Pi.

Ubi materia indicatur, *ex qua* aliquid fit, plerumque gemino utuntur accusativo (cf. נָתַן no. 3, et שׂוּם). Ex. 30, 25: וְעָשִׂיתָ אֹתוֹ שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ *et facies ista* (sc. aromata, ex illis aromatibus) *oleum sacrae unctionis.* Jes. 46, 6. Hos. 2, 10. 8, 4, et, quod impeditius videri possit, postposito accusativo materiae (cf. בָּנָה, יָצַר Lehrgeb. 813) Exod. 38, 3: כָּל־כֵּלָיו עָשָׂה נְחֹשֶׁת *omnia vasa fecit ex aere.* ibid. 25, 39. 30, 25. 36, 14. 37, 24. Alibi quod ex materia fit, ponitur praevio לְ. Jes. 44, 17: שְׁאֵרִיתוֹ לְאֵל עָשָׂה *ex reliquo facit idolum.* Gen. 12, 2: אֶעֶשְׂךָ לְגוֹי גָּדוֹל *faciam te magnum populum.* Ex. 32, 10, neque aliter struendum Ex. 27, 3: לְכָל כֵּלָיו תַּעֲשֶׂה נְחֹשֶׁת *omnia vasa facies ex cupro.* Vers. 19.

Sq. לְ pers. est *facere alicui aliquid* sive bonum Ex. 13, 8. Deut. 11, 5, sive malum Gen. 27, 45. Ex. 14, 11, sed absol. in malam partem accipitur (jem. etwas thun) pro: iniuriam inferre Gen. 22, 12. 19, 8. Ps. 56, 5. Eodem pertinet formula: כֹּה יַעֲשֶׂה לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִף *ita faciat mihi Deus et ita pergat, si* cet. 1 Sam. 3, 17. 2 Sam. 3, 35. Rarius c. gem. acc. Jer. 33, 9. Jes. 42, 16 (gr. κακὰ ποιεῖν τινα et τινι) et sq. בְּ pers. Iob. 35, 6 (cf. Jes. 5, 4).

Niph נַעֲשָׂה pass. *factus est* Lev. 7, 24. Impers. לֹא יֵעָשֶׂה non fit, fieri non solet (non moris est) Gen. 29, 26, fieri non debet 34, 7, cf. 20, 9. Cum acc. obiecti Jes. 26, 18: יְשׁוּעֹת־בַּל נַעֲשֶׂה אֶרֶץ *salutes non facta est terra*, salva non facta est. Sq. לְ pers. Ex. 2, 4: *ut sciret* מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ *quid ei fieret* i. e. eveniret. Spec. pass. no. 2, litt. e) Neh. 5, 18, g) 2 Reg. 23, 23, i) Lev. 18, 30. Esth. 9, 1.

Pi. tractavit s. impudice *contrectavit* mammas mulieris i. q. מָעַךְ Ez. 23, 3. 8, et in Kal Comm. 21. Chald. עֲסַר id. Ita gr. ποιεῖν et lat. *facere, perficere, conficere* mulierem honestâ periphrasi dr. de rebus Venereis, v. Fesselii advers. sacra lib. 2, cap. 23.

Pu. factus (creatus) *est* Ps. 139, 15.

Derivv. מַעֲשֶׂה et nomm. pr. מַעֲשַׂי, יַעֲשִׂיאֵל, יַעֲשַׂי, בַּעֲשֵׂיָה, עֲשָׂיָה, עֲשִׂיאֵל, עֲשָׂהאֵל, מַעֲשֵׂיָה.

II. עָשָׂה rad. inusit., *pilis tectus, hirsutus fuit*, arab. أَعْثَى pilosus, عَثًا pilositas. Inde n. pr. עֵשָׂו.

עֲשָׂהאֵל (quem *Deus creavit* l. constituit) n. pr. m. 1) 2 Sam. 2, 18. 23, 24. 1 Chr. 27, 7, et vocabulis separatis 1 Chr. 2, 16. 2) 2 Chr. 17, 8. 31, 13. 3) Esr. 10, 15. De littera ה in media voce quiescente v. Lgb. p. 48.

עֵשָׂו n. pr. (i. e. pilosus, hirsutus Gen. 25, 25) *Esavus*, Isaaci filius, cum fratre Jacobo uno partu editus, alio nomine אֱדוֹם dictus, quod tamen de posteris usitatius est, quam de ipso viro. Contra בְּנֵי עֵשָׂו Deut. 2, 4 sqq., בֵּית עֵשָׂו Obad. 18, et עֵשָׂו Jer. 49, 8. 10. Obad. 6 de *Esavitis* i. e. Idumaeis fere poët. dicitur. הַר עֵשָׂו montanum Esavitarum i. e. Idumaeorum Obad. 8. 9. 19.

עָשׂוֹר m. *decas* a) *dierum* (ut שָׁבוּעַ

hebdomas) Gen. 24, 55, etiam de die ultimo decadis i. e. die decimo (mensis) Ex. 12, 5. Lev. 16, 29 (cf. gr. *δεκάς, ἐννεάς, τετράς* de die decimo, nono, quarto mensis, et aethiop. ዐሥር, ኀምስ: de die decimo, quinto cet. v. Lud. gramm. p. 100). b) chordarum, inde *decachordum* Ps. 92, 4, plene (per apposit.) נֶבֶל עָשׂוֹר nablium decachordum 33, 2. 144, 9.

עֲשִׂיאֵל (a Deo creatus) n. pr. m. 1 Chr. 4, 35.

עֲשָׂיָה (quem *Jehova creavit* l. constituit) n. pr. m. 1) 2 Reg. 22, 12. 14. 2 Chr. 34, 20. 2) 1 Chr. 4, 36. 3) 6, 15. 15, 6. 11. 4) 9, 5.

עֲשִׂירִי adj. ordinale (ab עֶשֶׂר) *decimus* Gen. 8, 5. Num. 7, 66 et saepe. Fem. עֲשִׂירִיָּה Jes. 6, 13 et עֲשִׂירִית *decima* sc. pars. Ex. 16, 36. Lev. 5, 11.

עָשַׂק in Kal inusit., chald. et talmud. עֲסַק *occupatum esse* in aliqua re, *conflictari* cum ea (mit jem. od. etwas zu thun haben).

Hithp. *altercatus est* Gen. 26, 20, unde

עֵשֶׂק (rixa) n. pr. putei prope Geraram, ibid.

עֶשֶׂר f. et **עֲשָׂרָה, עֲשֶׂרֶת** m. *decem*, ubique c. nomine plurali Ex. 27, 12. Jos. 22, 14. 2 Sam. 19, 44 (in עֲשָׂרָה לֶחֶם 1 Sam. 17, 17 omissum est כִּכְּרוֹת). Pro numero rotundo Gen. 31, 7. Iob. 19, 3. Plur. עֲשָׂרוֹת decades Ex. 18, 21. Deut. 1, 15.

Nomina derivata sunt: עָשׂוֹר, עֲשִׂירִי, עִשָּׂרוֹן, מַעֲשֵׂר, verbum denom. עָשַׂר; aliae ipsius cardinalis numeri formae sunt:

עָשָׂר m. et **עֶשְׂרֵה** f. id., quibus non utuntur nisi in numeris cum denario compositis, ut אַחַד עָשָׂר m. undecim, אַרְבָּעָה עָשָׂר m. quattuordecim, שִׁשָּׁה עָשָׂר sedecim m., it. undecimus, quartus decimus, sextus decimus; fem. אַחַת עֶשְׂרֵה undecim, שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה sedecim, it. undecima, sexta decima.

Pl. עֶשְׂרִים (a sing. עֶשֶׂר) 1) *viginti,* utriusque sexus, cum sing. et pl. nominis Gen. 31, 38. Lev. 27, 5. — 2) *vicesimus, a.* Num. 10, 11. 1 Reg. 15, 9. 16, 10.

עֲשַׂר chald. f. et **עַשְׂרָה** m. *decem,* Dan. 7, 7. 20. 24. Pl. עֶשְׂרִין *viginti* Dan. 6, 2.

עָשַׂר fut. יַעְשֹׂר (denom. ab עֶשֶׂר) sq. acc. *decimavit* (zehnten) i. e. *decimam partem* proventus *sumsit* 1 Sam. 8, 15. 17.

Pi. decimam partem dedit (verzehnten). Neh. 10, 38: *et decimam agri nostri* (dabimus) *Levitis,* וְהֵם הַלְוִיִּם הַמְעַשְּׂרִים *nam hi Levitae* (vicissim) *decimas dare debent.* Sq. acc. rei, cuius decima solvitur Deut. 14, 22, et dat. eius, cui solvitur Gen. 28, 22.

Hiph. ut *Pi. decimam dedit.* Deut. 26, 12. Neh. 10, 39.

עֶשְׂרֵה v. עָשָׂר.

עֲשָׂרָה v. עֶשֶׂר.

עִשָּׂרוֹן pl. עֶשְׂרֹנִים m. *decima pars,* mensura rerum aridarum, max. frumenti et farinae Levit. 14, 10. 23, 13. 17, teste Alex. interprete Num. 15, 4 decima pars Ephae i. q. עֹמֶר. Thom. de Novaria (in Nomencl. Syr.) ܥܣܪܘܢܐ vult decimam partem sati (סְאָה) esse.

I. עָשׁ m. *tinea* Iob. 4, 19. 13, 28. 27, 18. Arab. عُثٌّ. Rad. עָשַׁשׁ.

II. עָשׁ coeli sidus septentrionale et splendidissimum, quod *ursam maiorem, arcton, currum* vocamus cum Graecis et Romanis. Iob. 9, 9, cf. Niebuhrii descr. Arabiae p. 114. Idem esse videtur עַיִשׁ f. Iob. 38, 32, ubi *liberi eius* (בָּנֶיהָ) sunt tres stellae in cauda ursae. Non *proprie* autem ursam notat עָשׁ, sed per

aphaeresin dictum est pro נְעָשׁ, arab. نَعْش h. e. feretrum (a rad. نعش sustulit), quod huius sideris nomen est apud Arabes. Iidem tres stellas in cauda بنات نعش i. e. filias feretri appellant. V. Bochart. in Hieroz. II, p. 114. — Alb. Schultens ad Iob. l. c. hebr. עָשׁ idem esse volebat atque arab. عَاسّ vigil nocturnus, a rad. عَاسَ et عَسّ noctu circuivit, idque sidus ita appellari, quia nunquam occidat: sed illud praestat. Cf. Michaëlis Suppl. p. 1907. Lach in Eichhornii Bibl. der bibl. Litteratur VII, p. 397.

עָשׁוֹק m. *oppressor* Jer. 22, 3 i. q. עֹשֵׁק 21, 12.

עֲשׁוּקִים m. pl. *oppressiones, iniuriae* Eccl. 4, 1. Am. 3, 9. Iob. 35, 9, a rad. עָשַׁק.

עָשׁוֹת m. adj. *fabricatus* Ez. 27, 19, a rad. עָשַׁת.

עַשְׁוָת n. pr. m. 1 Chr. 7, 33.

עָשִׁיר m. (a rad. עָשַׁר) *dives* Prov. 10, 15. 14, 20. 18, 11 et saepe, a) in bonam partem, *ingenuus, nobilis* Eccl. 10, 6, sed b) in malam partem *impius*, quandoquidem divitiae superbiae fons sunt, superbia autem Hebraeis pro improbitate est Jes. 53, 9, cl. Iob. 27, 19 et V. 13. Vide etiam הוֹלְלִים (s. v. הָלַל no. 3), עָנָו et עָנִי et intpp. ad Jes. 2, 7. 53, 9. Matth. 19, 23.

עָשַׁן fut. יֶעְשַׁן *fumavit.* (Arab. عَثَنَ id. In linguis indogerm. congruere videtur sanscr. *âtman* animus (pr. halitus, spiritus), gr. *ἀτμός* vapor, fumus, *ἀτμή, ἀτμίς,* goth. *athma* spiritus, nostr. *Athem;* pro vapore dicimus *Brodem*) Exod. 19, 18. Metaph. de ira divina Deut. 29, 19. Ps. 74, 1. 80, 5.

עָשֵׁן m. adj. *fumans* Ex. 20, 15.

עָשָׁן m. cstr. עֲשַׁן (tanquam ab עֶשֶׁן) 1) *fumus* Gen. 15, 17. Iob. 41, 12. Poët. de ira Dei Ps. 18, 9: עָלָה עָשָׁן בְּאַפּוֹ *ascendit fumus in naribus eius*, imagine petita ab equis leonibusve, qui furore concitati spiritum ex naribus fortiter propellere solent. Jes. 65, 5. De nube pulveris excitati Jes. 14, 31, cf. fumantes pulvere campos Virg. Aen. XI, 909. — 2) n. pr. oppidi, v. כּוֹר עָשָׁן.

עָשַׁק fut. יַעֲשֹׁק, arab. عسق 1) *oppressit, iniuste* et *violenter egit, tractavit aliquem*, v. c. egenos, inopes Prov. 14, 31. 22, 16. 28, 3. Eccl. 4, 1, rex cives 1 Sam. 12, 3. 4, victor victos Jes. 52, 4. Jer. 50, 33. Ps. 105, 14. Hos. 5, 11, deus hominem Iob. 10, 3. Metaph. Prov. 28, 17: אָדָם עָשֻׁק בְּדַם־נָפֶשׁ *homo caede humana* (quam commisit) *oppressus* i. e. huic culpae tanquam oneri succumbens. — 2) *defraudavit* aliquem, *subtraxit* ei fraude et iniuria, c. acc. pers. Lev. 19, 13. Deut. 24, 14, et rei Malach. 3, 5: עֹשְׁקֵי שְׂכַר שָׂכִיר *qui mercedem subtrahunt mercenario.* — Utramque structuram (no. 1 et 2) iunctam habes in his Mich. 2, 2: עָשְׁקוּ גֶּבֶר וּבֵיתוֹ *opprimunt virum et domum eius ei subtrahunt* i. e. tum dolo tum vi illata sibi vindicant, cf. גָּזַל. — 3) *superbus, insolens fuit, exorbitavit,* metaph. de fluvio ripas migrante. Iob. 40, 18 al. 23 (cf. syn. بغا, ظلم, فجر).

Pu. part. מְעֻשָּׁקָה (virgo) *vi compressa*, metaph. de urbe vi expugnata Jes. 23, 12.

Derivv. עֲשׁוּקִים, עָשׁוֹק, מַעֲשַׁקּוֹת, עֹשֶׁק, עָשְׁקָה, n. pr. עֵשֶׁק.

עֵשֶׁק n. pr. m. semel tantum 1 Chr. 8, 39.

עֹשֶׁק m. 1) *violentia, iniuria* Jes. 59, 13, max. *oppressio* pauperum, quae in defraudando, exigendo, spoliando cernitur Eccl. 5, 7. Ez.

22, 7. 12. — 2) *vi vel fraude* ablatum Lev. 5, 23. Ps. 62, 11, *iniuste partum* Eccles. 7, 7. — 3) *angor* i. q. עָקָה Jes. 54, 14.

עָשְׁקָה f. *oppressio*, quam quis patitur, inde *angor*, *angustiae*. Jes. 38, 14: עָשְׁקָה־לִּי (lege *oschkal-li*, non obstante Metheg, ut in שָׁמְרֵנִי, בָּתֵּיהֶם, v. Lgb. pag. 43) *angustiae mihi* sunt.

עָשַׁר fut. יַעֲשֹׁר pr. rectus fuit (affine verbis אָשַׁר, כָּשֵׁר, יָשַׁר) dein prosperavit, *beatus fuit*, spec. *dives fuit* Iob. 15, 29. Hos. 12, 9. Aram. עֲתַר, ܥܬܪ id.

Pi. exstruxit, pr. *erexit*, a primaria potestate radicis. Ita semel 1 Reg. 22, 49 Chethibh: יְהוֹשָׁפָט עִשַּׂר אֳנִיּוֹת *Josaphat exstruxit naves*, Keri עָשָׂה, et sic 2 Par. 20, 36. 37. Vir doctus, qui hunc locum tractavit in Ephem. Jen. 1830, IV p. 380 in eandem sententiam confert „arab. عشر concinnavit, contignavit, vel, quod praestet, comparavit, coëgit,“ cuius potestatis auctoritatem desidero.

Hiph. 1) *ditavit*, Gen. 14, 23. 1 Sam. 2, 7. 17, 25 cet. Metaph. Ps. 65, 10: רַבַּת תַּעְשְׁרֶנָּה *abunde ditas eam* (terram) i. e. largissimis donis eam auges et ornas. — 2) intrans. *dives factus est* (pr. divitias fecit, v. Gramm. §. 52, 2 not.) Ps. 49, 17. Prov. 10, 4. Sq. acc. rei, qua quis ditatur Dan. 11, 2.

Hithp. divitem se simulavit. Prov. 13, 7.

Deriv. עָשִׁיר et

עֹשֶׁר m. *divitiae* 1 Sam. 17, 25. 1 Reg. 3, 11. 13 et saepe.

עָשֵׁשׁ i. q. בָּלָה *concidit*, *collapsus est*, a de vestibus usu et tinearum morsu collabentibus (v. עָשׁ, عُثّة tinea, unde عَثَّ rosit tinea); b) de vultu vel morbo vel curis marcescente (einfallen, verfallen) Ps. 6, 8. 31, 10. 11. Arab عَشّ concidit, marcuit.

עָשַׁת 1) *nituit*. Jer. 5, 28: שָׁמְנוּ עָשְׁתוּ *pingues sunt* (et) *nitent*. Cutis enim pinguedine nitet. — 2) nitidum reddidit, *fabricatus est*. Cf. חָלַק. V. derivv. עָשׁוֹת, עֶשֶׁת. — A fingendo 3) transfertur ad animum, qui rem cogitando fingit et refingit.

Hithp. recogitavit (ut recte Vulg.), sq. לְ Jon. 1, 6. V. chald. et nomm. deriv. עֶשְׁתּוֹן, עַשְׁתּוּת.

עֲשִׁת, עֲשַׁת chald. *cogitavit, intendit*, seq. gerundio Dan. 6, 4. Vide hebr. עָשַׁת no. 3.

עֶשֶׁת f. 1) *fabricatum*, *affabre factum* Cant. 5, 14, a rad. עָשַׁת no. 2. Genus f. ex littera ת male accepta (Lgb. 474) ortum esse videtur.

2) *cogitatio, sententia*. Pl. Iob. 12, 5: לְעַשְׁתּוּת שַׁאֲנָן *de sententia felicis*, i. q. בְּעֵינֵי. Plerique, ut videtur, codd. et nonnullae editt. exhibent לְעַשְׁתּוּת (singul. formae מַלְכוּת), sed desidero aliud huius formae vestigium, etiam in lingua aram.

3) Eiusdem vocis plur. cstr. esse videtur (si formam spectas) עַשְׁתֵּי, quod cum numero denario coniunctum (עַשְׁתֵּי עָשָׂר m. et עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה f.) denotat *undecim*, it. *undecimus*, a Deut. 1, 3. Jer. 39, 2. Ez. 26, 1. Io. Simonis hoc explicat: „*cogitationes ultra decem*, h. e. numerus *cogitatione* sive *mente* concipiendus, cum praecedentes numeri ad digitos numerarentur“ parum hercle probabile, quanquam meliora non suppetunt.

עֶשְׁתֹּנוֹת f. pl. *cogitationes*, consilia Ps. 146, 4.

עַשְׁתֹּרֶת f. gr. Ἀστάρτη, *Astarte*, n. pr. idoli muliebris, a Phoenicibus

(2 Reg. 23, 13), passim etiam Hebraeis (1 Reg. 11, 5. 33. 1 Sam. 7, 3) et Philistaeis (1 Sam. 31, 10) magna cum religione una cum Baale (Iud. 2, 13. 10, 6. 1 Sam. 7, 4. 12, 10) culti (cf. nomina propria hominum phoeniciorum, ut *Abdastartus* = עֶבֶד עַשְׁתֹּרֶת, it. אמת עשתרת Inscr. Cit. 2, *Astarimus* al.).

Nomen ipsum, de cuius origine diu frustra anquisiverunt, non dubito quin idem sit quod syr. ܐܣܛܪܘܬܐ, ܐܣܛܪܐ (ex pers. ستاره) et n. pr. אֶסְתֵּר *stella*, spec. stella Veneris, *dea amoris* et fortunae, hoc altero respectu etiam אֲשֵׁרָה et מְנִי dicta, q. v. Plura de hoc numine disputavimus in Comment. ad Jes. III, p. 237 et uberius in Gruberi Encycl. univ. T. XXI p. 98. 99. Adde locum Sanchoniathonis mythum de Astarte continentem (ap. Eusebium de praep. evang. I, 10), in quo causa cornutarum Astartes statuarum (v. plur. no. 3) aperitur: „*Ἀστάρτη δὲ ἡ μεγίστη, καὶ Ζεὺς Δημαροῦς, καὶ Ἄδωδος* (הדד) *βασιλεὺς θεῶν ἐβασίλευον τῆς χώρας, Κρόνου γνώμῃ. Ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου· περινοστοῦσα δὲ τὴν οἰκουμένην, εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε.*“ „*Τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι.*“

Pl. עַשְׁתָּרוֹת 1) *Astartae* h. e. statuae Astartes (cf. אֲשֵׁרוֹת, בְּעָלִים, *Ἑρμαί*) Iud. 2, 13. 10, 6. 1 Sam. 7, 3. 4. 12, 10. 31, 10. — 2) עַשְׁתְּרוֹת צֹאן Deut. 7, 13. 28, 4. 18, 51 q. d. Veneres, amores gregis i. e. quae Venere (concubitu) gregis procreata sunt, *soboles, proles gregis*. — 3) n. pr. urbis Batanaeae Deut. 1, 4. Jos. 13, 12, plenius עַשְׁתְּרוֹת קַרְנַיִם (Astartae cornutae) Gen. 14, 5 et בְּעֶשְׁתְּרָה q. v., haud dubie a templo et statuis Astartes dictae. N. gent. עַשְׁתְּרָתִי 1 Chr. 11, 44.

עֵת sq. Makk. עֶת cum Suff. עִתִּי, pl. עִתִּים et עִתּוֹת (contr. ex עֶדֶת, a masc. עַד, rad. עָדָה, cf. לֵת pro לֶדֶת) fem. (Jos. 11, 6. Jer. 51, 33, sed masc. Cant. 2, 12, quandoquidem vera vocis origo saepe ipsos veteres latebat, Lehrgeb. 474) *tempus*. Spec. a) *tempus opportunum, iustum*, ut *καιρός*. Eccles. 10, 17: *o felicem terram, cuius principes* בָּעֵת יֹאכֵלוּ *iusto tempore cibum capiunt*. לֹא עֵת ante (iustum) tempus, praemature Iob. 22, 16. Cum Suff. בְּעִתּוֹ tempore suo Prov. 15, 23. Eccl. 3, 11, בְּעִתָּהּ Jes. 60, 22. — b) *tempus certum*, idque finem habiturum, opp. aeternitati. Eccl. 3, 1. 17: עֵת לְכָל חֵפֶץ *cuivis rei est tempus*, durat per aliquod tempus, nil perpetui est, cf. 8, 6. — c) *tempus longius*, acc. עֵת diu, Hos. 13, 13, arab. زَمَانًا id. — d) *tempus felix*, felicitas Ps. 81, 16. Saepius in malam partem e) *tempus infelix*, calamitas, ut lat. tempora, cf. יוֹם no. 1, litt. b, arab. زَمَان, syr. ܙܒܢܐ tempus, et felix et fatale. Jes. 13, 22. Jer. 27, 7. Ez. 30, 3. Eccl. 9, 11. 12.

Cum praeff. a) כָּעֵת (pro כְּהָעֵת) i. e. *hoc tempore, nunc* Iud. 13, 23. 21, 22. Iob. 39, 18 (v. כְּ litt. B, 3). כְּעֵת מִנְחַת עֶרֶב tempore sacrificii vespertini Dan. 9, 21, כָּעֵת חַיָּה tempore redivivo, v. חַי no. 3; כָּעֵת מָחָר cras hoc (diei) tempore (v. מָחָר) Ex. 9, 18. 1 Sam. 9, 16. 1 Reg. 19, 2. 20, 6. 2 Reg. 7, 1. 19. 10, 6 (male all. circa crastinum tempus i. e. cras, quasi esset כָּעֵת מָחָר). — b) בְּכָל-עֵת quovis tempore, Ps. 10, 5. 34, 2. 62, 9, בָּעֵת הַהִוא hoc tempore, Deut. 1, 9. — c) לְעֵת עֶרֶב tempore vespertino Gen. 8, 11; etiam in acc. עֵת (*hoc*) *tempore*, zur Zeit h. e. *nunc* i. q. עַתָּה, Ez. 27, 34. LXX. *νῦν*. Vulg. *nunc*.

Plur. עִתִּים et עִתּוֹת a) *tempora*. Esth. 1, 13: יֹדְעֵי עִתִּים et 1 Chr. 12, 32: יֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים temporum gnari, astrologi. — b) *rerum vicissitudines*, *fata*. Ps. 31, 16. 1 Chron. 29, 30. Iob. 24, 1. — c) Neh. 9, 28: עִתִּים רַבּוֹת multis vicibus, identidem, cf. aram. اَصْب tempus, pl. vices, angl. *times*.

Denom. עַתָּה, עִתִּי.

עֵת קָצִין (tempus iudicis) cum ה locali, עִתָּה קָ׳ n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. 19, 13.

עַתְּ v. עַתָּה.

עָתַד arab. *paratus*, *promtus fuit*, in Kal inusit., arab. عَتُدَ.

Pi. paravit Prov. 24, 27.

Hithp. paratus, destinatus fuit ad aliquid, sq. לְ Iob. 15, 28.

Derivv. עָתִיד, עַתּוּד.

עָתָה rad. inusit., unde

עֲתָיָה (fort. i. q. עֲשָׂיָה) n. pr. m. Neh. 11, 4.

עַתָּה adv. (ab עֵת tempus, cum He paragog.), in pausa עָתָּה (Milêl) Gen. 32, 5 (sicut אַתָּה, אָתָּה) pr. *tempore* (zur Zeit), inde 1) *hoc tempore, nunc, iam*, opp. et priori tempori et futuro Jos. 14, 11. Hos. 2, 10. Jes. 48, 7. מֵעַתָּה וְעַד עוֹלָם ab hoc tempore usque in aeternum Jes. 9, 6. עַד־עַתָּה hucusque, usque ad hodiernum diem Gen. 32, 5. 46, 34. עַתָּה זֶה nunc ipsum (v. זֶה no. 3). Passim temporis notio interiit, et (ut gr. νῦν, νύν) a) est excitantis: *age*, max. sq. imperativo Gen. 31, 13. Jes. 30, 8. Mich. 4, 14 (עַתָּה הִנֵּה 1 Reg. 1, 18. 2 Reg. 18, 21) et sententia interrogativa Jes. 36, 5: *age, cui confidis?* V. 10: *iam vero* (וְעַתָּה), *num ego forte invito Jehovâ adscendi?* b) praesentem conditionem describit: *ita, quae quum ita sint*. Gen. 26, 29. 1 Sam. 27, 1, unde וְעַתָּה *itaque*, Gen. 11, 6. 20, 7. 27, 8. 45, 8. Ps. 2, 10; in sententia adversativa: *nunc autem* Neh. 5, 5.

2) *brevi tempore, mox*. Iob. 6, 3. 7, 21. 8, 6. Jes. 43, 19. Mich. 6, 10. 1 Reg. 12, 26.

עַתּוּד m. *hircus* (fort. ad pugnam paratus et promtus, cf. عَتَدٌ ad cursum paratus equus) Gen. 31, 10. 12 et saepe. Arab. عَتُودٌ id. De duce gregis Jer. 51, 40, metaph. de duce populi Jes. 14, 9. Zach. 10, 3 (cf. κτίλος Il. 3, 196).

עָתוּד i. q. עָתִיד Jes. 10, 13. Esth. 8, 13 Chethibh.

עַתַּי (fort. i. q. עִתִּי opportunus) n. pr. m. 1) 1 Chr. 2, 35. 36. 2) 12, 11. 3) 2 Chr. 11, 20.

עִתִּי (ab עֵת) *opportune obvius* Lev. 16, 21.

עָתִיד m. adj. 1) *promtus, paratus* (syr. et arab. id.) sq. לְ Esth. 3, 14. 8, 13. Iob. 15, 24. — 2) *exercitatus, peritus* (nostr. fertig), sq. infin. Iob. 3, 8. Cf. عَتَدَ Conj. V. artis peritissimus fuit, v. Schult. ad l. c.

Pl. עֲתִידוֹת a) *quae* alicui *parata* sunt i. e. instant, imminent, Deut. 32, 35. — b) *quae* sibi *comparavit* i. e. *opes*, τὰ ὑπάρχοντα Jes. 10, 13.

עֲתִיד chald. *paratus*, Dan. 3, 15.

עָתִיק m. adj. *nitidus* (pr. ingenuus, ingenuo et nobili homine dignus), de vestibus. Jes. 23, 18. Vide rad. עָתַק no. 4.

עַתִּיק adj. 1) *remotus* ab ubere matris, qs. *manumissus* Jes. 28, 9. V. עָתַק no. 1. 3. — 2) *antiquus* 1 Chr. 4, 22, v. rad. no. 2.

עַתִּיק chald. *senex* Dan. 7, 9. 13. 22.

עָתַךְ rad. inusit., arab. عَتَكَ devertit, unde

עֲתָךְ (deversorium) n. pr. oppidi in tribu Juda, 1 Sam. 30, 30.

עָתַל rad. inusit., arab. عتل violenter tractavit, unde

עַתְלַי (pro עֲתַלְיָה) n. pr. m. Esr. 10, 28.

עֲתַלְיָה (quem l. quam Jehova afflixit) n. pr. 1) m. a) 1 Chr. 8, 26. b) Esr. 8, 7. — 2) f., reginae Judaeorum, 880 — 77 a. C. 2 Reg. 11, 1, alibi עֲתַלְיָהוּ 8, 26. 11, 2.

עָתַם rad. ἅπ. λεγομ., quam eiusdem vel similis potestatis fuisse suspicor atque תָּמַם (cogn. שָׁמֵם). Inde

Niph. Jes. 9, 18: נֶעְתַּם אָרֶץ *consumitur* s. *vastatur terra.* Kimchi et Aben Esra: obscuratur terra, coll. arab. عتم obscuratus est. LXX. συγκέκαυται, chald. חֲרוּכַת *adusta est*, cf. arab. غتم aestus ingens et paene suffocans.

עָתַן (vicinum verbo עָתַל) rad. inusit., arab. غتن violenter tractavit, غتون leo. Inde

עָתְנִי (pro עָתְנִיָה leo Jehovae) n. pr. m. 1 Chr. 26, 7.

עָתְנִיאֵל (leo Dei) n. pr. iudicis Israëlitarum Jos. 15, 17. Iud. 1, 13. 3, 9. 1 Chr. 4, 13. Gr. Γοθονιήλ Judith 6, 15.

עָתַק fut. יֶעְתַּק 1) *dimotus, translatus est* (arab. عتق festinavit IV. cito propulit). Iob. 14, 18. 18, 4. V. עַתִּיק no. 1. — 2) *aetate provectus est, consenuit.* Iob. 21, 7. Ps. 6, 8: *vultus meus senescit.* (Arab. عَتُقَ antiquus, vetus fuit) Cf. עַתִּיק no. 2. — A dimovendo s. removendo proficiscitur 3) *manumissus, liber factus est* (cf. Jes. 28, 9, arab. عَتَقَ fut. I. عاتق manumissus, liber, عتق libertas), unde Hebraei in malam partem עָתָק ad licentiam et proterviam transferunt. — Contra 4) in bonam partem libertatis potestas refertur ad cultum externum homine ingenuo et nobili dignum. Arab. عتق liberalis vultus forma, pulchritudo, nitor, عتيق nobilis, generosus, it. cutem nitidam et teneram habens [more nobiliorum], عتق bene habuit, nitidae teneraeque cutis fuit). Hebr. עָתִיק, עָתֵק nitidus, pulcher.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *dimovit, transtulit,* Iob. 9, 5, spec. tentorium, *castra movit,* Gen. 12, 8. 26, 22. — 2) *transtulit, transscripsit* ex uno libro in alium, inde i. q. *congessit.* Prov. 25, 1. LXX. ἐξεγράψαντο. Vulg. *transtulerunt.* (Talmud. descripsit, transtulit). — 3) *abstulit.* Iob. 32, 15: הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים *abstulerunt iis verba*, impers. pro: verba iis ablata sunt, nihil proferre possunt.

Nomm. deriv. עָתָק, עָתֵק, עָתִיק, עַתִּיק.

עָתָק m. adj. *protervus, procax* (v. rad. no. 3). דִּבֶּר עָתָק licenter i. e. proterve, impie locutus est Ps. 31, 19. 75, 6. 94, 4. 1 Sam. 2, 3.

עָתֵק m. adj. *nitidus, pulcher* (pr. ingenuus, nobilis, v. rad. no. 4). Prov. 8, 18: הוֹן עָתֵק Vulg. *opes superbae.*

I. עָתַר fut. יֶעְתַּר 1) i. q. קָטַר *suffivit,* suffimentum *adolevit* et *obtulit* numini (syr. ܥܛܪ fumavit odore suavi, ܥܛܪܐ suffitus, arab. عطر aromata spiravit). Inde עָתָר no. 1.

2) *supplex oravit, precatus est* numen (preces enim piorum suffimento comparantur, cf. μνημόσυνον τῆς προσευχῆς Tob. 12, 12. Act. 10, 4),

supplex oravit, sq. לְ et אֶל Gen. 25, 21. Exod. 8, 26. 10, 18. Iob. 33, 26.

Niph. exorari se passus est ab aliquo (sq. dat.), *exaudivit*. Gen. 25, 21: וַיֵּעָתֶר לוֹ יְהוָֹה *et Jehova exaudivit eum*. 2 Sam. 21, 14. Jes. 19, 22. Inf. absol. נַעְתּוֹר 1 Chr. 5, 20.

Hiph. i. q. Ex. 8, 25. 10, 17. Sq. לְ et בְּעַד *deprecatus est pro* aliquo. Ex. 8, 5. 24.

Deriv. עָתָר.

II. עָתַר i. q. chald. עֲתַר (hebr. עָשַׁר) *largus fuit*, in Kal inusit.

Niph. id. Prov. 27, 6: *larga* (i. e. multa, crebra) *sunt oscula inimici*. Opp. fidelia sunt vulnera amici.

Hiph. multiplicavit, cumulavit. Ez. 35, 13: וְהַעְתַּרְתֶּם עָלַי דִּבְרֵיכֶם *multiplicatis in me verba* sc. proterva, impia. Cf. הִגְדִּיל no. 2.

Deriv. עֲתֶרֶת et n. pr. עֶתֶר.

עָתָר m. 1) *suffitus, vapor odoratus*. Ez. 8, 11, ubi recte LXX. Vulg. Chald. Syr. All. multitudinem reddunt, coll. rad. no. II. — 2) *cultor* Dei. Zeph. 3, 10.

עֶתֶר (largitas, abundantia) n. pr. oppidi in tribu Simeonis, Jos. 15, 42. 19, 7.

עֲתֶרֶת f. *divitiae, abundantia*, Jer. 33, 6. V. rad. no. II.

פ

פֵּא septima decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *octoginta*. Nomen huius elementi probabiliter *os* notabat i. q. פֶּה. De pronuntiatione eius vide Lgb. p. 20. 21, ubi eorum sententiam refutavimus, qui פּ dagessati appellationem *p* Hebraeis abiudicarunt. Permutatur maxime cum reliquis labialibus ב et מ, ubi vide.

פֹּא i. q. פֹּה (q. v.) adv. *hîc* Iob. 38, 11.

פָּאָה rad. in Kal inusit., cui non dubitans *flandi* significatum tribuo, ut vicinis פָּהָה, פָּיָה, it. פּוֹא, פּוּהַ, פּוּחַ, quae cuncta onomatopoëtica sunt et flandi sonum imitantur. Inde lucet ἅπ. λεγόμ.

Hiph. Deut. 32, 26: אַפְאֵיהֶם *difflabo eos* i. e. ceu vento dispergam eos. Alex. διασπερῶ αὐτούς. Olim comparabam arab. فَأَى quod findendi exscindendique significatum habet i. q. قَطَعَ et شَقَّ, sed internae radicum indoli et inter se cognationi plus tribuerim, quam usui Arabum utcunque accommodando.

פֵּאָה cstr. פְּאַת f. 1) *plaga coeli* (pr. ventus, a flando dictus, cf. in Targg. אַרְבַּע רוּחִין quattuor venti pro hebr. אַרְבַּעַת כַּנְפוֹת הָאָרֶץ Ezech. 7, 2, cf. 37, 9. 42, 20. פְּאַת־יָם plaga occidentalis Jos. 18, 14; פְּאַת צָפוֹן plaga septentrionalis Ex. 26, 18. 20. — Inde 2) *latus, regio*. Jer. 48, 45: פְּאַת מוֹאָב *regio Moabi*. Dual. st. cstr. פַּאֲתֵי מוֹאָב *utrumque latus Moabi* Num. 24, 17, cf. יָדַיִם, יַרְכָּתַיִם. — 3) *angulus*, ut agri Lev. 19, 9, lecti Am. 3, 12. פְּאַת הַזָּקָן angulus s. extremitas barbae sunt *crines in malis et ante aures, Backenbart*, ut recte interpretantur Judaeorum magistri Lev. 19, 27. 21, 5. Hos tondere vetitum erat, et Arabum gentes eos tondentes (tondebant eosdem Aegyptii) per ignominiam vocantur קְצוּצֵי פֵאָה (homines) abscissâ barbâ genarum Jer. 9, 25. 25, 23. 49, 32.

פָּאַם rad. inusit. 1) os cibo repletum habuit, *deglutivit*. (Arab.

فَأَمَ os cibo repletum habuit, aeth. ተፈለመ: buccae instar in ore habuit, ፈለም: offa, *περιστόμιον?* Est ex radd. in m exeuntibus sonos ore clauso prolatos exprimentibus. Cognatum est فَهِمَ intellexit, pr. imbutus est). Inde פּוּם (pro פְּאוּם) os.

2) arab. فَئِمَ *pinguis fuit.* (Eiusdem stirpis esse videtur sanscr. *pîna* pinguis, *πιμελής, πιμελή, opimus, pinguis*). Inde n. פִּימָה.

I. פָּאַר in Kal inusit. *pulcher, ornatus fuit,* pr., ut videtur, de rubore et calore faciei (v. פָּארוּר, פָּרוּר, cf. arab. فَارَ med. Waw efferbuit, aestuavit, فَوْرَةٌ fervor caloris); dein *superbivit* (quod Arabes gutturali indurata exprimunt فَخَرَ gloria eminuit, gloriatus est).

Pi. פֵּאֵר 1) *ornavit*, v. c. sacrarium, Jes. 60, 7. 13; populum Dei Jes. 55, 5; pauperes auxilio Ps. 149, 4 (cf. ornare beneficiis). — 2) denom. a פֹּארָה *ramos scrutatus est* ad racemandum, Deut. 24, 20.

Hithp. 1) *ornatus, honoratus est* populus a Jehova, Jes. 60, 21. 61, 3; *illustravit se* Deus in populo beneficiis ornando, sq. בְּ Jes. 44, 23. 49, 3. — 2) *gloriatus est,* sq. עַל *in* al. Iud. 7, 2. Jes. 10, 15.

Derivv. פְּאֵר, פֹּארָה, פָּארוּר, תִּפְאֶרֶת.

II. פָּאַר (vic. בָּאַר) *fodit, foravit*, max. in terra. Arab. فَأَرَ defodit abdiditque sub terra. Inde פָּרָה pro פְּאָרָה (arab. فَأْرَةٌ) mus, פָּארָן n. pr. regionis cavernis abundantis. Ad hanc radicem refero

Hithpa. הִתְפָּאֵר *explicuit, declaravit se* (cf. significationes eodem modo translatas s. v. בֵּאֵר no. 2, et נָקַב no. 2). Ex. 8, 9 (5): הִתְפָּאֵר עָלַי לְמָתַי וגו׳ *declara mihi, quando* cet., in quibus verbis particula עַל (qua exquisite usus est scriptor sacer) est mandatum dantis. Bene LXX. *τάξαι πρός με.* Vulg. *constitue mihi, quando* cet. Sed Hebraei et plerique recentiores: *gloriare super me* (dicendo), *quando deprecabor pro te*, idque explicant: hoc honoris tibi tribuo, ut diem mihi definias, quando cet., quod quam durum et arbitrarium sit, nemo non intelligit.

פְּאֵר m. *ornamentum capitis, tiara* Ez. 24, 17. 23, sacerdotum Exod. 39, 28, sponsi Jes. 61, 10. Ez. 24, 17, mulierum Jes. 3, 20.

פֹּארָה (more Syrorum pro פֻּארָה) Ez. 17, 6. 31, 5 sqq. et **פֻּארָה** (pro פְּאָרָה) Jes. 10, 33, f. *frons* (pr. decus) arboris. Plur. c. Suff. פֹּרֹאתָיו pro פֹּארֹתָיו Ez. 31, 8. Cf. פְּאֵר no. 2.

פָּארוּר (pro פַּאֲרוּר, a rad. פָּאַר) m. *calor*, inde *rubor, nitor vultus* (i. q. זִיו) cf. פָּאַר no. 1, Kal. Joël 2, 6: כָּל־פָּנִים קִבְּצוּ פָארוּר *omnes vultus retrahunt nitorem*, i. e. pallescunt prae terrore. Nah. 2, 11. (Cf. Joël 2, 10. 4, 15).

פָּארָן (prob. regio cavernis abundans, v. rad. no. II) n. pr. regionis incultae et montanae, quae inter Arabiam Petraeam, Palaestinam et Idumaeam interiecta est Gen. 21, 21. Num. 10, 12, 13, 3. 26. Deut. 1, 1. 1 Sam. 25, 1. 1 Reg. 11, 18, et plenius הַר־פָּארָן Hab. 3, 3, הָרֵי פָארָן Deut. 33, 2 vocatur, neque diversum videtur אֵיל פָּארָן אֲשֶׁר־עַל־הַמִּדְבָּר i. e. *arboretum Paran super deserto*, i. e. ad boream deserti. Ibidem Josephus commemorat vallem Pharan cavernis abundantem, bell. iud. IV, 9, §. 4. — Plane aliam esse hanc regionem, atque vallem *Feiran* (فيران, فران) in vicinia montis

Sinai (utrumque confudit etiam Niebuhrius, descr. Arabiae p. 402, dudum observaverat Makrizius, quem vide apud Burckhardtum in itin. Syriae p. 974. 1080 ed. germ. (Laudavit hunc etiam Winerus p. 763, sed errorem ibi castigatum intactum repetiit).

פַּג pl. פַּגִּים *ficus immaturae*, quae per hiemem succrescunt, *grossi, grossuli* Cant. 2, 13. LXX. ὄλυνθοι. A rad.

פָּגַג arab. Conj. VII. *crudus, immaturus fuit*, syr. ܦܓܐ immaturus, acidus. Origo videtur in *frigore*, cf. rad. vicinam פּוּג.

פָּגַל rad. inusit., talmud. Pi. foetidum reddidit, Hithp. foetidus redditus est. Arab. et aeth. (ג et ח permutatis) فخل foetidus fuit cibus, ፈሐለ፡ impurus fuit. Hinc

פִּגּוּל m. *foetidum, foedum, abominandum* quid i. q. שֶׁקֶץ, de cibis Lev. 7, 18. 19, 7. בְּשַׂר פִּגּוּל caro foeda Ez. 4, 14, pl. פִּגֻּלִים cibi impuri Jes. 65, 4.

פָּגַע 1) *pepigit*, stofsen, schlagen. (Consulto hoc vocabulo latino usi sumus, quod eiusdem stirpis est: adde vicina *pax* pro *pacs*, *paciscor*, gr. πηγνύω, nostr. *pochen* et, quae huic affinia sunt, *boken*, *Bock* a feriendo cet. Contermina est radix נָגַע cf. פָּגַשׁ et נָגַשׁ). Sq. בְּ *impegit* in aliquem, aliquid (auf, an etwas stofsen), sive consulto fit sive casu fortuito, sive cum vi et impetu sive leviter tangendo, inde a) hostili impetu *irruit* in aliquem 1 Sam. 22, 17. 18. Ruth 2, 22, max. ad occidendum, inde *occidit*, *trucidavit* Iud. 8, 21. 15, 12. 2 Sam. 1, 15. Semel sq. acc. pers. et בְּ rei Ex. 5, 3: פֶּן יִפְגָּעֵנוּ בַּדֶּבֶר *ne peste nos invadat.* — b) in bonam partem: *adiit* aliquem precibus, *institit* ei, sq. בְּ Ruth 1, 16. Jer. 7, 16. 27, 18. Iob. 21, 15, et לְ eius, pro quo rogatur vel interceditur Gen. 23, 8. — c) *incidit in* aliquem, *obviam venit* ei, sq. בְּ Gen. 28, 11. 32, 1 (2). Num. 35, 19. 21 (etiam cum acc. Exod. 23, 4. 1 Sam. 10, 5. Am. 5, 19). — d) *pertinuit* ad aliq., sq. בְּ Jos. 16, 7. 17, 10. 19, 11. 22. 26. 27. 34 (sq. אֶל 19, 11).

2) *pepigit* foedus cum aliquo, *pactus est* (a paciscor) cum eo, sq. אֵת. Ita nunc expediendos censeo duos Jesaiae locos, varie ab interpretibus tentatos. 64, 4: פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ וְעֹשֵׂה צֶדֶק *paciscer is cum eo qui lubens iustitiam exercet*, i. e. cum homine iustitiae amante foedus tuum iungis, ei bene cupis, talis est אִישׁ בְּרִיתְךָ, אִישׁ שְׁלוֹמְךָ. Omisso אֵת 47, 3: *vindictam sumam* וְלֹא אֶפְגַּע אָדָם *et paciscar cum nemine*, nemini pacem concedam ante omnium cladem. *Pangendi* et *percutiendi* significatum ad *paciscendum* referri, praeter haec ipsa eiusdem stirpis vcc. latina ostendunt hebr. et arab. שָׂפַק (Jes. 2, 6), سفق, صفق, et lat. *ferire, percutere foedus.*

Hiph. 1) causat. Kal no. 1, a. *irruere fecit aliquid in aliquem.* Jes. 53, 6: הִפְגִּיעַ בּוֹ אֵת עֲוֹן כֻּלָּנוּ *irruere fecit in eum culpam nostrum omnium.* — 2) causat. Kal no. 1, b. *supplicare fecit* ap. aliquem. Jer. 15, 11: .... הִפְגַּעְתִּי בְךָ אֶת הָאֹיֵב *faciam ut supplex te adeat hostis.* Ita praeeunte Chaldaeo Lud. de Dieu, Rosenm. — 3) intrans. a) i. q. Kal no. 1, a. *invasit.* Part. מַפְגִּיעַ *invadens, hostis*, Iob. 36, 32. b) i. q. Kal no. 1, b. *precibus adiit* al., sq. בְּ Jer. 36, 25; praeterea sq. לְ eius, pro quo interceditur Jes. 53, 12, absol. 59, 16.

Deriv. מִפְגָּע et

פֶּגַע m. quod alicui evenit, *casus, fors*, Eccles. 9, 11, isque infelix (addito רַע) 1 Reg. 5, 18.

פַּגְעִיאֵל (fortuna Dei) n. pr. phylarchae Aseritarum Num. 1, 13. 2, 27.

פָּגַר in Kal inusit. *Pi. lassus, viribus destitutus fuit* 1 Sam. 30, 10. 21. (Talmud. piger, otiosus fuit. Syr. ܦܓܪ [ב et פ litteris permutatis] attenuatus est; ܦܓܝܪܐ debilis, lassus. Adde lat. *piger*. Utriusque autem vc., פגר et *piger*, stirps primaria est פג, cf. פוג, *piget*). Hinc

פֶּגֶר pl. cstr. פִּגְרֵי m. *cadaver*, hominum et bestiarum Gen. 15, 11. Jes. 14, 19. 1 Sam. 17, 46 et saepe, semel addito מֵת Jes. 37, 36 (cf. syr. ܦܓܪܐ de corpore etiam vivo). Metaph. פִּגְרֵי גִּלּוּלֵיכֶם *cadavera* i. e. *rudera idolorum vestrorum* Lev. 26, 29.

פָּגַשׁ fut. יִפְגֹּשׁ (vic. radd. פָּגַע, נָגַשׁ) 1) *irruit* in aliquem, *invasit*, c. acc. Ex. 4, 24. Hos. 13, 8. — 2) *obviam venit* alicui, sq. acc. Gen. 32, 18. 33, 8. Ex. 4, 27. Jes. 34, 14, sq. בְּ Prov. 17, 12.

Niph. recipr. alter alteri *occurrit* Ps. 85, 11. Prov. 22, 2.

Pi. offendit in al. Iob. 5, 14.

פָּדַד rad. inusit. 1) pr. *secuit, dissecuit, separavit*, cogn. בָּדַד no. I, q. v., arab. فَدَّ V. X. solus, singularis fuit, in linguis indog. sanscr. *pat*, findere, lat. *pando*, *findo*); 2) spec. *aravit*, unde فَدَّان taurus arator, et فَدَّان iugum boum, aratrum, syr. et chald. ܦܕܢܐ, פַּדָּן id., ܦܕܢܐ ager, campus.

Deriv. פַּדָּן.

פָּדָה *solvit* (pr. secando, losschneiden, cogn. verbo פָּדַד), deinde 1) *redemit* soluto pretio (arab. فدى) Exod. 13, 13, sq. בְּ pretii, ut Ex. 34, 20: פֶּטֶר חֲמוֹר תִּפְדֶּה בְשֶׂה *primogenitum asini redimas ove*. — 2) solutum *dimisit* (sacerdos) Num. 18, 15. 16. 17. — 3) *liberavit*, v. c. ex servitute Deut. 7, 8. 13, 6. Jer. 15, 21. 31, 11, *servavit, eripuit* vitam e periculo Ps. 34, 23, sq. מִן 2 Sam. 4, 9. 1 Reg. 1, 29. Iob. 6, 23, בְּ (*in* periculo) Iob. 5, 20.

Niph. pass. no. 1. Lev. 19, 20, no. 3. Jes. 1, 27.

Hiph. הֶפְדָּה, causat. Kal no. 1. Exod. 21, 8. — *Hoph.* pass. inf. absol. הָפְדֵּה Lev. 19, 20.

Derivv. פְּדַהְאֵל — פִּדְיוֹם.

פְּדַהְאֵל (quem Deus servavit) n. pr. m. Num. 34, 28.

פְּדָהצוּר (quem rupes [i. e. Deus] servavit) n. pr. m. Num. 1, 10. 2, 20.

פְּדוּיִ tantum in plur. פְּדוּיִם *pretium redemtionis* Num. 3, 46 sqq. 18, 16. Alibi פְּדוּיִם part. pass. plur. sunt *servati* Jes. 35, 10. 51, 11.

פָּדוֹן (liberatio) n. pr. m. Esr. 2, 44. Neh. 7, 47.

פְּדוּת f. 1) *divisio, discrimen* (a primaria secandi potestate). Ex. 8, 19. LXX. διαστολή. Vulg. *divisio*. Aben Esra: הפרש. Cf. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1154. — 2) *liberatio* Ps. 111, 9. 130, 7. Jes. 50, 2.

פְּדָיָה (quem Jehova servavit) n. pr. m. 1) socer Josiae regis 2 Reg. 23, 36. 2) 1 Chr. 3, 18. 3) Neh. 3, 25. 4) 11, 7. 5) 8, 4. 13, 13.

פְּדָיָהוּ (id.) n. pr. m. 1 Chr. 27, 20.

פִּדְיוֹם m. Num. 3, 49 et **פִּדְיֹן** Ex. 21, 30. Ps. 49, 10 *pretium redemtionis*, λύτρον.

פַּדָּן m. *ager, campus* (cf. Hos. 12, 13 ubi declaratur voce שְׂדֵה) a rad. פָּדַד no. 2. Inde פַּדַּן־אֲרָם campus

s. regio campestris Syriae, h. e. Mesopotamia cum deserto ad occidentem Euphratis, opp. regioni montanae ad mare mediterraneum Gen. 31, 18. 28, 2 sqq., simpl. פַּדָּן 48, 7. Cum He locali פַּדֶּנָה אֲרָם 28, 2. 5. 6.

פָּדַע i. q. פָּדָה liberavit, ἅπ. λεγόμ. Iob. 33, 24: פְּדָעֵהוּ *libera eum*. Caeterum quinque Codd. (2 Kenn. 3 Ross.) exhibent פרעהו in eandem sententiam, et radix illa certa auctoritate caret.

פָּדַר rad. inusit., quae *nutriendi*, *saginandi* vim habuisse videtur, cf. arab. (r et n permutatis) فَدَّنَ saginavit pecus, et frequentius بَدُنَ pinguis, crassus evasit, بَدْنٌ pinguedo. (In linguis indogerm. cf. *Futter*, angl. *food*, *fodder*, lat. med. *fodrum* et *fett*, angl. *fat*, isl. *feitr*, a stirpe *foeden* nutrire. Primaria rad. est *fad*, cui in multis formis accessit r, cf. *pita*, *pater*; *pigeo*, *piger*, פגר). Inde

פֶּדֶר m. c. Suff. פִּדְרוֹ *adeps*, Levit. 1, 8. 12. 8, 20.

פֶּה cstr. פִּי, c. Suff. פִּי (os meum), פִּיךָ; פִּיו, פִּיהוּ; פִּיהֶם, poët. פִּימוֹ pl. פִּים 1 Sam. 13, 21 et פִּיוֹת Prov. 5, 4 (utrumque signif. 3)

1) *os*. (Arab. فُوهٌ, فِيهٌ, فَاهٌ, فُوهَةٌ, cstr. فُو, فِي, فَا, aeth. አፍ, id. Forma hebraea פֶּה dicta est pro פֵּיֶה, ut שֶׂה pro שֵׂיֶה, unde fem. פֵּיָה; cstr. פִּי pro פִּיִי. Radix פָּיָה, aeque ac פָּאָה, פָּהָה, et med. quiesc. פּוּא, פּוּהַּ, פּוּחַ, فَاهَ flandi spirandique vim habebat, et os a *spirando* dictum est). Dicitur de ore animalium (adeoque de rostro avis Gen. 8, 11. Jes. 10, 14), hominum Ex. 4, 11; max. tanquam loquendi instrumento. *Loqui* פֶּה אֶל־פֶּה *ore ad os*, absque mediatore Num. 12, 8; פֶּה אֶחָד uno ore, una voce. Jos. 9, 2. Iob. 19, 16: בְּמוֹ־פִי (toto) *meo ore* h. e. altissima qua possum voce. Meton. pro *oratore*, *legato* Ex. 4, 16 (cf. נָבִיא); *mandato* Eccl. 8, 2: פִּי מֶלֶךְ שְׁמֹר *mandatum regis observa*. Inde עַל פִּי ex iussu, v. infra. Rarius quatenus ore gustamus, inde Gen. 25, 28: *caro ferina* erat בְּפִיו *in ore eius*, i. e. delectabatur sapore eius. Cf. בְּפִי, כְּפִי. Oris autem significatio ad res inanimatas varie transfertur. Est

2) *os*, *ostium* sacci Gen. 42, 27, putei 20, 2, urbis Prov. 8, 3, orci Ps. 141, 7.

3) *acies* (translatione a dentibus et mordendo petita), max. in formula: הִכָּה לְפִי חֶרֶב acie gladii percussit (v. נָכָה). Plur. (v. supra) acies (instrumentorum ferreorum) 1 Sam. 13, 21. Prov. 5, 4. V. פִּיפִיּוֹת.

4) *ora* (a labii similitudine), ut vestis Ps. 133, 2. Iob. 30, 18, maris Prov. 8, 20. פֶּה לָפֶה 2 Reg. 10, 21. 21, 16, et מִפֶּה אֶל־פֶּה Esr. 9, 11 ab una ora ad alteram.

5) *pars*, *portio* (pr. tantum cibi, quantum quis ore capere potest, cf. יָד no. 7 pars, quae manu capi potest, manipulus). Deut. 21, 17: פִּי שְׁנַיִם *duae partes* i. e. duplum. 2 Reg. 2, 9, it. *duae* (tertiae) *partes* Zach. 13, 8.

Cum praepositt. fere in particulam abit 1) כְּפִי a) *secundum mandatum* 1 Chr. 12, 23. b) *secundum rationem* (nach Aussage), *pro ratione*, *secundum* Levit. 25, 52: כְּפִי שָׁנָיו *pro ratione annorum*. Num. 6, 21. 7, 5. 8. 35, 8. c) i. q. כְּ, כְּמוֹ *sicut*, *instar*. Iob. 33, 6: אֲנִי כְפִיךָ לָאֵל *ego*, *sicut tu*, *a Deo* (creatus sum). d) כְּפִי אֲשֶׁר Conj. *pro ratione quod*, *prout* Mal. 2, 9, et omisso אֲשֶׁר *ita ut* Zach. 2, 4.

2) לְפִי i. q. כְּפִי (v. לְ A, 9) a) *pro ratione*, *secundum*. Ex. 12, 4. Gen. 47, 12: לְפִי הַטָּף *pro nu-*

mero familiae. Hos. 10, 12: *serite secundum iustitiam,* קִצְרוּ לְפִי חֶסֶד *et metetis secundum pietatem.* b) sq. inf. *quum* (i. q. לְ sq. inf. no. 7) Num. 9, 17. Jes. 29, 10.

3) עַל פִּי secundum mandatum, iussum alic. Gen. 45, 21. Num. 3, 16. 39, 51. Iob. 39, 27, ex auctoritate alic. Deut. 17, 6, inde i. q. לְפִי, כְּפִי *pro ratione, secundum,* Am. 6, 5 Prov. 22, 6. עַל־פִּי הַדְּבָרִים pro ratione rei ipsius h. e. ut res erat, ad rei veritatem. Gen. 43, 7.

פֹּה (prob. contr. ex בְּהוּ, פְּהוּ *in hoc* s. *eo* sc. loco, ut כֹּה pro כְּהוּ; ad *p* pro *b* cf. arab. فِى ortum ex بى) adv. loci 1) *hic, hoc loco.* Gen. 19, 12. 22, 5. 40, 15. Num. 22, 8 et saepe. Rarius 2) *huc* 1 Sam. 16, 11. Esr. 4, 2. מִפֹּה et מִפּוֹ hinc Ez. 40, 21. 26. 34, 37. מִפֹּה - מִפֹּה *hinc - inde* Ez. 40, 10. 12. 21. 41, 2. De אֵיפֹה v. h. v. — Semel פֹּא (q. v.).

פֻּוָּאה (fort. arab. فُوَّهٌ os) n. pr. m. 1) filii Issachari 1 Chr. 7, 1, pro quo Gen. 46, 13. Num. 26, 23 פֻּוָּה. 2) Iud. 10, 1.

פּוּג 1) *frigere,* calore vegeto et vitali carere. Syr. et arab. id. Origo est in rigore: frigida enim rigida. Graeci habent πηγνύω rigeo, et ῥιγόω, Romani *pigeo, rigeo, frigeo*). Gen. 45, 26: וַיָּפָג לִבּוֹ *sed animus eius frigebat,* laetitia non incalescebat, non commovebatur. Transfertur ad ignaviam et torporem. Ps. 77, 3. Hab. 1, 4: *friget lex.*

Niph. torpuit Ps. 38, 9.

Deriv. הֲפוּגָה et

פּוּגָה f. *cessatio, remissio,* Thren. 2, 18.

פּוּד v. פִּיד.

פּוּחַ i. q. נָפַח (q. v.) *spirare, flare.* (Arab. فَاحَ et فَاخَ odorem exhalavit, fragravit). Cant. 2, 17: עַד שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם *usquedum dies spiraverit,* h. e. aestus remiserit, usque ad vesperam. 4, 6. Cf. רוּחַ.

Hiph. 1) sq. acc. *perflavit* Cant. 4, 16. — 2) sq. בְּ *sufflavit* (ignem) Ez. 21, 36, sq. acc. Prov. 29, 8: *sufflant urbem,* h. e. seditionem excitant. — 3) translate *efflavit,* ut mendacia Prov. 6, 19. 14, 5. 19, 5. 9, in bonam partem: *prolocutus est* (verum) 12, 18. — 4) *anhelavit, festinavit,* Hab. 2, 3. Cf. שָׁאַף Eccl. 1, 5. — 5) *aspere invectus est in* aliq., sq. בְּ Ps. 10, 5, et לְ 12, 6: אֲשֶׁר יָפִיחַ לוֹ *quem increpant,* h. e. oppressum.

Deriv. פִּיחַ.

פּוּט rad. inusit., syr. Aph. *contemnere,* affligere. V. פּוּטִיאֵל.

פּוּט n. pr. gentis africanae, auctore Josepho (Antt. 1, 6, §. 2) *Mauritaniae,* in qua *Phut* fluvius commemoratur a Plinio (H. N. 5, 1). LXX. et Vulg. plerumque *Libyas* reddunt. Gen. 10, 6. Jer. 46, 9. Ez. 27, 10. 38, 5. Nah. 3, 9.

פּוּטִיאֵל (afflictus a Deo) n. pr. Ex. 6, 25.

צוֹר, **צֹר** (rupes, i. q. צוּר) n. pr. *Tyrus* (gr. Τύρος, a forma aramaea טְרָא, ܛܘܪ), urbs Phoenicum mercatura celebris et opulentissima, cuius antiquior pars valde munita, postea Palaetyrus (מִבְצַר צֹר 2 Sam. 24, 7, et עִיר מִבְצַר צֹר Jos. 1, 29), in continente sita erat, recentior in insula e regione illius v. Jes. 23, 4. Ez. 26, 17. 27, 4. 25, cf. Menand. Ephes. apud Josephum Archaeol. IX, 14, §. 2, VIII, 2, §. 7, et de historia urbis comment. nostr. ad Jes. I, p. 707 sqq. Nomen domesticum צֹר reperitur praeter V. T. 2 Sam. 5, 11. 1 Reg. 5, 15. 7, 13. Ps. 45, 13. Ez. 26, 2 in inscriptionibus nummorum tempore Seleucidarum Tyri cusis, vel brevius: לצר (לְצֹר Τύρου), vel plenius: לצר אם צדנם (לְצֹר אֵם צִדֹנִם Tyri, metropolis Sidoniorum sc. nummus) v. Mionnet descr. des medailles T. V. pl. 23. 24. Kopp Bilder u. Schriften der Vorzeit II, p. 212. Hodie antiquae urbis rudera صور dicta in paeninsula sita sunt, quandoquidem Alexander M. insulam aggere aggesto cum continente iunxerat. Gent. צֹרִי, q. v.

צוּר fut. יָצוּר, apoc. וַיָּצַר (ut vic. rad. צָרַר) *coarctare, premere*,

comprimere, inde 1) *colligare* (in sarcinam, volumen) i. q. צָרַר no. 1. Praet. צַרְתָּ Deut. 14, 25, וַיָּצַר 2 Reg. 12, 11, וַיָּצַר 5, 23.

2) obsidione *premere*, *obsidere* urbem, sq. acc. urbis 1 Chr. 20, 1, saepius sq. עַל Deut. 20, 12. Ez. 4, 3. Dan. 1, 1, אֶל Deut. 20, 19; absol. Jes. 21, 2, etiam sq. עַל 2 Sam. 20, 15 et אֶל 1 Sam. 23, 8 eius, qui in urbe obsidetur. Semel c. acc. et עַל urbis Jes. 29, 3: צַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב i e. *propello contra te stationes militum* (ich schiebe vor gegen dich). Metaph. Ps. 139, 5: אָחוֹר וָקֶדֶם צַרְתָּנִי *undique obsides me*, ut te effugere nequeam.

3) *urgere*, *insistere* alicui in persequendo, i. q. צָרַר no. 4. Deut. 2, 9. Ex. 23, 22. Part. צָרִים Esth. 8, 11, it. *concitavit* aliquem i. e. institit ei, ut surgeret Iud. 9, 31.

4) *secare* (pr. cultro premere, insistere, cf. גָּדַד ursit, secuit), *dividere*. Arab. صار med. Waw id. Inde צוּר acies.

5) *fingere* i. q. יָצַר (a secando ductum), arab. صَوَّرَ id., fut. וַיָּצַר Ex. 32, 4. 1 Reg. 7, 15, et אֲצוּרְךָ Jer. 1, 5 Cheth. (Aram. id.).

Derivv. צוּר — צוּרִישַׁדַּי, צַר, צָר, צַוָּאר, מְצוּרָה, מָצוֹר, צֹר, צִיר.

צוּר m. 1) *lapis*, *silex* (ita dictus, utpote massa coacta, compacta: aliis pr. rupes praerupta, vide no. 2) Jes. 8, 14. Iob. 22, 24: צוּר נְחָלִים *silices rivorum* (cf. Gramm. §. 106, 3, c). — 2) *rupes* Iob. 18, 4. 24, 8, metaph. de Deo, qui Israëli refugio et praesidio est Jes. 30, 29. Deut. 23, 37: *rupes*, *ad quem confugiunt*. Ps. 18, 3. 32. 47. Alia translatione (a lapicidinis ducta) dicitur de conditore gentis Jes. 51, 1. Pl. צוּרוֹת Iob. 28, 10. — 3) *acies*, a rad. no. 4. Ps. 89, 44: צוּר חֶרֶב *acies ensis*, qua analogia duce Jos. 5, 2. 3: חַרְבוֹת צוּרִים sunt *cultri acuti*, cf. צֹר Ex. 4, 25, atque ita Chald. Sed LXX. Vulg. Syr. Arab. *cultros lapideos* (cf. צוּר no. 1) intelligunt, quibus in castrando et circumcidendo uti solebant veteres Orientales. Miror, huius sententiae patronos (ut Maurerum ad Jos. l. c.) neglexisse verba ab Alex. interprete Jos. 24, 30 inserta: *ἐκεῖ ἔθηκαν εἰς τὸ μνῆμα εἰς ὃ ἔθαψαν αὐτὸν* (Josuam) *ἐκεῖ τὰς μαχαίρας τὰς πετρίνας, ἐν αἷς περιέτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ .... καὶ ἐκεῖ εἰσιν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας*, satis profecto memorabilia: quandoquidem hoc certe probant, in Palaestinae ut in nostrae regionis sepulcris cultellos saxeos repertos esse. — Inde 4) *forma* Ps. 49, 15 Keri, gall. *taille* a *tailler*, a rad. no. 4. 5. — 5) n. pr. m. a) phylarchae Midianitarum Num. 25, 15. 31, 8. Jos. 13, 21. b) 1 Chr. 8, 30. 9, 36.

צוָּר v. צַוָּאר collum.

צוּרָה f. *forma* Ez. 43, 11, v. צוּר no. 5.

צַוְּרוֹן tantum in pl. *colla* Cant. 4, 9. וֹן est terminatio deminutiva et charitativa. Lgb. p. 513. Alii *collare* intelligunt.

צוּרִיאֵל (cuius *rupes* est *Deus*) n. pr. m. Num. 3, 35.

צוּרִישַׁדַּי (cuius *rupes* est *Omnipotens*) n. pr. m. Num. 1, 6. 2, 12.

צוּת *Hiph.* הֵצִית *incendit* i. q. יָצַת הִצִּית Jes. 27, 4, v. יָצַת.

צַח m. adj. (a rad. צָחַח) 1) *nitidus*, *candidus* Cant. 5, 10, spec. 2) *sole collustratus*, *serenus*. Jes. 18, 4: חֹם צַח *calor serenus*. Jer. 4, 11: רוּחַ צַח *ventus serenus* i. e. calidus. Arab. et syr. id. 3) trop. *clarus*, *perspicuus*, de vocibus Jes. 32, 4.

צִחָא (ariditas) n. pr. m. Esr. 2, 43. Neh. 7, 46. 11, 21, a

צָחַח rad. inusit. i. q. צָחַח nituit,

apricus fuit, inde aridus fuit (aram. צְחָא sitivit). Inde

צִחֶה adj. *aridus* (siti) Jes. 5, 13.

צָחַח 1) *nitidus fuit, candidus fuit*, Thren. 4, 7. — 2) *sole collustratus, apricus fuit*, unde צַח, צְחִיחַ, צְחִיחָה, צַחְצָחוֹת. (Arab. ضحّ apricus, aridus, syr. ܨܚܐ calidus, serenus fuit, ܨܚܝܢܐ calidus, chald. צַחְצַח splendere fecit, polivit. Caeterum nitendi splendendique significatus late patet in radd. a stirpe bilittera צח, neque non litteris emollitis זח, צח et sibilo abiecto טח, תח ordientibus, cf. צָחָה, צָחַר; צָהַב, צָהַר, צָהַל; זָהַב, זָהָה, זָהַר; טָהַר, טָהֵר).

Derivv. צַח, צַחְצָחוֹת, et tria nomina sequentia.

צְחִיחַ m. *sole collustratus* et *adustus, exsiccatus*. Ez. 24, 7. 8. 26, 4. 14.

צְחִיחָה f. *regio arida* Ps. 68, 7.

צְחִיחִי, pl. ־ִים— Neh. 4, 7 Cheth. id.

צָחַן rad. inusit. *sorduit, foetuit, putidus fuit*, cogn. זָנַח, et arab. سخن foetuit, سَخَنَةٌ spurcitia, sordes.

צַחֲנָה f. *foetor, putor* Joël 2, 20.

צַחְצָחוֹת f. pl. *loca arida* Jes. 58, 11, a rad. צָחַח no. 2.

צָחַק *risit*. (Arab. ضحك, syr. et nasor. ܓܚܟ, chald. etiam חוּךְ id., quae omnia onomatopoëtica sunt et congruunt cum gr. καχάζω, καγχάζω, lat. *cachin*nor, nostr. *kichern*. Caeterum haec rad. exceptis locis Iud. 16, 25. Ez. 23, 32 in solo Pentateucho obvia est, atque scriptores recentiores et poëtae pro ea utuntur molliore forma שָׂחַק. Cf. צָעַק). Gen. 18, 12 sq., sq. לְ aliquem 21, 6.

Pi. 1) *lusit, iocatus est* (pr. iterativum: identidem risit) Exod. 32, 6. Gen. 19, 14, spec. a) canendo, saltando 21, 9. Iud. 16, 25. b) cum mulieribus (ut παίζειν, *ludere*) Gen. 26, 8. — 2) *ludibrio habuit* aliquem, sq. בְּ, et gravius *eum contumelia affecit*. Gen. 39, 14. 17. Hinc

צְחֹק m. *risus, ludibrium*, Gen. 21, 6.

צָחַר rad. inusit., arab. صحر Conj. XI. intense canduit. Affine est צָהַר (vide ad rad. צָחַח). Hinc

צַחַר m. *candor* (lanae) Ez. 27, 18.

צָחֹר adj. *candidus*. Iud. 5, 10: *asinae candidae* i. e. subrubrae maculis candidis (prorsus candidae enim non reperiuntur, quanquam hunc colorem in asinis, camelis, elephantis in deliciis habent Orientales). Vulg. nitens. Syr. albus. (Arab. أَصْحَرُ pr. albus, sed usurpatur de asino maculis rubris et albis distincto).

צֹחַר (candor) n. pr. m. 1) filii Simeonis Gen. 46, 10. Ex. 6, 15, qui etiam זֶרַח Num. 26, 13. 2) Gen. 23, 8. 25, 9. 3) 1 Chr. 4, 7.

צִי m. (pro צִיִּי a rad. צָיָה) 1) *ariditas, regio arida*, desertum, unde צִיִּי deserticola. — 2) *navis* (q. d. siccum, locus siccus in mediis aquis, nisi mavis צִי ducere a צָוָה erigendi, struendi significatione, cf. צִיּוּן cippus) Jes. 33, 21. Pl. צִים Num. 24, 24, et צִיִּים Dan. 11, 30. Ex lingua arabica Castellus affert صَوَارَةٌ navigiolum, sed in Kamûso haec vox non reperitur.

צִיבָא (pro נְצִיבָה planta) n. pr. servi Sauli 2 Sam. 9, 2. 16, 1.

צַיִד m. (a rad. צוּד venari) 1) *venatio* Gen. 10, 9. — 2) *fera ve-*

nando capta, Gen. 25, 28. — 3) *cibus*, pr. venatu partus Iob. 38, 41 (corvorum), dein quivis alius Neh. 13, 15. Ps. 132, 15, max. *commeatus* Jos. 9, 5. 14, cf. צֵידָה.

צַיָּד (a rad. צוּד) m. *venator* Jer. 16, 16.

צֵידָה sive **צֵדָה** f. praecedentis, *cibus* Ps. 78, 25, max. *commeatus* Gen. 42, 25. 45, 21. (Aram. ܙܘܕܐ id.) unde denom. הִצְטַיֵּד, vide צוּד Hithpa.

צִידוֹן (piscatus) n. pr. f. *Sidon*, urbs Phoenicum et opulentissima et antiquissima (Gen. 10, 15), plene צִידוֹן רַבָּה (Sidon magna, vel Sidon metropolis) Jos. 11, 8. 19, 28, cf. Iud. 1, 31. 3, 3. 18, 7, cuius nomen ad omnes Cananaeos boreales in radicibus Libani habitantes, quos Graeci Phoenices appellabant, translatum est et Tyrios etiam complectebatur. Gen. 10, 15. Iud. 1, 31. 3, 3. 1 Reg. 11, 1. 5. 33. 2 Reg. 23, 13. Deut. 3, 9, cf. Σιδονίους Homeri Il. 6, 290. 23, 743. Od. 4, 84. 17, 424, quod nomen eundem ambitum habet. Intelligis iam quid sit, quod Ethbaal, rex Tyri (v. Menand. ap. Jos. Arch. VIII, 3 §. 2) Sidoniorum (i. e. Phoeniciae) rex appellatur 1 Reg. 16, 31, et quod in nummis Tyriis legitur (v. צֹר): לצר אם צדנם *Tyri metropoleos Sidoniorum* (nummus). Plura vide in comment. nost. ad Jes. 23, 2. In ipsis Sidoniorum nummis legitur לצדנם, לצדן (לְצִדֹן, לְצִדֹנִם *Sidonis, Sidoniorum*). Hodie in antiquae urbis parietinis superest vicus صيدا dictus. Hinc gent.

צִידֹנִי *Sidonius* Deut. 3, 9, f. צִידֹנִית *Sidonia* 1 Reg. 11, 1.

ציה rad. inusit. i. q. צָחָה q. v. *apricus*, *aridus fuit*, inde צִיּוֹן.

צִיָּה f. *ariditas* Iob. 24, 19, unde אֶרֶץ צִיָּה terra arida, deserta, Ps. 63, 2. 107, 35. Omisso אֶרֶץ id. Ps. 78, 17. Rad. צָהָה.

צָיוֹן m. *terra arida* Jes. 25, 5. 32, 2, a rad. צָיָה.

צִיּוֹן (locus apricus, mons apricus, a rad. צָהָה, cf. arab. صَهْوَةٌ arx: h radicale retinuerunt Syri et Arabes, qui صهيون, ܨܗܝܘܢ scribunt) n. pr. f. *Sion*, collis altior et australis (minime septentrionalis, ut volebat Lightfootus, v. imprimis Barhebr. Chron. p. 282, lin. 5), in quo Hierosolymae urbs condita erat, et nominatim antiquior eius pars cum arce et templo (collis enim Moriae, cui templum superstructum erat, Zioni accensetur), etiam *Davidis urbs* appellata 2 Chr. 5, 2. Poëtis et prophetis sexcenties pro ipsa Hierosolyma ponitur Jes. 2, 3. 8, 18. 10, 24. 33, 14 cet. eiusque civibus (fem.) Jes. 1, 27. 49, 14. 52, 1. Ps. 97, 8. Zeph. 3, 16. Iidem poët. drr. *filia Sionis* (v. בַּת no. 5) בַּת צִיּוֹן Jes. 1, 8. 10, 32. 62, 11 (etiam in exilio degentes Jes. 40, 9. Zach. 2, 11. 14) et יוֹשֶׁבֶת צִ׳ 12, 6, sed בְּנוֹת צִיּוֹן sunt *mulieres Hierosolymitanae* Jes. 3, 16. 17. 4, 3. Semel sq. genit. Jes. 60, 14: צִיּוֹן קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל *Sion numinis sancti Israëlitarum*, h. e. huic sacra.

צִיּוּן m. *cippus*, a statuendo, erigendo dictus (v. rad. צָוָה Kal) 2 Reg. 23, 17, sive sepulcralis Ez. 39, 15, sive viae monstrandae Jer. 31, 21.

צִיִּי (a צִי, צִיָּה desertum, addita terminatione ִי—), tantum in plur. צִיִּים *deserticolae*, a) homines i. e. nomades, pastores Ps. 72, 9. 74, 14. b) bestiae i. e. thoes, struthiones, ferae Jes. 13, 21. 23, 13. 34, 14. Jer. 50, 39.

צִין v. צִן.

צִינֹק m. *carcer* Jer. 29, 26, a rad. צָנַק.

צִיעֹר (parvitas) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. 15, 54.

צִיף v. צוּף no. 2.

צִיץ v. צוּץ.

צִיץ (a rad. צוּץ) 1) *lamina splendens* in fronte summi pontificis, Ex. 28, 36—38. Cf. Ps. 132, 18. — 2) *flos* Iob. 14, 2. Pl. צִצִּים pro צִיצִים (cf. זִיקוֹת, זִקִּים) 1 Reg. 6, 18. — 3) *ala* (cf. ad rad. נָצַץ) Jer. 48, 9. — 4) n. pr. oppidi, semel tantum 2 Chr. 20, 16.

צִיצָה f. *flos.* Jes. 28, 4: צִיצַת נֹבֵל *flos marcoris* h. e. flos marcens, cf. V. 1.

צִיצִת (pro צִיצִית) f. pr. *flori vel pennae simile* (a צִיץ cum terminatione adj. fem. ־ִית), inde 1) *antiae* (cf. rad. נָצָה) Ez. 8, 3. — 2) *peniculamenta, fimbria comata* (Quaste, Troddel), quam Israëlitae in angulis vestis gestabant Num. 15, 38. 39.

צִקְלַג, צִיקְלָג, צִיקְלַג n. pr. oppidi in agro Simeonitarum, sed aliquamdiu Philistaeis subiecti Jos. 15, 31. 19, 5. 1 Sam. 30, 1. 2 Sam. 1, 1. (Etymon obscurum. Simonis ortum censet ex יְצִיק גַּל effusio fontis).

צִיר rad. in verbo dubiae auctoritatis; sicut ex derivatis colligitur 1) *in orbem ivit* (vic. טוּר, תּוּר, שׁוּר, דּוּר), unde צִיר cardo, tormentum; 2) *ivit* (arab. صار med. Je ivit, pervenit, cf. סוּר, זוּר), unde צִיר nuntius. Inde

Hithpa. הִצְטַיֵּר Jos. 9, 4 esse possit: *in viam se dedit.* Sed aliud vestigium huius formae et significationis neque in Hebraismo neque in Aramaismo exstat, et vett. interpretes ad unum omnes expresserunt הִצְטַיָּדוּ *commeatu se instruxerunt,* ut Vers. 12, quod mihi praeferendum videtur.

I. **צִיר** m. 1) *cardo* ianuae Prov. 26, 14, a rad. צִיר no. 1. Ab eadem 2) צִירִים i. q. חֲבָלִים *dolores* (q. d. tormenta) *parturientis* Jes. 13, 8. 21, 3. 1 Sam. 4, 19. Metaph. de terrore Dan. 10, 16, qui saepe cum dolore et pavore parturientis comparatur, cf. صار V. contorsit se dolore. — 3) *nuntius.* Prov. 13, 17. 25, 13.

II. **צִיר** m. (a rad. צוּר no. 5) 1) *idolum* Jes. 45, 16. — 2) *forma* Ps. 49, 15 Cheth.

צֵל m. (f. Jes. 37, 8, cf. formam צִלָּה) c. Suff. צִלִּי (a rad. צָלַל no. III) *umbra* (arab. ظِلّ) Iud. 9, 36. Ps. 80, 11 cet. Metaph. Iob. 17, 7: *cuncta membra mea* sunt *instar umbrae,* i. e. vix umbra corporis mei superest. Praeterea a) de re fluxa et fugaci Iob. 8, 6. Ps. 102, 12. Eccles. 8, 13. — b) de *tecto,* quod umbram et tutelam praebet (cf. lat. umbra), dein pro *tutela* et *praesidio;* modo servata umbrae imagine Ps. 17, 8. 36, 8. Jes. 16, 3: *fac umbram tuam meridie, ut noctu,* h. e. tutum refugium praebe aestu ardente. Jes. 23, 4: *tu* (Jehova) *umbra es in calore;* modo neglecta Num. 14, 9. Eccl. 7, 12. In plur. utuntur forma צְלָלִים.

צְלָא *Pa. oravit, precatus est* Dan. 6, 11. Esr. 6, 10. (Syr. arab. صلّى et aethiop. id.).

צָלָה *assavit* 1 Sam. 2, 15. Jes. 44, 16. (Arab. صَلَى id. Assandi et orandi significationem [v. chald.] ad communem caloris notionem revocat Schult. ad Har. I, p. 25, ad emolliendi potestatem Io. Simonis in Lex.). Inde צְלִי.

צִלָּה (umbra) n. pr. uxoris Lamechi, Gen. 4, 19. 22.

צְלוֹל, in Keri צְלִיל, *ἅπ. λεγόμ.*, *κόλλυρα* s. placenta rotunda. Iud. 7, 13: צְלִיל לֶחֶם שְׂעֹרִים, ubi bene LXX. Chald. *placenta panis hordeacei*. Significationis causam aperuimus sub rad. צָלַל no. II. ubi vide.

צָלַח fut. יִצְלַח 1) *transiit, pervasit* (fluvium) sq. acc. 2 Sam. 19, 18. (Cf. ad צְלָחָה). — 2) *invasit, irruit*, de spiritu Jehovae hominem invadente, sq. עַל Iud. 14, 19. 15, 14. 1 Sam. 10, 10. 11, 6, sq. אֶל 16, 13. 18, 10, de ipso Deo in homines irruente, poët. sq. acc. Am. 5, 6. (Cf. בּוֹא no. 2, d). — 3) *bene processit, successum habuit* negotium (cf. nostr. durchgehn, Fortgang haben, lat. lex perfertur, hebr. כָּשֵׁר, אָשַׁר) Jes. 53, 10, cf. 54, 17, homo in negotio Ps. 45, 5. Jer. 22, 30, *bene crevit* planta (fortkommen) Ez. 17, 9. 10. Sq. לְ profecit ad aliquid, *aptus fuit* ad al. Jer. 13, 7. 10. (Arab. صَلَحَ aptus fuit).

Hiph. 1) trans. *successum dedit, prosperavit*, a) negotium alicuius Gen. 24, 21. 56. 39, 3. 23. b) aliquem, sq. acc. pers. 2 Chr. 26, 5, sq. לְ Neh. 1, 11. 2, 20. — 2) *peregit, prospere perfecit* 2 Chr. 7, 11. Dan. 8, 25; impr. additis nominibus דְּרָכָיו, דַּרְכּוֹ consilium prospere perfecit, *prospero successu usus est* Deut. 28, 29. Ps. 37, 7: מַצְלִיחַ דַּרְכּוֹ *cui omnia bene succedunt*. Inde omisso accusativo: *successum habuit* conatus Iud. 18, 5, aliquis in re gerenda 1 Reg. 22, 12. 15. 1 Chr. 22, 13. 29, 23. 2 Chr. 18, 14. Prov. 28, 13. Jer. 2, 37.

צְלַח chald. i. q. hebr. צָלַח, Aph. הַצְלַח (forma hebr.) 1) trans. fecit, ut aliquis bene procederet i. e. ad munera publica et honores cito promovit (schnell avanciren, sein Glück machen lassen) Dan. 3, 30; *prospere peregit* aliquid Esr. 6, 14. — 2) *prosperatus est* i. e. ad magnos honores evectus est Dan. 6, 29, *prosperata est* res Esr. 5, 8.

צְלָחָה f. tantum pl. צְלָחוֹת 2 Chr. 35, 13 *paropsides*, eaeque planae, latae, non profundae. Origo est in aqua vadosa, quae facile pervadi potest (v. צָלַח no. 1), unde arab. زَلَخٌ alveus fluvii parum profundus, it. زُلَحٌ patinae magnae, aeth. litteris transpositis ጸሕል፡ patina.

צְלֹחִית f. id. 2 Reg. 2, 20.

צַלַּחַת id. Prov. 19, 24. 26, 15.

צָלִי m. *assatum* Ex. 12, 8. 9 a rad. צָלָה.

צְלִיל v. צְלוֹל.

I. צָלַל *tinnivit* auris 1 Sam. 3, 11. 2 Reg. 21, 12. (Arab. صَلَّ, syr. ܨܠ id. Cf. germ. *schallen, Schelle* et sine sibilo הָלַל *hallen, gellen*, arab. جلجل cymbalum. L in n mutato respondet طَنَّ lat. tinnivit). Transfertur ad labia prae tremore collidentia Hab. 3, 16.

Derivv. צִלְצַל, מְצִלְתַּיִם.

II. צָלַל arab. ضَلَّ pr. *deorsum volutus est, volvit se* (*hinabrollen*), finitimum rad. גָּלַל (de qua vide p. 213. 214), quandoquidem litterae צ, ص ad gutturalem et palatinam potestatem prope accedunt (v. p. 726 et Ewaldi gramm. p. 33). Inde צְלוֹל l. צְלִיל Iud. 7, 13 i. q. גְּלוֹל l. גְּלִיל = *κόλλυρα* placenta panis rotunda. Verbum semel Ex. 15, 10: צָלְלוּ כַּעוֹפֶרֶת *deorsum voluti sunt* vel *ruerunt*, *instar plumbi*. (Arab. ضَلَّ est periit, latuit, disparuit. IV. pass. sepultus est, omnia a deorsum ruendo).

Nomina derivata formam repetunt a vic. צוּל, videlicet צוּלָה, מְצוּלָה.

III. צָלַל (arab. ظَلَّ) *obumbratus est* Neh. 13, 19.

Hiph. part. מֵצַל obumbrans. Ez. 31, 3.

Derivv. צֵל, צֵלֶל, צַלְמָוֶת, מְצִלָּה, et nomm. pr. צִלָּה, צְלֶלְפּוֹנִי, בְּצַלְאֵל.

צֵלֶל c. Suff. צִלְלוֹ, pl. צְלָלִים cstr. צִלְלֵי *umbra* Cant. 2, 17. 4, 6. Jer. 6, 4. Iob. 40, 22. Cf. צֶאֱלִים.

צְלֶלְפּוֹנִי (umbra respiciens me) n. pr. m., cum art. 1 Chr. 4, 3.

צָלַם rad. inusit., aethiop. ጸለመ፡ *umbrosus fuit,* arab. ظَلِمَ obscurus fuit, ظُلْمَةٌ tenebrae. Inde

צֶלֶם m. cum Suff. צַלְמוֹ 1) *umbra* Ps. 39, 7, metaph. de re inani Ps. 73, 20. Inde 2) *imago* (ab adumbrando dicta, cf. σκιά, σκίασμα, σκιαγραφέω) Gen. 1, 27. 5, 3. 9, 6, *simulacrum* 2 Reg. 11, 18. Am. 5, 26. (Syr. et chald. ܨܠܡܐ, צַלְמָא id., arab. صَنَمٌ imago, litteris נ et ל permutatis).

צְלֵם, צֶלֶם chald. st. emphat. צַלְמָא m. *imago, idolum* Dan. 2, 31 sqq. 3, 1 sqq.

צַלְמוֹן (umbrosus) n. pr. 1) montis in Samaria prope Sichem Iud. 9, 48, eiusque, ut videtur, nive tecti Ps. 68, 15. — 2) tribuni militum Davidis. 2 Sam. 23, 28.

צַלְמֹנָה (umbrosa) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 41.

צַלְמָוֶת f. pr. *umbra mortis* (comp. ex צֵל umbra, et מָוֶת mors), poët. pro *tenebris densissimis* Iob. 3, 5. 10, 21. 28, 3. 34, 22. 38, 17: שַׁעֲרֵי צַלְמָוֶת *portae tenebrarum.*

צַלְמֻנָּע (fort. pro צֵל מְמֻנָּע cui *umbra negata est*) n. pr. principis Midianitarum Iud. 8, 5. Ps. 83, 12.

צָלַע *claudicavit,* pr. *inclinavit se in unum latus,* arab. ضلع et ظلع id. (fort. denom. a צֵלָע) Gen. 32, 32. Part. f. הַצֹּלֵעָה coll. pecus *claudicans,* i. e. pecudes aestu et itinere lassae, translate de Israëlitis Mich. 4, 6. 7. Zeph. 3, 19.

צֵלָע cstr. צֵלַע et צֶלַע (formae segolatae), c. Suff. צַלְעוֹ f. (sed plur. צְלָעִים m. 1 Reg. 6, 34) 1) *costa,* Gen. 2, 21. 22. Pl. צְלָעוֹת *asseres, trabes* (qs. costae aedificii, Gerippe, Rippenwerk) 1 Reg. 6, 15. 16. 7, 3 (cf. Comm. 2 ubi כְּרֻתוֹת eodem significatu). — 2) *latus* a) hominis Iob. 18, 12. Jer. 20, 10: שֹׁמְרֵי צַלְעִי *custodientes latus meum,* amici a latere meo non recedentes; b) rerum inanimatarum, ut tabernaculi Ex. 26, 26. 27, altaris 25, 14. 27, 7, de plaga coeli 26, 35. Pl. צְלָעִים (m.) *latera* sive *valvae* ianuae 1 Reg. 6, 34. Alibi semper צְלָעוֹת, cstr. צַלְעוֹת *latera* altaris Ex. 38, 7, arcae foederis 25, 14. — 3) *conclave laterale* templi (de quibus vide v. יָצוּעַ) 1 Reg. 6, 5. Ez. 41, 6 sq., it. collect. *contabulatio* s. *series conclavium lateralium* 1 Reg. 6, 8 et i. q. יָצוּעַ de universa hac aedis parte tres contabulationes continente Ez. 41, 5. 9. 11. בֵּית צְלָעוֹת Ez. 41, 9 est: spatium inter utrumque templi murum his conclavibus destinatum. Cf. Jos. Archaeol. VIII, 3, §. 2. — 4) n. pr. oppidi Benjaminitarum in quo Saulus sepultus est. Jos. 18, 28. 2 Sam. 21, 14.

צֶלַע m. *claudicatio,* hinc *casus* Ps. 35, 15. 38, 18.

צָלַף rad. inusit., syr. *fregit, vulneravit,* unde

צָלָף (fractura, vulnus) n. pr. m. Neh. 3, 30.

צְלָפְחָד (fractura s. ruptura prima fort. primogenitus, cf. פֶּטֶר) n. pr.

m. Num. 26, 33. 27, 1. 36, 2. Jos. 17, 3.

צֶלְצַח (umbra in aestu solis, a צֵל umbra et ضحى sol) n. pr. oppidi Benjaminitarum 1 Sam. 10, 2.

צְלָצַל (Deut. 28, 42) cstr. צִלְצַל (Iob. 40, 31 et Jes. 18, 1), plur. צֶלְצְלִים, v. no. 2 (a rad. צָלַל no. I) 1) *tinnitus, tintinnus* (cf. de his formis geminatis Hupfeld exercitt. aeth. p. 28, gramm. nostr. hebr. p. 119, arab. صَلْصَلَ tinnivit frenum, tintinnabulum), ut aeris collisi, armorum, *stridor* alarum (v. no. 3). Hinc Jes. 18, 1: אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפָיִם *terra tinnitus exercituum* i. e. repleta copiis arma cum tinnitu concutientibus, Land voll (waffen-) klirrender (Heeres-) flügel, int. Aethiopiam. Exercitus h. l. alae vocantur (v. כָּנָף no. 1), et in duplici huius vocabuli usu ingeniosus inest verborum lusus, siquidem צלצל etiam de alarum stridore (vom Schwirren) usurpatur. Alias aliorum sententias diiudicavimus in Comment. ad h. l. — 2) *instrumentum tinniens*, spec. harpago piscatorius, Iob. 40, 31. Pl. צֶלְצְלִים, st. constr. צִלְצְלֵי *cymbala* (die Becken), haud dissimilia his, quibus hodie musici castrenses utuntur 2 Sam. 6, 5. Ps. 150, 5. — 3) bestiola stridens, *gryllus*, Deut. 28, 42.

צָלַק rad. inusit., chald. *fidit*, unde

צֶלֶק (fissura) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. 23, 37. 1 Chron. 11, 39.

צִלְּתַי (contr. ex צֵלֶת יָהּ umbra i. e. praesidium Jehovae) n. pr. m. 1) 1 Chr. 8, 20. 2) 12, 20.

צַם v. צָמִים.

צָמֵא fut. יִצְמָא *sitivit* Ex. 17, 3, metaph. *avide desideravit* (cf. *διψάω*, sitio) aliquem, aliquid, sq. לְ Ps. 42, 3. 63, 2. (Arab. ظَمِئَ id. Eiusdem stirpis est atque צוּם). Inde quattuor nomina, quae sequuntur:

צָמָא m. *sitis* Ez. 19, 13.

צָמֵא m. adj. *sitiens* Jes. 5, 13. 21, 14, spec. *terra sitiens* i. e. sicca, deserta 44, 3.

צִמְאָה f. *sitis*, translate de ardore coeundi Jer. 2, 25, cf. רָוֶה.

צִמָּאוֹן m. *regio sitiens* i. e. *arida* Deut. 8, 15. Jes. 35, 7.

צָמַד in Kal inusit., arab. ضمد, syr. ܨܡܕ *ligavit, alligavit*, vic. radici צָמַם (cf. עָמַד et עָמַם).

Niph. alligatus est i. e. adhaesit, in hac formula נִצְמַד לְבַעַל־פְּעוֹר *adhaesit Baal-Peoro*, cultui eius se addixit. Num. 25, 3. 5. Ps. 106, 28.

Pu. alligatus est, 2 Sam. 20, 8.

Hiph. addito מִרְמָה: *nexuit* fraudem Ps. 50, 19.

Deriv. צָמִיד et

צֶמֶד m. c. Suff. צִמְדּוֹ 1) *par* boum 1 Sam. 11, 7, asinorum Iud. 19, 10. 2 Reg. 9, 25: רֹכְבִים צְמָדִים *equitantes per paria* i. e. bini. Collect. Jes. 21, 7: צֶמֶד פָּרָשִׁים *paria equitum* (cf. פָּרָשׁ) V. 9. — 2) *iugum* s. *iugerum* agri i. e. quantum uno iugo boum uno die arari potest, 1 Sam. 14, 14. Jes. 5, 10.

צַמָּה f. *velum muliebre* Cant. 4, 1. 6, 7. Jes. 47, 2, a rad. צָמַם no. 2.

צִמּוּק m. *uvae passae* et *placentae inde factae*, ital. *simmuki*. 1 Sam. 25, 18. 2 Sam. 16, 1, a rad. צָמַק.

צָמַח *progerminavit*, de plantis Gen. 2, 5. 41, 6, de pilis Levit. 13, 37. Trans. Eccles. 2, 6: יַעַר צוֹמֵחַ עֵצִים *silva germinans* i. e. *producens arbores*. Metaph. de

primis rerum in mundo gerendarum initiis Jes. 42, 9. 43, 19. 58, 8. (Origo esse videtur in promicando, cf. syr. ܨܡܚ splenduit, arab. طمح id.).

Pi. i. q. Kal (de capillis et de barba) Ez. 16, 7. Iud. 16, 22.

Hiph. germinare fecit (plantas e terra) Gen. 2, 9, sq. gem. acc. *germinare fecit* terra gramen Ps. 147, 8. Metaph. הִצְמִיחַ צְדָקָה existere, oriri iussit salutem Jes. 45, 8. 61, 11, unde

צֶמַח c. Suff. צִמְחִי *germen*, ubique collect. *quae progerminant* ex terra, *proventus* terrae, *fruges* Gen. 19, 25. Hos. 8, 7. Ez. 16, 7. Ps. 65, 11. Inde צֶמַח יְהוָֹה Jes. 4, 2 proventus Dei i. e. proventus agri terrae sanctae Deo beneficio concessae i. q. פְּרִי הָאָרֶץ in altero hemistichio (v. Gen. 4, 3. 13, 26. Deut. 1, 25. 26, 2. 10. 28, 30 cet.). Integrum locum ita interpretor: *erit proventus Dei decori et ornamento, eruntque fructus terrae ornatui et splendori Israëlitis superstitibus* i. e. universa terra sancta pulchrius efflorescet et frugum fructuumque copia ornabitur eorum in gratiam, qui ex illis cladibus superstites erunt. Reliquae huius loci interpretationes et contextui et parallelismo verborum minus accommodatae sunt: in his sententia eorum qui צֶמַח יי germen s. sobolem Dei Messiam intelligunt, cui obstat פְּרִי הָאָרֶץ in altero hemistichio. Sed Messias haud dubie intelligendus est Jer. 23, 5. 33, 15, ubi Davidi promittitur צֶמַח צַדִּיק, צֶמַח צְדָקָה germen iustum, soboles iusta, et Zach. 3, 8. 6, 12, ubi Messias ellipt. צֶמַח soboles sc. Dei appellatur.

צָמִיד m. 1) *armilla*, Gen. 24, 22. 30. — 2) *operculum* vasis, ab alligando dictum, Num. 19, 15, a rad. צָמַד.

צַמִּים m. sing. (formae צַדִּיק, a rad. צָמַם) *laqueus* Iob. 18, 9. Metaph. *exitium*. Iob. 5, 5: וְשָׁאַף צַמִּים חֵילָם *et inhiat exitium opibus eorum*, ubi aptissime exitium laqueo hianti et insidianti comparatur. Vett. intpp. צמים h. l. reddiderunt *sitientes*, quasi idem esset quod צְמֵאִים, invitis linguae legibus.

צְמִיתֻת f. pr. *exstinctio* (a rad. צָמַת) unde *vendi* לִצְמִיתֻת i. e. *in sempiternum, perpetuum* i. q. לְעוֹלָם Levit. 25, 23. 30.

צָמַם rad. inusit. 1) *plexuit, nexuit*, ut arab. طَمَّ, cogn. verbo ضَمَّ ligavit (unde צַמִּים laqueus) et hebr. זָמַם q. v. — 2) *adstrinxit* velum, *velavit*, i. q. chald. צְמַם, צַמְצֵם, inde צַמָּה.

צָמַק *exaruit*, de mammis Hos. 9, 14. Inde צִמּוּק.

צָמַר rad. inusit., fort. i. q. זָמַר et arab. transp. صرم abscidit. Inde

צֶמֶר cum Suff. צַמְרִי m. *lana* (fort. ab abscindendo dicta, cf. גֵּז vellus, a גָּזַז), chald. עֲמַר (q. v.) Levit. 13, 47. Deut. 22, 11.

צְמָרִי Gen. 10, 18 n. pr. gentis Cananaeae. Intelligendi videntur cives *Simyrae* urbis (Strabo XVI, p. 518. Cellarii not. orbis ant. II, 445), cuius ruinas *Sumra* dictas ad Libani radices occidentales memorat *Shavius* (Travels p. 269).

צְמָרַיִם n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 22, a quo nomen traxisse videtur הַר צְמָרַיִם in montanis Ephraim (quae ad agrum Benjaminitarum pertinebant) 2 Chr. 13, 4.

צַמֶּרֶת f. *frondes arboris*, q. d. *lana s. coma arborum* (gr. λάχνη), translatione ab animalibus ad plantas facta (cf. s. v. נָצָה, נָצָא, גָּמַל, יוֹנֶקֶת, פֶּרַח, gr. οἶος ἄωτον Hom. Od. I, 443). Ez. 17, 3. 22. 31, 3. 10. 14.

צָמַת pr. *tacuit*, *siluit*, ut arab. صمت (eiusdem familiae, atque צוּם, דּוּם, דָּמַם et multa alia in ם exeuntia, v. pag. 252); trans. *excidit*, *perdidit*, pr. ad silentium redegit. Thren. 3, 53.

Niph. *exstinctus est* Iob. 6, 17. 23, 17.

Pi. Ps. 119, 139 et

Hiph. i. q. Kal Ps. 54, 7. 69, 5. 101, 5.

Pilp. צִמְתֵּת id. Ps. 88, 17, ubi צִמְּתֻתוּנִי legitur pro צִמְּתְתוּנִי, quod a nemine declaratum video. Equidem non dubitaverim, Kibbuz pro Schwa mobili positum esse propter sequens *u* ex lege, quam exposui Lgb. p. 68. 69, adde sam. לוּכוּן pro לְכוֹן, et ex lingua gr. et lat. *homo*, *socors* pro *hemo* (semo), *secors*; *genu*, *γόνυ*; *νέος*, *novus*; *σκόπελος*, *scopulus*. Cf. קָבַל, קֹטֶן.

Deriv. צְמִיתוּת.

צֵן v. צִנָּה no. I.

צִן n. pr. (Talmud. צִין palma humilior) deserti ab austro Palaestinae, Idumaeae ab occidente siti, in quo oppidum קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Num. 13, 21. 20, 1. 27, 14, cum He parag. צִנָה 34, 4. Jos. 15, 3.

צָנָא rad. inusit., i. q. צֹאן, arab. ضنأ IV. multum pecoris habuit.

צֹנֶא comm. Num. 32, 24 et **צֹנֶה** Ps. 8, 8 i. q. צֹאן *pecus*, impr. oves.

צִנָּה I) *spina* (a rad. צָנַן no. I), pl. צִנִּים Prov. 22, 5, de sepibus ex spinis contextis Iob. 5, 5, sed צִנּוֹת translate sunt *hami*, cf. חוֹחַ Am. 4, 2.

II) *scutum* (a rad. צָנַן no. II), idque maius totum militis corpus tegens, *θυρεός* (v. 1 Reg. 10, 16. 17). Ps. 35, 2, 91, 4. Ez. 23, 24.

III) *refrigerium* Prov. 25, 13, a rad. צָנַן no. III.

צֹנֶה v. צֹנֵא.

צָנוֹף vel **צָנוּף** i. q. צָנִיף Jes. 62, 3 Chethibh, a rad. צָנַף.

צִנּוֹר m. *catarracta* (a strependo dicta, v. ad צָנַר) Ps. 42, 8, *aquae ductus* 2 Sam. 5, 8.

צָנַח *descendit*, *demisit se*, v. c. de asino Iud. 1, 14. Jos. 15, 18; dr. etiam de rebus inanimatis Iud. 4, 21: *percussit clavo tempora eius*, וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ *et descendit* (clavus) *in terram*. (Cogn. est جنح inclinavit, vide append. s. litt. צ).

צְנִינִים m. pl. *spinae*, *aculei* Num. 33, 55. Jos. 23, 13, a rad. צָנַן no. I.

צָנִיף m. *tiara*, *fascia* capiti *circumvoluta*, virorum Iob. 29, 14, mulierum Jes. 3, 23, summi pontificis Zach. 3, 5, a rad. צָנַף obvolvit, v. מִצְנֶפֶת.

צָנַם pr. *durus fuit*, ut in lingua Sam., cf. ܨܘܢܡܐ rupes. Part. pass. צְנֻמוֹת *sterilis* (de aristis) Gen. 41, 23. Cf. גַּלְמוּד.

צָנַן I) i. q. שָׁנַן *acutus fuit*, *pupugit*, inde צִנָּה, צְנִינִים *spina*, *spinae*.

II) i. q. גָּנַן *protexit* (de necessitudine litterarum ג et צ vide append. s. litt. צ), unde צִנָּה no. II clypeus.

III) ex usu Chaldaeorum i. q. צָלַל no. 3 (l et n permutatis) *friguit*, unde צִנָּה no. III.

צְנַן v. צַאֲנָן.

צָנַע *humilis*, *submissus*, *modestus fuit*. Part. pass. (vim activam habens) Prov. 11, 2. Chald. id. Cogn. est כָּנַע.

Hiph. *submisse*, *modeste egit* Mich. 6, 8.

צָנַף fut. יִצְנֹף *convolvit*, *circumvolvit*, spec. tiaram Lev. 16, 4. — Jes. 22, 18: צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה *con-*

volvendo convolvet te tanquam *glomum.*

Derivv. מִצְנֶפֶת, צָנִיף et

צְנֵפָה f. *glomus* Jes. 22, 18.

צִנְצֶנֶת f. *corbis* (v. formas cognatas sub v. סַלְסִלָּה no. 2, p. 715). Ex. 16, 33.

צָנַק rad. inusit., sam. *clausit*, unde צִינֹק.

צָנַר rad. inusit., quam onomatopoëticam censeo et vicinam verbo כָּנַר (de necessitudine litterae צ cum palatinis v. append. s. צ), pr. *striduit*, nostr. *schnarren, schnurren* (ut illud *knarren*), spec. de sono stridulo aquae cum strepitu deorsum latae, ut in catarractis, aquaeductibus (*rauschen*). Inde צִנּוֹר. Eandem autem potestatem habuisse videntur כָּנַר et quadrilittera צַנְתַּר, גִּנֵּסַר, unde יָם־כִּנֶּרֶת et יָם־גִּנֵּסַר mare Galilaeum, fort. mare catarractae (a Jordane magno strepitu in hunc lacum illabente), et צַנְתָּר *cantharus* i. e. canalis.

צַנְתָּר f. plur. וֹת *canthari, canales*, per quos oleum lecythi (גֻּלָּה) in lucernas influit, Zach. 4, 12. Vide ad rad. צָנַר.

צָעַד 1) *gressus est*, *lente* et cum gravitate *incessit* (schreiten, einherschreiten), ut fit in pompa solenni 2 Sam. 6, 13, cf. Jer. 10, 5, inde de Jehova Iud. 5, 4. Ps. 68, 8, de incessu molli et compositio iuvenis delicatuli Prov. 7, 8. Sq. acc. transgressus est (terram) Hab. 3, 12. — 2) *ascendit* (quod qui faciunt, lente incedunt, arab. صَعِدَ ascendit), poët. transit. *ascendere fecit* (ut gall. *monter* pro *faire monter*). Ita nimirum mihi expedienda videntur verba multum vexata Gen. 49, 22: בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *filias* i. e. ramos *ascendere facit* propellit *super murum* (arbor fructifera). Vulgo: *filiae* (i. e. rami) *ascendunt super murum*, vel vocalibus paullulum mutatis: בְּנוֹת צְעָדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae ascensionis* (i. e. ferae in montibus habitantes, arab. بنات صعدة) cubant *in insidiis.*

Hiph. fecit, ut gradum accelararet aliquis, *persecutus est.* Iob. 18, 14: תַּצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *persequuntur eum regis instar* (hostilis) *terrores.*

Derivv. מִצְעָד, אֶצְעָדָה,

צַעַד m. *gressus* 2 Sam. 6, 13. Ps. 18, 37, et

צְעָדָה f. 1) *incessus* (Dei) 2 Sam. 5, 24. — 2) pl. *catenulae gressibus formandis*, arab. مصعاد, quas mulieres orientales utriusque cruris periscelidi (עֶכֶס) annexas gestabant, ut minutis passibus eleganter incedere (טָפַף) cogerentur Jes. 3, 20. Cf. אֶצְעָדָה.

צָעָה 1) *inclinavit*, v. c. vas effundendum Jer. 48, 12. (Arab. صغى id. Aeth. ሰወዐ: effudit, כ et צ permutatis, v. append. litt. צ). — 2) *inclinatus, curvatus fuit*, de homine vinculis constricto Jes. 51, 14, it. *inclinavit se* (ad concubitum), *κατακλίνεσθαι* Jer. 2, 20. — 3) *reclinavit caput* i. e. superbivit Jes. 63, 1.

Pi. i. q. Kal no. 1 ibid.

צְעוֹר pro **צָעִיר** Jer. 14, 3. 48, 4 Chethibh.

צָעִיף m. (a rad. צָעַף) *velum muliebre* Gen. 24, 65. 38, 14.

צָעִיר m. 1) adj. *parvus, exiguus* (arab. صَغِير), a) numero Mich. 5, 1. Jes. 60, 22, b) aetate, *minor natu* Gen. 19, 31, addito לְיָמִים Iob. 30, 1. c) dignitate, *vilis* Iud. 6,

15; *contemtus* Ps. 119, 141. — 2) n. pr. oppidi, semel 2 Reg. 8, 21.

צְעִירָה f. subst. *parvitas* (aetatis) Gen. 43, 33.

צָעַן *tentoria movit, profectus est* nomas, pr. oneravit iumenta i. q. טָעַן no. II (arab. ظعن) Jes. 33, 20.

צֹעַן n. pr. *Tanis*, urbs antiqua Aegypti inferioris, ab oriente brachii Tanitici sita, aegypt. ϪⲀⲚΗ et ϪⲀⲚⲒ (i. e. regio depressa) dicta, unde et hebraea et graeca nominis forma orta est, adde arabicam صان. Vide Comment. nostr. ad Jes. 19, 11. Num. 13, 22. Jes. 19, 11. 13. 30, 4. Ez. 30, 14.

צַעֲנַנִּים (profectiones) n. pr. oppidi Kenitarum in agro Naphtalitarum Jos. 19, 33. Iud. 4, 11.

צָעַף rad. inusit., prob. i. q. צָמַף obvelavit, texit, unde צָעִיף velum.

צַעֲצֻעִים m. plur. Vulg. *opus statuarium* 2 Chr. 3, 10. Rad. צוּעַ q. v.

צָעַק (ubi vide, cf. צָחַק et שָׂחַק) *clamavit*, impr. ad auxilium impetrandum Deut. 22, 24. 27, sq. אֶל pers. Gen. 41, 55. Iud. 4, 3, sq. לְ 2 Chr. 13, 14; it. acc. rei Iob. 19, 7: אֶצְעַק חָמָס *clamo iniuriam* sc. mihi inferri.

Pi. clamitavit 2 Reg. 2, 12.

Hiph. convocavit, ut הִזְעִיק 1 Sam. 10, 17.

Niph. pass. Hiph. *convocatus est, concurrit* Iud. 7, 23. 24. 10, 17. Hinc

צְעָקָה f. *clamor*, max. auxilii impetrandi causa, Ex. 3, 9. Iob. 34, 28. Gen. 19, 13: צַעֲקָתָם *clamor propter eos* (Sodomitas), quem Sodomitae aliis extorserunt.

צָעַר *parvus fuit*, arab. صغر, syr. ܙܥܪ (cf. מִזְעָר, זְעֵיר), metaph. *vilis et contemtus fuit, factus est* Jer. 30, 19. Iob. 14, 21 (oppos. כָּבֵד). Zach. 13, 7.

Derivv. צָעִיר, צְעִירָה, מִצְעָר, nomm. pr. צוֹעַר, צִיעֹר et

צֹעַר et **צוֹעַר** (parvitas, cf. Gen. 19, 20) n. pr. oppidi ad maris mortui oram australem Gen. 13, 10. 19, 22. 30. Jes. 15, 5. Jer. 48, 34, antiquitus בֶּלַע appellatum.

צָפַד (cogn. verbo צָמַד) *firmiter adhaesit* Thren. 4, 8. (Arab. صفد coniunxit).

צָפָה 1) *nituit, splenduit* (arab. صفى), inde Pi. no. 1.

2) *speculatus est, prospectavit*. (Pr. oculis collustravit cf. שָׁזַף, nisi mavis originem quaerere in inclinando, protendendo, quod prospectantium est, cf. הִשְׁקִיף. Congruunt σκέπω, σκόπος, σκοπέω, adeoque lat. transp. *specio*, *specto*, *specula* cet.). Jes. 21, 5, v. צָפִית. De turri late prospectante Cant. 7, 5. Part. צוֹפֶה *speculator* in turri constitutus 1 Sam. 14, 16. 2 Sam. 13, 34. 18, 24. Metaph. de *prophetis*, qui speculatorum instar res futuras divinitus sibi per visiones oblatas nunciant Jer. 6, 17. Ez. 3, 17, cf. Hab. 2, 1. Inde a) *exspectavit* Hos. 9, 8: צֹפֶה אֶפְרַיִם *exspectat Ephraim* (auxilium). — b) *accurate observavit*, sq. acc. Prov. 15, 3. 31, 27, sq. בְּ Ps. 66, 7, sq. בֵּין (vidit et diiudicavit inter) Gen. 31, 49. — c) *insidiatus est*, sq. לְ Ps. 37, 32. — *d*) *elegit* (ausersehen) i. q. רָאָה. Iob. 15, 22: צָפוּ הוּא אֱלֵי חָרֶב *electus* s. *destinatus est gladio.* (צָפוּ pro צָפוּי).

Pi. 1) *auro argentove obduxit* (pr. splendidum fecit, v. Kal no. 1), sq. dupl. acc. Ex. 25, 24. 1 Reg. 6, 20 sqq. — 2) i. q. Kal no. 2 1 Sam. 4, 13, part. מְצַפֶּה *speculator* Jes. 21, 6, metaph. propheta Mich. 7,

4. Sq. אֶל rei, quam quis circumspicit et exspectat (ut auxilium) Thren. 4, 17, בְּ Mich. 7, 7. Absol. Ps. 5, 4: אֲצַפֶּה exspecto sc. auxilium divinum, intueor in Deum.

Pu. pass Pi. no. 1 *obductus est* Ex. 26, 32. Prov. 26, 23.

Derivv. מִצְפֶּה, צָפִית, צְפִיָּה, צִפּוּי, et nomm. pr. צְפָת, צְפָתָה, צְפוֹ, מִצְפָּה, צִפְיוֹן, צְפִי.

צָפָה f. (a rad. צוּף) *natatio* Ez. 32, 6.

צְפוֹ (specula) n. pr. filii Eliphasi Gen. 36, 11. 15, qui צְפִי appellatur 1 Chr. 1, 36.

צִפּוּי m. (a rad. צָפָה Pi no. 2) *obductio, metallum* statuis *inductum* Num. 17, 3. 4. Jes. 30, 22.

צָפוֹן comm. (f. Jes. 43, 6. Cant. 4, 16) 1) *septentrio, plaga septentrionalis* (pr. abscondita, obscura, quandoquidem septentrionalem plagam obscuram et caliginosam cogitabant veteres, πρὸς ζόφον Hom. Od. 9, 25 sqq 10, 190 sqq., australem contra claram et sole collustratam, v. דָּרוֹם) Num. 34, 7. אֶרֶץ צָפוֹן terra septentrionalis (Babylonia) Zach. 2, 10 (6). Jer. 16, 15, cf. 6, 22. Poët. etiam pro *vento boreali* (רוּחַ צָפוֹן) Cant. 4, 16, et pro *coelo septentrionali*, quod fere idem est atque coelum universum, siquidem hemisphaerium australe maximam partem absconditum est Iob. 26, 7. מִצָּפוֹן לְ *a septentrione* al. loci Jos. 8, 11. 13, et omisso לְ 11, 2. Cum ־ָה parag. צָפוֹנָה *septentrionem versus* Gen. 13, 14, etiam regio *septentrionem versus* sita, ut מַמְלְכוֹת צָפוֹנָה regna septentrionis Jer. 1, 15, et cum praepp. אֶל־הַצָּפוֹנָה Ez. 8. 14, לַצָּפוֹנָה 1 Chr. 26, 17 septentrionem versus; מִצָּפוֹנָה a plaga septentrionali Jos. 15, 10, מִצְּפוֹנָה לְ a septentrione al. loci Iud. 21, 19, מִפְּנֵי צָפוֹנָה a septentrione Jerem. 1, 23. Cf. נֶגְבָּה.

2) n. pr. oppidi Gaditarum, Jos. 13, 27.

צְפוֹן v. צִפְיוֹן.

צְפוֹנִי m. 1) adj. *septentrionalis* Joël 2, 20 (de agmine locustarum e septentrionali plaga irruente). — 2) patron. vocis צָפוֹן, צִפְיוֹן (q. v.) Num. 26, 15.

צְפוּעַ Ez. 4, 15 Cheth. i. q. צָפִיעַ.

צִפּוֹר, plur. צִפֳּרִים (quasi a צִפֹּרֶת) comm. (f. Prov. 27, 8. Jes. 31, 5) 1) *avicula*, a fistulando dicta (v. צָפַר no. 3) Ps. 11, 1. 104, 17. 124, 7. Iob. 40, 29. Prov. 6, 5. 7, 23, spec. *passer* (arab. عُصْفُور praemissa gutturali) Ps. 84, 4. Prov. 26, 2. — 2) *avis* omnino omnis Deut. 4, 17. 14, 11. Levit. 14, 4. Collect. *aves* Gen. 7, 14. 15, 10. — 3) n. pr. patris Balaki, regis Moabi, Num. 4, 10. Jos. 24, 9.

צָפַח *latus, amplus fuit*; cf. arab. صفح Conj. II. expandit, cogn. טָפַח, aethiop. ሰፍሐ: expandit, extendit, dilatavit, unde צַפִּיחִית,

צֹפַח, צוֹפַח (ampulla) n. pr. m. 1 Chr. 7, 35. 36, et

צַפַּחַת f. *ampulla*, condendae aquae 1 Sam. 26, 11 sq., oleo condendo 1 Reg. 17, 12. Chald. צְפִיחַ id. Arab. litteris transpositis صَحْفَة patina, scutella, syr. ܨܦܚܐ id.

צְפִי v. צְפוֹ.

צְפִיָּה f. (a rad. צָפָה) *specula*, i. q. מִצְפָּה Thren. 4, 17.

צִפְיוֹן (exspectatio, desiderium) n. pr. m. Gen. 46, 16, pro quo צְפוֹן Num. 26, 15.

צַפִּיחִית f. *placenta*, a latitudine dicta (cf. πλάξ, πλακόεις) Ex. 16, 31. Rad. צָפַח.

צְפִין Ps. 17, 14 Cheth. pro צָפוּן v. צָפַן no. 2.

צָפִיעַ tantum pl. צְפִיעִים *excrementa animalium, stercora*, Ez. 4, 15, arab. صَفْع, a rad. צָפַע q. v.

צְפִיעָה f. plur. tantummodo צְפִיעוֹת *propagines* arboris, eaeque *ignobiliores* (q. d. excrementa), translate de *prole viliore* opp. צֶאֱצָאִים. Jes. 22, 24. Rad. צָפַע.

צָפִיר m. *hircus* Dan. 8, 5. 21, a saltando dictus, v. rad. no. 2. V. chald.

צְפִיר chald. pl. צְפִירִין id. Esr. 6, 17. Syr. ܨܦܝܪܐ.

צְפִירָה f. (a rad. צָפַר no. 1 1) pr. *corona* Jes. 28, 5. — 2) *circulus, orbis*, inde de rerum fatique vicissitudine quasi in orbem eunte (cf. סְבִיבוֹת Eccl. 1, 6). Ez. 6, 7: בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ *ordo te tangit*, quae apposite reddit Abulwalides انتهى الدور اليك.

צָפִית f. (a rad. צָפָה) *speculatio, excubiae.* Jes. 21, 5: צָפֹה הַצָּפִית *speculantur speculationem* i. e. *excubias agunt* in speculis. Aliorum interpretationes diiudicavimus in comment. ad h. l.

צָפַן fut. יִצְפֹּן (cogn. טָמַן) 1) *abscondidit, occultavit* Ex. 2, 2. Jos. 2, 4. Part. pass. צָפוּן *absconditum* i. e. arcanum, inaccessum Ez. 7, 22. Max. ad aliquem tuendum et defendendum Ps. 27, 5. 83, 4: צְפוּנֵי יְהוָה clientes Jehovae. Intrans. *abscondidit se* (vel ellipt. abscondidit retia, laqueos) ad insidiandum, sq. לְ Prov. 1, 11. 18. Ps. 10, 8, absol. 56, 7 Keri. — 2) *recondidit, asservavit.* Part. צְפוּנִים opes, thesauri Iob. 20, 26. Ps. 17, 4 Keri. Sq. לְ *asservavit* alicui, Iob. 21, 19. Ps. 31, 20. Iob. 20, 26: כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו *quodvis infortunium asservatum est opibus eius.* צָפַן בְּלֵב secum recondidit (alta mente repostum) Iob. 10, 13, צ׳ אִתּוֹ id. Prov. 2, 1. 7, 1. — 3) *cohibuit* Prov. 27, 16, sq. מִן *denegavit* alicui Iob. 17, 4.

Niph. absconditus est alicui, h. e. *latuit* eum, sq. מִן Iob. 24, 1. Jer. 16, 17. — 2) *reconditus est* h. e. *destinatus est* alicui, sq. לְ Iob. 15, 20.

Hiph. i. q. Kal no. 1 *abscondidit* Ex. 2, 3. Iob. 14, 13, *insidiatus est* Ps. 56, 7 Cheth.

Derivv. צָפוּן (צְפוֹנִי), מַצְפֻּנִים, et nomm. pr. צְפוֹן et

צְפַנְיָה (quem *Jehova abscondidit*, h. e. tuitus est) n. pr. LXX. Σοφονίας, Vulg. *Sophonias* (pro צְפַנְיָה) 1) prophetae, qui in δωδεκαπροφήτῳ nonum locum occupat. Zeph. 1, 1. 2) sacerdotis Jer. 21, 1. 29, 25. 29, qui צְפַנְיָהוּ vocatur 37, 3. 52, 24. 3) Zach. 6, 10. 14. 4) 1 Chr. 6, 21, pro quo אוּרִיאֵל 6, 9. 15, 5. 21.

צָפְנַת פַּעְנֵחַ n. pr. aegypt. Josepho in muneris publici auspiciis a Pharaone tributum Gen. 41, 45. Genuinam vocis aegyptiacae formam accuratius referre videtur interpres Alex. scribens Ψονθομφανήχ, in quo litterarum aegyptiarum periti (v. Bernardus ad Joseph. Ant. 2, 6 §. 1. Jablonskii Opuscc. I, p. 207 —216) recte agnoverunt aegypt. ⲠⲤⲰⲦⲘⲪⲈⲚⲈϨ *salus* vel *salvator saeculi*, a Ⲡ articulo, ⲤⲰⲦ σώζειν, σωτήρ, σωτηρία, et ⲪⲈⲚⲈϨ αἰών. Ita Schol. cod. Oxon. Ψονθομφανήχ, ὅ ἐστιν σωτὴρ κόσμου, et Hieron. *servator mundi.* Hebraeam vocabuli formam Hebraei interpretabantur: *revelator occulti*, vide Targ. Syr. Kimchi.

צָפַע rad. inusit. *protrusit* (affine est دفع trusit, pepulit, impulit), spec. vilia, ignobilia, ut excrementa (arab. صفع egessit stercus, pepedit, und צְפִיעִים excrementa); *produxit* viles propagines arbor (v. צְפִיעָה),

nefandam prolem suam vipera (cf. צֶפַע, צִפְעֹנִי). Plura de hac rad. in Comment. nostro ad Jes. I, p. 705. *Fäsius* (neue Jahrb. für Phil. I, p. 171) *viperam* mavult a *sibilando* dictam esse, eamque potestatem onomatopoëticam trudendi potestati addit, coll. צָפַף, et פָּעָה (unde אֶפְעֶה vipera). Non male, quanquam *proles* viperina et nonnullis locis (Jes. 14, 29) egregie accommodata est et vett. auctoritate nititur.

צֶפַע m. *proles viperina* Jes. 14, 29. LXX. ἔκγονα ἀσπίδων. Hinc

צִפְעֹנִי (ut יִדְּעֹנִי) pr. qui ex prole viperina est, inde ipsa *vipera* Jes. 11, 8. 59, 5. Prov. 23, 32. Plur. צִפְעֹנִים Jer. 8, 17. LXX (Jes. 11, 8. 14, 29): ἔκγονα ἀσπίδων. Aliud etymon vide s. rad. צָפַע. — Aqu. βασιλίσκος. Vulg. regulus, unde J. D. Michaëlis serpentem cornutum sive cerasten intelligebat.

צָפַף tantum in Pil. צִפְצֵף vc. onomatop. *pipivit* avicula Jes. 10, 14. 38, 14, gr. πιπίζω, τιτίζω, nostr. *zirpen*. Pariter atque gr. τρίζω, στρουθίζω transfertur ad manium „vocem exiguam" (Virg. Aen. VI, 492), quam modo sibilo, modo gemitui comparabant veteres Jes. 8, 19.

צַפְצָפָה f. auctoribus Hebraeis *salix*, Ez. 16, 5 (ubi suppl. כְּ). Arab. صَفْصَاف id. Radix mihi videtur צוּף natavit, Pilp. inundavit, inde inundata, quod salici egregie convenit.

I. **צָפַר** 1) *in orbem ivit, gyravit* (v. צְפִירָה), inde *vertit, convertit se.* Iud. 7, 3: *qui timidus est et meticulosus,* יָשֹׁב וְיִצְפֹּר *is se vertat et revertatur.* — 2) *in orbem saltavit,* et in universum *saliit, saltavit.* Arab. صَفَرَ fut. I., cf. אוּל, חוּל et מָחוֹל, unde צָפִיר hircus. — 3) *sibilavit, fistulavit, fritinnivit* avis (trillern), arab. صَفَرَ. Inde צִפּוֹר, chald. צִפַּר. Vide etiam n. pr. צוֹפַר.

II. **צָפַר** i. q. ظَفَرَ unguibus vulneravit. V. צִפֹּרֶן.

צְפַר chald. (f. Dan. 4, 18, et 4, 9 Keri, sed Cheth. m.) *avis* i. q. syr. ܨܶܦܪܳܐ, sing. Gen. 7, 14. Deut. 4, 17 Targ. Plur. צִפְּרִין, cstr. צִפְּרֵי Dan. 4, 9. 11. 18. 30.

צְפַרְדֵּעַ m. *rana* Ex. 7, 27. 28. 8, 1 sq. Collect. ranae 8, 2, ubi (more collectivorum) c. fem. copulatur. Conflatum est hoc quinquelitterum ex verbo צָפַר no. 2 saltavit, saliit, et رَدَغٌ palus q. d. saliens in palude, neque, ut nuper nonnullis placuit, a rad. צָפַר no. 3, siquidem avicularum fritinnitum minus apte ranis tribueris. Ex pleniore hac forma in lingua arab. et syr. orta sunt quadrilittera contractiora ضِفْدَعٌ et ܐܘܩܪܕܥܐ rana).

צִפֹּרָה (avicula) n. pr. f. uxoris Mosis Ex. 2, 21. 4, 25. 18, 2.

צִפֹּרֶן m. 1) *unguis* digiti Deut. 21, 12, a rad. צָפַר no. II. (Arab. ظُفْرٌ, chald. טִפַּר id. Ad hebr. צִפֹּרֶן prope accedit gr. περόνη, nostr. *Sporn*). — 2) *cuspis* (qs. unguis) styli (adamantina) Jer. 17, 1. Cf. Plin. H. N. XXXVII, cap. 4.

צָפַת rad. inusit., fortasse i. q. syr. ܨܰܒܶܬ ornavit (Barhebr. pag. 180), cf. ܨܶܒܬܳܐ ornamentum Sir. 21, 24), chald. צְבַת, gr. κόσμειν. Hinc

צֶפֶת f. *capitulum columnae* i. q. כֹּתֶרֶת 2 Chr. 3, 15.

צְפַת (specula, a rad. צָפָה) n. pr. oppidi cananaei, postea חָרְמָה appellati Iud. 1, 17.

צְפָתָה (id.) n. pr. vallis ad Maresam in tribu Judae, 2 Chr. 14, 9.

צִפִּים v. צִיץ.

צָקַל rad. inusit., fort. i. q. עָקַל, ﺻﻘﻞ colligavit, constrinxit. Inde צִקְלוֹן.

צִקְלַג v. צִיקְלַג.

צִקְלוֹן ἅπ. λεγόμ. 2 Reg. 4, 42 *saccus*, *pera*, a constringendo dicta. Talmud. עֶקֶל saccus colatorius, congruit etiam gr. ϑύλακος saccus.

צַר cum accentu distinct. et art. הַצָּר, c. Suff. צָרִי, pl. צָרִים, צָרֵי (a rad. צָרַר) 1) *adversarius*, *hostis* (v. rad. no. 4) i. q. אוֹיֵב, sed praeter Num. 10, 9 tantum poët. (Iob. 16, 9. Deut. 32, 27. Ps. 81, 15. Thren. 1, 7. Jes. 9, 10) et in recentioribus libris Esth. 7, 4. 6. Neh. 9, 27. — 2) *angustiae*, *vexatio* (v. rad. no. 5). Ps. 4, 2. 44, 11. 78, 42. בַּצַּר לִי quando in angustiis versor, Ps. 18, 7. 66, 14. 106, 44. 102, 3: בְּיוֹם צַר לִי id. Fem. צָרָה id. q. v. — 3) *lapis* (ita dictus, utpote compactus et durus, i. q. צוּר no. 1) Jes. 5, 28.

צָר (a צָרַר no. 5, formae תָּם a תָּמַם) adj. *angustus* Num. 22, 26. Iob. 41, 7, fem. צָרָה Prov. 23, 27.

צֵר (angustum) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. 19, 35.

צֹר m. 1) *rupes*, i. q. צוּר no. 2. Ez. 3, 9. — 2) *culter* Ex. 4, 25. Cf. צוּר no. 3. — 3) i. q. צוֹר Tyrus, q. v.

צָרַב in Kal inusit. pr. (ut suspicor) i. q. גָּרַב (de permutatione litterarum ג et צ vide append. s. צ) *scabit; scaber*, *asper fuit*, unde צָרֶבֶת no. 1. — 2) *aridus*, *adustus fuit* (de his significationibus inter se conciliandis v. ad חָרַר).

Niph. adustus est, Ez. 21, 3. 20, 49). Affinia sunt שָׂרַף, סָרַף. Chald. צְרָבָה adustio.

צָרֶבֶת 1) pr. *locus scaber* in cute ab ulcere sanato Lev. 13, 23, vel ab ustione Vers. 28, *cicatrix*, ut recte LXX. Vulg. Chald. Vide rad. no. 1. Alii hoc ductum volunt ab arab. ﺿﺮﺏ percussit. — 2) adj. fem. *adurens* (de igne) Prov. 16, 27.

צָרַד rad. inusit. et dubia, arab. ﺻﺮﺩ refrixit, unde

צְרֵדָה (refrigeratio) n. pr. oppidi Manassitarum prope Scythopolin 1 Reg. 11, 26. 2 Chr. 4, 17. Pro eo scribitur צְרֵרָה Iud. 7, 22 (ubi צְרֵדָה reponendum), neque diversum est צָרְתָן Jos. 3, 16. 1 Reg. 4, 12. 7, 46.

צָרָה rad. inusit. 1) ut syr. et chald. *fidit*, *fissuras fecit*, deinde 2) i. q. arab. ﺻﺮﻯ fluxit, manavit vulnus, unde צֳרִי et n. pr. צְרוּיָה.

צָרָה (Kamez impuro) f. vocis צַר (a rad. צָרַר) 1) *adversaria*, *inimica*, impr. *aemula* 1 Sam. 1, 6 (a rad. צָרַר no. 4). — 2) *angustiae*, cum He parag. Ps. 120, 1: בַּצָּרָתָה לִּי *quando in angustiis versor*, cf. Jon. 2, 3, a rad. צָרַר no. 5.

צְרוּיָה et **צְרֻיָה** n. pr. (fissa) filiae Isai, matris Joabi 1 Sam. 26, 6. 2 Sam. 2, 13. 1 Chr. 2, 16.

צְרוּעָה (leprosa) n. pr. matris Jerobeami, 1 Reg. 11, 26.

צְרוֹר v. צְרֹר.

צָרַח rad. inusit. 1) i. q. arab. ﺻَﺮُﺡَ II. *clarus*, manifestus, apertus *fuit*, unde ﺻَﺮْﺣَﺔٌ terra elatior; ﺻَﺮْﺡٌ aedificium altum, turris, hebr. צְרִיחַ. Vicina sunt צָהַר, צָהַר.

2) Transfertur ad vocem (cf. צָהַל), inde *clamavit alta et clara voce*, arab. صرخ, aeth. ጸርሐ: Zeph. 1, 14. Affine est רָזַח.

Hiph. clamorem sustulit, de clamore bellico. Jes. 42, 13.

צֹרִי *Tyrius*, N. gent. a צֹר Tyrus, 1 Reg. 7, 14. Esr. 3, 7.

צְרִי Gen. 43, 11. Jer. 8, 22. 46, 11. 51, 8, in pausa צֹרִי Ez. 27, 17, semel c. Waw copul. וּצְרִי Gen. 37, 25 m. *opobalsamum*, lacrima arboris fruticisve in Gileaditide crescentis, vulneribus sanandis adhibita, a rad. צָרָה, q. v. Quaenam fuerit arbor illa, non plane exploratum est, v. Bocharti Hieroz. T. I, p. 628. Celsii Hierobot. II, 180—185, et contra J. D. Michaëlis (Supplemm. p. 2142), Warnekros (Repertorium für morgenl. Litt. T. XV, p. 227) et Jahn (Archaeol. T. I, p. 83).

צְרִי n. pr. v. יִצְּר no. 3.

צְרֻיָה v. צְרוּיָה.

צְרִיחַ m. *aedificium elatum*, quod longe lateque cernitur, *turris* Iud. 9, 46. 49, *specula* 1 Sam. 13, 6, a rad. צָרַח no. 1.

צָרַךְ rad. inusit., talmud. Ithpe. *indiguit*, syr. et arab. *egenus fuit*, unde

צֹרֶךְ m. *indigentia*, *usus* 2 Chr. 2, 15. (Chald. et rabb. id.).

צָרַע, arab. صرع *prostravit*, unde صريع flagellum, dein transfertur ad morbos, ut صرع epilepsia pr. prostratio. Inde ducunt part. pass. צָרוּעַ Lev. 13, 44. 22, 4, et part. Pu. מְצֹרָע 2 Reg. 5, 1. 27. 15, 5 *lepra affectus*, pr. (a Deo) percussus, verberatus, quandoquidem lepram plagam divinitus immissam censebant, coll. verbis נָגַע, נֶגַע, נָכָה, arab. ضرب. In tanta autem litterarum צ et ג affinitate (v. append. litt. צ) malim *lepram* dictam esse a scabendo et scabritie, ut צָרַע idem sit quod גָּרַע q. v.

Inde צָרַעַת et

צִרְעָה f. Ex. 23, 28. Deut. 7, 20. Jos. 24, 12, auctoribus Verss. antt. et Hebraeis *crabro* c. art. collect. *crabrones*, *vespae*, fort. a pungendo, quod a percutiendi potestate (ضريع flagellum) non multum abest, cf. נָכָה, ضرب. Caeterum *crabrones*, quibus Cananitae l. l. c. c. sedibus suis pulsi esse dicuntur, vix proprie intelligendi esse videntur (quod volunt Bochartus in Hieroz. T. III, p. 407 ed. Lips.), Rosenm. (bibl. Alterthumsk. IV, 2 p. 430), sed (cum Clerico et Rosenm. ad Ex. l. c.) metaph. de *varii generis malis et calamitatibus*, cf. Jos. 24, 12. et Jos. cap. 10.

צָרְעָה (locus *crabronum*) n. pr. oppidi in campestribus Judae, sed ab Danitis habitati Jos. 15, 33. 19, 41. Iud. 13, 2. N. gent. est צָרְעִי 1 Chr. 2, 54, et צָרְעָתִי V. 53. 4, 2.

צָרַעַת f. *lepra* (de etymo v. ad rad. צָרַע), et hominum (eaque alba Ex. 4, 6. Num. 12, 10, lepra enim nigra est elephantiasis, v. שְׁחִין) Lev. 13, 2 sq., et domorum (prob. scabies nitrosa) vestiumque (mucor, maculae situ contractae) Levit. 13, 47—59. 14, 34—37.

צָרַף fut. יִצְרֹף 1) *liquavit* metallum (affinia sunt שָׂרַף, סָרַף), spec. aurum argentumve *igne purgavit* et a scoriis separavit Ps. 12, 7. Jes. 1, 25. Part. צֹרֵף *aurifex* Iud. 17, 4. Jes. 40, 19. Prov. 25, 4. — 2) metaph. *probavit*, *exploravit* aliquem (δοκιμάζειν) Ps. 17, 3. 26, 2. 105, 19, it. *purgavit* Dan. 11, 35. Part. pass. צָרוּף sincerus, Ps. 18, 31. 119, 140.

Niph. purgatus est Dan. 12, 10.

Pi. part. מְצָרֵף *aurifex* Mal. 3, 2. 3.

צֹרְפִי (aurifex) n. pr. m. (cum art.) Neh. 3, 31.

צָרְפַת (fort. officina metallis liquandis et purgandis, Schmelzhütte) cum ה parag. צָרְפָתָה, n. pr. oppidi Phoenicum inter Tyrum et Sidonem interiecti 1 Reg. 17, 9. 10. Obad. 20, gr. Σάρεπτα Luc. 4, 26, hodie صرفند.

צָרַר *pressit, compressit* (vic. radici צוּר), inde 1) *constrinxit, colligavit* (arab. صَرَّ), sq. בְּ involvit in panniculum, fasciculum Ex. 12, 34. Iob. 26, 8. Jes. 8, 16. Prov. 30, 4. Metaph. 1 Sam. 25, 29: *vita domini mei involuta erit in fasciculum viventium apud Deum* i. e. sub Dei praesidio erit. Sed in aliam sententiam Hos. 13, 12: *involuta est culpa Ephraimi*, h. e. ei servata usque ad diem vindictae, cf. Iob. 14, 17, unde צְרֹר. — 2) *corripuit* Hos. 4, 19. — 3) *inclusit* 2 Sam. 20, 3. — 4) *pressit, persecutus est, hostiliter tractavit* (arab. ضَرَّ), sq. acc. Num. 33, 55. Jes. 11, 13, sq. dat. Num. 25, 18. Part. צֹרֵר i. q. צַר *adversarius* Ps. 6, 8. 7, 5. 23, 5. Jes. 11, 13. It. *aemulatus est, zelotypus fuit* (arab. ضَرَّ Conj. III). Levit. 18, 18. — 5) intrans. *pressus, coarctatus, angustus fuit.* In hanc sententiam utuntur praet. monosyllabo צַר (alias צָרַר) f. צָרָה Jes. 49, 20. Impers. צַר לִי angustum est mihi, h. e. a) *in angustiis versor*, Ps. 31, 10. 69, 18. Iud. 11, 7. b) *angor, sollicitus sum*, 1 Sam. 28, 15. 2 Sam. 24, 14. c) sq. עַל *doleo* aliqua re 2 Sam. 1, 26. Eodem nexu ponitur fut. וַיֵּצֶר לִי, v. יָצַר no. II.

Pu. part. מְצֹרָר *colligatus* Jos. 9, 4.

Hiph. הֵצַר, inf. הָצֵר, fut. יָצֵר 1 Reg. 8, 37 *coarctavit* Jer. 10, 18, *obsidione pressit* Deut. 28, 52. 1 Reg. 8, 37, *in angustias redegit, anxit, vexavit* Neh. 9, 27. Ad significationem activam recte etiam revocantur a) 2 Chron. 28, 22: בְּעֵת הָצֵר לוֹ *quo tempore eum premebant.* 33, 12, et b) אִשָּׁה מְצֵרָה mulier parturiens (pr. premendo propellens fetum) Jerem. 48, 41. 49, 22.

Derivv. צַר, צָרָה, צְרֹר, מֵצַר.

צְרֹר et **צְרוֹר** m. pl. צְרֹרוֹת (Gen. 42, 35) 1) *fasciculus* 1 Sam. 25, 29. Cant. 1, 13, spec. fasciculus pecuniae, *crumena* Gen. 42, 35. Prov. 7, 20. De loco Prov. 26, 8, v. מַרְגֵּמָה. — 2) i. q. צוֹר no. 1 *lapis, lapillus* 2 Sam. 17, 13. Am. 9, 9 (ubi al. *granum* intelligunt). — 3) n. pr. m. 1 Sam. 9, 1.

צְרֵרָה v. צְרֵדָה.

צֶרֶת (fort. pro צֹהֶרֶת splendor) n. pr. m. 1 Chr. 4, 7.

צֶרֶת הַשַּׁחַר (splendor aurorae, v. vocem praecedentem) n. pr. oppidi Rubenitarum Jos. 13, 19.

ק

Koph, undevicesima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *centum.* Nomen קוֹף, arab. قُفّ *foramen securis* notat, et bene congruit cum figura huius elementi in alphabeto phoenicio et hebraeo. Pronuntiatio eius a כ et raphato et tenui ita differt, ut ק in fine palati ad gulam maiore quodam nisu proferatur, pariter atque ט, v. p. 383.

Koph permutari cum reliquis palatinis ג, כ, supra (p. 186. 457) monstratum est, nec quemquam morabitur eius in gutturales transitus, ut vicinae sint radd. קָטַר, עָטַר no. 1 suffivit. Praeterea autem, in primis certe linguae originibus, k etiam in t transiisse videtur (ut puelli balbutientes pro k saepe substituunt t pronuntiatu facilius): et hunc in modum sibi vicina sunt פָּקַח et פָּתַח aperuit, שָׁקָה et שָׁתָה bibit, פְּתַר aeth. פכר interpretatus est, אַתָּה et deperditum אַכָּה (unde suff. ךָ) tu; cf. κόπτω et τύπτω; *quattuor* et τέτταρες.

קִא m. (a rad. קוֹא) *vomitus* Prov. 26, 11.

קָאַת cum art. הַקָּאַת Lev. 11, 18. Deut. 14, 17, st. constr. קְאַת f. avis palustris (Lev. et Deut. l. l. c. c.) et deserticola Jes. 34, 11. Zeph. 2, 14. Ps. 102, 7, auctoribus plerisque vett. interpretibus *pelecanus*, aram. et arab. קָקָא, ܩܩܐ, قيق, قوق, prob. ab evomendo dictus, quandoquidem haec avis voracissima conchas marinas aliasque res absorptas evomere solet.

קַב m. pr. vasculum *concavum* (v. rad. קָבַב no. 1, cf. *cupa*, angl. *a cup*), dein mensura aridorum 2 Reg. 6, 25, sec. Rabbinos sexta pars sati (סְאָה), cf. gr. κάβος i. e. χοῖνιξ.

קָבַב vicina radicibus כָּוָה, גָּבַב no. II *gibbosum et cavum fecit* 1) i. q. נָקַב *cavavit*, inde etiam *cameravit* (cf. גָּבַב, כָּוָה = כּוּר) i. q. arab. قبّ Conj. II, chald. קַבֵּב. Inde קַב, קֻבָּה.

2) metaph. i. q. נָקַב no. 3 (q. v.) *maledixit, exsecratus est* (pr. proscidit, perforavit). Inde praet. inf. imp. Num. 23, 8 sqq. Imp. c. Suff. et Nun epenth. קָבְנוֹ 23, 13.

קֵבָה f. *ventriculus* ruminantium asper, *echinus*, pro נְקֵבָה, a cavitate dictus, v. rad. נָקַב. Deut. 18, 3. (Arab. قبة et قبة id.).

קֹבָה, cum Suff. קֳבָתָהּ Num. 25, 8 (pro נִקְבָה) vel *anus* i. q. chald. נְקוּבָה (a rad. נָקַב perforavit) vel *vulva* (cf. נְקֵבָה) sec. LXX. Vulg.

קֻבָּה f. *tentorium, cubiculum*, a forma camerata dictum, semel legitur Num. 25, 8. (Arab. قبّة id. etiam fornix, unde hispan. *alcova*, nostr. *Alcoven*). Rad. קָבַב no. 1.

קִבּוּץ m. *collectio, caterva* Jes. 57, 13: קִבּוּצַיִךְ *catervae tuae* sc. idolorum tuorum. Cf. V. 9. Rad. קָבַץ.

קְבוּרָה f. 1) *sepultura* Jer. 22, 19. — 2) *sepulcrum* Gen. 35, 20. 47, 30. Rad. קָבַר.

קָבַל in Kal inusit., pr. *ante*, *e regione fuit* (arab. قبل pars anterior, قبل ante), inde ex anteriore parte venit, *obviam venit*, arab. قبل.

Pi. קִבֵּל 1) pr. *accepit*, *recepit* (ad se venientem admisit) aliquem (arab. قبّل) 1 Par. 12, 18, aliquid i. q. לָקַח, sed in sequiore tantum Hebraismo 2 Chr. 29, 16. 22. Esr. 8, 30 (opp. repudiare). Iob. 2, 10. Esth. 4, 4. 9, 23. 27, *admisit* doctrinam Prov. 19, 20.

Hiph. intrans. alter alteri *oppositus est* Ex. 26, 5. 36, 12. Arab. Conj. III. id.

Derivv. קָבָל, קֳבֵל.

קַבֵּל tantum in Pa. *accepit* Dan. 2, 6. 6, 1. 7, 18. Inde

קֳבֵל et **קֳבָל** chald. pr. *pars anterior*. Inde לְקֳבֵל Praep. c. Suff. לְקָבְלָךְ 1) *e regione* Dan. 5, 5. — 2) *ante* Dan. 2, 31. 3, 3. 5,

1. — 3) *propter* i. q. מִפְּנֵי 5, 10. Esr. 4, 16. Sq. דִּי abit in Conj. *propterea quod*, *quia* Esr. 6, 13. Crebrius vero, quae est Chaldaeorum in particulis exprimendis verbositas, pro eo plenius et pleonastice dicunt כָּל־קֳבֵל דִּי pr. eam ipsam ob causam quod (plane nostr. *alldieweil* in sermone Iurisconsultorum), pro simpl. *quia* Dan. 2, 40. 6, 5. 11. 23, et relat. *quam ob causam* 2, 10. (Vett. interpretes et recentiorum nonnulli, ut nuper Rosenm., nonnullis in locis, ut Dan. 2, 40. 41. 45 reddunt: *eodem modo quo*, *ut;* sed neque probari potest haec significatio, neque contextui aptior est quam illa). כָּל־קֳבֵל דְּנָה eam ipsam ob causam Dan. 2, 12. 24. Cf. chald. כֹּל no. 4.

קָבָל (formae קֶדֶם) vel sec. alios libros קֳבָל (lege kŏbal) i. q. praec. chald. *ante*. 2 Reg. 15, 10: קָבָל עָם *ante populum*.

קֹבֶל *res opposita*, arab. قُبْلٌ, unde Ezech. 26, 9: מְחִי קָבָלּוֹ *percussio rei oppositae* i. e. aries, arietes muris perforandis. Alii libri exhibent קָבָלּוֹ *kobollo*, quod etiam ferri potest (v. קָטֹן); sed grammaticis legibus contrarium est קָבָלּוֹ, quod habent J. H. Michaëlis et v. d. Hooght.

קָבַע 1) i. q. כָּבַע, גָּבַע altus fuit et superne rotundus in modum gibbi, capitis, arab. قبع gibbosus fuit, unde קוֹבַע i. q. כּוֹבַע *galea*, קֻבַּעַת calix, מִגְבָּעָה tiara. Cf. gr. *κυβή*. Ab his nominibus, quae cuncta res designant *tegendo* inservientes, proficiscitur

2) *abscondendi* potestas (arab. قبع abscondit, ut caput veste, florem in calyce), et inde translate est *decepit*, *defraudavit* aliquem (cf. בָּגַד) Mal. 3, 8, 9, sq. dupl. acc. *spoliavit* aliquem aliqua re Prov. 22, 23.

Derivv. v. ad no. 1.

קֻבַּעַת f. *calix*, *calyx*, tum floris, *κάλυξ* (arab. قُبْعَةٌ cf. כּוֹבַע et קוֹבַע), tum potatorius, *κύλιξ*, inde Jes. 51, 17. 22: קֻבַּעַת כּוֹס *calix poculi*. Abulwalides spumam et faeces calicis intelligit (a tegendo), sed illud praestat.

קָבַץ fut. יִקְבֹּץ pr. *cepit*, *manu comprehendit* (arab. قبص extremis digitis cepit, قبض manu apprehendit, قبط id., cf. aram. חֲבַץ, حبص compressit, et hebr. קָמַץ, קָפַץ), inde *collegit* Gen. 41, 48. a) res Deut. 13, 17. Prov. 13, 11, b) homines, *congregavit* 2 Sam. 3, 21. 1 Reg. 18, 19. 20, 1. Metaph. Ps. 41, 7: *animus eius* (inimici me visentis) יִקְבָּץ־אָוֶן לוֹ *colligit sibi nequitiam* i. e. calumniandi materiam.

Niph. collectus est Ez. 29, 5, *congregatus est*, *congregavit se* Jes. 34, 15. 43, 9. 49, 18. 60, 4 et saepe.

Pi. 1) *manu cepit*, *prehendit*, *recepit* (opp. עָזַב) Jes. 54, 7. — 2) *collegit* a) res, ut uvas Jes. 62, 9, aquam 22, 9, b) homines, *congregavit*, Deut. 30, 3. 4. Jer. 31, 10, saepe de Jehova exules revocante Jer. 23, 3. Jes. 40, 11. — 3) i. q. אָסַף no. 3, *collegit* ad se, *contraxit*, *retraxit* Joël 2, 6. Nah. 2, 11. V. פָּארוּר. — *Pu.* part. f. *congregata* Ez. 38, 8.

Hiph. congregavit se Jos. 9, 2. Iud. 9, 47.

Inde קִבּוּץ, קְבֻצָה, et tria nomina, quae sequuntur.

קַבְצְאֵל v. יְקַבְצְאֵל.

קְבֻצָה f. *collectio*, *acervus*. Ez. 22, 20.

קִבְצַיִם (duo acervi) n. pr. oppidi Ephraimitarum, Jos. 21, 22.

קָבַר fut. יִקְבֹּר *sepelivit* unum Gen. 23, 4. 19. 25, 9, plures Ez. 39, 1[?]

i. q. Pi. (Arab., aram., aeth. id. Origo est in tumulo coacervando, v. nasor. קבר coacervavit, cf. צָבַר. Stirps bilittera est קב, cf. קָבַב, קָבַע, cf. גָּבַב, גַּב).

Niph. pass. Ruth 1, 17. Iud. 8, 32.

Pi. sepelivit plures (cf. קִטֵּל et קָטַל, Lgb. 241) Num. 33, 4. 1 Reg. 11, 15. Jer. 14, 16. Ez. 39, 14. Hos. 9, 6. — *Pu.* pass. Gen. 25, 10. Inde קְבוּרָה et

קֶבֶר m. c. Suff. קִבְרִי, pl. קְבָרִים cstr. קִבְרֵי, et קְבָרוֹת cstr. קִבְרוֹת m. *sepulcrum* Gen. 23, 9. 20. Ex. 14, 11. Num. 11, 34. 35. Iob. 21, 32. Jer. 26, 23 cet. — Iob. 17, 1: קְבָרִים לִי *sepulcra mihi* instant, sepulcretum me manet et praestolatur.

קִבְרוֹת־הַתַּאֲוָה (sepulcra concupiscentiae) n. pr. loci in deserto Sinaitico, cuius causa Num. 11, 34 traditur. Adde 33, 16. Deut. 9, 22.

קָדַד 1) i. q. arab. قَدَّ, قَدَّ *scidit* (vic. radd. גָּזַז, גָּדַד et similibus, v. גָּדַד. Congruit gr. κεδάω, κεδάζω, σκεδάζω). Inde קִדָּה casia, et קָדְקֹד vertex.

2) denom. a קָדְקֹד: *inclinavit*, inde *inclinavit se* honoris et reverentiae causa. Ubique in fut. chaldaizante יִקֹּד, וַיִּקֹּד pl. וַיִּקְּדוּ. Plerumque sequitur הִשְׁתַּחֲוָה, quod gravius est, Gen. 24, 26: וַיִּקֹּד הָאִישׁ וַיִּשְׁתַּחוּ לַיהוָה *et inclinavit se vir et prostravit se coram Jehova*. Exod. 12, 27. 34, 8. Num. 22, 31. 1 Reg. 1, 16. Alibi קָדַד ampliore significatu utrumque includit. 1 Sam. 24, 9: וַיִּקֹּד דָּוִד אַפַּיִם אַרְצָה. 28, 14. 1 Reg. 1, 31.

קִדָּה f. Ex. 30, 24. Ez. 27, 19, sec. Syr. Chald. Vulg. *casia* sive *cassia*, aromatis genus cinnamomo simile, sed minus grave et odoratum, dictum a fistulis scissis, v. Dioscor. 1, 12. Theophr. hist. plant. 9, 5. Celsii Hierob. II, 186. Cf. קְצִיעָה.

קְדוּמִים m. plur. non reperitur nisi Iud. 5, 21: נַחַל קְדוּמִים vel *torrens vetustatis* (antiquitus nobilis), ut LXX. Vatic. χειμάῤῥους ἀρχαίων. Targ. rivus in quo facta sunt Israëli signa et fortia facta ab antiquis; vel *torrens pugnarum*, h. e. fortis, audax, Israëlitarum in pugnando socius. Cf. קָדַם no. 3 et arab. قَدُمَ audax, fortis fuit.

קָדוֹשׁ et **קָדֹשׁ** adj. *sanctus*, ἅγιος, ἁγνός pr. *purus*, *mundus*, immunis a vitiorum, idololatriae, aliarumque rerum immundarum et profanarum sordibus. In constituenda propria huius vc. notione loci classici sunt Lev. 11, 43, ubi post legem de cibis immundis vitandis pergitur: *ne talibus polluamini, ne immundi fiatis.* 44: ..... וִהְיִיתֶם קְדֹשִׁים כִּי קָדוֹשׁ אָנִי *et sancti* (mundi) *estote, nam ego sanctus.* Comm. 45. 19, 2 et 20, 26 ubi eadem formula: *sancti estote, nam ego sanctus*, ponitur ab initio et fine sectiunculae (cap. 19. 20) leges varias contra stupra, adulteria, incestum, idololatriam aliaque vitia graviora continentis. Deut. 23, 15 legi de castris a sordibus humanis purgandis additur: *nam Jehova ambulat in castris tuis* ..... וְהָיָה מַחֲנֶיךָ קָדוֹשׁ *et sancta* (munda) *sint castra tua, ne videat* (Deus) *turpe quiddam et recedat a te.* Tribuitur, sed notione paululum diversa, a) Deo, ab omnis generis impuritate (et physica et ethica) abhorrenti v. Lev. l. l. c. c., recti verique vindici Ps. 22, 4 (cf. Comm. 2. 3). Jes. 6, 3 (cf. Comm. 5 sqq.), quem homines timent et reverentur Ps. 99, 3. 9. 111, 9 (ubi copulatur cum נוֹרָא). Passim hic קָדוֹשׁ κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur Iob. 6, 10. Jes. 40, 25. Hab. 3, 3, et saepius etiam קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל numen sanctum Israëlitarum, max. apud Jesaiam 1, 4. 5, 19. 24. 10, 17. 21. 12, 6. 17, 7. 29, 19. 23.

30, 11. 12. 15. 41, 14. 16. 20. 43, 3. 14. 45, 11. 47, 4. 48, 17 cet. rarius alibi Ps. 78, 41. 89, 19. b) sacerdotibus, sq. dat. numinis, ut Lev. 21, 6: קְדֹשִׁים יִהְיוּ לֵאלֹהֵיהֶם: *sancti* (i. e. mundi, puri) *sint coram deo suo, neque polluant* cet. Comm. 7. Ps. 106, 16: *Aharon* קְדוֹשׁ יְהוָֹה *Jehovae sacer.* It. sq. dat. reliquorum hominum, quibus sacer esse debet sacerdos Comm. 8. De Nasiraeo Num. 6, 5. — Dicitur c) de hominibus piis, qui a scelerum sordibus (quantum fieri potest ab homine peccatore) puri sunt Jes. 4, 3, inde de populo Israëlitico, qui a quavis impuritate abstinere debet Lev. 11, 43—45. 19, 2 (v. supra). Deut. 7, 6 (cf. Comm. 5), sq. dat. (Jehovae sacer) 14, 2. 21. 26, 19. — d) de locis *sacris* Ex. 29, 31. Lev. 6, 9. 19 cet. de diebus Deo sacris (addito לֵאלֹהִים) Neh. 8, 10. 11. Inde קָדוֹשׁ sanctum, sacrarium Jes. 57, 15. Ps. 46, 5: קְדוֹשׁ מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן: *sanctissima habitationum Supremi.*

Pl. קְדוֹשִׁים 1) singulariter (pl. maiest.) *Sanctissimus*, de Jehova Hos. 12, 1. Jos. 24, 19. Prov. 9, 10. 30, 3. — 2) pluraliter *sancti*, h. e. a) *angeli*, max. apud recentiores scriptores (v. קַדִּישׁ). Dan. 8, 13. Iob. 5, 1. 15, 15. Zach. 14, 5. Ps. 89, 6. 8, fort. Deut. 33, 3. b) *pii* Dei cultores Ps. 16, 3. 34, 10. Deut. 33, 3, spec. Judaei (v. קַדִּישׁ) Dan. 8, 24.

קָדַח 1) *accendit* ignem. (Arab. قدح ignem excussit. Eiusdem stirpis esse videtur atque כָּדַר). Jer. 17, 4. Jes. 50, 11. 64, 1. — 2) *accensus est, exarsit* Deut. 32, 22. Jer. 15, 14.

Derivv. אֶקְדָּח et

קַדַּחַת f. *febris ardens*, Lev. 26, 16. Deut. 28, 22.

קָדִים m. 1) *pars antica, adversa.* Hab. 1, 9: קָדִימָה *in adversum, prorsus* (vorwärts). — 2) *oriens, plaga coeli orientalis* i. q. קֶדֶם, Ez. 47, 18. 48, 1. (Cf. אָחוֹר no. 2). Inde poët. pro pleniore רוּחַ קָדִים *ventus orientalis*, in Asia occidentali maribusque vicinis longe vehementissimus Ps. 48, 8. Iob. 27, 21. Jes. 27, 8. Jerem. 18, 17, Ezech. 27, 26, segetes plantasque adurens Gen. 41, 6. 23. Jon. 4, 8. Metaph. i. q. רוּחַ de re inani simulque perniciosa Hos. 12, 2. Iob. 15, 2.

קַדִּישׁ chald. adj. i. q. hebr. קָדוֹשׁ *sanctus* a) de Deo diisque. אֱלָהִין קַדִּישִׁין *dii sancti*, Dan. 4, 5. 6. 15, 11. b) de angelis. Dan. 4, 10: עִיר וְקַדִּישׁ *vigil* (angelus) isque *sanctus.* Plur. קַדִּישִׁין sancti i. e. angeli. 4, 14 (17). (V. קְדוֹשִׁים no. 2, a). c) de Judaeis Dan. 7, 21, plene קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין qui Supremo sacri sunt Dan. 7, 18. 22. 25, cf. 3 Esr. 8, 70: *τὸ σπέρμα τὸ ἅγιον.*

קָדַם in Kal inusit. Arab. قدم praeivit, prior fuit, med. Damm. praecessit tempore, antiquus fuit.

Pi. קִדֵּם 1) *praecessit, praeivit* Ps. 68, 26. Sq. acc. pers. 89, 15. (Arab. قَدَّمَ id.). — 2) *antevertit* alicui, *occupavit* (*φθάνειν*), sq. acc. Ps. 17, 13. 119, 148: קִדְּמוּ עֵינַי אַשְׁמֻרוֹת *antevertunt oculi mei vigiliis noctis* i. e. expergiscor priusquam decedunt vigiliae nocturnae. Absol. Jon. 4, 2: *ideo* קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ *praeveni* (periculum mihi imminens) *fugiendo Tartessum.*

Inde: *prius fecit* (arab. قَدَّمَ), et *mature, mane fecit* (chald. קַדֵּם, ܩܕܡ pro hebr. הִשְׁכִּים). Ps. 119, 147: קִדַּמְתִּי בַנֶּשֶׁף *mane surgo in diluculo.* Al. anteverto in diluculo sc. ipsum diluculum: duriuscule. Inde 3) subito et inexspectato *irruit* Ps. 18, 6. 19. 4) *obviam venit, occurrit* alicui, sq. acc. pers., impr. auxilium laturus i. q. *succurrit* Ps. 59, 11. 79, 8.

Iob. 3, 12, aliter Jes. 37, 33: לֹא יְקַדְּמֶנָּה מָגֵן *non occurret ei* (urbi) *scutum*, non obvertetur. Iob. 30, 27. Sq. בְּ rei, *obviam tulit* aliquid Ps. 95, 2, inde *succurrit alicui* aliqua re (v. בְּ C, 1, a) Deut. 23, 5. Mich. 6, 6. Neh. 13, 2, sq. dupl. acc. Ps. 21, 4.

Hiph. 1) *antevertit* alicui officiis praestandis, beneficio prius praestito alium debitorem fecit (cf. قَدَّمَ de tali beneficio, v. Schult. ad Iob. pag. 1183) Iob. 41, 3. — 2) i. q. Pi. no. 3 *irruit* (calamitas) Am. 9, 10, sq. בַּעַד.

Derivv. קֶדֶם — קַדְמִיאֵל, קְדוּמִים, קָדִים.

קֶדֶם m. 1) pr. *id quod ante est*, adv. *ante* Ps. 139, 5. Hinc 2) *oriens*, *plaga orientalis* (cf. אָחוֹר) Iob. 23, 8. מִקֶּדֶם ab oriente Gen. 2, 8. 12, 8. מִקֶּדֶם לְ praep. ab oriente alic. loci 3, 24. Num. 34, 11. Jos. 7, 2. Iud. 8, 11. בְּנֵי קֶדֶם *filii Orientis* sunt incolae Arabiae desertae, quae ab oriente Palaestinae ad Euphraten protenditur, hodie بَدِيَةُ الشَّام desertum Syriae dicta Iob. 1, 3. Jes. 11, 14. Jer. 49, 28. Ez. 25, 4. 1 Reg. 5, 10. Iud. 6, 3 sqq., inde אֶרֶץ קֶדֶם Gen. 25, 6 et אֶרֶץ בְּנֵי קֶדֶם 29, 1 de Arabia deserta, הַר־הַקֶּדֶם montes Arabiae Gen. 10, 29 (v. s. v. מֵשָׁא). Passim קֶדֶם etiam *Mesopotamiam* et *Babyloniam* comprehendit Num. 23, 7 et Jes. 2, 6: מָלְאוּ מִקֶּדֶם *repleti sunt oriente* i. e. superstitionibus et praestigiis ex Oriente s. ex Babylonia advectis. — 3) de tempore, *priscum tempus*, poët. i. q. עוֹלָם no. 1. (Arab. قِدَم priscum tempus, قِدْمًا olim, antiquitus). Ps. 44, 2. Jes. 23, 7. מִקֶּדֶם a prisco inde tempore, antiquitus Ps. 74, 12. 77, 6. 12. מַלְכֵי קֶדֶם reges prisci Jes. 19, 11, יְמֵי קֶדֶם tempora prisca Ps. 44, 2. Adeoque de aeternitate, ea certe, quae initio caret, v. c. אֱלֹהֵי קֶדֶם Deut. 33, 27, יֹשֵׁב קֶדֶם qui solio insidet ab aeterno Ps. 55, 20. Usurpatur etiam a) adverbialiter pro: *olim* Jerem. 30, 20. Thren. 5, 21, i. q. לְפָנִים, מִלְּפָנִים, b) abit in praep. *ante* Prov. 8, 22. — Pl. cstr. קַדְמֵי *primordia* Prov. 8, 23.

קֵדֶם id., unde קֵדְמָה orientem versus Gen. 25, 6. Ex. 27, 13.

קֳדָם, **קֳדָם** chald. pr. pars anterior (arab. قُدَّام), inde abit in Praep. 1) *ante*, *coram* i. q. hebr. לִפְנֵי Dan. 2, 9. 10. 11. 3, 13 et saepe, de tempore 7, 7. Adduntur Suffixa formae plur., ut קֳדָמַיִךְ 5, 23, קֳדָמוֹהִי 4, 5, קֳדָמֵיהוֹן 4, 4 (cf. syr. ܩܕܡܘܗܝ). מִן־קֳדָם respondet hebr. מִפְּנֵי, מֵעִם, et ponitur post verba accipiendi, iubendi Dan. 2, 6. 15. 6, 27. 5, 24: *extensa est manus* מִן קֳדָמַי *ex adverso mei*, von gegen mir über her.

קַדְמָה f. *origo*. Jes. 23, 7: מִימֵי קֶדֶם קַדְמָתָהּ *ex diebus priscis* repetenda *origo eius* (Tyri urbis); *status prior*, *pristinus* Ez. 16, 55. St. constr. abit in praepos. et omisso אֲשֶׁר in Conj. *antequam* Ps. 129, 6.

קַדְמָה chald. *tempus prius*, inde מִקַּדְמַת־דְּנָה מִן־קַדְמַת דְּנָה Dan. 6, 11, דְּנָא Esr. 5, 11 *antehac*.

קֵדְמָה (orientem versus) n. pr. filii Ismaëlis Gen. 25, 15.

קִדְמָה i. q. קֶדֶם no. 1. 2, tantum in st. cstr. *ab oriente* loci Gen. 2, 14 (cf. אַשּׁוּר). 4, 16. 1 Sam. 13, 5. Ez. 39, 11.

קַדְמוֹן f. ־ָה adj. (a קֶדֶם) *orientalis* Ez. 47, 8.

קְדֵמוֹת (origines) n. pr. oppidi Rubenitarum Jos. 13, 18. 21, 37. 1 Chr. 6, 64, cum deserto vicino cognomini Deut. 2, 26.

קַדְמֹנִי m. —ית f. adj. 1) *anterior* Ez. 10, 19. 11, 1, inde 2) *orientalis.* הַיָּם הַקַּדְמֹנִי mare orientale, h. e. mare mortuum, opp. occidentali i. e. mediterraneo. Ez. 47, 18. Joël. 2, 20. — 3) *priscus, antiquus.* Ez. 38, 17. Plur. קַדְמֹנִים *maiores* natu (inter aequales) Iob. 18, 20. Sing. collect. 1 Sam. 24, 14: מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי *proverbium maiorum.* Plur. f. קַדְמֹנִיּוֹת *antiqua, priora,* praeterita. Jes. 43, 18. — 4) n. pr. gentis Cananaeae Gen. 15, 19.

קַדְמַי chald. *primus.* Pl. Dan. 7, 4. Fem. st. emphat. קַדְמָיְתָא 7, 4. Pl. קַדְמָיָתָא 7, 8.

קַדְמִיאֵל (qui *coram Deo* est i. e. minister Dei) n. pr. m. Esr. 2, 40. 3, 9. Neh. 7, 43. 9, 4. 10, 10. 12, 8.

קָדְקֹד m. c. Suff. קָדְקֳדוֹ Iob. 2, 7. et קָדְקֳדוֹ Ps. 7, 17 (ubi tamen alii libri קָדְקֻדוֹ) *vertex capitis* (dictus a capillo ibi diviso et discriminato, cf. germ. Scheitel, die Haare scheiteln, rad. קָדַד no. 1) Gen. 49, 26. Deut. 33, 16; plene קָדְקֹד שֵׂעָר vertex capilli Ps. 68, 22. Arab. مقذ pars capitis a vertice ad cervicem usque.

קָדַר 1) *sordidus, turbidus fuit,* de torrentibus Iob. 6, 16; hinc *sordidis vestibus incessit* more lugentium Iob. 5, 11. Jerem. 14, 2. Part. קֹדֵר Ps. 35, 14. 38, 7. 42, 10. (Arab. قَذِرَ, قَذُرَ squalidus fuit, et كَدِرَ turbidus, turbulentus fuit. Cf. כָּדַר). — 2) *pullo, subnigro colore fuit,* ut de cute sole adusta Iob. 30, 28; *obscuratus est* dies, sol, luna Jer. 4, 28. Joël 2, 10. 4, 15. Mich. 3, 6.

Hiph. 1) *lugere fecit.* Ez. 31, 15. 2) *obscuravit* (solem, stellas). Ez. 32, 7. 8.

Hithp. obscuratum est (coelum) 1 Reg. 18, 45.

Derivv. קֵדָר — קְדֹרַנִּית.

קֵדָר (cutis nigra, nigrae cutis homo l. homines) n. pr. filii Ismaëlis Gen. 25, 13, tribus arabicae ab eo oriundae Cant. 1, 5. Jes. 42, 11 (ubi copulatur c. fem.) 60, 7. Jer. 49, 28. Ez. 27, 21, quae plenius בְּנֵי קֵדָר Jes. 21, 17, Plinio (H. N. 5, 11) *Cedrei* appellatur. Rabbini omnes omnino Arabes hoc nomine appellant, unde לשון קדר rabbin. de lingua arabica.

קִדְרוֹן (turbidus, cf. Iob. 6, 16) n. pr. torrentis cum valle cognomine inter Hierosolyma et montem olivarum fluentis, qui in mare mortuum effunditur 2 Sam. 15, 23. 1 Reg. 2, 37. 15, 13. 2 Reg. 23, 4. Jer. 31, 40.

קַדְרוּת f. *obscuritas* (coeli), *tenebrae* Jes. 50, 3.

קְדֹרַנִּית adv. *habitu lugubri* Mal. 3, 14.

קָדַשׁ et קָדֵשׁ (Num. 17, 2) fut. יִקְדַּשׁ 1) *purus, mundus fuit,* pr. de puritate et munditie physica (v. Hithpa. no. 1 et adj. קָדוֹשׁ); inde 2) *sanctus, sacer fuit* (in omnibus linguis cognatis, arab. قَدُسَ id.), a) de homine, qui numini cuidam se addixit et propterea profano vulgo se sanctiorem habet. Jes. 65, 5: קְדַשְׁתִּיךָ *sanctus sum tibi* pro קָדַשְׁתִּי לָךְ; de his qui rerum sacrarum contactu consecrati erant Exod. 29, 37. 30, 29. Levit. 6, 11. 20. b) de rebus, quae sacro cultui destinatae Num. 17, 2. 3. Ex. 29, 21, vel quae sacrorum contactu consecratae 1 Sam. 21, 6. Hagg. 2, 12, vel fisco sacro addictae erant Deut. 22, 9.

Niph. 1) *sanctus habitus est,* sancte cultus est (Deus), sq. בְּ Lev. 10, 3. 22, 32, it. *sanctum se praestitit* in aliquo vel beneficiis ornando Ez. 20, 41. 28, 25. 36, 23.

38, 16. 39, 27, vel poenis profligando Ez. 28, 22. Num. 20, 13, cf. Jes. 5, 16. — 2) *consecratus est* (de tentorio sacro) Ex. 29, 43.

Pi. קִדֵּשׁ 1) *sanctum habuit* aliquem, ut Deum Deut. 32, 51, sacerdotem Lev. 21, 8, sabbatum Ex. 20, 8. — 2) *sanctum declaravit* (Deus) v. c. sabbatum Gen. 2, 3, populum Levit. 20, 8. 21, 8. it. *rem sacram instituit*, ut ieiunium Joël 1, 14. 2, 15 (cui respondet קָרָא), panegyrin 2 Reg. 10, 20. — 3) *consecravit*, sacerdotem Ex. 28, 41. 29, 1. 1 Sam. 7, 1, altare, templum Exod. 29, 36. 1 Reg. 8, 64. populum Israëliticum Ex. 19, 10. 14, Jos. 7, 13, aedificium perfectum Neh. 3, 1, montem (a profanis eum separando) Ex. 19, 23. Inde *ritibus sacris inauguravit*, ut sacrificium Ex. 13, 2, milites ad pugnam Jer. 51, 27. Cf. Hiph. קִדֵּשׁ מִלְחָמָה bellum consecravit, inauguravit (ritibus sacris), cf. Ps. 110, 3. 1 Sam. 7, 9. 10. Joël 4, 9. Jer. 6, 4. Mich. 3, 5.

Pu. part. *consecratus*, de sacerdotibus rebusque sacris Ez. 48, 11. 2 Par. 26, 18. 31, 6. — Jes. 13, 3: מְקֻדָּשַׁי *sacrati mei*, i. e. milites, quos ipse ad bellum inauguravi, cf. Jer. 51, 27.

Hiph. 1) i. q. *Pi.* no. 1. Jes. 8, 13. 29, 23. Num. 20, 12. 2) i. q. Pi. no. 2 *sanctum declaravit* aliquem Jer. 1, 5. 1 Reg. 9, 3. 3) i. q. Pi. no. 3 *Deo consecravit* Lev. 27, 14 sqq. Iud. 17, 3. 2 Sam. 8, 11.

Hithp. 1) *purgavit, mundavit se* (lotionibus sacris et lustrationibus). 2 Sam. 11, 4: וְהִיא מִתְקַדֶּשֶׁת מִטֻּמְאָתָהּ *illa autem purgavit se ab immunditie sua.* Exod. 19, 22. 2 Chr. 5, 11. 29, 15, cf. Kal no. 1. — 2) *sanctum se praestitit* Ex. 38, 23. — 3) *celebratum est* festum Jes. 30, 29.

Derivv. קָדֵשׁ, קָדֵשׁ, קֹדֶשׁ, קִדּוּשׁ, מִקְדָּשׁ, קָדוֹשׁ.

קָדֵשׁ m. 1) *puer mollis, cinaedus*, pr. *consecratus* sc. Astartae s. Veneri, et in eius honorem pudicitiam prostituens. Deut. 23, 18. 1 Reg. 14, 24. 15, 12. 22, 47. Iob. 36, 14. Fem. קְדֵשָׁה (Veneri) consecrata, inde *meretrix* Gen. 38, 21. 22. Deut. 23, 18. Hos. 4, 14. De cultu libidinoso Veneris apud Syros et Babylonios v. Lucian. de dea Syra, cf. Num. 25, 1 sqq.

2) קָדֵשׁ Gen. 14, 7. 16, 14, et plene קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Num. 34, 4. Deut. 1, 2. 19. 2, 14 n. pr. oppidi in deserto ab austro Palaestinae, v. Relandi Palaestina p. 114. Hinc מִדְבַּר קָדֵשׁ Ps. 29, 8.

קֶדֶשׁ (sacrarium) n. pr. 1) oppidi in regione australi tribus Judae Jos. 15, 23. — 2) alius in agro Naphtalitarum Jos. 12, 22. 19, 37. 21, 32. Iud. 4, 6. 1 Chr. 6, 61, c. He parag. קֶדְשָׁה Iud. 4, 9 et קֶדְשָׁה 4, 10. — 3) oppidi Issacharitarum 1 Chr. 6, 57, quod etiam קִשְׁיוֹן vocatur Jos. 19, 20. 21, 28.

קֹדֶשׁ semel קוֹדֶשׁ Dan. 11, 30, c. Suff. קָדְשִׁי, plur. קֳדָשִׁים (lege *kŏdaschim*), c. art. et praeff. הַקֳּדָשִׁים, לַקֳּדָשִׁים Lev. 22, 4, בַּקֳּדָשִׁים Neh. 10, 34, sed c. Suff. קָדָשַׁי Ez. 22, 8, קֳדָשָׁיו 2 Chr. 15, 18 (cf. Ewald. gramm. crit. pag. 335), et קֳדָשָׁיו Num. 5, 10 m. 1) *sanctitas*, Ps. 60, 8. 89, 36. Am. 4, 2. Saepe alii nomini in genit. additum est adiectivi loco, ut שֵׁם קָדְשִׁי nomen meum sanctum Lev. 20, 3. 22, 2, הַר קָדְשִׁי Ps. 2, 6. Jes. 11, 9, שֶׁמֶן קָדְשִׁי Ps. 89, 21, בִּגְדֵי קֹדֶשׁ vestes sacrae Ex. 28, 2. 4, רוּחַ קָדְשְׁךָ *spiritus tuus sanctus* Ps. 51, 13. אַבְנֵי קֹדֶשׁ Thren. 4, 1 gemmae sanctae, imago nobiliorum populi, cum allusione ad pectorale summi sacerdotis. — 2) concr. *sacrum, res sacra.* Levit. 12, 4. 21, 6: וְהָיוּ קֹדֶשׁ *et* (sacerdotes) *sint sacri* Jer. 2, 3; *res Deo consecrata*, max. in pl. הַקֳּדָשִׁים Levit. 21, 22. 22, 2. 3. 15. כֶּסֶף הַקֳּדָשִׁים

argentum templo consecratum 1 Chr. 26, 20.

3) *sacrarium*, de tabernaculo sacro Exod. 28, 43. 29, 30. 35, 19. 39, 1, et templo Ps. 20, 3. Dan. 8, 14, spec. de nave templi alibi הֵיכָל dicta 1 Reg. 8, 8. 2 Chr. 29, 7, semel de adyto pro קֹדֶשׁ קָדָשִׁים Ez. 41, 23.

קֹדֶשׁ קָדָשִׁים a) *res sanctissima*, ut ara, vasa sacra, oblationes sacrae al. Ex. 29, 37. Plur. קָדְשֵׁי הַקֳּדָשִׁים id. Lev. 21, 22. 2 Par. 31, 14. Ez. 42, 13. 44, 13. b) *adytum templi* i. q. דְּבִיר Ex. 26, 33, 34, plene בֵּית קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים 2 Chr. 3, 8. 10.

קָהָה (cogn. verbo כָּהָה) *hebes factus est* (de dentibus) Jer. 31, 29. 30. Ez. 18, 2.

Pi. קֵהָה id. intrans. (de ferro) Eccl. 10, 10.

Deriv. n. pr. קְהָת.

קָהַל in Kal inusit. prob. *vocavit, convocavit* (vic. radici קוֹל).

Hiph. convocavit, congregavit, populum Num. 8, 9. 10, 7. 20, 8, iudicium Iob. 11, 10.

Niph. congregatus est, congregavit se (populus) Num. 16, 3 cet.

Derivv. מַקְהֵלִים, מַקְהֵלוֹת et quattuor nomina sequentia.

קָהָל m. *congregatio, coetus*, ut קְהַל עַמִּים Gen. 35, 11 et קְהַל גּוֹיִם 28, 3. 48, 4 coetus, turba gentium. Impr. *concio* populi Israëlitici, quae plene vocatur קְהַל יִשְׂרָאֵל Deut. 31, 30, קְהַל יְהוָה Num. 16, 3. 20, 4, קְהַל הָאֱלֹהִים Neh. 13, 1, et *κατ' ἐξοχὴν* הַקָּהָל Exod. 16, 3. Lev. 4, 13.

קְהֵלָה (concio) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 12.

קְהִלָּה f. *concio* Deut. 33, 4. Neh. 5, 7.

קֹהֶלֶת *Koheleth*, n. pr. quo Salomo significatur in libro, cui hoc nomen inscriptum est, ut plurimum gen. masc. et sine articulo (Eccl. 1, 1. 2. 12, 9. 10), c. art. 12, 8 (v. Lgb. pag. 656. 657), semel fem. 7, 27, propter terminationem fem., quae in nominibus munera designantibus (v. פֶּחָה, כְּנָת, خَلِيفَةٌ, Lgb. p. 468. 469. 878. 879), et in nominibus propriis virorum in recentiore Hebraismo (vide סֹפֶרֶת, פֹּכֶרֶת) haud rara est. Quod ad significationem attinet, mihi unice vera videtur antiquissima interpretatio Alex. et Vulg. interpretis: *ἐκκλησιαστής, ecclesiastes* i. e. *concionator*, pro concione verba faciens et de rebus humanis disputans i. q. בַּעַל אֲסֻפָּה 12, 9, pr. congregans; nisi mavis concionatoris vel oratoris significatum a primaria vocandi et loquendi potestate ducere (קָהַל = קוֹל, قال). Symm. *παροιμιαστὴν* reddit i. e. proverbiorum collectorem, sed קָהַל nunquam de rebus colligendis usurpatur. Alias sententias parum probabiles dederunt et diiudicarunt Bochartus, Hieroz. T. I, p. 88. Jahn, Einleit. in das A. T. T. 2, p. 828. Rosenmüller, Scholiis P. IX Vol. II §. 1.

קָהַת rad. dubiae auctoritatis. Semel legitur in cod. Samarit. Gen. 49, 10: ולו יקהתו עמים Chald. Sam. *et ad eum congregantur gentes.* Videtur igitur idem valuisse atque קָהָא congregavit. Inde

קְהָת (concio) n. pr. filii Levi Gen. 46, 11. Ex. 6, 16, unde patron. קְהָתִי Num. 3, 27. Jos. 21, 4.

קַו et **קָו** c. Suff. קַוָּם (pro קַוֶּה, a rad. קָוָה q. v.) 1) *funis, funiculus* (arab. قُوَّةٌ) 1 Reg. 7, 23, spec. a) *funis mensorius* Ez. 47, 3. נָטָה קַו עַל extendit funem mensorium ad aliquid metiendum Iob. 38, 5.

Jes. 44, 13, max. rem aedificandam Iob. l. c. Zach. 1, 16, destruendam Thren. 2, 8. 2 Reg. 21, 13, cf. Jes. 34, 11. Inde metaph. *norma*, *lex* Jes. 28, 10. קַו לָקָו קַו לָקָו *legem legi*, *legem legi* addunt, cf. s. v. צַו. b) *chorda* citharae, deinde *sonus*. Ps. 19, 5. LXX. φθόγγος. Symm. ἦχος.

2) *robur, vis*, arab. قُوَّة, v. rad. no. 2. Jes. 18, 2: גּוֹי קַו־קָו *gens robustissima*. Iteratio vim auget.

קוֹא *evomere*. (Arab. med. Je id. Litteris sensim magis magisque extenuatis ortum videtur ex onomatopoët. קוּץ, קוּט, cui olim fortasse accedebat קוּעַ, cf. ad litt. ע pag. 726). Metaph. Lev. 18, 28: *terra vos evomet*, eiiciet.

Hiph. id. Prov. 23, 8. Translate Lev. 18, 28. Iob. 20, 15 (ad quem l. cf. Cic. in Pis. 37: devoratam pecuniam evomere).

Derivv. קֵא, קָאָה, קִיא.

קוֹבַע in Pausa Ez. 23, 24 (Milra), cstr. קוֹבַע (Milêl) 1 Sam. 17, 38 i. q. כּוֹבַע *galea*, ubi vide, quae de forma et tono etiam huius vc. disputavimus. Rad. קָבַע no. 1.

קָוָה 1) pr., ut arab. قَوِىَ *torsit*, *ligavit*, unde قُوَّة funiculus, hebr. קַו et תִּקְוָה. Inde 2) *robore valuit*, *robustus fuit* (notio enim adstringendi, ligandi refertur ad robur. V. חוּל, חָזַק no. 3, adde nostr. *Stränge* i. e. funes, *strenge*, et *anstrengen*, quae omnia ab adstringendo ducta sunt). Inde קַו no. 2. — 3) *exspectavit*, *praestolatus est* (fort. a durando, manendo, quod prope abest a notione roboris, cf. חוּל no. 7) c. acc. Part. Kal קֹוֶה Ps. 25, 3. 37, 9. 69, 7, v. Pi.

Pi. קִוָּה i. q. Kal no. 3 *exspectavit* aliquid, sq. acc. Iob. 30, 26, אֶל Ps. 27, 14. 37, 34, לְ Jer. 8, 15. 14, 19. Spec. a) קִוָּה אֶת־יְהוָֹה Ps. 25, 5. 39, 8. 40, 2, קִ׳ לַיהוָֹה Prov. 20, 22, אֶל יְיָ Ps. 27, 14. 37, 34 exspectavit Jehovam i. e. auxilium eius, spem in eo collocavit. b) *insidiatus est* alicui, sq. dat. Ps. 119, 95, accus. (נֶפֶשׁ) 56, 7.

Niph. congregari (pr. se invicem exspectare, v. Pi., vel, ut alii volunt, conglomerari v. Kal no. I) de gentibus Jer. 3, 17, aquis Gen. 1, 9.

Derivv. קַו, מִקְוֶה, מִקְוָה, תִּקְוָה et

קָוֶה 1 Reg. 7, 23 Cheth. pro קַו.

קוֹחַ Jes. 61, 1 v. פְּקַחְקוֹחַ.

I. **קוּט** i. q. קוּץ et נָקַט *fastidire* sq. בְּ rei. Praet. Ez. 16, 47. Fut. יָקוּט Ps. 95, 10.

Niph. id., sq. בִּפְנֵי Ez. 20, 43. 36, 31. Semel נָקֹטוּ, pro נָקֹטוּ 6, 9.

Hithpal. הִתְקוֹטֵט id. Ps. 119, 158, sq. בְּ 139, 21.

II. **קוּט** sive **קוֹט** i. q. arab. قَطَّ *praecidi, abscindi*. Iob. 8, 14: אֲשֶׁר יָקוֹט כִּסְלוֹ *cuius spes abscinditur*.

קוֹל rad. inusit., quae haud dubie *vocandi* potestatem habebat. (Arab. قَالَ dixit. Congruunt sanscr. *kal* sonare, gr. καλέω cf. κέλομαι, κελεύω, lat. *calo*, *calare* unde *calendae*, angl. *to call*. Vicinum videtur קָהַל q. v.). Inde

קוֹל m. plur. קוֹלוֹת et קֹלֹת 1) *vox*, tum animalium Iob. 4, 10, tum hominum, et loquentium Gen. 27, 22, et clamantium, jubilantium et plorantium (v. נָשָׂא קוֹל p. 689 B), tum denique Dei vel loquentis Gen. 3, 8. 10, vel tonantis, unde קוֹל יְהוָֹה saepe de tonitru Ps. 29, 3 sqq. — בְּקוֹל גָּדוֹל Gen. 39, 14 et in acc. קוֹל גָּדוֹל Ez. 11, 13. Esr. 10, 12 *alta voce*. קוֹל אֶחָד Ex. 24, 3 una voce. קוֹלִי (plena) mea voce.

Ps. 3, 5. 142, 2. Spec. nota formulas: a) נָתַן קוֹל edidit vocem Gen. 45, 2. Ps. 104, 12, de Jehova: *tonuit* Ps. 77, 18. Sq. לְ *vocavit* Prov. 2, 3, נָתַן קוֹל בְּ *proclamavit in* aliqua terra 2 Chr. 24, 9. b) נָתַן בְּקוֹל pr. edidit (aliquid) voce i. q. antecedens (cf. פֵּרַשׂ בְּיָדַיִם pag. 843 B et quae ibi contulimus) Jer. 12, 8, de tonitru Ps. 46, 7. 68, 34. c) שָׁמַע בְּקוֹל v. שָׁמַע. — Passim קוֹל ellipt. ponitur pro: *vox* sc. auditur Jes. 13, 4. 52, 8. 66, 6. Jer. 50, 28. Iob. 39, 24. — 2) *rumor* Gen. 45, 16. Jerem. 3, 9. — 3) de rebus inanimatis, *sonus*, *strepitus*, ut aquae, pluviae, turbae gentium 2 Sam. 15, 10. Ez. 1, 24. Jes. 13, 4. 33, 3. בְּקוֹל גָּדוֹל 29, 6 magno strepitu.

קוֹלָיָה (prob. i. q. קוֹלְיָהּ vox Jehovae) n. pr. m. 1) Jerem. 29, 21. 2) Neh. 11, 7.

קוּם fut. יָקוּם, apoc. יָקֹם, וַיָּקָם, praet. semel more arab. קָאם Hos. 10, 14 1) *surgere* (arab. قَامَ, syr. ܩܳܡ id.), de sella, de lecto Gen. 19, 1. 23, 3. Levit. 19, 32 cet. Passim, quae orientalium in talibus est verbositas, pleon. praemittitur verbis eundi, progrediendi, et aliquid cum impetu aggrediendi. Gen. 22, 3: וַיָּקָם וַיֵּלֶךְ *surrexit et ivit*. Iob. 1, 20: *surrexit et laceravit vestes*. 2 Sam. 13, 31. 1 Sam. 24, 5 (v. Schult. ad Iob. l. c.). Imp. קוּמָה *surge!* saepe excitantis est, maxime Jehovam ut auxilium ferat Num. 10, 35. Ps. 3, 8. 7, 7. 9, 20. 17, 13 cf. 68, 2, c. dativo pleon. קוּמִי לָךְ Cant. 2, 10. Spec. est a) *surgere adversus* aliquem, sq. עַל Ps. 3, 2. 54, 5. 86, 14. Jes. 31, 2, אֶל Gen. 4, 8, it. testem surgere contra aliquem sq. בְּ Ps. 27, 12. Iob. 16, 8 (cf. עָנָה בְּ). In participio c. suffixis, ut קָמַי surgentes adversus me Ps. 18, 40, קָמָיו Deut. 33, 11. Cf. קִים. b) *existere, prodire*, de luce Iob. 25, 3, de stella Num. 24, 17, de vita cum meridie comparata Iob. 11, 17, de rege, propheta nascente (auftreten) Ex. 1, 8. Deut. 34, 10, de tempore oriente (aufkommen) Gen. 41, 30. c) *crescere, adolescere*, de iuventute Ps. 78, 6, inde *opibus crescere, efflorescere* Prov. 28, 12.

2) *stare* i. q. עָמַד no. 1. 2 a) sq. לִפְנֵי *consistere* coram al., ei *resistere* Jos. 7, 13. b) *persistere* (bestehn), *manere, durare* Iob. 15, 29. Am. 7, 2. 5. 1 Sam. 24, 21. 13, 14 (cf. תְּקוּמָה); sq. לְ *manere* alicui Lev. 25, 30, sq. עַל in aliqua re *perseverare* (auf etwas bestehn) Jes. 32, 8. c) *ratum fieri*, de emtione Gen. 23, 17. 20, de consilio capto Jes. 8, 10. 14, 24. Prov. 19, 21 (semel sq. לְ bene procedere alicui Iob. 22, 28), de praedictione i. q. בּוֹא no. 2, litt. e. Jer. 44, 28. 29, oppos. נָפַל no. 1, litt. h; *ratum esse, valere*, v. c. de testimonio Deut. 19, 15, voto Num. 30, 5 sq. d) auxilio *adesse* alicui sq. לְ Ps. 94, 16. (Arab. قام sq. لِ id.). e) קָמוּ עֵינָיו 1 Reg. 14, 4, cf. 1 Sam. 4, 15 *oculi stant*, de coeco dicitur, qui amaurosi laborat, cuius pupilla stat et solis luce non contrahitur.

3) ut sam. קעם *vivere*. V. Pi. no. 2 et nomen יְקוּם.

Pi. קִיֵּם (in serioribus maxime libris, ut aram. קַיֵּם, ܩܰܝܶܡ) 1) causat. Kal no. 2, vario nexu, a) *ratum fecit, confirmavit* Ruth 4, 7. Esth. 9, 29. 31 init., *eventu comprobavit* vaticinium Ez. 13, 6. b) sq. עַל *iniunxit* alicui aliquid, pr. *sanxit* aliquid alteri *imponendum* (cf. chald. קַיֵּם עַל iureiurando adegit aliquem). Esth. 9, 21. 31 med. Inde קִיֵּם עָלָיו in se suscepit, pr. sibimet ipsi iniunxit Esth. 9, 27. 31 fin. c) (iusiurandum) *praestitit* Ps. 119, 106. — 2) trans. Kal no. 3 *vivum servavit* Ps. 119, 28. (Saepius in Targg.).

Pil. קוֹמֵם 1) causat. Kal no. 1 *exstruxit*, *instauravit* v. c. ruinas Jes. 44, 26. 58, 12. 61, 4. — 2) intrans. *surrexit*. Mich. 2, 8: *dudum populus meus* לְאוֹיֵב יְקוֹמֵם *tanquam hostis insurrexit.* Vulg. *consurrexit.* Al. *dudum populus meus in hostem* sibi *erexit* sc. me, Deum.

Hiph. הֵקִים 1) causat. Kal no. 1 *surgere fecit*, a) *erexit*, *levavit* lapsum Deut. 22, 4, afflictum Iob. 4, 4. Ps. 41, 11. b) *statuit*, v. c. tentorium Exod. 26, 30, statuam Deut. 16, 22, altare 1 Reg. 16, 32, turres Jes. 23, 13; it. *restituit* tentorium collapsum Am. 9, 11, inde הָקִים שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל, הָקִים אֶרֶץ restituere terram, tribus Israëlis i. e. has instaurare Jes. 49, 6. 8. הֵקִים בְּרִית foedus iunxit (einen Bund errichten) Gen. 6, 18. 9, 11. 17, 7. c) *prodire*, *existere fecit*, *excitavit* aliquem, ut iudices Iud. 2, 18, prophetam Jer. 29, 15, sacerdotem 1 Sam. 2, 35, hostem Mich. 5, 4. Spec. הֵקִים שֵׁם לְ Deut. 25, 7. Ruth 4, 5. 10, et הֵקִים זֶרַע לְ Gen. 38, 8 *excitavit* alicui nomen, semen s. posteros, h. e. leviratu ei prolem paravit, quae nomen eius gereret.

2) *stare fecit* Ps. 40, 3 a) *constituit* aliquem regem Deut. 28, 36. b) *subsistere fecit*, cohibuit Ps. 107, 29. c) *ratum fecit* aliquid Num. 30, 14. 15, *praestitit* promissum 1 Sam. 1, 23, iusiurandum Gen. 26, 3.

Hoph. הוּקַם 1) *statutus*, *erectus est* Exod. 40, 17. 2) *constitutus est* 2 Sam. 23, 1. 3) *ratum factum est* Jer. 35, 14.

Hithp. הִתְקוֹמֵם *surrexit* hostili animo Ps. 17, 7, sq. לְ in aliquem Iob. 20, 27. Part. c. Suff. מִתְקוֹמְמִי adversarius meus Ps. 59, 2. Iob. 27, 7.

Derivv. יְקוּם, קוֹמְמִיּוּת, קוֹמָה, תְּקוּמָה, קָמָה, קִימָה, קִים, מָקוֹם, קָמוֹן, תְּקוֹמֵם, et nomm. pr. יָקִים.

קוּם chald. 1) *surgere* Dan. 3, 24, *prodire*, *exsistere* 2, 39. 7, 17. — 2) *stare* Dan. 3, 3. 7, 17, it. *durare*, *manere* 2, 44.

Pa. קַיֵּם *statuit*. קַיָּם קְיָם statuit statutum, mandatum dedit Dan. 6, 8.

Aph. הֲקִים, semel אֲקִים Dan. 3, 1. Plur. הֲקִימוּ, part. מְהָקִים, fut. יְהָקִים et יְקִים 1) *erexit*, *statuit*, v. c. statuam Dan. 3, 1 sq. — 2) *constituit* (regem) Esr. 6, 18, sq. עַל *praefecit* Dan. 4, 14. 6, 2. — *Hoph.* הֳקִים (more hebr.) *stetit* Dan. 7, 4.

Derivv. קְיָם, קַיָּם.

קוֹמָה f. 1) *statura* hominis, *proceritas*. 1 Sam. 16, 7. 28, 20: מְלֹא קוֹמָתוֹ *totus quantus erat*, tota corporis mole. Ez. 13, 18: כָּל־ קוֹמָה *omnis statura*, h. e. homines cuiusvis staturae. — 2) *altitudo* cedrorum Jes. 37, 24, navis Gen. 6, 15.

קוֹמְמִיּוּת adv. *erecto corpore*. Lev. 26, 13.

קוּן vel **קִין** in Kal inusit. prob. *cecinit*, arab. قَيْنَةٌ fidicina, cantrix, et quaevis ancilla (quod tamen a possidendi potestate esse possit, cf. قَيْنٌ servus, mancipium).

Pi. קוֹנֵן *cantum lugubrem cecinit* 2 Sam. 1, 17, sq. עַל et אֶל propter aliquem, aliquid 2 Sam. 3, 33. Ez. 27, 32.

Deriv. קִינָה.

קוֹס v. קָסַם.

קוּעַ rad. inusit., arab. قاع med. Waw, Conj. I. VIII. *ascendit femellam* camelus admissarius. Hinc

קוֹעַ Ez. 23, 23 pr., ut videtur, *admissarius*, dein translate *princeps* (ut recte Vulg. et Hebraei intpp.), metaphora Hebraeis et Arabibus trita, cf. עַתּוּד, et arabb. فَحْل, قَرِيع, قَرْم, quae camelum admissarium, eumque nobilioris indolis,

itemque principem notant. Paronomastice additum est שׁוֹעַ beatus, dives. Aliis שׁוֹעַ וְקוֹעַ sunt opposita, *proceres et humiles*, hoc a rad. ﻭﺿﻊ, cuius nonnulla derivata *humilem, ignobilem* significant.

קוּף rad. inusit., i. q. נָקַף no. 3 *circuire*, unde תְּקוּפָה circuitus.

קוֹף m. *simia* 1 Reg. 10, 22, sanscr. et malabar. *kapi* simia (pr. celer), indicae originis vc., unde gr. κῆπος, κῆβος, κεῖβος, quae vocc. de simiis max. cauda instructis frequentant.

קוּץ rad. inusit. i. q. קָצַץ *abscidit*, unde קְוֻצּוֹת.

I. קוּץ i. q. קוּט 1) *taedio habere* aliquid, *fastidire*. (Primariam censeo *vomendi* potestatem, ita ut onomatopoët. sit, sicut verbum german. consonum, cf. קוֹא). Sq. בְּ pers. Lev. 20, 23. Num. 21, 5. — 2) *timere*, sq. מִפְּנֵי Exod. 1, 12. Num. 22, 3. Jes. 7, 16, quae utraque significatio etiam coniuncta est in verbis ضَجِرَ, مَلَّ, קָנַט, et germ. *Grauen haben* vor etwas.

Hiph. הֵקִיץ *timore affecit* urbem h. e. oppugnavit eam Jes. 7, 6, cf. arab. ضجر Conj. III. timorem iniecit, oppugnavit.

II. קוּץ tantummodo in

Hiph. הֵקִיץ intrans. *expergefactus est* i. q. יָקַץ, e somno Ps. 3, 6. 73, 20, e sopore mortis Iob. 14, 12. Dan. 12, 2. Imp. הָקִיצָה i. q. עוּרָה expergiscere, surge (domine) Ps. 35, 23.

III. קוּץ 1) i. q. קָצַץ *secare, resecare*, inde קוֹץ spina, a secando, vulnerando dicta, et קַיִץ messis pr. resectio pomorum, aestas. Ab hoc nomine ductum est

2) *aestatem agere* (arab. قَاظَ med. Je id.). Jes. 18, 6. V. חָרַף no. 2.

קוֹץ m. 1) *spina* (a rad. קוּץ n. III), collect. *spinae*, *vepres* Gen. 3, 18. Jes. 32, 13. Pl. קוֹצִים Jer. 4, 3. — 2) n. pr. m. a) 1 Chron. 4, 8. b) addito art. הַקּוֹץ Esr. 2, 61. Neh. 3, 4. 21. 7, 63. 1 Chr. 24, 10.

קְוֻצּוֹת f. pl. *cincinni*, a praecidendo dicti Cant. 5, 2. 12. (Syr. ܩܘܨܬܐ id. Arab. قُصَّة antiae, capillus frontis. Cf. Schultens opp. min. p. 246). Rad. קָצַץ.

קוּר *fodere*, impr. puteum Jes. 37, 25. (Arab. قار med. Waw, excîdit e medio. Vicina sunt כּוּר q. v., נָקַר). Deriv. מָקוֹר.

Hiph. *promanare fecit* (aquam) Jer. 6, 7.

Pil. קַרְקַר *suffodit*, *evertit* murum (ut chald.). Jes. 22, 5 per lusum verborum: מְקַרְקַר קִר *suffodiunt murum* (Talmud. קרקורא דקיר destructio parietis). Inde *delevit* Num. 24, 17: וְקַרְקַר כָּל־בְּנֵי־שֵׁת *et delebit omnes filios superbiae*. LXX. προνομεύσει. Vulg. *vastabit*.

קוֹרֵא v. קֹרֵא.

קוּרִים m. pl. *fila tenuia*, telae aranearum Jes. 59, 5. 6. (Arab. قَوْر filum e gossypio factum. Congruit gr. καῖρος licium, fila transversa telae, die Kreuzfäden, unde καιρόω, καίρωσις. Etymon obscuriusculum. Equidem putem, קוּרִים vicinum esse vc. קוֹרָה trabs transversa).

קוֹרָה m. *tignum*, *trabs*, pr. transversa (v. קָרָה Pi.) 2 Reg. 6, 2. 5. Cant. 1, 17. Per synecd. *domus*, ut graec. μέλαθρον. Gen. 19, 8.

קוּשׁ 1) i. q. arab. قاس incurvum esse, more arcûs, orbis, dorsi

II. incurvavit arcus more, cf. gr. γαῦσος incurvus. Inde קֶשֶׁת, قوس arcus et n. pr. קִישׁוֹן.

2) i. q. יָקֹשׁ *tendiculam posuit, aucupatus est.* Semel in fut. Jes. 29, 21: יְקֹשׁוּן sive, ut alii codd. habent, יְקוֹשׁוּן.

Derivv. v. no. 1, adde nomm. pr. קִישׁ, אֶלְקוֹשִׁי, et

קוּשָׁיָהוּ (arcus Jehovae i. e. iris) n. pr. m. 1 Chr. 15, 17, qui 6, 29 קִישִׁי appellatur.

קַט Ez. 16, 47 v. קוּט.

קָטַב rad. inusit., chald. et arab. قطب *secuit*, inde *excîdit*. (Vicinae radd. sunt קָצַב, חָצַב, חָטַב. Stirps autem bilittera קט secandi caedendique potestatem habet pariter atque cognatae קץ, חץ, v. radd. קָטַל, קָטַן, קָטַף, arab. قطّ, قطع et cf. ad קָצַץ, חָצַץ, גָּזַז, גָּדַד. Adde quae observavit Iul. Klaproth apud Merian de l'étude comparative des langues pag. 216). Inde

קֶטֶב m. 1) *excidium, exitium* Jes. 28, 2: שַׂעַר קֶטֶב *procella exitium afferens.* Impr. 2) *lues* Deut. 32, 24. Ps. 91, 6. Et

קֹטֶב c. Suff. קָטָבְךָ m. id. spec. *lues, pestis.* Hos. 13, 14.

קְטוֹרָה f. *suffimentum* Deut. 33, 10, a rad. קָטַר.

קְטוּרָה (suffimentum) n. pr. mulieris, quam Abrahamus duxit post mortem Sarae Gen. 25, 1. 1 Chr. 1, 32.

קָטַל fut. יִקְטֹל *occîdit, interfecit,* vc. poët. Ps. 139, 19. Iob. 13, 15. 24, 14. (Syr. et chald. id., arab. قتل, aethiop. ቀተለ፡ Origo est in caedendo, v. ad קָטַב. Congr. fortasse gr. *ΚΤεiΝω*).

Deriv. קֶטֶל.

קְטַל chald. id., part. act. קָטֵל Dan. 5, 19. Part. pass. קְטִיל Dan. 5, 30. 7, 11.

Pa. קַטֵּל intens. *occîdit plures,* ut syr. Pa. et arab. قتّل Dan. 2, 14. 3, 22.

Ithpe. et *Ithpa.* Dan. 2, 13 pass.

קֶטֶל m. *caedes* Obad. 9.

קָטֹן fut. יִקְטַן *parvus, exiguus fuit* (pr. *curtus*, decurtatus fuit, a stirpe bilittera קט, cf. קָטַל, קָטַב). 2 Sam. 7, 19. Translate *vilis fuit* Gen. 32, 11.

Hiph. parvum fecit Am. 8, 5.

Derivv. קָטֹן, קָטָן, קֹטֶן et n. pr. יָקְטָן.

קָטֹן c. Suff. קְטַנּוֹ f. קְטַנָּה, pl. קְטַנִּים cstr. קְטַנֵּי et

קָטָן cstr. קְטַן 1) adj. *parvus, exiguus* (opp. גָּדוֹל) Gen. 1, 16. Ps. 104, 25 et sexcenties. Neutr. abstr. *parvitas*, unde כְּלֵי הַקָּטָן vasa parvitatis i. e. minora Jes. 22, 24. Spec. a) aetate parvus, *minor natu* Gen. 9, 24. 27, 15. 1 Reg. 3, 7. Salomo, cum regnum auspicaretur: אָנֹכִי נַעַר קָטֹן *puer ego natu parvus.* b) parvae auctoritatis Jes. 36, 9, de re minus gravi Ex. 18, 22. 26.

2) קָטָן n. pr. m. (c. art.) Esr. 8, 12.

קֹטֶן m. *parvitas*, dein *digitus minimus*, unde קָטָנִּי *kot°ni* digitus meus minimus 1 Reg. 12, 10. 2 Par. 10, 10. Alii codd. 2 Par. l. c. קָטָנִּי *k°tonni* (a forma קֹטֶן ultima dagessanda, Schwa mobili in Kamez chatuph mutato), v. J. H. Michaëlis ad h. l. Sed non ferendum videtur, quod habet v. d. Hooght 1 Reg. l. c. קְטָנִּי. Cf. קָבֹל.

קָטַף fut. יִקְטֹף *decerpsit, avellit,* ut spicas, ramos Deut. 23, 26. Iob. 30, 4.

Niph. pass. Iob. 8, 12.

I. קָטַר in Kal inusit., arab. قتر redoluit, fragravit. Vic. עָתַר.

Pi. קִטֵּר *suffivit*, suffimenta *incendit* in numinis honorem, sq. לְ numinis, omisso autem acc. suffimenti Jer. 1, 16. 7, 9. 11, 13. 19, 4, ubique de cultu idolorum. Part. f. מְקַטְּרוֹת arae, in quibus suffimentum adoletur, pr. odorem spargentes 2 Chr. 30, 14. *Pu.* part. מְקֻטֶּרֶת suffimentum. Cant. 3, 6.

Hiph. *suffivit*, de sacrificiis et legitimis 1 Par. 6, 34, et illegitimis 1 Reg. 3, 3, sq. לְ numinis 11, 8, saepe etiam sq. acc. suffimenti incensi s. victimae Ex. 29, 18. Lev. 1, 9. 17. 2, 2. 16. *Hoph.* הָקְטַר pass. Levit. 6, 15. Part. Hoph. מֻקְטָר suffimentum. Mal. 1, 11.

Derivv. קִיטֹר, קְטֹרֶת, קְטוּרָה, מִקְטָר, מְקַטֶּרֶת, et n. pr. קְטוּרָה.

II. קָטַר i. q. chald. קְטַר hebr. קָשַׁר. Part. pass. Ezech. 46, 22: חֲצֵרוֹת קְטֻרוֹת *atria ligata* i. e. prob. camerata, tecta.

קְטַר tantummodo in pl. קִטְרִין chald. *nodi*, impr. a) ligamenta ossium Dan. 5, 6. b) metaph. quaestiones difficiles Dan. 5, 12. 16.

קִטְרוֹן (vinculum, v. קָטַר no. II) n. pr. oppidi in agro Sebulonis Iud. 1, 30, quod Jos. 19, 15 קַטָּת (pro קְטַנַּת parva) vocatur.

קְטֹרֶת f. c. Suff. קְטָרְתִּי 1) *suffimentum* Ex. 30, 1 sqq. Lev. 4, 7. 10, 1. — 2) ea victimae pars, quae adoleri solet, *adeps*. Ps. 66, 15: קְטֹרֶת אֵילִים *adeps arietum*.

קַטָּת v. קִטְרוֹן.

קִיא m. *vomitus* Jes. 28, 8, a rad. קוֹא vomere.

קָיָה rad. incerta i. q. קוֹא *vomuit.* Imp. קִיוּ Jer. 25, 27, nisi potius efferendum erat קִיוּ pro קִיאוּ.

קַיִט chald. i. q. hebr. קַיִץ *aestas* Dan. 2, 35.

קִיטוֹר m. 1) *fumus* Gen. 19, 28. Ps. 119, 83. — 2) *vapor, nebula* 148, 8, a rad. קָטַר.

קִים (a rad. קוּם) *insurrectio* (hostilis) adversus aliquem (v. part. קָם Ps. 18, 40. 49. Jer. 51, 1), inde collect. pro קָמִים Iob. 22, 20: קִימָנוּ *adversarii nostri.* Aliis est verbale pass. pro intrans., cf. נִיס pro נָס.

קְיָם m. chald. *statutum*, *edictum* Dan. 6, 8, syr. ܩܝܳܡܳܐ.

קַיָּם chald. *manens*, *durans* Dan. 4, 23.

קִימָה f. n. act. *surgere*, *surrectio* Thren. 3, 63, a rad. קוּם.

קִימוֹשׁ v. קִמּוֹשׁ.

קִין rad. inusit. i. q. arab. قان med. Je formare, concinnare (cf. קָנָה no. 1), spec. *cudere* ferrum. Hinc

קַיִן m. 1) *lancea* 2 Sam. 21, 16. — 2) n. pr. a) filii Adami fratricidae. Etymo Gen. 4, 1 ita alluditur, ut קַיִן idem esse videatur quod קָנָה: *peperit Kainum* (creaturam) *et dixit: marem creavi Deo adiuvante.* b) gentis Kenitarum Num. 24, 22. Iud. 4, 11, v. קֵינִי. c) oppidi tribus Judae, cum art. Jos. 15, 37.

קִינָה f. (a rad. קוּן) pl. ־ִים et וֹת 1) *cantus lugubris*, *lamentatio* Jer. 7, 29. 9, 9. 19. Jos. 15, 22. — 2) n. pr. oppidi in tribu Judae. Jos. 15, 37.

קֵינִי Gen. 15, 19. Iud. 4, 11. 17, **קִינִי** 2 Sam. 27, 10, **קִינִי** 1 Chr. 2, 55, n. gent. *Kenita*, collect. *Kenitae*, gens cananaea inter Amalecitas habitans 1 Sam. 15, 6 coll. Num. 24, 20. 21, a Chobabo, Mosis socero, originem repetens Iud. 1, 16. 4, 11. V. קַיִן no. 2, b.

קֵינָן (fort. i. q. קִנְיָן possessio) n. pr. patriarchae antediluviani Gen. 5, 9. 1 Chr. 1, 2.

קַיִץ m. 1) *messis* (pr. resectio) *pomorum*, a rad. קוּץ no. III i. q. קָצַץ Jes. 16, 9. 28, 4, it. *poma, fructus aridi*, max. (ut videtur) *ficus* Jer. 40, 10. 12. Am. 8, 1. 2. 2 Sam. 16, 1. Cf. Faber ad Harmari Beobachtungen T. I, p. 387 sq. — Inde 2) *aestas*, tanquam anni tempus, quo fructus resecantur (cf. חֹרֶף), arab. قَيْظٌ. Gen. 8, 22. Ps. 74, 17. Secundarium est arab. قاظ ferbuit dies, ut media aestate.

קִיצוֹן f. קִיצוֹנָה (pro קִצּוֹן a קֵץ finis, cf. נִדָּה pro נִדְּדָה, מוֹרִיגִים pro מוֹרְגִים Lgb. 145) *ultimus, a.* Ex. 26, 4. 10. 36, 11. 17.

קִיקָיוֹן m. Jon. 4, 6—10, Hieron. Syr. et auctoribus *ricinus*, arab. الخروع aegypt. *κίκι, κοῦκι* (Diod. Sic. I, 34) *planta* s. arbuscula biennis, hodie in nostris quoque hortis culta, pulchra et celeriter crescens, sed culmum habens mollem et succulentum, quo vel leviter laeso planta moritur. LXX. *cucurbita.* Sed vide Bocharti Hieroz. T. II, p. 293. 623. Celsii Hierob. P. II, p. 273—82. Faber ad Harmari Beobacht. T. I, p. 140—151.

קִיקָלוֹן m. (pro קְלַקְלוֹן, ut טוֹטָפוֹת pro טְפַטְפוֹת, v. pag. 388, A) m. *ignominia* Hab. 2, 16. Vulg. *vomitus ignominiae*, quasi compositum sit ex קִי pro קִיא vomitus, et קָלוֹן ignominia, in quam sententiam etiam novem codd. separatim scribunt קִי קָלוֹן.

קֶרֶן f. 1) *cornu,* ut bovis, hirci, arietis. (In omnibus linguis cognatis. Adde gr. *κέρας*, lat. *cornu,* gall. *corne,* goth. *haurns,* unde nostr. *Horn*). Meton. a) *vasculum corneum* vel cornu, quo pro vasculo utebantur 1 Sam. 16, 1. 13. 1 Reg. 1, 39. b) *buccina cornea, cornu* Jos. 6, 5. Metaph. symbolum est *roboris* et *potentiae,* imagine a tauris aliisque animalibus cornutis petita. Jer. 48, 25: *fractum est Moabi cornu* h. e. robur eius fractum est, cf. Thren. 2, 3. Ps. 75, 11. הֵרִים קֶרֶן פּ׳ exaltavit s. evexit cornu alic. (Deus) i. e. potentiam et dignitatem eius auxit Ps. 89, 18. 92, 11. 148, 14. 1 Sam. 2, 10. Thren. 2, 17 (cf. Barhebr. p. 516. Haririi Cons. 43, p. 498. 99 ed. de Sacy ibique notam, et Alexandri Magni epith. ذو القرنين bicornis, quod nil dubitans *potentem* interpretor). Inde רָמָה קַרְנִי altum est cornu meum i. e. crescit robur meum, altiores spiritus sumo Ps. 89, 25. 112, 9. 1 Sam. 2, 1. In eandem sententiam Am. 6, 13: לָקַחְנוּ לָנוּ קַרְנָיִם *cornua nobis sumsimus.* Contra in malam partem accipitur הֵרִים קַרְנוֹ evexit cornu suum i. e. superbivit Ps. 75, 5. 6. (Cf. lat. *cornua sumere,* de iis qui nimia in viribus suis fiducia posita ferociores fiunt, adde Hor. Od. 3, 21, 18: addis cornua pauperi). Similis metaphora est in his Iob. 16, 25: *immisi in pulverem cornu meum,* ex nostrae linguae genio dixeris caput meum, in quo summum decus summaque gloria inest. Ps. 18, 3 Davides Deum appellat: קֶרֶן יִשְׁעִי *cornu auxilii mei* s. *liberationis meae* i. e. instrumentum liberationis, imagine a bestiis cornutis petita, quae cornibus adversarios arcent. 132, 17: *ibi* (Sione) *germinare faciam Davidi cornu* faciam ut floreat potentia regni Davidici, vel potius: domui Davidicae sobolem potentem largiar. — Ubi vera *cornua* intel-

liguntur, pro plur. utuntur duali קַרְנַיִם et קְרָנִים (tanquam a קֶרֶן) Dan. 8, 3, 6. 20, rarius pl. קְרָנוֹת Zach. 2, 1. 4. Ps. 75, 11. Ez. 27, 15 (ubi *cornua eboris* dicuntur pro dentibus elephantinis, errore apud veteres vulgari, cf. Plin. H. N. XVIII, §. 1). A similitudine *cornu* dicitur

2) *vertex* montis, quem Helvetii quoque cornu appellant, ut *Schreckhorn*, *Wetterhorn*, *Aarhorn* Jes. 5, 1. (Arab. id.).

3) קַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ *cornua altaris* sunt eminentiae in quattuor altaris angulis cornubus similes, quales in Aegyptiorum aris adhuc superstitibus, nominatim in his, quas Belzonius effodit, ipse oculis usurpavi. Levit. 4, 7. 18. 25. 30. 34. 8, 15. 9, 9. 16, 18. Ipsi arae anguli intelligi non possunt v. Ex. 27, 2. Poët. denique

4) dual. קַרְנַיִם dicitur de *radiis* fulguris Hab. 3, 4, quemadmodum Arabum poëtae primos solis orientis radios cum cornubus comparant, solemque inde dorcada appellant, v. אַיֶּלֶת. Inde

קָרַן verb. denom. *radiavit, radios sparsit, splenduit* (de facie Mosis) Ex. 34, 29. 30. 35. Ridicule Aqu. et Vulg. *cornuta erat,* unde pictores Mosen cornutum fingunt.

Hiph. cornua gessit (pr. emisit, produxit) Ps. 69, 32.

קֶרֶן emphat. קַרְנָא chald. *cornu* Dan. 3, 5 sqq. 7, 8. Dual. קַרְנַיִן etiam de numero plurali ib. V. 8. 20. 24.

קֶרֶן הַפּוּךְ (cornu fuci) n. pr. f. Iob. 42, 14.

קָרַס *curvavit se,* inde *corruit, collapsus est,* i. q. כָּרַע in altero membro Jes. 46, 1. (Vett. versiones: fractus est, collato verbo كسر fregit). Hinc

קֶרֶס pl. קְרָסִים cstr. קַרְסֵי pr. curvatura, articulus (Gelenk, cf. קַרְסֹל), inde *ansula, uncinus,* cui laqueolus immittitur Ex. 26, 6. 11. 33. 35, 11. 39, 33.

קֶרֶס v. קִירֹס.

קַרְסֹל pr. diminut. a קֶרֶס (v. ad ל p. 511) *articulus, nodiculus,* Gelenkchen, spec. *talus* (quem etiam germ. diminutivo exprimimus *Knöchel*). Dual. קַרְסֻלַּיִם. Ps. 18, 37: לֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי *non vacillant tali mei.* 2 Sam. 22, 37. Vulg. tali. (Cf. Targ. Ez. 47, 3). Non dubitans a nostro vocabulo (quadrilittero in trilitterum contracto) duco arab. قزل talipedavit, talis vacillantibus incessit, vulgo: claudicavit, أَقْزَلُ homo ita incedens, talis cruribusque infirmis. Cf. כָּשַׁל.

קָרַע 1) *disrupit, discidit,* ut vestes in luctu Gen. 37, 29. 34. 44, 13. 2 Sam. 13, 31. 2 Reg. 18, 37, fera pectus alicuius Hos. 13, 8, Deus coelum Jes. 63, 19. קָרַע עֵינַיִם בַּפּוּךְ Jer. 4, 30 oculos stibio disrupit, quod fit nimio stibio oculis illito (v. כָּחַל, פּוּךְ). — 2) *avellit* Lev. 13, 56. 1 Sam. 15, 28: *Jehova Israëlis regnum a te avellit* 28, 17. 1 Reg. 11, 11. 3) *dissecuit* (cultro) Jer. 36, 23. 4) *excîdit* (fenestras in muro) Jer. 22, 14. 5) verbis *proscidit, maledixit* Ps. 45, 15. (Arab. قرع II. increpuit, corripuit. Cf. נָקַב no. 1. 2. 3).

Niph. pass. *discissus est,* de vestibus Ex. 28, 32. 39, 23, de altari scisso 1 Reg. 13, 3. 5.

קְרָעִים m. pl. *panni laceri* 1 Reg. 11, 30. 31. Prov. 23, 21.

קָרַץ 1) fere i. q. cogn. קָרַע *scidit,* inde *excîdit, perdidit,* arab. قرص, unde קֶרֶץ excidium, et chald. קְרַץ frustum.

2) spec. dentibus scidit, *momordit* (arab. قرص), max. in formulis a) קָרַץ שְׂפָתַיִם labia momordit,

quod est hominis maligni insidias parantis Prov. 16, 30. b) קָ׳ עַיִן 10, 10. Ps. 35, 19, et בְּעֵינָיו Prov. 6, 13 oculos compressit (labiorum instar), oculis nictavit post tergum alterius, quod itidem maligni et dolosi est.

Pu. avulsus est, decerptus est. Iob. 33, 6: מֵחֹמֶר קֹרַצְתִּי גַם־אָנִי *de luto decerptus sum et ego*, imagine a figulo repetita, qui vasculum formaturus luti partem de massa decerpit.

קֶרֶץ m. *excidium* Jer. 46, 20. V. rad. no. 1.

קְרַץ m. chald. *frustum*, syr. ܩܪܨܐ, v. rad. no. 1, in hac locutione: אֲכַל קַרְצֵי דִי comedit frusta alicuius, metaph. pro: *calumniatus est*, obtrectavit, sycophantam egit, eadem metaphora, qua lat. mordere, dente carpere, dente rodere dicuntur sycophantae. Dan. 3, 8. 6, 25. (Syr. ܐܟܠ ܩܪܨܐ id. Arab. أَكَلَ لَحْمَهُ carnem alicuius comedit, calumniatus est, et simpl. أكل IV. calumniatus est, أُكْلَةٌ calumnia. Caeterum aliam huius formulae explicandae rationem ingressus est Storrius, Observatt. ad analog. et synt. ling. hebr. p. 4, eam reddens: calumniâ pasci i. e. huic operam dare ad explenda animi invidi desideria).

קַרְקַע m. quadril. 1) *fundus, solum* (cf. arab. قَرْقَرٌ et قَرَقٌ solum aequabile) a) in tabernaculo sacro et templo Num. 5, 17. 1 Reg. 6, 15. 16. 30. 7, 7: מִן הַקַּרְקַע וְעַד הַקַּרְקַע *a fundo ad lacunar* s. *tegumentum* (quod conclavium superiorum fundus est), von einem Boden zum andern, i. e. in omnibus parietibus ab imo ad summum (non, ut de Wettius: über den ganzen Fufsboden). b) de fundo maris Am. 9, 3. — 2) n. pr. oppidi in regione australi tribu Judae Jos. 15, 3.

קַרְקֹר (fort. i. q. قَرْقَرٌ solum planum et molle) n. pr. oppidi transjordanensis Iud. 8, 10.

קָרַר rad. inusit. *friguit.* Chald. et syr. id. Arab. قَرَّ friguit, quievit.

Nomm. deriv. קַר, קֹר, קָרָה, מְקֵרָה.

קָרַשׁ rad. inusit. (cogn. verbo חָרַשׁ) *secuit, resecuit,* arab. قَرَشَ teste Kamûso p. 823 i. q. قَطَعَ. Inde

קֶרֶשׁ c. Suff. קַרְשֵׁךְ Ez. 27, 6, plur. קְרָשִׁים m. *asser, tabula* Ex. 26, 15 sqq. 36, 20 sqq. Collect. *tabulata* (navis) Ez. l. c.

קֶרֶת (a rad. קָרָה, formae כֶּסֶת a כָּסָה) f. vc. poët. i. q. קִרְיָה *urbs,* sed rarius Iob. 29, 7. Prov. 8, 3. 9, 3. 11, 11. Chald. קַרְתָּא id. Idem superest in nominibus urbium punicarum et syriacarum, ut *Cirtae, Tigranocertae*, neque non in nummis phoenico-siculis Panormi cusis, quorum fronti inscriptum: מחנת (מַחֲנֹת castra, prob. domesticum urbis nomen), tergo קרת חדשת (קֶרֶת חֲדָשַׁת urbs nova), prob. *Carthago,* cui parebat Panormus, v. Bayer. ad Sallust. p. 347. Mionnet descr. des medailles pl. 20.

קַרְתָּה (urbs) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. 21, 34.

קַרְתָּן (duo oppida, dualis vetus a קֶרֶת) n. pr. oppidi in tribu Naphtali, alias קִרְיָתַיִם q. v. Jos. 21, 32.

קָשָׂה rad. inusit., sec. Simonem i. q. קָשָׁה no. II, *decorticavit*, inde *tornavit*, et universe *in rotundam formam finxit*, inde קֶסֶת, קַשְׂקֶשֶׂת et

קָשָׂה et **קַשְׂוָה**, tantum plur. קְשָׂוֹת Exod. 25, 29. 37, 16, cstr. קְשׂוֹת Num. 4, 7 *phialae*. (Chald. קְסוּה, קְסוּת id.).

קָשַׂט rad. inusit. i. q. קָשַׁט, arab. قسط aequaliter distribuit, unde قسط mensura, portio demensa, statera, et hebr.

קְשִׂיטָה f. Gen. 33, 19. Jos. 24, 32. Iob. 42, 11 pr. appensum, dein de certo quodam pondere (cf. כִּכָּר, שֶׁקֶל, מָנֶה) auri argentique, quo, ut siclo, aetate patriarcharum tanquam pecunia utebantur. Siclo gravius fuisse et quattuor fere siclos habuisse coniicere possis locis Gen. 33, 19. 23, 16 inter se collectis. Autore Rabbi Akiba (ap. Bochartum in Hieroz. T. I, 3, c. 43) seriore quoque tempore moneta quaedam in Africa *Kesita* appellabatur. Vett. interpretes fere omnes *agnum* intelligunt: quae significatio autem neque ullum vel in etymo vel in linguis cognatis praesidium habet, neque moribus patriarcharum consentanea est, quorum aevo iam desierant merces permutari et verae emtiones in usu erant nummis vel appensis vel numeratis (Gen. 23, 16. 47, 16), v. quae contra Frid. Spanhem. in hist. Iobi (Opp. III, p. 84) felicissime disputavit Bochartus l. c. Nummus agni figuram gerens, in quo nuper *Kesitam* sibi reperisse videbatur *Frid. Münterus* (in progr. dan. de Kesita, Koppenh. 1824) me iudice nummus est Cypro cusus, cuius generis plures exstant.

קַשְׂקֶשֶׂת pl. קַשְׂקַשִּׂים 1 Sam. 17, 5 et קַשְׂקְשׂוֹת Ez. 29, 4 f. *squama*, a decorticando dicta, v. rad. קָשָׂה. Lev. 11, 9 sqq. שִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים lorica squamata i. e. lamellis ferreis constans squamas referentibus 1 Sam. 17, 5.

קַשׁ m. *stipula* (a colligendo dicta, v. קָשַׁשׁ). Ex. 15, 7. Jes. 5, 24. 47, 14, *palea* vento dispersa Iob. 13, 25. Jes. 40, 24. 41, 2.

קִשֻּׁא, tantum in pl. קִשֻּׁאִים *cucumis*, cuius variae species in Aegypto et Palaestina crescunt. Num. 11, 5. Arab. قثّاء, syr. ܩܛܘܬܐ, ܩܛܘܬܐ, unde Cucumis Chate Linn., gr. litteris transpositis σικύος, σικύα. Originem recte iam Talmudici quaesiverunt in difficultate concoctionis (a קִשֻּׁא = קָשָׁה no. I), cf. Plin. 19, 5.

Deriv. מִקְשָׁה no. II.

קָשַׁב fut. יִקְשַׁב *attendit* ad al., semel in Kal Jes. 32, 3, ubi auri tribuitur. (Originem pono in *acuendo*, ut קָשַׁב idem fere sit quod קָצַב, nostr. *die Ohren spitzen*, arrexit aures, locutione ab animalibus petita, cf. quae observavimus s. v. אֹזֶן p. 31).

Hiph. addito הִקְשִׁיב אָזְנוֹ aurem arrexit (pr. acuit) i. e. attendit ad al. Ps. 10, 17. Prov. 2, 2, omisso אָזְנוֹ id., sq. אֶל Ps. 142, 7. Neh. 9, 34, לְ Ps. 5, 3. Jes. 48, 18, עַל Prov. 17, 4. 29, 12, בְּ Ps. 66, 19 acc. Iob. 13, 6. Inde

קַשָּׁב f. קַשֶּׁבֶת adj. *attentus* Neh. 1, 6. 11.

קַשֻּׁב adj. id. Ps. 130, 2.

קֶשֶׁב m. *attentio* Jes. 21, 7: הִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב קֶשֶׁב *attendit quam potuit maxima attentione.*

I. קָשָׁה 1) i. q. arab. قسا *durus fuit*, v. c. de verbis 2 Sam. 19, 44. — 2) *gravis fuit*, de manu Dei puniente 1 Sam. 5, 7, de ira Gen. 49, 7. — 3) *difficilis, arduus fuit* Deut. 1, 17. 15, 18.

Niph. part. נִקְשֶׁה *gravatus, dura sorte afflictus fuit* Jes. 8, 21.

Pi. Gen. 35, 16: וַתְּקַשׁ בְּלִדְתָּהּ *difficilem partum habuit* (sie hatte es schwer beym Gebären). Comm. 17 in eadem formula est Hiph. (sed a me non impetro, ut, quod nuper propositum est, וַתְּקַשׁ pro fut. Hiph. habeam, pro וַתַּקְשׁ).

Hiph. הִקְשָׁה, fut. apoc. וַיֶּקֶשׁ

1) *durum fecit, obduravit,* v. c. a) cervices i. e. *obstinatus, contumax fuit* Deut. 10, 16. 2 Reg. 17, 14, omisso עֹרֶף Iob. 9, 4. b) sq. לֵב animum alic. obfirmavit, *pervicacem reddidit* Ex. 7, 3. Deut. 2, 30; ה׳ לְבָבוֹ animum suum obfirmavit Ps. 95, 8. Prov. 28, 14. — 2) *grave fecit* (iugum) 2 Reg. 12, 4. — 3) *difficilem fecit.* 2 Reg. 2, 10: הִקְשִׁיתָ לִשְׁאוֹל *difficile quid petiisti.* Exod. 13, 15: כִּי הִקְשָׁה פַרְעֹה לְשַׁלְּחֵנוּ *quum Pharao difficilem faceret dimissionem nostram,* nollet nos dimittere.

Derivv. קָשֶׁה, קְשִׁי et n. pr. קִשְׁיוֹן, adde קִשֻּׁאִים.

II. קָשָׁה i. q. קָצָה, arab. قشا *decorticavit*, impr. tornando, inde *tornavit,* forma rotunda elaboravit.

Derivv. מִקְשָׁה, מִקְשֶׁה.

קָשֶׁה m. adj. קָשָׁה f. 1) *durus*, de dura servitute Exod. 1, 14. 6, 9. 1 Reg. 12, 4, verbis duris i. e. asperis Gen. 42, 7. 30. Iob. 30, 25: קְשֵׁה־יוֹם *cuius dies durus* (sors dura) *est*, infelix. — 2) *firmus*, σκληρός Cant. 8, 6, et in malam partem *obfirmatus.* קְשֵׁה עֹרֶף *pertinax* Exod. 32, 9. 34, 9, קְשֵׁה פָנִים perfricti oris, *impudens* Ez. 2, 4, קְשֵׁה לֵב pervicacis animi 3, 7, omisso לֵב id. Jes. 48, 4. — 3) *gravis*, a) i. q. vehemens, de vento Jes. 27, 8, de proelio 2 Sam. 2, 17; b) i. q. potens, multum valens 2 Sam. 3, 39; c) קְשַׁת רוּחַ depressi animi, animi aeger 1 Sam. 1, 15. — 4) *difficilis, arduus* Ex. 18, 26.

קְשׁוֹט chald. *veritas* i. q. hebr. קֹשֶׁט Dan. 4, 34. מִן קְשׁוֹט ex vero i. e. *vere* Dan. 2, 47.

קָשַׁח arab. قسح i. q. קָשָׁה *durus fuit*, cf. s. v. קָלַח. In Kal inusit.

Hiph. 1) *obduravit* animum Jes. 63, 17. — 2) *dure habuit* sive *tractavit* Iob. 39, 16.

קָשַׁט rad. inusit. i. q. קָסַט, قسط ex aequo divisit, conj. IV. aequus fuit. (Willmet. in Lex. arab. h. v. originem ponit in duritie, inde in probitate flecti nescia, ut vicinum sit radd. קָשָׁה, קָשַׁח). Inde

קֹשֶׁט m. Ps. 60, 6 et **קֹשְׁט** Prov. 22, 21 *veritas.* (Chald. קוּשְׁטָא, syr. ܩܘܫܬܐ litteris ת et ט permutatis id.).

קְשִׁי m. (a rad. קָשָׁה) *durities* animi, *pertinacia* Deut. 9, 27.

קִשְׁיוֹן (durities) n. pr. oppidi tribus Issacharitarum Jos. 19, 20. 21, 28, quod 1 Chr. 6, 57 קֶדֶשׁ nominatur.

קָשַׁר fut. יִקְשֹׁר 1) *ligavit,* c. acc. et עַל alligavit aliquid alicui rei Gen. 38, 28. Prov. 3, 3. 6, 21. 7, 3, c. acc. et בְּ Iob. 39, 10 (13). Jos. 2, 18 (sed Iob. 40, 29 לְ ad verbi structuram non pertinet: *num alligas eum puellis tuis?* i. e. ut eo delectentur filiolae tuae). Metaph. Gen. 44, 30: נַפְשׁוֹ קְשׁוּרָה בְנַפְשׁוֹ *animus eius* (patris) *affixus est animo eius* (pueri), intimo amore eum complectitur (cf. 1 Sam. 18, 1). Prov. 22, 15.

2) *conspiravit, coniuravit* (pr. coniunxit, confoederavit se cum aliis), sq. עַל contra aliquem 1 Sam. 22, 8. 2 Sam. 15, 31. 1 Reg. 15, 27. 16, 9. 16. 2 Reg. 10, 9 cet., plene קָשַׁר קֶשֶׁר, v. קֶשֶׁר.

3) Part. pass. קָשׁוּר *ligatus*, inde constrictus, compacto et constricto corpore, i. e. *robustus* Gen. 30, 42. De verbis ligandi, quae ad robur referuntur v. חָזַק no. 3, חוּל no. 6.

Niph. 1) pass. Kal no. 1, metaph. 1 Sam. 18, 1 (cf. Gen. 44, 30). — 2) *colligatus, compactus est* (murus), ideoque *absolutus est* Neh. 3, 38.

Pi. 1) i. q. Kal no. 1 *colligavit*

Iob. 38, 31. — 2) *alligavit sibi* (cinguli instar), sq. acc. Jes. 49, 18: תִּקְשְׁרִים כַּכַּלָּה *eos tibi alligatis, ut sponsa* sc. alligat cingulum. In altero hemistichio: *eos indues ceu ornamentum. Pu.* part. מְקֻשָּׁרוֹת *robustae* (agnae) Gen. 30, 41, v. Kal no. 3.

Hithpa. i. q. Kal no. 2. 2 Reg. 9, 14. 2 Chr. 24, 25. 26. Inde

קֶשֶׁר m. c. Suff. קִשְׁרוֹ *coniuratio*, v. rad. no. 2. 2 Reg. 11, 14. קָשַׁר קֶשֶׁר coniurationem fecit 12, 21. 14, 19. 15, 30. Jes. 8, 12. Et

קִשֻּׁרִים m. *cingula, fasciae mulierum*, impr. sponsae (cf. Jes. 49, 18). Jes. 3, 20. Cf. קָשַׁר no. 2.

קָשַׁשׁ in Kal non legitur nisi Zeph. 2, 1, v. Hithpa.

Po. קֹשֵׁשׁ *collegit, conquisivit* (arab. قَشَّ), v. c. stipulam Ex. 5, 7. 12, ligna Num. 15, 32.

Hithpo. metaph. *collegit se* i. e. in semet ipsum descendit, se recepit (sich sammeln). Zeph. 2, 1.

Deriv. קַשׁ.

קֶשֶׁת, pl. קְשָׁתוֹת cstr. קַשְּׁתוֹת comm. (m. 1 Sam. 2, 22, f. Prov. 18, 35) 1) *arcus* (a rad. קוּשׁ, formae שַׁחַת, סֹלֶת, נַחַת, quanquam ת servile postea in litteram radicalem abiit, cf. aram. ܐܬܩܫܬ iaculatus est, v. Lgb. 439. 474. Arab. قَوْس arcus). a) ad sagittas mittendas Gen. 21, 16. Jes. 13, 18. Iob. 20, 24 et saepe. דָּרַךְ קֶשֶׁת arcum tetendit, v. דָּרַךְ. בֶּן־קֶשֶׁת filius arcus h. e. sagitta Iob. 41, 20. Meton. *arcus* dr. *α*) pro sagittariis, אַנְשֵׁי קֶשֶׁת Jes. 21, 17. 22, 3. Ps. 78, 57, ubi קֶשֶׁת רְמִיָּה sunt *sagittarii dolosi* (qui simulata fuga fallunt). Cf. קָצִיר de messoribus. *β*) carmen de arcu 2 Sam. 1, 18 i. e. Davidis carmen elegiacum in Saulum et Jonathanem compositum, in quo arcus fit mentio V. 22, de qua carminibus librisque inscribendi ratione Orientalibus usitata v. Jones de poësi asiatica p. 269. Comment. nostr. ad Jes. 22, 1. Alibi arcus metaph. est pro robore et potentia, inde *arcum alic. frangere* i. e. vires eius frangere, potentiam evertere. Hos. 1, 5. Jer. 49, 35. Iob. 29, 20: *arcus meus corroboratur in manu mea*, h. e. vires meae crescunt. Gen. 49, 24. — b) *arcus coelestis, iris*, gr. *τόξον* Gen. 9, 13 sq. Ez. 1, 28. Inde denom.

קַשָּׁת m. *sagittarius* Gen. 21, 20.

קָתַת rad. inusit. v. יָקְתְאֵל.

קַתְרֹס chald., ubique Keri pro קִיתָרוֹס *cithara* q. v. Est haec forma in Targg. usitatior, sed eam ipsam ob causam in contextu Danielis minus probanda, quam illa.

ר

Resch, vicesima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, i. q. 200. Nomen רֵישׁ i. q. chald. רֵאשׁ et hebr. רֹאשׁ *caput* notat, et refertur ad figuram huius elementi in alphabeto phoenicio (𐤓), ex qua capite eius retrorsum flexo orta est figura graeci *Ῥῶ*.

Cognata est haec littera 1) tanquam liquidarum durissima reliquis liquidis, et passim permutatur cum ל et נ, v. pag. 511. 635. 2) quatenus gutture proferebatur, gutturali ע, p. 726. 3) permutatur passim cum sibilantibus, max. ז, cf. בָּרַק et בָּזַק radios sparsit, חָרַם, חָסַם arab. خرم et خزم it. رم et زم capistravit, فخر et فخز superbivit,

et quae sunt reliqua. Adde lusum in verbis חָרוֹן et חָזוֹן Ez. 7, 13.

Praeterea notandum, pro littera geminata passim litteram simplicem poni ante eam inserto ר, maxime in Aramaismo et sequiore Hebraismo, ut כִּסֵּא chald. כָּרְסֵא solium, דַּמֶּשֶׂק in Paralipp. דַּרְמֶשֶׂק Damascus, כַּרְבֵּל quadrilitt. ortum ex Pi. כִּבֵּל ligavit, adde סַרְבֵּל, קַרְדֹּם, כַּרְסֵם, neque aliter explicanda sunt שַׁרְבִיט sceptrum i. q. שֵׁבֶט, chald. גַּרְמִידָא ulna i. q. גֹּמֶד, orta ex שַׁבִּיט, גַּמִּיד, etsi hae formae non amplius reperiuntur.

רָאָה inf. absol. רָאֹה, רָאוֹ, cstr. רְאוֹת, רְאֹה, fut. יִרְאֶה, apoc. יֵרֶא, c. Vav convers. וַיַּרְא, raro וַיִּרְאֶה 1 Sam. 17, 42. 2 Reg. 5, 21, in reliquis formis תֵּרֶא, וַתֵּרֶא; וָאֵרֶא

1) *vidit.* (Arab. رَأَى id. Congruit gr. ὁράω, ut יָדַע gr. εἴδω, lat. video). Constr. sq. acc. (sexcenties), raro sq. dat. Ps. 64, 6, et c. dupl. acc. Gen. 7, 1: רָאִיתִי אוֹתְךָ צַדִּיק *te vidi iustum;* sq. integra sententia praemisso כִּי v. c. Gen. 6, 5: וַיַּרְא יְהוָה כִּי רַבָּה רָעַת הָאָדָם. 28, 6. 29, 31. 38, 14, etiam per antiphonesin 1, 4: וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי טוֹב. 6, 2. Ex. 2, 2, sq. הֲ interrogativo (ob) Exod. 4, 18. Omisso accusativo Ps. 40, 13: *peccatorum poenae* לֹא יָכֹלְתִּי לִרְאוֹת *non possum videre eas* i. e. earum copiam oculis complecti. 40, 4: רַבִּים יִרְאוּ וְיִירָאוּ *multi viderunt* (testes fuerunt liberationis meae) *et reveriti sunt*, cf. eundem verborum lusum 52, 8. Iob. 6, 21. — Spec. a) *videre faciem regis* dicuntur ministri eius familiares, qui interioris admissionis sunt 2 Reg. 25, 19. Jer. 52, 25. Esth. 1, 14. — b) *Videre faciem Dei* i. e. ad Dei adspectum admitti, teste V. T. paucissimis mortalibus concessum est, ut Senioribus Israëlis in legis latione Ex. 24, 10 (cf. Ps. 11, 7. 17, 15), Mosi 33, 20, vulgo enim id citra vitae periculum fieri non posse persuasum habebant Gen. 16, 11. 32, 30. Iud. 13, 22. Jes. 6, 5, cf. Ex. 33, 20, adeoque Iud. 6, 22. — Absol. c) *videre* dicitur pro *luminibus uti, vivere* gr. βλέπειν, plenius *solem videre* Eccl. 7, 11 (cf. gr. ζώειν καὶ ὁρᾷν φάος Ἠελίοιο Hom. apud recentiores simpl. ὁρᾷν) it. Jehovam videre in terra viventium Jes. 38, 11. Ita intelligendus locus difficilis Gen. 16, 13: הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי *num hic video* i. e. vivo *etiam post visionem* sc. Dei, adeo numine conspecto? cf. litt. b. — d) *videre* i. e. visionibus divinitus oblatis edoceri dicuntur prophetae Jes. 30, 10 (cf. 29, 10). Inde part. רֹאֶה propheta (q. v.), מַרְאֶה visio. Cf. חָזָה no. 2.

2) *vidit* i. q. *spectavit, adspexit, intuitus est* (besehn, ansehn), quod fit consilio, sq. acc. Gen. 11, 5: *et descendit Jehova* לִרְאֹת אֶת־הָעִיר. Lev. 13, 3. 5. 17. 1 Reg. 9, 12. Sq. בְּ Gen. 34, 1: לִרְאוֹת בִּבְנוֹת הָאָרֶץ *ad spectandas puellas eius regionis.* Ez. 21, 26: רָאָה בַּכָּבֵד *inspicit iecur.* Eccl. 11, 4: רֹאֶה בֶעָבִים *intuens nubes.* Cant. 6, 11. Sed Eccl. 12, 3: רֹאוֹת בָּאֲרֻבּוֹת est: *spectantes per fenestras.* — Jer. 18, 17: *cervice, non facie, eos intuebor* i. e. tergum iis obvertam. Spec. a) *aspectu delectari,* quae enim placent, his oculis immorari, iisque oculos pascere solemus. Prov. 23, 31: *noli intueri vinum, si rutilat.* Jes. 53, 2. Max. sq. בְּ (cf. p. 120 A) Iob. 3, 9. 20, 17. Jes. 66, 5. Ps. 106, 5, saepissime de gaudio quod ex interitu adversariorum percipitur. Ps. 54, 9: בְּאֹיְבַי רָאֲתָה עֵינִי *inimicis meis* (i. e. interitu eorum) *delectatur oculus meus.* 22, 18. 37, 34. 112, 8. 118, 7. Obad. 12. — Contra b) cum dolore aspexit, rei acerbae, miserae testis fuit. Gen. 21, 16: אַל אֶרְאֶה בְּמוֹת הַיָּלֶד *a me non*

impetrarem, ut testis essem mortis pueri. 44, 34. Num. 11, 15. Esth. 8, 6. — c) *despexit* (qs. deorsum spectavit in aliquem, cf. *καταφρονέω*, herabsehn auf), cum contemtu aspexit. Iob. 41, 26: אֶת כָּל־גָּבֹהַּ יִרְאֶה *in omne altum despicit* (tanquam in altissimo loco constitutus), cf. Cant. 1, 6: אַל תִּרְאוּנִי שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת *nolite me despicere* (sehet mich nicht verächtlich an), *quia subnigra sum.* — d) *respexit.* Jes. 26, 18: לֹא יִרְאֶה גֵּאוּת יְהוָֹה *non respicit maiestatem Dei,* eius rationem non habet; max. miseriam Deus, ita ut eam tolleret. Ex. 4, 31: כִּי רָאָה אֶת־עָנְיָם *quod respexerit miseriam eorum.* Ps. 9, 14. 25, 18. 31, 8. 2 Reg. 14, 26, et sq. בְּ Gen. 29, 32. 1 Sam. 1, 11. Ps. 106, 44. — e) *prospexit, providit* alicui rei, *curavit* rem, i. q. יָדַע no. 7. 1 Reg. 12, 16: רְאֵה בֵיתְךָ דָּוִד *prospice domui tuae, Davides!* Gen. 39, 23: *praefectus carceris nullam rem curabat, quae Josepho tradita erat.* Jes. 22, 11. Ps. 37, 37: רְאֵה יָשָׁר *cura* sectare *ius*, siehe aufs Recht. — f) רָאָה לוֹ *providit sibi* aliquid (sich ausersehen), i. e. *elegit*, *procuravit sibi.* Gen. 22, 8: *Deus providebit sibi ovem ad holocaustum.* Ibid. Comm. 14: *et appellavit Abrahamus nomen huius loci* (Moriae): יְיָ יִרְאֶה *(quem) Jehova elegit,* = מְרָאיָה, contr. מֹרִיָּה (q. v.). Deut. 33, 21: וַיַּרְא רֵאשִׁית לוֹ *elegit sibi primitias.* Gen. 41, 33. Deut. 12, 13. 1 Sam. 16, 1. 17. Part. רָאוּי selectus Esth. 2, 9. Cf. Tob. 12, 1: *ὅρα, τέκνον, μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ.* — g) *visit, visitavit* aliquem, adiit eum visendi et salutandi causa. 2 Sam. 13, 5. 2 Reg. 8, 29. 2 Par. 22, 6. Plenius in hanc sententiam dicitur רָאָה אֶת־שְׁלוֹם פ׳ Gen. 37, 14 (cf. שָׁאַל לְשָׁלוֹם לְ). — h) sq. אֶל *intuitus est* in aliquem auxilium exspectans Jes. 17, 7, sq. עַל intuitus est in aliquem, eius causam perspecturus Ex. 5, 21. — i) translate: *spectavit* aliquid (beabsichtigen, im Auge haben), *sibi propositum habuit.* Gen. 20, 10: *quid spectabas, quum hoc faceres?*

3) Non raro Hebraei (pariter atque Graeci et nostrates) *videndi* verbo etiam de his utuntur, quae non oculis percipimus, sed a) aliis sensibus, velut auditu Gen. 2, 19: לִרְאוֹת מַה יִּקְרָא לוֹ *ad videndum, quomodo eos appellaret.* 42, 1. Ex. 20, 19. Jer. 33, 24. Iob. 2, 1 (cf. gr. *ὁράω* Brunk ad Soph. Oed. Col. 138), gustu Gen. 3, 6, tactu Jes. 44, 16: רָאִיתִי אוּר *sentio ignem* (calorem). — b) de his, quae percipit, experitur, quibusque fruitur *anima* (Hebraeorum נֶפֶשׁ v. no. 2). Itaque dicunt *videre vitam* Eccl. 9, 9, *videre mortem* Ps. 89, 49 (cf. *ἰδεῖν θάνατον* Hebr. 12, 5) et in eandem sententiam *videre foveam* 16, 10. 49, 10, it. *videre somnum* Eccl. 8, 16 (cf. Terent. Heautontim. 3, 1, 82), *videre famem* Jer. 5, 12; *videre bonum* (Cic. Mil. 28 bona videre) i. e. frui vitae bonis Ps. 34, 13. Eccl. 3, 13. 6, 6, etiam רָאָה בְטוֹב Jer. 29, 32. Mich. 7, 9. Eccl. 2, 1, et contra *videre miseriam* Thren. 3, 1, *malum* Prov. 27, 12. Jer. 44, 17, etiam רָאָה בְרָעָה Obad. 13. Cf. *ὁρᾶν κινδύνους* Tob. 4, 4. — Denique c) de his, quae *animo,* mente (בְּלֵב) percipimus, inde *intellexit, animadvertit, cognovit.* Eccl. 1, 16: לִבִּי רָאָה הַרְבֵּה חָכְמָה *cor meum cognovit multum sapientiae.* 2, 12. Jer. 2, 31. 20, 12. 1 Sam. 24, 12. 1 Reg. 10, 4. Saepe de iis rebus, quae vitae experientiâ docemur. Jes. 40, 5: *videbit* (i. e. intelliget, experietur) *omnis caro, Deum locutum esse.* Iob. 4, 8: כַּאֲשֶׁר רָאִיתִי *quemadmodum expertus sum.* רָאָה בֵין vidit (discrimen) inter Mal. 3, 18.

Niph. 1) *visus est* Iud. 5, 8. 1 Reg. 6, 18. Prov. 27, 25. —

2) *conspiciendum se praebuit, apparuit, comparuit* Gen. 1, 9. 9, 14, de hominibus sq. אֶל *stitit se alicui* Lev. 13, 7. 19. 1 Reg. 18, 1. נִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְיָ comparuit apud sacrarium (v. אֶת־פְּנֵי pag. 827 B). Saepe de Jehova vel angelo, qui conspiciendum se praebet 1 Sam. 3, 21, sq. אֶל pers. Gen. 12, 7. 17, 1. 18, 1, לְ Jer. 31, 3. — 3) pass. no. 2, litt. f *provideri, curari.* Gen. 22, 14: בְּהַר יְהוָֹה יֵרָאֶה *in monte Dei providetur* i. e. in monte Moriae Deus hominibus providet et auxilium fert, quemadmodum olim Abrahamo (Vers. 8), ita nunc: proverbialis locutio, qua significatur, templum adeuntibus providere Deum et auxilio suo praesentissimo adesse, et simul alluditur ad etymon nominis מֹרִיָּה, q. v.

Pu. visus est. Plur. רֻאּוּ (dag. forti vel, quod malim, Mappik in littera א, v. Lgb. pag. 97) Iob. 33, 21.

Hiph. הִרְאָה et הֶרְאָה fut. יַרְאֶה apoc. וַיַּרְא (ut fut. Kal) 2 Reg. 11, 4 1) causat. Kal no. 1 *fecit, ut videre posset* Deut. 1, 33, inde sq. dupl. acc. *monstravit, ostendit* alicui aliquid Ex. 25, 9. 2 Reg. 11, 4. Nah. 3, 5, maxime de prophetis, quibus visa divinitus contingunt Am. 7, 1. 2 Reg. 8, 13. — 2) causat. Kal no. 2, litt. a. fecit, ut adspectu quodam delectaretur, sq. בְּ Ps. 59, 11. — 3) causat. Kal no. 3, litt. b. *experiri fecit* aliquem mala c. dupl. acc. Ps. 60, 5. 71, 20, *frui fecit* bonis Eccl. 2, 24. 4, 7. Ps. 85, 8, c. acc. pers. et בְּ rei Ps. 50, 23. 91, 16.

Hoph. הָרְאָה pr. videre factus est aliquid i. e. *ei monstratum est* aliquid. Exod. 25, 40: *secundum exemplar*, אֲשֶׁר אַתָּה מָרְאֶה בָּהָר *quod tibi monstratum est in monte.* 26, 30. Deut. 4, 35. Lev. 13, 49: הָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *et monstretur sacerdoti.*

Hithpa. adspicere se invicem a) de cunctatoribus, qui incerti quid agant nil agunt Gen. 42, 1, b) de his qui pugnando manus conserunt, cominus pugnant 2 Reg. 14, 8. 11 (cf. Jes. 41, 23). Maiores nostri proverbio dicebant: sich die Köpfe besehn, sich das Weifse im Auge besehn.

Nomm. deriv. רְאוּת, רֹאֶה, רָאָה et מַרְאָה, מַרְאֶה, רְאִי, רֳאִי, רְאִית, chald. רֵו, אֲרוּ (אֲלוּ), et nomm. pr. רְאָיָה, רְאוּבֵן, רוּת, יִרְאִיָּה, מֹרִיָּה.

רָאֶה adj. verbale *videns.* St. cstr. Iob. 10, 15: רְאֵה עָנְיִי *videns miseriam meam*, cf. rad. no. 3, b.

רָאָה Deut. 14, 13 species avis rapacis, ab acie oculorum dicta, sed in loco gemino Lev. 11, 14 est דָּאָה *vultur*, quod nescio an etiam in Deut. reponendum sit.

רֹאֶה 1) part. act. videns sc. visiones i. e. *vates, propheta* (Seher), cf. rad. no. 1, litt. d, vocabulum teste 1 Sam. 9, 9 antiquitus usitatius. *Κατ' ἐξοχὴν* Samueli tribuitur ibid. sqq. 1 Par. 9, 22. 26, 28. 29, 29, alii prophetae 2 Par. 16, 7. 10. — 2) abstr. i. q. רְאִי *visio* (quo sensu nescio an accentus in penultima ponendus sit, more Segolatorum). Jes. 28, 7: שָׁגוּ בָּרֹאֶה *vacillant inter* (ipsas) *visiones.* Cf. חֹזֶה no. 2.

רְאוּבֵן (*videte* i. e. en vobis *filium!*, quanquam auctor Geneseos 29, 32 hoc nomen ita declarare videtur, ut sit pro בְּעָנְיִי [pro רָאוּי] רָאָה *provisum est miseriae meae*, cf. rad. no. 1, litt. e) n. pr. *Ruben*, filius Jacobi natu maximus (quanquam iure primogeniti exutus Gen. 49, 4), et auctor tribus cognominis, de cuius sedibus trans Jordanem v. Num. 32, 33 sqq. Jos. 13, 15.

רַאֲוָה inf. Kal verbi רָאָה q. v.

רְאוּמָה (elata) n. pr. f. pellicis Nahoris Gen. 22, 24.

רְאוּת f. *visio* Eccl. 5, 10 Keri.

רְאִי m. *speculum* i. q. מַרְאָה no. 2. Iob. 37, 18.

רֳאִי in pausa רֹאִי m. 1) *visio* Gen. 16, 13 (de quo loco v. rad. no. 1, c). — 2) i. q. מַרְאֶה *adspectus* 1 Sam. 16, 12. Iob. 33, 21: *eius caro evanescit* מֵרֹאִי *ex aspectu.* — 3) *spectaculum, exemplum, παράδειγμα.* Nah. 3, 6.

רְאָיָה (cui Jehova prospexit) n. pr. m. 1) 1 Chr. 4, 2, pro quo 2, 52 הָרֹאֶה. 2) 1 Chr. 5, 5. 3) Esr. 2, 47. Neh. 7, 50.

רְאִים v. רְאֵם.

רִאישׁוֹן v. רִאשׁוֹן.

רְאִית f. *visus* Eccl. 5, 10 Cheth.

רָאַל rad. inusit., v. תַּרְאֲלָה.

רָאַם Zach. 14, 10, i. q. רוּם, אָרַם, הָרַם *altus fuit.* Cf. sub litt. א. Inde n. pr. רְאוּמָה et

רְאֵם m. Num. 23, 22. Deut. 33, 17, **רְאֵים** Ps. 92, 11, **רֵים** Iob. 39, 9. 10. Plur. רְאֵמִים Ps. 29, 6, it. רֵמִים Ps. 22, 22 m. animal silvestre, ferum et indomitum, bovi simile, ut onager asino (Iob. l. c. Deut. l. c. Jes. 34, 7. Ps. 29, 6 ubi עֵגֶל vitulus componitur cum בֶּן־רְאֵמִים), cornutum et cornubus suis, quibus omnia prosternit (Deut.), hominibus perniciosum (Ps. 22, 22). Quodnam fuerit, ambigitur: ego non dubitans cum Alb. Schultensio ad Iob. l. c. et de Wettio ad Ps. 22, 22 *bovem bubalum* intelligo. Vocabulum quidem arabicum nostro respondens رِئْم *orygem* notat, antiloparum speciem maiorem et indomitam (Oppian. Cyneget. II, 445), quem significatum propterea etiam hebraeo vc. tribuunt Bochartus (Hieroz. I, p. 948 sqq.), Rosenmüllerus al., sed, quidquid dicunt, multo aptius *bubalum*, quam *antilopam* (eximia harum bestiarum collectio est in museo zoologico Berolinensi) bovi comparari, nemo infitias ibit. Linguae arabicae usus igitur in hoc vc., ut saepe, hebraeo similis, non plane idem est; et apud Arabes *antilopae maiores* bubalorum nomen nactae esse videntur, sicuti eaedem gr. *βούβαλος, βουβαλίς* vocantur, et sicut Arabes animalia generis cervini البقر الوحشي *boves feros* nuncupant. — LXX. *μονοκέρωτα* reddunt, Vulg. *unicornem*, bestiam a Plinio (H. N. 8, 21) descriptam, quam diu (max. post Buffonium) fictam et fabulosam habuerunt naturae scrutatores, nostra autem memoria Angli in desertis Tibetanis superstitem repererunt (v. Rosenmülleri Morgenland II, p. 269 sq. Quarterly Review no. 47). Neque tamen illa interpretatio admitti potest. Unicornis enim equo, quam bovi, similior est et animal rarissimum, *Rêm* autem, ut ex l. l. c. c. apparet, in Palaestina et finitimis regionibus satis frequens.

רָאמוֹת m. pl. i. q. רָמוֹת 1) *excelsa*, translate *sublimia*, *ardua* Prov. 24, 7; inde n. pr. a) oppidi Gileaditidis, alias רָמוֹת, רָמַת מִצְפֶּה Deut. 4, 43. Jos. 20, 8. 1 Chr. 6, 65. b) in tribu Issachar 1 Chr. 6, 58, fort. רֶמֶת Jos. 19, 21, et יַרְמוּת 21, 29. — 2) res quaedam pretiosa, sec. interpretes hebr. *coralia rubra* Iob. 28, 18. Ez. 17, 16.

רָאמַת נֶגֶב (excelsum in austro) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. 29, 8, quo pro רָמוֹת נֶגֶב 1 Sam. 30, 27.

רָאשׁ *pauper*, v. רוּשׁ.

רֵאשׁ i. q. רִישׁ m. *paupertas* Prov. 30, 8, a rad. רוּשׁ.

רֵאשׁ chald. i. q. hebr. רֹאשׁ 1) *caput* Dan. 2, 38. חֶזְוֵי רֵאשָׁךְ visiones capitis tui, quae phantasiae tuae obversantur Dan. 4, 2. 7. 10. 7,

15. — 2) *summa, caput* rei Dan. 7, 1. Plur. רָאשִׁין V. 6, et more hebr. רָאשִׁין Esr. 5, 10.

I. **רֹאשׁ** (pro רְאשׁ) plur. רָאשִׁים (pro רְאָשִׁים), semel c. Suff. רָאשָׁיו Jes. 15, 2 subst. primit. m. 1) *caput* (arab. رَأْس, syr. ܪܫܐ, aethiop. ርእስ:, unde denom. رَأَسَ caput, princeps fuit, praefuit) pr. hominum et animalium Gen. 3, 15. 28, 18. 40, 16 et sexcenties. נָתַן בְּרֹאשׁ פ׳ in caput alicuius dedit i. e. rependit ei (male facta) Ez. 9, 10. 11, 21. 16, 43. 17, 19. 22, 31, cf. Ps. 7, 17. De formula נָשָׂא רֹאשׁ, v. נָשָׂא no. 1, litt. b. בְּרָאשֵׁינוּ *cum capitis nostri* i. e. vitae nostrae *periculo* 1 Chr. 12, 19 (cf. בְּנֶפֶשׁ s. v. נֶפֶשׁ no. 2, b). Pariter atque גֻּלְגֹּלֶת (q. v.) in numerandis hominibus, max. militibus, dr. de *uno* homine (individuo). 1 Par. 12, 23. Iud. 5, 30: לְרֹאשׁ גֶּבֶר pro capite viri i. e. pro uno viro. (Arabes vocabulum رَأْس similiter frequentant max. in numerandis pecudibus, v. Schult. Opp. min. p. 206). — Translate *caput* vocatur

2) quod *summum* est *et supremum*, a) *princeps* populi 1 Sam. 15, 17. Jes. 7, 8. רֹאשׁ בֵּית אָבוֹת et simpl. ר׳ אָבוֹת caput s. princeps familiae Ex. 6, 14. 25. Num. 7, 2. 32, 28. 36, 1. כֹּהֵן הָרֹאשׁ summus sacerdos 2 Chr. 19, 11, qui 24, 6 simpl. הָרֹאשׁ vocatur. b) civitas primaria Jos. 11, 10. Jes. 7, 8. c) summus locus. Iob. 29, 25: אֵשֵׁב רֹאשׁ *sedebam summus*, primo loco. Thren. 1, 5: *hostes eorum* sunt לְרֹאשׁ i. e. *primas tenent*, triumphant, cf. Deut. 28, 44. d) *caput s. cacumen* montis Gen. 8, 5, turris 11, 4, columnae 1 Reg. 7, 19, spicae Iob. 24, 24. רֹאשׁ פִּנָּה lapis supremus anguli Ps. 118, 22. Metaph. רֹאשׁ שִׂמְחָה summa laetitia 137, 6. רָאשֵׁי בְשָׂמִים praestantissima aromata Cant. 4, 14. Ez. 27, 22. Inde

3) *summa* (pr. numerus universus, qui etiam summus est) Lev. 5, 24. Inde נָשָׂא רֹאשׁ summam fecit, numeravit. V. נָשָׂא no. 3, litt. c. Metaph. summa verborum Ps. 119, 160, it. *multitudo* s. *agmen, caterva*, impr. militum Iud. 7, 16. 20. 9, 34. 37. 43. 1 Sam. 11, 11.

4) quod *prius* et *anterius* est, *initium, principium*. אַרְבָּעָה רָאשִׁים quattuor initia fluminum i. e. quattuor flumina minora in quae maius quoddam se diffundit, brachia Gen. 2, 10. רֹאשׁ דֶּרֶךְ initium viae, compitum Ez. 16, 25. ר׳ חוּצוֹת initium platearum, compitum Thren. 2, 19. בְּרֹאשׁ גֹּלִים in fronte captivorum. Am. 6, 7. Saepe de tempore, ut רֹאשׁ חֳדָשִׁים primus mensium Ex. 12, 2. מֵרֹאשׁ inde ab initio Jes. 40, 21. 41, 4. 26. 48, 16. רֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל prima gleba orbis terrarum (i. e. quae prima creata est) Prov. 8, 26.

5) רֹאשׁ et semel discriminis causa רוֹשׁ Deut. 32, 32 est etiam *planta* quaedam *venenifera* Deut. 29, 17, cito crescens et pulchre florens Hos. 10, 4, saporis amari Ps. 69, 22. Thren. 3, 5, propterea saepius copulata cum absinthio Deut. 29, 17. Thren. 3, 19, si quid video, neque *cicuta* auctore Celsio in Hierob. II, 46 sqq., neque *colocynthis* auctore Oedmanno (IV, p. 63), neque *lolium* (Mich. supplemm. p. 2220), sed *papaver*, a *capitibus* dictum (Liv. 1, 54). מֵי רֹאשׁ succus papaveris, opium Jer. 8, 14. 9, 14. 23, 15. Inde *venenum quodvis* Deut. 32, 32. 33. Iob. 20, 16.

Derivv. רֵאשָׁה — רֵאשִׁית, רִאשׁוֹן, מְרַאֲשׁוֹת, et n. pr. מְרֵאשָׁה.

II. **רֹאשׁ** Ez. 38, 2. 3. 39, 1 n. pr. gentis septentrionalis, cuius una cum Tubal et Meschech fit mentio, procul dubio *Russorum*, qui a scriptoribus

byzantinis seculi decimi sub nomine οἱ Ῥῶς a parte boreali Tauri habitantes memorantur, et (arab. روس dicti) ab Ibn Foſslan, eiusdem temporis scriptore arabico, tanquam fluvii *Rha* (Wolgae) accolae describuntur. (V. Ibn Foſslan Bericht von den Russen älterer Zeit, übersetzt und erklärt von Frähn. Petropoli. 1823, max. p. 28 sqq. Cf. Jos. de Hammer Origines Russes, Petersbourg 1827, qui quidem posterior gentem رسّ in Corano Cor. 15, 31. 50, 12 comparat.

רָאשָׁה (per Syriasmum pro רֵאשָׁה) f. pl. רָאשׁוֹת *principium* i. q. רֹאשׁ no. 3. Forma vicina est syr. ܪܫܐ. Ez. 36, 11.

רֹאשָׁה f. i. q. רֹאשׁ no. 2, inde הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה lapis summus, isque angularis Zach. 4, 7.

רִאשׁוֹן (more syro pro רִאישׁוֹן Jos. 21, 10. Iob. 15, 7 Cheth. et in Cod. Sam. ubique), semel רִישׁוֹן Iob. 8, 8 f. רִאשֹׁנָה adj. denom. a רֹאשׁ (inserta littera ־ִי, ut in תִּיכוֹן a תָּוֶךְ) *primus, a, um*, sive tempore (v. infra plur.), sive ordine et loco Gen. 32, 18, sive dignitate 1 Par. 18, 17. Pl. m. רִאשֹׁנִים *maiores* Deut. 19, 14. יָמִים רִאשֹׁנִים dies priores, tempora priora Deut. 10, 10. נְבִיאִים רִאשֹׁנִים prophetae priores Zach. 1, 4. 7. 8. 12, pl. fem. הָרִאשֹׁנוֹת *priora* h. e. res antehac gestae Jes. 43, 18. 46, 9, it. prius praedicta 42, 9. 43, 9. 48, 3. — Fem. רִאשֹׁנָה adv. *primum* Gen. 33, 2. 38, 28, *prius* Dan. 11, 29, כָּרִאשֹׁנָה sicut prius Deut. 9, 18. Dan. 11, 29, it. בָּרִאשֹׁנָה a) de loco et ordine: in fronte, in prima acie (LXX. ἐν πρώτοις) Jes. 60, 9. b) de tempore: primum Num. 10, 13. 14, prius Gen. 13, 4, *antehac* Jes. 52, 4, כְּבָרִאשֹׁנָה sicut antehac 1, 26, לָרִאשֹׁנָה prius Iud. 18, 29.

רִאשֹׁנִי f. ־ִית id. Jer. 25, 1.

רַאֲשׁוֹת v. מְרַאֲשׁוֹת.

רֵאשִׁית f. semel רֵשִׁית Deut. 11, 12 (denom. a רֵאשׁ chald. רֵאשׁ caput, princeps, addita syllaba ־ִית, v. Gr. §. 76, no. 4) 1) *principium* Gen. 1, 1. 10, 10. Jer. 28, 1. — 2) *status prior* Iob. 42, 12, *tempus priscum* Jes. 46, 10. — 3) *primum*, in suo genere a) ratione temporis, *primitiae*. Gen. 49, 3: רֵאשִׁית אוֹנִי *primitiae roboris mei* i. e. primogenitus. רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ primitiae rerum ab eo creatarum Prov. 8, 22, cf. Iob. 40, 19. Deut. 33, 21: וַיַּרְא רֵאשִׁית לוֹ *sibi elegit primum*, qs. primitias terrae sanctae. Saepissime de primitiis in templo oblatis Lev. 2, 12. 23, 10. Deut. 18, 4. 26, 10. b) ratione dignitatis, *praestantissimum* Am. 6, 1. 6.

רַב in Pausa רָב f. רַבָּה pl. רַבִּים adj. (rad. רָבַב) 1) *multus*, sive de una re continua (ubi respondet gall. *beaucoup de*, angl. *much*), ut זָהָב רַב aurum multum 1 Reg. 10, 2. Ps. 19, 11, sive de collectivis, quae multas partes (multa individua) continent (ubi respondet lat. et gall. *numerosus, nombreux*, angl. *many*), ut עַם רַב populus multus i. e. numerosus Jos. 17, 14, אָדָם רָב multi homines Iob. 36, 28 (h. l. οἱ πολλοί), עֲבֻדָּה רַבָּה familia numerosa Gen. 26, 14, מִקְנֶה רָב pecus numerosum Num. 32, 1. Inde c. pl. יָמִים רַבִּים dies multi, longum tempus Gen. 21, 34, עַמִּים רַבִּים multi populi Ps. 89, 51. Sq. genit. רַב תְּבוּנָה multae (magnae) prudentiae homo Prov. 14, 29, רַבַּת בָּנִים multos liberos habens 1 Sam. 2, 5, c. Jod parag. רַבָּתִי עָם frequens populo (civitas) Thren. 1, 1. Saepe neutraliter ponitur pro *multum*. Exod. 19, 21: נָפַל מִמֶּנּוּ רָב quod latine quidem redditur: *cadunt ex iis multi*, sed proprie est: *es fällt von ihnen viel* (Mannschaft). 1 Sam. 14, 6. Gen. 33, 9, inde adv.,

adeoque c. subst. plur. Ps. 18, 15: בְּרָקִים רָב *fulmina multa* (der Blitze viel, Blitze in Menge). Eccl. 6, 3: וְרַב שֶׁיִּהְיוּ יְמֵי שָׁנָיו *etsi multi fuerint dies annorum eius.* Saepe i. q. *satis, satis* (est), *sufficit.* Gen. 45, 28, max. in formula (cf. מְעַט) רַב עַתָּה *ohe! iam satis!* i. e. desiste! 2 Sam. 24, 16. 1 Reg. 19, 4, plenius רַב לָךְ Deut. 3, 26, רַב לָכֶם Ez. 45, 9. Num. 16, 3 desiste, desistite. Sq. inf. Deut. 1, 6: רַב לָכֶם שֶׁבֶת *satis diu commorati estis.* 2, 3, sq. מִן Ez. 44, 6: רַב לָכֶם מִכָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם *desistite ab omnibus sceleribus vestris.* 1 Reg. 12, 28. Ex. 9, 28. — Etiam fem. רַבָּה saepe utuntur neutraliter Ps. 123, 4, et adverbialiter pro *multum, satis* Ps. 62, 3, et saepius st. constr. רַבַּת 65, 10. 120, 6. 123, 4.

2) *magnus, amplus, vastus* (cf. πολύς ap. Passov. no. 1, b), de vasto spatio Gen. 7, 11. Esth. 1, 20, de longa via (πολλὴ ὁδός) 1 Reg. 19, 7; de pugna et clade gravi 2 Par. 13, 17. Num. 11, 33, de peccato gravi Ps. 19, 14, de Dei benignitate multiplici Ps. 31, 20, de attentione diuturna (cf. πολλὴ σιγή) Jes. 21, 7. Spec. a) i. q. *potens* Ps. 48, 3. Jes. 63, 1. Plur. רַבִּים potentes Iob. 35, 9. Jes. 53, 12. b) *maior* natu Gen. 25, 23. Pl. רַבִּים aetate provecti Iob. 32, 9. c) subst. *summus, praefectus* i. q. שַׂר, max. in sequiore Hebraismo, v. c. רַב טַבָּחִים praefectus satellitum 2 Reg. 25, 8, רַב סָרִיסִים praefectus eunuchorum Dan. 1, 3. Esth. 1, 8. d) *magister,* qui multum valet in aliqua arte, *artis peritus* Prov. 26, 10. Cf. talmud. רַב doctor, doctrina praestans. — Neutr. et subst. *magnitudo* Ps. 145, 7. Jes. 63, 7.

3) Iob. 16, 13 רַבָּיו omnes vett. intpp. redduut *tela, sagittae eius* (Dei), a רָבַב no. 2. Al. sagittarii eius. Possit quidem retineri: *multi eius* i. e. militum agmina, quod tamen durum esset.

רַב chald. 1) *magnus* Dan. 2, 10. 31. 35. 45. מְמַלֵּל רַבְרְבָן *magna loqui* h. e. superbe, impie loqui Dan. 7, 8. 20. Cf. גָּדוֹל no. 2 et פָּלָא Niph. — 2) subst. *summus, praefectus, princeps* Dan. 2, 48. 5, 11. Pl. רַבְרְבִין (a sing. רַבְרַב) Dan. 3, 33. 2, 48. 7, 3. 7. 17.

רָב v. רִיב.

רֹב (pr. inf. verbi רָבַב) in recentioribus libris etiam plene רוֹב Iob. 35, 9. Esth. 10, 3, sq. Makk. רָב־, c. Suff. רֻבָּם 1) *multitudo, copia.* Lev. 25, 16. Jes. 1, 11. לָרֹב adv. *multum* Gen. 30, 30. 48, 16. Deut. 1, 10. Pl. cstr. Hos. 8, 12 Keri. Poët. *multitudo* dr. fere pro כֹּל Iob. 4, 14 (v. Schultens ad l. l.) 33, 12, cf. 66, 28. — 2) *magnitudo* v. c. potentiae Ps. 33, 16, misericordiae 51, 3, *longitudo* viae Jos. 9, 13.

רָבַב 1) *multus factus est, auctus est* Gen. 6, 1, *multus fuit* Ps. 3, 2. 69, 5. 104, 24. Jes. 59, 12 et saepe. Exstat in solo praet. et inf. רֹב; reliqua tempora formantur a verbo cognato רָבָה.

2) med. O. praet. רֹבּוּ Gen. 49, 23 auctore Kimchio et Vers. Ven. prob. *iaculati sunt* (vel a sagittarum multitudine, vel ita ut רבב significationem repetat a verbo רָמָה). Inde רַב no. 3 *sagitta.* Sunt etiam qui huc referant Ps. 18, 15: בְּרָקִים רָב *fulmina iaculabatur*, sed vide רַב no. 1.

Pu. (denom. a רְבָבָה) part. *in myriades multiplicatus* Ps. 144, 13.

Derivv. רֹב, רַבָּה, רַב, רְבָבָה, רִבּוֹ, רְבִיבִים, et nomm. pr. רַבִּית, רַבְשָׁקֵה, יָרָבְעָם.

רְבָבָה f. *myrias, decem millia* Iud. 20, 10, saepe pro numero maximo Gen. 24, 60. Cant. 5, 10. Plur. רְבָבוֹת *myriades* 1 Sam. 18, 8, ple-

rumque de numero quodam maximo Ps. 3, 7. Deut. 33, 17.

רָבַד 1) *stravit lectum* i. q. רָפַד Prov. 7, 16, unde מַרְבַדִּים (Beth raphato, quod reponendum p. 615). — 2) i. q. arab. ربط ligavit, unde רָבִיד collare.

רָבָה fut. יִרְבֶּה apoc. יִרֶב et יִרֶב imp. רְבֵה, plur. רְבוּ, part. רֹבֶה (praet. et inf. formantur a verbo cognato רָבַב) 1) *multiplicatus, auctus est* Gen. 1, 22. 28. 9, 1. 7. Ex. 1, 20 et saepe; *multus, numerosus fuit* Ps. 139, 18.

2) a) *magnus factus est* 1 Sam. 14, 30, *maior factus est* Deut. 30, 16, inde *adolevit* Gen. 21, 20: וַיְהִי רֹבֶה קַשָּׁת *et factus est, quum adolevisset, sagittarius.* Vulg. factusque est iuvenis sagittarius; b) *magnus fuit* Gen. 43, 34, it. *potens fuit* Iob. 33, 12. Prov. 29, 2.

Pi. רִבָּה 1) *multiplicavit, auxit* c. acc. Iud. 9, 29. Absol. multum fecit, i. e. multa comparavit, acquisivit sibi (cf. הִרְבָּה no. 1, d. עָשָׂה no. 2, d). Ps. 44, 13: לֹא רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם *non multum acquisivisti venditione eorum*, h. e. parvo pretio eos vendidisti, vel: *non auxisti* sc. opes tuas (cf. Prov. 22, 16) cet. — 2) *educavit* Ez. 19, 2. Thren. 2, 22. (Syr. ܪܰܒܺܝ, arab. ربّى id.).

Hiph. הִרְבָּה, fut. יַרְבֶּה, apoc. יֶרֶב, imp. apoc. הֶרֶב, inf. abs. הַרְבֵּה et הַרְבָּה (sed haec forma ubique adverbialiter) cstr. הַרְבּוֹת 1) *multum fecit* Gen. 3, 16. Jes. 23, 16. a) sq. inf. et gerundio saepe pro adv. *multum.* 1 Sam. 1, 12: הִרְבְּתָה לְהִתְפַּלֵּל *multum precata est.* Ex. 36, 5. Ps. 78, 38. Am. 4, 4. 2 Reg. 21, 6: הִרְבָּה לַעֲשׂוֹת הָרַע *multum mali fecit*, it. sq. verbo finito 1 Sam. 2, 3. Inde inf. absol. הַרְבֵּה saepe utuntur pro adv. *multum faciendo* (rarius הַרְבּוֹת Am. 4, 9. Prov. 25, 27). Eccl. 5, 11. 2 Sam. 1, 4, הַרְבֵּה מְאֹד permultum Neh. 2, 2. 3, 33, etiam cum substantivis 2 Sam. 8, 8: נְחֹשֶׁת הַרְבֵּה מְאֹד *permultum aeris.* 12, 2. 1 Reg. 5, 9. Gen. 15, 1: שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד *merces tua permulta* (permagna) *erit*, c. plur. 1 Reg. 10, 11. לְהַרְבֵּה id. Neh. 5, 18. — It. *multiplicavit, auxit.* Prov. 22, 16: הַרְבּוֹת לוֹ *ei augere* (opes), sq. לְ Jos. 10, 1. b) *multum dedit*, pro pleniore הִרְבָּה לָתֵת Ex. 30, 15. Oppos. הַמְעִיט et contra c) sq. עַל *multum imposuit* alicui, pro pleniore הִרְבָּה לָשׂוּם עַל. Gen. 34, 12. d) *multum habuit*, pr. multum fecit, produxit. Cf. gramm. hebr. §. 52, 2. Lev. 11, 42: מַרְבֵּה רַגְלַיִם multos pedes habens. 1 Chr. 7, 4: הִרְבּוּ נָשִׁים וּבָנִים *multos mulieres habuerunt et liberos.* 4, 27. 8, 40. 23, 11.

2) *magnum fecit* Ps. 18, 36. 1 Chr. 4, 10. Iob. 34, 37: *grandia facit verba sua in Deum*, h. e. impie loquitur (v. רַב chald.).

Derivv. מִרְבָּה, מַרְבֶּה, אַרְבֶּה, תַּרְבִּית, תַּרְבּוּת, מַרְבִּית.

רְבָה chald. *magnus factus est, crevit* Dan. 4, 8. 19.

Pa. magnum fecit, magnificavit Dan. 2, 48.

Deriv. רִבּוֹ.

רַבָּה pr. urbs capitalis, syr. ܪܰܒܬܳܐ, deinde n. pr. 1) urbis capitalis Ammonitarum 2 Sam. 11, 1. 12, 27. Jos. 13, 25. 1 Chr. 20, 1. Jer. 49, 3 (non Ps. 110, 6), plene רַבַּת בְּנֵי עַמּוֹן Deut. 3, 11, gr. *Philadelphia*, apud Abulfedam et hodieque عمّان (tab. Syriae p. 91), cf. de ruinis eius Seetzen in v. Zach monatl. Correspond. XVIII, p. 429 et Burckhardt, itin. Syriae p. 612 —618, cf. 1062 ed. germ. — 2) oppidi in tribu Judae Jos. 15, 60.

רִבּוֹ f. (pro רִבּוֹת, littera ת abiecta, syr. ܪܶܒܘ) Jon. 4, 11. 1 Chr. 29,

7 et רִבּוֹא (addito א, gramm. hebr. §. 23, 2 not. 3) Esr. 2, 64. Neh. 7, 66 *myrias* i. q. רְבָבָה, sed apud recentiores tantum scriptores. Dual. רִבּוֹתַיִם duae myriades Ps. 68, 18. Pl. רִבֹּאוֹת Dan. 11, 12, contr. רִבֹּאת Esr. 2, 69, et רִבּוֹת Neh. 7, 71.

רִבּוֹ chald. id. Pl. רִבְּוָן (syr. ܪ̈ܒܘܢ) Keri רִבְבָן *myriades* Dan. 7, 10.

רְבוּ chald. st. emphat. רְבוּתָא *magnitudo* Dan. 4, 19. 33. 5, 18.

רִבּוֹת v. רִבּוֹ myrias.

רְבִיבִים pl. (a rad. רָבַב) *pluviae*, a guttarum multitudine Deut. 32, 2. Arab. رَبَبٌ aqua copiosa.

רָבִיד m. *torques, collare*, a rad. רָבַד no. 2 Ez. 16, 11. Gen. 41, 42.

רְבִיעִי f. ־ִית adj. ordinale, *quartus*, a (a רָבַע, אַרְבַּע quattuor). בְּנֵי רְבִיעִים filii quartorum s. quartae aetatis hominum i. e. abnepotum. 2 Reg. 10, 30. 15, 12. Fem. רְבִיעִית etiam subst. *pars quarta* Ex. 29, 40.

רְבִיעַי f. רְבִיעָאָה chald. id. Dan. 2, 40. 7, 23.

רַבִּית (multitudo) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. 19, 20.

רָבַךְ *commiscuit, versavit* (panem in oleo), tantum in Part. Hoph. Lev. 6, 14. 7, 12. 1 Chr. 23, 29. (Arab. ربك id.).

רָבַל rad. inusit., arab. ربل multus, fertilis fuit, abundavit. Inde

רִבְלָה (fertilitas) n. pr. oppidi ad terminum Palaestinae septentrionalem in agro Hamathensi, quod Babylonii et irruentes et abeuntes transire solebant. Vestigia eius prius incognita mihi reperisse videor in oppido *Rebla* octo milliaria ab austro Hamathae ad Orontem sito, cuius mentionem facit Buckingham (Travels among the Arab. tribes. London 1825. 4. p. 481). Num. 34, 11. 2 Reg. 23, 33. 25, 6. Jer. 39, 5. 52, 10.

I. רָבַע 1) i. q. רָבַץ *cubuit*, ע et צ permutatis, v. רָבַע no. 1. — 2) *concubuit* cum al., sq. acc., de concubitu animalium Lev. 18, 23. 20, 16.

Hi. coire fecit vel *sivit* Levit. 19, 19.

II. רָבַע denom. a רֶבַע (c. Aleph prosthet. אַרְבַּע) *quattuor*. Part. pass. רָבוּעַ *quadratus* Exod. 27, 1. 28, 16. Part. Pu. מְרֻבָּע id. 1 Reg. 7, 31.

I. רֶבַע m. c. Suff. רִבְעִי *cubatio* Ps. 139, 3, a rad. רָבַע no. I.

II. רֶבַע (ab אַרְבַּע quattuor) 1) *quarta pars* Ex. 29, 40, inde 2) *latus* (unum ex quattuor lateribus) Ez. 1, 8. 16. 43, 17. 3) n. pr. regis Midianitarum Num. 31, 8. Jos. 13, 21.

רֹבַע m. *pars quarta*. Arab. رُبْعٌ id. 2 Reg. 6, 25. Num. 23, 10: *quis numerabit vel quartam partem Israëlis?* cf. τὸ τέταρτον Apoc. 6, 8. Hebraei interpretes concubitum reddunt (v. רָבַע no. I, 2), inde sobolem.

רִבֵּעַ, tantum in pl. רִבֵּעִים *abnepotes, quarta progenies* Ex. 20, 5. 34, 7, cf. שִׁלֵּשִׁים.

רָבַץ fut. יִרְבַּץ, arab. ربض (cf. רָבַע) *cubuit, recubuit*, pr. (ut bene Simonis) de quadrupedibus, quae complicatis pedibus pectori incubant Gen. 29, 2. 49, 9. Num. 22, 17. Jes. 11, 6. 13, 21. 27, 10. Zeph. 2, 14. Ez. 29, 3, semel de ave pullis incubante Deut. 22, 6. Spec. a) de bestia in insidiis cu-

bante (arab. رَبَضَ id., رَابِضٌ, رَبَّاصٌ insidiator, poët. de leone). Gen. 4, 7: *si non bene feceris* (et odio occulto indulseris) לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ *ad ianuam peccatum insidiator erit* h. e. peccatum instar ferae ad ianuam tuam recubantis tibi nunquam non insidiabitur. רֹבֵץ h. l. substantive et ἐπικοίνως positum sexu non congruit cum חַטָּאת, cf. gramm. hebr. §. 144, not. 2. Ad sententiam cf. Ps. 37, 8. b) transfertur ad homines placide quiescentes, secure viventes Iob. 11, 19. 17, 2. Jes. 14, 30, ad aquas in terrae gremio quiescentes Gen. 49, 25, ad exsecrationem quae alicui incumbit Deut. 29, 19.

Hiph. 1) *recubare fecit* gregem Cant. 1, 7, homines Ez. 34, 15. Jes 13, 20. — 2) *posuit* lapides in stibio tanquam caemento Jes. 54, 11.

Derivv. מַרְבֵּץ, et

רֵבֶץ m. 1) *cubile bestiarum, gregum* Jes. 35, 7. 65, 10. Jer. 50, 6. — 2) *domicilium quietum* (hominum) Prov. 24, 15.

רָבַק rad. inusit. arab. رَبَقَ firmiter alligavit, max. iumentum, pecudem. Inde מַרְבֵּק et

רִבְקָה (arab. رِبْقَةٌ funis cum laqueo, non male de puella viros pulchritudine irretiente) *Rebecca*, Isaaci uxor Gen. 22, 23. 24, 15 sqq.

רַבְרְבִין v. רַב chald.

רַבְרְבָן m. chald., tantum in plur. רַבְרְבָנִין *magnates, principes* Dan. 4, 33. 5, 1 sqq. 6, 18.

רַבְשָׁקֵה (aram. ܪܰܒ ܫܩܐ princeps pincernarum) n. pr. ducis militum Sanheribi 2 Reg. 18, 17. Jes. 36, 2.

רָגַב rad. inusit., cogn. רָגַם, coacervavit lapides, glebas, unde n. pr. אַרְגֹּב et

רֶגֶב pl. cstr. רִגְבֵי *gleba.* Iob. 21, 33: *suaves ei sunt glebae vallis* i. e. est ei terra levis. 38, 38: וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ *et* (si) *glebae inter se cohaerent*, conglutinatae sunt.

רָשַׁע fut. יִרְשַׁע 1) pr. *tumultuatus est*, v. adj. רָשָׁע Iob. 3, 17. Jes. 57, 20, et Hiph. Iob. 34, 29. (Syr. ܪܫܥ Aph. exagitavit, ܪܘܫܥܐ commotio, perturbatio, it. ܐܬܪܫܥ perturbatus est. Vicinae radd. sunt רָעַשׁ, רָעַע aliaeque, de quibus egimus ad רָעַע). Inde 2) *iniustus, impius fuit* (cf. eandem translationem in rad. רָעַע) 1 Reg. 8, 47. Dan. 9, 15. Eccl. 7, 17, opp. צָדַק. Praegn. sq. מִן *impie defecit a* (Deo) Ps. 18, 22. — 3) *iniustam causam habuit, reus fuit* (opp. צָדַק). Iob. 9, 29. 10, 7. 15.
Hiph. 1) *reum* s. *iniustum declaravit*, i. e. *condemnavit* aliquem, de iudice (opp. הִצְדִּיק) Ex. 22, 8. Deut. 25, 1. Iob. 32, 3. Jes. 50, 9, de eo, cuius causa vincit Jes. 54, 17. Inde simpl. *vicit.* 1 Sam. 14, 47 de Saulo: *et quocunque se vertebat,* יַרְשִׁיעַ *causa eius vincebat* i. e. superior discedebat, quandoquidem victoria iustae causae praemium, clades impietatis poena habebatur cf. צָדַק, צְדָקָה no. 4, זָכָה insons fuit, syr. ܙܟܐ vicit. LXX. ἐσώζετο. Vulg. *superabat.* Sed possit etiam assumta primaria significatione reddi: *perturbationem, terrorem iniecit.* — 2) intrans. *iniuste, impie egit.* 2 Chr. 20, 35 (addito לַעֲשׂוֹת). 22, 3. Iob. 34, 12. Dan. 12, 10. Praegn. 11, 32:

מַרְשִׁיעֵי בְרִית *impie deserentes foedus.*

Derivv. רָשָׁע, רֶשַׁע, רִשְׁעָה, מִרְשַׁעַת.

רָשָׁע adj. 1) *iniustus, impius* Gen. 18, 23. Iob. 9, 24. 15, 20. 20, 29. Ps. 1, 1. 4. 5. 6. 3, 8. 7, 10. 9, 18. 11, 6 et sexcenties. Opp. צַדִּיק. Passim (sed raro tamen), de gentilibus (גּוֹיִם) Israëlitas (עֲנָוִים) vexantibus Jes. 14, 5. Ps. 9, 6, cf. רָשָׁע Ps. 84, 11. 125, 3, et gr. ἄνομοι de gentilibus 1 Macc. 2, 44. 3, 5. Act. 2, 23. — 2) *iniustam causam habens* (sensu forensi) Ex. 23, 7. Deut. 25, 1. — 3) *reus* Gen. 18, 23. 25. רָשָׁע לָמוּת mortis reus. Num. 35, 31.

רֶשַׁע c. Suff. רִשְׁעִי m. *improbitas, impietas* Ps. 5, 5. 45, 8 et saepe. Opp. צֶדֶק. אֹצְרוֹת רֶשַׁע opes iniuste partae Mich. 6, 10. מֹאזְנֵי רֶשַׁע lances improbae i. e. dolosae, adulterinae Mich. 6, 11. Spec. pro *fraude, mendacio* Prov. 8, 7 (opp. אֱמֶת). Pl. רְשָׁעִים improbe facta Iob. 34, 26.

רִשְׁעָה f. 1) *improbitas, impietas* Jes. 9, 17. Mal. 3, 15, spec. fraus, mendacium (cf. צֶדֶק no. 2) Prov. 13, 6. — 2) *improbe factum* Deut. 25, 2.

רִשְׁעָתַיִם v. כּוּשַׁן.

רָשַׁף rad. inusit. *inflammavit, incendit*, cogn. שָׂרַף, שָׁרַב. Sam. id.

רֶשֶׁף m. 1) *flamma* Cant. 8, 6 cf. chald. Ps. 78, 48. Targ. — 2) *fulmen* Ps. 78, 48. Inde poët. 76, 4: רִשְׁפֵי קָשֶׁת *fulmina arcus* i. e. sagittae, et Iob. 5, 7: בְּנֵי רֶשֶׁף *filii* ✗*fulminis* i. e. aves rapaces fulminis celeritate volantes Iob. 5, 7. — 3) *febris ardens, pestis*, qua cor—pus *inflammatur* (cf. חֵמָה ardor et venenum). Deut. 32, 24: לְחֻמֵי רֶשֶׁף *pesti consumti.* Hab. 3, 5 (ubi in altero hemistichio דֶּבֶר pestis). — 4) n. pr. 1 Chr. 7, 25.

רָשַׁשׁ (cogn. רָצַץ) *fregit, confregit*, in Kal inusit.

Po. id. Jer. 5, 17. *Pu.* pass. Mal. 1, 4.

Deriv. n. pr. תַּרְשִׁישׁ.

רֶשֶׁת, c. Suff. רִשְׁתִּי pr. inf. verbi יָרַשׁ capiendi et rapiendi significatu, f. *rete* Ps. 57, 7. 9, 16. 31, 5. Thren. 1, 13. פָּרַשׂ רֶשֶׁת עַל rete extendit, iecit super aliquid. Ez. 12, 13. 17, 20. 32, 3. מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת *opus reticulatum* Ex. 27, 4.

רַתּוֹק m. *catena* Ex. 7, 23. Plur. רַתּוּקוֹת 1 Reg. 6, 21, a rad. רָתַק.

רָתַח *ferbuit, ebullivit,* in Kal inusit. (Syr. et chald. id.).

Pi. fervefecit, ebullire fecit Ez. 24, 5. — *Pu. aestuavit,* de visceribus, metaph. de animi commotione Iob. 30, 27.

Hiph. ut Pi. Iob. 41, 23. Inde

רֶתַח m. *ebullitio*, tantum pl. Ez. 24, 5.

רָתַם *alligavit,* equos currui Mich. 1, 13. (Cf. אָסַר no. 4). Arab. رتم IV. circumligavit filum digito. Inde

רֹתֶם m. (1 Reg. 19, 4 Cheth. f.) pl. רְתָמִים 1 Reg. 19, 4. 5. Iob. 30, 4. Ps. 120, 4, sec. Hebraeos et Hieron. *iuniperus*, rectius i. q. arab. رَتَمٌ *genista* (spartium iunceum Linn.), frutex in Arabiae desertis crescens, subflavis floribus, radice amara, qua pauperes vesci solebant (Iob. l. c.). Dicta est a ligando, ut *iuncus* a iungendo, *Binsen* a verbo *binden.* V. Cels. Hierobot. T. I, p. 246. Oedmanni vermischte Sammlungen aus der Naturkunde, fasc. 2, cap. 8.

רִתְמָה (genista) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 18. 19.

‹ Ventis & ocyor fulminis alis – Aen. 5: 319.

רָתַק in Kal inusit. *ligavit, vinxit.* Arab. رتق, clausit, consuit.

Niph. Eccl. 12, 6 Keri (significatione contraria) *revinctus, solutus est.* Chethibh habet יִרְחַק remotus est.

Pu. vinctus est Nah. 3, 10, unde רַתּוֹק et

רְתֻקוֹת f. pl. *catenae* Jes. 40, 19.

רָתַת rad. inusit., i. q. רָטַט et aram. רְתַת. ژ territus est, unde

רֶתֶת m. *terror* Hos. 13, 1. Aram. רְתִיתָא id.

שׂ

Littera ש antiquitus et ante inventa signa diacritica, pariter atque s in lingua hibernica (v. *solâ* solatium, sed *se* [lege *sche*] is, *si* [lege *schi*] ea), tum simplex *s* tum sonum densiorem, quem nos litteris *sch*, Angli litteris *sh* exprimunt, nullo discrimine designabat: postmodo autem a Grammaticis ita distinctum est, ut lenior sonus puncto in sinistro cornu, densior eodem in dextro cornu posito indicaretur.

Pro hebraeo שׂ Chaldaei plerumque, Syri (utpote littera Sin carentes) semper substituunt ס, veluti שָׂבַר, סְבַר, ܣܒܰܪ: Arabes autem ex peculiari huius linguae proprietate in his radicibus tantum non omnibus habent ش, velut שָׂנֵא شنأ, שָׂכַר شكر, שָׂכַל شكل cet. (fere ut Wirtembergenses s germanicum fortiore sibilo pronuntiant, *ist* quasi *ischt*), raro retinent س, ut שָׂלָה, سلى. In ipsa lingua hebraea litterae vicinae sunt a) reliquae sibilantes, ut שׁ, ס, צ, ז v. pag. 698. 699, adde שָׂפַן, צָפַן, סָפַן; שָׂחַק, צָחַק; שָׂקַק, זָקַק colavit, שָׂאַר et שָׁאַר ferbuit, fermentavit. b) passim spiritus, fere ut gr. ὗς, *sus*, ὕλη *silva*, cf. שָׂדֶה i. q. הָדָה extendit; סָלַךְ سلك i. q. הָלַךְ ivit, שָׂרַג = אָרַג plexuit, texuit, et saepius etiam in radicibus formandis sibilus stirpi bilitterae praemittitur, ut שָׂגַב i. e. גָּבַב altus fuit, שָׂגָא i. q. גָּאָה cet. cf. γράφω *scribo*, γλύφω *sculpo*, τρίζω *strideo*, *tego* στέγω, fallo σφάλλω et sexcenta.

שָׂאַר rad. inusit., cogn. verbis סִיר (q. v.), שָׁאַר *ferbuit, efferbuit, fermentavit* cf. ثار efferbuit, erupit (ulcus). (In linguis occidentalibus eiusdem stirpis est germ. *suar* ap. Ottfr., anglosax. *sur*, nostr. *sauer*). Inde

שְׂאֹר m. *fermentum* Ex. 12, 15. 19. (Chald. סְאֹר id.).

שְׂאֵת pr. inf. fem. verbi נָשָׂא (pro שְׂאֵת) c. Suff. שְׂאֵתִי, semel contr. שֵׂתוֹ Iob. 41, 17 (ubi alii codd. שאתו) 1) *elevatio* Iob. 41, 17, *elatio* sc. vultus Gen. 4, 7. V. rad. נָשָׂא no. 1, litt. c. — 2) *eminentia, locus eminens* in cute, inde *macula* quaevis Exod. 13, 2. 10. 19, adeoque quae cute est profundior. Cf. V. 2 et 3. 4. — 3) *excellentia, maiestas* Gen. 49, 3. Iob. 13, 11. — 4) *dictum, decretum* iudicis (cf. מַשָּׂא no. 4, et נָשָׂא no. 1, litt. f.) Hab. 1, 7. All. superbia.

שָׂבַךְ *plexit* i. q. סָבַךְ, unde

שְׂבָךְ m. pl. שְׂבָכִים *cancelli* 1 Reg. 7, 17.

שְׂבָכָה f. 1) *rete* Iob. 18, 8. — 2) *clathri*, quibus capitula columna-

rum obducta erant 2 Reg. 1, 2. 1 Reg. 7, 18. 20. 51.

שַׂבְּכָא sambuca, v. סַבְּכָה.

שָׂבַם rad. inusit. et dubiae potestatis. Arab. شبم est frigidus fuit. Io. Simonis ei tribuit sententiam verbi בָּשַׂם suaveolens fuit. Inde

שְׂבָם (refrigeratio, vel suavis odor) Num. 32, 3, et שִׂבְמָה ibid. V. 38. Jos. 13, 19. Jes. 16, 8. 9, n. pr. oppidi Rubenitarum, quod vitibus abundabat.

שָׂבַע et **שָׂבֵעַ** 1) *satiatus est, satur fuit* et *factus est.* (Arab. شبع id. Originem posuerim in abundantia potus cf. סָבָא, quanquam in vulgari linguae usu hoc verbum de cibo magis, quam de potu, frequentatur). Plerumque de eo qui cibo satiatur Deut. 31, 20. Ruth 2, 14. Jes. 44, 16 cet., rarius de eo qui potu i. q. רָוָה Am. 4, 8, inde de terra irrigata Prov. 30, 16. Ps. 104, 16. Tribuitur animae (v. נֶפֶשׁ no. 2) Eccl. 6, 3, et metaph. oculo, quod videndo satiatur Eccl. 1, 8 cf. Jes. 53, 11. Ps. 17, 15. Constr. absol. Hos. 4, 10. Ps. 37, 19, sq. acc. rei, velut שָׂבַע לֶחֶם pane satiatus est Ex. 16, 12. Iob. 27, 14. Eccl. 5, 9; sq. מִן Prov. 14, 14. 17, 20. Iob. 31, 31; sq. בְּ Ps. 65, 5. 88, 4, sq. לְ ante inf. Eccl. 1, 8. Metaph. dicunt: satiari pecuniâ Eccl. 5, 9, ignominiâ Thren. 3, 30. Hab. 2, 16, contemtu Ps. 123, 8, calamitate Ps. 88, 4. — 2) Passim accedit notio *taedii* et *fastidii* Jes. 1, 11. Iob. 7, 4. Prov. 25, 17. שְׂבַע יָמִים vitae satur fuit 1 Chr. 23, 1. 2 Chr. 24, 15.

Pi. satiavit Ez. 7, 19, sq. dupl. acc. pers. et rei Ps. 90, 14.

Hiph. satiavit sq. acc. pers. Ps. 107, 9, sq. dupl. acc. pers. et rei, 132, 15, sq. מִן rei Ez. 32, 4. Ps. 81, 17, sq. בְּ rei 103, 5. Semel sq. לְ pers. et acc. rei, Ps. 145, 16. Metaph. Ps. 91, 16.

Quinque nomm. derivv. statim sequuntur.

שָׂבָע m. *satietas, abundantia* cibi Gen. 41, 29 sqq. Prov. 3, 10.

שָׂבֵעַ m. adj. *satur, satiatus* Prov. 27, 7. 1 Sam. 2, 5. Metaph. a) in bonam partem: abundans aliqua re v. c. שְׂבַע רָצוֹן abundans gratia (divina) Deut. 23, 23. b) in malam partem: *satur aerumnis* i. e. iis abundans Iob. 14, 1. 10, 15. Inde accedente fastidii notione שְׂבַע יָמִים satur vitae Gen. 35, 29. Iob. 42, 17, et simpl. שָׂבֵעַ Gen. 25, 8.

שֹׂבַע m. 1) *satietas.* לְשֹׂבַע usque ad satietatem Ex. 16, 3. — 2) *abundantia* Ps. 16, 11.

שִׂבְעָה f. Ez. 16, 49 et

שָׂבְעָה f. *satietas* Ruth 2, 18. לְשָׂבְעָה usque ad satietatem Jes. 23, 88. Ez. 39, 19.

שָׂבַר *contemplatus est, intuitus est* sq. בְּ Neh. 2, 13. 15. (Chald. סְבַר, q. v. Arab. سبر scrutatus est v. c. vulnus. Origo esse videtur in fodiendo et perscrutando, quod stirpi בר, פר proprium est, cf. בָּאַר, בּוּר, פָּאַר, it. חָפַר et הָבַר).

Pi. 1) *exspectavit* (pr. intuitus est, cf. צָפָה Pi. no. 2) Ruth 1, 13. — 2) *speravit* Esth. 9, 1. Sq. אֶל et לְ pers. Ps. 104, 27. 119, 166. Jes. 38, 18 (ubi alii coll. syr. ܣܒܰܪ celebravit. Aram. *Pe.* et *Pa.* id. cf. lat. *spero*). Inde

שֵׂבֶר, ubique c. Suff. שִׂבְרִי m. *spes* Ps. 119, 116. 146, 5.

שָׂגָא in Kal inusit., i. q. aram. סְגָא, *magnus fuit* vel *factus est, crevit.* (Cognatum est גָּאָה, praemisso sibilo, v. ad. שׂ pag. 954) Non reperitur nisi

Hiph. 1) *magnum fecit*, sq. לְ Iob. 12, 23. — 2) *magnificavit, laudibus extulit* ib. 36, 24.

Deriv. שַׂגִּיא.

שְׂגָא chald. id. Fut. Dan. 3, 31: שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא *salus vestra sit magna*, formula salutandi 6, 26. Esr. 4, 22.

שָׂגַב i. q. רוּם, sed (praeter Deut. 2, 36) apud solos poëtas 1) *extulit se* (cogn. radici גָּבַהּ, cf. שָׂגָא i. q. גָּאָה) Iob. 5, 11. — 2) *altus fuit*, de urbe inaccessa Deut. 2, 36.

Niph. altus fuit Prov. 18, 11. Transl. a) *excelsus, sublimis fuit*, de Deo Ps. 148, 13. Jes. 2, 11. b) in alto loco constitutus est, inde *tutus praestitus est* Prov. 18, 10, cf. מִשְׂגָּב. c) *arduus* intellectu *fuit* Ps. 139, 6.

Pi. altum, excelsum fecit aliquem, ubique metaph. a) potentem reddidit Jes. 9, 10. b) *tutum praestitit* Ps. 20, 2. 69, 30. 91, 14, sq. מִן *ab* hoste (cf. מִן no. 3, a) Ps. 59, 2. 107, 41. — *Pu.* pass. Pi. litt. b. Prov. 29, 25.

Hiph. excelsum egit s. *se praestitit* Iob. 36, 22.

Deriv. מִשְׂגָּב et n. pr. שְׂגוּב.

שָׂגַג rad. incertae auctoritatis, v. שׂוּג no. II.

שָׂגָה i. q. שָׂגָא *magnus factus est, crevit* Iob. 8, 7. 11. Ps. 93, 13.

Hiph. crescere fecit, auxit Ps. 72, 12.

שְׂגוּב (elatus) n. pr. m. 1) 1 Chr. 2, 21. 22. 2) 1 Reg. 16, 34 Cheth., pro quo Keri שְׂגִיב.

שַׂגִּיא m. *magnus* Iob. 36, 26. 37, 23, a rad. שָׂגָא.

שַׂגִּיא chald. 1) *magnus* Dan. 2, 31. — 2) *multus* ibid. 2, 48. 4, 9. — 3) adv. *valde* ibid. 2, 12. 5, 9, a rad. שְׂגָא.

שַׂד sive **שָׂדֶה** v. שָׂדַיִם.

שָׂדַד in Kal inusit., prob. *rectus, planus fuit*, cf. affine שָׂדָה. Arab. سدّ Conj. I. IV. rectà ad scopum tetendit res, II. rectà duxit. Conj. X. rectus fuit, مُسْتَسِدٌّ qui rectà vià in scopum contendit.

Pi. occavit h. e. agrum *complanavit* Jes. 28, 24. Iob. 39, 10. Hos. 10, 11.

Deriv. n. pr. שִׂדִּים.

שָׂדָה rad. inus., prob. i. q. שִׂדֵּד *complanavit*, intrans. planus fuit. Arab. سدا extendit (cf. הָדָה). Inde

שָׂדֶה cstr. שְׂדֵה c. suff. שָׂדֵהוּ, plur. absol. שָׂדוֹת Ex. 8, 9 cstr. שְׂדֵי Jes. 32, 12 et שְׂדוֹת Neh. 12, 29, c. Suff. שְׂדוֹתָם, שְׂדוֹתֵיהֶם m. 1) *campus* (pr. planities, aequor), inde שְׂדֵה אֲרָם campus s. campestria Syriae i. e. Mesopotamia i. q. פַּדַּן אֲרָם Hos. 12, 13. Etiam de terra continenti, opp. mari Ez. 26, 6. 8.

2) *ager* a) *arvum*, quod aratur, et frugibus conseritur (Stück Saatfeld) Gen. 23, 17. 47, 20. 24, opp. vineis hortisque Exod. 9, 25. 22, 4. Num. 20, 17. Ruth 2, 2. b) collect. *agri, rus* (Feld, Land) opp. urbi, vicis, castris, inde אִישׁ שָׂדֶה vir agrestis, rusticus (in agris, non in tentoriis vivens), de Esavo venatore Gen. 25, 27, חַיַּת הַשָּׂדֶה bestiae agrestes, ferae Gen. 2, 20. 3, 14, בֶּהֱמַת הַשָּׂדֶה 1 Sam. 17, 44 id. — c) *ager urbis* Neh. 12, 29, it. *fines* populi, שְׂדֵה הָעֲמָלֵקִי ager s. fines Amalecitarum Gen. 14, 7. 32, 4, שְׂדֵה מוֹאָב fines Moabitarum 36, 35. Semel de *terris, imperio* regis et meton. de civibus eius. Eccl. 5, 8: *rex* לְשָׂדֶה נֶעֱבָד *qui colitur a civibus.*

שָׂדַי i. q. שָׂדֶה *campus, ager*, sed poët. tantum Ps. 8, 8. 50, 11. 80, 14.

Deut. 32, 13 cet. ־ַי formam propriam et primitivam esse apud Arabes vulgo receptam pro ־ֶה, docuimus Gramm. hebr. p. 56. 147. 181, Lgb. p. 158. Io. Simonis שָׂדַי male pro plur. habebat i. q. שָׂדִים, sed vide Ps. 96, 12.

שִׂדִּים pl. (a sing. שַׂד, שָׂדֶה planities, campus, a rad. שָׂדַד), inde n. pr. עֵמֶק הַשִּׂדִּים (vallis camporum) planities urbium Sodomae et Gomorrhae, qua demersa mare mortuum ortum est Gen. 14, 3. 8. 10.

שָׂדַר i. q. סָדַר seruit, disposuit. Inde

שְׂדֵרָה f. *ordo, series*, militum 2 Reg. 11, 8. 15, tabulatorum 1 Reg. 6, 9.

שֶׂה (pro שֶׂיֶה vel שֶׂהֶה) cstr. שֵׂה, c. Suff. שֵׂיוֹ Deut. 22, 1 et שֵׂיהוּ 1 Sam. 14, 34 (utrumque a שֵׂיֶה) arab. شاة et شاهة comm. *pecus ovilla* vel *caprina*, nomen unitatis, cui respondet collect. צֹאן (q. v.) pecus ovillum et caprinum Gen. 22, 7. 8. 30, 32. Ex. 12, 3 sq. Ubi singulae species accuratius definiendae sunt, dicitur Deut. 14, 4: שֵׂה כְשָׂבִים וְשֵׂה עִזִּים *pecus ovilla et pecus caprina* i. e. ovis et capra. Cf. שׁוֹר et בָּקָר.

שָׂהַד rad. inusit., i. q. aram. ܣܗܕ, סָהַד, arab. شهد testatus est, pr. testis oculatus fuit, cf. شهد praesens adfuit Conj. III. coram spectavit. Inde

שָׂהֵד (Kamez impuro more participiorum Peal in diall. aramaeis) m. *testis*, semel legitur Iob. 16, 19, unde

שָׂהֲדוּתָא f. vc. chald. (et syr.) (quo utitur Laban Aramaeus) in statu emphat. *testimonium* Gen. 31, 47.

שָׂהַר rad. inusit., i. q. סָהַר, ܣܗܪ *rotundus fuit* (eiusdem familiae atque דּוּר, דָּהַר), unde ܣܗܪܐ luna. Huius nominis diminutivum est

שַׂהֲרֹנִים m. pl. *lunulae*, ornamenta, quae viri, feminae et cameli in collo gestabant Iud. 8, 21. 26. Jes. 3, 18. LXX. *μηνίσκοι*. Vulg. lunulae.

שׂוּב canum esse, v. שִׂיב.

שׂוֹבֶךְ i. q. סֹבֶךְ *rami complexi* 2 Sam. 18, 19, v. סְבָךְ.

I. **שׂוּג** i. q. סוּג no. I *recedere* 2 Sam. 1, 22, ubi tamen complures codd. et editt. ס exhibent.

II. **שׂוּג** i. q. סוּג no. II sepire. In Kal inusit.

Pilp. שִׂגְשֵׂג *sepsit* (vineam). Jes. 17, 11: בְּיוֹם נִטְעֵךְ תְּשַׂגְשֵׂגִי *simulac plantaveras* (eam), *sepiebas* eam. Kimchi et Aben Esra reddunt: תְּגַדְּלִי magnam facis, *crescere facis*, qs. שׂגג idem sit quod שָׂגָא, שָׂגָה; sed illud praestat.

שׂוּד v. שִׂיד calce obducere.

שׂוּחַ semel legitur Gen. 24, 63: *egressus fuerat Isaacus* לָשׂוּחַ בַּשָּׂדֶה Vulg. *ad meditandum in agro*, ut שׂוּחַ idem sit quod שִׂיחַ no. 4. Sed LXX. Aqu. Symm. exprimunt: *ad colloquendum* sc. cum amicis, servis in rure pascentibus, coll. שִׂיחַ no. 1, idque praeferendum videtur. Aben Esra et Syr. *ad deambulandum*, coll. arab. ساح med. Je peregrinatus fuit, pec. religionis causa, sed haec significatio secundaria videtur, ducta a cantando et pia meditatione.

שׂוּט i. q. שָׂטָה *recedere, declinare* ad aliquid Ps. 40, 5.

Derivv. שֵׂטִים, סֵטִים.

שׂוּךְ *sepire, obsepire*. (Arab. شاك med. Vav, spinis sepsit, شَوْك, شَوْكَة spina. Vide verba affinia

שׂוּג, סוג no. 2, שָׂכַךְ et סָכַךְ, neque non שָׂבַךְ et סָבַךְ, quae orta videntur ex שׂוּךְ, סוּךְ media radicali indurata. Congruunt etiam sanscr. *sâkhâ*, pers. شاخ frons, ramus). Metaph. Iob. 1, 10: שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ *sepis circa eum* h. e. eum tueris. Sed eadem locutio etiam in malam partem usurpatur pro: *viam praeclusit* alicui Hos. 2, 8 (cf. Iob. 3, 23).

Pil. שׂוֹכֵךְ *plexit, texuit.* Iob. 10, 11: בַּעֲצָמוֹת וְגִידִים תְּשֹׂכְכֵנִי *ossibus et nervis me contexuisti*, cf. Ps. 139, 13.

Derivv. מְסוּכָה et מְשׂוּכָה, it.

שׂוֹךְ m. Iud. 9, 49, et **שׂוֹכָה** f. V. 48 *ramus.* (Chald. סוֹךְ et שׂוֹךְ, syr. ܣܘܟܐ id.).

שׂוֹכֹה (septum ה = ו, וֹן) n. pr. oppidi in campestribus Judaeae Jos. 15, 35.

שׂוּכָתִי. N. gent. oppidi ignoti שׂוּכָה 1 Chr. 2, 55.

שׂוּם et **שִׂים** fut. יָשִׂים apoc. יָשֵׂם, וַיָּשֶׂם, semel יָשׂוּם Ex. 4, 11; imp. שִׂים, inf. absol. שׂוֹם cstr. שׂוּם, rarius שִׂים Iob. 20, 4, gener. *ponere, statuere, collocare, τιθέναι.* (Syr. ܣܳܡ, aethiop. ሠየመ: ሤመ: id., rarius est سام med. Je statuit, constituit v. c. pretium). Spec.

1) *ponere* i. q. *statuere, collocare* (*setzen, stellen*), ubi refertur ad homines et res, quae erectae stant vel stantes potius cogitantur, quam recumbentes. Gen. 2, 8: וַיָּשֶׂם שָׁם אֶת־הָאָדָם *et eo* (in hoc horto) *collocavit hominem.* שׂוּם פ' בֵּית כֶּלֶא in carcere posuit aliquem 2 Par. 18, 26. Inde a) ponere plantam pro *plantare*, ut lat. ponere arborem, et arab. نصب. Jes. 28, 25. — b) שׂוּם בָּנִים ponere i. e. *procreare liberos* (nostr. Kinder in die Welt setzen) Esr. 10, 44, cf. *θέσθαι παῖδα ὑπὸ ζώνῃ* hymn. Ven. 256. 283. — c) שׂוּם קֵן exstruere nidum s. habitationem (in rupe) Num. 24, 21. — d) *disponere, struere* aciem (מַחֲנֶה) Jos. 8, 2. 13, militum turmas (רָאשִׁים) Iob. 1, 17, et omisso accus. id. 1 Reg. 20, 12. Ez. 23, 24 (cf. Hi. 21, 21.). Similiter intrans. 1 Sam. 15, 2: שָׂם לוֹ בַּדֶּרֶךְ *opposuit se ei in via.* Eadem ellipsis est in verbis עָרַךְ no. 1, a et שִׁית. — e) *constituere* (*τιθέναι* Act. 20, 18), v. c. regem Deut. 17, 15, principem Hos. 2, 2, iudices 1 Sam. 8, 1, sq. dupl. acc. 1 Sam. l. c., sq. acc. et לְ Gen. 45, 9. Ex. 2, 14, sq. acc. et עַל praeposuit, praefecit aliquem alicui rei Ex. 1, 11. 5, 14. 1 Sam. 18, 5. — f) *fundare, condere* (qs. fundamenta ponere), velut orbem terrarum Iob. 34, 13, populum Jes. 44, 7, ius divinum 42, 4. Eo pertinet formula, qua Deus dicitur שׂוּם שְׁמוֹ *collocare* (alicubi) *nomen suum* i. e. sedem in aliquo loco ponere (templum s. locum sacrum occupare) Deut. 12, 5. 21. 14, 24. 1 Reg. 9, 3. 11, 36. 2 Reg. 21, 4 i. q. שַׁכֵּן שְׁמוֹ Deut. 12, 11. 26, 2. — g) *ponere* (constituere) statutum Gen. 47, 26, locum (destinare) Exod. 21, 13.

2) *ponere, collocare, iacĕre* res inanimatas, ita ut iaceant, recumbant, nostr. *legen* sq. בְּ in aliquo loco (hineinlegen) Gen. 31, 34. 44, 1. 50, 26. Deut. 10, 2. Iob. 13, 27: תָּשֵׂם בַּסַּד רַגְלַי *posuisti in cippo pedes meos;* sq. עַל super aliquo loco, *imponere* (darauf legen) Gen. 9, 23. 22, 6, שׂוּם יָד עַל פֶּה manum imponere ori, quod hominis est silentium sibi imponentis Iob. 21, 5. 29, 9, sq. אֶל id. 1 Sam. 19, 13. שׂוּם אֵשׁ ignem apponere, admovere 1 Reg. 18, 23. 25. Spec. a) שׂוּם שְׂמָלוֹת עָלָיו induere sibi vestes (die Kleider *anlegen*) Ruth 3, 3, cf. עַל no. 1, a. — b) absol. *ponere* sc. pignus (ein Pfand *einlegen*, setzen) Iob. 17, 3.

Cf. arab. وضع Conj. III i. q. وضع, رهان, gr. τίϑεσϑαι Passov. litt. A, 8. — c) *imponere* alicui aliquid praestandum, sq. עַל pers. Ex. 5, 8. 14. 22, 24, vel perpetiendum, sq. בְּ Deut. 7, 15; it. *tribuere* alicui (culpam, eine Schuld zur Last legen), sq. עַל Iud. 9, 24, לְ Deut. 22, 14. 17, בְּ 1 Sam. 22, 15. Iob. 4, 18. — d) שׂוּם שֵׁם לְ *ponere* s. *imponere* alicui nomen (ὄνομα ϑεῖναί τινι Od. 19, 403, ὄνομα ϑέσϑαι 19, 406) Dan. 1, 7, et paululum diversa structura Iud. 8, 31: וַיָּשֶׂם אֶת־שְׁמוֹ אֲבִימֶלֶךְ *et imposuit ei nomen Abimelechi.* Neh. 9, 7 et chald. Dan. 5, 12. — e) שׂוּם לְנֶגְדּוֹ sibi aliquid ante oculos ponere, de rebus quae nobis curae cordique sunt Ps. 54, 5. 86, 14. — f) sq. אֶל *proponere, exponere* alicui aliquid Iob. 5, 8, similiter sq. בְּאָזְנֵי פ׳ indicare, significare Ex. 17, 14. — g) *reponere* tanquam in thesauro. Iob. 36, 13: *impii* יָשִׂימוּ אַף *reponunt* (in corde) *iram* i. e. apud se custodiunt, servant iram, irae et invidiae indulgent, non pie ad Deum se convertunt. Ita recte Umbreitius. Vulgo: *accumulant* quasi *iram* (divinam), ϑησαυρίζουσι ἑαυτοῖς ϑυμόν (Rom. 2, 5). Similis ratio est formulae h) שׂוּם עַל לֵב *reponere* al. *in corde*, nostr. etwas zu Herzen nehmen, animo mentique aliquid mandare Jes. 57, 1. 11 (gr. ϑέσϑαι ἐνὶ φρεσί), it. שׂוּם אֶל לֵב 2 Sam. 13, 13, שׂ׳ בְּלֵב 1 Sam. 21, 13 commoveri, sollicitum esse. Sq. gerundio Mal. 2, 2 et אֲשֶׁר לֹא (ne) Dan. 1, 8 curare, ut (ne) aliquid fiat. Ellipt. Ps. 50, 23: שָׂם דֶּרֶךְ *qui curat viam* i. e. vitam suam.

3) *ponere* i. e. *dirigere, convertere* aliquo, velut a) שׂוּם עַיִן עַל oculum convertere in aliq., v. עַיִן no. 1, e. — b) שׂוּם פָּנִים vultum convertit in aliq., vario sensu, v. פָּנִים no. 1, litt. c—e. — c) שׂוּם לֵב animum advertere, attendere Jes. 41, 22. Hagg. 2, 15. 18, et omisso לֵב Jes. 41, 20. Iob. 34, 23. 37, 15. Iud. 19, 30. Cf. הֵכִין לֵב et הֵכִין id. Sq. עַל rei (*ad* aliquid) Iob. 1, 8, אֶל Ex. 9, 21, לְ Deut. 32, 46. Ez. 40, 4, sq. בְּ (omisso לֵב) Iob. 23, 6, sed 1 Sam. 9, 20 שׂוּם לֵב לְ est curae cordique habere i. q. שׂוּם עַל לֵב. — A *constituendi* significatu (v. supra no. 1, litt. c) proficiscitur

4) *facere* s. *reddere* aliquem talem, τιϑέναι i. q. ποιεῖσϑαι (v. Passov. h. v. litt. B) Ex. 4, 11: מִי יָשׂוּם אִלֵּם *quis facit mutum?* Sq. dupl. acc. Ps. 39, 9: *ne facias me opprobrium* (obiectum opprobrii) *impii.* 40, 5. 91, 9. 105, 21. Iob. 31, 24, sq. acc. et לְ Gen. 21, 13. 18. Iob. 24, 25. Jes. 5, 20. 23, 13, sq. acc. et כְּ (facere aliquem instar talis) Gen. 32, 12 (13): *faciam semen tuum instar arenae maris.* 84, 20. 1 Reg. 19, 2. Jes. 14, 17. Duarum structurarum confusio esse videtur in his Jes. 25, 2: שַׂמְתָּ מֵעִיר לַגָּל *fecisti ex urbe ruinas*, pro עִיר לְגַל vel מֵעִיר גַּל nisi mavis ita supplere: שַׂמְתָּ (עִיר) מֵעִיר לַגָּל. — Rarius absol. *facere* aliquid i. q. עָשָׂה (cf. exempla no. 1, litt. f). Gen. 6, 16: *et ianuam arcae fac in latere eius.* שׂוּם אֹתוֹת signa i. e. miracula facere Ex. 10, 2. Ps. 78, 43. Inde

5) sq. dat. *facere, parare* alicui, saepe est i. q. *dare*, ut שׂוּם שָׁלוֹם לְ dare (concedere) alicui pacem Num. 6, 26, שׂוּם כָּבוֹד לְ tribuere al. honorem Jos. 7, 19. Jes. 42, 12 cf. Ps. 66, 2, שׂ׳ רַחֲמִים לְ dare misericordiam alicui Jes. 47, 6. Cf. gr. ϑεῖναί τινι ἄλγεα, πένϑος, φόως, v. exempla ap. Passov. B, no. 2.

Hiph. i. q. Kal. Imp. הָשִׂימִי vel *attende* v. Kal no. 3, c, vel *strue* sc. aciem, v. Kal no. 1, d. Ez. 21, 21, et part. מֵשִׂים (attendens) Iob. 4, 20. — *Hoph.* semel Gen. 24, 33 Keri. (V. יָשַׂם).

Derivv. תְּשׂוּמֶת, אָסָם et n. pr. יְשִׂימִאֵל.

שׂוּם chald. *ponere*, spec. a) *constituere* aliquem, praeponere (muneri) Esr. 5, 14. b) *ponere* i. e. dare, promulgare edictum Dan. 3, 10. 29. 4, 3. Esr. 4, 19 sq. Cf. gr. *νομοθέτης*, lat. ponere legem, syr. ܣܳܡ ܢܳܡܽܘܣܳܐ. c) שׂוּם שֻׁם דִּי פ׳ nomen alicui imponere, tribuere Dan. 5, 12. d) שׂוּם בָּל לְ operam dare alicui rei (pr. dirigere cor s. animum ad) Dan. 6, 15. e) שׂוּם טְעֵם עַל rationem habere alicuius rei (ponere animum ad) Dan. 3, 12.

I. **שׂוּר** fut. וַיָּשַׂר i. q. שָׂרָה, שָׂרַר (q. v.) 1) *contendere* Hos. 12, 5. — 2) *principatum tenere* Iud. 9, 22.

Hiph. הֵשִׂיר *principes constituit* Hos. 8, 4.

II. **שׂוּר** rad. onomatop., i. q. נָשַׂר *serrare*. Fut. וַיָּשַׂר 1 Chr. 20, 3.

III. **שׂוּר** i. q. סוּר *recedere* Hos. 9, 12.

שׂוֹרָה f. *series*, *ordo*, a rad. שָׂרָה no. 1. Arab. سُورَةٌ series, ordo lapidum. Jes. 28, 25: וְשָׂם חִטָּה שׂוֹרָה *et ponit* (plantat) *triticum per ordines*, שׂוֹרָה in acc. adverbialiter posito: reihenweise. Hieron. per ordinem.

שׂוֹרֵק v. שֹׂרֵק.

שׂוּשׂ et **שִׂישׂ** fut. יָשִׂישׂ, semel יְשׂוּשׂ Jes. 35, 1, imp. שִׂישׂ, inf. absol. שׂוֹשׂ, constr. שׂוּשׂ *gaudere*, *laetari* (pr. exsilire, exsultare, v. סוּס) Iob. 3, 22, sq. עַל Deut. 28, 63. 30, 9, sq. בְּ aliqua re Jes. 65, 19. Ps. 119, 14, spec. שׂוּשׂ בַּיהוָה Ps. 40, 17. 70, 5. Sq. suff. Jes. 35, 1: יְשֻׂשׂוּם *his* (quae superiore capite praedicta erant) *laetabuntur*.

Derivv. שָׂשׂוֹן, מָשׂוֹשׂ.

שֵׂחַ m. *cogitatio* Am. 4, 13. Rad. שִׂיחַ meditari.

שָׂחָה *natavit* Jes. 25, 11.

Hiph. *inundavit* Ps. 6, 7. Inde

שָׂחוּ f. (Milèl, forma segol. pro שְׂחוּ) *natatio* Ez. 47, 5.

שְׂחוֹק v. שְׂחֹק.

שָׂחַט *expressit* uvas Gen. 40, 11. (Chald. סְחַט id.).

שָׂחַק i. q. צָחַק (q. v.), sed in sequiore Hebraismo usitatius 1) *risit* Eccl. 3, 4. Sq. אֶל *arrisit* Iob. 29, 24, sq. עַל *derisit* aliquid Ps. 52, 8. Iob. 30, 1, sq. לְ id., sed spec. prae contemtu, *ridendo contemsit* rem, max. multa minantem, sed nil valituram Iob. 5, 22. 39, 7. 18. 22. 41, 21. Prov. 31, 25. — 2) i. q. Pi. no. 3. Iud. 16, 27.

Pi. שִׂחֵק, fut. יְשַׂחֵק 1) *iocatus est* (pr. identidem risit) Jer. 15, 17. — 2) *lusit*, v. c. de infantibus Zach. 8, 5, de bestiis marinis Ps. 104, 26, cf. Iob. 40, 20. 29, it. de armorum lusu parvisque proeliis (Scharmützel) 2 Sam. 2, 14. — 3) *saltavit* voce simul et fidibus canendo (ita ut nos eos *ludere* dicimus, qui fidibus canunt) Iud. 16, 25. 1 Sam. 18, 7. 2 Sam. 6, 5. 21. 1 Chr. 13, 8. 15, 29. Jer. 30, 19: קוֹל מְשַׂחֲקִים *vox saltantium* (et canentium). 31, 4: בִּמְחוֹל מְשַׂחֲקִים *in choro saltantium*. Prov. 8, 30. 31.

Hiph. *illusit*, *irrisit*, sq. עַל 2 Chr. 30, 10.

Derivv. מִשְׂחָק, n. pr. יִשְׂחָק i. q. יִצְחָק, et

שְׂחֹק et **שְׂחוֹק** m. 1) *risus* Eccl. 2, 2. 7, 3. 6. 7. Iob. 8, 21. — 2) *irrisio*, *ludibrium*, meton. de obiecto eius Iob. 12, 4. Jer. 20, 7. — 3) *iocus* Prov. 10, 23.

שֵׂט, pl. שֵׂטִים *declinationes* a recto, *peccata* Hos. 5, 2 i. q. סֵטִים Ps. 101, 3, a rad.

שָׂטָה fut. apoc. יֵשְׂטְ *declinavit, deflexit.* (Aram. סְטָא, ܣܛܐ id.). Sq. מֵעַל דֶּרֶךְ a via Prov. 4, 15, אֶל דְּרָכֶי פ׳ 7, 25. Spec. de uxoribus adulteris Num. 5, 12, addito תַּחַת הָאִישׁ 5, 19. 20. 29. Cf. זָנָה no. 1.

שָׂטַם fut. יִשְׂטֹם (cogn. שָׂטַן) *insidias posuit* alicui, *hostiliter persecutus est* eum Gen. 27, 41. 50, 15. Iob. 16, 9. 30, 21. Spec. laqueos, decipulam posuit, unde deriv. מַשְׂטֵמָה.

שָׂטַן i. q. שָׂטַם, syr. ܣܛܢ, arab. شطن id. Ps. 38, 21. 109, 4. Part. שֹׂטֵן *insidiator, adversarius* 71, 13. 109, 20. 29. Inde

שָׂטָן 1) *adversarius* (arab. شَيْطَانٌ), velut in bello, *hostis* 1 Reg. 5, 18. 11, 14. 23. 25. 1 Sam. 29, 4; in foro Ps. 109, 6 (cf. Zach. 3, 1. 2); adeoque quicunque alteri se opponit 2 Sam. 19, 23. Num. 22, 22: *angelus Jehovae in via constitit* לְשָׂטָן לוֹ *ut ei resisteret.* V. 32. — 2) Addito art. הַשָּׂטָן (*adversarius κατ' ἐξοχὴν*) nominis proprii naturam induit (v. Gramm. hebr. §. 107, 2) et est *Satanas, diabolus*, genius malus in recentiorum Judaeorum theologia, qui homines a se seductos (1 Chr. 12, 1, quo solo loco articulus deest cf. 2 Sam. 24, 1) apud Deum accusat et calumniatur Zach. 3, 1. 2. Iob. 1, 7. 2, 2 sq. Cf. Apoc. 12, 10: *ὁ κατήγωρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός.* Caeterum vanam Alb. Schultensii, Herderi, Eichhornii opinionem, qui Satanam in libro Iobi a reliquorum librorum Satana diversum, et angelum bonum explorandis hominum moribus destinatum esse putabant, et propterea in eius libri prologo ubique הַשָּׂטָן i. e. *περιοδεύτης* (a rad. שׁוּט) reponere volebant, nunc ad unum omnes abiecerunt interpretes. — Et

שִׂטְנָה f. 1) *accusatio, libellus accusatorius* Esr. 4, 6. — 2) n. pr. putei ab Isaaci cum Philistaeis *contentione* ita dicti. Gen. 26, 21.

שִׂיא m. (pro נְשִׂיא) *elatio, magnitudo* Iob. 20, 6, i. q. שְׂאֵת, a rad. נָשָׂא.

שִׂיאֹן (pro נְשִׂיאוֹן elatus) n. pr. montis, qui Hermonis nomen frequentius gerit Deut. 4, 48.

שִׂיב *canum* (canis capillis) *esse* 1 Sam. 12, 2. (Syr. ܣܳܒ et arab. شاب med. Je id.). Part. שָׂב *canus, senex* Iob. 15, 10. Inde

שֵׂיב m. 1 Reg. 14, 4, et **שֵׂיבָה** f. 1) *canus capillus* (senis) Gen. 42, 38. 44, 29. 31. אִישׁ שֵׂיבָה homo cani capilli Deut. 32, 35. — 2) *senectus* Gen. 15, 15. 25, 8. Meton. *senex.* Ruth 4, 15.

שִׂיג m. *secessio* 1 Reg. 18, 27, a radd. שׂוּג, סוּג recedere.

שִׂיד *calce obducere* (arab. شاد id.) Deut. 17, 2. 4. Inde

שִׂיד m. *calx* Deut. 27, 2. 4. Jes. 33, 12. Am. 2, 1 (ad quem locum cf. Jes. 33, 12).

שֵׂיָה i. q. שֶׂה (q. v.) ovis vel capra.

שִׂיחַ 1) pr. *producere, protrudere, proferre* (cf. syr. ܫܘܚ germinavit, floruit, *Aph.* ܐܫܘܚ germina, gemmas egit, et med. quiesc. ܐܫܝܚ ausus est, pr. extulit se, ܫܘܚܐ virgulta, et hebr. שִׂיחַ no. 1). In lingua hebr.

2) *loqui* pr. ore proferre, cf. אָמַר no. 1. Sq. לְ alloqui al. Iob. 12, 8, c. Suff. Prov. 6, 22: תְּשִׂיחֶךָ

te alloquetur. Sq. בְּ loqui *de* aliquo Ps. 69, 13.

3) *canere* Iud. 5, 10. Ps. 145, 5. Sq. בְּ *carmine celebrare* aliquid Ps. 105, 2 et in malam partem: *querelas fundere*; *queri* Ps. 55, 18. Iob. 7, 11.

4) *secum loqui* i. e. *meditari*, impr. de rebus divinis Ps. 77, 4. 7, sq. בְּ rei Ps. 119, 15. 25. 27. 48. 78. 148. 77, 13. Cf. syn. הָגָה.

Pil. שׂוֹחֵחַ *meditatus est* Ps. 143, 5, *cogitavit* aliquid Jes. 53, 8.

Inde שִׂיחַ, שִׂיחָה et

שִׂיחַ m. 1) *frutex*, *virgultum*, v. rad. no. 1. Gen. 2, 5. Plur. 21, 15. Iob. 30, 4. 7. — 2) *sermo* 2 Reg. 9, 11. — 3) *querela* Iob. 7, 13. 9, 27. 21, 4. 23, 2. Ps. 142, 3. 1 Sam. 1, 16. — 4) *meditatio.* 1 Reg. 18, 27 per ludibrium de Baale dicitur ad sacerdotum supplicationes non respondente: שִׂיחַ לוֹ *meditatio ei est* i. e. totus est in meditando, ita ut non audiat, vel ex signif. no. 2. *sermo* (confabulatio) *ei est* cum aliquo. LXX. ἀδολεσχία αὐτῷ ἐστί, quod vc. graecum utrumque notat, meditationem et confabulationem.

שִׂיחָה f. *meditatio*, max. pia, quae ad res divinas spectat Ps. 119, 97. 99. Iob. 15, 4: שִׂיחָה לִפְנֵי אֵל *meditatio coram Deo*, nostr. *Andacht.*

שִׂים ponere, v. שׂוּם.

שֵׂךְ pl. שִׂכִּים m. (a rad. שָׂכַךְ no. 1) *spinae* Num. 33, 55. (Arab. شَوْك spina). Eiusdem radicis est

שֹׂךְ (lege *soch*) m. *sepes* Thren. 2, 6.

שֻׂכָּה f. *telum acutum*, pr. aculeus, spina, a similitudine dictum Iob. 40, 31. (Arab. شَوْكَة aculeus, telum acutum).

I. שָׂכָה rad. inusit., i. q. chald. סְכָא adspexit, contemplatus est, syr. et sam. ܣܟܐ, סכה exspectavit, desideravit, sam. סכוי oculus. In radd. hebraeis finitimae sunt שָׁגַח, שָׁעָה, שָׁאָה no. II et transp. חָזָה, adde ex linguis indogerm. gr. θεάω, lat. *scio*, it. *sagio* [praesagio], *sagus*, *sagax*, goth. *saighan*, nostr. *schauen*, *sehen*).

Derivv. מַשְׂכִּית, שְׂכִיָּה, — שֶׂכְוִי.

II. שָׂכָה etiam *secandi* vim habuisse videtur, unde שַׂכִּין culter, q. v.

שֶׂכוּ (collis, specula, ut sam. סכיתה) n. pr. regionis ad Ramam 1 Sam. 19, 22.

שֶׂכְוִי m. i. q. מַשְׂכִּית *intellectus* eiusque sedes, *cor*, *animus* Iob. 38, 36. Cf. de h. l. v. טֻחוֹת p. 389 A. Alii *phaenomenon* esse volunt, invito contextu.

שְׂכִיָּה f. *imago*, *species*. Jes. 2, 16: כָּל־שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה bene Vulg. *omne quod visu pulchrum est*, qua locutione omnia quae V. 13 — 16 separatim recensita erant, denuo comprehenduntur.

שַׂכִּין m. *culter* Prov. 23, 2, verbale Pi. a rad. שָׂכָה. (Chald. סַכִּין, et arab. سِكِّين id. Eiusdem familiae esse videtur ζάγκλη, ζάγκλον, σάγκλον falx, *Sichel*).

שָׂכִיר m. *mercenarius* Ex. 22, 14. Lev. 19, 13. Jes. 16, 14: *tribus annis* כִּשְׁנֵי שָׂכִיר *secundum annos mercenarii*, h. e. hoc ipso tempore hoc eveniet, non diutius differetur eventus, quemadmodum mercenarius opus diurnum ultra horam statutam non protrahit. Rad. שָׂכַר.

שְׂכִירָה f. *conductio*. Jes. 7, 20: תַּעַר הַשְּׂכִירָה *novacula conductionis* i. e. conducta.

שָׂכַךְ i. q. סָכַךְ 1) *texuit*, *sepsit*. — 2) *texit* Ex. 33, 22. — Inde מְשׂוּכָה, שֹׂךְ, שֻׂכָּה, et מְשׂוּכָה.

שָׂכַל 1) pr. *adspexit, intuitus est* i. q. chald. סְכַל Pe. et Ithpa., cf. arab. شَكْل figura, effigies, v. Hiph. no. 1. Saepius translate 2) *prudens fuit*, prudenter egit 1 Sam. 18, 30 cf. germ. *klug*, olim *glau*, a verbo *lugen* angl. *to look* spectare, pr. providus, circumspectus.

Pi. causat. Kal no. 2. Gen. 48, 14: שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו *prudenter* i. e. consulto (sic) *posuit manus suas.* Sed vett. intpp. omnes reddunt: *transversas fecit* s. transversim posuit *manus suas.* LXX. ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας. Vulg. *commutans manus*, quod vindicari potest coll. arab. شَكَّل ligavit, Conj. II plexuit comam, شَكِلَ et شَكُلَ intricata fuit res.

Hiph. 1) *adspexit* Gen. 3, 6: וְנֶחְמָד הָעֵץ לְהַשְׂכִּיל *et arbor delectabilis erat adspectu.* Vulg. aspectu delectabile. — 2) *attendit, animum advertit*, sq. acc. Deut. 32, 29. Ps. 64, 10, sq. עַל Prov. 16, 20, אֶל Neh. 8, 13. Ps. 41, 2: מַשְׂכִּיל אֶל־דָּל *qui ad pauperem attendit* i. e. eum curat, sq. בְּ Dan. 9, 13. — 3) *intelligens, prudens fuit* et *factus est* Ps. 2, 10. 49, 8, sq. בְּ Dan. 1, 4, cf. 17; *prudenter egit* Jer. 20, 11. 23, 5. Part. מַשְׂכִּיל prudens, intelligens Iob. 22, 2. Prov. 10, 5, it. *probus*, *pius* Ps. 14, 2. Dan. 11, 33. 35. 12, 3. 10. (Cf. חָכְמָה, חָכָם). Inf. הַשְׂכִּיל Jer. 3, 15 et הַשְׂכֵּל Prov. 1, 3. 21, 16 subst. *intelligentia, prudentia.* — 4) i. q. הִצְלִיחַ *successum habuit* (in re gerenda), *prospere* rem *gessit* Ios. 1, 7. 8. 2 Reg. 18, 7. Jes. 52, 13. Jer. 10, 21. Prov. 17, 8. — Etiam causat. 5) *prudentem fecit, docuit* Ps. 32, 8, sq. dupl. acc. Dan. 9, 22, sq. לְ pers. Prov. 21, 11. — 6) *successum dedit* 1 Reg. 2, 3.

Part. מַשְׂכִּיל subst. *carmen* Ps. 47, 8, et in titulis psalmorum 32. 42. 44. 45. 52. 53. 54. 55. 74. 78. 88. 89. 142. De origine significationis ambigitur. Facillima videtur eorum ratio, qui מַשְׂכִּיל pr. *carmen didacticum* reddunt, ita quidem ut hoc speciale vc. deinde ad alia carminum genera translatum sit: etenim psalmorum etiam non didacticorum auctores passim doctorum partes agunt (v. Ps. 45, 11) et arab. شِعْر *doctrina* de quavis *poësi* dicitur. Aliis est *oratio ligata*, a شَكْل, v. Pi.

Derivv. שֶׂכֶל, שֵׂכֶל.

שְׂכַל chald. *Ithpa.* sq. בְּ *attendit* ad aliquid Dan. 7, 8.

שֶׂכֶל et **שֵׂכֶל**, cum Suff. שִׂכְלוֹ m. 1) *intellectus, intelligentia, prudentia.* 1 Chr. 22, 12. 26, 14. שֵׂכֶל טוֹב intellectus bonus Prov. 13, 15. Ps. 111, 10. 2 Chr. 30, 22. שׂוּם שֶׂכֶל dare intelligentiam (alicuius rei), das Verständniſs geben (eröffnen) Neh. 8, 8. — 2) in malam partem *astutia* Dan. 8, 25. — 3) *felicitas* Prov. 3, 4.

שִׂכְלוּת f. Eccles. 1, 17 i. q. סִכְלוּת (quod complures libri mss. et editi exhibent) *stultitia.*

שָׂכְלְתָנוּ chald. f. *intelligentia* Dan. 5, 11. 12.

שָׂכַר fut. יִשְׂכֹּר (arab. شكر) *mercede conduxit* Gen. 30, 16 v. c. milites 2 Sam. 10, 6. 2 Reg. 7, 6. Impr. mercede *corrupit* Neh. 6, 12. 13. 13, 2.

Niph. mercede conductus est 1 Sam. 2, 5.

Hithp. id. Hagg. 1, 6.

Derivv. שָׂכָר, שֶׂכֶר, שָׂכִיר, שְׂכִירָה, מַשְׂכֹּרֶת, n. pr. יִשָּׂכָר, et

שָׂכָר m. 1) *merces* (mercenarii) Gen. 30, 28. 32. Deut. 15, 18, pretium, quo aliquid locatur Ex. 22, 14 gener. quodvis *praemium*

Gen. 15, 1. — 2) n. pr. m. a) 1 Chr. 26, 4. b) 1 Chr. 11, 35, pro quo loco simili 2 Sam. 23, 33 שָׁרָר.

שֶׂכֶר m. id. Prov. 11, 18. Jes. 19, 10: עֹשֵׂי שֶׂכֶר *mercenarii* cf. עָשָׂה no. 2, d.

שָׁלָה rad. inusit. pr. *quietus fuit* i. q. שָׁלָה, סָלָה, inde *pinguis fuit* i. q. arab. سلا, unde

שְׂלָו in pausa שְׂלָו (in Keri שְׂלָיו) *coturnix*, a pinguedine dicta (cf. arab. سمانى), ubique collect. *coturnices* Exod. 16, 13 (ibique c. fem. more collectivorum) Num. 11, 32. Ps. 105, 40. Plur. שַׂלְוִים Num. 11, 32 a sing. שַׂלְוָה, cf. arab. سَلْوَى, et sam. שלוי, quod etiam Cod. hebraeo-sam. habet. LXX. ὀρτυγομήτρα. Vulg. *coturnix*. V. Bocharti Hieroz. II, p. 92. J. E. Faber ad Harmari Beobachtungen üb. d. Orient T. 2, p. 441. Niebuhrii Beschr. von Arabien p. 176.

שְׂלָיו v. שְׂלָו.

שַׂלְמָה litteris transpositis pro שִׂמְלָה f. 1) *vestis* Ex. 22, 8. Mich. 2, 8. — 2) n. pr. m. quod gerebat a) pater Boasi Ruth 4, 20. 1 Chr. 2, 11, pro quo שַׂלְמוֹן Ruth 4, 21. b) 1 Chr. 2, 51. 54.

שַׂלְמוֹן (vestitus) n. pr. m., v. antecedens 2, a.

שַׂלְמַי n. pr. m. Neh. 7, 48, pro quo Esr. 2, 46 שַׂמְלַי.

שָׂמַאל in Kal inusit.

Hiph. הִשְׂמְאִיל, הִשְׂמְאִיל (1 Chr. 12, 2) et הִשְׂמִיל 2 Sam. 14, 19, denom. a שְׂמֹאל 1) *sinistrorsum se vertit* Gen. 13, 9. Jes. 30, 21. — 2) *sinistrâ usus est* 1 Chr. 12, 2.

שְׂמֹאל et **שְׂמאוֹל** quadrilitt. 1) *latus sinistrum*. (Arab. شِمَال, شَمَال septentrio, cf. no. 3. Io. Simonis sinistrum latus manumque sinistram ab *operiendo* dictam fuisse opinatur, quia exteriore veste in humerum sinistrum reiecta circumvoluta sit: manum dextram contra יָמִין dictam esse, a יָמַן i. q. אָמַן, quoniam hac oblata fidem fecerint promissis: quo etymo adoptato signif. no. 2. primaria foret). מִשְּׂמֹאל a sinistra 1 Reg. 7, 49, sq. gen. vel dat. a sinistra alic. Gen. 48, 13. 2 Sam. 16, 6. 1 Reg. 22, 19. 2 Chr. 4, 8. שְׂמֹאלָה (accus.) Gen. 13, 9. Num. 20, 17 et עַל שְׂמֹאל Gen. 24, 49. 2 Sam. 2, 19 sinistrorsum. — יַד־שְׂמֹאל manus sinistra, pr. manus lateris sinistri Iud. 3, 21. Ez. 39, 3. — 2) omisso יָד: *manus sinistra* Gen. 48, 14. Cant. 2, 6. 8, 3. — 3) *septentrio, plaga septentrionalis* Iob. 23, 9. Gen. 14, 15: מִשְּׂמֹאל לְדַמָּשֶׂק *a septentrione Damasci*. De arab. شِمَال v. supra.

שְׂמָאלִי et **שְׂמָלִי** fem. ־ית adj. *sinister, qui* (quae) *est ad latus sinistrum* 1 Reg. 7, 21. 2 Reg. 11, 11.

שָׂמַח et **שָׂמֵחַ** fut. יִשְׂמַח *laetatus est*. (Origo esse videtur in vultu *laeto* et *hilari* Prov. 13, 9, cf. arab. سمح clemens, liberalis, lenis fuit, v. Schult. ad Har. Cons. II, p. 100. III, p. 146, sed usus eius latius patet, atque de effusiore etiam laetitia usurpatur, ut eorum, qui inter pocula genio indulgent 1 Reg. 4, 20. Eccl. 8, 15, laetosque clamores edunt, v. שִׂמְחָה no. 2. 3. Similis est origo verbi נָהַר no. II. Reliqua verba gaudendi pr. vel *laetas voces* designant, ut עָלַץ, עָלַס, עָלַז ἀλαλάζω, vel *exsultandi* vim habent, ut גִּיל. Atque hoc posterius gravius est, quam שָׂמַח, v. Iob. 3, 22.) Eccl. 3, 12. Saepe tribuitur cordi Ps. 16, 9. 33, 21. Prov. 23, 15, semel lucernae (v. supra de orig.) Prov. 13, 9: *lu-*

cerna iustorum יִשְׂמָח i. e. laeto quasi splendore splendet. Constr. sq. בְּ 1 Sam. 2, 1. Ps. 122, 1, עַל Jes. 9, 16. 39, 2. Jon. 4, 6, מִן Prov. 5, 18 (ubi complures codd. habent בְּ) aliqua re, sq. כִּי Neh. 12, 43, sed sq. לְ spec. gavisus est alienis malis, interitu alicuius Ps. 35, 19. 24. 38, 17. Jes. 14, 8. Mich. 7, 8. Saepe dicitur: שָׂמַח בַּיהוָֹה laetatus est de Jehova i. e. de auxilio ab eo exspectando, deque tutela eius Ps. 9, 3. 32, 11. 97, 12. 104, 34, שָׂמַח לִפְנֵי יְהוָֹה laetatus est coram Jehova, de iis, qui sacras epulas in atriis sacrarii instituebant Lev. 23, 40. Deut. 12, 7. 12. 18. 14, 26 (cf. Jes. 9, 2).

Pi. שִׂמַּח *laetitiâ affecit, laetitiam attulit* Deut. 24, 5. Prov. 27, 11, de laetitia ex alienis malis percepta sq. לְ Ps. 30, 2, sq. עַל Thren. 2, 17, מִן 2 Chr. 20, 27.

Hiph. i. q. Pi. Ps. 89, 43.

שָׂמֵחַ fem. שְׂמֵחָה adj. verbale *laetans, laetus* (a, um) Deut. 16, 15, sq. מִן de al. re Eccl. 2, 10, sq. gerundio Prov. 2, 14: שְׂמֵחִים לַעֲשׂוֹת רָע *qui laetantur facere malum.* Pl. st. constr. semel שְׂמֵחֵי Ps. 35, 26, alibi שְׂמֵחֵי Jes. 24, 7 cet.

שִׂמְחָה f. *laetitia* Ps. 4, 8. 45, 16 cet. שָׂמַח שִׂמְחָה גְדוֹלָה valde laetatus est 1 Reg. 1, 40. Jon. 4, 6. Spec. a) laetae voces, laeti clamores Gen. 31, 27. Neh. 12, 43. 2 Chr. 23, 18. 29, 30. b) *epulae laetae, voluptates* (Vergnügungen, Lustbarkeiten) Prov. 21, 17: אֹהֵב שִׂמְחָה *voluptates amans.* עָשָׂה שִׂמְחָה Neh. 8, 12. 12, 27. 2 Chr. 30, 23. pl. שְׂמָחוֹת Ps. 16, 11. 45, 16.

שְׂמִיכָה f. *stragulum* Iud. 4, 18 (ubi nonnulli codd. סְמִיכָה) a rad. סָמַךְ, cf. ܡܣܡܟܐ stratum, cubile.

שָׂמַל rad. inusit, arab. شمل cinxit, circumdedit, Conj. IV. vesti se involvit, unde شَمْلَةٌ vestis.

Hi. הִשְׂמִיל v. שְׂמֹאל.

שִׂמְלָה f. *vestis*, et virorum et mulierum (Deut. 22, 5), max. *exterior* et ampla Gen. 9, 23. Deut. 10, 18. 1 Sam. 21, 10. Jes. 3, 6. 7, cui noctu se involvebant Deut. 22, 17. Ex primitiva hac forma per transpositionem ortum est שַׂלְמָה q. v.

שַׂמְלָה (vestis) n. pr. regis Idumaeorum Gen. 36, 36. 1 Chr. 1, 47.

שְׂמָלִי v. שְׂמָאלִי.

שָׂמַם rad. inusit., arab. سَمَّ veneno infecit, سموم *Samum* i. e. ventus venenatus. Inde

שְׂמָמִית (complures codd. שְׂמָמִית) *lacertae venenatae* species Prov. 30, 28. LXX. καλαβώτης. Vulg. *stellio.* Arab. سَامّ est lacerta venenata maculis leprae similibus. V. Bocharti Hieroz. T. II, p. 1084.

שָׂנֵא fut. יִשְׂנָא, inf. abs. שָׂנֹא, cstr. שְׂנֹא et שִׂנְאַת (syr. ܣܢܐ, arab. شَنِئَ) *odit,* sive homines Ps. 5, 6. 31, 7. Deut. 22, 13. 2 Sam. 13, 15. 22, sive res Jes. 1, 14. Ps. 11, 5. Prov. 1, 22. Part. שׂוֹנֵא subst. *osor, inimicus* Ps. 35, 19. 38, 20, c. Suff. שֹׂנְאוֹ osor eius Deut. 7, 10, it. שֹׂנֵא לוֹ Deut. 4, 42. 19, 4. 6. 11. Jos. 20, 5. Fem. pl. שֹׂנְאוֹת inimicae Ez. 16, 27.

Niph. pass. Prov. 14, 17.

Pi. part. מְשַׂנֵּא *osor, inimicus* Ps. 18, 41. 55, 13. 68, 2 cet.

Derivv. שָׂנִיא, שִׂנְאָה.

שְׂנֵא chald. i. q. hebr. Part. שָׂנֵא *inimicus* Dan. 4, 16.

שִׂנְאָה f. 1) pr. inf. rad. שָׂנֵא Deut. 1, 27. — 2) *odium.* שָׂנֵא שִׂנְאָה

גְּדוֹלָה magno odio habuit 2 Sam. 13, 15, cf. Ps. 25, 19. 139, 22.

שָׂנִיא f. שְׂנִיאָה adj. verbale: *exosa* Deut. 21, 15.

שְׂנִיר (lorica i. q. שִׁרְיוֹן quod nomen idem mons apud Sidonios gerebat v. rad. שָׂנַר; nisi mavis שְׂנִיר catarrhactam reddere i. q. צִנּוֹר, de aquarum strepitu) n. pr. Hermonis montis apud Amoraeos Deut. 3, 9, sensu angustiori pars Hermonis Cant. 4, 8. 1 Chr. 5, 23 cf. Ez. 27, 5, arab. سنير teste Abulfeda (v. Syriam ed. Köhler pag. 164) montium iuga a septentrione Damasci sita.

שָׂנַר rad. inusit. prob. i. q. צָנַר *striduit, strepuit* (de strepitu armorum), unde سَنَوَّر armatura, lorica, v. n. pr. שְׂנִיר.

שָׂעִיר m. 1) *pilosus, hirsutus* Gen. 27, 11. 23. — 2) *hircus* (quod vc. lat. idem est quod *hirtus*, *hirsutus*) Lev. 4, 24. 16, 9, plenius שְׂעִיר עִזִּים (Ziegenbock) Gen. 37, 31. Lev. 4, 24. 16, 5 (quandoquidem capri nomen ampliore significatu ad alias etiam bestias pertinuisse videtur). De cultu hircorum apud Hebraeos (ad exemplum Aegyptiorum) v. Lev. 17, 7. 2 Chr. 11, 15. Fem. שְׂעִירָה capra q. v. — 3) pl. *daemones silvestres*, satyri, hircis similes, in desertis degentes Jes. 13, 21. 34, 14, v. de his superstitionibus Bocharti Hieroz. II, 844, et Comment. nostr. ad Jes. l. l. c. c. LXX. δαιμόνια. — 4) pl. *imbres* (Regenschauer), angl. *showers*. Deut. 32, 2, cf. שָׂעַר horruit.

שֵׂעִיר (hirsutus) n. pr. 1) phylarchae Horitarum Gen. 36, 20. 30. — 2) regionis montanae Edomitarum, quae inde a mari mortuo usque ad sinum Aelanitem porrigitur, cuiusque pars borealis hodie *Dschebâl* (v. גְּבָל), australis *el-Schera* (الشَّراة) appellatur, v. Burckhardti itin. Syriae ed. Vinar. p. 674. 688. 1067. Primitus Horitae (חוֹרִים) hanc regionem incolebant Gen. 14, 6. Deut. 2, 12, dein Esavus Gen. 32, 4. 33, 14. 16, cum posteris Deut. 2, 4 sqq. 2 Chr. 20, 10. Possit hoc montanum a viro illo Horita (no. 1) nomen traxisse; sed malim שֵׂעִיר appellative *montem hirsutum* reddere i. e. arboribus silvisque densis vestitum et qs. horrentem, cf. gr. λάσιος. — 3) montis in tribu Judae Jos. 15, 10.

שְׂעִירָה f. 1) *capra* (pr. hirsuta) Lev. 4, 23. 5, 6. — 2) n. pr. regionis in montanis Ephraimitarum Iud. 3, 26.

שְׂעִפִּים pl. fere i. q. סְעִפִּים *cogitationes*, quae animum dividunt, distrahunt, et quasi exagitant. Iob. 20, 2. 4, 13: *in cogitationibus visionum nocturnarum* h. e. in ipsis somniis nocturnis, cf. Dan. 2, 29. 30.

שָׂעַר i. q. סָעַר, שָׂעַר 1) *horruit*, gr. φρίσσω, φρίττω, nostr. *schauern*, *schaudern* (angl. *to shudder*, *to shiver*) pr. de commotione et concussione cutis in homine terrore correpto Ez. 27, 35. Jer. 2, 12, sq. עַל causae Ez. 32, 10. Sq. acc. ut gr. φρίσσω τινά, *horruit* i. e. sacro horrore reveritus est Deut. 32, 17. It. de coma horrente (v. שֵׂעָר, שָׂעִיר, שַׂעֲרָה). — 2) de commotione procellae, tempestatis, v. Pi. Sq. acc. *turbine disiecit* (wegstürmen) Ps. 58, 10.

Niph. impers. *tempestas saevit* (es stürmt) Ps. 50, 3.

Pi. *turbine abripuit* Iob. 27, 21.

Hithp. *procellae instar irruit* Dan. 11, 40 cf. סָעַר Hab. 3, 14.

Derivv. v. in Kal. no. 1.

שַׂעַר m. 1) *horror* Iob. 18, 20. Ez. 27, 35. — 2) i. q. סַעַר *procella* Jes. 28, 2. — Semel est cstr. subst. שֵׂעָר. q. v.

שֵׂעָר cstr. שְׂעַר, semel שֵׂעַר Jes. 7, 20, c. Suff. שְׂעָרוֹ m. *pilus* collect. *pili*, arab. شَعْر Levit. 13, 3 sqq. ab horrendo dicti. (V. rad. no. 1. cuius variae significationes etiam in lingg. indogermanicis reperiuntur. Cf. χήρ, *her*, *heres* i. e. herinaceus, *hir*tus, *hir*sutus, *horreo*, *hor*deum [שְׂעֹרָה], germ. *Haar*). אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר vir hirsutus i. e. pallium hirsutum gestans. 2 Reg. 1, 8. V. שֵׂעָרָה.

שְׂעַר chald. id. Dan. 3, 27. 7, 9.

שְׂעָרָה f. i. q. סְעָרָה *procella* Iob. 9, 17. Nah. 1, 3.

שַׂעֲרָה f. i. q. שֵׂעָר *capillus*, *pilus* (arab. شَعْرَة unus pilus). Iud. 20, 16: אֶל־הַשַּׂעֲרָה *ad pilum*, proverb. q. d. ad unguem, de funditoribus ne pilum quidem a scopo aberrantibus. 1 Sam. 14, 45. Collect. Iob. 4, 15. Pl. *capilli* Ps. 40, 13. 69, 5.

שְׂעֹרָה f. *hordeum*, a spicis hirsutis dictum, ut lat. hordeum a horrendo et contra כֻּסֶּמֶת spelta (q. v.) a spicis detonsis. In sing. dr. de hordei segete Iob. 31, 40. Joël 1, 11, sed plur. שְׂעֹרִים de granis (v. חִטָּה). חֹמֶר שְׂעֹרִים Chomer hordei Levit. 27, 16. אֵיפַת שְׂעֹרִים Epha hordei Ruth 2, 17, neque non קְצִיר שְׂעֹרִים messis hordei Ruth 1, 22, nam propter grana fit messis.

שְׂעֹרִים (hordeum) n. pr. m. 1 Chr. 24, 8.

שָׂפָה

rad. inusit., quae vorandi, ligurriendi, sorbendi potestatem habuisse videtur, ut cogn. סָבָא, q. v., quam in aliis linguarum familiis r vel l insertis rad. *slab, srab* exprimunt, cf. שָׂרַף شرب bibit, lat. *sorbere*, germ. vulg. *schlappen*. Abiecto l oritur *sapio* gusto, contra abiecto sibilo pers. لب, lat. *labium*.

שָׂפָה dual. שְׂפָתַיִם cstr. שִׂפְתֵי, c. Suff. שְׂפָתָיו pl. cstr. שִׂפְתוֹת (a שֶׂפֶת) f. 1) *labium*. (Arab. شَفَة, de origine v. verbum) Ps. 22, 8. 1 Sam. 1, 13. *Aperire labia* i. e. loqui incipere Iob. 11, 5. 32, 20, *aperire labia* alic. Ps. 51, 17 facere ut loqui possit, *labia cohibere* Prov. 10, 19. אִישׁ שְׂפָתַיִם homo labiorum, in malam partem dicitur de loquace, garrulo Iob. 11, 2. דְּבַר שְׂפָתַיִם verba futilia, stolida 2 Reg. 18, 20. Prov. 14, 23, cf. Prov. 10, 8. Lev. 5, 4. Ps. 106, 33. Meton. a) *sermo*, verba, veluti שִׂפְתֵי־שֶׁקֶר labia fraudulenta, adeoque de homine fraudulento Prov. 10, 18. Ps. 120, 2. שְׂפָתַיִם דֹּלְקִים labia flagrantia h. e. verba amorem ardentissimum simulantia. Prov. 26, 23. Ps. 81, 6: שְׂפַת לֹא־יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע *verba* (naturae) *ignotae audivi*. Ez. 36, 3. b) *lingua*, *dialectus* Gen. 11, 1 sqq. Jes. 19, 18. 33, 19: עִמְקֵי שָׂפָה *homines linguae profundae* i. e. intellectu difficilis, barbarae.

2) *ora*, *extremitas*, ut vasis 1 Reg. 7, 26, vestis Ex. 28, 32, fluvii marisque Gen. 22, 17. 41, 3. Ex. 14, 30. 1 Reg. 4, 19, terrae i. q. *terminus* Iud. 7, 22.

שָׂפַח

propr. i. q. סָפַח no. II, *fudit*.

Pi. שִׂפַּח *defluere fecit* capillos morbis et porrigine, inde *decalvavit* Jes. 3, 17. Cf. סַפַּחַת.

שָׂפַם

rad. inusit., fort. i. q. שָׂפַן, סָפַן texit.

שָׂפָם m. *barba* (fort. ita dicta, quia mentum tegit et quasi vestit: aliis a שָׂפָה labium et ־ָם i. q. ־ָן). 2 Sam. 19, 25: לֹא־עָשָׂה שְׂפָמוֹ *barbam suam non composuerat*. עָטָה עַל־הַשָּׂפָם, אֶת־הַשָּׂפָם barbam obvelavit, quod lugentium est Lev. 13, 45. Ez. 24, 17. 22. Mich. 3, 7.

שָׁפַן *texit, abscondit* i. q. סָפַן et צָפַן. Deut. 33, 19: שְׂפֻנֵי טְמוּנֵי bene Vulg. *thesauri absconditi.*

I. שָׂפַק i. q. סָפַק no. I *percussit* (v. שֶׂפֶק), spec. *complosit manus* Iob. 27, 23 sec. complures mss. (al. ספק).

Hiph. pepigit foedus, *pactum iniit*, vel quia manus complodere et iungere solent in foederibus faciendis, vel a primario *percutiendi* significatu (cf. פָּגַע no. 2). Jes. 2, 6: יַשְׂפִּיקוּ בְּיַלְדֵי נָכְרִים *foedera pangunt cum filiis peregrinorum.*

Deriv. שֶׂפֶק.

II. שָׂפַק i. q. סָפַק no. II (q. v.) *redundavit, abundavit.* Syr. ܣܦܩ 1 Reg. 20, 10. V. סֶפֶק.

שֶׂפֶק m. *castigatio* (Dei) Iob. 36, 18, v. rad. no. I. Cf. סָפַק 34, 26.

שַׂק m. c. Suff. שַׂקּוֹ, pl. שַׂקִּים 1) *cilicium, pannus crassus* impr. e pilis textus, qualem cribris colisque (v. rad. שָׂקַק), neque non saccis frumentariis et vestibus lugubribus adhibebant. (Cf. aeth. ሠቅ: cilicium, inde vestis monachorum et peregrinatorum sacrorum, ሠቅሠቅ: cancelli, gr. *σάκος*, *σάκκος* cilicium, lat. *saccus*, quo Hieron. etiam de veste peregrinatoris utitur, adde *σάγος*, *sagum* i. e. pallium crassius militum). Jes. 3, 24: מַחֲגֹרֶת שָׂק *cingulum cilicinum.* — Inde 2) *saccus* frumentarius Gen. 42, 25. 27. 35. Levit. 11, 32. — 3) *vestis lugentium* Gen. 37, 34. 2 Sam. 3, 31. Esth. 4, 1. Joël 1, 8. Jon. 3, 6, ascetarum et prophetarum Jes. 20, 2.

שָׂקַד, semel legitur Thren. 1, 14 in Niph. sec. interpretes Hebraeos *ligatum, alligatum est* (iugum). Cognata esse videntur verba עָקַד, אָכַד, spiritus enim sibilantibus affines sunt, v. שׂ pag. 954. Targ. *aggravatum est.* Complures codd. נִשְׁקַד, quod ipsum exprimunt LXX. Vulg. Syr., renitente sententia.

שָׂקַק rad. inusit. prob. i. q. זָקַק q. v. *σακκίζω*, *saccavit*, *percolavit*, inde שַׂק.

שָׂקַר in Kal inusit., i. q. chald. סְקַר intuitus est.

Pi. pr. (oculos) *circumspectare fecit*, quod est mulierum lascivarum et impudentium. Jes. 3, 16. LXX. *ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν*. All. *fucantes oculos*, cf. סָקַר fucavit, invito contextu.

שַׂר pl. שָׂרִים (a rad. שָׂרַר) m. 1) *dux, praefectus,* max. militum Gen. 21, 22. Iob. 39, 25, satellitum regiorum Gen. 37, 36, pincernarum 40, 9, urbis 1 Reg. 22, 26, carceris Gen. 39, 21. 22, sed שָׂרֵי מִקְנֶה praefecti pecoris (gregum) Gen. 47, 6. — 2) *princeps* Ex. 2, 18. Jes. 23, 8, plur. proceres, aulici Gen. 12, 15. Poët. שָׂרֵי קֹדֶשׁ de sacerdotibus Jes. 43, 27, שַׂר שָׂרִים de Deo Dan. 8, 25. In libro Danielis (10, 13. 20) ita vocantur *principes angelorum* i. e. archangeli pro singulis populis apud Deum intercedentes, *οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, οἳ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἑστήκασι.* Apoc. 8, 2. — Fem. est שָׂרָה, q. v.

שָׂרַג *plexit* (flechten), *implexit.* (Chald. et syr. סְרַג, ܣܪܓ id.). Finitimae sunt radd. שָׂרַךְ, שָׂרַק et, si quid iudico, אָרַג texuit, cf. ad litt. שׂ. Accedunt mediâ radicali in vocalem emollitâ שׂוּךְ, סוּג.

Pu. perplexus est Iob. 40, 17.

Hithp. implicuit se Thren. 1, 14.

Derivv. שָׂרִיגִים et n. pr. שְׂרוּג.

I. שָׂרַד rad. inusit. 1) pr. si quid iudico, *incisionem, fissuram fecit, ritzen* (cogn. radd. שָׂרַט, גָּרַד), unde سِرَادٌ subula, hebr. שֶׂרֶד sty-

lus; 2) i. q. arab. سرد consuit, impr. res duriores, ut corium filo ferreo et subulâ, inde *contexuit*, ut loricam, unde سَرْد lorica e filis ferreis texta, v. שְׂרָד.

II. שָׂרַד *fugit, aufugit*. Jos. 10, 20. (Arab. شَرَدَ, syr. ܫܪܕ id.).
Deriv. שָׂרִיד.

שְׂרָד m. *lorica*, dein *panni telaeve genus* instar loricae *ex filis acuum ope contextum* (nostr. *Filet*). Inde facta erant aulaea tabernaculi sacri (cf. שָׁבָץ), unde בִּגְדֵי שְׂרָד Exod. 31, 10. 35, 19. 39, 1. 41. Cf. chald. סְרָדִין *aulaea*, ita dicta a panni genere ex quo facta erant, סְרָדָא cribrum, sam. שרדה Castello auctore i. q. وشى vestis versicolor. Male LXX. στολαὶ λειτουργικαί, quasi scriptum esset בגדי שרת: sed non vestes intelliguntur, sed aulaea, tapetes.

שֶׂרֶד m. Jes. 44, 13, sec. Kimchium *rubrica*, sed rectius i. q. arab. سِرَاد *subula*, vel potius *stylus*, quo artifex imaginem exsculpendam describit et adumbrat.

שָׂרָה 1) *seruit, ordinavit*, i. q. arab. سار med. Waw, *reihen, ordnen*. Inde שׂוּרָה series, ordo q. v. — 2) *dux, praefectus, princeps fuit* i. q. שׂוּר no. I, 2 et שָׂרַר, a militibus ordinandis et disponendis. Arab. سَرُوَ nobilis, liberalis fuit, سَرِىّ princeps, nobilis. — 3) *pugnavit* (pr. bellum gessit) cum al., sq. עִם Gen. 32, 29, sq. אֶת Hos. 12, 4. (Arab. شَرَا Conj. III. id.). Fut. ducitur a שׂוּר no. I.

Derivv. מִשְׂרָה, שׂוּרָה et nomm. pr. יִשְׂרָאֵל, שְׂרָיָה, שָׂרַי.

שָׂרָה f. nominis שַׂר 1) *mulier princeps, nobilis* Iud. 5, 29. Esth. 1, 18. Jes. 49, 23, spec. de uxoribus regiis nobili loco ortis 1 Reg. 11, 3, quae diversae erant a pellicibus cf. Cant. 6, 8. Metaph. Thren. 1, 1: שָׂרָתִי בַּמְּדִינוֹת *princeps provinciarum*. — 2) n. pr. *Sara*, v. שָׂרַי.

שְׂרוּג (palmes) n. pr. m. Gen. 11, 20.

שְׂרוֹךְ m. *corrigia* calcei a constringendo et texendo dicta Jes. 5, 27. Proverb. de re vili Gen. 14, 23, a rad. שָׂרַךְ.

שְׂרוּקִים m. pl. *palmites* (vitis) Jes. 16, 8. V. שֹׂרֵק.

שֶׂרַח (abundantia, i. q. סֶרַח) n. pr. m. Gen. 46, 17. 1 Chr. 7, 30.

שָׂרַט i. q. سرط et شرط *incidit* corpus, *incisiones fecit* in corpore, quod lugentes facere solebant Lev. 21, 5.

Niph. se laceravit h. e. *laesit se* onere nimis gravi sublato Zach. 12, 3. Inde

שֶׂרֶט m. Lev. 19, 28, et

שָׂרֶטֶת f. 21, 5 *incisura*.

שָׂרַי (principes mei? nobilitas i. q. שָׂרָה?) n. pr. uxoris Abrahami, cui tamen mox (Gen. 17, 15) aliud, שָׂרָה (mulier princeps), substituitur. LXX. prius nomen scribunt Σάρα (more Arabum ־ַי pronuntiantes *a*, cf. סִינַי Σινᾶ), posterius Σάῤῥα, quoniam שָׂרָה re vera dictum est pro שָׂרָּה. Caeterum vide quae de duplici hoc nomine (quorum prius obscurius est) disputarunt Conr. Ikenius in dissertt. philol. theol. p. 17 sqq. J. D. Michaëlis, Orient. Bibl. IX p. 188. Stange, theol. Symmikta I, p. 48 sqq.

שָׂרִיגִים m. plur. (Kamez impuro) *palmites* vitis Gen. 40, 10. 12. Joël 1, 7, a rad. שָׂרַג perplexit.

שָׂרִיד m. *superstes*, magna ex clade *elapsus* i. q. פָּלִיט Num. 21, 35.

24, 19. Deut. 3, 3. Jos. 8, 22. Collect. Iud. 5, 13. De rebus Iob. 20, 21. Rad. שָׂרַד.

שְׂרָיָה et **שְׂרָיָהוּ** (miles Jehovae) n. pr. 1) scribae Davidis 2 Sam. 8, 17, quod reliquis locis corruptum est in שְׁיָא 2 Sam. 20, 25, שִׁישָׁא 1 Reg. 4, 2, שַׁוְשָׁא 1 Chr. 18, 16. — 2) patris Esrae sacerdotis Esr. 7, 1. — 3) aliorum virorum, v. 2 Reg. 25, 18. 23. Jer. 36, 26. 40, 8. 51, 59. 61. 1 Chr. 4, 13. 14. 35. 5, 40. Esr. 2, 2. Neh. 10, 3. 11, 11. 12, 1. 12.

שָׂרַךְ i. q. שָׂרַג in Kal inusit. *implexuit.*

Pi. Jer. 2, 23: *camela* מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ *implicans vias suas* h. e. huc illuc circumvagans libidine agitata.

Deriv. שְׂרוֹךְ.

שַׂרְסְכִים n. pr. praefecti eunuchorum in exercitu Nebucadnezaris Jer. 39, 3.

שָׂרַע *extendit, protendit,* arab. شرع. Part. pass. שָׂרוּעַ *protensus* i. e. qui membrum habet iusto longius, max. aurem, cf. syr. ܡܫܪܥ ܐܕܢ auritus Lev. 21, 18. 22, 23.

Hithp. se extendit Jes. 28, 20.

שַׂרְעַפִּים m. plur. *cogitationes* Ps. 94, 19. 139, 23 i. q. שְׂעִפִּים littera ר inserta, v. pag. 912 A.

I. **שָׂרַף** fut. יִשְׂרֹף 1) pr. *sorpsit, absorpsit* (schlürfen), *deglutivit* i. q. chald. שְׂרַף, et syr. ܣܪܦ v. Middeldorpf curae hexapl. in Iob. p. 15, cf. ad rad. שָׂפָה. Inde

2) igne absorpsit i. e. *combussit, cremavit,* velut oppida, domus, aras Lev. 4, 21. 8, 17. 9, 11, saepe addito בָּאֵשׁ Jos. 11, 9. 11. Iud. 18, 27. 2 Reg. 23, 11. 25, 9. De crematione cadaveris in funere Jer. 34, 5, it. *ussit* et *urendo coxit* (lateres) Gen. 11, 3.

Niph. Lev. 4, 12 et

Pu. pass. no. 2 Lev. 10, 16.

Derivv. שְׂרֵפָה, מִשְׂרָפָה, et fort. שָׂרָף.

II. **שָׂרַף** i. q. arab. سرف et شَرُفَ nobilis fuit, nobili genere natus est, unde شَرِيف nobilis, princeps. Inde שָׂרָף no. II.

שָׂרָף m. I) serpentum venenatorum species Num. 21, 6. שָׂרָף מְעוֹפֵף draco volans Jes. 14, 29 (15, 1). 30, 6. Plerisque est gr. πρηστήρ, καύσων, dictus a morsu inflammante. Modo origo in linguis semiticis quaerenda est, malim serpentem dictam esse a deglutiendo, v. שָׂרַף no. 1, sed congruit etiam sanscr. *sarpa* serpens, *sarpin* repens, a rad. *srip* ἕρπειν *serpere.* Cf. Bocharti Hieroz. T. III, p. 221, ed. Lips.

II) pl. שְׂרָפִים Jes. 6, 2. 6 genus angelorum Deique comitum et apparitorum, sex alis ornatorum. Hebraei, ut Abulwalides et Kimchius, *angelos ardentes* s. *fulgentes* reddunt (coll. Ez. 1, 13. 2 Reg. 2, 11. 6, 17. Matth. 28, 3); sed verbum שָׂרַף comburendi, non fulgendi potestatem habet: et praestat coll. شريف intelligere *principes, nobiles* coeli, qui etiam alibi שָׂרִים appellabantur, v. שַׂר no. 2. Si quis in usu loquendi Hebraeorum (quibus שָׂרָף est serpens) acquiescere velit, is *serpentes alatos* reddere possit, quandoquidem serpens apud veteres Hebraeos (Num. 21, 8. 2 Reg. 18, 4) et apud Aegyptios (Herod. 2, 74. Aelian. var. hist. XI, 17. 22) et sapientiae et vis medicatricis symbolum erat (vide plura in Comment. nostro ad Jes. l. c.): sed illud tamen praefero, quandoquidem hebr. שָׂרָף alibi de serpente *venenato* usurpatur.

III) n. pr. m. 1 Chr. 4, 22.

שְׂרֵפָה f. (Zere impuro) *ustio* Gen. 11, 3, *combustio*, *incendium* Levit. 10, 6. Am. 4, 11, max. solemnis cadaverum concrematio 2 Chr. 16, 14. 21, 19. הַר שְׂרֵפָה mons exustus Jer. 51, 25. הָיָה לִשְׂרֵפָה combustioni tradi i. e. comburi Jes. 9, 4. 64, 10 (11).

I. **שָׂרַק** 1) i. q. שָׂרַךְ, שָׂרַג *implicuit*, *plexuit*, unde שֹׂרֵק, שֹׂרֵקָה, שְׂרוּקִים palmites, n. pr. מַשְׂרֵקָה. — 2) i. q. syr. ܣܪܩ, סְרַק *pectinavit*, *pectine purgavit* linum. Jes. 19, 9. Possit haec significatio cum priore illa ita conciliari, ut pr. sit: *explicuit* rem implexam s. perplexam, cf. de hac nonnullorum verborum potestate gramm. §. 51, 2.

Derivv. שֹׂרֵק, שְׂרוּקִים et n. pr. מַשְׂרֵקָה.

II. **שָׂרֹק** *rufus*, *fuscus fuit*, unde

שָׂרֹק m. pl. שְׂרֻקִּים *rufus*, *fuscus*, de equis Zach. 1, 8. (Arab. litteris transpositis أَشْقَرُ equus fuscus, etiam caudâ et iubâ fuscâ, nostr. *Fuchs*).

שֹׂרֵק m. Jes. 5, 2. Jerem. 2, 21, **שֹׂרֵקָה** f. Gen. 49, 11 1) *palmes* (a rad. שָׂרַק no. I, cf. שְׂרוּקִים), spec. *vitis generosioris* species, teste Abulwalide in Syria crescens, arab. سريق et سوريق, hodieque apud Maroccanos *Serki* appellata, pers. كشمش Kischmisch, uvis parvis, subrotundis, nigricantibus, acinis admodum mollibus et vix animadvertendis. V. Niebuhrii Reisebeschr. T. 2, p. 169, eiusd. descr. Arabiae p. 147, et plura ap. Oedmannum, verm. Sammlungen aus der Naturkunde VI p. 98 sqq. — 2) n. pr. vallis Ascalonem inter et Gazam interiectae, prob. a vitibus illis dictae Iud. 16, 4.

שָׂרַר i. q. שָׂרָה no. 2, et שׂוּר no. I *princeps fuit*, *principatum tenuit.* Part. שֹׂרֵר Esth. 1, 22. Fut. יָשֹׂרוּ Jes. 32, 1. Prov. 8, 16.

Hithp. principem se fecit sq. עַל Num. 16, 13.

Derivv. שַׂר, שָׂרָה.

שָׂשׂוֹן m. cstr. שְׂשׂוֹן (Kamez praeter morem abiecto, nam rad. est שׂוּשׂ) *gaudium*, plerumque copulatum cum שִׂמְחָה Jes. 22, 13. 35, 10. 51, 3. 11. שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן oleum gaudii, de unguentis, quibus in conviviis utebantur Ps. 45, 8. Jes. 61, 3.

שֵׂת v. שְׂאֵת.

שָׂתַם i. q. סָתַם *obturavit.* Thren. 3, 9: שָׂתַם תְּפִלָּתִי *obstruit preces meas*, ne perveniant ad Deum. Cf. V. 44.

שָׂתַר *fidit* arab. شتر.

Niph. fissus est, *erupit* (de tumoribus ani) 1 Sam. 5, 9. Cf. פָּטַר.

שׁ

Schin, una cum Sin prima et vicesima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *trecenti.* Nomen huius elementi שִׁין i. q. שֵׁן *dentem* denotat, et spectat ad figuram eius, quae paene in omnibus Semitarum alphabetis eadem est. Pronuntiatur haec littera instar germ. *sch*, angl. *sh*, quo sono Graeci carebant (nisi forte doricum Σάν Herod. 1, 139 similiter pronuntiatum est), unde factum, ut LXX interpretes utcunque germanam eius potestatem reddituri pro רֵישׁ, שִׁין scriberent Ῥῆχς, Χσέν, v. Thren. cap. 2. 3. 4.

In lingua arabica hebraeo שׁ (quod longe frequentius est quam שׂ) tres litterae respondent: 1) in exemplis longe plurimis س, ut سلم שָׁלֵם, سَأَلَ שָׁאַל cet. 2) paulo rarius ش, ut شَمْس שֶׁמֶשׁ sol, رشم רָשַׁם delineavit; atque in utriusque generis radicibus Aramaei servant ܫ. In iis autem vocabulis, ubi 3) Arabes pro hebraeo שׁ substituunt ث, Aramaei habent *Tau*, ut שְׁמֹנֶה ثمان, ܬܡܢܐ octo, שֶׁלֶג ثَلْج, ܬܠܓܐ nix. Rarius in talibus Arabes habent ت, ut שָׁבַר تبر fregit, שׁוּב تاب rediit, convertit se, vel ת pro שׁ iam in ipso linguae hebraeae sinu comparet, ut חָרַשׁ, חָרַת χαράσσω, χαράττω, בְּרוֹשׁ et בְּרוֹת cupressus. Passim etiam 4) lingua arabica plures eiusdem vocabuli scribendi modos admittit, unamque radicem hebraeam in duas arabicas dispescit, velut רָעַשׁ رعس et رعش, קָשָׁה قسا et قشا, שָׁקַל شقل et ثقل, גֶּשֶׁם جسم, جُسْمان et جُثْمان corpus. Caeterum שׁ permutatur etiam cum aliis sibilantibus, ut ז, צ שׁוּל ذَيْل syrma, רֶכֶשׁ رَكْض equus nobilis, חֹמֶשׁ rabbin. חוּמְצָא inguen cet.

In radicibus semiticis in linguas occidentales, max. in graecam, translatis שׁ expressum est modo simplici σ, s, ut שֵׁרָה σειρά, σκηνή a שָׁכַן, שָׁלַל συλάω, modo σκ et σχ, ut שָׁלַל etiam σκυλάω, שָׁתִיל σκυτάλη, שֵׁבֶט σκῆπτρον, שָׁסַע σχίζω, σχολή a שָׁלָה.

שֶׁ, rarius שַׁ Iud. 5, 7. Cant. 1, 7. Iob. 19, 29 et שְׁ Eccl. 2, 22. 3, 18 Schin praefixum i. q. אֲשֶׁר, אֲ per aphaeresin abiecto, ר vel proximae litterae inserto vel [in forma שֶׁ] etiam abiecto, ut הַל, הֶ; sed praeter Iudicum librum (5, 7. 6, 17. 7, 12. 8, 26) in recentiore tantum Hebraismo usitatum.

A) pron. relat. *qui, quae, quod,* pl. *qui, quae, quae.* Eccl. 1, 11. Cant. 1, 7. 3, 1. 2. 3. Saepe a) est mera relationis nota, velut שָׁם — שֶׁ *quo* Eccl. 1, 7. Ps. 122, 4, adde Ps. 146, 5. Cant. 8, 8. b) sq. לְ: שֶׁלְּ (apud Rabbinos valde usitatum), pariter atque אֲשֶׁר לְ Genitivum designat. Cant. 3, 7: מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *lectica eius, Salomonis,* pr. quae Salomoni erat, sed 1, 6 cum emphasi dictum est: כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea, mea* inquam. De suffixo pleonastice posito v. Gramm. §. 119, 2 not.

B) Conj. relat. 1) *quod* i. q. אֲשֶׁר B, 1 post verbum videndi Eccl. 2, 13. 3, 18, sciendi 3, 18. Iob. 19, 29, cf. Iud. 6, 17. Eccl. 2, 24. — 2) *ut.* Eccl. 3, 14: עָשָׂה שֶׁ effecit ut. — 3) *eo quod, quia* Cant. 1, 6. 6, 2; *nam,* unde שַׁלָּמָה nam quare? Cant. 1, 7. — 4) עַד שֶׁ usque dum, donec (sq. praet.) Iud. 5, 7. כִּמְעַט שֶׁ brevi quod (*kaum daſs*) Cant. 3, 4.

Cum praeff. 1) בְּשֶׁ· i. q. בַּאֲשֶׁר no. 2 *eo quod* Eccles. 2, 16. — 2) כְּשֶׁ· i. q. כַּאֲשֶׁר no. 1 secundum id quod i. e. *quemadmodum* Eccl. 5, 14. 12, 7, i. q. כַּאֲשֶׁר no. 3 *quum* ibid. 9, 12. 10, 3.

שָׁאַב fut. אֶשְׁאַב *hausit* aquam. (Chald. id. Arab. سَيَّبَ sitim explevit, quod fit hauriendo aquam. Origo esse videtur in *demendo de summo*, v. verba cognata s. חָסַף. Congruit goth. *skephan*, nostr. *schöpfen*). Cstr. vel sq. acc. מַיִם Gen. 24, 13. 1 Sam. 7, 6. 9, 11, vel absol. Gen. 24, 11. 19. 20.

Deriv. מַשְׁאַבִּים.

שָׁאַג fut. יִשְׁאַג *rugiit,* pr. de leone Iud. 14, 5. Ps. 104, 21, de tonitru Iob. 37, 4, cf. Am. 1, 2. Joël 4, 16, de militibus saevis Ps. 74, 4,

it. de hominibus, quibus doloris vehementia clamores extorquet Ps. 38, 9. Inde

שְׁאָגָה cstr. שַׁאֲגַת f. *rugitus* leonis Jes. 5, 29, it. *clamor* miseri dolore extortus Iob. 3, 24. Ps. 22, 2. 32, 3.

I. **שָׁאָה** i. q. שׁוֹא 1) *strepuit, strepitum edidit*, de fluctibus, populo tumultuante, v. שָׁאוֹן, שֵׁת. — 2) *fragorem edidit*, ut domus diruta, inde *vastatus est* Jes. 6, 11 init.

Niph. 1) *strepuit*, de fluctibus et militum copiis Jes. 17, 12. 13. — 2) *vastatus est*, de terra Jes. 6, 11.

Hiph. vastavit, inf. לְהַשְׁאוֹת Jes. 37, 26, unde omisso א לַהְשׁוֹת 2 Reg. 19, 25.

Derivv. שְׁאִיָּה, שָׁאוֹן, שַׁאֲוָה, שֵׁאת.

II. **שָׁאָה** i. q. שָׁעָה *intuitus est, contemplatus est*, in Kal inusit.

Hithp. הִשְׁתָּאֵה id. Gen. 24, 21 sq. לְ. LXX. *καταμανθάνω*. Vulg. contemplor.

שׁאָה v. שׁוֹאָה.

שַׁאֲוָה Prov. 1, 27 Cheth. i. q. שׁוֹאָה tempestas devastans.

שְׁאוֹל, שְׁאֹל, utriusque sexus (m. Iob. 26, 6. f. Jes. 5, 14. 14, 9) *orcus*, locus subterraneus, densa caligine plenus (Iob. 10, 21. 22), in quo mortuorum umbrae s. manes congregantur (רְפָאִים q. v.), cuique et valles (Prov. 9, 18) et portae (Jes. 38, 10) tribuuntur. Gen. 37, 35. Num. 16, 30 sqq. Ps. 6, 6. Jes. 14, 9 sqq. 38, 18. Ezech. 31, 16 sqq. 32, 21 sqq. (Syr. ܫܝܘܠ f. et aeth. ሲኦል: infernum, ignis purgatorius, limbus Patrum. Verum vc. etymon tandem indagasse mihi videor. Namque pro certo habeo, שְׁאוֹל dictum esse pro שְׁעוֹל *cavitas, locus cavus et subterraneus*, plane ut germ. *Hölle* eiusdem originis est atque *Höhle*, et lat. *coelum* est a gr. *κοῖλος*, *hohl*, cavus. Vulgo derivabant a poscendo, quia orcus omnes sine discrimine poscat, propterea *orcus rapax* dictus Catull. 2, 28. 29).

שָׁאוּל (postulatus, cf. 1 Sam. 8, 4 sq.) *Saulus*, n. pr. 1) primi Israëlitarum regis, ex Benjaminitarum tribu 1 Sam. 9, 2 sqq. — 2) regis Idumaeorum Gen. 36, 37. — 3) filii Simeonis 46, 10. — 4) 1 Chr. 6, 9. A no. 3 est patron. שָׁאוּלִי Num. 26, 13.

שָׁאוֹן m. (a rad. שָׁאָה) 1) *strepitus*, ut aquarum Ps. 65, 8, magnae hominum turbae Jes. 5, 14. 13, 4. 24, 8, belli Am. 2, 2. Hos. 10, 14. clamoris Ps. 74, 23. Jer. 25, 31. Jer. 48, 45: בְּנֵי שָׁאוֹן *filii strepitus* i. e. milites tumultuantes. — 2) *vastatio, interitus, pernicies.* Ps. 40, 3: בּוֹר שָׁאוֹן *fovea perniciei.* Jes. 46, 17.

שְׁאָט m. (Kamez impuro) c. Suff. שְׁאָטְךָ Ez. 25, 6 *contemtus*, dein *fastidium, fastus* 36, 5, cf. 25, 15. Rad. שׁוּט.

שְׁאִיָּה f. *ruinae* Jes. 24, 12, a rad. שָׁאָה.

I. **שָׁאַל** et **שָׁאֵל** fut. יִשְׁאַל (syr. ܫܐܠ, arab. سَأَلَ) 1) *postulavit, poposcit*, sq. acc. rei 1 Sam. 12, 13, et מִן Ps. 2, 8, מֵאֵת 1 Sam. 8, 10 eius a quo poscitur, etiam sq. dupl. acc. (*αἰτεῖν τινά τι*, poscere aliquem aliquid) Ps. 137, 3. Deut. 14, 26. Jes. 45, 11. — Iob. 31, 31: לִשְׁאֹל בְּאָלָה נַפְשׁוֹ *poscendo cum diris vitam eius* (inimici) i. e. mortem ei adprecando, cf. Jon. 4, 8: וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת *et exoptavit sibi mortem.* 1 Reg. 19, 4.

2) *rogavit, petiit* aliquid ab aliquo Jes. 7, 11 (v. עָמַק Hi), שְׁאַל v. שְׁאֵלָה. Sq. acc. rei Iud. 5, 25. 1 Reg. 5, 10, et מִן eius a

quo petimus Ps. 21, 5, it. מֵאֵת 1 Reg. 2, 20, מֵעִם Deut. 18, 16. שָׁאַל דָּבָר לְ petiit aliquid alicui s. pro aliquo 1 Reg. 2, 22. Spec. a) *mutuum petiit* ab aliquo Ex. 3, 22. 11, 2. 12, 35. Part. שָׁאוּל mutuum datus 1 Sam. 1, 28. 2 Reg. 6, 5. Sq. לְ prob. *mutuum dedit* i. q. Hiph. 1 Sam. 2, 20. b) stipem petiit, *mendicavit* i. q. Pi. no. 1. Prov. 20, 4. (Arab. Conj. id., سَائِل mendicus).

3) *interrogavit* Iud. 4, 20, sq. acc. pers. Gen. 24, 47. Iob. 40, 7. Jos. 9, 14: *sed os Jehovae non interrogarunt* (quod facere debebant) cf. Jes. 30, 2. Gen. 24, 57, sq. לְ pers. Iob. 8, 8. Is (id), *de quo* interrogatur, ponitur praemisso לְ Iud. 13, 18. Gen. 32, 30, עַל Neh. 1, 2, acc. Hagg. 2, 11. Jes. 45, 11. Spec. est a) *consuluit*, sq. בְּ (sich befragen bey), velut שָׁאַל בַּיהוָה Jehovae oraculum consuluit Iud. 1, 1. 18, 5. 20, 18, שָׁאַל בַּתְּרָפִים consuluit Teraphos Ez. 21, 26. Sq. לְ pro aliquo, in alicuius commodum 1 Sam. 22, 10. 13. 15. Num. 27, 21. b) שָׁאַל לְפ׳ לְשָׁלוֹם quaesivit de alicuius salute, inde *salutavit* Gen. 43, 27. 1 Sam. 10, 4. 17, 22. 30, 21. Ex. 18, 7.

Niph. sibi petiit (ut gr. *αἰτοῦμαί σε τοῦτο*, nostr. sich etwas ausbitten), sq. מִן pers. et gerundio rei, cuius faciendae veniam aliquis petit 1 Sam. 20, 6. 28 (ubi verbum omissum est), sq. verbo finito Neh. 13, 6. Cf. gramm. §. 50, 2. Alii volunt: precibus libertatem s. veniam impetravit a domino, nostr. sich frey - losbitten.

Pi. שִׁאֵל 1) *mendicavit* i. q. Kal no. 2, b. Ps. 109, 10. — 2) *interrogavit* 2 Sam. 20, 18.

Hiph. mutuum dedit Ex. 12, 36. 1 Sam. 1, 28, cf. Kal no. 2, a.

Derivv. מִשְׁאָלָה, שְׁאֵלָה, et nomm. pr. שְׁאָל, שָׁאוּל, שְׁאַלְתִּיאֵל, שֵׁלָה, אֶשְׁתָּאוֹל.

II. שָׁאַל i. q. שָׁעַל *cavus fuit*, inde שְׁאוֹל orcus qs. caverna subterranea.

שְׁאָל (preces) n. pr. m. Esr. 10, 29.

שְׁאֵל chald. 1) *postulavit* Dan. 2, 10. 11, sq. dupl. acc. Esr. 7, 21. — 2) *interrogavit*, sq. לְ pers. Esr. 5, 9, et acc. rei, de qua interrogatur V. 10.

שְׁאֵלָה f. c. Suff. שְׁאֵלָתִי, שֶׁאֱלָתְכֶם Ps. 106, 15, et contr. שֵׁלָתֵךְ 1 Sam. 1, 17 1) *rogatio, petitio, preces.* Dicunt: שָׁאַל שְׁאֵלָה petiit petitionem i. e. petiit aliquid ab al., et preces fudit Iud. 8, 24. 1 Reg. 2, 16, נָתַן שׁ׳ concessit petitum Esth. 5, 6. 8, בָּאָה שְׁאֵלָה concessum est petitum Iob. 6, 8. — 2) *commodatum, mutuo datum* 1 Sam. 2, 20. Cf. rad. no. 2, a.

שְׁאֵלָא chald. st. emphat. שְׁאֵלְתָא pr. *quaestio, petitio*, inde *res de qua quaeritur, negotium, causa*, cf. חֵפֶץ no. 4, arab. مَسْأَلَة quaestio, res, negotium, v. A. Schult. animadverss. philol. ad h. l. Dan. 4, 14: מֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא *et praeceptum sanctorum est haec res* i. e. hoc.

שְׁאַלְתִּיאֵל (quem a Deo petii) n. pr. m. 1 Chron. 3, 17. Esr. 3, 2. Neh. 12, 1, qui שַׁלְתִּיאֵל Hagg. 1, 12. 14. 2, 2.

שָׁאַן *quievit*, in Kal inusit., cogn. verbo שָׁעַן innixus est ad quietem captandam. Non legitur nisi

Pil. שַׁאֲנַן *tranquillus fuit, tranquille vixit* Jer. 30, 10. Iob. 3, 18. Inde

שַׁאֲנָן, pl. שַׁאֲנַנִּים adj. 1) *tranquillus*, de habitatione Jes. 33, 20, *tranquille, secure vivens* Iob. 12, 5 (cf. שַׁלְאֲנָן 21, 23). — 2) in malam partem *socors, fastuosus* (secundis

rebus ferox, Sallust. Iug. 94). Ps. 123, 4. Am. 6, 1. Jes. 32, 9. 11. 18. Cf. בָּטַח no. 2, b, שַׁלְוָה, שָׁלֵו, et Schultens Animadvv. ad Iob. 26, 5 Subst. *fastus* Jes. 37, 29. 2 Reg. 19, 28.

שְׁאָס v. שָׁסַס.

שָׁאַף 1) *anhelavit* (schnauben), de iracundo Jes. 42, 14, de festinante, inde *festinavit* Eccl. 1, 5. Cf. הֵפִיחַ no. 4. (Eiusdem stirpis radd. sunt שׁוּף, נָשַׁף, נָשַׁב, שָׁבַב no. I, iisque vicina est syllaba הַב, אַב, quae et flandi et cupiendi potestatem habet. In linguis indogerm. cum sibilo habes *schnauben*, *schnappen*, *to snap*, cum spiritu *happen* [jappen] cet.) — 2) *inhiavit* (schnappen), *hiante ore captavit*, velut aërem Jerem. 2, 24. 14, 6, umbram Iob. 7, 2, noctem (i. e. mortem) 36, 20. Poët. tribuitur laqueo s. pedicae alicui insidianti Iob. 5, 5 (v. צַמִּים). Sq. עַל Am. 2, 7: *qui inhiant pulveri terrae in capite tenuium*, id strenue agunt, ut sit pulvis in capite pauperum, ut eos vel dolore afficiant vel in luctum detrudant. Alibi *inhiare alicui* est i. q. sanguinem eius sitire, metaphora a bestiis feris petita Ps. 56, 2. 3. 57, 4. Am. 8, 4. Ez. 36, 3.

I. שָׁאַר *reliquus fuit*, *superfuit* 1 Sam. 16, 11. Arab. سَأَرَ.

Niph. pass. Hiph. 1) *reliquus factus est*, *superfuit* Gen. 7, 23. 42, 38. 47, 18. Sq. dat. superfuit alicui Zach. 9, 7. Part. *superstes* Ez. 6, 12. — 2) *remansit* alicubi Ex. 8, 5. 7. Num. 11, 26; *mansit* Iob. 21, 34: תְּשׁוּבֹתֵיכֶם נִשְׁאַר מָעַל *responsa vestra manent perfidia* i. e. perfida.

Hiph. 1) *reliquum fecit* Ex. 10, 12, *reliquit* Joël 2, 14, sq. dat. alicui Deut. 28, 51. — 2) *reliquum habuit*, *retinuit* Num. 21, 35. Deut. 3, 3.

Derivv. שְׁאָר, שְׁאֵרִית.

II. שָׁאַר i. q. שָׂאַר fermentavit, unde מִשְׁאֶרֶת mactra (q. v.).

שְׁאָר (Kamez impuro) m. *reliquiae*, *reliquum* Jes. 10, 20. 21. 22. 11, 11. Zeph. 1, 4.

שְׁאָר m. chald. id. Dan. 7, 7. 19, estr. שְׁאָר Esr. 4, 7. 9. 10, 17, et שְׁאָר 7, 18.

שְׁאָר יָשׁוּב (residuum redibit i. e. convertetur) n. pr. filii Jesaiae Jes. 7, 3 cf. 10, 21.

שְׁאֵר m. 1) *caro* i. q. בָּשָׂר, sed fere poët. (De origine nihil definio). Ps. 73, 26. 78, 20. 27. Jer. 51, 35: חֲמָסִי וּשְׁאֵרִי עַל־בָּבֶל *iniuria mea et caro mea* (sc. a Chaldaeis devorata, q. d. sanguis meus a Chaldaeis profusus) veniat *super Babylonem* (cf. אָכַל no. 1, litt. g). — Meton. 2) *consanguineus*, *consanguinei*, i. q. בָּשָׂר no. 3 Levit. 18, 6. 12. 13. 17, plene שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ 25, 49. — 3) *quivis cibus*, *alimentum* Ex. 21, 10.

שַׁאֲרָה f. *consanguinitas*, concr. consanguineae Lev. 18, 17.

שֶׁאֱרָה (consanguinitas, h. e. consanguinea) n. pr. f. 1 Chr. 7, 24.

שְׁאֵרִית f. semel contr. שֵׁרִית 1 Chr. 12, 38 *pars residua*, *superstites*, max. ex clade populi Jer. 11, 23. 44, 14. Mich. 7, 18. Zeph. 2, 7. Cf. פְּלֵיטָה, שָׂרִיד. Ps. 76, 11: שְׁאֵרִית חֵמוֹת reliquiae irae, h. e. ira extrema, rebus extremis servata.

שְׁאֵת f. (pro שְׁאָת, a rad. שָׁאָה) *interitus* Thren. 3, 47. Inde contr. שֵׁת no. II.

שְׁבָא (cf. aethiop. ሰብእ: homo) 1) *Sabaei*, *Sabaea*, gens et regio Arabiae felicis, thure, aromatibus, auro gemmisque dives 1 Reg. 10,

1 sq. Jes. 60, 6. Jer. 6, 20. Ez. 27, 22. Ps. 72, 15, celebrem mercaturam faciens Ez. l. c. Ps. 72, 10. Joël 4, 8. Iob. 6, 19, sed Iob. 1, 15 in vicinia Ausitidis praedas agens. Geneseos autem stemmata tres huius nominis viros recensent a) Kuschi nepotem, Rhegmae filium 10, 7; b) Joktani filium 10, 28 (quod congruit cum traditionibus Arabum); c) Keturae nepotem 25, 3: ac in duobus quidem locis (a. c) *Saba* copulatur cum Dedane fratre: quae ita conciliaverim, ut duas certe eius nominis gentes arabicas statuam, alteram joctaniticam in Arabia meridionali (litt. b), alteram ad septentrionale Arabiae desertum in vicinia maris persici et ostiorum Euphratis habitantem (litt. a. c. et Iob. l. c.).

שָׁבַב rad. inusit. 1) i. q. شَبَّ *accendit* (pr., ni fallor, sufflavit, flando excitavit ignem, cf. נָשַׁב, נָשַׁף, שָׁאַף), unde שְׁבִיב flamma.
2) i. q. chald. שְׁבַב fregit, unde שְׁבָא fragmentum. Inde

שְׁבָבִים m. pl. *fragmenta* Hos. 8, 6.

שָׁבָה fut. apoc. יִשְׁבְּ *captivum egit, abduxit* (arab. سبا, syr. ܫܒܳܐ id.), sive homines Gen. 34, 29. 1 Reg. 8, 48. Ps. 137, 3, sive greges 1 Chron. 5, 21, sive denique opes 2 Chron. 21, 17. — Gen. 31, 26: שְׁבוּיוֹת חָרֶב *captivae gladii* (gr. dixeris *αἰχμάλωται, δορυάλωται*) i. e. in bello captae cf. 2 Reg. 6, 22.
Niph. pass. Kal Gen. 14, 14. Ex. 22, 9.
Derivv. שְׁבִית, שִׁבְיָה, שְׁבִי, שְׁבוּת, et nomm. pr. שְׁבוּאֵל, שֹׁבִי, שֹׁבַי, תִּשְׁבָּה.

שְׁבוֹ m. lapis quidam pretiosus. LXX. Vulg. *ἀχάτης*. Ex. 28, 19. 39, 12.

שְׁבוּאֵל (captivus Dei) n. pr. m. 1) 1 Chr. 23, 16. 26, 24, qui 24, 20 שׁוּבָאֵל appellatur. — 2) 1 Chr. 25, 4, qui id. V. 20 שׁוּבָאֵל.

שְׁבוּל Jer. 18, 15 Cheth. pro שְׁבִיל q. v.

שָׁבוּעַ m. (Dan. 9, 27, שְׁבֻעַ זֹאת Gen. 29, 27 reddendum: *hebdomas huius* mulieris) cstr. שְׁבוּעַ Gen. 29, 27. 28, dual. שְׁבֻעַיִם Lev. 12, 5, pl. שָׁבֻעִים m. (Dan. 9, 25. 10, 2. 3) et שָׁבֻעוֹת, cstr. שְׁבֻעוֹת, c. Suff. שָׁבֻעֹתֵיכֶם Num. 28, 26 *hebdomas, ἑβδομάς, septenarius numerus* (denom. a שֶׁבַע septem cf. עָשׂוֹר decas) 1) dierum s. *hebdomas, septimana* Gen. 29, 27. 28. Dan. 10, 2: שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים *per tres hebdomades* (ubi יָמִים non est genit., v. יָמִים no. 2, b, pag. 414 B). חַג שָׁבֻעוֹת *festum* (septem) *hebdomadum, pentecoste*, a septem hebdomadibus dictum, quae a paschate ad hoc festum numerantur Deut. 16, 9. Plene Tob. 2, 1: *ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων*. Sed Ez. 45, 21: חַג שְׁבֻעוֹת יָמִים festum hebdomadum dierum, est pascha per septem integros dies celebrari solitum. — 2) *hebdomas annorum* Dan. 9, 24 sqq. Cf. hebdomas annorum Gell. N. A. 3. 10.

שְׁבוּעָה et **שְׁבֻעָה** f. (a verbo שָׁבַע) *iusiurandum* Gen. 26, 3. 24, 8. שְׁבֻעַת יְהוָה iusiurandum per Jehovam Ex. 22, 10. Eccl. 8, 2, it. sq. genit. iurantis Ps. 105, 9, et eius, cui iuratur, שְׁבֻעָתִי iusiurandum mihi praestitum Gen. 24, 8. נִשְׁבַּע שְׁבֻעָה iuravit iusiurandum Gen. 26, 3. Jos. 9, 20. Spec. a) de iureiurando in pangendo foedere pronuntiato, foedus iureiurando firmatum 2 Sam. 21, 7. בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לְ foedere cum aliquo iuncti. LXX. *ἔνορκοι* Neh. 6, 18. b) iusiurandum exsecrationis, *exsecratio*, qua quis diris devovetur, plene שְׁבוּעַת הָאָלָה Num. 5, 21. Dan. 9, 11. Jes. 65, 15.

שְׁבוּת et **שְׁבִית** f. altera forma saepius est in Keri, altera in Cheth., et

vicissim) f. *captivitas* (a rad. שָׁבָה) Num. 21, 29, et *captivi*. שׁוּב שְׁבוּת captivos (populi) reducere Deut. 30, 3. Jer. 29, 14. 30, 3. Ez. 29, 14. 39, 25. Am. 9, 14. Zeph. 3, 20. Ps. 14, 7. 53, 7. 126, 4, et trop. *restituere* aliquem *pristinae saluti et felicitati*. Iob. 42, 10: וַיהוָה שָׁב אֶת־שְׁבוּת אִיּוֹב *et Jehova in integrum restituit Iobum*. Ez. 16, 53, cf. V. 55. Hos. 6, 11.

שָׁבַח in Kal inusit. pr. *mulsit, permulsit*, arab. سبح natavit, quod fit aquam stringendo et mulcendo, inde

Pi. 1) *compescuit* fluctus Ps. 89, 10 (mulcere fluctus Virg. Aen. 1, 70), iram Prov. 29, 11. Cf. חָלָה. — 2) *laudavit*, pr. mulsit laudibus Pacuv. (arab. سَبَّحَ, aeth. ሰብሐ: id.) Eccl. 8, 15, max. Deum Ps. 63, 4. 117, 1. 147, 12. — 3) *felicem praedicavit* Eccl. 4, 2 (ubi שַׁבַּח dicitur pro מְשַׁבֵּחַ). Cf. chald.

Hiph. i. q. Pi. no. 1 (fluctus) *compescuit* Ps. 65, 8.

Hithp. sq. בְּ *gloriatus est* aliqua re Ps. 106, 47. 1 Chr. 16, 35.

שְׁבַח chald. *Pa.* שַׁבַּח *laudavit* Dan. 2, 23. 4, 31. 34.

שָׁבַט rad. inusit., quam *fulciendi* potestatem habuisse suspicor, ut gr. σκήπτω, unde

שֵׁבֶט et **שֵׁבֶט** c. Suff. שִׁבְטִי, plur. שְׁבָטִים, cstr. שִׁבְטֵי m. (semel f. Ez. 21, 15) *baculus*, a fulciendo dictus (congruit σκήπτων, σκῆπτρον, σκηπίων, *scipio*, *scapus*, nostr. *Schaft*), spec. 1) quo verberatur Jes. 10, 15. 14, 5, et castigatur (*virga*) Prov. 10, 13. 24. 22, 8, inde שֵׁבֶט אֱלוֹהַּ virga, qua Deus castigat (de calamitatibus divinitus immissis) Iob. 9, 34. 21, 9. 37, 13. Jes. 10, 5. — 11, 4: שֵׁבֶט פִּיו *virga oris eius*, de sententiis severis. — 2) virga pastoris, *pedum* Levit. 27, 32. Ps. 23, 4. — 3) *sceptrum* regis Gen. 49, 10. Num. 24, 17. Ps. 45, 7. Jes. 14, 5. Am. 1, 5. 8, et ducis Iud. 5, 14, unde 4) *tribus* Israëlitarum (ita dicta a sceptro ducis s. phylarchae, v. מַטֶּה no. 3) Exod. 28, 21. Iud. 20, 2, passim etiam i. q. מִשְׁפָּחָה *familia* Num. 4, 18. Iud. 20, 12. 1 Sam. 9, 21. — 5) *virga mensoria, decempeda* et meton. *portio demensa*. Ps. 74, 2. Jer. 10, 16. 51, 19. — 6) *hasta* (quae sceptro vel baculo constat superne cuspide munito) 2 Sam. 18, 14. Cf. מַטֶּה no. 2.

שְׁבַט chald. *tribus* Esr. 6, 17.

שְׁבָט undecimus anni hebr. mensis, a novilunio Februarii usque ad Martii novilunium. Zach. 1, 7. Syr. ܫܒܛ, arab. سُبَاط et شُبَاط id.

שְׁבִי, in pausa שֶׁבִי, c. Suff. שִׁבְיוֹ, שֶׁבְיְךָ, שִׁבְיְכֶם (a rad. שָׁבָה) m. *captivitas* Deut. 21, 13. הָלַךְ בַּשְּׁבִי, הָ' שְׁבִי abiit, abductus est in captivitatem Jer. 22, 22. 30, 16. Thren. 1, 5, de animalibus Am. 4, 10. Concr. 1) *captivi*. שָׁבָה שְׁבִי abduxit captivos Num. 21, 1. Ps. 68, 19. 2) sing. *captivus* (cf. פְּתִי) Ex. 12, 29. Fem. שִׁבְיָה Jes. 52, 2.

שֹׁבַי (= שֹׁבֶה qui captivum abducit) n. pr. Esr. 2, 42. Neh. 7, 45.

שֹׁבִי (id.) n. pr. m. 2 Sam. 17, 27.

שְׁבִיב m. *flamma* Iob. 18, 5, a rad. שָׁבַב no. 1.

שְׁבִיב chald. id. Dan. 3, 22. Pl. 7, 9.

שִׁבְיָה (a שָׁבָה) *captivitas* Neh. 3, 36, meton. *captivi* Deut. 21, 11. 32, 42.

שְׁבִיל m. *via* Ps. 77, 20. Jer. 18, 15, sed Chethibh utrobique habet שׁבוּל. Arab. سَبِيل via. Rad. שָׁבַל no. 1.

שְׁבִיסִים m. *reticula* (Varro de ling. lat. IV, 19), de ornamento capitis mulierum Hebraearum Jes. 3, 18. LXX. τὰ ἐμπλόκια. Rad. שָׁבַס q. v. N. Guil. Schroederus (de vest. mul. hebr. cap. 2) coll. arab. شميسة (diminut. a شمس sol, permutatis litteris م et ب) *soles parvos* intelligit s. bullas soli similes in collo gestatas, idque eo commendari videtur, quod statim sequitur שַׂהֲרֹנִים lunulae: sed illud praefero.

שְׁבִיעִי m. ־ִית f. adj. ordin. (a שֶׁבַע) *septimus, a, um* Gen. 2, 2. Ex. 21, 2.

שְׁבִית f. i. q. שְׁבוּת (q. v.) captivitas.

שָׁבַךְ rad. inusit., arab. سبك fudit i. q. hebr. שָׁפַךְ. Inde n. pr. שׁוֹבָךְ.

שָׁבַל arab. سبل idem fere q. hebr. יָבַל, rad. in verbo inusit. 1) *ivit,* unde שְׁבִיל via.

2) *ascendit, crevit.* (Arab. Conj. IV. et quadril. سنبل spicas produxit). V. שִׁבֹּלֶת, שִׁבֹּלֶת no. 2.

3) *fluxit,* max. largius. Arab. Conj. IV. Inde سَبَل pluvia. Cf. שֹׁבֶל, שִׁבֹּלֶת. Similis est significationum nexus in verbis יָרַד, הָלַךְ, עָלָה.

Derivv. v. no. 1. 2. 3.

שֹׁבֶל m. *syrma* vestis Jes. 47, 2. (Arab. سَبَلَة id., a rad. שָׁבַל no. 3).

שַׁבְּלוּל *limax,* max. nudus, ab humiditate et humectando dictus, ut gr. λείμαξ a λείβω, a conj. Schaph. verbi בָּלַל no. I. Ps. 58, 9 de impiis dicitur: *contabescant illi* .... כְּמוֹ שַׁבְּלוּל תֶּמֶס יַהֲלֹךְ *ut limax, qui liquescendo procedit* h. e. qui saliva emissa viam humectans, quo longius procedit, eo magis dissolvitur, ac tandem contabescit et moritur.

שִׁבֹּלֶת f. *ramus,* a rad. no. 2 (cf. עָלֶה folium, a rad. עָלָה). Plur. cstr. Zach. 4, 12: שְׁתֵּי שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים *duo rami olivarum.* Sunt, qui scribant שִׁבֳּלֵי, sed repugnante Masora.

שִׁבֹּלֶת pl. שִׁבֳּלִים f. 1) *spica* (a rad. שָׁבַל no. 2) Iob. 24, 24. Gen. 41, 5 sq. Jes. 17, 5. (Arab. سُنْبُلَة Dagesch in Nun resoluto). — 2) *flumen* (v. rad. no. 3) Ps. 69, 3. 16. Jes. 27, 12.

שָׁבַן rad. inusit. Arab. شَبَنَ tener, mollis fuit (adolescens).

שֶׁבְנָא et **שֶׁבְנָה** (tener adolescens) n. pr. praefecti palatii Jes. 22, 15 sqq., dein (hoc munere Eliakimo tradito Jes. 22, 15) scribae regii regnante Ezechia 36, 3. 2 Reg. 18, 18. 26. 37. 19, 2.

שְׁבַנְיָה (quem mollem s. tenerum fecit Jehova?) n. pr. m. 1) 1 Chr. 15. 24. 2) Neh. 9, 4. 5. 3) 10, 11. 13. 4) Neh. 10, 5. 12, 14, pro quo 12, 3 שְׁכַנְיָה, et 1 Chr. 24, 11 שְׁכַנְיָהוּ, qui idem esse videtur.

שָׁבַס verbum inusit. i. q. שָׁבַשׁ et שָׁבַץ miscuit, texuit. Inde שְׁבִיסִים.

שָׁבַע *iuravit.* (Denom. a שֶׁבַע septem, quandoquidem numerus septenarius sacer erat, et iuramenta vel septem sacrificiis Gen. 21, 28 sqq., vel septem testibus et pignoribus firmari solebant, v. Herod. 3, 8. Il. 19, 243. In lingua aethiop. ሰብዐት፡ sunt *incantatores* Hen. ms. cap. 8, quandoquidem etiam ritibus magicis numerus sacer adhibebatur). In Kal non legitur nisi part. pass. Ez. 21, 28: שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת *qui iuramenta iurarunt.*

Niph. נִשְׁבַּע *iuravit,* constr. a) absol. Gen. 21, 24. Ps. 24, 4. b) sq. בְּ eius, *per* quem iuratur. Gen. 21,

23. 22, 16. *Per Deum, per idola iurare* passim idem est q. Deum, idola colere Deut. 6, 13. 10, 20. Jes. 19, 18. Am. 8, 14; sed *per miserum* qui *iurat*, is hoc dicit: accidat mihi, quod illi, si fidem fallo Ps. 102, 9, cf. Jes. 65, 15. c) sq. לְ pers. *iuravit alicui* Gen. 24, 7. 21. 23, et addito etiam acc. rei: *iurando promisit* alicui aliquid (einem etwas zuschwören) Gen. 50, 24. Ex. 13, 5. 33, 1. הִשָּׁבַע לֵאלֹהִים est: *fidem dare, nomen dare Deo* 2 Chr. 15, 14, cf. Jes. 19, 18. Zeph. 1, 5 (ubi semel constr. sq. בְּ).

Hiph. 1) *iurare fecit, iureiurando obstrinxit* Num. 5, 19. Gen. 50, 5. — 2) *obtestatus est, obsecravit* Cant. 2, 7. 3, 5. 5, 9. 1 Reg. 22, 16.

Deriv. שְׁבוּעָה.

שֶׁבַע f. et **שִׁבְעָה** m. cstr. שְׁבַע f. שִׁבְעַת m. numerale cardinale, *septem*. (Syr. ܫܒܥ, arab. سَبْعٌ, adde sanscr. *sapta*, zend. *hapta*, pers. هفت, aegypt. ϢϤϢⲀⲤ, gr. lat. ἑπτά, *septem*, in quibus omnibus comparet t in linguis semiticis pariter atque in germanicis abiectum, v. goth. *sibun*, angl. *seven*, nostr. *sieben*). Forma absoluta plerumque praecedit nomen, ut שֶׁבַע שָׁנִים Gen. 5, 7, שֶׁבַע פָּרוֹת 41, 18, שִׁבְעָה פָּרִים Num. 23, 1. 29; rarius sequitur, max. in recentiore Hebraismo, מַעֲלוֹת שֶׁבַע Ezech. 40, 22, אֵילִים שִׁבְעָה 2 Chr. 13, 9. 29, 21. (Num. 29, 32). Si nomen praecedit in statu constructo, exprimitur Ordinale, ut שְׁנַת שֶׁבַע annus septimus 2 Reg. 12, 1. Forma constructa ubique praeponitur, sed in certis tantum formulis, ut שִׁבְעַת יָמִים (ein Tagsiebend) Gen. 8, 10. 12. 31, 23 et sexcenties, et שְׁבַע מֵאוֹת septingenti Gen. 5, 26. שִׁבְעָה שִׁבְעָה septeni (a) 7, 2. C. suff. שִׁבְעָתָם septem illi 2 Sam. 21, 9. *Septendecim* est שִׁבְעָה עָשָׂר m. et שְׁבַע עֶשְׂרֵה f. Gen. 37, 2. 1 Chr. 7, 11 Caeterum numerus septenarius Hebraeis 1) est numerus rotundus, isque minor (nostratibus decem) Gen. 29, 18. 41, 2 sqq. 1 Sam. 2, 5. Jes. 4, 1. Ruth 4, 15. Prov. 26, 25. Iob. 1, 2. 3. 2, 13. 2) numerus sanctus, ut apud Aegyptios, Arabes, Persas, v. Gen. 21, 28. Ex. 37, 23. Lev. 4, 6. 17 cet. Cf. quae ea de re disputarunt Fr. Gedicke, verm. Schriften pag. 32—60, v. Hammer, encyclopaedische Uebersicht d. Wissenschaften des Orients p. 322. — Forma שֶׁבַע etiam est a) adv. *septies* Ps. 119, 164. Prov. 24, 16. Lev. 26, 18. 21. b) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. 19, 2. c) n. pr. m. *α*) 1 Sam. 20, 1. *β*) 1 Chr. 5, 13. Contra שִׁבְעָה n. pr. putei Gen. 26, 33.

Dual. שִׁבְעָתַיִם *septuplum* Gen. 4, 15. 24. Ps. 12, 7. 2 Sam. 21, 9 Cheth.

Pl. שִׁבְעִים *septuaginta* (plerumque pro numero rotundo) Gen. 50, 3. Jes. 23, 15. Jer. 25. 11 cf. Cor. 9, 81. שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה septies et septuagies Gen. 4, 24.

Derivv. שָׁבַע (שְׁבוּעָה), שָׁבוּעַ, שְׁבִיעִי, cf. nomm. pr. אֱלִישֶׁבַע, בַּת־שֶׁבַע.

שִׁבְעָנָה m. i. q. שִׁבְעָה *septem*, ἅπ. λεγόμ. Iob. 42, 13. De terminatione ־ָנָה v. Lgb. p. 612.

שָׁבַץ in Kal inusit., syr. *miscuit, plexit*, arab. شبص Conj. V. perplexa fuit (arbor). Cogn. שָׁבַשׂ, שׁבשׁ.

Pi. contexuit Ex. 28, 39, spec. *fecit opus tessellatum* s. *reticulatum, scutulatum*, de quo texturae genere v. Braun. de vest. sacerd. p. 294 (ibique Maimonidem). Salmas. ad scriptt. hist. Aug. p. 507. 512.

Pu. inclusa (qs. intexta) *est* gemma auro. Ex. 28, 20.

Derivv. מִשְׁבְּצוֹת, תַּשְׁבֵּץ.

שָׁבָץ m. semel legitur 2 Sam. 1, 9 (cum art.) *vertigo*, *der Schwindel* (pr. confusio sensuum).

שְׁבַק chald. *reliquit* Dan. 4, 12. 20. 23. (Syr. id.). *Ithpe. relictus est* Dan. 2, 44.

Inde nomm. pr. hebr. יִשְׁבָּק, שׁוֹבֵק.

שָׁבַר fut. יִשְׁבֹּר 1) *fregit*, *confregit* (aram. et arab. תְּבַר, ثبر id., cf. פָּרַר) Gen. 19, 9. Jer. 2, 20. 19, 10. Jes. 42, 3. Am. 1, 5, de navibus vento fractis Ez. 27, 26. Part. שָׁבוּר fractus i. e. cui membrum fractum est Levit. 22, 22. Complures loquendi formulas v. s. vv. קֶשֶׁת, מַטֶּה, זְרוֹעַ. — Praegn. Hos. 2, 20: וְקֶשֶׁת וְחֶרֶב וּמִלְחָמָה אֶשְׁבּוֹר מִן־הָאָרֶץ *et arcum*, *gladium et arma bellica frangam* (et eiiciam) *ex terra*. Metaph. a) fregit sitim Ps. 104, 11, b) fregit animum alic. i. e. moerore affecit. Ps. 69, 21. 147, 3.

2) *dilaceravit* aliquem fera 1 Reg. 13, 26. 28. — 3) *pessumdedit*, *perdidit* Dan. 11, 26. Ez. 30, 21. V. Niph. no. 3 et שֶׁבֶר. — 4) *dimensus est*, *definivit* (a scindendo, cf. גָּזַר). Iob. 38, 10: וָאֶשְׁבֹּר עָלָיו חֻקִּי *quum ei* (mari) *terminum constituerem*.

5) denom. a שֶׁבֶר no. 5. a) *annonam emit*, addito שֶׁבֶר Gen. 47, 14, בָּר 42, 3, et absol. 42, 5. Jes. 55, 1 (ubi ad vinum quoque et lac refertur). b) *annonam vendidit* Gen. 41, 56, cf. Hiph. no. 2.

Niph. pass. 1) *fractus est* Jes. 14, 29, de navibus, quae naufragium faciunt Ez. 27, 34. Jon. 1, 4; it. *fregit sibi* membra Jes. 8, 15. 28, 13. Metaph. de animo fracto i. e. afflicto, tristi Ps. 34, 19. Jes. 61, 1, poenitentiâ contrito Ps. 51, 19. Semel transitive poni videtur pro Kal: *fregit animum* alic. Ez. 6, 9. — 2) *dilaceratus est* Ps. 124, 7. De pecore laeso, vulnerato Ex. 22, 9. 13. Ez. 34, 4. 16. Zach. 11, 16: הַנִּשְׁבָּרָה *pecus vulneratum*. — 3) *confectus est* (exercitus) Dan. 11, 22. 2 Chr. 14, 12, *perditus est*, *interiit* (regnum, urbs, populus) Jes. 8, 15. 24, 10. 28, 13. Jer. 48, 4. Dan. 8, 25. 11, 4. Ez. 30, 8.

Pi. שִׁבֵּר i. q. Kal, sed gravius: *penitus fregit*, *perfregit*, *confregit*, velut dentes alic. Ps. 3, 8, statuas, aras 2 Reg. 18, 4. 23, 14, naves Ps. 48, 8.

Hiph. 1) *fecit*, *ut* (uterum) *frangeret* i. e. aperiret (puer nascens). Jes. 66, 9: הַאֲנִי אַשְׁבִּיר וְלֹא אוֹלִיד *num* os uteri *aperiam neque parere faciam?* Cf. Hos. 13, 13. Jes. 37, 3, et n. מַשְׁבֵּר. — 2) denom. a שֶׁבֶר: *annonam vendidit* Gen. 42, 6. Am. 8, 5. 6. — *Hoph. fractus est* (animus) Jer. 8, 21.

Derivv. שֶׁבֶר, שִׁבָּרוֹן, מִשְׁבָּר, מַשְׁבֵּר.

שֶׁבֶר saepius **שֵׁבֶר** c. Suff. שִׁבְרִי m. 1) *fractio*, *fractura*, muri Jes. 30, 13. 14, membri Lev. 21, 19. 24, 20, metaph. de fracturis et vulneribus civitatis Ps. 60, 4, animi (i. e. aegritudine) Jes. 65, 14. — 2) *fractio* i. e. solutio (q. d. enucleatio) somnii Iud. 7, 15. — 3) *interitus*, velut regni Thren. 2, 11. 3, 47, singulorum hominum Prov. 16, 18. Jes. 1, 28. עַד הַשְּׁבָרִים usque ad interitum Jos. 7, 5. — 4) *terror* (ab animo fracto, v. חָתַת) pl. שְׁבָרִים *terrores* Iob. 41, 17. — 5) *frumentum* (quod in molâ frangitur), *annona* Gen 42, 1 sq. Ex. 8, 5. Inde denom. שָׁבַר no. 5, et Hiph. no. 2.

שִׁבָּרוֹן m. 1) *fractio*. Ez. 21, 11: שִׁבְּרוֹן מָתְנַיִם *lumbi fracti*, de acerbissimo dolore, cf. Jes. 21, 2. Nah. 2, 11. — 2) *interitus* Jer. 17, 18.

שְׁבַשׁ chald. verbum in Kal inusit., cogn. שָׁבָץ, שָׁבַס.

Pa. perplexuit, *perturbavit*. *Ithpa.* pass. Dan. 5, 9.

שָׁבַת fut. יִשְׁבֹּת et יִשְׁבַּת Lev. 26, 34 1) *quievit, feriatus est.* (Arab. سبت IV. quietem cepit. Origo esse videtur in *sedendo, considendo,* et cognata sunt partim יָשַׁב, inf. שֶׁבֶת, partim שׁוּת et שָׁפַת). Dicitur de hominibus (opp. labori) Ex. 23, 12. 34, 21, de terra, quae non colitur Lev. 26, 34. 35, cf. 25, 2. Sq. מִן quievit a labore Gen. 2, 2. 3. Ex. 31, 17. — Jes. 33, 8: שָׁבַת עֹבֵר אֹרַח *viator feriatur*, abstinet ab itinere faciendo. 14, 4. Thren. 5, 14: *senes feriantur a porta* i. e. forum non adeunt. — 2) *cessavit, desiit*, sq. מִן c. inf. (pr. destitit ab aliqua re facienda) Iob. 32, 1. Jer. 31, 36. Hos. 7, 4, absol. *esse desiit, finem habuit* Gen. 8, 22. Jes. 24, 8. Thren. 5, 15. — 3) *sabbatum celebravit*, sq. שַׁבָּת Lev. 23, 32.

Niph. i. q. Kal no. 2. pr. pass. Hiph. *finem habuit* Jes. 17, 3. Ez. 6, 6. 30, 18. 33, 28.

Hiph. 1) *quiescere fecit* sq. מִן *ab* opere Ex. 5, 5, vel *quiescere fecit* opus i. e. *intermisit* 2 Chr. 16, 5, quiescere fecit hostem i. e. *compescuit*, pacavit Ps. 8, 3. — 2) *cessare fecit* a) aliquem sq. מִן ante inf. Ez. 34, 10, sq. לְבִלְתִּי Jos. 22, 25; b) aliquid, i. e. *finem imposuit* v. c. bello Ps. 46, 10, contentioni Prov. 18, 18, exsultationi Jes. 16, 10. Sq. לְ Jer. 48, 35. Am. 8, 4 Ruth 4, 14: אֲשֶׁר הִשְׁבִּית לָךְ גֹּאֵל *qui non deesse tibi vindicem passus est.* Levit. 2, 13. — 3) *amovit, abstulit*, sq. מִן ab, ex aliq., i. q. הֵסִיר. Ex. 12, 15. Lev. 26, 6. Ez. 34, 25. 23, 27. 48. 30, 13. Jes. 30, 11. Jer. 7, 35. Ps. 119, 119.

Derivv. שֶׁבֶת no. I, שַׁבָּת, שַׁבָּתוֹן, מִשְׁבָּת, שַׁבְּתַי.

I. **שֶׁבֶת** c. Suff. שִׁבְתּוֹ (a rad. שָׁבַת) *cessatio* Prov. 20, 3 (cf. 18, 18. 22, 10), inde *ignavia, desidia* Jes. 30, 7. — 2) *interpellatio* operis Ex. 21, 19.

II. **שֶׁבֶת** f. inf. a rad. יָשַׁב habitavit, q. v.

שַׁבָּת st. cstr. שַׁבַּת, cum Suff. שַׁבַּתּוֹ, pl. שַׁבָּתוֹת, st. constr. שַׁבְּתוֹת, utriusque sexus (Ex. 31, 14 coll. Levit. 25, 4) 1) *sabbatum*, septimus hebdomadis dies. Ex. 16, 25: שַׁבָּת הַיּוֹם לַיהוָה *hodie sabbatum est Jehovae.* שַׁבַּת שַׁבָּת quovis sabbato 1 Chr. 9, 32. שַׁבַּת שָׁנִים annus sabbati, septimus quivis annus, quo agri non colebantur Lev. 25, 4 sqq. — 2) fort. *hebdomas*, ut syr. et graec. [Matth. 28, 1] Lev. 23, 15, cf. Deut. 16, 9.

שַׁבָּתוֹן m. id., sed intensive *sabbatum magnum, solenne* Ex. 16, 23. Lev. 23, 24, max. hoc nexu: שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן Ex. 31, 15. 35, 2. Levit. 16, 31.

שַׁבְּתַי (sabbato natus, cf. Paschalis i. e. paschate natus, Numenius) n. pr. m. Esr. 10, 15. Neh. 8, 7. 11, 16.

שָׁגָא i. q. שָׁגָה, unde שְׁגִיאָה, et

שָׁגֵא (errans) n. pr. m. 1 Chron. 11, 34.

שָׁגַג i. q. שָׁגָה et שׁוּג 1) *erravit*, deinde 2) *deliquit* per errorem et imprudentiam, *culpam commisit* Ps. 119, 67. Num. 15, 28. שָׁגַג שְׁגָגָה Levit. 5, 18. Eo pertinet etiam Gen. 6, 3: בְּשַׁגָּם *propter delictum* s. delicta *eorum*, ubi שַׁג est inf. formae שַׁךְ Jer. 5, 26. — שֹׁגֵג וּמַשְׁגֶּה Iob. 12, 16 *errans* (seductus) *et seducens*, locutio proverbialis omnis generis homines designans, cf. similes locutiones Mal. 2, 13. Deut. 32, 36. Inde

שְׁגָגָה f. *erratum, delictum* imprudenter commissum Eccles. 5, 5. חָטָא בִשְׁגָגָה Lev. 4, 2. 27. Num. 15, 27.

I. **שָׁגָה** (cf. שָׁגַג) 1) *erravit, oberravit* Ez. 34, 6. (Syr. ܫܓܐ id.). Sq. מִן *aberravit* a via et metaph. a praeceptis divinis Prov. 19, 27. Ps. 119, 21. 118. — 2) *titubavit*, ex vino (cf. תָּעָה) Jes. 28, 7. Prov. 20, 1, de homine amore inebriato Prov. 5, 20: *cur titubas, mi fili in alienigena*, i. e. inebriatus amore eius. V. 14. — 3) *deliquit, peccavit*, idque per imprudentiam 1 Sam. 26, 21.

Hiph. errare fecit (coecum in via) Deut. 27, 18. Metaph. *aberrare fecit* (a praeceptis divinis), sq. מִן Ps. 119, 10, *seduxit* Iob. 12, 16.

Deriv. מִשְׁגֶּה, cf. etiam מְשׁוּגָה, שְׁגִיאָה.

II. **שָׂגָה**, fort. i. q. שָׂגָא, שָׂגָה *magnus fuit*, litteris שׂ et שׁ permutatis, cf. שָׁאַר et שָׂאַר. Inde *Pi.* (inusit.) magnificavit, extulit laudibus, i. q. syr. ܫܒܚ praedicavit, laudavit, ܬܫܒܘܚܬܐ hymnus, et n. Pielicum שִׁגָּיוֹן hymnus, q. v.

שָׁגַח in Kal inusit. *vidit, spectavit* i. q. שָׂכָה, שָׁעָה; de cognatione verborum לה (q. v.) et לח v. ad קָלַח pag. 892.

Hiph. spectavit sq. אֶל aliquid Jes. 14, 16, sq. מִן ex aliquo loco Ps. 33, 14, sed Cant. 2, 9 מַשְׁגִּיחַ מִן הַחַלֹּנוֹת est: introspicit per fenestras (a fenestris). (Chald. metaph. providit, הַשְׁגָּחָה providentia).

שְׁגִיאָה f. *peccatum per imprudentiam* et errorem *commissum* Ps. 19, 13, a rad. שָׁגָא i. q. שָׁגָה.

שִׁגָּיוֹן m. Ps. 7, 1, et pl. שִׁגְיֹנוֹת Hab. 3, 1 *hymnus* i. q. תְּהִלָּה. De etymo v. שָׂגָה no. II.

שָׁגַל *concubuit* cum muliere, *compressit* eam, sq. acc. Deut. 28, 30. (Arab. سجل pr. est aquam effudit, hausit aquam per situlas, quod ad rem veneream translatum est, v. diss. Lugdd. p. 168).

Niph. compressa est (mulier) Jes. 13, 16. Zach. 14, 2.

Pu. id. Jer. 3, 2. Masorethae pro hoc verbo, utpote obscoeno, ubique substituunt Keri שָׁכַב. Inde

שֵׁגָל f. *uxor regia, regina* Ps. 45, 10. Neh. 2, 6.

שֵׁגָל chald. f. id. plur. de uxoribus regis Dan. 5, 2. 3. 23, a quibus distinguuntur לְחֵנָן pellices.

שָׁגַע in Kal inusit., arab. شَجُعَ strenuus, fortis fuit, شُجَاع strenuus, fortis, it. furibundus (de camelis) Kam. Origo esse videtur in quovis impetu concitatiore.

Pu. part. מְשֻׁגָּע 1) *furore divino actus* (Begeisterter), in malam partem *fanaticus* (Schwärmer), de falsis prophetis Jer. 29, 26. Hos. 9, 7, contemtim etiam de veris 2 Reg. 9, 11. — 2) *vesanus* 1 Sam. 21, 16. Deut. 28, 34.

Hithp. insanivit 1 Sam. 21, 15. 16. Inde

שִׁגָּעוֹן m. *insania, furor* Deut. 28, 28. 2 Reg. 9, 20.

שָׁגַר rad. inusit. Chald. *Pa. eiecit, proiecit.* Hinc

שֶׁגֶר m. Ex. 13, 12 cstr. שְׁגַר Deut. 7, 13. 28, 4 *fetus*, qui partu editur (qs. proiicitur, v. נָפַל no. 1, a).

שַׁד Thren. 4, 3, dual. שָׁדַיִם cstr. שְׁדֵי m. (Hos. 9, 14. Cant. 4, 5) *mamma*, et hominum Cant. 4, 5. 8, 1, et animalium Gen. 49, 25. Cf. שֹׁד. (Aram. תַּד ܬܕܝܐ, arab. ثَدْى, gr. τίτθη, τιτθή id. fort. a rad. שָׁדָה).

שֵׁד tantum in plur. שֵׁדִים *idola*, pr. domini (cf. בְּעָלִים) Deut. 32,

17. Ps. 106, 27, a rad. שׁוּד dominari, unde سَايِد, سَيِّد dominus, syr. ܫܺܐܕܳܐ daemon. LXX. Vulg. *δαιμόνια*, daemonia, quandoquidem Judaei idola daemones esse putabant, qui ab hominibus se coli paterentur.

I. שֹׁד i. q. שַׁד m. *mamma* Iob. 24, 9. Jes. 60, 16, fort. a rad. שָׁדָה q. v.

II. שֹׁד, semel plene שׁוֹד Iob. 5, 21 (a rad. שָׁדַד) 1) *violentia, oppressio* tenuium, act. Prov. 21, 7. 24, 2, pass. Ps. 12, 6: שֹׁד עֲנִיִּים *oppressio miserorum.* Meton. *opes per vim partae* Am. 3, 10. — 2) *vastatio, exitium.* Iob. 5, 22. Jes. 51, 19. 59, 7. Jer. 48, 3. Hab. 2, 17: שֹׁד בְּהֵמוֹת *vastatio ferarum.* Spec. *tempestas devastans.* Jes. 13, 6: כְּשֹׁד מִשַּׁדַּי יָבוֹא *instar tempestatis* (subito) *venit ab Omnipotente.* Imprecantis est Hos. 7, 13: שֹׁד לָהֶם *exitium* ingruat *illis!*

שָׁדַד (cogn. שׁוּד) 1) *validus fuit, vi polluit*, gewaltig seyn (arab. شَدِيد validus, vehemens, durus), unde hebr. שִׁדָּה, שַׁדַּי; sed in verbo tantum in malam partem: 2) *violenter egit* (gewaltthätig seyn, handeln) c. aliquo, *confecit, perdidit* eum Ps. 17, 9. Prov. 11, 3. Jes. 33, 1, v. c. populum Jer. 5, 6. 47, 4. 48, 1. 49, 28, max. invasione hostili Jes. 15, 1. 33, 1. Part. שֹׁדְדֵי לַיְלָה praedones nocturni Obad. 5. Part. pass. שָׁדוּד *confectus, trucidatus* Iud. 5, 27. (Arab. شَدَّ ligavit, firmavit, corroboravit, it. incurrit in hostem. V. corroboratus fuit, invaluit). — 3) *vastavit*, velut terram, urbes Ps. 137, 8. Jer. 25, 36. 48, 8. 18. 51, 55. 56. — Flectitur formis modo integris, modo contractis, ut praet. שָׁדְדוּ, c. Suff. שַׁדּוּנִי, fut. יְשָׁדְדֵם Jes. 1, 6 et יְשָׁדֵּם Prov. 11, 3.

Niph. *vastatus est* Mich. 2, 4.

Pi. i. q. Kal no. 2. Prov. 19. 26. 24, 15. — *Pu.* שֻׁדַּד et שֻׁדַּד (Nah. 3, 7) *vastatus fuit* Jes. 15, 1. 23, 1. Jer. 4, 13.

Po. i. q. Pi. Hos. 10, 2.

Hoph. הוּשַׁד pass Kal no. 2 Jes. 33, 1. Hos. 10, 14.

Derivv. שֹׁד no. II, שִׁדָּה, שַׁדַּי, et n. pr. אַשְׁדּוֹד.

שָׁדָה rad. inusit. Chald. שְׁדָא eiaculatus est, effudit, arab. شدا et ثدا irrigavit, unde ducunt שַׁד et שֹׁד no. I *mamma.* Adde שְׁדִיאוּר.

שִׁדָּה f. pr. *domina*, inde *uxor*, fem. nominis שַׁד dominus, sed more verborum ע״ע inflexum, quandoquidem etiam in verbo שָׁדַד inest notio *roboris* et *dominationis*, v. h. v. no. 1 et subst. שַׁדַּי. Congruit arab. سَيِّدَة domina, coll. rad. سَادَ Conj. V. nupsit; neque audiendi sunt, qui ad coniugium Orientalium dominae appellationem minus aptam esse putaverunt, namque etiam Arabes uxorem بَعْلَة appellant i. e. dominam. Semel legitur Eccl. 2, 8: *comparavi mihi ...... et delicias* (תַּעֲנוּגֹת) *hominum* שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת *uxorem et uxores.* Singularis h. l. ad reginam, pluralis ad uxores regias et pellices referendus est. Talmudicis שִׁדָּה, שִׁידָה notat sellam mulieris (camelo impositam), *pilentum*, ut vicissim apud nos *Frauenzimmer* (pr. gynaeceum) de muliere usurpatur, et apud poëtas arab. *pilenta* sunt mulieres (Hamâsa ed. Schultens. pag. 332). Reliquae interpretum coniecturae et hallucinationes (LXX. Syr. pocillatores et pocillatrices. Targ. thermae et balnea. Vulg. scyphi et urcei) nullum, aut in etymo, aut in oratione contexta, habent praesidium. Reliquis fere praestat Aben Esrae sententia, qui *mulierem*

a mamma (שַׁד) dictam suspicatur, cf. רַחַם.

שַׁדַּי m. *potentissimus*, *Omnipotens*, epith. Jehovae, modo praemisso אֵל Gen. 17, 1. 28, 3. Ex 6, 3, modo simpl. Iob. 5, 17. 6, 4. 8, 3. 13 et saepe in hoc libro, Gen. 49, 25. Ruth 1, 20. 21 cet. Est autem pl. excellentiae a sing. שַׁד potens (cf. arab. شديد potens, validus, rad. שָׁדַד no. 1) cum terminatione pl. (Lgb. p. 523), quam in dubium quidem vocarunt Verbruggius (de nominum hebraeorum pl. numero ed. 2. Erlang. 1752) et Ewaldus (gr. hebr. p. 298. 423), sed vereor ut recte. LXX. saepe παντοκράτωρ. Vulg. in Pentat. *Omnipotens*.

שְׁדֵיאוּר (eiaculatio ignis) n. pr. m. Num. 1, 5. 2, 10.

שַׁדִּין Iob. 19, 29 non pro vocabulo simplici habendum est, sed pro comp. ex שׁ praefixo et דִּין: *quod iudicium* (est). Keri שַׁדּוּן id.

שָׁדַם rad. inusit. dubiae significationis, unde

שְׁדֵמָה f. I) Jes. 37, 27 i. q. שְׁדֵפָה 2 Reg. 19, 26, litteris מ et פ permutatis, v. sub litt. ב.

II) pl. שְׁדֵמוֹת cstr. שַׁדְמוֹת *arva* Jer. 31, 40. 2 Reg. 23, 4 eaque vel frugibus consita Hab. 3, 17, vel vitibus, *vineae* Deut. 32, 32. Bis Jes. 16, 8. Hab. 3, 17 copulatur c. verbo sing. Caeterum haec significatio, quanquam in linguis cognatis nullum eius vestigium exstat, et locorum contextu et vett. Versionum auctoritate satis firmata est. Male passim *vites* reddunt.

שָׁדַף *adussit* (eurus segetes) Gen. 41, 23. 27. (Chald. שְׁדַף combussit. Arab. أسدف niger, سدف Conj. IV. caligavit. Inde

שְׁדֵפָה f. 2 Reg. 19, 26, et

שִׁדָּפוֹן m. *uredo* frumenti, quae euro efficitur (Gen. 41, 6 sq.) 1 Reg. 8, 37. Am. 4, 9. Deut. 28, 22.

שְׁדַר chald. *Ithpa. molitus est*, *studuit* aliquid facere, sq. לְ Dan. 6, 15. Alibi in lingua chald. et rabbin. scribitur שְׁדַל (r litterâ emollitâ).

שַׁדְרַךְ n. pr. chald. Chananiae, Danielis socio, in aula Babylonica datum (sec. Lorsbachium شادراكى regis parvus amicus, sec. Bohlenium شادراه laetus in via; atque hoc praestat) Dan. 1, 7. 2, 49. 3, 12.

שָׁהַם rad. inusit., arab. سهم palluit, سَهْم sagitta.

שֹׁהַם m. 1) gemmae species, sec. plerosque *Sardonyx* vel *onyx*, dictus a similitudine unguis humani. Gen. 2, 12. Ex. 28, 9. 20. 35, 9. 27. Iob. 28, 16. Ez. 28, 13. Vide Braunium de vestitu sacerd. hebr. 2, 18. J. D. Michaëli (Supplemm. p. 2289) est onyx lineis subalbis coll. arab. مُسَهَّم striata vestis. — 2) n. pr. m. 1 Chr. 24, 27.

שׁוֹ Iob. 15, 31 Cheth. i. q. שָׁוְא.

שׁוֹא 1) i. q. שָׁאָה *strepere*, *fragorem edere*, it. *vastari*, *perdi*, unde שׁוֹא, שׁוֹאָה, מְשׁוֹאָה, תְּשֻׁאוֹת.

2) i. q. arab. ساء med. Vav. *malum esse*. (Utrumque hunc significatum copulatum habes etiam in verbis רָעַע, רָשַׁע q. v.). Inde שָׁוְא.

שׁוֹא m. pl. *interitus*, *pernicies* Ps. 35, 17. Rad. שׁוֹא no. 1. V. fem. שׁוֹאָה.

שָׁוְא m. (*schav'*, subst. formae pr. segolatae, sed neglecto tamen Segol furtivo, ut in קֹשְׁטְ, a rad. שׁוֹא

no. 2, arab. سُوءٌ, سُوءٌ) 1) *malum* a) quod patratur, *scelus, nequitia.* מְתֵי שָׁוְא scelerati Iob. 11, 11. Jes. 5, 18: חַבְלֵי הַשָּׁוְא *funes nequitiae.* b) quod aliquis patitur, *calamitas, pernicies* Iob. 7, 3. Jes. 30, 28: נָפַת שָׁוְא *vannus perniciei.* Utramque significationem (a. b) habes in his Iob. 15, 31: *ne confidat malo* (sceleri), *fallitur, nam malum* (calamitas) *eius praemium erit.*

2) spec. *falsum, mendacium* (ut contra צַדִּיק etiam *verum* notat) Ps. 12, 3. 41, 7. Iob. 31, 5. שֵׁמַע שָׁוְא rumor falsus Ex. 23, 1. עֵד שָׁוְא falsum testimonium Deut. 5, 17. Ex. 20, 7: לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם יְהוָה לַשָּׁוְא *ne eloquere nomen Jehovae ad mendacium*, ne peiera, cf. Ps. 24, 4. Jes. 1, 13: מִנְחַת שָׁוְא *sacrificium mendax* h. e. ab homine hypocrita sine pio animi sensu oblatum. Inde

3) *inutile, vanum, inane* (de re quae spem in ea positam fallit) Iob. 15, 31. הַבְלֵי שָׁוְא idola vana, Ps. 31, 7. Mal. 3, 14: שָׁוְא עֲבֹד אֱלֹהִים *vanum s. inutile est, Deum colere.* Hinc לַשָּׁוְא *frustra* Jer. 2, 30. 4, 30. 6, 29.

שְׁוָא n. pr. v. שְׁרָיָה.

שׁוֹאָה f. (a rad. שׁוֹא no. 1) 1) *procella, tempestas*, a strepitu et fragore dicta. Prov. 1, 27. (Cheth. שַׁאֲוָה). Ez. 38, 9. — 2) *vastatio*, plerumque per paronom. copulatum cum syn. מְשׁוֹאָה Zeph. 1, 15. Hinc *regiones vastatae, rudera* Iob. 30, 3. 14. 38, 27. — 3) *interitus*, max. subitaneus, *pernicies.* Ps. 63, 10: לְשׁוֹאָה יְבַקְשׁוּ נַפְשִׁי *vitae meae insidiantur, ut eam perdant.* Jes. 10, 3. 47, 11. Ps. 35, 8.

שׁוּב inf. absol. שׁוֹב fut. יָשׁוּב, apoc. et convers. יָשֹׁב, וַיָּשָׁב

1) *redire, reverti.* (Syr. et chald. ܬܳܒ, תּוּב id. Arab. تَابَ metaph. convertit se peccator). Constr. absol. Iud. 14, 8. 19, 7. 2 Sam. 6, 20, sq. מִן ex (ab) aliquo loco Ruth 1, 22, sq. מֵאַחֲרֵי ab aliquo (quem sequebar vel persequebar Ruth 1, 16. 2 Sam. 2, 26. 30); sq. אֶל ad aliquem Gen. 8, 12. 22, 19. 37, 30 vel ad locum 37, 29, quanquam de loco crebrius est לְ Gen. 18, 33. 32, 1. 33, 16. Num. 24, 25, it. sq. acc. loci, vel addito ־ָה Gen. 50, 14. Ex. 4, 20, vel nudo Jes. 52, 8: בְּשׁוּב יְיָ צִיּוֹן *ubi Jehova Zionem redit* (al. ubi Jehova reducit Zionem). עֹבֵר וָשָׁב progrediens et rediens i. e. ultro citroque commeans Ez. 35, 7. Zach. 7, 14. 9, 8.

Sq. alio verbo *rediit et fecit* vel *rediit ad* (aliquid) *faciendum* idem est quod *iterum fecit.* Ponitur tale verbum a) sq. tempore finito praemisso וְ. 2 Reg. 1, 11. 13: וַיָּשָׁב וַיִּשְׁלַח *et iterum misit.* 20, 5. Gen. 26, 18. Diversa ratio est loci Hos. 2, 11: אָשׁוּב וְלָקַחְתִּי *redibo et adimam* (quae dederam, denuo adimam). b) omissa copula Gen. 30, 31: אָשׁוּבָה אֶרְעֶה *denuo pascam.* c) sq. gerundio Iob. 7, 7.

Translate dicitur a) *se convertere* ad aliquem vel aliquid, v. c. ad Jehovam sq. אֶל et לְ 1 Reg. 8, 33. Ps. 22, 28, sq. עַל 2 Chron. 30, 9, עַד Jes. 19, 22. Joël 2, 12. Am. 4, 6 sq., בְּ Hos. 12, 7. Absol. *se convertere* Jerem. 3, 12. 14. 22. 2 Chron. 6, 24. Jes. 1, 27: שָׁבֶיהָ *cives eius* (Sionis) *conversi.* שְׁאָר יָשׁוּב pars residua se convertet. Jes. 10, 21. b) sq. מִן *desistere, recedere* ab aliqua re, velut a via mala 1 Reg. 13, 23. Zach. 1, 4, a peccato, malo Ez. 3, 19. 14, 6. 33, 14. Iob. 36, 10, ab ira Ex. 32, 12, a iustitia Ez. 18, 24. c) sq. מֵעַל et מֵאַחֲרֵי *se avertere* ab aliquo, max. a Jehova Jos. 22, 16. 23. 29. 1 Sam. 15, 11 (simpl. Jos. 23, 12), מֵעַל הַגִּלּוּלִים ab idolorum cultu Ez. 14, 6. d) *redire* in possessionem rei i. e. recuperari eam, sq. אֶל Ez. 7, 13. Lev. 25, 10, לְ Jes. 23, 17. e) in

universum, se convertere aliquo, ubi antea non fueris Ps. 73, 10.

2) Saepe tribuitur rebus inanimatis et latine redditur: a) *reddi* (pristino domino), sq. לְ Lev. 27, 24. Deut. 28, 31. 1 Sam. 7, 14. 1 Reg. 12, 26. b) *restitui, instaurari* Hos. 14, 8, de urbibus Ez. 35, 9 Keri, 1 Sam. 7, 14, cf. Ez. 16, 55, de membro aegro 1 Reg. 13, 6. 2 Reg. 5, 10. 14. Ex. 4, 7 et c) in malam partem: שׁוּב אֶל עָפָר denuo mutari in terram Gen. 3, 29. Eccl. 3, 10 coll. Jes. 29, 17. d) *irritum fieri* (de mandato, vaticinio, oppos. בּוֹא). Jes. 45, 23. 55, 11. Ez. 7, 13. e) *Ira redire* dicitur, ubi sedatur Gen. 27, 44. Jes. 5, 25, sq. מִן ubi desistit ab aliquo Gen. 27, 45. 2 Par. 12, 12.

3) causat. i. q. Hiph. a) *reducere, restituere* Num. 10, 36. Ps. 85, 5, impr. in locutione: שׁוּב שְׁבוּת reducere captivos, v. שְׁבוּת. b) *instaurare* Nah. 2, 3. Passim in Chethibh est שׁוּב causative accipiendum, ubi Masorethae (sine necessitate) substituerunt Hiphil, Iob. 39, 12. Ps. 54, 7. Prov. 12, 14. Jer. 33, 26. 49, 39. Joël 4, 1.

Pil. שׁוֹבֵב causat. Kal, vario modo 1) *reduxit* Jer. 50, 19, metaph. ad Deum *convertit* Jes. 49, 5. V. Kal no. 1, a. — 2) *restituit* Jes. 58, 12, sq. לְ Ps. 60, 3, addito נֶפֶשׁ *recreavit* Ps. 23, 3, cf. הֵשִׁיב. — 3) *avertit* Mich. 2, 4, metaph. aliquem (a Jehova) Jes. 47, 10. — *Pul* שׁוֹבַב part. מְשׁוֹבֶבֶת *reducta* i. e. elapsa, erepta (e potestate hostium) Ez. 38, 8.

Hiph. הֵשִׁיב fut. יָשִׁיב, apoc. יָשֵׁב, convers. וַיָּשֶׁב 1) *redire fecit*, inde *reduxit*, velut captivos Jerem. 32, 44. 33, 11. 49, 6. 39, *retraxit* (manum) Ps. 74, 11. Thren. 2, 3, it. *repulit* Jes. 28, 6: מְשִׁיבֵי מִלְחָמָה *qui repellunt bellum* i. e. hostes. 36, 9. 14, 27: מִי יְשִׁיבֶנּוּ *quis repellet* i. e. impediet *eum?* Iob. 9, 12. 11, 10. 23, 13. Jes. 43, 13. Spec. a) הֵשִׁיב פְּנֵי פ׳ *repulit faciem* alic. h. e. ianua prohibuit, a foribus repulit, repulsam dedit petenti (opp. נָשָׂא פָנִים) 1 Reg. 2, 16. 17. 20. 2 Chr. 6, 42. b) הֵשִׁיב נֶפֶשׁ *vitam* alic. *reduxit* h. e. eum recreavit, refecit Ruth 4, 15. Thren. 1, 11. 16. 19, quandoquidem fatigati vita quasi evanuit, recreati restituitur. 1 Sam. 30, 12. Iud. 15, 19. Trop. Ps. 19, 8. Sed הֵשִׁיב רוּחוֹ est: spiritum duxit Iob. 9, 18. c) הֵשִׁיב חֵמָה, אַף reduxit i. e. sedavit iram Iob. 9, 13. Ps. 78, 38. 106, 23 (sq. מִן ab al., Prov. 24, 18). הֵשִׁיב חֲמַת יְהוָה מִן iram Jehovae repulit i. e. avertit ab al. Num. 25, 11. Esr. 10, 14. Sed Jes. 66, 15 dicitur de ira, quae sedatur, quia tota effusa est.

2) *reddidit* alicui aliquid (v. Kal no. 2, a), sq. acc. rei et dat. pers. Ex. 22, 25. Deut. 22, 2, velut surreptum Levit. 5, 23. Num. 5, 7. Inde a) *retribuit*, *remuneratus est* Prov. 17, 13, sq. dat. pers. Ps. 18, 21. 116, 12, עַל pers. Ps. 94, 23, sq. acc. rei et dat. pers. Gen. 50, 15. b) הֵשִׁיב דָּבָר verbum reddidit, *respondit*, sq. acc. pers. (ut עָנָה) 1 Reg. 12, 6. 9. 16; it. *responsum retulit* nuntius (Antwort zurückbringen) Num. 22, 8. 13, 26. 2 Sam. 24, 13. Respondendi sensu dicitur etiam ה׳ אֲמָרִים Prov. 22, 21, ה׳ מִלִּין Iob. 35, 4, simpl. הֵשִׁיב 2 Chron. 10, 16. Iob. 33, 5. 20, 2: שְׂעִפַּי יְשִׁיבוּנִי *cogitationes meae mihi respondent* i. e. suggerunt, quod respondeam.

3) *restituit*, *restauravit* Ps. 80, 4. 8. 20. Jes. 1, 26. Dan. 9, 25. Cf. Kal no. 2, b.

4) *revocavit*, *irritum fecit*, ut edictum Esth. 8, 5. 8, decretum Am. 1, 3: *propter multa Damasci scelera* לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ *non revocabo ea* quae decrevi (cf. V. 4. 5 et Num. 23, 20), benedictionem Num. 23, 20.

5) *retulit* passim idem valet quod

iterum iterumque attulit, obtulit, velut tributum 2 Reg. 3, 4. 17, 3. 2 Chr. 27, 5. Ps. 72, 10, sacrificium Num. 18, 9. Ita lat. sacra referre Virg. Georg. I, 339. Aen. 5, 598. 603.

6) sq. מִן et מֵעַל redire fecit est i. q. *avertit* ab aliqua re, v. c. ה׳ פָּנָיו מֵעַל גִּלּוּלִים avertit faciem ab idolis Ez. 14, 6, et omisso פָּנִים ibid. et 18, 30. 32.

7) sq. אֶל, עַל *convertit* aliquo, ut a) הֵשִׁיב יָדוֹ עַל convertit manum suam contra al. Jes. 1, 25. Am. 1, 8. Ps. 81, 15, sq. בְּ id. 2 Sam. 8, 3. b) הֵשִׁיב פָּנָיו לְ convertit faciem ad al. Dan. 11, 18. 19. c) הֵשִׁיב אֶל־לֵב retulit (al.) ad animum Deut. 4, 39. 30, 1, עַל לֵב Jes. 46, 8, inde *resipuit* 1 Reg. 8, 47.

Hoph. הוּשַׁב 1) *reductus est* Ex. 10, 8. — 2) *redditus est* Gen. 42, 28. 43, 12. Num. 5, 8.

Derivv. שׁוּבָה, שׁוֹבָב, שׁוֹבֵב, תְּשׁוּבָה, מְשׁוּבָה, שִׁיבָה, et nomm. pr. יוֹשַׁב חֶסֶד, יָשָׁבְעָם, יָשׁוּב, מְשׁוֹבָב.

שׁוּבָאֵל v. שְׁבוּאֵל.

שׁוֹבָב m. 1) adj. *qui defecit, rebellis* Jer. 3, 14. 22. Jes. 57, 17. — 2) n. pr. m. a) filii Davidis 2 Sam. 5, 14. 1 Chr. 3, 5. 14, 4. b) 1 Chr. 2, 18.

שׁוֹבֵב m. *defector, rebellis* Jer. 31, 22. 49, 4.

שׁוּבָה f. *reditus,* metaph. *conversio* Jes. 30, 15.

שׁוֹבָךְ (a rad. שָׂבַךְ) n. pr. ducis Hadadeseri, regis Zobae 2 Sam. 10, 16. 18, pro quo 1 Chr. 19, 16. 18 שׁוֹפָךְ.

שׁוֹבָל (fort. fluxus, vel: propago, v. שֹׁבֶל) n. pr. 1) filii Seïri Gen. 36, 20. 23. 29. — 2) m. 1 Chr. 2, 50. 4, 1.

שׁוֹבֵק (relinquens) n. pr. m. Neh. 10, 25.

שׁוּג i. q. שָׁגַג et שָׁגָה, unde מְשׁוּגָה.

שׁוֹד v. שֹׁד vastatio.

שׁוּד pr. i. q. שָׁדַד validus fuit, vi polluit, inde 1) *violenter egit, vastavit.* Fut. יָשׁוּד Ps. 91, 6.

2) i. q. arab. سَادَ *dominatus est.* Inde שֵׁד dominus.

I. שָׁוָה 1) pr. *aequus, planus fuit.* V. Pi. — Inde 2) *par fuit* (pretio), *aequavit* aliquid sq. בְּ Prov. 3, 15. 8, 11, it. *par fuit* alicui rei. Esth. 7, 4: אֵין הַצָּר שֹׁוֶה בְּנֵזֶק הַמֶּלֶךְ *hostis non par est damno regis* sc. compensando. Esth. 5, 13: כָּל־זֶה אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי *haec omnia mihi non sufficiunt.* Impers. שָׁוָה לִי aequatum i. e. satisfactum est mihi Iob. 33, 27. — 3) *aptus, conveniens fuit* alicui, sq. לְ Esth. 3, 8. — 4) *similis fuit* sq. לְ Prov. 26, 4. Jes. 40, 25.

Pi. 1) *complanavit,* v. c. agrum Jes. 28, 25, metaph. animum i. e. animum composuit, sedavit Ps. 131, 2, et ellipt. Jes. 38, 13: שִׁוִּיתִי עַד בֹּקֶר *compescebam* (animum meum) *usque ad mane.* Vulg. et Hieron. *sperabam usque ad mane.* (Hac ratione posita כָּאֲרִי ad sequens membrum refertur. Sed alii ex signif. no. 2: *assimilavi* (me) *leoni* sc. rugienti. Targ. rugiebam, ut leo).

2) *posuit, fecit* i. q. שׂוּם, שִׁית, ut saepe in Targg. Ps. 16, 8. 119, 30. שִׁוָּה פְּרִי fructum protrusit (Frucht ansetzen) Hos. 10, 1. Sq. עַל (honorem, auxilium) praestitit alicui Ps. 21, 6. 89, 20. Sq. acc. et כְּ reddidit aliquem similem alic. rei Ps. 18, 34.

Hiph. composuit, comparavit Thren. 2, 13.

Derivv. שָׁוֶה, יִשְׁוָה, יִשְׁוִי.

II. שְׁוָה chald. *Ithp. timuit.* Ad

hanc rad. duo pertinere videntur in V. T. exempla; alterum in

Pi. Iob. 30, 22 Cheth.: תְּמוֹגְגֵנִי תשוה (lege תְּשַׁוֶּה) *me pavescere facis* et *terres me* (Keri תּוּשִׁיָּה); alterum in

Nithp. (quam coniugationem Rabbini frequentant, v. Lgb. pag. 249). Prov. 27, 15: *stillicidium tempore pluviae* וְאֵשֶׁת מִדְוָנִים נִשְׁתָּוָה *et mulier rixosa metuenda sunt.* Alii coll. שָׁוָה no. I, 4 נִשְׁתָּוָה reddunt: *sibi similia sunt*, Vulg. *comparantur.* Gr. Venet. ἰσοῦται, sed nunquam in Proverbiis res comparandae tam frigido comparandi vocabulo inter se iunguntur. — Targ. uxor litigiosa, *quae rixatur*, quod defendi possit coll. סְתָו hiems, et gr. χειμασθῆναι ἀπειλαῖς, κεχειμᾶνται φρένες, pr. igitur: hiemalis, procellosa. Sed illud praefero.

שְׁוָה sive **שְׁוָא** chald. i. q. hebr.

Pa. i. q. hebr. no. 2. *posuit, fecit*, sq. עִם par s. simile fecit alicui rei (v. עִם no. 1, f) Dan. 5, 21.

Ithpa. factus, redditus est Dan. 3, 29.

שָׁוֵה (planities) n. pr. vallis, ad septentrionem Hierosolymorum, quae etiam *vallis regia* appellabatur Gen. 14, 17. 2 Sam. 18, 18. Sed שָׁוֵה קִרְיָתַיִם Gen. 14, 5 est planities prope urbem Kirjathaim (in agro Rubenitarum), v. קִרְיָה litt. g.

שׁוּחַ 1) *desidere, subsidere* (arab. ساخ med. Vav immersus est in lutum cf. שָׁחַח, שָׁחָה). Prov. 2, 18: שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ *subsidit in orcum domus eius* (mulieris libidinosae). Ita Vulg. Quum vero בַּיִת alibi constanter masc. sit, Aben Esra שָׁחָה ad ipsam mulierem refert: *subsidit ad mortem* (i. e. orcum), *domum eius* futuram.

2) Metaph. *deprimi*, de animo. Ps. 44, 26: שָׁחָה לֶעָפָר נַפְשֵׁנוּ *depressus ad pulverem est animus noster.* Thren. 3, 20 Keri.

Hiph. i. q. Kal no. 2. Thren. 3, 20 Cheth.

Derivv. שׁוּחָה, שִׁיחָה, שַׁחַת no. II, et nomm. pr. שׁוּחַ, שׁוּחָם, יְשׁוֹחָיָה.

שׁוּחַ (fovea) n. pr. filii Abrahami et Keturae, gentisque arabicae ab eo oriundae Gen. 25, 2, unde patron. et gent. שׁוּחִי Suchita Iob. 2, 11. 8, 1. 25, 1. *Suchitarum* autem provinciam eandem fuisse suspicor, atque Σακκαίαν Ptolemaei V, 15 ab oriente Batanaeae.

שׁוּחָה f. 1) *fovea* Jer. 2, 6. 18, 20. Prov. 22, 14. — 2) n. pr. m. 1 Chr. 4, 11, pro quo V. 4 חוּשָׁה.

שׁוּחָם (fort. fossor) n. pr. filii Dani Num. 26, 42, qui Gen. 46, 23 חֻשִׁים vocatur.

I. שׁוּט 1) pr. *flagellare, scuticâ percutere* i. q. arab. ساط. (Cogn. est rad. שָׁבַט). Inde שׁוֹט, שֹׁטֵט, שַׁיִט flagellum.

2) *remigare* (q. d. remis percutere mare). Part. שָׁטִים remiges Ez. 27, 8. 26. Derivv. שַׁיִט no. 2, מָשׁוֹט.

3) *cito currere, discurrere, cursitare* (quod a plerisque hominibus ita fit, ut aërem brachiis ceu remis percutiant, cf. lat. *remi* de brachiis pedibusque humanis Ovid. Heroid. 18 fin., et saepius etiam de alis avium) Num. 11, 8. שׁוּט בָּאָרֶץ obire terram, max. lustrandi causa Iob. 1, 7. 2, 2. 2 Sam. 24, 2. 8.

Pil. שׁוֹטֵט i. q. Kal no. 3. Jer. 5, 1. Am. 8, 12. Zach. 4, 10: *oculi Dei* מְשׁוֹטְטִים בְּכָל־הָאָרֶץ *in universa terra discurrentes.* 2 Chr. 16, 9. Metaph. *percurrere* librum i. e. perscrutari Dan. 12, 4.

Hithpal. i. q. Pil. Jer. 49, 3.

II. שׁוּט, aram. ܫܳܛ i. q. שָׁאַט *contemnere.* Part. שָׁאט Ez. 16, 57. 28, 24. 26. V. שָׁאט.

שׁוֹט arab. سَوْط m. *flagellum* Prov. 26, 3. 1 Reg. 12, 11. שׁוֹט לָשׁוֹן flagellum linguae (calumniatricis) Iob. 5, 21. Impr. de flagello Dei i. e. de calamitatibus plagisque, quas Deus hominibus immittit. Jes. 10, 26. Iob. 9, 23. שׁוֹט שׁוֹטֵף flagellum inundans Jes. 28, 15. 18, de calamitate (spec. exercitu hostili) irruente, cf. Cor. Sur. 88, 12. 89, 33.

שׁוּל rad. inusit., arab. سَالَ med. Vav laxus, pendulus fuit (spec. venter), cf. ذَالَ laciniam vestis traxit (mulier). Inde

שׁוּל m. 1) *lacinia vestis, syrma* i. q. שֹׁבֶל Jes. 6, 1. גִּלָּה שׁוּלַיִם lacinias retexit, i. e. summae ignominiae exposuit. Jer. 13, 22. 26. Nah. 3, 5. — 2) *ora* vestis Ex. 28, 33. 34.

שׁוֹלָל m. (a rad. שָׁלַל) *exutus* vel vestibus i. e. *nudus*, vel calceis, *discalceatus* (sec. LXX. Syr.) Mich. 1, 8 Keri. Cf. נָשַׁל no. 1 exuit calceum. — 2) *captus, captivus* Iob. 12, 17—19.

שׁוּלַמִּית *Sulamith,* n. pr. puellae, quae in Cantico Canticorum celebratur Cant. 7, 1. (Vulg. pacifica). Sed possit הַשּׁוּלַמִּית etiam pro nom. gentil. haberi i. q. שׁוּנַמִּית *Sunamita* (oppidum) enim *Sunem* Eusebio *Sulem* vocatur), idque propter articulum praestare videtur.

שׁוּם m. *allium* Num. 11, 5. Cf. Celsii Hierobot. T. II, p. 53. (Arab. ثُوم, syr. ܬܘܡܐ id.). Dictum videtur a gravi odore, quem exhalat, coll. شَمّ olfecit, شُمُوم res odorata.

שׁוּן rad. inusit., fort. i. q. שָׁאַן quievit, unde

שׁוּנִי (quietus) n. pr. m. filii Gadi Gen. 46, 16. It. patron. eius (pro שׁוּנִיִּי) Num. 26, 15.

שׁוּנֵם (fort. duo habitacula s. loca quietis, pro שׁוּנַיִם, cf. עֵנָם pro עֵינַיִם) n. pr. oppidi in agro Issacharitarum Jos. 19, 18. 1 Sam. 28, 4. 2 Reg. 4, 8, probab. *Sulem* Eusebii (v. σουβήμ) quinto a Tabore lapide meridiem versus. N. gent. שׁוּנַמִּי f. —ִית 1 Reg. 1, 3. 2, 17. 2 Reg. 4, 12.

שׁוּעַ et **שׁוֹעַ** in Kal inusit. i. q. יָשַׁע 1) *amplus fuit,* inde 2) *dives fuit, opibus polluit* (v. שׁוֹעַ, שׁוּעַ no. 1). — 3) *liberatus est* ex periculis et angustiis (cf. יָשַׁע).

Pi. שִׁוַּע *auxilium imploravit* Ps. 18, 42. Iob. 35, 9. 36, 13, sq. אֶל Ps. 30, 3. 88, 14. 72, 12.

Derivv. שֶׁוַע — שַׁוְעָה.

שֶׁוַע m. *clamor, auxilii imploratio* Ps. 5, 3.

שׁוֹעַ 1) *dives, opulentus* Iob. 34, 19. Ez. 23, 23. — 2) *liberalis, nobilis* (cf. arab. وسع Conj. VIII. X. liberalis, nobilis fuit). Jes. 32, 5. — 3) i. q. שֶׁוַע *imploratio auxilii* Jes. 22, 5.

שׁוּעַ 1) *opes, divitiae* Iob. 36, 19. — 2) *imploratio auxilii* 30, 24. — 3) n. pr. viri Gen. 38, 2. 12.

שׁוּעָא (opes) n. pr. m. 1 Chron. 7, 32.

שַׁוְעָה f. i. q. שֶׁוַע Ps. 18, 7. 39, 13. 102, 2.

שׁוּעָל m. 1) *vulpes* Cant. 2, 15. Thren. 5, 18. Ez. 13, 4. Neh. 3, 35. (Arab. ثُعَالَة, sed frequentius ثَعْلَب addita littera ب, cf. n. pr. שַׁעַלְבִים, it. שַׁעֲלַבִּים. Ad originem quod attinet, Bochartus l. c. vulpem dictam putabat a tussi, quam gannitu suo referat, coll. سَعَلَ tussivit; equidem vix dubito, vulpem hoc nomen nactum esse a fovea et cubili subterraneo, quod habitat, a rad. שָׁעַל, et שׁוּעָל pr. notare *excavatorem, fossorem,* cf. שָׁאַל no. II). Vulpium autem nomine in

vita communi etiam *thoes* (pers. شغل Schagal) complexi esse videntur Hebraei et reliqui Orientales (cf. Niebuhrii Beschreib. von Arabien, pag. 166), talesque intelligi videntur et Iud. 15, 4 (vulpes enim non sine difficultate vivi capiuntur), et Ps. 63, 11 (siquidem vulpes a cadaveribus abstinent, quibus delectantur thoes). V. Bocharti Hieroz. T. II, p. 190 sq. ed. Lips. Faber ad Harmari Beobachtungen, T. 2, p. 270. Eiusdem Archaeol. T. I, p. 140. Rosenm. Alterthumsk. IV, 2, 154. — 2) n. pr. a) אֶרֶץ שׁוּעָל regio in agro Benjaminitarum 1 Sam. 13, 17. b) m. 1 Chron. 7, 36.

שׁוֹעֵר m. (denom. a שַׁעַר) *ianitor* 2 Reg. 7, 10. 11. 2 Chr. 31, 14.

שׁוּף 1) pr. (ut primus vidit Umbreitius ad Iob. 9, 17) i. q. שָׁאַף *inhiare*, inde *insidiari* rei. Gen. 3, 15: הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב *hic* (mulieris semen, homo) *tuo* (serpentis) *capiti insidiabitur, et tu eius calci insidiaberis*, ille caput tibi conterere molietur, tu calci eius inhiabis. Dein 2) *petere, invadere, adoriri* aliquem. Iob. 9, 17: *qui in procella me adoritur.* Metaph. Ps. 139, 11: חֹשֶׁךְ יְשׁוּפֵנִי *tenebrae me invadunt*, occupant.

שׁוֹפַךְ v. שׁוֹבַךְ.

שׁוּפָמִי patron. a שְׁפוּפָם q. v. Num. 26, 39.

שׁוֹפָר m. pl. שׁוֹפָרוֹת *tuba*, *lituus*, arab. سبور (differt a חֲצוֹצְרָה) a sono claro et acuto dictus (v. שָׁפַר no. 2), vel e cornu factus vel cornu simile i. q. קֶרֶן (Jos. 6, 5 coll. 4. 6. 8. 13) Ex. 19, 16. Lev. 25, 9. Iob. 39, 25. Hieron. ad Hos. 5, 8: „buccina pastoralis est et cornu recurvo efficitur, unde et proprie hebraice Sophar, graece κερατίνη appellatur.“ LXX. σάλπιγξ, κερατίνη. Tubam inflare est תָּקַע שׁוֹפָר q. v.

שׁוּק in Kal inusit. 1) *currere*, ut vic. שָׁקַק, unde שׁוֹק crus et שׁוּק platea. — 2) *sectari, desiderare, concupiscere* aliquid, unde תְּשׁוּקָה desiderium. Arab. شاق desiderio affecit, V. desiderium prae se tulit, شَوْق desiderium.

Hiph. redundavit (*überlaufen*), sq. acc. rei. (aliqua re) Joël 2, 24: הֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים תִּירוֹשׁ *cupae redundant musto.*

Pil. שׁוֹקֵק causat. *redundare, abundare fecit* (terram) Ps. 65, 10.

Derivv. v. s. Kal no. 1. 2.

שׁוֹק f. 1) *crus*, pars corporis a genu ad pedem, qua itur, curritur, v. rad. no. 1 (arab. سَاق, chald. שָׁק id.), et hominum Jes. 47, 2. Cant. 5, 15, et animalium (ubi nescio an femur comprehendat) Ex. 29, 22. 27. Lev. 7, 32. 33. Num. 6, 20. 1 Sam. 9, 24. — Poët. de peditibus Ps. 147, 10: לֹא־בְשׁוֹקֵי הָאִישׁ יִרְצֶה *non cruribus hominum delectatur*, h. e. peditibus, opp. equitibus. Proverbialis locutio est Iud. 15, 8: וַיַּךְ אוֹתָם שׁוֹק עַל־יָרֵךְ *et percussit eos* (Simson) *crura super femora*, in frusta eos concidit, ita ut membra eorum, crura et femora, alia super aliis, disiecta iacerent, i. e. ad internecionem eos cecidit. Simili hyperbole nos dicimus: *er hieb den Feind in die Pfanne* i. e. in frusta carnis eum concidit, qualia coquenda in ollam coniicimus, et *er hieb ihn in Kochstücken.*

Dual. שׁוֹקַיִם Prov. 26, 7.

שׁוּק m. *platea* Prov. 7, 8. Eccles. 12, 4. 5. Pl. שְׁוָקִים (cf. דְּוָדִים a דּוּד) Cant. 3, 2.

שׁוּר rad. inusit., chald. et syr. Pe. et Pa. *saliit, prosiliit, insiliit* in al., it. *robustus fuit*, arab. ثَارَ assilivit, impetum fecit.

שׁוֹר m. epic. pl. שְׁוָרִים Hos. 12, 12 *bos*, a robore et audacia dictus, cf. פַּר. (Arab. ثَوْر taurus, chald. תּוֹרָא syr. ܬܘܪܐ id., unde gr. lat. ταῦρος, *taurus*, nostr. *Stier*, v. Grimm gramm. III, p. 325). Generale est vocabulum et *unum e genere bovino caput* (ein Stück Rindvieh) designat, nullo vel sexus vel aetatis discrimine (cf. Lev. 22, 27 ubi vitulus intelligendus est, et Iob. 21, 10, ubi vacca, quanquam copulatur ἐπίκοινως c. verbo masc.) Ex. 21, 37. Levit. 22, 23. 28. 27, 26. Num. 18, 17. Deut. 14, 4. Collectivum eius est בָּקָר *boves, boum grex* q. v. Semel (Gen. 32, 6) etiam שׁוֹר collective ponitur, pariter atque reliqua nomina unitatis עֶבֶד, שִׁפְחָה, חֲמוֹר in hoc comm., excepto צֹאן.

I. **שׁוּר** fut. יָשׁוּר 1) i. q. תּוּר *circuire, obire, iter facere,* max. negotiandi causa Ezech. 27, 25 cf. chald. Semel sq. בְּ proficisci *cum* aliqua re i. e. offerre rem Jes. 57, 9. (Arab. سار med. Je profectus est, chald. שְׁיָרָא agmen iter facientium, mercatorum, etiam in monumm. palmyr., v. Tychsen Element. syr. p. 76).

2) *circumspicere* (aliquo spectandi et eundi potestas saepe uno vc. exprimitur, v. הִשְׁקִיף, הִפְנָה) a) de prospectante ex alto, sq. מִן Cant. 4, 8; b) de insidiante, *insidiari* Jer. 5, 26. Hos. 13, 7; c. acc. Num. 23, 9 c) de eo, qui rem respicit et curat, sq. acc., ut *circumspicere* aliquid (sich nach etwas umsehn) Iob. 24, 15: לֹא תְשׁוּרֵנִי עָיִן *nemo me nunc curat*, niemand sieht sich jetzt nach mir um. 35, 5: שׁוּר שְׁחָקִים *circumspice nubes.* 25, 13: שַׁדַּי לֹא יְשׁוּרֶנָּה *Omnipotens id non respicit.* 35, 13. Simpl. d) *spectavit* Iob. 7, 8.

Pi. שׁוֹרֵר v. שִׁיר.

Derivv. שׁוּר no. I, תְּשׁוּרָה.

II. **שׁוּר** i. q. שִׁיר canere, q. v.

III. **שׁוּר** i. q. שָׂרַר, שָׂרָה *serere, struere* (lapides), inde שׁוּר murus; cf. שׁוּרָה.

I. **שׁוּר** *insidiator, hostis* Ps. 92, 12, cf. שֹׁרֵר et rad. I, 2, b.

II. **שׁוּר** 1) i. q. arab. سُور *murus.* Gen. 49, 22. Ps. 18, 30. Pl. שׁוּרוֹת, Iob. 24, 11: בֵּין שׁוּרֹתָם *intra muros eorum* (opulentorum) i. e. in domibus eorum.

2) n. pr. urbis in confiniis Aegypti (et) Palaestinae Gen. 16, 7. 20, 1. 25, 18. 1 Sam. 15, 7. 27, 8. Auctore Josepho (Archaeol. 6, 7, §. 3, cf. 1 Sam. 15, 7) est *Pelusium,* sed hoc hebraice סִין appellatur. Rectius שׁוּר ibi posueris, ubi nunc Suez. Desertum, quod a Palaestinae finibus a Schûr protenditur Ex. 15, 22 מִדְבַּר שׁוּר nominatur, Num. 33, 8 מִדְבַּר אֵיתָם, hodie *Dschofar.*

שׁוּר chald. *murus* Esr. 4, 13. 16.

שׁוּשׁ rad. inusit., quae *albedinis* potestatem habuisse videtur, inde שֵׁשׁ byssus et marmor album, שַׁיִשׁ id., et שׁוּשַׁן lilium. Vicinum est יָשַׁשׁ canus fuit.

שַׁוְשָׁא v. שְׂרָיָה.

שׁוּשַׁן m. 1) *lilium,* pr. album, a rad. שׁוּשׁ. מַעֲשֵׂה שׁוּשַׁן opus s. ornamentum lilia imitans. 1 Reg. 7, 19. (Arab. et syr. سُوسَن, سَوْسَن, ܫܘܫܢܐ id., cf. Diosc. 3, 106 al. 116. Athen 12, 1. Cf. Celsii Hierobot. I, p. 383 sq.).

2) שׁוּשַׁן עֵדוּת Ps. 60, 1 instrumentum musicum, prob. a similitudine lilii dictum. Lilio autem vulgari similia sunt tubarum tibiarumque varia genera, lilio martago cymbalum, quod posterius nomen passim huic flori tribuitur. Cf. שׁוּשַׁן no. 2. שׁוּשַׁן עֵדוּת reddi-

derim: *tibia carminum* qs. lyrica, v. עֲדוּת no. 3.

3) n. pr. *Susa*, urbs primaria Susianae (et totius Persiae), in qua Persarum reges hiemem agere solebant. Dan. 8, 2. Neh. 1, 1. Esth. 1, 2. Ad Eulaeum s. Choaspem sita erat, ubi nunc pagus *Schusch* (v. Kinneir Memoir p. 99. Ker Porter Travels T. II, p. 411, cf. Hoeck vet. Mediae et Persiae monumm. p. 93), sec. alios ad pagum *Suster* (v. Jos. de Hammer in Opp. soc. geogr. Paris. Vol. II. p. 320—28. 333—41).

שׁוֹשָׁן id. 1) *lilium.* Plur. שׁוֹשַׁנִּים Cant. 2, 16. 4, 5. 5, 13. 6, 2. 3. 7, 3. De liliis artefactis 1 Reg. 7, 22. 26. — 2) instrumentum musicum lilio simile, v. שׁוּשַׁן no. 2. Plur. שׁוֹשַׁנִּים Ps. 45, 1. 69, 1. 80, 1.

שׁוֹשַׁנָּה f. *lilium* 2 Chr. 4, 5. Hos. 14, 6. Cant. 2, 1. 2.

שׁוּשַׁנְכָיֵא N. gent. chald. pl. *Susaei*, cives urbis Susorum. V. שׁוּשַׁן no. 3. Esr. 4, 9.

שׁוּשַׁק 1 Reg. 14, 25 Cheth., ubi Keri שִׁישַׁק q. v.

שׁוּת ponere, v. שִׁית.

שׁוּתֶלַח (pro שְׁאוּתֶלַח fragor discerptionis) n. pr. m. 1) filii Ephraimi Num. 26, 35. — 2) 1 Chr. 7, 21. A priori est patron. שׁוּתַלְחִי ibid.

שֵׁזַב chald., non legitur nisi in

Pēël s. *Peïl* שֵׁיזִב, שֵׁיזֵב *liberavit.* Fut. יְשֵׁיזִב, inf. שֵׁיזָבָה Dan. 3, 15. 17. 28. 6, 17. 28. In Targg. frequentius. Syr. ܫܘܙܒ id.

Deriv. n. pr. מְשֵׁיזַבְאֵל.

שָׁזַף pr. i. q. שָׁדַף, chald. שְׁדַף *ussit, adussit,* impr. sol. Cant. 1, 6: שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ *sol enim me adussit.* Poët. transfertur ad oculum (qui saepe soli comparatur et vicissim, v. עַפְעַפַּיִם), qui luce sua aliquid collustrat h. e. intuetur Iob. 20, 9. 28, 7.

שָׁזַר i. q. arab. شزر filum a dextra ad sinistram vel ab externa ad internam *torsit, retorsit* (zwirnen), plura fila contorsit.

Hoph. שֵׁשׁ מָשְׁזָר byssus (e pluribus filis) contorta Ex. 26, 1. 31. 36. 27, 9. 18. 28, 6. 8. 15 sq.

שַׁח m. (a rad. שָׁחַח) *depressus.* Iob. 22, 29: שַׁח עֵינַיִם *depressus oculis,* demissus.

שָׁחַד *donavit, munus dedit,* max. quo poenam redimeret Iob. 6, 22. Sq. acc. pers. Ez. 16, 33. (Syr. ܫܚܕ donavit semel. Pa. saepe, in bonam et in malam partem). Inde

שֹׁחַד m. *munus, donum* 1 Reg. 15, 19, impr. quo poena redimitur 2 Reg. 16, 8. Prov. 6, 35 (cf. Iob. 6, 22), vel iudex corrumpitur Ex. 23, 8. Deut. 10, 17. לָקַח שֹׁחַד pretium accepit Ps. 15, 5. 26, 10. 1 Sam. 8, 3. — Prov. 17, 8: אֶבֶן חֵן הַשֹּׁחַד בְּעֵינֵי בְעָלָיו *lapis pretiosus est donum domino suo* h. e. ei, qui accipit (cf. בַּעַל no. 4).

שָׁחָה (cf. שׁוּחַ et שָׁחַח) 1) *inclinavit se* Jes. 51, 23. (Chald. id. et frequentius). — 2) *subsidit, depressus est.* Cf. derivv. שְׁחוּת, שְׁחִית.

Hiph. הִשְׁחָה *depressit* metaph. animum Prov. 12, 25.

Hithpal. הִשְׁתַּחֲוָה (tertia radicali geminata, ut נַאֲוָה, a rad. נָאָה) fut. apoc. יִשְׁתַּחוּ, in pausa יִשְׁתָּחוּ 1) *se prostravit* coram aliquo honoris testificandi causa, προςκυνεῖν, sq. לְ pers. Gen. 23, 7. 37, 7. 9. 10, rarius לִפְנֵי 23, 12, עַל Lev. 26, 1. Solebant, qui aliquem hoc modo salutabant, in genua procumbere et fronte humum tangere (unde saepe additur אַפַּיִם אַרְצָה

Gen. 19, 1. 42, 6. 48, 12), eoque honore non solum homines afficiebant dignitate superiores, ut reges et principes 2 Sam. 9, 8, sed etiam aequales Gen. 23, 7. 37, 7. 9. 10, max. autem 2) numen colendum, inde *precibus veneratus est* Deum Gen. 22, 5. 1 Sam. 1, 3, etiam sine corporis prostratione Gen. 47, 31. 1 Reg. 1, 47. — 3) *obsequium praestitit, se submisit.* Ps. 45, 12: (rex) *est dominus tuus* הִשְׁתַּחֲוִי לוֹ *obsequium ei praesta.* Inf. chald. הִשְׁתַּחֲוָיָה 2 Reg. 5, 18. De מִשְׁתַּחֲוִיתֶם v. ind. analyt.

Derivv. v. ad Kal no. 2.

שְׁחוֹר v. שִׁיחוֹר.

שְׁחוֹר m. *nigredo* Thren. 4, 8. Rad. שָׁחַר.

שְׁחוּת f. fovea Prov. 28, 10, a rad. שָׁחָה no. 2. Cf. שׁוּחַ.

שָׁחַח i. q. שׁוּחַ et שָׁחָה (cf. שָׁכַךְ) praet. שַׁחוֹתִי, plur. שַׁחוּ et שָׁחֲחוּ, fut. יָשֹׁחַ 1) *subsidit* Hab. 3, 6, de animalibus rapacibus in lustro subsidentibus et insidiantibus Iob. 38, 40 (39, 2). — 2) *depressus est* Ps. 10, 10. 107, 39. Jes. 2, 11. 17, spec. aegritudine Ps. 35, 14. 38, 7. Thren. 3, 20; it. *submisit se* Jes. 60, 14: וְהָלְכוּ אֵלַיִךְ שְׁחוֹחַ *submissi te adibunt.* Iob. 9, 13. Prov. 14, 19.

Niph. depressus est Jes. 2, 9. 5, 15. De voce depressa et attenuata Eccl. 12, 4. Praegn. Jes. 29, 4: וּמֵעָפָר תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ *et ex pulvere audietur vox tua depressa*, exilis.

Hiph. depressit, humiliavit Jes. 25, 12. 26, 5.

Hithpo. depressus est (animus) Ps. 42, 7. 12. 43, 5.

Deriv. שַׁח.

שָׁחַט arab. سحط 1) *mactavit* pecudem Gen. 37, 31. Jes. 22, 13, impr. victimam Levit. 1, 5. 11, adeoque humanam Gen. 22, 10. Jes. 57, 5. Hos. 5, 2: שַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ *mactando* (victimas) *graviter delinquunt.* — 2) *trucidavit* (homines) 2 Reg. 25, 7. Jerem. 39, 6. חֵץ שׁוֹחֵט Jerem. 9, 7 sagitta mortifera. In Keri est שָׁחוּט, sententia non diversa, pr. iugulare facta. — 3) זָהָב שָׁחוּט 1 Reg. 10, 16. 17. 2 Chr. 9, 15. 16 prob. *aurum mixtum*, alio metallo temperatum, cf. arab. سحط aqua diluit vinum et vide plura in Comment. ad Jes. 1, 22. LXX. intelligunt aurum *diductum*, coll. שָׁטַח expandit, litteris transpositis.

Niph. pass. no. 1. Levit. 6, 25. Num. 11, 22. Inde

שְׁחִיטָה f. *mactatio* victimarum 2 Chr. 30, 17.

שְׁחִין m. *ulcus inflammatum* (v. rad. שָׁחַן) Ex. 9, 9. 11. Lev. 13, 18—20. שְׁחִין מִצְרַיִם ulcus Aegypti Deut. 28, 27. 35 et שְׁחִין רָע Iob. 2, 7 de leprae nigrae genere in Aegypto serpente, quod *elephantiasin* appellant medici a cute squamis nigricantibus obducta et pedibus tumescentibus. Cf. Plin. H. N. 26, §. 5. Schilling de lepra p. 184.

שָׁחִיס m. Jes. 37, 30 i. q. סָחִישׁ q. v. Caeterum haec forma primitiva esse et pr. *germen*, *prolem* notare videtur, coll. rad. שָׁחַץ, arab. شخص sustulit se, sustulit oculos, fort. hebr. *crevit, germinavit.* Conferri etiam possit יַחַשׂ pr. proles, soboles.

שְׁחִיף vel **שָׁחִיף** m. *tabula lignea* eaque tenuis, ab abradendo et decorticando dicta (dünngehobeltes Bret), a rad. שָׁחַף. Ez. 41, 16.

שְׁחִית f. *fovea*, pl. שְׁחִיתוֹת (cf. Lgb. p. 527) Ps. 107, 20. Thren. 4, 20, a rad. שָׁחָה subsedit.

שְׁחִיתָה f. chald. male factum, v. שְׁחַת.

I. **שָׁחַל** rad. inusit., arab. سحل decorticavit, dolavit, unde שְׁחֵלֶת. Congruit in linguis indogerm. σκῦλον, nostr. Schale, schälen, angl. *to scale.*

II. **שָׁחַל** fort. *rugiit* leo, cf. arab. سحل rudit asinus, سُحَال vox in pectore reciprocata, ruditus asini Dsch. et Kam., cogn. radd. הָלַל, צָלַל nostr. *hallen, gellen, schallen* (Notk. *skellen*). Inde

שַׁחַל m. *leo*, vc. poët. Iob. 4, 10. 10, 16. 28, 8. Ps. 91, 13. Prov. 26, 13. Hos. 5, 14. 13, 7. Bochartus (Hieroz. I, 717) leonem nigricantem Syriae (Plin. H. N. 8, 17) intelligit cf. שָׁחֹר, ל et ר litteris permutatis.

שְׁחֵלֶת f. Ex. 30, 34 sec. Hebraeos *unguis odoratus*, pr. operculum s. *testa conchylii* in Indiae lacubus nardiferis reperti, quae si comburitur odorem castoreo similem spargit, hodie *blatta byzantina, Teufelsklaue.* V. Dioscorid. 2, 10 et Arabes apud Bochartum (Hieroz. II, p. 803 sq.). Rad. שָׁחַל decorticavit cf. שיחלא cortex dactylorum.

שָׁחַן rad. inusit., arab. سخن caluit, inflammatus est, syr. ܫܚܢ Pa. ulceravit, unde שְׁחִין ulcus q. v.

שָׁחַס rad. inusit., v. שָׁחִיס.

שָׁחַף 1) i. q. סָחַף, et transp. חָסַף, חָשַׂף (quae vide) *decorticavit, abrasit, dolavit*, v. שָׁחִיף.

2) *attenuatus*, inde *macer factus est* i. q. arab. سحف. Inde שַׁחֶפֶת et

שַׁחַף m. Lev. 11, 16. Deut. 14, 15 auctoribus LXX. et Vulg. *larus* (Seemeve), avis aquatica a macie ita dicta. Vide Bocharti Hieroz. II, lib. 2, cap. 18.

שַׁחֶפֶת f. *tabes* Lev. 26, 10. Deut. 28, 22.

שָׁחַץ rad. inusit., arab. شخص sustulit se, cf. שָׁחַס. Inde

שַׁחַץ m. *elatio, superbia* (arab. شُخُص, talmud. שַׁחַץ id.) Iob. 28, 8. 41, 26: בְּנֵי שַׁחַץ Vulg. *filii superbiae*, i. e. bestiae rapaces maiores, ut leo, a superbia incessûs dictae. *Leones* reddit Chaldaeus intp. cap. 28, sed alter locus ampliorem illum significatum flagitat. Cf. Bocharti Hieroz. I, p. 718.

שַׁחֲצִים (loci editi) n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. 19, 22 Keri, Cheth. שַׁחֲצוּם.

שָׁחַק 1) *contrivit, comminuit* i. q. arab. سحق. Ex. 30, 36. Translate *comminuit* hostes Ps. 18, 43. — 2) *attrivit, detrivit.* Iob. 14, 19: אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם *aquae atterunt* (excavant) *lapides.* Inde

שַׁחַק m. 1) *pulvis*, a conterendo dictus. Jes. 40, 15. — 2) *nubes.* (Arab. سَحْق nubes tenuis, pr. ut videtur, nubes pulveris vel tali similis). Plur. *nubes* Iob. 38, 37, quibus pluvia Iob. 36, 28. Ps. 78, 23. Prov. 3, 20, tonitru tribuitur (Ps. 77, 18). Meton. de *coeli firmamento* i. q. שָׁמַיִם et רָקִיעַ. Iob. 37, 18: *tunc expandis sicut ille* (Deus) *coelum* (שְׁחָקִים), *quod firmum est, instar speculi fusi.* Prov. 8, 28. Iob. 37, 21. Deut. 33, 26. Iob. 35, 5. Ps. 68, 35 (ubi in altero hemistichio est שָׁמַיִם). Ita etiam sing. Ps. 89, 7. 38. (Sam. שחקיה pro שָׁמַיִם Gen. 7, 19).

I. **שָׁחַר** *niger fuit* et *factus est* (aram. ܫܚܰܪ, שְׁחַר id.). Praegn. Iob. 30, 30: עוֹרִי שָׁחַר מֵעָלַי *cutis mea nigrescit* (et recedit) *a me.*

Derivv. שָׁחֹר, שָׁחוֹר, שְׁחַרְחֹר, et n. pr. שִׁיחוֹר.

II. שָׁחַר 1) pr., ut videtur, *prorupit, erupit*, ut lux, aurora, unde שַׁחַר aurora. — 2) irrupit, rimatus est, inde *quaesivit*, cf. בָּקַר no. 3. In Kal semel legitur Prov. 11, 27, v. Pi.

Pi. שִׁחֵר *quaesivit*, vc. mere poët. Sq. acc. Iob. 7, 21. Prov. 7, 15. 8, 17, et לְ c. inf. Iob. 24, 5. Prov. 13, 24: אֹהֲבוֹ שִׁחֲרוֹ מוּסָר *qui eum* (filium suum) *amat, quaerit* (i. e. studiose quasi parat) *ei castigationem*. Suff. in dativo cogitandum est. *Deum quaerere* est a) eum desiderare Ps. 63, 2. Jes. 26, 9. b) ad eum se convertere. Hos. 5, 15. Ps. 78, 34. Sq. אֶל Iob. 8, 5.

Derivv. מִשְׁחָר, n. pr. שְׁחַרְיָה et

שַׁחַר m. *aurora* (arab. سَحَرٌ id.) Gen. 19, 15. Jos. 6, 15. Poët. ei tribuuntur palpebrae (v. עַפְעַפַּיִם), alae Ps. 139, 9. בֶּן־שַׁחַר *filius aurorae*, de lucifero (v. הֵילֵל) Jes. 14, 12. Hos. 6, 3: כְּשַׁחַר נָכוֹן מֹצָאוֹ *instar aurorae certus* est *ortus eius* i. e. Jehovae adventus, sed 10, 15: *instar aurorae* (cito) *occidit*. Adv. *mane*, *tempore matutino*. Ps. 57, 9, 108, 3. Metaph. dicitur de *felicitate* post miseriam denuo affulgente Jes. 8, 20 (v. אֲשֶׁר B, no. 8). 47, 11. 58, 8. Eadem translatio est in usu vcc. בֹּקֶר Iob. 11, 17, נֶשֶׁף Jerem. 13, 16, et arab. صبح. Enwari Soheil: *in calamitate est spes, nam finis noctis opacae est aurora.*

שָׁחֹר et **שָׁחוֹר** m. adj. *niger*, de capillo Lev. 13, 31. 37, equo Zach. 6, 2. 6, colore faciei nigricante Cant. 1, 5.

שְׁחֹר v. שִׁיחוֹר.

שַׁחֲרוּת f. *tempus aurorae*, metaph. de *iuventute* Eccl. 11, 10.

שְׁחַרְחֹר f. שְׁחַרְחֹרֶת *subnigra*, de colore cutis Cant. 1, 6. De adiectivis diminutivis formae אֲדַמְדָּם, יְרַקְרַק v. Lgb. p. 497 et Gramm. hebr. §. 54, 3. §. 83, no. 23.

שְׁחַרְיָה (quem Jehova quaerit) n. pr. m. 1 Chr. 8, 26.

שַׁחֲרַיִם (duae aurorae, cf. עַרְבַּיִם, צָהֳרַיִם) n. pr. m. 1 Chr. 8, 8.

שָׁחַת in Kal inusit. Arab. سحت perdidit.

Pi. שִׁחֵת 1) trans. *perdidit, pessumdedit* vel vastando, ut terram, regionem, agrum Gen. 9, 11. 19, 13. Jos. 22, 33. 2 Sam. 24, 16. Jer. 12, 10, vel destruendo et diruendo, ut muros, urbem Gen. 13, 10. Ez. 26, 4, vel vulnerando Ex. 21, 26, vel denique occidendo, et singulos homines 2 Sam. 1, 14, et universos populos Gen. 6, 17. 9, 15. Num. 32, 15. Jes. 14, 20. Metaph. Am. 1, 11: שִׁחֵת רַחֲמָיו *perdidit* i. e. oppressit *misericordiam suam*. Ezech. 28, 17: שִׁחַתָּ חָכְמָתְךָ עַל־יִפְעָתֶךָ *perdis sapientiam tuam propter pulchritudinem tuam*, hac ita captus es, ut illam negligas. — 2) *perdite egit*, pro pleniore שִׁחֵת דְּרָכָיו Exod. 32, 7. Deut. 9, 12. 32, 5. Cf. Hi. no. 2.

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1 *perdidit* vel vastando et destruendo, ut terram, regnum Jer. 36, 29. 51, 20, urbem Gen. 19, 14. 2 Reg. 18, 25, vel occidendo, ut hominem 1 Sam. 26, 15, hostes 2 Sam. 11, 1, vel quocunque modo nocendo Prov. 11, 9. הַמַּלְאָךְ הַמַּשְׁחִית angelus perditor 2 Sam. 24, 16, et simpl. הַמַּשְׁחִית Exod. 12, 23 est: angelus Dei, qui calamitates et mortem hominibus infligit. — אַל תַּשְׁחֵת (ne perdas) in titulis Ps. 57. 58. 59. 75 esse videtur initium carminis, ad cuius modos illi Psalmi canendi erant. — 2) הִשְׁחִית דַּרְכּוֹ Gen. 6, 12, עֲלִילוֹת' ה Zeph. 3, 7 *perdite egit*, et omisso acc. id. Deut. 4, 16. 31, 29. Iud. 2, 19.

Jes. 1, 4. Cf. הָרַע. — Caeterum in verbis אִישׁ מַשְׁחִית Prov. 28, 24 et בַּעַל מַשְׁחִית 18, 9 'מ subst. esse videtur (v. מַשְׁחִית no. 1): *vir perniciei*, idque cap. 28 act. *perditor*, *vastator*, c. 18 pass. qui perniciem sibi contrahit, qui sua perdit, *prodigus*.

Hoph. הָשְׁחַת *corruptus est* Prov. 25, 26. Mal. 1, 14.

Niph. 1) *corruptus est*, v. c. putredine Jer. 13, 7; ethice Gen. 6, 11. 12. — 2) *vastatus est* Ex. 8, 20.

Derivv. מַשְׁחִית, מִשְׁחָת, מַשְׁחֵת, מָשְׁחָת.

שְׁחַת chald. *perdidit.* Part. pass. Dan. 2, 9: מִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה *verbum mendax et corruptum.* Neutr. שְׁחִיתָה *perdite factum*, *delictum* Dan. 6, 5.

שַׁחַת f. c. Suff. שַׁחְתָּם Ez. 19, 4. 8 (a rad. שׁוּחַ, sicut נַחַת a rad. נוּחַ) *fovea* a) qua insidiae struuntur feris, et metaph. de insidiis Ps. 7, 16. 9, 16. 35, 7. 94, 13. Prov. 26, 27. Ez. l. c. b) cisterna, eaque lutosa Iob. 9, 31. c) carcer subterraneus Jes. 51, 14. d) max. *sepulcrum* Ps. 30, 10. Iob. 17, 14. 33, 18. 30. יָרַד שַׁחַת descendit in sepulcrum ib. 33, 24. Ps. 55, 24, עָבַר בַּשַּׁחַת periit in sepulcro Iob. 33, 28. רָאָה שַׁחַת vidit (i. e. expertus est) sepulcrum Ps. 16, 10. 49, 10. — LXX interpretes שַׁחַת saepe διαφθοράν reddunt (quasi sit a שָׁחַת διαφθείρω), at non *putredinis* sed *perditionis* significatu (vide exempla ap. Kircherum et Trommium). *Putredinis* significatu graecum vc. accepit quidem Lucas Act. 2, 27. 13, 35 sqq., sed hebraeum שַׁחַת vel unico loco *putredinis* significatu a שָׁחַת derivando legi, nemo facile probabit. Provocaverit aliquis ad Iob. 17, 14, ubi in altero hemistichio est רִמָּה, et שַׁחַת *pater* appellatur, quod videri possit solo masculino nomini convenire; sed etymon sexumque vocabulorum sacri scriptores in talibus respicere non solent, cf. אִישׁוֹן בַּת עַיִן Ps. 17, 8.

שִׁטָּה f. (pro שִׁנְטָה, arab. سَنْط) *acacia*, spina aegyptiaca veterum (Mimosa nilotica Linn. Schotendorn), arbor magna in Aegypto et Arabia crescens, cortice spinis nigris tecto (ex quo gummi arabicum destillat), siliquis subnigris (unde germ. Schotendorn), ligno durissimo, et, ubi veterascit, ebeno simili Jes. 41, 19. Celsii Hierobot. T. I, p. 499. Jablonskii opusc. ed. te Water T. I, p. 260.

Pl. שִׁטִּים 1) *acaciae*, unde עֲצֵי שִׁטִּים ligna acaciae Ex. 25, 5. 10. 13. 26, 26. 27, 1. 6. — 2) n. pr. vallis in agro Moabitarum ad terminos Palaestinae Num. 25, 1. Jos. 2, 1. 3, 1. Mich. 6, 5, plene נַחַל הַשִּׁטִּים (vallis acaciarum) Joël 4, 18 (3, 23).

שָׁטַח *expandit.* (Syr. ܫܛܰܚ, arab. سَطَحَ, aethiop. ሰጥሐ: id.). Iob. 12, 23: שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם *expandit populos* i. e. amplas sedes concedit, max. *aliquid humi expandit*, v. c. ossa Jer. 8, 2, coturnices Num. 11, 32, polentam 2 Sam. 17, 19.

Pi. expandit (brachia) Ps. 88, 10.

Derivv. מִשְׁטוֹחַ, מִשְׁטָח.

שֹׁטֵט m. (a Pil. ductum) *flagellum* Jos. 23, 13, i. q. שׁוֹט.

שָׁטַף fut. יִשְׁטֹף 1) *se effudit*, *largiter fluxit* Ps. 78, 20. גֶּשֶׁם שֹׁטֵף imber largiter fluens. Ez. 13, 13. 38, 22. — 2) *inundavit*, *redundavit*, de fluvio Jes. 30, 28. 66, 12, metaph. de exercitu Dan. 11, 10. 26. 40. Sq. acc. a) *inundavit* aliquid Jer. 47, 2, et fortius *aquâ*

obruit et *hausit.* Ps. 69, 3: שִׁבֹּלֶת שְׁטָפָתְנִי *fluctus me obruit.* V. 16. 124, 4. Jes. 43, 2. Cant. 8, 7. b) *alluendo abstulit.* Jes. 28, 17. Iob. 14, 19: *fluctus pulverem terrae auferunt.* Ez. 16, 9, et contra c) *inundando attulit.* Jes. 10, 22: כִּלָּיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה *interitus decretus est, affert inundando* i. e. fluminis inundantis instar *iustitiam* i. e. poenam ab impiis promeritam. צְדָקָה est accus. pendens ex verbo שׁוֹטֵף. d) *abluit* aliquid Levit. 15, 11. 1 Reg. 22, 38. — 3) metaph. *concitato cursu ruit* (equus) Jer. 8, 6. Cf. no. 1.

Niph. 1) *inundatus est* (agmine hostili) Dan. 11, 22. — 2) *ablutus est* Lev. 15, 12.

Pu. i. q. Niph. no. 2. Lev. 6, 21. Inde

שֶׁטֶף et **שֵׁטֶף** m. 1) *effusio*, v. c. pluviae Iob. 38, 25. torrentis, unde metaph. Prov. 27, 4: שֶׁטֶף אָף *effusio* i. e. torrens (torrenti rapido similis) est *ira.*

2) *inundatio* Ps. 32, 6. Nah. 1, 8. Dan. 9, 26: קִצּוֹ בַשֶּׁטֶף *finis eius* ingruit *ceu inundatio* i. e. subito (cf. בַּשַּׁחַר Hos. 10, 15). Metaph. de exercitu inundante Dan. 11, 22.

שָׁטַר arab. سطر *scripsit*, unde Part. שֹׁטֵר pr. *scriba* (LXX. γραμματεύς, γραμματοεισαγωγεύς. Syr. ܣܳܦܪܳܐ), dein, quoniam ars scribendi antiquissimo tempore maxime rei forensi adhibebatur (cf. כָּתַב litt. d, كاتب scriba et iudex, gr. γράφειν, γράφεσθαι), *magistratus, praefectus populi* (cf. arab. سَيْطَرَ rei praefuit, sq. على, مُسَيْطِر praefectus). Targ. סָרֵךְ, סַרְכָן, Vulg. magister, dux, exactor. — Spec. שֹׁטְרִים appellantur a) praefecti populi isr. in Aegypto Ex. 5, 6—19 et in deserto Num. 11, 16 (de septuaginta senioribus). Deut. 20, 9. 29, 9. 31, 28. Jos. 1, 10. 3, 2. 8, 33. 23, 2. 24, 1. b) magistratus in oppidis Palaestinae. Deut. 16, 18. 1 Chr. 23, 4. 26, 29. 2 Chr. 19, 11. 34, 13. De maioribus magistratibus Prov. 6, 7, et 2 Chr. 26, 11 (ubi non opus est magistratum militarem intelligere, quandoquidem census militum a civili quoque magistratu haberi poterat).

שְׂטַר (vel potius שְׂטַר, ut 26 codd. mss. et impressi exhibent, quibus suppetias ferunt 11 alii, qui scribunt סְטַר) chald. Dan. 7, 5 *latus.* (In Targg. סְטַר, סִטְרָא, syr. ܣܛܪܐ id., arab. شَطْر latus, tractus rei).

שִׁטְרַי (γραμματικός) n. pr. m. 1 Chr. 27, 29 Cheth., Keri שִׁרְטַי.

שַׁי m. (pro שַׁיא, ut גַּי vallis pro גַּיְא, שַׁי pro שַׁוְא) *donum, munus,* ab afferendo dictum (v. rad. שָׁיָא), in hac locutione: הוֹבִיל שַׁי dona obtulit Ps. 68, 30. 76, 12. Jes. 18, 7.

שָׁיָא sive **שָׁוָא** rad. inusit., arab. شَيَّ voluit. Conj. II. *adduxit, impulit.* Inde esse videtur שַׁי pro שַׁיא.

שִׁיאוֹן (eversio, a rad. שׁוֹא) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. 19, 19.

I. שִׁיבָה f. (a rad. שׁוּב) *reditus* et concr. *redeuntes* Ps. 126, 1.

II. שִׁיבָה (pro יְשִׁיבָה, a rad. יָשַׁב) f. *domicilium* 2 Sam. 19, 33.

שָׁיָה rad. incerta, ad quam referendum videtur fut. apoc. תֶּשִׁי (formae וַיְּחִי) Deut. 32, 18. LXX. ἐγκατέλιπες. Vulg. *dereliquisti*, in altero hemistichio וַתִּשְׁכַּח (oblitus es). Videtur autem שָׁיָה idem notasse quod שָׁכַח, سها oblitus est,

neglexit, unde سهو incuria, ה inter duas vocales interiecto mutato in י, quod saepe fit, cf. צָדָה et צָיָה, פָּדָה et פָּיָה, זָהָה et زَنَي ornavit, نَهَأ et نَيَأ cruda fuit (caro), adde יְהֵיטִיב pro יֵיטִיב, et eandem litterae א mutationem in דָּאָה, דַּיָּה (vultur), ܕܐܐ, ܕܝܐ: nisi תֶּשִׁי ab ipso verbo שָׁדָה repetere malis, ut contractum sit ex תֶּשְׁהִי (pro תִּשְׁהֶה, cf. תְּמַחִי Jer. 18, 23 pro תִּמְחֶה) coll. זִו pro זִהְיו. Minus probandum, quod alii conferunt arab. سوى IV. missum fecit (pr. seposuit, bey Seite legen), nam rad. سوى respondet hebr. שָׁוָה, שׁוּה.

שָׁיַן rad. inusit., arab. amavit impatienter, unde duci possit

שִׁיזָא n. pr. m. 1 Chr. 11, 42.

שֵׁיזָב liberavit, v. שֵׁזַב.

שִׁיחָה (a rad. שׁוּחַ) i. q. שׁוּחָה *fovea* Ps. 119, 85. 57, 7 Cheth.

שִׁחֹר, שִׁחוֹר, שִׁיחוֹר pr. niger, turbidus (rad. שָׁחַר), inde n. pr. (idque hebraeum, ut יְאֹר aegyptiacum) *Nili* fluvii, ab aquis limosis et turbidis ita dicti (unde lat. *Melo* i. q. *μέλας* teste Festo et Serv. ad Georg. 4, 291. Aen. 1, 745. 4, 246). Jes. 23, 3: זֶרַע שִׁחֹר קְצִיר יְאוֹר *seges Schihoris, messis Nili.* (Vulg. Nili). Jer. 2, 18. Duobus quidem locis (Jos. 13, 3. 1 Chr. 13, 5) *Schihor* in finibus Palaestinae australibus ponitur, ubi *rivum Aegypti* (נַחַל מִצְרַיִם v. נַחַל) potius exspectaveris, sed in simili sententia Nilus etiam Gen. 15, 18 memoratur.

שִׁיחוֹר לִבְנָת Jos. 19, 26 n. pr. rivi s. parvi fluvii, qui in agro Aseritarum in mare effunditur, ex sententia J. D. Michaëlis *fluvius vitri* (cf. לִבְנָה no. 1) h. e. Belus, ex cuius arena a Phoenicibus primum vitrum est confectum.

שַׁיִט m. 1) i. q. שׁוֹט *flagellum* Jes. 28, 15 Cheth. — 2) *remus* i. q. מָשׁוֹט Jes. 33, 21.

שִׁילֹה 1) *tranquillitas, quies,* a rad. שָׁלָה ad formam כִּישׁוֹר, קִיטוֹר, et, si derivatum verbi לֹה desideras, גִּלֹה a rad. גָּלָה. Haec autem vocabuli potestas adhibenda videtur loco admodum vexato Gen. 49, 10: *non recedet sceptrum a Juda ......* עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים *donec veniet tranquillitas, eique* (Judae) *obedient populi.* Tum *alligat* cet. h. e. Juda sceptrum ducis non prius e manu deponet, quam hostibus subactis imperium in multos populos consecutus erit (quod quidem pertinet ad exspectationes de regno Messiano a Judaicae stirpis rege fundando). Alii, quos edit. 1. sequebar, שִׁילֹה h. l. concretum esse statuunt, et *pacificum, pacificatorem* reddunt, aut *Messiam* intelligentes (coll. שַׂר שָׁלוֹם Jes. 9, 5), aut *Salomonem* (cf. שְׁלֹמֹה 1 Par. 22, 9), ut Samaritani (v. Repert. f. bibl. und morgenländ. Litt. XVI, 168). Veteres interpretes שלה (שֶׁלֹּה) compositum esse statuebant ex שֶׁ i. q. אֲשֶׁר et לֹה i. q. לוֹ ei, in hanc sententiam: *usque dum veniat* is *cui* sc. debetur sceptrum, imperium, i. e. Messias (cf. Ezech. 21, 32: עַד־בֹּא אֲשֶׁר־לוֹ הַמִּשְׁפָּט LXX. *ᾧ καθήκει*). LXX in plerisque codd. *τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ* *quae ei reservata sunt*, all. (c. Symm.) *ᾧ ἀπόκειται* is *cui reservatum est.* Syr. Saad. *is cuius est.* Targ. Onk. *Messias, cuius est regnum.* — Caeterum scripturae varietas (שִׁילֹה in plerisque codd. et editt., שִׁלֹה in 28 codd. judd. et sam. omnibus, שִׁילוֹ, שִׁלוֹ in paucis codd.) in h. l. nullius momenti est, siquidem triplex haec scriptura etiam in n. pr. (no. 2) reperitur. Hoc unum inde consequitur, Criticos et librarios hebraeos שִׁילֹה scri-

bentes pro simplici, non, ut vett. Verss., pro composito habuisse hoc vocabulum. Theologorum de h. l. sententias compilavit Hengstenbergius, Christologie d. A. T. I pag. 59 sqq.

2) n. pr. (locus quietis) oppidi Ephraimitarum, ad septentrionem Bethelis in monte siti, ubi tabernaculum sacrum per aliquod tempus statutum erat Jos. 18, 1. 1 Sam. 4, 3. Varie scribitur: שִׁילוֹ Iud. 21, 21. Jer. 7, 12, שִׁלוֹ Iud. 21, 19. 1 Sam. 1, 24. 3, 21, שִׁלֹה Jos. 18, 1. 8. 1 Sam. 1, 3. 9. 1 Reg. 2, 27.

שֵׁילָל Mich. 1, 8 Cheth. i. e. שׁוֹלָל. q. v.

שִׁילֹנִי nom. gent. 1) a שִׁילֹה no. 2. 1 Reg. 11, 29. 12, 15. Neh. 11, 5, cf. גִּלֹה et גִּלֹנִי. — 2) 1 Chr. 9, 5, pro שֵׁלָנִי a שֵׁלָה.

שִׁימוֹן (fort. pro יְשִׁימוֹן desertum) n. pr. m. 1 Chr. 4, 20.

שִׁין rad. inusit. i. q. aeth. ሸይን: et syr. ܫܳܢ *mingere*, cf. שָׁתַן. Inde

שַׁיִן vel **שֵׁין** m. pl. שֵׁינִים *urina* Jes. 36, 12.

שֵׁיצָא chald. *finivit*, v. יְצָא.

שִׁיר raro **שׁוּר** (1 Sam. 18, 6 Chethibh) fut. יָשִׁיר, apoc. וַיָּשַׁר Iud. 5, 1, semel יָשֹׁר Iob. 33, 27 *canere* (in reliquis linguis semiticis non usitatum, sed in sanscr. est *schûr* canere) Iud. 5, 1. Ps. 65, 14. Constr. a) sq. acc. cantici Ps. 7, 1. 137, 4, it. eius, qui (quod) carmine celebratur Ps. 21, 14. 59, 17. 89, 2. b) sq. לְ est: *canere in honorem alicuius, cantu celebrare* Ps. 13, 6. 27, 6. 33, 3, it. *canere de* al. Jes. 5, 1. c) sq. בְּ *canere de* al. Ps. 138, 5 (cf. דִּבֶּר בְּ). d) sq. עַל eius quem quis canendo quasi alloquitur, coram quo cantat. Iob. 33, 27: יָשֹׁר עַל אֲנָשִׁים *cantat coram hominibus*, clamat inter homines. Prov. 25, 20: שָׁר בַּשִּׁרִים עַל לֶב־רָע *cantans carminibus ad cor afflictum* i. e. laeta carmina decantando se convertens ad hominem afflictum. — Caeterum *canere* passim etiam dicitur, qui aliquid *alta voce declamat* (cf. עָנָה no. 1), v. exempla iam laudata Jes. 5, 1. Iob. 33, 27.

Pil. שׁוֹרֵר *cecinit* Zeph. 2, 14. Iob. 36, 24: אֲשֶׁר שֹׁרְרוּ אֲנָשִׁים *quod homines celebrant.* Part. מְשׁוֹרֵר *cantor* 1 Chr. 9, 33. 15, 16. Neh. 12, 28 sq. 13, 5.

Hoph. pass. Jes. 26, 1. — Inde

שִׁיר m. 1) *cantus, cantatio.* 2 Par. 29, 28: הַשִּׁיר מְשׁוֹרֵר וְהַחֲצֹצְרוֹת מַחְצְצְרִים *cantus canebat et tubae clangebant* i. e. cantus coepit et tubae inflari coeperunt, quod Comm. 27 est: הֵחֵל שִׁיר יְהוָֹה *coepit cantus Jehovae.* Male Kimchius שִׁיר h. l. exponit בַּעַל שִׁיר *cantor* (magis placeret בַּעֲלֵי שִׁיר chorus cantantium): et minus etiam ferri possit Wineri (Lex. p. 973) coniectura, qui „levi mutatione" reponi posse censet: מְשֹׁרֵר מְשֹׁרֵר (?). Etiam de *cantu* instrumentorum. כְּלֵי שִׁיר instrumenta musica 1 Chr. 16, 42. 2 Chr. 7, 66. 34, 12. Am. 6, 5. Neh. 12, 27: בְּשִׁיר מְצִלְתַּיִם *cymbalis accinentibus.* — 2) *carmen*, tam sacrum Ps. 33, 3. 40, 4 (et sexcenties), quam profanum Jes. 23, 16. 24, 9. Eccl. 7, 5. Ez. 33, 32; max. laetum Amos 8, 3. 10 (opp. קִינָה). שִׁיר הַשִּׁירִים Cant. 1, 1, Vulg. *canticum canticorum* i. e. carmen praestantissimum, collatis formulis עֲדִי עֲדָיִים (ornamentum pulcherrimum) Ezech. 16, 7, שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם (coelum altissimum) 1 Reg. 8, 27, qui libri titulus (ab ipso auctore vix profectus) similem laudem continet, quam שִׁיר יְדִידֹת Ps. 45, 1.

שִׁירָה f. i. q. שִׁיר *carmen* Deut. 31, 19 sqq. Ps. 18, 1. Jes. 23, 15, etiam de parabola (rhythmice scripta) Jes. 5, 1. Plur. שִׁירוֹת Am. 8, 3.

שַׁיִשׁ syr. ܫܝܫܐ *marmor candidum* 1 Chr. 29, 2, a rad. שׁוּשׁ candidum esse, cf. שֵׁשׁ no. 1.

שִׁישָׁא v. שְׂרָיָה.

שִׁישַׁק n. pr. regis Aegypti tempore Jerobeami 1 Reg. 11, 40. 14, 25. 2 Chr. 12, 5. Esse videtur Sesocchis, qui primus est in altera et vicesima Manethonis dynastiâ.

שִׁית fut. יָשִׁית, apoc. יָשֵׁת, וַיָּשֶׁת, inf. absol. שֹׁת Jes. 22, 7 *ponere, statuere, collocare* i. q. שׂוּם *τιθέναι*, sed minus frequens. (Ex radd. hebrr. finitimae sunt שָׁפַת et שָׁתַת q. v. Linguae cognatae eâ plane carent, sed latius ea patet in linguis indogerm. tum ponendi tum sedendi significatu, v. sanscr. *sad* sedere, gr. *ἕζομαι* fut. *ἑδοῦμαι* [rad. *hed*], lat. *sedere*, goth. *satjan* ponere, constituere, anglosax. *sattan*, angl. to *set*, nostr. *setzen*, cf. gr. Vocali transpositâ inde ortam putem radicem cognatam *stâ* in *στά-ω*, *ἵστημι*, *sta*-re).

1) *ponere* i. q. *statuere, collocare*, ubi refertur ad personas et res, quae erectae stant (certe sedent Ps. 132, 11) vel stare potius quam cubare videntur, v. c. collocare custodiam (custodes) Ps. 141, 3, aliquem in solio (לְכִסֵּא) Ps. 132, 11, capiti imponere coronam (שִׁית עֲטֶרֶת לְרֹאשׁ) Ps. 21, 4, et metaph. Gen. 3, 15: *ponam inimicitiam inter te et mulierem.* Ps. 73, 28: שַׁתִּי בַּאדֹנָי מַחְסִי *in Domino collocavi fiduciam meam.* Spec. a) *disponere, struere* aciem, sed ubique omisso acc. מַחֲנֶה (cf. Jos. 8, 2. 13), *sich stellen* Jes. 22, 7. Ps. 3, 7: אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי *qui undique* aciem *struunt contra me.* — b) *constituere* aliquem principem, sq. dupl. acc. 1 Reg. 11, 34, sq. acc. et לְ Ps. 45, 17, sq. עַל rei: *praefecit* aliquem alicui rei Gen. 41, 33. — c) i. q. *fundare* 1 Sam. 2, 8: *et posuit super illis* (columnis terrae) *orbem.* — d) שִׁית מוֹקְשִׁים laqueos ponere (Schlingen, Sprenkel aufstellen) i. e. insidias struere Ps. 140, 6. — e) *ponere* s. *constituere* terminum Exod. 23, 31, de termino temporis (חֹק) Iob. 14, 13. Ellipt. et impers. Iob. 38, 11: פֹּה יָשִׁית בִּגְאוֹן גַּלֶּיךָ *hîc ponant* i. e. *ponatur* (sc. terminus) *superbiae fluctuum tuorum.* — f) sq. acc. pers. et בְּ loci: *ponere* aliquem in aliquo loco (wohin versetzen). Ps. 88, 7: שַׁתַּנִי בְּבוֹר תַּחְתִּיּוֹת *posuisti* (coniecisti) *me in foveam profundissimam.* Semel sq. לְ pers. et בְּ loci Ps. 73, 18: בַּחֲלָקוֹת תָּשִׁית לָמוֹ *in locis lubricis posuisti eos*, cf. Ps. 12, 6: אָשִׁית בְּיֵשַׁע יָפִיחַ לוֹ *ponam in salute* (ich versetze in Sicherheit) i. e. securum praesto *oppressum.* Paulo aliter שִׁית פ׳ בְּ est: *ponere aliquem* in aliquo numero i. e. *annumerare* aliquem alicui numero. 2 Sam. 19, 29: *posuisti me in convictoribus tuis*, et Jer. 3, 19: אֵיךְ אֲשִׁיתֵךְ בַּבָּנִים *quomodo* (i. e quam honorifico loco) *ponam te inter filios meos!* — g) sq. עַל *aggregare, addere* Gen. 30, 40. — h) שִׁית פ׳ עִם *componere* aliquem cum al., *ei aequiparare* Iob. 30, 1.

2) *ponere* aliquem, aliquid (res, membra corporis), ut iaceat, recumbat, nostr. *legen.* Ps. 8, 7: כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו *omnia posuisti sub pedibus eius*, ei subiecisti. Ruth 4, 16: *et cepit Noomi puerum*, וַתְּשִׁתֵהוּ בְחֵיקָהּ *et posuit eum in sinu suo.* Ps. 84, 4: *nidum, ubi ponat* (passer) *pullos suos* (ubi vix licebit שִׁית cum Winero p. 962 de partu interpretari). Spec. a) שִׁית יָד עַל manum imponere alicui Gen. 48, 17, quod protegentis est Ps. 139, 5, et arbitri, qui disceptantibus manum imponit Iob. 9, 33; oculis mortui (quod pietatis est erga parentes) Gen. 46, 4. Contra: שִׁית יָד עִם *manum admovere cum* al., i. e. alicui se adiungere in re

agenda. Ex. 23, 1. — Ellipt. Iob. 10, 20: שִׁית מִמֶּנִּי sc. יָדְךָ *amove a me* sc. manum. — b) sq. בְּ ponere in aliquo loco. Iob. 38, 36: *quis posuit sapientiam in renibus* tuis? Ps. 13, 3: *quamdiu ponam* (positas habeam) *curas in corde?* Prov. 26, 24: בְּקִרְבּוֹ יָשִׁית מִרְמָה *in pectore suo ponit* (habet, fovet) *fraudem.* — c) שִׁית עָלָיו עֲדִי ornamenta sibi induere (den Schmuck *anlegen*). Ex. 33, 4. Cf. nomen שִׁית. — d) sq. acc. rei et עַל pers. *imponere* alicui aliquid, vel perpetiendum Jes. 15, 9 (sq. לְ pers. Ps. 9, 21) vel praestandum Exod. 21, 22; it. *tribuere, imputare* alicui culpam Num. 12, 11. — e) שִׁית לְנֶגְדּוֹ sibi ante oculos ponere aliquid, quod sc. curae cordique est Ps. 90, 8. 101, 3. — Passim pro ratione rei f) est *effundere* (frumentum in sinum) Ruth 3, 15, *proiicere* Iob. 22, 24: שִׁית עַל עָפָר בָּצֶר *proiice in terram aera* (thesauros aeneos).

3) *ponere* i. q. *dirigere, convertere* aliquo, ut a) שִׁית פָּנִים אֶל vultum convertere aliquo Num. 24, 1, b) שׁ' עֵינַיִם sq. gerundio: oculos convertere ad aliquid agendum, moliri aliquid. Ps. 17, 11. c) שִׁית לֵב animum advertere 1 Sam. 4, 20. Ps 62, 11. Prov. 24, 32, sq. אֶל ad aliquid, rationem habere rei Iob. 7, 17. 27, 23, לְ Ex. 7, 23. 2 Sam. 13, 20. Ps. 48, 14. Prov. 22, 17. Jer. 31, 21. — A *constituendi* significatu (no. 1, b) proficiscitur

4) *facere s. reddere* aliquem talem vel talem (in einen Zusatz versetzen = wozu machen), sq. dupl. acc. Jes. 5, 6. 26, 1. Jer. 22, 6. Ps. 21, 7. 84, 7. 88, 9. 110, 1, sq. acc. et לְ Jer. 2, 15. 13, 16, sq. acc. et כְּ (facere aliquem instar alic.) Jes. 16, 3. Hos. 2, 5. Ps. 21, 10. 83, 12. 14. Rarius absol. *facere* i. q. עָשָׂה, ut שִׁית אֹתוֹת miracula facere, edere Ex. 10, 1. Inde

5) sq. dat. *dare* Gen. 4, 25. Impers. Hos. 6, 11: גַּם יְהוּדָה שָׁת קָצִיר לָךְ *etiam tibi, Juda, messis* malorum *parata est.*

Hoph. pass. sq. עַל *imponi* Ex. 21, 30.

Derivv. שֵׁת, שִׁית, n. pr. שֵׁת.

שַׁיִת m. c. Suff. שִׁיתוֹ *spina*, coll. *spinae.* Jes. 5, 6. 7, 23—25. 9, 17. 10, 17. 27, 4. De etymo ambigitur. Mihi probabile est, שַׁיִת dictum esse pro שַׁנְתְּ media Nun emollita, ut בַּיִת pro בַּנְתְּ, εἷς pro ἕνς, εἰς pro ἐνς, a rad. שָׁנַן, unde שֵׁן fem. שֶׁנֶת, coll. דֶּלֶת a דָּלַל, רֶפֶת a רָפַף. Alii volunt, *veprem* ita dictum esse, quod circa hortos et vineas *poni* soleat (a שִׁית); at non *sepem e spinis factam* notat hoc vc., sed *spinas* in agris et ruderibus sponte provenientes.

שִׁית m. *ornatus, habitus* Prov. 7, 10. Ps. 73, 6. Cf. rad. no. 2, c.

שַׁךְ v. שֵׂכָה.

שָׁכַב fut. יִשְׁכַּב, inf. שְׁכַב c. Suff. שָׁכְבָהּ Gen. 19, 33 et שָׁכְבְּךָ (a שְׁכֹב) Deut. 6, 7, imp. שְׁכַב, c. He parag. שִׁכְבָה *cubuit, recubuit.* (Syr., chald. et aethiop. ሰከበ: id., sed arab. سكب effudit, quod fit situlam inclinando. Stirps primaria est כב, כף, quae curvandi, inclinandi se potestatem habet, cf. ad כָּפַף, gr. lat. κύπτω, *cubo, cumbo.* De sibilo stirpi bilitterae ad formanda trilittera praemisso v. pag. 954). Ps. 68, 14: *utinam recumbant inter stabula* (pastores ad quietem captandam). Jes. 50, 11: *in dolore cubabunt.* 1 Reg. 3, 19: *cubuerat* (mulier) *super illo* (puero) eumque suffocaverat, it. *procubuit, decubuit* (sich legen) Ezech. 4, 6: *procumbe in latere dextro*, lege dich auf die rechte Seite. Spec. dicitur a) de dormituris: *discubuit, cubitum ivit* Gen. 19, 4. 28, 11. 1 Sam. 3, 5. 6. 9. Ps. 3, 6. 4, 9. 1 Reg. 19, 5. Iob.

7, 4. Prov. 3, 24, et dormientibus 1 Sam. 3, 2. 2 Sam. 11, 9. 26, 7. 1 Reg. 21, 27; etiam de quietem captantibus Ps. 68, 14, inde: *quievit* Eccl. 2, 23: *etiam noctu non quiescit cor eius.* Iob. 30, 17: *rodentes me* (dolores) *non quiescunt;* b) de aegrotantibus 2 Sam. 13, 6. 2 Reg. 9, 16; c) de lugentibus 2 Sam. 12, 16; d) morientibus (*occubuit*), saepissime de morte regum in formula: וַיִּשְׁכַּב עִם אֲבֹתָיו 1 Reg. 2, 10. 11, 43. 14, 20. 31. 15, 8. 24. 16, 6. 28, et de mortuis Jes. 14, 8: מֵאָז שָׁכַבְתָּ *ex quo tu occubuisti*, mortuus iaces. Comm. 18. 43, 17. Iob. 3, 13. 20, 11. 21, 26. שֹׁכְבֵי קֶבֶר qui in sepulcro cubant Ps. 88, 6. e) de *concumbentibus* cum muliere, sq. עִם Gen. 26, 10. 30, 15. 16. 34, 2. 39, 7. 12. Exod. 22, 18. Deut. 22, 23 sq. 2 Sam. 12, 11, et אֵת Gen. 35, 22. 1 Sam. 2, 22, c. Suff. אֹתִי, אֹתָהּ Gen. 34, 2. Levit. 15, 18. 24 (semel de muliere Gen. 19, 32), it. c. acc. Deut. 28, 30 in Keri (ubi in textu est שָׁגַל). Inde

Niph. compressa est (mulier) Jes. 13, 16. Zach. 14, 2, et

Pu. id. Jer. 3, 2 Keri.

Hiph. 1) *fecit, ut decumberet* aliquis, *prostravit* 2 Sam. 8, 2, *reposuit, collocavit* 1 Reg. 17, 19, *quiescere fecit, compescuit* Hos. 2, 20. — 2) *effudit* vas (i. q. arab. سكب effudit, vide supra de origine) Iob. 38, 37.

Hoph. הָשְׁכַּב, part. מֻשְׁכָּב *prostratus est, cubuit* 2 Reg. 4, 32. Ez. 32, 19. 32.

Derivv. מִשְׁכָּב, שְׁכָבָה, שְׁכֹבֶת.

שְׁכָבָה f. *effusio* (v. rad. Hiph. no. 2, cf. observ. etym. sub Kal) a) roris Ex. 16, 13. 14, b) seminis in concubitu. Lev. 15, 16. 17. 18. 32. 19, 20. 22, 4. Num. 5, 13.

שְׁכֹבֶת f. i. q. antecedens litt. b, unde נָתַן אֶת־שְׁכָבְתּוֹ בְּאִשָּׁה concubuit cum muliere Lev. 18, 23. 20, 15. Num. 5, 20, it. נָתַן אֶת־שְׁכָבְתּוֹ לְזֶרַע אֶל Lev. 18, 20.

שָׁכָה rad. dubia, auctore Jo. Simoni idem quod שָׁגָה aethiop. ሰከየ: *erravit, oberravit.* Inde

Hiph. part. Jer. 5, 8: *ut equi bene pasti* (libidinosi) מַשְׁכִּים הָיוּ *oberrant* (cf. Jer. 2, 23. Prov. 7, 11 et שָׁגָה no. 1). Sed nescio an praestet cum intpp. Hebraeis מַשְׁכִּים h. l. pro part. Hiph. verbi שָׁכַם accipere, in singulari adverbialiter posito pro מַשְׁכִּימִים, in hanc sententiam: iam multo mane equis libidine inflammatis similes sunt (cf. Jes. 5, 11).

Deriv. n. pr. שְׂכָיָה.

שְׁכוֹל (rad. שָׁכֹל) m. 1) *orbitas*, metaph. Jes. 47, 8. 9. — 2) *conditio hominis ab omnibus relicti* Ps. 35, 12.

שַׁכּוּל m. 1) *orbatus* sive liberis Jer. 13, 21, sive pullis, ut de ursa 2 Sam. 17, 8. Hos. 13, 8. — 2) *pullis carens* Cant. 4, 2. 6, 6.

שִׁכֹּר, שִׁכּוֹר m. *ebrius, inebriatus* 1 Sam. 25, 36. 1 Reg. 16, 9. 20, 16. Fem. שִׁכֹּרָה 1 Sam. 1, 13.

שָׁכַח et **שָׁכֵחַ** (Jes. 49, 14. Prov. 2, 17), fut. יִשְׁכַּח *oblitus est* (fort. cogn. verbo שָׁכָה) Gen. 27, 45, sq. acc. Gen. 40, 23. Ps. 9, 13; sq. מִן cum inf. Ps. 102, 5; *reliquit* alicubi rem oblitam Deut. 24, 19. Saepe homines dicuntur oblivisci Deum Deut. 6, 12. 32, 18. Iud. 3, 7 vel legem divinam Hos. 4, 6, et contra Deus dicitur oblivisci (non curare) aliquem Ps. 10, 12. Jes. 49, 14, gratiam suam (eius immemorem esse) Ps. 77, 10.

Niph. oblivioni traditus est Gen. 41, 30. Ps. 31, 13. Iob. 28, 4: נִשְׁכָּחִים מִנִּי רָגֶל *oblivioni traditi a pede* i. e. pedum ope destituti. Praegn. Deut. 31, 21: לֹא תִשָּׁכַח מִפִּי זַרְעוֹ (carmen) *oblivioni non*

tradetur (neque exstinguetur) *ex ore posterorum eius.*

Pi. Thren. 2, 6 et

Hiph. Jer. 23, 27 *in oblivionem adduxit.*

Hithp. i. q. Niph. Eccles. 8, 10. Inde

שָׁכֵחַ m. *obliviscens* Jes. 65, 11. Pl. constr. שְׁכֵחֵי Ps. 9, 18.

שְׁכַח chald. *invenit.*

Ithpe. הִשְׁתְּכַח *inventus est* Dan. 2, 35. Esr. 6, 2.

Aph. הַשְׁכַּח 1) *invenit* Dan. 2, 25. 6, 6. 12. — 2) *nactus est* Esr. 7, 16.

שְׁכַיָה (fort. vagatio) n. pr. m. 1 Chr. 8, 10.

שָׁכַךְ (vic. radici שָׁחַח) inf. שַׁךְ 1) *demisit, incurvavit se* (auceps). Jer. 5, 26. — 2) *desedit* aqua Gen. 8, 1, *sedata est* ira Esth. 2, 1. 7, 10.

Hiph. sedavit (seditionem) Num. 17, 20.

שָׁכֹל fut. יִשְׁכַּל *orbatus est* liberis, *orbus fuit* (arab. ثَكِلَ, aram. תְּכַל, ܬܟܠ) sq. acc. Gen. 27, 45: לָמָה אֶשְׁכַּל גַּם שְׁנֵיכֶם *cur utriusque vestrum orba fiam?* 43, 14: וַאֲנִי כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי *ubi orbus fuero, orbus ero*, vox hominis qui aequo animo fert, quod vix averti posse videtur (cf. Esth. 4, 16). 1 Sam. 15, 33. Part. pass. שְׁכוּלָה liberis orbata Jes. 49, 21.

Pi. שִׁכֵּל 1) *orbavit* Gen. 42, 36. 1 Sam. 15, 33, a) tribuitur feris pueros devorantibus. Lev. 26, 22: *immittam vobis feras, quae vos orbos reddant.* Ez. 5, 17. 14, 15, cf. Hos. 9, 12; b) gladio iuvenes absumente Deut. 32, 25: מִחוּץ תְּשַׁכֶּל־חֶרֶב *foris* (in proelio) *orbat gladius* (i. e. iuvenes absumit). Thren. 1, 20. Jer. 15, 7. Ez. 36, 13—15. — 2) *abortum fecit* i. e. intulit, *abortare fecit* (mulieres, greges), de terra male sana 2 Reg. 2, 19, intrans. *abortum fecit* i. e. *passa est* (Plin. ep. 8, 10) mulier Exod. 23, 26, ovis et capra Gen. 31, 38, inde *sterilis fuit* vitis Mal. 3, 11. Part. מְשַׁכֶּלֶת subst. *abortatio* 2 Reg. 2, 21.

Hiph. 1) ut Pi. no. 1, b iuvenes trucidavit Jer. 50, 9 (ubi מַשְׁכִּיל legendum est, non מַשְׂכִּיל). — 2) abortavit Hos. 9, 14. V. Pi. no. 2.

שִׁכֻּלִים m. pl. *orbitas* Jes. 49, 20.

שַׁכְלֵל v. כָּלַל.

שָׁכַם in Kal inusit.

Hiph. הִשְׁכִּים 1) *mane surrexit*, sive addito בַּבֹּקֶר Gen. 19, 27. 20, 8. 28, 18. 32, 1, sive omisso Gen. 19, 2. Ex. 32, 6. Jos. 8, 14. (Pr. fort. *onus imposuit* camelis aliisque iumentis, quod multo mane fit a nomadibus, denom. a שְׁכֶם, aeth. ጸዐነ: onus in humeros imposuit Matth. 23, 4 cf. chald. שְׁרָא, καταλύω). Sq. לְ *mane se contulit* aliquo Cant. 7, 13. Cum alio verbo copulatum est pro adv. *mane.* Hos. 6, 4: טַל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ *ros mane discedens*, disparens. 13, 3. Inde inf. absol. הַשְׁכֵּם adv. mane. Prov. 27, 14. — 2) translate *summo studio aliquid fecit.* Jerem. 7, 13: אֲדַבֵּר אֲלֵיכֶם הַשְׁכֵּם וְדַבֵּר *summo studio vobiscum locutus sum.* Cap. 11, 7: כִּי הָעֵד הַעִידֹתִי הַשְׁכֵּם — וְהָעֵד *quam studiosissime inculcavi.* 7, 25. 25, 3. 26, 5. 32, 33. 35, 14. 15. 44, 4. 2 Chr. 36, 15. Zeph. 3, 7: הִשְׁכִּימוּ הִשְׁחִיתוּ עֲלִילוֹתָם *summo studio perverse agebant.* — Semel inf. more chald. אַשְׁכֵּם pro הַשְׁכֵּם Jer. 25, 3. — De loco Jer. 5, 8 v. s. שָׁכָה.

שְׁכֶם m. in pausa שֶׁכֶם Ps. 21, 13, c. Suff. שִׁכְמוֹ 1) *humerus*, vel po-

tius (ut bene Jo. Simonis) *utriusque humeri posterior compages*, s. *dorsi pars superior, quae sub cervicibus est*, vc. propterea in solo singulari usitatum, diversum a כָּתֵף v. Iob. 31, 22: כְּתֵפִי מִשִּׁכְמָה תִפּוֹל *humerus meus de dorso eius* i. e. de dorso cui nexus est *decidat*. הָ־ enim h. l., quanquam sine Mappik scribitur, c. Masora impressa pro suffixo habendum est coll. Num. 15, 28, nec nova forma fem. שִׁכְמָה = שְׁכֶם statuenda. (Primitivum esse videtur hoc vc., ut plura membrorum nomina, verbum autem הִשְׁכִּים inde derivatum). Est autem a) membrum, cui onus gestandum imponitur. Iob. 31, 36. Jes. 9, 5: *principatus erit in dorso eius*, instar oneris ei impositum erit, ab eo gestabitur. Item 22, 22: *clavem domus Davidis eius dorso imponam*, h. e. ei portandam dabo, committam, cf. formulam עַל יְדֵי, s. v. יָד. Zeph. 3, 9: *Deum colebant* שְׁכֶם אֶחָד *uno dorso*, h. e. uno animo, ὁμοθυμαδόν, metaphora ab iis petita qui onus vel iugum ferunt, cf. syr. ܒܚܕ ܟܬܦܐ iunctim. b) membrum, cui verbera infliguntur. Jes. 9, 3: מַטֵּה שִׁכְמוֹ *baculus, qui dorso imminet*. Eo utuntur etiam c) in formula: הִפְנָה שְׁכֶם *tergum vertit*, de abeunte 1 Sam. 10, 9 (cf. פָּנָה עֹרֶף Jos. 7, 12. Jer. 48, 39) unde illustratur locus Ps. 21, 13: כִּי תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם Vulg. *quoniam pones eos dorsum* h. e. facies, ut terga dent (cf. נָתַן עֹרֶף Ps. 18, 41). LXX. ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον.

2) metaph. *tractus terrae* (pr. elatior, quasi dorsum) ut arab. مَنْكِبٌ humerus et tractus terrae Gen. 48, 22.

3) n. pr. a) urbis in montanis Ephraimi inter montes Ebal et Garizim sitae, ubi postea Flavia Neapolis, unde hodieque نابلس *Nablus* Gen. 12, 6. 33, 18. 34, 2. Jos. 20, 7. 21, 20. 21. Ps. 60, 8. 1 Reg. 12, 25. LXX. Συχέμ (cf. Act. 7, 16). Vulg. *Sichem*. Cum He parag. שְׁכֶמָה Sichemum Hos. 6, 9. V. Relandi Palaestina p. 1004—10. b) viri Cananitae Gen. 33, 19. 34, 2 sqq.

שֶׁכֶם (dorsum) n. pr. 1) filii Gileadi Num. 26, 31. Jos. 17, 2. — 2) m. 1 Chr. 7, 19. Patron. no. 1 esse שִׁכְמִי Num. l. c.

שִׁכְמָה sec. nonnullos i. q. שְׁכֶם Iob. 31, 22, sed vide supra v. שְׁכֶם.

שָׁכֵן, **שָׁכַן** fut. יִשְׁכֹּן 1) *subsedit*, v. c. columna ignea et nubes Num. 9, 17. 2. 10, 12. Exod. 24, 16.

2) *cubuit*, max. ad quietem captandam, de leone Deut. 33, 20, de gente, quae castris positis consedit Num. 24, 2, de nubibus diei alicui incubantibus sq. עַל Iob. 3, 5. Inde *quievit*. Iud. 5, 17. Prov. 7, 11: בְּבֵיתָהּ לֹא יִשְׁכְּנוּ רַגְלֶיהָ *in domo eius non quiescunt pedes eius*.

3) *habitavit* (arab. سكن id.) sq. בְּ loci Gen. 9, 27. 14, 13. 26, 2. Iud. 8, 11, sq. acc. loci Deut. 22, 5. Jes. 33, 16. Ps. 68, 7. Frequens est formula שָׁכַן אֶרֶץ terram incoluit, secure possedit Prov. 2, 21. 10, 30. Ps. 37, 29, et omisso אֶרֶץ Ps. 102, 29 (cf. similem ellipsin Jes. 57, 15: *Deus* שֹׁכֵן עַד *habitans* coelos *in aeternum*). 2 Sam. 7, 10: וְשָׁכַן תַּחְתָּיו *et habitat* (populus) *loco suo*. Deut. 33, 16: שֹׁכְנִי סְנֶה *habitator rubi* i. e. Jehova, coll. Ex. 3, 2. Addito dativo pleon. Ps. 120, 6: שָׁכְנָה לָּהּ *habitavit sibi*. — Part. pass. שָׁכוּן act. *habitans*, ut gall. logé Iud. 8, 11. — Semel metaph. *habitare* rem s. *habitare in aliqua re* dicitur pro *familiarem esse cum ea* (v. סָכַן no. 2 et arab. سكن familiaris fuit). Prov. 8, 12: *ego sapientia* שָׁכַנְתִּי

עָרְמָה *habito in prudentia*, totus in ea versor.

4) pass. *habitatus est* locus, i. q. יָשַׁב no. 4. Jer. 50, 39. 33, 16. 46, 26. Jes. 13, 20, de tentorio, quod collocatum est Jos. 22, 19.

Pi. habitare fecit Jer. 7, 7. Num. 14, 30. Passim de Jehova dicitur שִׁכֵּן שְׁמוֹ h. e. sedem suam fixit alicubi Deut. 12, 11. 14, 23. 16, 6. 11. 26, 2 i. q. שׂוּם שְׁמוֹ s. v. שׂוּם no. 1, f. Inde explicari potest Ps. 78, 60: אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם *tentorium*, in quo *habitare fecit* (nomen suum) *inter homines*, nisi mavis: *tentorium* quod *collocavit inter homines*, coll. Jos. 18, 1. 22, 19. Caeterum ab illa locutione repetendum est talmud. שְׁכִינָה praesentia Dei.

Hiph. habitare fecit aliquem Gen. 3, 24. Iob. 11, 14, *collocavit* tentorium Jos. 18, 1 (cf. Kal Jos. 22, 19). Ps. 7, 6: כְּבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן *in pulvere me habitare faciat*, in pulverem me prosternat.

Derivv. מִשְׁכָּן, שְׁכַנְיָהוּ — שָׁכֵן.

שְׁכַן chald. id. Dan. 4, 18.

Pa. שַׁכֵּן *habitare fecit* Esr. 6, 12.

שָׁכֵן cstr. שְׁכַן Hos. 10, 5, fem. c. suff. שְׁכֶנְתָּהּ Ex. 4, 22, pl. שְׁכֵנוֹת Ruth 4, 17 1) *incola* Jes. 33, 24. Hos. l. c. — 2) *accola*, de populis Ps. 44, 14. 79, 12. Jer. 49, 18, *vicinus* Prov. 27, 10. Fem. *vicina*, v. supra.

שֵׁכֶן c. Suff. שִׁכְנוֹ m. *habitaculum*, semel legitur Deut. 12, 5.

שְׁכַנְיָה (Jehovae familiaris et qs. contubernalis, cf. rad. no. 3 fin.) n. pr. m. 1 Chr. 3, 21. 2) Neh. 3, 29. 3) 6, 18. 4) Esr. 10, 2. 5) 8, 3. 6) 8, 5. 7) Neh. 12, 3, v. שְׁבַנְיָה.

שְׁכַנְיָהוּ (id.) n. pr. m. 2 Chron. 31, 15.

I. שָׁכַר fut. יִשְׁכַּר, arab. سَكِرَ 1) *bibit ad satietatem* (i. q. רָוָה) Hagg. 1, 6, *ad hilaritatem usque* Cant. 5, 1. Gen. 43, 34. Saepius est 2) *inebriavit se* Gen. 9, 21, sq. acc. potus Jes. 29, 9. 49, 26, sq. מִן 51, 21. Metaph. apud prophetas *inebriati esse* dicuntur impii, qui insania quadam abrepti in suam ipsius perniciem ruunt Jes. 29, 9. 51, 21. Thren. 4, 21. Nah. 3, 11. Cf. כּוֹס, תַּרְעֵלָה. Part. pass. שְׁכוּרָה ebria Jes. 51, 21.

Pi. inebriavit 2 Sam. 11, 13, metaph. (v. Kal) Jer. 51, 7. Jes. 63, 6.

Hiph. id. *inebriavit* a) sagittas sanguine Deut. 32, 42. b) populos (v. Kal et Pi.) Jer. 51, 57.

Hithp. ebrium se gessit 1 Sam. 1, 14.

Derivv. שִׁכּוֹר, שִׁכָּרוֹן — שֵׁכָר.

II. שָׂכַר (vic. שָׂכָר) mercede, praemio affecit, v. אֶשְׂכָּר.

שֵׁכָר m. *temetum, potus inebrians*, sive vinum Num. 28, 7, sive potus vini instar inebrians ex hordeo (Herod. 2, 77. Diod. 1, 20. 34), melle dactylisve coctus destillatusve (v. Hieron. Opp. ed. Martian. T. IV. p. 364). Arab. سَكَرٌ vinum ex uvis passis dactylisve paratum. Plerumque discernitur a vino Lev. 10, 9. Num. 6, 3. Iud. 13, 4. 7, apud poëtas saepe in altero membro est שֵׁכָר, in altero יַיִן Jes. 5, 11. 24, 9. 28, 7. 29, 9. 56, 12. Prov. 20, 1. 31, 6. Mich. 2, 11. — Jes. 5, 22 vinum aromatibus conditum significare videtur i. q. מֶסֶךְ, מֶזֶג.

שִׁכָּרוֹן m. *ebrietas* Ezech. 23, 33. 39, 19.

שִׁכְּרוֹן (ebrietas) n. pr. oppidi in fine boreali Judae Jos. 15, 11.

שַׁל m. delictum 2 Sam. 6, 7, a rad. שָׁלָה no. II.

שֶׁל recentioris Hebraismi particula conflata ex ־שֶׁ praefixo i. q. אֲשֶׁר

et לְ. In Rabbinismo ea perfrequens est et genitivo praemittitur (cf. אֲשֶׁר לְ s. v. אֲשֶׁר A, no. 3), in V. T. non occurrit nisi c. praef. 1) בְּשֶׁל *propter* i. q. בַּאֲשֶׁר לְ (p. 111) Jon. 1, 7: בְּשֶׁלְּמִי *propter quem*, pro quo comm. 8: בַּאֲשֶׁר לְמִי. Vers. 12: בְּשֶׁלִּי *propter me*. Respondet aram. בְּדִיל comp. ex בְּ, דִּי = אֲשֶׁר et לְ. — 2) בְּשֶׁל אֲשֶׁר pr. *in* (omni) *eo quod*. Eccl. 8, 17: בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל הָאָדָם וְלֹא יִמְצָא *in* (omni) *eo quod laborat* (i. e. quantumvis laborat) *homo*, *tamen non invenit*. Respondet particulae aramaeae ? ܡܛܠ, quae tamen est *propterea quod*, *quia*. Ut dicam, quod sentio, contextus vix sanus esse videtur et dubito an legendum sit בְּכָל אֲשֶׁר, quod sententiae egregie accommodatum esset.

שַׁלְאֲנָן m. adj. *tranquillus* Iob. 21, 23, conflatum ex duobus synonymis שָׁלָה et שַׁאֲנָן, vel ortum ex solo posteriore, inserta ל littera, coll. זעף et זַלְעָף ferbuit.

שָׁלַב in Kal inusit. — Arab. ثلب est i. q. ثلم fregit (vas, gladium) in ora et margine, ut dentes oriantur et incisurae (Scharten); chald. שְׁלַב Pa. coniunxit, connexuit, unde שְׁלִיבִין, שַׁלְבִין gradus s. ligna transversa scalae, a coniungendo dicta (die Spalen). Apud Hebraeos hoc verbum valuisse videtur: *cardinibus iunxit* asseres (ineinanderzapfen), cardines enim dentibus similes sunt (cf. term. architect. *Verzahnung*).

Pu. part. Ex. 26, 17: *bini cardines* (Zapfen) *asseri uno* sint מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ *inter se coniuncti* (fort. lignis transversis infra basin insertis). Sed LXX. ἀντιπίπτοντας ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, *oppositi alter alteri.* Hinc

שְׁלַבִּים m. plur. pr. *commissurae* in *angulis* (suggestus), dein *limbi* s. *taeniae* commissuras tegentes. 1 Reg. 7, 28. 29.

שֶׁלֶג m. *nix*. Iob. 24, 19. Ps. 147, 16. (Arab. ثَلْجٌ, aram. תַּלְגָּא). Inde est denom. in

Hiph. הִשְׁלִיג *canduit instar nivis*, nivei coloris fuit (cf. de usu conj. Hiph. in coloribus designandis s. v. אָדַם, לָבַן). Ps. 68, 15: *quum dispergeret Omnipotens reges in ea* (terra), תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן *nivea erat* (corporibus trucidatorum cf. Aen. 5, 865. 12, 36: campi ossibus albent) ceu nix *in Zalmone* monte. Alii aliter, ut Kimchius: *nivis instar lucet in tenebris*, Schnurrerus: *recreabitur in umbra*, coll. ثلج IV. laetitiâ affecit (pr. refrigeravit).

I. שָׁלָה et **שָׁלַו** *salvus, securus fuit*, max. de eo qui prospera fortuna secure utitur Iob. 3, 26. 12, 6. Ps. 122, 6. Praet. שָׁלַוְתִּי Iob. l. c. fut. יִשְׁלָיוּ. (Arab. سلا tranquilli et securi animi fuit. Vicinae radd. sunt סָלָה et שָׁלָה, eiusdem autem stirpis propagines exstant in linguis indogerm., tum quietis, et silentii, tum salutis notione, ut σχόλη quies, otium, lat. *sileo* = סָלָה et *salv*-us, *salu*-s).

Derivv. שָׁלוֹ, שָׁלֵיו, שֶׁלוֹ, שַׁלְוָה.

II. שָׁלָה i. q. chald. *erravit*, peccavit imprudens.

Niph. id. 2 Chr. 29, 11.

Hiph. *seduxit*, *fefellit* 2 Reg. 4, 28.

Derivv. שַׁל, שְׁלִי, et שָׁלוּ.

III. שָׁלָה i. q. שָׁלַל, נָשַׁל *extraxit*. Inde ducunt fut. apoc. יֵשֶׁל (pro יִשְׁלֶה) Iob. 27, 8: כִּי יֵשֶׁל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ *quando extraxerit Deus animam eius*, sc. ex corpore quasi ex animae vagina (cf. נָדָן). Ita Chald. Syr. et potest in hac sententia acquiesci. Non spernenda tamen

Schnurreri coniectura, qui ישל contractum censet pro יִשְׁאַל *poscit*, coll. arab. يَسِلُ pro يَسْأَلُ, quanquam ea adoptata legendum videtur יִשַׁל.

Deriv. שְׁלָיָה.

שְׁלָה chald. *salvus, securus fuit* Dan. 4, 1.

שָׁלָה chald. *error*. Dan. 3, 29 Cheth. i. q. שָׁלוּ, שָׁלוּת.

שֵׁלָה (i. q. שְׁאֵלָה preces cf. 1 Sam. 1, 17) n. pr. filii Judae Gen. 38, 5. 46, 12. Patron. שֵׁלָנִי Num. 26, 20.

שִׁלֹה n. pr. oppidi v. שִׁילֹה no. 2.

שַׁלְהֶבֶת f. *flamma*, a rad. לָהַב, unde chald. et syr. Schaph. שַׁלְהֵב Iob. 15, 30. Ez. 21, 3. Cant. 8, 6: שַׁלְהֶבֶת־יָהּ (al. coniunctim שַׁלְהֶבְתְיָהּ, et omisso Mappik שַׁלְהֶבְתְיָה, sensu non mutato) *flamma Jehovae* i. e. fulgur.

שָׁלֵו semel **שָׁלֵיו** Iob. 21, 23, et **שְׁלֵיו** Jerem. 49, 31 m. שְׁלֵוָה f. pl. constr. שַׁלְוֵי (a rad. שָׁלָה no. I) 1) *salvus*, *securus* 1 Chron. 4, 40, impr. tranquille, secure vivens Iob. 16, 12. Ps. 73, 12. Neutr. securitas Iob. 20, 20. — 2) in malam partem, *securus, socors, impius*, cf. שַׁאֲנָן no. 2. Ez. 23, 42.

שֶׁלֶו m. *tranquillitas, securitas* Ps. 30, 7.

שָׁלוֹ v. שְׁלוּת.

שִׁלוֹ v. שִׁילֹה.

שַׁלְוָה f. id. Prov. 17, 1. Ps. 122, 7. Ez. 16, 49. Pl. בְּשַׁלְוֹתַיִךְ dum secure vivebas Jer. 22, 21. בְּשַׁלְוָה in (media) securitate Dan. 8, 25. 11, 21 (cf. Iob. 15, 21) i. e. inopinato, repente, ut chald. et syr. בִּשְׁלָיָה, ܡܢ ܫܠܝܐ ,מִן שְׁלָיָה. Cf. Dan. 11, 24. — 2) in malam partem *socordia, impietas* Prov. 1, 32. V. שָׁלֵו.

שְׁלֵוָה f. chald. *securitas* Dan. 4, 24.

שִׁלּוּחִים m. pl. *dimissio* a) uxoris, *repudium* Ex. 18, 2, deinde *libellus repudii*, metaph. Mich. 1, 14. b) filiae, *dotatio* 1 Reg. 9, 16. Cf. שַׁלַּח Iud. 12, 9.

שָׁלוֹם m. (a rad. שָׁלַם) A) adj. *integer*, h. e. 1) corpore, *sanus, bene valens* Gen. 43, 27: הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם *num bene valet pater vester?* 1 Sam. 25, 6. 2 Sam. 17, 3. 20, 9. Iob. 5, 24. Ps. 38, 4: אֵין שָׁלוֹם בַּעֲצָמַי *nihil integri* i. e. sani *est in ossibus meis*. Jes. 26, 3. — 2) numero, *pleno numero* Jer. 13, 19. — 3) *securus, tranquillus* Iob. 21, 9. Pl. *pacem colentes* Ps. 69, 23. — Inde 4) *amicus* Ps. 55, 21.

B) subst. 1) *integritas*, *incolumitas, salus* (arab. سَلَامٌ) Deut. 29, 18. 1 Sam. 6, 13: הֲשָׁלוֹם בֹּאֶךָ *num salutem affers?* (respondetur: שָׁלוֹם) 1 Reg. 2, 13. 2 Reg. 5, 21. 9, 11. 17. 22. Nota has potissimum formulas: a) הֲשָׁלוֹם לְ (semel omisso He שָׁלוֹם לְ 2 Sam. 18, 29) *num bene valet* (hic vel ille)? qua formula de salute absentis interrogare solent Gen. 29, 6. 2 Reg. 4, 26. Respondetur שָׁלוֹם Gen. l. c. cf. 43, 28. Inde b) שָׁאַל לְפ' לְשָׁלוֹם *interrogavit aliquem de* salute et valetudine i. e. *salutavit* aliquem (v. s. v. שָׁאַל no. 3, b cf. 2 Sam. 11, 7: וַיִּשְׁאַל דָּוִד לִשְׁלוֹם הַמִּלְחָמָה *interrogavit, quomodo res in bello gererentur*), it. רָאָה אֶת שְׁלוֹם פ' videre, quomodo aliquis valeat Gen. 37, 14, פקד וגו' Esth. 2, 11, יָדַע וְגו' 1 Sam. 17, 18. Ellipt. 2 Reg. 10, 13: *descendimus* (visum) *salutem filiorum regis* h. e. ad regis filios salutandos et visendos. c) לֵךְ, לְכִי לְשָׁלוֹם 1 Sam. 1, 17. 20, 42, et לֵךְ בְּשָׁלוֹם 2 Sam. 15, 9 est formula, qua abeuntem prosequuntur, gr. ὕπαγε εἰς εἰρήνην Mc. 5, 34, et

πορεύου εἰς εἰρήνην Luc. 7, 50. Contra d) verbis שָׁלוֹם לְךָ, לָכֶם, salus est tibi Iud. 6, 23. 19, 20. Dan. 10, 19. Gen. 43, 23 timidum erigere eique salutem nunciare solent, in hanc sententiam: nihil metuendum est tibi (vobis), integrae sunt res tuae (vestrae), quare ter additur אַל תִּירָא, אַל תִּירָאוּ, cf. 1 Sam. 20, 21: כִּי שָׁלוֹם לְךָ *nam bene se habent res tuae.* Comm. 7, cf. 2 Sam. 18, 28, ubi laetum nuncium afferens exclamat: שָׁלוֹם, cf. 1 Chron. 12, 18. (Apud Arabes السلام عليك, et apud Syros ܫܠܡܐ ܠܟ ܫܠܡܐ sunt formulae, quibus advenientes et praetereuntes salutare solent: sed in hanc sententiam illa formula in V. T. nunquam legitur).

2) *pax* (quandoquidem pacis tempore res integrae sunt et incolumes) opp. bello. Levit. 26, 6. 1 Reg. 2, 5. Iud. 4, 17. קָרָא לְשָׁלוֹם לְ ad pacem invitavit aliquem i. e. pacem obtulit Deut. 20, 10. Iud. 21, 13, עָנָה שָׁלוֹם אֶת pacem oblatam accepit. Deut. 20, 11. עָשָׂה שָׁלוֹם לְ pacem alicui concessit Jos. 9, 15. Jes. 27, 5. אִישׁ שָׁלוֹם vir pacificus. Ps. 37, 37. דִּבְרֵי שָׁלוֹם verba pacifica Deut. 2, 26.

3) *concordia, amicitia.* אִישׁ שְׁלוֹמִי amicus meus Ps. 41, 10. Jer. 20, 10. 38, 22. Obad. 7. דֹּבְרֵי שָׁלוֹם amice loquentes Ps. 28, 3, cf. Esth. 9, 30.

שַׁלּוּם v. שַׁלֻּם.

שִׁלּוּם retributio, v. שִׁלֵּם.

שַׁלּוּן (fort. corruptum pro שַׁלֻּם) n. pr. m. Neh. 3, 15.

שָׁלוֹשׁ tres, v. שָׁלֹשׁ.

שָׁלוּת sive **שָׁלוּ** chald. f. *error, delictum* Dan. 6, 5. Esr. 4, 22, a rad. שָׁלָה no. II.

שָׁלַח fut. יִשְׁלַח, inf. absol. שָׁלֹחַ, cstr. שְׁלֹחַ, semel שְׁלֹחַ Jes. 58, 9

1) *misit* (LXX. ἀποστέλλω, ἐξαποστέλλω). Constr. a) absol. Gen. 38, 17, b) sq. acc. pers. 43, 8. 45, 5. Jes. 6, 8 (addito dat. pleon. שְׁלַח לְךָ mitte Num. 13, 2), semel in recentiore Hebraismo sq. לְ pers. 2 Chr. 17, 7, c) sq. אֶל eius, ad quem mittitur Gen. 37, 13. Ex. 3, 10. 7, 16, raro more chald. עַל Neh. 6, 3. Jer. 29, 31, it. sq. לְ c. inf. misit (aliquem) ad aliquid peragendum Num. 14, 36. Jes. 61, 1. d) sq. acc. rei et אֶל pers. misit alicui aliquid, veluti litteras Jer. 29, 25. Esth. 9, 20. 30, sq. לְ pers. Gen. 32, 19. 45, 23. e) Saepe omittitur accus. eius qui mittitur Gen. 31, 4: *misit et vocavit Rahelam* i. e. misit (aliquem), qui arcesseret Rahelam. 41, 8. 14, vel is qui missus est ponitur praevio בְּיַד 1 Reg. 2, 25: וַיִּשְׁלַח הַמֶּלֶךְ בְּיַד בְּנָיָהוּ *et rex misit per Benajam,* h. e. Benajam ablegavit. Ex. 4, 13: שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח *mitte, per quem mittere vis.* — f) Singulare est 2 Sam. 15, 12: וַיִּשְׁלַח אַבְשָׁלוֹם אֶת־אֲחִיתֹפֶל מֵעִירוֹ מִגִּלֹה *et misit Absalom* (et arcessivit) *Ahitophelum ex Gilunte, urbe eius patria.*

Spec. aa) dicitur aliquis alteri *verba mittere* i. e. *per nuncium indicare, nunciare* (sagen lassen, entbieten). Prov. 26, 6: שֹׁלֵחַ דְּבָרִים בְּיַד כְּסִיל *qui verba mittit per stultum,* qui stulto nuncio ad mandatum perferendum utitur. Gen. 38, 25: שָׁלְחָה אֶל־חָמִיהָ לֵאמֹר *misit socero suo haec verba* (sie liefs ihm sagen). 1 Reg. 20, 5. 2 Reg. 5, 8: omisso לֵאמֹר 1 Sam. 20, 21. Sq. acc. rei per nuncios indicatae 1 Reg. 5, 23: עַד־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־תִּשְׁלַח אֵלַי *usque ad locum, quem mihi indicabis.* 20, 9. 21, 11. Jer. 42, 5. 21. 43, 1, sq. dupl. acc. *mandavit alicui aliquid.* 2 Sam. 11, 22: *et nunciavit Davidi* אֵת כָּל־אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ יוֹאָב *omnia, quae ei Joabus mandaverat.* 1 Reg.

14, 6. Jes. 55, 11. — bb) Deus dicitur mittere vel calamitates et plagas Jos. 24, 12, vel auxilium Ps. 20, 3, vel oracula Jes. 9, 7. Ps. 107, 20, sed vide Pi.

2) *dimisit*, *missum fecit* i. q. Pi. no. 2. Ps. 50, 19: פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה *os tuum dimittis* (frenis quasi solutis) *ad malum*. Praegn. שָׁלַח יָד מִן manum missam fecit (et retraxit) ab aliqua re 1 Reg. 13, 4. Cant. 5, 4.

3) *emisit* i. e. *extendit*, *protendit*, ut digitum (quod est irridentis) Jes. 58, 9, scipionem Ps. 110, 2. 1 Sam. 14, 27, falcem (segeti immittendam) Joël 4, 13, cf. Apoc. 14, 15. 18; max. manum (hom. χεῖρας ἰάλλω Od. 9, 388. 10, 376) Gen. 3, 22. 8, 9. 19, 10. 48, 14. Iob. 1, 11. a) sq. עַל ad aliquid 1 Reg. 13, 4 (hostili sensu). 1 Par. 13, 10. b) sq. בְּ manum admovit rei Iob. 28, 9, it. *manum* s. *vim intulit* alicui (sich an jem. vergreifen) Gen. 37, 22. 1 Sam. 26, 9. Esth. 8, 7, et *manus intulit* alicui rei i. e. surripuit eam (sich an etwas vergreifen) Ex. 22, 7. Esth. 9, 10. Ps. 125, 3. Dan. 11, 42. c) שָׁלַח יָד אֶל manum s. vim intulit alicui Gen. 22, 12. Ex. 24, 11. — Passim יָד omittitur. Ps. 18, 17: יִשְׁלַח מִמָּרוֹם *extendit* (manum) *ex alto*, sq. אֶל 2 Sam. 6, 6, sq. בְּ Obad. 13. — Part. pass. שָׁלוּחַ *extensus* i. e. gracilis (de cerva) Gen. 49, 21, cf. Pi. no. 4.

Niph. *missus est*, inf. absol. נִשְׁלוֹחַ Esth. 3, 13.

Pi. שִׁלַּח 1) i. q. Kal no. 1 *misit*, *ablegavit* Jes. 43, 14, sq. accus. pers. Gen. 19, 13. 28, 6. Jes. 10, 6, et rei, quae mittitur 1 Sam. 6, 3; sq. עַל eius ad quem ablegatur 2 Par. 32, 31. Sed hoc significatu longe crebrius est Kal, in Pi. contra saepius est: *immisit alicui* (Deus) plagam et calamitatem (v. Kal no. 1, bb), sq. בְּ Deut. 7, 20. 32, 24. 2 Reg. 17, 25. Ps. 78, 45, sq. אֶל Ez. 14, 19, עַל 5, 17. שִׁלַּח מָדוֹן est: litem misit i. e. excitavit. Prov. 6, 14. 19. 16, 28.

2) i. q. Kal no. 2 *dimisit*, *missum fecit* abiturum (opp. retinuit) Gen. 32, 27. Ex. 8, 28. Lev. 14, 7, captivum Zach. 9, 11. 1 Reg. 20, 42 cf. 1 Sam. 20, 22; *manumisit* servum (v. חָפְשִׁי); *locavit filiam*, plenius שִׁלַּח חוּצָה Iud. 12, 9, it. abeuntem *deduxit*, *prosecutus est* (προπέμπειν) Gen. 18, 16. 31, 27; sq. בְּ et בְּיַד *potestati* alicuius *reliquit* Iob. 8, 4. Ps. 81, 13. — Adde: *demisit* aliquem in carcerem subterraneum Jer. 38, 6. 11, *promisit* (capillum) Ez. 44, 20.

3) gravius: *iecit* a) res, ut sagittas 1 Sam. 20, 20, ignem (in urbem) Am. 1, 4 sqq. Hos. 8, 14 (quod etiam exprimunt: שִׁלַּח דּ׳ בָּאֵשׁ iecit aliquid in ignem, gall. *mettre à feu* Iud. 1, 8. 20, 48. 2 Reg. 8, 12. Ps. 74, 7); b) *abiecit*, *deiecit*. Eccl. 11, 1. Iob. 30, 11: *frenum ante me deiiciunt*, effrenate agunt. 39, 3: *deiiciunt dolores suos* i. e. fetus cum dolore edunt. c) *expulit*, *eiecit* aliquem Gen. 3, 23. 1 Reg. 9, 7. Jes. 50, 1, spec. *repudiavit* uxorem Deut. 21, 14. 22, 19. 29. Jer. 3, 8, cf. שִׁלּוּחִים. Iob. 30, 12: רַגְלַי שִׁלֵּחוּ *pedes meos propellunt*.

4) i. q. Kal no. 3 *extendit*, aliquis manum Prov. 31, 19. 20, arbor ramos Jer. 17, 8. Ez. 17, 6. 7. 31, 5. Ps. 80, 12, Deus populum Ps. 44, 3.

Pu. 1) *missus*, *ablegatus est* Iud. 5, 15. Prov. 17, 11. — 2) *dimissus est* Gen. 44, 3. Jes. 50, 1; *relictus est* Jes. 27, 10. Prov. 29, 15: נַעַר מְשֻׁלָּח *puer sibi relictus* s. missus factus i. e. suo arbitrio commissus. — 3) *eiectus*, *expulsus est*. Jes. 16, 2: קֵן מְשֻׁלָּח *aves nido eiectae*; *propulsus* i. e. *prolapsus est* aliquo (sq. בְּ) Iob. 18, 8.

Hiph. i. q. Pi. no. 1 *immisit* plagam, calamitatem, sq. בְּ Lev. 26, 22. Am. 8, 11.

Derivv. שֶׁלַח — שִׁלְחָן, שִׁלּוּחִים, מִשְׁלַחַת, מִשְׁלוֹחַ, מִשְׁלָח.

שְׁלַח fut. יִשְׁלַח chald. 1) *misit* Dan. 3, 2, sq. acc. rei Esr. 4, 17, sq. עַל eius ad quem mittitur Esr. 4, 11. 18. 5, 7. 17. — 2) sq. יַד *extendit manum* Dan. 5, 24, sq. לְ *aggressus est* aliquid Esr. 6, 12.

שֶׁלַח m. c. Suff. שִׁלְחוֹ 1) *telum, missile,* quod in hostem emittitur, arab. سِلْحٌ et سِلَاحٌ coll. arma, pec. gladius, سَالِحٌ armatus, سَلَّحَ Conj. V. armavit se. 2 Chr. 32, 5. 23, 10. Joël 2, 8. עָבַר בַּשֶּׁלַח periit telo (mortis) Iob. 33, 18. 36, 12. — 2) *surculus* Cant. 4, 13, cf. rad. Pi. no. 4. — 3) n. pr. a) filii Arpachsadi Gen. 10, 24. 11, 12. b) aquaeductus et piscinae prope Hierosolyma, quae eadem esse videtur atque שִׁלֹחַ (q. v.) Neh. 3, 15. Vulg. *Siloe.*

שִׁלֹחַ (pro שִׁילוֹחַ, ut hoc nomen chaldaice scribitur, ad formam כִּישׁוֹר, קִיטוֹר: *missio* aquae i. e. aquaeductus cf. rad. Ps. 104, 10 et gr. ἱέναι ῥόον Il. 12, 25) c. art. הַשִּׁלֹחַ n. pr. aquaeductus ad radices Zionis ab occidentali parte Hierosolymorum (v. Joseph. bell. jud. 5, 12 §. 2. 6, 7, §. 2. 8, §. 5) Jes. 8, 6, eiusdem qui שֶׁלַח vocatur Neh. 3, 15 et גִּיחוֹן (q. v.), quod posterius Chald. et Syr. 1 Reg. 1, 33. 38 reddunt שִׁילוֹחַ, quanquam utrumque hoc nomen ita discernendum videtur, ut *Gihon* (eruptio) pr. fontem, *Siloah* (missio) proprie aquaeductum significet. Caeterum male nonnulli ex verbis 2 Par. 32, 30 efficere studuerunt, fontem ab oriente urbis fuisse; verba enim vertenda sunt: *et dirigebat eas* (Ezechias aquas Gihonis) *deorsum in occidentali latere urbis* (fons enim erat inter austrum et occidentem): nec quicquam valet contra Josephum l. c. hodiernae traditionis (quam mappae geographicae sequuntur) auctoritas. LXX. et Josephus l. l. c. c. scribunt Σιλωάμ, et ita Joh. 9, 7 (ubi hoc nomen redditur ὁ ἀπεσταλμένος, abstr. pro concr.). V. Relandi Palaestinam p. 858. Comment. nostr. ad Jes. 7, 3, adde Tholuck Beytr. z. Erkl. des N. T. p. 123 sqq.

שְׁלֻחוֹת f. pl. *propagines* Jes. 16, 8, v. rad. no. 3.

שִׁלְחִי (fort. armatus) n. pr. m. 1 Reg. 22, 42. 2 Par. 20, 31.

שִׁלְחִים (armati) n. pr. urbis in tribu Judae sitae Jos. 15, 32.

שֻׁלְחָן pl. שֻׁלְחָנוֹת m. *mensa,* ab extendendo, expandendo dicta (v. rad. no. 3 et gr. τανύειν τράπεζαν Od. 10, 370). Exod. 25, 23 sqq. עָרַךְ שֻׁלְחָן struxit mensam Ps. 23, 5. Prov. 9, 2. שֻׁלְחַן הַפָּנִים Num. 4, 7, et in recentiore Hebraismo שֻׁלְחַן הַמַּעֲרֶכֶת 1 Par. 28, 16. 2 Par. 29, 18 mensis panum faciei, v. לֶחֶם no. 2. שֻׁלְחַן יְהוָה mensa Jehovae i. e. ara Mal. 1, 7. אֹכְלֵי שֻׁלְחָנֶךָ convictores tui 2 Sam. 19, 29. 1 Reg. 2, 7 pro אֹכְלִים עַל שֻׁלְחָנֶךָ 2 Sam. 9, 11.

שָׁלַט fut. יִשְׁלַט verbum serioris Hebraismi 1) *dominatus est* in aliq., sq. בְּ Eccl. 2, 19. 8, 9, et עַל Neh. 5, 15. — 2) *dominus* s. *superior factus est*, sq. בְּ Esth. 9, 1. (Arab. سَلُطَ durus, vehemens fuit, unde שֶׁלֶט no. 1, שַׁלִּיט; dominandi potestas nonnisi in nomm. derivatis comparet, ut سُلْطَانٌ potestas, inde concr. Sultanus. Congruere videtur nostr. *schalten*).

Hiph. 1) *dominari fecit* Ps. 119, 133. — 2) *potestatem dedit* alicuius rei Eccl. 5, 18. 6, 2. Cf. מָשַׁל Ex. 21, 8.

Derivv. שֶׁלֶט — שִׁלְטוֹן, שַׁלִּיט.

שְׁלֵט fut. יִשְׁלַט chald. 1) *dominatus*

est, sq. בְּ in al. Dan. 2, 39. 5, 7. 16, *potestatem habuit* in al. Dan. 3, 27. — 2) sq. בְּ *irruit* in aliquid ibid. 6, 25.

Aph. dominari fecit, dominum constituit, sq. בְּ in al. Dan. 2, 38. 48.

שֶׁלֶט, nonnisi pl. שְׁלָטִים cstr. שִׁלְטֵי m. *scutum*, ut videtur, a *duritie* dictum (v. signif. radicis arabicam et n. שַׁלִּיט) 2 Sam. 8, 7: שִׁלְטֵי הַזָּהָב *scuta aurea.* 2 Reg. 11, 10. 2 Par. 23, 9. Cant. 4, 4. Ez. 27, 11 (quibus locis scuta in muris ornatus causa suspensa memorantur). Jer. 51, 11: *acuite tela* מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים *implete scuta*, i. e. corpus obtegite scuto. — De significatu huius vc. diu haesitarunt interpretes, nec defuerunt, qui *pharetras* redderent (veluti praeeunte Jarchio Jo. Jahn, Archaeol. II, 2 p. 428) vel *spicula*, coll. سِلْطٌ sagitta. Hic, quem dedimus, significatus inde a Kimchio plurimis probatus, et probabili etymo, et locorum citatorum contextu, et vett. interpretum auctoritate firmatur. Etenim Targ. et Syrus hoc vc. utpote in lingua etiam aramaea usitatum plerumque retinuerunt: Paralipomenôn autem interpres chald. duobus locis (1 Paral. 18, 7. 2 Par. 23, 9) dedit *scuta*, et Jeremiae interpres (13, 23) verbis שִׁלְטֵי רִקְמָתֵיהּ utitur de pardi maculis scuti figuram referentibus. Apud recentiores Syros hoc vc. in desuetudinem abiisse videtur; nam Bar Bahlûl in Lex. Oxon. ms. s. v. ܫܠܛܐ ipse inter varias interpretum syr. (quorum plurimi *pharetram* reddunt) sententias fluctuat.

שִׁלְטוֹן m. *potens* Eccl. 8, 4, sq. בְּ *potestatem habens* in al. Comm. 8.

שִׁלְטוֹן chald. *dominus, magistratus* Dan. 3, 2.

שָׁלְטָן cstr. שָׁלְטַן chald. *dominatio, imperium* Dan. 3, 33. 4, 19. 7, 6. 14. 6, 27: בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי *in universo imperio meo.* Pl. *regna* 7, 27. Arab. سُلْطَانٌ fem. dominatio et concr. dominus, rex, Sultanus.

שַׁלֶּטֶת f. v. שַׁלִּיט no. 1.

שְׁלִי in pausa שֶׁלִי m. (a שָׁלָה no. I) *tranquillitas, silentium.* 2 Sam. 3, 27: בַּשֶּׁלִי *tranquille* i. e. clam.

שִׁלְיָה f. *secundinae*, ex utero post partum extractae, a rad. שָׁלָה no. III. Arab. سَلًى membrana, cui fetus involutus est, سَلَّى Conj. II extraxit hanc membranam. Deut. 28, 57. Talmud. סִלְיְתָא, שִׁלְיָא secundinae.

שְׁלִיו et **שְׁלָיו** i. q. שְׁלָו q. v.

שַׁלִּיט m. **שַׁלֶּטֶת** f. (pro שַׁלִּטֶת, nam ־ִי perit in motione) 1) *durus, vehemens* i. q. arab. سَلِيطٌ, et fem. שַׁלֶּטֶת arab. سَلِيطَةٌ mulier procax et impudens. Ezech. 16, 30. — 2) *potestatem rei habens* Eccl. 8, 8 et subst. *potens, dominator* Eccl. 7, 19. 10, 5. Gen. 42, 6.

שַׁלִּיט chald. 1) *potens* Dan. 2, 10. 4, 23, *potestatem habens in* al. sq. בְּ rei 4, 14. 22. 29. 5, 21, subst. *princeps* Dan. 2, 15. 5, 29. Esr. 4, 20. — 2) sq. לְ c. inf. *potestas* (est, datur), *licet* aliquid facere Esr. 7, 24.

שָׁלִישׁ et **שָׁלִשׁ** (Kamez impuro) m. 1) *triens, triental*, mensura frumenti, prob. *tertia pars* Ephae (v. אֵיפָה) i. q. סְאָה, *μέτρον*, quamobrem LXX plerumque אֵיפָה vertunt: *τρία μέτρα* (cf. gr. *ἡ τετάρτη*, nostr. *ein Quart*) Jes. 40, 12. Gener. de *mensura* Ps. 80, 6: וַתַּשְׁקֵמוֹ בִּדְמָעוֹת שָׁלִישׁ *madefacis eos lacrimis* q. d. *modiatim* i. e.

largissime. LXX *ἐν μέτρῳ*, Vulg. *in mensura.*

2) *trigonum, triangulum*, instrumentum musicum, quod una cum tympanis pulsabant, ut apud nos musici castrenses. Plur. 1 Sam. 18, 6.

3) *tristata* (gr. *τριστάτης*), militum nobiliorum genus, qui ex essedis pugnabant, *ἀναβάται, παραβάται* (Ex. 14, 7: *cepit omnes currus Aegypti* וְשָׁלִשִׁם עַל־כֻּלּוֹ *et bellatores in uno quoque eorum.* 15, 4. 1 Reg. 9, 22, cf. 2 Reg. 9, 25), regibusque pro satellitibus erant 1 Reg. 9, 22. 2 Reg. 10, 25. 1 Chr. 11, 11. 12, 18. LXX. *τριστάται*, i. e. teste Origene in Catenis (quanquam aliter Glossographi graeci, v. Schleusneri thes. V, p. 338) milites pugnantes de curribus, quorum singuli ternos milites capiebant, unum qui equos moderaretur, duos qui pugnarent, cf. *τριτοστάτης* unus ex tribus hominibus, qui unum in choro tragico iugum constituebant. — Praefectus eorum appellatur רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁי 2 Sam. 23, 8, et 1 Chr. 12, 18 pleniore forma רֹאשׁ הַשָּׁלִישִׁים, idem vero esse videtur הַשָּׁלִישׁ *κατ᾽ ἐξοχήν*, qui in nobilissimis regis comitibus erat. 2 Reg. 7, 2. 17. 19. 9, 25. 15, 25. Inde pl. שָׁלִישִׁים Prov. 22, 20 Keri fort. *principalia* i. e. nobilia, cf. 8, 6.

שְׁלִישִׁי m. שְׁלִישִׁיָּה, שְׁלִישִׁית f. plur. שְׁלִשִׁים (a שָׁלֹשׁ, שְׁלוֹשׁ) *tertius, tertia.* Gen. 2, 14. Num. 2, 24. Jes. 19, 24. Iob. 42, 14 et saepe. Plur. שְׁלִשִׁים subst. *conclavia* tertiae contignationis Gen. 6, 16. — Fem. spec. est a) *tertia pars* Num. 15, 6. 7. 2 Sam. 18, 2. b) c. He parag. שְׁלִשְׁתָה adv. *tertium* Ez. 21, 19. c) *dies tertius, die tertio, perendie.* 1 Sam. 20, 12: כָּעֵת מָחָר הַשְּׁלִישִׁית *hoc tempore cras* (aut) *perendie.* d) *annus tertius* Jes. 15, 5. Jer. 48, 34, v. עֶגְלָה p. 735.

שָׁלַךְ in Kal inusit. (cogn. שָׁלָה).

Hiph. 1) *iecit, coniecit, proiecit* Gen. 21, 15. Num. 35, 20, 22, *abiecit* 2 Reg. 7, 15. Ez. 20, 8. Eccl. 3, 6 (opp. שָׁמַר retinuit), *disiecit*, veluti lapides Eccl. 3, 5 (opp. כָּנַס collegit). Constr. sq. אֶל loci, quo aliquid coniicitur (in foveam, in aquam, in ignem) Gen. 37, 22. Num. 19, 6. Deut. 9, 21. Jer. 36, 23, it. sq. בְּ Gen. 37, 20. Ex. 32, 24. Mich. 7, 19; sq. עַל eius, qui iactu petitur (auf jem. werfen) Iud. 9, 53. Iob. 27, 22: יַשְׁלֵךְ עָלָיו *coniicit in eum* sc. sagittas, iaculatur in eum; sq. לְ *proiecit* aliquid (cani) Ex. 22, 30; sq. מִן loci: *eiecit* (aliquem, aliquid) e loco Neh. 13, 8. Deut. 29, 27; *excussit* Iob. 29, 17: מִשִּׁנָּיו אַשְׁלִיךְ טָרֶף *e dentibus eius excussi praedam;* sq. מֵעָלָיו, מִמֶּנּוּ *abiecit, deposuit* (von sich werfen) Ps. 2, 3. Ez. 18, 31. — Translate dicuntur hae formulae: a) הִשְׁלִיךְ נַפְשׁוֹ מִנֶּגֶד i. e. vitam summo periculo exposuit, gr. *παραβάλλεσθαι τὴν ψυχήν* Il. 9, 322 (unde lat. parabolanus). — b) הִשְׁלִיךְ אַחֲרָיו Ps. 50, 17 et אַחֲרֵי גֵוּוֹ coniecit (aliquid) post se, post tergum i. e. neglexit, contemsit 1 Reg. 14, 9. Neh. 9, 26. Jes. 38, 17. Ez. 23, 35. (De eadem locutione apud Arabes vide comment. ad Jes. l. c.). — c) הִשְׁלִיךְ עַל יְיָ coniecit aliquid in Deum, i. e. curae eius commisit Ps. 55, 23 (cf. 37, 5). — d) יְיָ הִשְׁלִיךְ פ׳ מֵעַל פָּנָיו Deus reiecit s. expulit aliquem e conspectu suo i. e. eum reprobavit, repudiavit 2 Reg. 13, 23. 17, 20. 24, 20. 2 Chr. 7, 20. Jer. 7, 15.

2) *deiecit, evertit*, ut domum Jer. 9, 18. Metaph. Iob. 18, 7: וְתַשְׁלִיכֵהוּ עֲצָתוֹ *et deiicit eum proprium consilium.*

Hoph. הָשְׁלַךְ et הֻשְׁלַךְ 1) *iactus, coniectus, proiectus est.* Jes. 14, 19 (ubi noli iungere: *eiectus es e sepulcro tuo*, sed: proiectus es sine sepulcro tuo i. e. tibi debito), sq.

בְּ et אֶל loci 2 Sam. 20, 21. Jer. 14, 16. Ez. 16, 5, sq. לְ *obiectus* (traditus) *est* alicui Jer. 36, 30. Metaph. Ps. 22, 11: עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרָחֶם *in te me proieci* inde *ab utero* i. e. tibi res meas commisi. — 2) pass. Hiph. no. 2. Dan. 8, 11. Hinc

שָׁלָךְ m. Lev. 11, 17. Deut. 14, 17 avis aquatica LXX καταράκτης al. καταῤῥάκτης i. e. pelecani species de summis scopulis in aquam se deiiciens (Pelecanus Bassanus Linn.). Vulg. mergulus. Syr. et Chald. trahens pisces. Cf. Bocharti Hieroz. P. II. lib. 2, cap. 21. Oedmanni verm. Sammlungen aus der Naturkunde III, p. 68, et

שַׁלֶּכֶת f. 1) *caesio* (pr. eversio, deiectio) arboris Jes. 6, 13. — 2) n. pr. portae templi 1 Par. 26, 16.

שָׁלַל 1) i. q. arab. سَلَّ *traxit, extraxit* Ruth 2, 16, cf. נָשַׁל et שָׁלָה no. III.

2) *spoliavit, diripuit.* (Congruunt σῦλον, σκῦλον, σκύλον *spolium*, et συλάω, συλεύω, σκυλεύω, *spolior*, it. σκύλλω cutem detraho, σίλλον ap. Hesych. funis). Constr. sq. acc. rei Ez. 26, 12, et hominis spoliati 39, 10. Hab. 2, 8. Zach. 2, 12. שָׁלַל שָׁלָל praedam egit Jes. 10, 6. Ez. 29, 19. Sequitur modo analogiam verbi regularis, modo verborum ע״ע, ut שָׁלַל, שָׁלְלוּ, שַׁלּוֹתִי; inf. שְׁלֹל et שֹׁל, fut. יָשֹׁל.

Hithpo. אֶשְׁתּוֹלֵל (forma aram.) pro הִשְׁתּוֹלֵל *spoliatus est* Ps. 76, 6. Jes. 59, 15. Inde שׁוֹלָל et

שָׁלָל m. 1) *spolium, exuviae*, et gener. *praeda* Gen. 49, 27. Exod. 15, 9 et saepe, etiam de pecore abacto 1 Sam. 15, 19 שְׁלַל דָּוִד praeda Davidis i. e. a Davide acta. ib. 30, 20. חִלֵּק שָׁלָל praedam distribuit Gen. 49, 27. Ps. 68, 13. Jer. 21, 9: הָיְתָה לוֹ נַפְשׁוֹ לְשָׁלָל *vitam tanquam praedam reportabit*, i. e. vivus servabitur. Jer. 38, 2. 39, 18. Semel pro אִישׁ שָׁלָל praedator, miles Iud. 5, 30. — 2) *lucrum* (Ausbeute) Prov. 31, 11.

שָׁלֵם fut. יִשְׁלַם 1) *integer, incolumis, salvus fuit.* (Arab. سَلِمَ id. Finitima est rad. שָׁלָו, שָׁלָה). Iob. 9, 4: *quis ei se opposuit* וַיִּשְׁלָם *et incolumis mansit?* 22, 21. — 2) *completus, absolutus est*, de aedificio 1 Reg. 7, 51. Neh. 6, 15, de tempore Jes. 60, 20. — 3) denom. a שָׁלוֹם: *pacem, amicitiam habuit* c. aliquo. Part. שֹׁלְמִי amicus meus i. q. אִישׁ שְׁלֹמִי Ps. 41, 10. Part. pass. שָׁלוּם pacificus. 2 Sam. 20, 19, v. Pu. no. 3.

Pi. שִׁלֵּם et שִׁלַּם 1) *integrum servavit* Iob. 8, 6. — 2) *absolvit, perfecit* (aedificium) 1 Reg. 9, 25. — 3) *restituit*, ut surreptum Ex. 21, 36, debitum Ps. 37, 21. 2 Reg. 4, 7, *persolvit*, ut vota Ps. 50, 14, sacrificia Hos. 14, 3 et translate *praebuit* solatium Jes. 57, 18. — 4) *rependit, remuneratus est*, sq. dat. pers. Iud. 1, 7. 2 Reg. 9, 26. Ps. 62, 13, sq. acc. rei Jer. 16, 18. 32, 18, sq. utroque casu, velut שִׁלֵּם גְּמוּלוֹ לְ (v. גְּמוּל no. 1), it. שִׁלֵּם לְפִ׳ כְּמַעֲשָׂיו rependit alicui secundum opera sua Ps. 62, 13. Jer. 50, 29. Sequitur etiam (quamquam rarius) acc. eius, cui rependitur (nostr. jemanden bezahlen). Ps. 31, 24. Prov. 13, 21: וְאֶת־צַדִּיקִים יְשַׁלֶּם־טוֹב *sed probos remuneratur* (pr. bezahlt) *felicitas*, proborum praemium est felicitas. Ps. 35, 12.

Pu. 1) pass. Pi. no. 3 *persolvi* (de voto). Ps. 65, 2. — 2) *rependi* Jer. 18, 20, etiam *praemio* (factorum) *affici.* Prov. 11, 31: הֵן צַדִּיק בָּאָרֶץ יְשֻׁלָּם *ecce iusto in terra rependitur, nedum improbo et peccatori.* 13, 13. — 3) *amice vivere*, i. q. Kal no. 3. Part. מְשֻׁלָּם amicus (Dei) i. e. Israël Jes. 42,

19, parall. עֶבֶד יְהוָה cf. Hiph. no. 2.

Hiph. 1) *perfecit, exsecutus est* Iob. 23, 14. Jes. 44, 26, 28, *finem fecit* rei Jes. 38, 12. 13. — 2) *pacem fecit* et *coluit cum* aliquo (arab. سَالَمَ id.), sq. אֵת Jos. 10, 1. 4, sq. עִם Deut. 20, 12. 1 Reg. 22, 45, sed sq. אֶל pace facta *in fidem se tradidit* Jos. 11, 19 (Cf. arab. سلم Conj. IV. submisit se imperio alicuius, spec. res suas Deo commisit, sq. إلى, unde إِسْلَام obedientia Deo et Muhammedi praestita, submissio, inde religio vera i. e. Muhammedica). — 3) causat. *amicum aliquem fecit* Prov. 16, 7. — *Hoph. amicum esse* alicui, sq. לְ Iob. 5, 23.

Derivv. שֶׁלֶם — שְׁלָמִים, שַׁלְמוֹן, שׁוּלַמִּית, שִׁלֻּם, שִׁלּוּם et nomm. pr. מְשֻׁלָּם, מְשֻׁלֶּמֶת, מְשֶׁלֶמְיָה, שְׁלֹמִית, שִׁלֵּם.

שְׁלֵם chald. *absolvit, perfecit* (opus). Part. pass. שְׁלִים perfectus Esr. 5, 16.

Aph. 1) *finem fecit* Dan. 5, 26. 2) *reddidit, retribuit* Esr. 7, 19.

שְׁלָם m. chald. i. q. hebr. שָׁלוֹם *salus, pax* Esr. 5, 7. Dan. 3, 31. 6, 26.

שָׁלֵם m. שְׁלֵמָה f. adj. 1) *integer* a) i. e. pleni iustique numeri et moduli, velut אֶבֶן שְׁלֵמָה pondus iustum Deut. 25, 15 cf. Gen. 15, 16 (ubi dicitur de plena et iusta mensura peccatorum), גָּלוּת שְׁלֵמָה captivorum plenus numerus Am. 1, 6. 9. b) *integer, incolumis* Gen. 33, 18, de exercitu Nah. 1, 12. אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת sunt lapides ferro intacti, inviolati, i. e. rudes, non dolati. Deut. 27, 6. 1 Reg. 6, 7. — 2) *absolutus, perfectus* 2 Chr. 8, 16. — 3) *pacem et amicitiam colens* (v. rad. in Pu. Hiph. Hoph.) Gen. 34, 21: שְׁלֵמִים הֵם אִתָּנוּ *amice nobiscum vivunt*, spec. שׁ׳ עִם יְהוָה Deo deditus 1 Reg. 8, 61. 11, 4. 15, 3. 14 et omissis his verbis 2 Reg. 20, 3. 1 Par. 28, 9. 2 Par. 15, 17. (Cf. Hiph. no. 2, adde مُسْلِم Deo et Muhammedi deditus, muhammedicae religionis assecla). — 4) n. pr. i. q. יְרוּשָׁלַםִ *Hierosolyma*, de cuius etymo v. p. 444. Gen. 14, 18. Ps. 76, 3. Josephus (Antiqu. I, 10, §. 2): τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν Ἱεροσόλυμα. V. Relandi Palaestinam p. 976. (Arab. شَلَمُ, شَلَّم id.).

שֶׁלֶם m. 1) pr. *retributio, remuneratio* (v. rad. Pi. no. 4), inde *gratiarum actio.* זֶבַח שְׁלָמִים sacrificium eucharisticum, ad gratias agendas oblatum Levit. 3, 1 sqq. 7, 11 sqq. Num. 7, 17 sqq. זֶבַח תּוֹדַת שְׁלָמָיו Lev. 7, 13. 15 sacrificium Deo laudando et gratiis agendis oblatum. Inde 2) tale sacrificium Am. 5, 22, pl. שְׁלָמִים Lev. 7, 20. 9, 4, etiam ampliore significatu de sacrificiis in re adversa oblatis Iud. 20, 26. 21, 4.

שִׁלֵּם m. 1) *retributio* Deut. 32, 35. — 2) n. pr. filii Naphtali Gen. 46, 24, pro quo 1 Par. 7, 13 שַׁלּוּם. Patron. שִׁלֵּמִי Num. 26, 49.

שִׁלֻּם et **שִׁלּוּם** m. id. Hos. 9, 7. Mich. 7, 3, plur. Jes. 34, 8.

שַׁלֻּם (retributio) n. pr. *Schallum,* quod gesserunt 1) rex regni Israëlitici (773. 772 a. Chr.) 2 Reg. 15, 10-15. — 2) rex Judaeorum, filius Josiae et frater natu minor Jojakimi et Zedekiae regum, prob. idem qui יְהוֹאָחָז no. 2. Jer. 22, 11 v. Rosenm. ad h. l. — 3) maritus Huldae prophetissae 2 Reg. 22, 14. — 4) alii viri Esr. 2, 42. 7, 2. 10, 24. 42. Neh. 3, 12. 7, 45. 1 Par. 2, 40 etc.

שִׁלֻּמָה f. i. q. שִׁלֵּם *retributio, poena* Ps. 91, 8.

שְׁלֹמֹה (pacificus, a שָׁלוֹם addita syllaba ה i. q. וֹ, וֹן cf. 1 Par. 22,

9) n. pr., *Salomo*, Davidis filius natu decimus (1 Chron. 3, 5 coll. 2 Sam. 3, 5) ex Bathseba susceptus, patris successor et tertius Israëlitarum rex (1005—975 a Chr.), divitiarum, splendoris et sapientiae laude late per orbem florens, v. 1 Reg. 2—11. 1 Par. 23. 2 Par. 1—9. Prov. 1, 1. Cant. 1, 1. LXX Σαλωμών, apud Josephum et in N. T. Σολομών.

שְׁלֹמִי (pacificus) n. pr. m. Num. 34, 27.

שְׁלֻמִיאֵל (amicus dei) n. pr. m. Num. 1, 6. 2, 12.

שֶׁלֶמְיָהוּ (i. q. מְשֶׁלֶמְיָה) n. pr. m. 1 Par. 26, 14.

שְׁלֹמִית (pacifica, et neutr. pacificum, pacis studium) n. pr. 1) f. a) Lev. 24, 11. b) 1 Par. 3, 19. — 2) m. a) filii Rehabeami 2 Par. 11, 20. b) Esr. 8, 10. c) d) e) 1 Par. 23, 9. 18. 26, 25.

שַׁלְמַן Hos. 10, 14, plene שַׁלְמַנְאֶסֶר 2 Reg. 17, 3. 18, 8 (cf. pers. شرمان آذر verecundus erga ignem) n. pr. regis Assyriae potentissimi (734—16 a. Chr.), qui anno a. Chr. 722 decem tribus in exilium abduxit. Vulg. *Salmanassar.*

שַׁלְמֹנִים m. pl. *munera*, quibus aliquis corrumpitur Jes. 1, 23, v. rad. Pi. no. 4.

שָׁלַף fut. יִשְׁלֹף 1) *extraxit* (chald. id., vic. שָׁלַל, שָׁלָה no. II, נָשַׁל), velut telum ex vulnere Iob. 20, 25, gladium e vagina, *strinxit* gladium Num. 22, 23. 31. Jos. 5, 13: אֶלֶף שֹׁלֵף חֶרֶב *mille stringentes gladium* i. e. armati Iud. 8, 10. 20, 2. 15. 17. 46. 2 Sam. 24, 9. — 2) *exuit* calceum Ruth 4, 7. 8. — 3) *evellit* gramen Ps. 129, 6.

שֶׁלֶף n. pr. gentis Arabiae felicis Gen. 10, 26. 1 Par. 1, 20, fort. Σαλαπηνοί, quos Ptolemaeus (VI, 7) inter regionis mediterraneae populos recenset.

שָׁלֹשׁ et **שָׁלוֹשׁ** cstr. שְׁלֹשׁ, ante Makk. -שְׁלָשׁ (Ex. 21, 11) f. et **שְׁלֹשָׁה** cstr. שְׁלֹשֶׁת m. 1) *tres.* (Arab. ثَلَاث f. ثَلَاثَة m. aram. תְּלָת, תְּלָתָא. In linguis indogerm. primariam formam servasse videtur zendicum *teschro*, unde litteris transpositis et aram. *telât* et gr. lat. τρεῖς, *tres.* Lingua sanscr. habet decurtatum *tri*). Ex. gr. שָׁלוֹשׁ שָׁנִים tres anni Gen. 11, 13, עָרִים שָׁלוֹשׁ tres urbes Jos. 21, 32, שְׁלֹשָׁה בָנִים tres filii Gen. 6, 10, שְׁלֹשֶׁת חֳדָשִׁים tres menses, unde כְּמִשְׁלֹשׁ חֳדָשִׁים circiter post tres menses Gen. 38, 24 (ubi מִן praefixum est, pro מִשָּׁלֹשׁ, non formativum, v. מִן pag. 587 A). בִּשְׁנַת-שָׁלוֹשׁ tertio anno (pr. im Jahre drey) 2 Reg. 18, 1. שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה *tredecim* f. Jos. 19, 6. 21, 4, שְׁלֹשָׁה עָשָׂר m. Num. 29, 13. Cum Suff. שְׁלָשְׁתְּכֶם vos tres, שְׁלָשְׁתָּם tres illi Num. 12, 4. — 2) *ter* Iob. 33, 29.

Plur. שְׁלֹשִׁים comm. *triginta* Gen. 5, 16, it. *tricesimus* 1 Reg. 16, 23. 29.

Derivv. שָׁלֹשׁ — שִׁלְשׁוֹם, שָׁלִישׁ, שְׁלִישִׁי.

שִׁלְשָׁה (trias) n. pr. m. 1 Par. 7, 35.

שָׁלִשׁ v. שָׁלִישׁ.

שִׁלֵּשׁ *Pi.* (denom. a שָׁלֹשׁ) 1) *in tres partes divisit* Deut. 19, 3. — 2) aliquid *tertium fecit* 1 Reg. 18, 34. — 3) *tertio die fecit.* 1 Sam. 20, 19: וְשִׁלַּשְׁתָּ תֵּרֵד *et tertio die descende.*

Pu. part. מְשֻׁלָּשׁ 1) *triplex* Eccl. 4, 12. Ez. 42, 6. — 2) *triennis* Gen. 15, 9.

שִׁלֵּשִׁים m. plur. *tertiae* generationis *nepotes*, *pronepotes* Ex. 20, 5. 34, 7. בְּנֵי שִׁלֵּשִׁים Gen. 50, 23 filii pronepotum i. q. רִבֵּעִים abnepotes.

Falso quidam שִׁלֵּשִׁים nepotes ipsos esse voluerunt, quum eorum nomen sit בְּנֵי בָנִים iique Ex. 34, 7 diserte ab his distinguantur. (Ex. 20, 5 nepotes i. e. בְּנֵי בָנִים omissi esse videntur).

שָׁלִשָׁה n. pr. regionis in vicinia montani Ephraimitici 1 Sam. 9, 4, in qua situm fuisse videtur oppidum בַּעַל־שָׁלִשָׁה 2 Reg. 4, 42. Hoc Eusebius vocat Beth-Schalischa et a Diospoli distare dicit 15 milliaribus Rom. septentrionem versus.

שִׁלְשָׁה (trias) n. pr. m. 1 Par. 7, 37.

שִׁלְשׁוֹם et **שִׁלְשֹׁם** adv. (comp. ex שְׁלֹשׁ = שָׁלֹשׁ et יוֹם) *nudius tertius* Prov. 22, 20, alibi semper copulatur cum תְּמוֹל, ut תְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם heri (et) nudius tertius Ex. 5, 8, et גַּם אֶתְמוֹל גַּם שִׁלְשׁוֹם 2 Sam. 5, 2 pridem, dudum. כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם ut antehac Gen. 31, 2. 2 Reg. 13, 5. מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם iam pridem Deut. 19, 6. Jos. 20, 5.

שַׁלְתִּיאֵל v. שְׁאַלְתִּיאֵל.

שָׁם adv. *ibi.* (Arab. ثَمَّ et de tempore ثُمَّ, chald. תָּם, syr. ܬܡܢ. Alterius formae שֹׁם = ثُمَّ vestigium est in n. pr. גֵּרְשֹׁם Ex. 2, 22 de quo vide p. 226. In linguis indogerm. congruit gr. τῆμος tunc, lat. *tum* [*tunc*, cf. *num, nunc*], anglosax. *thaenne*, unde angl. *then*, nostr. *dann*, quae omnia ad tempus translata sunt, v. no. 2). Dicitur 1) pr. de loco a) i. q. *eo loco*, ἐκεῖ. Gen. 2, 8. 12. 11, 2. 31. 12, 7. 8. 10. 13, 4. 18 et sexcenties. Praemissa notâ relationis: אֲשֶׁר שָׁם *ubi* Exod. 20, 18, plerumque una pluribusve vocibus interpositis אֲשֶׁר — שָׁם Gen. 13, 3. 2 Sam. 15, 21. שָׁם — שָׁם hic, illic Jes. 28, 10. b) post verba motus i. q. שָׁמָּה *eo* (ut ἐκεῖ pro ἐκεῖσε) 1 Sam. 2, 14. 2 Reg. 19, 32, unde אֲשֶׁר — שָׁם *quo* 1 Reg. 18, 10. Jer. 19, 14.

2) de tempore: *eo tempore, tum, tunc* (ut gr. ἐκεῖ, lat. ibi, illico, cf. quae supra de consensu linguarum diximus). Ps. 14, 5. 132, 17. Iud. 5, 11.

3) i. q. *ea in re.* Hos. 6, 7: *migrarunt foedus*, שָׁם בָּגְדוּ בִי *ea in re* (darin, in diesem Stücke) *defecerunt a me.*

Cum He parag. שָׁמָּה (lege schamma) a) *eo* Gen. 19, 20. 23, 13. Jes. 34, 15, (ubi redde: eo nidum ponit cet., cf. Ps. 122, 5. Ex. 29, 42). b) i. q. שָׁם *ibi* (ita ut ־ָה vim mere demonstrativam habeat) Jer. 18, 2. Praemisso relativo: אֲשֶׁר שָׁמָּה *quo* Gen. 20, 13, raro *ubi* 2 Reg. 23, 8.

Cum praef. מִשָּׁם *inde,* 1) de loco Gen. 2, 10. 11, 8. 9. 1 Sam. 4, 4. אֲשֶׁר — מִשָּׁם *unde* Deut. 9, 28. — 2) de tempore Hos. 2, 17. — 3) i. q. *de eo, ex eo, ex ea re*, ut lat. *inde* (unde). Gen. 3, 23: *ut coleret terram* אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם *unde* (de qua) *sumtus erat.* 1 Reg. 17, 13: עֲשִׂי לִי מִשָּׁם עֻגָה *fac mihi inde* (ex ea farina) *placentam.* Ez. 5, 3. Pleonastice dictum est Gen. 49, 24: מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל *inde* (dorther), *a pastore, a rupe Israëlis* (venit) cet.

שֵׁם cstr. שֵׁם, passim sq. Makk. שֶׁם־, c. suff. שְׁמִי, שִׁמְךָ, שִׁמְכֶם, pl. שֵׁמוֹת cstr. שְׁמוֹת m. (semel f. Cant. 1, 3, v. ריק Hoph.) 1) *nomen.* (Arab. اِسْم, rarius سِم, aethiop. ስም:, sed chald. שׁוּם id. Primitivum esse et pr. σῆμα, *signum* significare putem hoc nomen, quanquam vicina est rad. وسم signo notavit, designavit, سِمَة signum, stigma, quo quis notatur. A nomine ducta sunt سمّى conj. II, ܫܡܗ, ܫܡܝ nominavit. Sunt etiam qui שֵׁם decurtatum putent ex שֵׁמַע, abiecto ע, coll. Alex. interprete, qui שֵׁמַע

haud raro ὄνομα reddit). בְּשֵׁם פ׳ nomine i. e. auctoritate alic. Ex. 5, 23. Esth. 3, 12, בְּשֵׁם יְיָ auctoritate divina Jer. 11, 21. 26, 9. בְּשֵׁם nomine (bey Namen) Ex. 33, 12, בְּשֵׁמוֹת nominatim 1 Par. 12, 31. Esr. 10, 16. De formulis קָרָא שֵׁם, נִקְרָא בְּשֵׁם cet. v. קָרָא no. 2, f—h. no. 3 et Niph. no. 1. 2. Spec. est a) *nomen celebre, fama* (ut ὄνομα et *nomen*). עָשָׂה לוֹ שֵׁם Gen. 11, 4. Jer. 32, 20 et שׂוּם לוֹ שֵׁם 2 Sam. 7, 23 facere sibi nomen i. e. conciliare sibi famam. אַנְשֵׁי שֵׁם viri famosi Gen. 6, 4, it. clari, nobiles Num. 16, 2, אַנְשֵׁי שֵׁמוֹת id. 1 Par. 5, 24, et contra: בְּנֵי בְלִי שֵׁם filii (patris) ignobilis i. e. ipsi ignobiles et ignobili genere orti Iob. 30, 8. Inde *gloria* Gen. 9, 27: בְּאָהֳלֵי שֵׁם *in tentoriis gloriosis.* Zeph. 3, 19: שַׂמְתִּים לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם *eos reddam laudatos et famosos.* Comm. 20. Deut. 26, 19. — b) *bonum nomen, bona fama*, de eo qui bene audit Eccl. 7, 1. Prov. 22, 1. Ubi in malam partem accipitur, additur רַע Deut. 22, 14. 19. Neh. 6, 13. — c) *fama post mortem*, *memoria.* Ita in formulis: *perdere*, *delere nomen* alic. i. e. ita delere (populum, urbem), ut vel nomen et memoria apud posteros pereat Deut. 9, 14. 1 Sam. 24, 22. 2 Reg. 14, 27. Ps. 9, 6. Zach. 13, 2, adde Eccles. 6, 4: *caligine tectum est nomen eius* (abortûs). Inde d) *monumentum*, quo memoria alic. servatur 2 Sam. 8, 13. Jes. 55, 13.

2) שֵׁם יְהוָה est a) *Dei nomen celebre*, existimatio (hominum) de Deo, in formula: לְמַעַן שְׁמוֹ pro nomine suo, prout exspectare iubet nomen eius, v. pag. 602 A, inde *Dei gloria*, לְמַעַן שְׁמִי *propter nomen meum*, ne quid detrimenti capiat nominis divini gloria. Jes. 48, 9. 1 Reg. 8, 41. Ps. 79, 9. 106, 8. Ez. 20, 44. Ps. 138, 2: עַל כָּל שִׁמְךָ *super omne nomen tuum* i. e. super omne quod de te praedicari potest. b) Jehova, quatenus ab hominibus invocatur, celebratur, ut קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה nomen Jehovae invocare, cf. s. v. קָרָא no. 1, h. Ps. 5, 12: אֹהֲבֵי שְׁמֶךָ *qui amant nomen tuum* i. e. qui laude tua delectantur. Ps. 9, 11. c) numen, quatenus mortalibus praesens adest, fere i. q. פְּנֵי יְהוָה. Ex. 23, 21: כִּי שְׁמִי בְּקִרְבּוֹ *nam numen meum in eo* (angelo) *est.* 1 Reg. 8, 29: יִהְיֶה שְׁמִי שָׁם *ibi* (in templo) *nomen meum habitabit.* 2 Reg. 23, 27. 1 Reg. 3, 2: *nondum exstructa erat domus nomini Dei.* 8, 17. 20. שׂוּם, שַׁכֵּן שְׁמוֹ nomen suum (in aliquo loco) ponere, i. e. habitaculum ibi figere, v. sub v. שׂוּם et שָׁכַן. Saepe refertur ad auxilium, quod numen praesens hominibus praestat. Ps. 54, 3: *Deus!* בְּשִׁמְךָ הוֹשִׁיעֵנִי *tuo nomine nos serva.* 44, 6. 124, 8. 89, 25. 20, 2. Jes. 30, 27. Etiam שֵׁם, הַשֵּׁם absol. dr. de nomine Dei Lev. 24, 11. 16. Deut. 28, 58.

3) n. pr. *Sem*, Noachi filius natu maximus, a quo Gen. 10, 22—30 populi *Semitici* i. e. Asiae gentes occidentales, Persae, Assyrii, Aramaei, Hebraei et Arabum pars derivantur. Cf. Gesch. der hebr. Spr. u. Schr. p. 5. 6.

Nomm. propr. composita sunt: שְׁמִירָמוֹת, שְׁמִידָע, שְׁמוּאֵל.

שֵׁם m. chald. *nomen* Dan. 4, 5. Esr. 5, 1, c. Suff. שְׁמֵהּ (a שֵׁם) Dan. 2, 20. 26. 4, 5. 5, 12. Esr. 5, 14: וִיהִיבוּ לְשֵׁשְׁבַּצַּר שְׁמֵהּ *et traditi sunt Scheschbazzaro, quod erat nomen eius*, pr. traditi sunt ei, cuius nomen erat Sch. Pl. שְׁמָהָן Esr. 5, 4. 10.

שַׁמָּא (desertum) n. pr. m. 1 Par. 7, 37.

שֶׁמְאֵבֶר (pro שֵׁם אֵבֶר in altum enitens, pr. abstr. q. d. Hochschwung, a שֵׁם = שֵׁמָה altitudo et אֵבֶר) n. pr. regis Zeboim Gen. 14, 2.

שִׁמְאָה (fort. i. q. שִׁמְעָא fama) n. pr. m. 1 Par. 8, 32, cui respondet 9, 38 שִׁמְאָם.

שַׁמְגַּר n. pr. iudicis Israëlitici Iud. 3, 31. 5, 6. (Etymon latet).

שָׁמַד in Kal inusit. (vic. שָׁמַם).

Hiph. הִשְׁמִיד *perdidit,* a) *vastavit* urbes, altaria Lev. 26, 30. Num. 33, 52. Frequentius b) *delevit, perdidit* homines et populos Deut. 1, 27. 2, 12. 21. 22. 23. Esth. 3, 6. Inf. הַשְׁמֵד subst. *perditio, exitium* Jes. 14, 23.

Niph. pass. 1) *vastatus est,* ut ager Jer. 48, 8, colles Hos. 10, 8. — 2) *deletus, excisus est,* de populis Deut. 4, 26. 28, 20, et singulis hominibus Gen. 34, 30. Ps. 37, 38.

שְׁמַד chald. *Aph. delevit* Dan. 7, 26.

שָׁמָה rad. inusit. Arab. سما *altus fuit,* unde שָׁמַיִם coelum.

שָׁמָּה v. שָׁם.

שַׁמָּה f. (a rad. שָׁמַם) 1) *vastatio, desolatio* Jes. 5, 9. Jer. 2, 15. Ps. 73, 19. — 2) *stupor* Jer. 8, 21, meton. de obiecto eius Deut. 28, 37. Jer. 19, 8. 25, 9. 18. 51, 37. — 3) n. pr. m. a) filii Reguelis Gen. 36, 13. 17. b) filii Isai, fratris Davidis 1 Sam. 16, 9. 17, 13; qui alibi שִׁמְעָה scribitur 2 Sam. 13, 3. 32, et שִׁמְעָא 1 Paral. 2, 13. c) 2 Sam. 23, 11. d) comm. 33. e) comm. 25, pro quo שַׁמּוֹת 1 Par. 11, 27, שַׁמְהוּת 27, 18.

שַׁמְהוּת v. praec. no. 3, e.

שְׁמָהָן chald. pl. nomina, v. שֻׁם.

שְׁמוּאֵל n. pr. *Samuel* (teste 1 Sam. 1, 20 i. q. שְׁמוּעַאֵל a Deo exauditus; nisi mavis: nomen Dei, ut שְׁמוּ sit sing. cstr. i. q. שֵׁם, coll. רֵעַ et רֵעוּ, מַת et מְתוּ, בֵּנוֹ, בְּנוֹ, i. q. פָּנָה facies), quod gessit 1) nobilissimus iudex et propheta Hebraeorum, filius Elkanae, ex tribu Ephraimitarum (1 Sam. 1, 1). — 2) Alius eiusdem nominis vir, itidem Elkanae filius, Hemani pronepos 1 Par. 6, 13. 18, qui memoratur inter Levitas et cantores. 3) Num. 34, 24. 4) 1 Par. 7, 2.

שַׁמּוּעַ v. שִׁמְעָא no. 1.

שְׁמוּעָה et **שְׁמֻעָה** pr. quod auditur, inde 1) *nuncius* 1 Sam. 4, 19, sive laetus Prov. 15, 30. 25, 25, sive tristis Jer. 49, 23. Ps. 112, 7. Jer. 10, 22, max. nuncius a Deo missus Jes. 53, 1. Jer. 49, 14; inde 2) i. q. *institutio, doctrina* Jes. 28, 9. 3) *rumor* 2 Par. 9, 6.

שָׁמוֹר v. שָׁמִיר.

שָׁמַט 1) pr. i. q. שָׁמַץ *feriit, percussit,* et *iecit, proiecit,* cf. arab. شمص percussit, feriit, et cum impetu propulit iumentum. (Respondet vulg. *schmeißsen* percutere et iacere, anglosax. *smitan,* angl. *to smite,* abiecto sibilo *mittere*). Inde a) 2 Sam. 6, 6: כִּי שָׁמְטוּ הַבָּקָר *nam feriebant* i. e. recalcitrabant *boves* (die Rinder schlugen, schmissen aus). Vulg. calcitrabant. Reliquas huius loci interpretationes diiudicavit Bochartus, Hieroz. T. I. p. 372. b) *deiecit, proiecit* (aliquem ex fenestra in plateam) 2 Reg. 9, 33.

2) *misit, missum fecit* a) *omisit* agrum incultum Ex. 23, 11. — b) *remisit* debitum Deut. 15, 2. — c) sq. מִן *remisit, destitit* ab aliqua re Jer. 17, 4.

Niph. pass. Kal no. 1, b *deiectus, praecipitatus est* (de rupe) Ps. 141, 6.

Hiph. i. q. Kal no. 2, b *remisit* Deut. 15, 3. Inde

שְׁמִטָּה f. *remissio* Deut. 15, 1. 2. שְׁנַת הַשְּׁמִטָּה annus remissionis i. e. annus iubilaeus, quo debita remittenda erant ibid. 15, 9. 31, 10.

שַׁמַּי (vastatus) n. pr. m. 1) 1 Par. 2, 28. 2) ibid. Comm. 44. 3) 4, 17.

שְׁמִידָע (fama sapientiae) n. pr.

filii Gileadis Num. 26, 32. Jos. 17, 2. 1 Par. 7, 19. Patron. שְׁמִידָעִי Num. l. c.

שָׁמַיִם cstr. שְׁמֵי pl. m. *coeli* (a sing. deperdito שָׁמַי, arab. سَمَاءٌ, aeth. ሰማይ: a rad. שָׁמָה) i. e. firmamentum (רָקִיעַ q. v.), quod fornicis instar super terrarum orbe expansum videtur, fundamentis et columnis superstructum (2 Sam. 22, 8. Iob. 26, 11), unde pluvia per portas clathrosve delabi (Ps. 78, 23 cf. Gen. 28, 17 et אֲרֻבּוֹת) et super quo Dei angelorumque sedes esse cogitatur Ps. 2, 4. Gen. 28, 17. Deut. 33, 26. Cum He locali הַשָּׁמַיְמָה coelum versus Gen. 15, 5. 28, 12, quo sensu etiam in acc. ponitur שָׁמַיִם, הַשָּׁמַיִם 1 Sam. 5, 12. Ps. 139, 8, et עַל הַשָּׁמַיִם Ex. 9, 23. תַּחַת הַשָּׁמַיִם in terris Eccl. 1, 13. 2, 3. 3, 1, cf. תַּחַת כָּל־הַשָּׁמַיִם (in universo terrarum orbe) Iob. 28, 24. 37, 3. 41, 3. שָׁמַיִם וּשְׁמֵי שָׁמַיִם coeli et coeli coelorum, i. e. omnia coeli spatia, utut vasta et infinita Deut. 10, 14. 1 Reg. 8, 27. הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ coelum et terra, i. e. mundus universus Gen. 1, 1. 2, 1. 14, 19. 22. In recentioribus V. T. libris Jehova saepe dr. אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם deus coelorum (v. chald.) 2 Chr. 36, 23. Esr. 1, 2. Neh. 1, 4. 5. 2, 4. 20. Ps. 136, 26. Jon. 1, 9, cf. יְהוָה אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם Gen. 24, 7.

שְׁמַיִן emphat. שְׁמַיָּא chald. id. Dan. 4, 8. 10. 7, 2. Passim pro *coelicolis* i. e. Deo cum angelis, qui mundum gubernant Dan. 4, 23 (cf. de hoc usu in scriptis Judaeorum et auctoribus classicis Fesselii advers. s. p. 349. Wetsten. ad Mt. 21, 25). אֱלָהּ שְׁמַיָּא deus coeli (v. supra hebr.) Dan. 2, 18. 37. Esr. 5, 11. 12. 6, 9. 10, cf. Tob. 10, 12. Apoc. 11, 13.

שְׁמִינִי m. **שְׁמִינִית** f. ordinale (a שְׁמֹנֶה) *octavus, a.* Exod. 22, 29. Lev. 9, 1 cet. Fem. שְׁמִינִית *octava* in re musica vocem imam et gravissimam notat a viris cantatam (nostr. *basso*) opp. עֲלָמוֹת (q. v.), v. 1 Chr. 15, 21 et Ps. 6, 1. 12, 1 (ubi male nonnulli instrumentum intelligunt).

שָׁמִיר m. 1) *aculeus* (v. שָׁמַר no. II), inde *spina* collect. *spinae* Jes. 5, 6. 7, 23. 24. 25. 9, 17. 32, 13, metaph. de hostibus 10, 17. 27, 4. (Arab. سَمُرَةٌ coll. سَمُرٌ est: spina aegyptiaca, arbor spinosa). — 2) *adamas,* ita dictus ab incidendo et perforando (stylorum enim cuspis adamantina erat Jer. 17, 1) Ez. 3, 9. Zach. 7, 12. (Arab. سَامُورٌ id. Fortasse conferendum gr. *σμῖρις, σμύρις* i. e. pulvis adamantinus, quo in poliendo utebantur. Bohlenius indicam vc. originem suspicatur, coll. *asmîra* lapis rodens, de gemmis, ferro). — 3) n. pr. a) oppidi tribus Judae Jos. 15, 48. b) opp. in montanis Ephraimi Iud. 10, 1. 2. c) m. 1 Chr. 24, 24 Keri, ubi Chethibh habet שָׁמוּר.

שְׁמִירָמוֹת (nomen altissimum, l. coelum altissimum, Semiramis?) n. pr. m. 1 Chr. 15, 18. 20. 16, 5. 2 Chr. 17, 8.

שַׁמְלַי n. pr. m. Esr. 2, 46 Cheth.

שָׁמֵם fut. יָשֹׁם pl. יָשֹׁמּוּ (fut. A יֵשַׁם v. sub rad. יָשַׁם) 1) *stupuit.* (Origo est in silendo, tacendo, cf. vic. radd. דָּמַם et דּוּם v. p. 252 A) 1 Reg. 9, 8. Jer. 18, 16, sq. עַל (ob aliq.) Jes. 52, 14. Jer. 2, 12. De loco 2 Par. 7, 21 v. לְ A, no. 2.

2) *vastatus, desolatus est* (loca vastata enim silent et quieta sunt, in habitatis turba strepit) Ez. 33, 28. 35, 12. 15. Part. שׁוֹמֵם *vastatus* Thren. 1, 4. 3, 11, de hominibus *perditus* ibid. 1, 13. 16, *solitarius* 2 Sam. 13, 20. Jes. 54, 1. Plur. f. שׁוֹמֵמוֹת *loca vastata, ruinae.* Jes. 61, 4. Dan. 9, 18. 26.

3) trans. *vastavit.* Ez. 36, 3: יַעַן בְּיַעַן שַׁמּוֹת וְשָׁאֹף אֶתְכֶם *propterea quod vastant vos et inhiant vobis* (ubi שַׁמּוֹת est nomen verbale plur. pro infinit.). Part. שׁוֹמֵם *vastator* (int. Antiochus Epiphanes) Dan. 9, 27. הַפֶּשַׁע שׁוֹמֵם (pro פֶּשַׁע הַשּׁ׳) ibid. 8, 13 peccatum vastatoris, et שִׁקּוּץ שֹׁמֵם abominatio vastatoris 12, 11 i. q. *βδέλυγμα ἐρημώσεως* 1 Macc. 1, 54. 6, 7 (vel ara vel idolum, quod Antiochus super altari templi Hierosolymitani erigi iussit).

Niph. נָשַׁם 1) i. q. Kal no. 1 *stupefactus est* Jer. 4, 9, sq. עַל Iob. 18, 20. — 2) i. q. Kal no. 2 *vastatus est* Jer. 12, 11, *perditus est* (de hominibus) Thren. 4, 5, *solitaria est* (via) Levit. 26, 22. Jes. 33, 8.

Po. 1) i. q. Kal no. 1 *stupefactus, attonitus est* Esr. 9, 3. — 2) part. מְשֹׁמֵם *vastator* Dan. 9, 27. 11, 31.

Hiph. הֵשַׁם fut. יַשִּׁים inf. הַשְׁמֵם part. מַשְׁמִים 1) causat. Kal no. 1 *stupefecit* Ez. 32, 10, intrans. *stupuit, attonitus fuit* Ez. 3, 15, sq. עַל Mich. 6, 13. — 2) i. q. Kal no. 3 *vastavit,* ut terram Lev. 26, 31. 32. Ez. 30, 12. 14. — *Hoph.* הָשַּׁם (lege *hoscham*, pro הָשַׁם, quod in nonnullis libris etiam legitur) pl. הָשַׁמּוּ 1) *stupuit* Iob. 21, 5. 2) *vastatus est* Lev. 26, 34. 35. 43.

Hithpo. הִשְׁתּוֹמֵם sed fut. semel יִשּׁוֹמֵם Eccl. 7, 16 1) *obstupuit* Jes. 59, 16. 63, 5, *attonitus fuit* Dan. 8, 27, *animum abiecit* Ps. 143, 4. — 2) *se ipsum vastavit, destruxit* Eccl. l. l.

Derivv. שָׁמֵם — שִׁמָּמוֹן, שַׁמָּה, מְשַׁמָּה et nomm. pr. שַׁמָּא, שַׁמַּי.

שְׁמַם chald. *Hithpo.* אֶשְׁתּוֹמֵם *obstupuit* Dan. 4, 16.

שָׁמֵם m. adj. *devastatus, desolatus* Dan. 9, 17.

שְׁמָמָה f. 1) *stupor* Ez. 7, 27. — 2) *vastatio, desertum* Jes. 1, 7. מִדְבַּר שְׁמָמָה desertum vastum Jer. 12, 10. שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה vastum et vastatio Ez. 33, 28. 29. 35, 3.

שִׁמָמָה f. (pro שְׁמָמָה) id. Ez. 35, 7. 9.

שִׁמָּמוֹן m. *stupor, torpor* Ez. 4, 16. 12, 19.

שָׁמַן vel **שָׁמֵן** fut. יִשְׁמַן *pinguis fuit, pinguefactus est* Deut. 32, 15. Jer. 5, 28. (Arab. سمن id.).

Hiph. 1) *pinguefecit, pinguedine obduxit*, metaph. cor i. e. callo qs. obduxit, ne prophetae verbis pateret Jes. 6, 10. — 2) *pinguefactus est*, pr. adipem fecit, ex se procreavit Neh. 9, 25.

Derivv. שָׁמֵן — שְׁמַנִּים, אַשְׁמַנִּים, מִשְׁמַנִּים, מִשְׁמָן et n. pr. מַשְׁמַנָּה.

שָׁמֵן m. שְׁמֵנָה f. *pinguis* Jes. 30, 23, de homine robusto Iud. 3, 29 (v. מִשְׁמָן), de terra Num. 13, 20, de pane Gen. 49, 20.

שֶׁמֶן m. c. Suff. שַׁמְנִי, plur. שְׁמָנִים 1) *pinguedo* Ps. 109, 24. מִשְׁתֵּה שְׁמָנִים epulae lautae Jes. 25, 6. 10, 27: וְחֻבַּל עֹל מִפְּנֵי שָׁמֶן *et iugum* (Israëlis) *frangitur prae pinguedine*, metaphora a tauro pingui petita, qui iugum abiicit et frangit (cf. Deut. 32, 15. Hos. 4, 16). it. *fecunditas* terrae. גֵּיא שְׁמָנִים vallis fertilissima Jes. 28, 1. — 2) *oleum* Gen. 28, 18. עֵץ שֶׁמֶן *oleaster* (differt a זַיִת olea) Neh. 8, 15. 1 Reg. 6, 23. — 3) *oleum conditum* i. e. *unguentum.* Ps. 133, 2. Prov. 21, 17. Jes. 1, 6.

שְׁמַנִּים m. pl. *pinguedines* (terrae) i. e. arva fertilia. Gen. 27, 28: *dabit tibi Deus* מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ *arva fertilia*, pr. de arvis fertilibus (in altero hemistichio: מִטַּל ה׳ de rore coeli), sed comm. 39: מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ יִהְיֶה מוֹשָׁבֶךָ *sine fertilitate terrae erit habitatio tua* (parall. מִטַּל ה׳).

Utroque hoc loco מִשְׁמַנִּים est pro מִשְּׁמַנִּים, lusus autem verborum inest in duplici usu מִן particulae, quae Comm. 28 sensu partitivo accipienda est (v. מִן no. 1), Comm. 39 sensu privativo (v. מִן no. 3, b).

שְׁמֹנָה f. et שְׁמֹנֶה, שְׁמֹנַת m. *octo.* (Arab. ثَمَانٍ, ثَمَانِيَةٌ id.) Iud. 3, 8. Num. 29, 29. 2, 24. Pl. שְׁמֹנִים comm. *octoginta.* Gen. 5, 25. 26. 28 cet.

Deriv. שְׁמִינִי.

שָׁמַע et שָׁמֵעַ 1) *audivit* (syr. chald. id., arab. سَمِعَ, aethiop. ሰምዐ:) Gen. 18, 10. Jes. 6, 9, c. acc. rei Gen. 3, 10. 24, 52. Ex. 2, 15, et pers. loquentis Gen. 37, 17. 1 Sam. 17, 28, sq. כִּי et integrâ sententiâ Gen. 42, 2. 2 Sam. 11, 26. Spec. a) *auscultavit* (anhören, zuhören), *attendit* ad aliquem (aliquid), sq. acc. Gen. 23, 8. 11. 15. Eccl. 7, 5, אֶל 1 Reg. 12, 15. Jes. 46, 3. 12, לְ Iob. 31, 35, sq. בְּ Iob. 37, 2, sed שָׁמַע בְּ plerumque est: *audivit aliquid, testis auritus fuit* (Plaut.), etwas mit anhören Gen. 27, 5. Iob. 15, 8. 26, 14, etiam cum voluptate audivit 2 Sam. 19, 36. Ps. 92, 12. b) *exaudivit* (Deus), sq. acc. Gen. 17, 20. Ps. 10, 17. 54, 4, sq. אֶל Gen. 16, 11. 30, 22, קוֹל פ׳ Deut. 33, 7. Ps. 5, 4. 18, 7. 27, 7. 28, 2. 64, 2. Thren. 3, 56, בְּקוֹל פ׳ Gen. 30, 6. Deut. 1, 45, אֶל קוֹל Gen. 21, 17. Passim accedit לְ obiecti Gen. 17, 20. c) *obedivit, morem gessit* Ex. 24, 7. Jes. 1, 19, sq. אֶל Gen. 28, 7. 39, 10. Deut. 18, 19. Jos. 1, 17, לְ Num. 14, 27, בְּקוֹל פ׳ Gen. 27, 13. Ex. 18, 19. Deut. 26, 14. 2 Sam. 12, 18, לְקוֹל פ׳ Gen. 3, 17. Iud. 2, 20. Ps. 58, 6.

2) *audita intellexit.* Gen. 11, 7. 42, 23. לֵב שֹׁמֵעַ cor intelligens 1 Reg. 3, 9. Sed אִישׁ שׁוֹמֵעַ Prov. 21, 28 est: *vir qui* (rem testimonio firmandam) re vera *audivit*, testis fidus, opp. testi mendaci.

Niph. 1) *auditus est* 1 Sam. 1, 13, sq. לְ (*ab* aliq.) Neh. 6, 1. 7. *Audiri* autem dicitur etiam pro *respici, curari* Eccl. 9, 16, *exaudiri* Dan. 10, 12 cf. 2 Chr. 30, 27. 2) *obedientem se praestitit, obedivit* Ps. 18, 45. 3) *intellectus est* Ps. 19, 4.

Pi. audire fecit i. e. *vocavit* i. q. Hiph. no. 3, c. acc. pers. et לְ rei, ad quam quis vocatur. 1 Sam. 15, 4: *et Saulus vocavit universum populum ad bellum.* 23, 8.

Hiph. 1) *audire fecit*, velut vocem suam Iud. 18, 25. Cant. 2, 14 (exaudire fecit Jes. 58, 4), clamorem Jer. 48, 4, c. dupl. acc. pers. et rei: audire fecit aliquem aliquid 2 Reg. 7, 6. Ps. 143, 8, sq. אֶל pers. Ez. 36, 15. Omisso קוֹל absol. *vocem, clamorem edidit,* inde addito בְּקוֹלוֹ Ps. 26, 7. Ez. 27, 30 (cf. נָתַן בְּקוֹל), spec. *cecinit* et voce Neh. 12, 42, et instrumentis 1 Chron. 15, 28. 16, 5 (max. alta voce ibid. 15, 19 cf. נִצַּח). Arab. مُسْمِعَةٌ cantrix, سَمَاعٌ musica. —

2) *nunciavit* aliquid, sq. acc. rei Jes. 45, 21, acc. pers. 44, 8. 48, 5, dupl. acc. pers. et rei 48, 6. — 3) *vocavit, evocavit* i. q. Pi. 1 Reg. 15, 22. Jer. 50, 29. 51, 27.

Derivv. שֵׁמַע — שִׁמְעָה, praeterea מִשְׁמַעַת, מִשְׁמָע, שְׁמוּעָה et nomm. pr. יִשְׁמַעְיָה, יִשְׁמָעֵאל, אֶשְׁתְּמֹעַ.

שְׁמַע chald. *audivit*, sq. עַל de aliq. Dan. 5, 14. 16.

Ithpe. obedientem se praebuit 7, 27.

שָׁמָע (audiens, obediens) n. pr. m. 1 Par. 11, 44.

שֵׁמַע m. c. Suff. שִׁמְעִי 1) *auditus* Iob. 42, 5 (opp. visui). Ps. 18, 45: לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי *mandato meo*

vix audito obsequium praestant, soli nutui parent. — 2) *fama, rumor.* שֵׁמַע רַע malus rumor Ex. 23, 1. Sq. gen. eius, de quo rumor perfertur, שֵׁמַע שְׁלֹמֹה fama Salomonis 1 Reg. 10, 1, שֵׁמַע צֹר rumor de Tyro (expugnata) Jes. 23, 5. שֵׁמַע יַעֲקֹב rumor de adventu Jacobi. Gen. 29, 13. Jes. 66, 19. Hos. 7, 12: כְּשֵׁמַע לַעֲדָתָם *ut rumor* (pervenit) *ad coetum eorum.* — 3) *cantus, musica.* Ps. 150, 5: צִלְצְלֵי שֵׁמַע *cymbala canora.*

שֶׁמַע (rumor) n. pr. m. 1) 1 Par. 2, 43. 44. 2) 5, 8. 3) Neh. 8, 4. 4) 1 Par. 8, 13.

שְׁמַע n. pr. oppidi in meridionali parte tribus Judae. Jos. 15, 26.

שֹׁמַע m. *fama, rumor.* Jos. 6, 27. 9, 9.

שִׁמְעָא (rumor) n. pr. m. 1) filii Davidis 1 Par. 3, 5, pro quo שַׁמּוּעַ legitur 2 Sam. 5, 14. 1 Par. 14, 4. 2) 1 Par. 6, 15. 3) V. 24. 4) filii Isai, alibi שַׁמָּה v. no. 2.

שִׁמְעָה idem v. שַׁמָּה no. 2. Patron. est שִׁמְעָתִי 1 Par. 2, 55.

שְׁמָעָה cum art. n. pr. m. 1 Par. 12, 3.

שְׁמֻעָה v. שְׁמוּעָה.

שִׁמְעוֹן (exauditio) n. pr. *Simeon* (gr. Συμεών), quod gessit 1) filius Jacobi ex Lea pellice susceptus (Gen. 29, 33), auctor stirpis cognominis, cuius urbes in territorio Judae sitae recensentur Jos. 19, 1—9. — 2) Esr. 2, 31. Patron. est שִׁמְעֹנִי Num. 25, 14.

שִׁמְעִי (famosus) n. pr. 1) Ex. 6, 17. Num. 3, 18. 2) 2 Sam. 16, 5. 3) 1 Reg. 1, 8. 4, 18. 4) Esth. 2, 5, et plurium aliorum hominum ignobilium. Patron. שִׁמְעִי pro שִׁמְעִיִּי Num. 3, 21.

שְׁמַעְיָה et **שְׁמַעְיָהוּ** (quem Jehova exaudivit) n. pr. 1) prophetae tempore Rehabeami 1 Reg. 12, 22. — 2) alius tempore Jeremiae Jer. 29, 31. — 3) multorum aliorum hominum ignobilium, v. Simonis Onom. p. 546.

שִׁמְעַת (= שֶׁמַע ,שִׁמְעָה) n. pr. f. 2 Reg. 12, 22. 2 Par. 24, 26.

שָׁמַץ rad. inusit. vic. שָׁמַט q. v. 1) *iecit,* max. *in fugam coniecit* hostem (den Feind werfen), unde שִׁמְצָה. — 2) *festinavit* (a fugiendo), max. in loquendo, *praecipitanter locutus est,* cf. شَمَّصَ properatio, شَمَصَ celeriter loqui, hinc

שֶׁמֶץ m. *sonus raptim prolatus* et cito aufugiens Iob. 4, 12. 26, 14. Symm. ψιθυρισμός. Vulg. *susurrus.* Apud Talmud. שֶׁמֶץ est *paululum,* quod h. l. expresserunt Targ. Syr., sed videtur hic usus ex Iobi demum loco repetitus esse.

שִׁמְצָה f. *strages* hostium, v. rad. no. 1 Exod. 32, 25. Veteres interpretes et Hebraei: mala fama, contumelia, cf. שֵׁמַע (mutatis צ et ע), sed illud unice verum.

I. שָׁמַר fut. יִשְׁמֹר 1) *custodivit,* a) angustiore sensu, ut hortum Gen. 2, 15. 3, 24, gregem 30, 31, domum Eccles. 12, 3. Part. שֹׁמֵר subst. *custos* Cant. 3, 3, pecoris i. e. pastor 1 Sam. 17, 20, trop. de prophetis Jes. 21, 11. 62, 6 cf. צֹפִים. b) latiore sensu: *tuitus est, servavit* sq. acc. Iob. 2, 6. Prov. 13, 3, בְּ 2 Sam. 18, 12, אֶל 1 Sam. 26, 15, עַל Comm. 16. Prov. 6, 22, saepe de Deo homines tuente, sq. acc. Gen. 28, 15. 20. Ps. 12, 8. 16, 1. 25, 20, sq. מִן defendit aliqua re Ps. 121, 7. 140, 5. 141, 9. 2) *servavit, reservavit* Ex. 22, 6, it. *conservavit,* ut benignitatem Dan. 9, 4. Neh. 9, 30, iram. Am. 1, 11: עֶבְרָתוֹ שְׁמָרָה נֶצַח *iram suam servat* (Edom) *perpetuo.*

(שָׁמָ֫רָה his vocalibus et accentu in penultima posito est masc. c. ה parag.), et omisso acc. עֶבְרָה vel אַף (ut נָטַר no. 2) Jer. 3, 5: אִם־יִשְׁמֹר לָנֶצַח *num perpetuo servabit* sc. iram? Spec. custodivit mente et memoria (φυλάττεσθαί τι) Gen. 37, 11. Ps. 130, 3. — Omisso acc. et c. suff. pers. Iob. 10, 14: וּשְׁמַרְתָּנִי *mihi servabas* (poenam), du gedachtest (es) mir.

3) *observavit, attendit* ad aliquid, sq. acc. 1 Sam. 1, 12. Ps. 17, 4: *observavi vias violenti*, h. l. ut eos devitarem (alio sensu haec locutio est Prov. 2, 20), hoc omisso Jes. 42, 20, sq. עַל Iob. 14, 16, sq. אֶל Ps. 59, 10. Passim in malam partem: *speculari* aliquid (etwas belauern), *insidiari*, sq. acc. Iob. 13, 27. 33, 11. Ps. 56, 7. 71, 10. שָׁמַר עִיר observavit i. e. obsedit urbem 2 Sam. 11, 16, cf. נָצַר no. 5.

4) *servavit, observavit*, ut foedus Gen. 17, 9. 10, mandata dei 1 Reg. 11, 10, sabbatum Jes. 56, 2. 6, promissum 1 Reg. 3, 6. 8, 24. Sq. gerundio: aliquid facere *studuit* Num. 23, 12. 2 Reg. 10, 31.

5) *coluit, veneratus est*, ut Deum Hos. 4, 10, idola Ps. 31, 7, dominum Prov. 27, 18. Cf. Virg. Georg. 4, 212: observant regem non sic Aegyptus rel.

6) recipr. i. q. Niph. et שָׁמַר נַפְשׁוֹ (Deut. 4, 9) *abstinuit se* ab aliqua re, sq. מִן Jos. 6, 18.

Niph. 1) pass. *custoditus, servatus est* Ps. 37, 28. — 2) *abstinuit se* ab aliq. re (cf. Kal no. 6) sq. מִן Deut. 23, 10. Iud. 13, 13. 1 Sam. 21, 5. — 3) *cavit sibi* ab aliqua re, sq. מִן Jerem. 9, 3, מִפְּנֵי Ex. 23, 21, בְּ 2 Sam. 20, 10, sq. inf. Ex. 19, 12: *cavete vobis, ascendere montem* i. e. ne ascendatis, it. פֶּן (ne) sequente integra sententia Gen. 24, 6. 31, 24. 29. Deut. 4, 15. 16 (imperativo nonnunquam adiectum pronomen pleon. לְךָ Gen. Ex. l. l. c. c.). Passim, quo gravius sit interdictum, cavendi verbo additur formula לְנַפְשְׁךָ, בְּנַפְשְׁךָ per vitam tuam (nostr. bey Leibe nicht), quae minime pendet a verbo נִשְׁמַר. Deut. 4, 15. 16: נִשְׁמַרְתֶּם מְאֹד לְנַפְשֹׁתֵיכֶם פֶּן תַּשְׁחִתוּן *cavete diligenter, modo vitam amatis, ne perverse agatis* cet. Jer. 17, 21: הִשָּׁמְרוּ בְּנַפְשׁוֹתֵיכֶם וְאַל תִּשְׂאוּ *cavete per vitam vestram neque ferte.* Jos. 23, 11. Semel sq. gerundio: *curavit* aliquid, *operam dedit* alicui rei Deut. 24, 8: הִשָּׁמֵר — לִשְׁמֹר מְאֹד וְלַעֲשׂוֹת *diligenter cura — ut bene observes et facias* cet.

Pi. i. q. Kal no. 5 *coluit* (idolum) Jon. 2, 9.

Hithpa. 1) i. q. Kal no. 4. pr. *observavit sibi* Mich. 6, 16. — 2) *cavit sibi*, sq. מִן Ps. 18, 24.

Derivv. שֶׁמֶר — אַשְׁמֻרָה, שִׁמְרָה, מִשְׁמֶרֶת, מִשְׁמָר, et n. pr. יִשְׁמְרַי.

II. שָׁמַר i. q. סָמַר, שָׁמַר chald. Pa. סַמֵּר clavis affixit, unde שָׁמִיר aculeus, cuspis. — Quid si utraque significatio (no. I. II) ita concilietur, ut *custodiendi* potestas ducatur a *claudendo, clavis firmando?*

שֶׁמֶר tantum plur. שְׁמָרִים m. (vini) *faeces*, ita dictae, quia vini faecibus incumbenti fervor et color servatur. שָׁקַט, קָפָא עַל שְׁמָרָיו Jer. 48, 11. Zeph. 1, 12 quievit super faecibus suis, vita usus est quieta et tranquilla, metaphora a vino petita. Jes. 25, 6: שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים *faeces defaecatae* i. e. vinum vetus et nobilissimum, dein a faecibus purgatum.

2) n. pr. a) 1 Reg. 16, 24. b) 1 Par. 6, 31. c) 8, 12. d) 7, 34, pro quo V. 32 שׁוֹמֵר.

שֹׁמֵר (custos) n. pr. 1) m. 1 Par. 7, 34 cf. שֶׁמֶר no. 3, d. — 2) f. 2 Reg. 12, 22, pro quo 2 Par. 24, 26 שִׁמְרִית.

שְׁמֻרָה f. pl. וֹת—*palpebrae*. Ps. 77, 5.

שְׁמְרָה f. *custodia*. Ps. 141, 3.

שִׁמֻּרִים m. *observatio, celebratio* (festi) Ex. 12, 42, cf. rad. no. 4.

שִׁמְרוֹן (custodia) n. pr. filii Issachari Gen. 46, 13. Patron. שִׁמְרֹנִי Num. 26, 24.

שֹׁמְרוֹן f. (ad custodiam pertinens, mons excubitorius) n. pr. 1) montis et urbis in eo exstructae, quae inde ab Omria regni Israëlitici sedes erat 1 Reg. 16, 18 sqq. Am. 4, 1. 6, 1. 2 Reg. 3, 1. 13, 1. 18, 9. 10. Jes. 7, 9. Ez. 16, 46, chald. שָׁמְרַיִן, unde gr. *Σαμάρεια*, lat. *Samaria*, ab Herode Magno in honorem Augusti etiam *Σεβάστη* dicta (Joseph. Archaeol. 15, 7 §. 7). Nunc ibi est parvus vicus *Sebeste* dictus, v. Buckinghami Travels in Palestine p. 501. — 2) ampliore sensu: *regnum Samariae* s. decem tribuum, cuius caput erat Samariae urbs. עָרֵי שֹׁמְרוֹן urbes regni Samaritani 2 Reg. 17, 26. 23, 19 et per prolepsin 1 Reg. 13, 32, הָרֵי שֹׁמְרוֹן Jer. 31, 5, עֵגֶל שׁ׳ vitulus Samariae, de vitulo Bethelis Hos. 8, 5. 6. — Nom. gent. est שֹׁמְרֹנִי 2 Reg. 17, 29.

שִׁמְרִי (vigil) n. pr. m. 1) 1 Par. 4, 37. 2) 11, 45. 3) 26, 10. 4) 2 Par. 29, 13.

שְׁמַרְיָה (quem Jehova custodit) n. pr. m. 1) filii Rebeabeami 2 Par. 11, 19. 2) Esr. 10, 32. 3) V. 41.

שְׁמַרְיָהוּ (id.) n. pr. m. 1 Par. 12, 5.

שָׁמְרַיִן chald. Esr. 4, 10. 17 i. q. hebr. שֹׁמְרוֹן *Samaria* urbs.

שִׁמְרִית (vigilans) v. שֹׁמֵר no. 2.

שִׁמְרָת (custodia) n. pr. m. 1 Par. 8, 21.

שְׁמַשׁ chald. *Pa.* שַׁמֵּשׁ *ministravit* Dan. 7, 10. Syr. idem.

שֶׁמֶשׁ comm. (m. Ps. 104, 19. f. Gen. 15, 17) c. Suff. שִׁמְשִׁי 1) *sol*. (Arab. شمس, syr. ܫܡܫܐ, vc. primitivum, quod sub litteris radd. *sm, sr, sn, sl* quamplurimae linguae habent, cf. vet. germ. *Summi* [unde *Summer, Sommer* aestas], sanscr. *sura, surja*, nostr. *Sunne, Sonne*, angl. *sun*, lat. *sol*, et spiritu pro sibilo posito pehlev. *hûr*, pers. خور, gr. *ἥλιος*, v. Merian étude comparative des langues p. 66. 67). תַּחַת הַשֶּׁמֶשׁ *sub sole* i. e. in terris, formula solennis in libro Ecclesiastae 1, 3. 9. 14. 2, 11. 18. 19. 22. 4, 1. 3. 7. 15 et saepe. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ splendente sole Iob. 8, 16 (sed de Ps. 72, 17 v. לִפְנֵי no. 1 pag. 828), לְעֵינֵי הַשֶּׁמֶשׁ coram i. e. praesente et quasi inspectante sole 2 Sam. 12, 11. De ortu solis utuntur verbis יָצָא, זָרַח, de occasu verbo בּוֹא. Metaph. Deus dicitur *sol* alic. Ps. 84, 12. — 2) pl. שְׁמָשׁוֹת *pinnae* (q. d. soles, radii solis) Jes. 54, 12. LXX. *ἐπάλξεις*.

שִׁמְשׁוֹן (solaris, Soli similis) n. pr. *Simson*, iudex Israëlitarum singulari fortitudine famosus Iud. 13, 24 sqq. LXX. *Σαμψών*, quod Josephus (Antiqu. 5, 10) interpretatur *ἰσχυρός* invito etymo (v. Gesch. der hebr. Spr. p. 81. 82).

שִׁמְשַׁי (apricus) n. pr. m. Esr. 4, 8. 17.

שַׁמְשְׁרַי n. pr. 1 Par. 8, 26, quod ex duplici scriptura שְׁמַרְיָ et שִׁמְשַׁי conflatum putem.

שֻׁמָתִי patron. a שֻׁמָה (i. e. allium) 1 Chr. 2, 53.

שֵׁן sq. Makk. שֶׁן, c. suff. שִׁנּוֹ comm. (m. signif. no. 2. 1 Sam. 14, 5, f. Prov. 25, 19) 1) *dens*. (Arab. سن id. Habet quidem hoc vc. in lingua hebraea radicem שָׁנַן, ad quam referri possit; sed malim tamen eam primitivam habere, quan-

doquidem dens in linguis quamplurimis syllabâ *den* [*dent*], *zen* exprimitur, ut sanscr. *danta*, zend. *dentâno*, pers. دندان, gr. *ὀδούς* pro *ὀδόνς*, lat. *den*-s, goth. *tunthus*, fris. *tan*). Ex. 21, 24. 27. Spec. *dens elephanti*, *ebur* (plenius שֶׁנְהַבִּים q. v.) 1 Reg. 10, 18. Cant. 5, 14. בָּתֵּי שֵׁן palatia eburnea i. e. parietibus ebore obtectis Am. 3, 15. Ps. 45, 9. — Dual. שִׁנַּיִם *dentes* (pr. duplex dentium series) Gen. 49, 12. Am. 4, 6, etiam pro plur. שְׁלֹשׁ שִׁנַּיִם tres dentes 1 Sam. 2, 13. Iob. 13, 14: אֶשָּׂא בְשָׂרִי בְשִׁנָּי *carnem meam* (i. e. vitam meam) *in dentibus fero* i. e. summo periculo expono, quoniam, quae dentibus tenemus, facile elabi possunt, cf. similem formulam proverbialem Iud. 12, 3 supra expositam s. v. כַּף no. 1, b.

2) *scopulus acutus*, a similitudine dentis 1 Sam. 14, 4. Iob. 39, 28. Syr. ܫܶܢܳܐ scopuli. Inde n. pr. loci, prob. rupis 1 Sam. 7, 12.

שָׁנָא v. שָׁנָה.

שְׁנָא fut. יִשְׁנֵא chald. 1) *mutatus est* Dan. 6, 18. 3, 27, max. in peius (de colore faciei) 5, 6. 9. — 2) *alius*, *diversus fuit*, sq. מִן Dan. 7, 3. 19. 23. 24.

Pa. 1) *mutavit*, *transformavit*. Dan. 4, 13: *mutabunt cor eius*, impers. pro: mutabitur. — Part. pass. *diversus* ibid. 7, 7. — 2) *migravit* (legem, mandatum regium) Dan. 3, 28. Syr. id.

Ithpa. *mutatus est* Dan. 2, 9, max. in deterius, *deformatus est* 3, 19. 7, 28.

Aph. 1) *mutavit* Dan. 2, 21, mandatum regium 6, 9. 16. — 2) *neglexit*, *migravit* (mandatum) Esr. 6, 11. 12.

שֵׁנָא (more chaldaeo) i. q. שֵׁנָה f. *somnus* Ps. 127, 2, a rad. יָשֵׁן.

שְׁנָא chald. v. שְׁנָה.

שִׁנְאָב (dens patris) n. pr. regis Cananaei Gen. 14, 2.

שִׁנְאָן (pro שִׁנָּן) m. *iteratio*. Ps. 68, 18: *millia iterationis* i. e. multa millia. Rad. שָׁנָה.

שֶׁנְאַצַּר n. pr. m. 1 Par. 3, 18.

שָׁנַב verbum inusit., arab. شنب frigidus fuit (dies), v. Schult. ad Prov. 7, 6. Inde אֶשְׁנָב q. v.

I. **שָׁנָה** fut. יִשְׁנֶה (semel יִשְׁנָא Thren. 4, 1) 1) *iteravit*, *secundum fecit*, arab. ثنى, syr. ܬܢܳܐ (cf. שְׁנַיִם duo, שֵׁנִי alter, secundus). Neh. 13, 21: אִם תִּשְׁנוּ *si iteratis* (hoc). 1 Reg. 18, 34. Sq. לְ 1 Sam. 26, 8: *semel eum feriam* וְלֹא אֶשְׁנֶה לוֹ *et non iterabo ei* sc. ictum i. e. altero ictu opus non erit. 2 Sam. 20, 10, sq. בְּ Prov. 26, 11: *stultus* שׁוֹנֶה בְאִוַּלְתּוֹ *qui iterat* s. pergit agere *in stultitia sua*. 17, 9: שֹׁנֶה בְדָבָר *qui repetit in re* i. e. qui recoquit causas ingratas oblivioni tradendas. — 2) intrans. *alius*, *diversus fuit* ab aliq. sq. מִן Esth. 1, 7. 3, 8. — 3) *mutatus est*, max. in deterius Thren. l. c., de animo. Mal. 3, 6: *ego Jehova non mutor*. Part. שֹׁנִים *mutantes* sententiam i. e. cives parum fidi, rebelles, qui modo has partes sequuntur, modo alias (cf. Jer. 2, 36). Prov. 24, 21.

Niph. *iteratum est* (somnium) Gen. 41, 32.

Pi. שִׁנָּה (semel שִׁנָּא more chaldaeo 2 Reg. 25, 29) 1) *mutavit*, vestes 2 Reg. 25, 29. Jer. 52, 33, promissum Ps. 89, 35, ius (i. e. violavit) Prov. 31, 5, it. *variavit* i. e. *saepe mutavit* (viam) Jer. 2, 36, *deformavit* (faciem) Iob. 14, 20. — 2) *in alium locum transtulit* Esth. 2, 9. — 3) שִׁנָּה אֶת־טַעְמוֹ *deformavit* i. e. dissimulavit rationem suam (er verleugnete seinen Verstand) i. e. in-

sanum se simulavit 1 Sam. 21, 14. Ps. 34, 1. Syr. ܫܰܢܺܝ ܠܛܰܥܡܶܗ et ellipt. ܫܰܢܺܝ est: insanivit. — *Pu.* *mutatus est* (in peius), *deformatus est* Eccles. 8, 1, ubi יְשֻׁנָּא pro יְשֻׁנֶּה.

Hithpa. *mutavit se* i. e. vestes mutavit 1 Reg. 14, 2.

Derivv. שֵׁנִי, שְׁנַיִם, שָׁנָה, שִׁנְאָן, מִשְׁנֶה.

II. שָׁנָה i. q. arab. سنى splenduit, luxit, unde שָׁנִי.

שָׁנָה pl. שָׁנִים cstr. שְׁנֵי, poët. שָׁנוֹת cstr. שְׁנוֹת f. *annus* (pr. iteratio sc. cursus solis, vel commutationum temporis, ut veris, messis, hiemis, cf. lat. annus, quod pr. orbem notat, gr. ἐνιαυτός, arab. حَوْلٌ orbis, annus). שָׁנָה שָׁנָה Deut. 14, 22, מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה 15, 20, שָׁנָה בְּשָׁנָה 1 Sam. 7, 16 quotannis. שְׁנַת שְׁתַּיִם annus secundus 2 Reg. 14, 1, שְׁנַת אַרְבַּע לְאַח׳ annus quartus Ahabi 1 Reg. 22, 41. Passim שָׁנָה repetitur, ut בִּשְׁנַת שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה anno sexcentesimo Gen. 7, 11 pr. anno (extremo) sexcentorum annorum. Plur. שָׁנִים etiam indefinite aliquot annos notat 2 Par. 18, 2 cf. יָמִים, aliquot dies. Trop. *annus* dr. pro proventu annuo Joël 2, 25.

Dual. שְׁנָתַיִם *duo anni, biennium* Gen. 11, 10, passim שְׁנָתַיִם יָמִים pr. biennium temporis v. יָמִים no. 1, b p. 414.

שֵׁנָה (pro יְשֵׁנָה, a rad. יָשֵׁן) f. 1) *somnus* Prov. 6, 4. Eccl. 8, 16. — 2) *somnium* Ps. 90, 5.

שְׁנָה chald. f. I) i. q. hebr. שָׁנָה *annus*, plur. שְׁנִין Dan. 6, 1. — II) i. q. שֵׁנָה *somnus* ib. 6, 19.

שֶׁנְהַבִּים m. pl. *ebur* 1 Reg. 10, 22. 2 Chr. 9, 21 (Alex. ὀδόντες ἐλεφάντινοι. Targ. שֵׁן דְּפִיל dens elephanti), comp. ex שֵׁן dens, et (ut primus ostendit Ag. Benary in Annal. litt. Berol. 1831 no. 96) הָאִבִּים contr. הַבִּים, a sanscr. *ibha-s* (unde addito art. arabico gr. ἐλ-έφας) elephas, quod Hebraei non poterant non אִבָּה vel אִבָּא (pl. אִבִּים) efferre. Magis hoc placet, quam quod olim suspicabar, שֶׁנְהַבִּים corruptum esse ex שֶׁנְהַפִּיל, a פִּיל elephas.

שָׁנַט v. שָׁטָה.

שָׁנִי m. *coccus, color coccineus*, quem praebent insecta quaedam (arab. قِرْمِز, Coccus Ilicis Linn.) una cum ovis ilicis foliis inhaerentia (v. ad Jes. 1, 18) Gen. 38, 28. 30. Jer. 4, 30, plene תּוֹלַעַת שָׁנִי (pr. vermis cocci) Ex. 25, 4 et שְׁנִי תוֹלַעַת (coccus vermis) Lev. 14, 4. Plur. שָׁנִים *vestes coccineae* Jes. 1, 18 Prov. 31, 21. Pr. est color splendens (a rad. שָׁנָה no. II), coll. aram. זְהוֹרִי, ܙܚܘܪܝܐ coccus, itidem a זָהַר splenduit, adde חָמַץ no. 2. Alii שָׁנִי pr. δίβαφον *bis tinctum* notare volebant (a שָׁנָה no. I), sed solae purpureae vestes bis tingebantur, nunquam coccineae. Vide Braunium de vestitu sacerd. p. 237 sqq. Boch. Hieroz. III p. 527 sqq. ed. Lips.

שֵׁנִי m. שֵׁנִית f. adj. ordinale: *secundus, a* (v. rad. שָׁנָה no. I, 3) Gen. 1, 8. Ex. 1, 15 cet. (Arab. ثَانٍ f. ثَانِيَةٌ, chald. תִּנְיָן, syr. ܬܪܝܢܐ).

Fem. שֵׁנִית etiam adverb. *secundum, iterum* Gen. 22, 15. 41, 5. Plur. שֵׁנִיִּים secundi Num. 2, 16, secundi tabulati conclavia Gen. 6, 16.

שְׁנַיִם dual. cstr. שְׁנֵי m. *duo*. (Arab. اِثْنَانِ, aram. ܬܪܶܝܢ, תְּרֵין, quod posterius a primaria forma longius recedit. Numerali nostro cognatum est verbum שָׁנָה no. I *iteravit*: nescio tamen an radix potius in numerali insit, quam in verbo. Atque illius forma primaria videtur תני, ex qua emollitâ orta sunt sanscr. *dwi*, dual. *dwâu*, cf. *twa*

alius, diversus, goth. *twa*, *twā*, *twai*, undo angl. germ. *two*, *zwo*, gr. lat. *δύο*, duo. Sibilum, ut Hebraei, habent Germani sup. *zwo*, *zwey*). שְׁנַיִם שְׁנַיִם bini Gen. 7, 9. 15, c. Suff. שְׁנֵיהֶם duo illi Gen. 2, 25. *Duo* 1 Reg. 17, 12, et *duo tres*ve Jes. 17, 6 dicitur pro paucis.

Fem. שְׁתַּיִם (per syncopen pro שְׁנְתַּיִם, arab. اِثْنَتَانِ, Dag. leni praeter morem post Schwa mobile posito, quasi Aleph praemisso אֶשְׁתַּיִם) cstr. שְׁתֵּי et c. praeff. בִּשְׁתֵּי Gen. 31, 41, לִשְׁתֵּי Ex. 26, 19, sed מִשְּׁתֵּי Iud. 16, 28 (contra מִשְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Jon. 4, 11) 1) *duae*, c. Suff. שְׁתֵּיהֶן duae illae Ez. 23, 13. — 2) duplicis generis (*zweyerley*) Jes. 51, 19, cf. כֹּל omnis generis (allerley). — 3) *secundum*, *iterum* Neh. 13, 20, בִּשְׁתַּיִם id. Iob. 33, 14. *Duodecim* m. et *duodecimus* est שְׁנֵים עָשָׂר Ex. 24, 4. 1 Reg. 19, 19, fem. et *duodecima* שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Gen. 14, 4. Lev. 24, 5.

שְׁנִינָה f. *acriter dictum*, *dictum aculeatum*, inde *ludibrium*. הָיָה לִשְׁנִינָה ludibrio esse Deut. 28, 37. 1 Reg. 9, 7, a rad.

שָׁנַן (chald. id. arab. سَنَّ) *acuit*, ensem Deut. 32, 41, metaph. linguam i. e. acri sermone petiit aliquem Ps. 64, 4. 140, 4. Part. pass. שָׁנוּן *acutus* (de telo) Ps. 45, 6. Jes. 5, 28.

Pi. inculcavit alicui aliquid (nostr. *einschärfen*), sq. acc. pers. et dat. rei Deut. 6, 7.

Hithpo. vulneratus, qs. *confossus est* (dolore) Ps. 73, 21.

Derivv. שֵׁנָה (q. v., pro שְׁנָת), שְׁנִינָה.

שָׁנַס in Kal inusit., fort. *coëgit*, *compressit*, *colligavit*, vic. אָנַס (spiritu et sibilo permutatis). Chald. שְׁנַץ, שְׁנָץ corrigia. Longius abest arab. شنص implexus est, adhaesit.

Pi. שִׁנֵּס *accinxit* (lumbos) 1 Reg. 18, 46. Ita omnes vett. interpretes, flagitante contextu.

שִׁנְעָר n. pr. regionis circa Babylonem Gen. 11, 2. 14, 1. Jes. 11, 11. Zach. 5, 11. Dan. 1, 2, de cuius ambitu v. Gen. 10, 10. Cf. Bocharti Phaleg 1, 5. J. D. Mich. Spicileg. geogr. I p. 231. (Syr. ܫܢܥܪ de agro Bagdadensi v. Barhebr. p. 256).

Origo latet.

שְׁתִיָּה f. i. q. שְׁתִי no. I. Esth. 1, 8.

שָׁתִיל m. *planta, surculus* Ps. 128, 3.

שְׁתַּיִם f. *duae*, v. שְׁנַיִם.

שָׁתַל fut. יִשְׁתֹּל *plantavit*, vc. poët. Ps. 1, 3. 92, 14. Hos. 9, 13. Jer. 17, 8. Ez. 17, 8. 19, 10. 13. Inde שָׁתִיל.

שָׁתַם prob. *reclusit* (cogn. סָתַם, שָׂתַם clausit. Chald. perforavit). Occurrit in unà formulà Num. 24, 3. 15: שְׁתֻם הָעָיִן *recluso oculo* (mentis), de vate, i. q. גְּלוּי עֵינַיִם Comm. 4. Ad sententiam Ps. 40, 7.

שָׁתַן tantum part. Hiph. מַשְׁתִּין *mingens*. (Talmudistae utuntur etiam inf. השתין, fut. ישתין, radicis autem שתן nullum vestigium exstat: *mingendi* contra significatu usitatum est שִׁין, unde שִׁין. Non male propterea Jo. Simonis ed. 2. הִשְׁתִּין contractum statuit ex הִשְׁתַּיֵּן Hithpa. a rad. שִׁין). Legitur in hac unà formulà: מַשְׁתִּין בְּקִיר *mingens ad parietem*, qua *parvulum* contemtim fere designant, max. ubi totius gentis vel familiae exstirpandae mentio est. 1 Reg. 16, 11: *trucidavit omnem domum Baësae nec reliquit ei mingentem ad parietem*

(ne parvulum quidem), *cognatos et amicos.* 14, 10. 21, 21. 1 Sam. 25, 22. 34. 2 Reg. 9, 8, cf. eandem locutionem apud Syros v. c. Assem. bibl. orient. II, p. 260: *an dioecesis sacra Gumae* (me teneat) *in qua non remansit qui mingat ad parietem?* i. e. quae tota devastata est. *Puer* autem in hac formula ita contemtim fere designatur iccirco quod homines adultiores bene morati in Oriente nonnisi sedentes, neque facile in aliorum conspectu mingere solent (Herod. 2, 35. Cyrop. I, 2, §. 16. Ammian. Marcell. 23, 6). Fuerunt etiam, qui *servum* et *infimae sortis hominem* intelligerent (Jahnii Arch. I, 2 p. 77. hermeneut. sacrae p. 31); aliique, qui *canem* (Ephr. syr. Opp. I, 542. Abulwalides, Juda ben Karisch mss., Kimchius, Jarchius); sed utrumque ab illorum locorum contextu alienius est. Vide Lud. de Dieu ad 1 Sam. 25, 34. Boch. Hieroz. I, p. 675.

שָׁתַק fut. יִשְׁתֹּק *consedit*, dein *siluit, tacuit* (vic. סָכַת, שָׁקַט), de fluctibus Ps. 107, 30. Jon. 1, 11. 12, de iurgio Prov. 26, 20.

שֵׁתָר (ستار, pers. stella) n. pr. principis Persarum Esth. 1, 14.

שְׁתַר בּוֹזְנַי (ستار بازناى stella splendida) n. pr. praefecti persici Esr. 5, 3. 6, 6.

שָׁתַת i. q. שִׁית posuit. Inde bis legitur praet. pl. שַׁתּוּ. Ps. 49, 15: כַּצֹּאן לִשְׁאֹל שַׁתּוּ *ovium instar* eos *collocant in orco* i. e. propellunt, detrudunt eos in orcum (cf. 88, 5). 73, 9: שַׁתּוּ בַשָּׁמַיִם פִּיהֶם *coelo admovent os suum*, i. e. coelum adoriuntur et quasi provocant superbe et impie dictis.

ת

Tav (Tau), tertia et vicesima eaque ultima alphabeti littera, ubi numeri nota est i. q. *quadringenti.* De significatione nominis v. s. v. תָּו.

Ad pronunciationem quod attinet, ת raphatum est littera aspirata et blaesum fere sonum habuisse videtur, instar gr. ϑ et *th* Anglorum; Dagesch leni munitum (תּ) est t tenue, quod quomodo differat a ט, v. p. 383. In lingua arabica ei respondet ت, raro ث, ut in תָּקַף, ثقف. Passim permutatur cum Schin (p. 972) et Tet (p. 383) adeoque aliqua eius cum spiritibus (א, ה) cognatio est, v. Gramm. hebr. p. 101 not., adde אוּב, שׁוּב, תּוּב redire, אָוָה et תָּוָה habitavit, it. designavit; et sic saepe in Arabismo.

תָּא m. *conclave* 1 Reg. 14, 28. Ez. 40, 7 sq. (Chald. תְּוָא, תָּוָן, syr. ܬܘܐ, ܬܘܘܐ). Pl. תָּאִים, semel תָּאוֹת Ez. 40, 12, a rad. תָּוָה no. III habitavit. Caeterum תָּא ortum est ex תָּו (pro תָּוָה), ו litterâ propter praecedens Kamez in Aleph mutatâ, ut קָם, קָאם, קָוַם.

I. תָּאַב *desideravit*, sq. לְ Ps. 119, 40. 174. In lingua chaldaea crebrius. (Congruunt אָבָה, אָוָה, possitque haec radix secundaria videri, ducta ex Hithpa. illorum verborum).

Deriv. תַּאֲבָה.

II. תָּאַב non legitur nisi part. Pi. מְתָאֵב i. q. מְתַעֵב *abominans.* Am. 6, 8, ע et א litteris more aramaeo permutatis, v. p. 1.

תַּאֲבָה f. *desiderium* Ps. 119, 20, a rad. תָּאַב no. I.

I. תָּאָה i. q. תָּוָה no. I designavit, tantum in

Pi. Fut. תְּתָאוּ Num. 34, 7. 8. LXX. καταμετρήσετε. Syr. determinabitis. Cf. אָוָה no. III.

II. תָּאָה i. q. arab. تَأَى cursu antevertit. Inde

תְּאוֹ Deut. 14, 5 et contr. **תּוֹא** Jes. 51, 20 *dorcadis* species a velocitate cursus dicta. LXX. Vulg. in Deut., Aqu. Symm. Theod. Vulg. apud Jes. *orygem* reddunt, Targg. *bovem silvestrem*, quod non multum differt (cf. רְאֵם). V. Boch. Hieroz. T. I, p. 973.

תַּאֲוָה f. (a rad. אָוָה no. I) 1) *desiderium*, sive honestum et iustum Ps. 10, 17. 21, 3, sive impium 112, 10. — 2) in malam partem *libido, appetitus* (Lust, Gelüst). Num. 11, 4: הִתְאַוּוּ תַּאֲוָה *cepit eos libido*. Ps. 78, 29. 30. קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה sepulcra libidinis Num. 11, 34. 35. — 3) *deliciae*. מַאֲכַל תַּאֲוָה cibus deliciarum i. e. delicatus Iob. 33, 20. Gen. 3, 6, it. *decus* 49, 26. Prov. 19, 22.

תָּאוֹם *gemellus*, tantum pl. תְּאוֹמִים Gen. 38, 27, per Syriasmum contr. תּוֹמִם Gen. 25, 24, cstr. תְּאוֹמֵי Cant. 4, 5, a rad. תָּאַם.

תַּאֲלָה f. (a rad. אָלָה) *exsecratio* Thren. 3, 65.

תָּאַם *geminus, duplex fuit.* Part. תֹּאֲמִים duplices (de asseribus) Ex. 26, 24. 36, 29. (Syr. et arab. gemellus fuit, socium habuit in partu).

Hiph. gemellos peperit Cant. 4, 2. 6, 6.

Derivv. תָּאוֹם et

תְּאֹם vel **תֹּאם**, unde pl. תָּאֳמֵי *gemelli* Cant. 7, 4. Nomen monosyllabum formae גְּדֹל, גֹּדֶל proprie abstractum h. l. pro concr. ponitur.

תַּאֲנָה f. *occursus venereus, coitus*, a rad. אָנָה no. II. *Pi. obvium fecit*, quod ad congressum maris cum femina transfertur. Semel legitur de asinae ferae libidine Jerem. 2, 24. Non minus apte N. G. Schroederus (Observatt. ad origg. hebr. p. 10) libidinis significatum ducit a rad. أَنَى ferbuit (cf. פָּחַז).

תְּאֵנָה pl. תְּאֵנִים f. *ficus* arbor Gen. 3, 7 (ubi ficus indica s. *Musa paradisiaca* nostr. Paradiesfeigenbaum, foliis permagnis, intelligenda videtur) Num. 13, 23. 20, 5. Deut. 8, 8 cet., et fructus 2 Reg. 20, 7. (Etymon latet; neque enim a rad. אוּן, neque a תָּאַן, arab. تَأَن Conj. III commode duci potest). *Sub vite et ficu sedere* dicuntur, qui tranquille et feliciter vitam degunt 1 Reg. 5, 5. Zach. 3, 10. Mich. 4, 4. V. Celsii Hierobot. T. II, p. 368 — 399.

תֹּאֲנָה (pro תַּאֲנָה) f. *occasio* Iud. 14, 4, a rad. אָנָה no. II, v. max. Hithp.

תַּאֲנִיָּה f. *moeror, luctus* Jes. 29, 2. Thren. 2, 5, a rad. אָנָה no. I.

תְּאֻנִים m. pl. *molestiae, labores* (a rad. און no. 3). Ezech. 24, 12: תְּאֻנִים הֶלְאָת *laboribus fatigat* (me olla). Vulg. multo labore sudatum est.

תַּאֲנַת שִׁלֹה (vicinia Silontis) n. pr. oppidi in termino agri Ephraimitici Jos. 16, 6.

תָּאַר *designatus, descriptus est, pertinuit* (terminus), sq. מִן — אֶל, ־ָה — (a — usque ad). Jos. 15, 9. 11. 18, 14. 17. Al. active: descripsit.

Pi. descripsit, delineavit Jes. 44, 13. — *Pu.* מְתֹאָר Jos. 19, 13: *Rimmon* הַמְּתֹאָר הַנֵּעָה *quod pertinet ad Neam.* Inde

תֹּאַר cum Suff. תֹּארוֹ (pro תָּאֳרוֹ), תָּאֳרָם m. *forma* corporis 1 Sam. 28, 14. Thren. 4, 8. יְפֵה תֹאַר, יְפַת תֹּאַר pulchrae formae, plerumque de hominibus Gen. 12, 17. 39, 6, et

bestiis Gen. 41, 18. 19. Spec. *forma pulchra* Jes. 53, 2. 1 Sam. 16, 18: אִישׁ תֹּאַר *vir formae* h. e. formosus.

תַּאְרֵעַ n. pr. m. 1 Chr. 8, 35, et **תַּחְרֵעַ** 9, 41.

תְּאַשּׁוּר m. Jes. 41, 19. 60, 13 pr. *erectio* (v. rad. אָשַׁר no. 1), *proceritas*, inde arbor procera, spec. *cedri species* in Libano crescens. Vulg. et Chald. *buxum* reddunt, Syr. et Hebraei *Scherbîn* i. e. cedri speciem conorum parvitate ramisque in altum tendentibus insignem.

תֵּבָה f. pr. *cista, arca* (chald. תֵּיבוּתָא, arab. تَابُوتٌ, تَابُوَةٌ arca, loculus, adde gr. θίβη, θήβη ap. LXX intpp. ex usu Orientalium repetitum), de navigio Noachi arcae in modum constructo Gen. 6, 14 sq., de arcula in qua Moses puer expositus est Ex. 2, 5. LXX. κιβωτός. Vulg. arca. Lutherus apposite retinuit vc. *Arche*, quod et arcam et navigium ei simile denotat (v. Adelung s. v.). Etymon latet.

תְּבוּאָה f. 1) *proventus*, ut terrae Jos. 5, 12, areae Num. 18, 30, torcularis ibid., vineae Deut. 22, 9. — 2) *quaestus, lucrum.* תְּבוּאַת הָרָשָׁע quaestus improbi Prov. 10, 16. 15, 6. תְּבוּאַת חָכְמָה lucrum ex sapientia redundans. 3, 14. 8, 19. Jes. 23, 3. — 3) metaph. *fructus.* תְּבוּאַת שְׂפָתָיו fructus sermonum eius. Prov. 18, 20. Cf. פְּרִי no. 1.

תָּבוּן m. *intelligentia, prudentia.* Hos. 13, 2: *fecerunt idola* בִּתְבוּנָם *pro intelligentia sua* i. e. pro lubito suo.

תְּבוּנָה f. id. *intelligentia, prudentia* (Einsicht), de Deo et hominibus Prov. 2, 6. 3, 19. 21, 30. Deut. 32, 28. Pl. ut nostr. *Einsichten* Prov. 11, 12. 28, 16. Jes. 40, 14, it. *sermones intelligentes* Iob. 32, 11. Rad. בִּין, בּוּן.

תְּבוּסָה f. (a rad. בּוּס) *conculcatio, interitus* 2 Chr. 22, 7.

תָּבוֹר (vel lapicidina, a rad. תָּבַר i. q. שָׁבַר, vel locus editus, umbilicus i. q. טַבּוּר q. v.) n. pr. 1) montis in confiniis agri Sebulonitarum et Naphtalitarum in media planitie siti, Josepho Ἰταβύριον, Ἀταβύριον (Relandi Palaestina p. 331—36), hodie جبل طور dicti (Burckhardti Reisen p. 589 sq.) Jos. 19, 22. Iud. 4, 6. 8, 18. Ps. 89, 13. Jer. 46, 18. Hos. 5, 1. — 2) querceti in agro Benjaminitarum 1 Sam. 10, 3. — 3) oppidi Levitarum in tribu Sebulon 1 Chr. 6, 62.

תֵּבֵל f. (Zere utroque impuro) vc. poet. 1) *terra fertilis et habitata, orbis habitatus*, οἰκουμένη (a rad. יָבַל, ubi vide Hiph. no. 3, syr. ܬܐܒܝܠ, ܬܒܝܠ, ܬܒܠ id.) Jes. 14, 17 (opp. מִדְבָּר). Bis poët. dr. תֵּבֵל אַרְצוֹ orbis terrarum eius (Dei) Prov. 8, 31. Iob. 37, 12, cf. אֶרֶץ וְתֵבֵל Ps. 90, 2. Saepe 2) *universum terrarum orbem* notat, max. ubi terrae conditae mentio fit 1 Sam. 2, 8. Ps. 18, 16. 93, 1, meton. incolas terrae Ps. 9, 9. 24, 1. 33, 8. 96, 13. 98, 9. Hyperb. dicitur de regno Babylonico Jes. 13, 11, Israëlitico 24, 4 (cf. orbis Romanus).

תֶּבֶל m. *inquinatio, contaminatio foeda.* Lev. 18, 23 post legem de Sodomiâ: תֶּבֶל הוּא *foeda haec* est *contaminatio.* 20, 12. Rad. בָּלַל no. 3 (ut תֶּמֶס a rad. מָסַס), cf. chald. בַּלְבֵּל profanavit (incestu) Gen. 49, 4 Jon., arab. بَلَّ profanus fuit, adulterium commisit.

תֻּבַל v. תּוּבַל.

תַּבְלִית f. *consumtio, internecio* Jes. 10, 25, a rad. בָּלָה. Nonnulli libri mss. et edd. habent תַּכְלִיתָם, quod itidem *consumtionis* vim habere possit, a כָּלָה Pi. Sed videtur ta-

men haec scriptura librario deberi, cui תַּכְלִית familiarius erat, cf. similem scripturae varietatem Iob. 21, 13. 36, 11.

תְּבַלֻּל m. *conspersus, maculatus* (a rad. בָּלַל no. 2), non legitur nisi Lev. 21, 20: תְּבַלֻּל בְּעֵינוֹ. Vulg. *albuginem habens in oculo*. Vers. anon. in Hexaplis: λεύκωμα, cf. Tob. 2, 9. 3, 17. 6, 8 (ubi interpres hebr. g. λεύκωμα nostro vc. reddit). Targg. limax h. l. lippitudo (v. rad. בָּלַל no. 1).

תֶּבֶן m. *stramen* triturando dissectum, *palea*. (Arab. تِبْن id., unde denom. تَبَّنَ stramen pro pabulo dedit, stramen vendidit. De origine ambigunt. Non improbabile autem, תֶּבֶן dictum esse pro תְּבָנָה a rad. בָּנָה, et *aedificandi materiam* designare, coll. Ex. 5, 7 sqq., cf. אֶבֶן et תִּבְנִי). Iob. 21, 18. Gen. 24, 25. Jes. 11, 7. 65, 25.

Denom. מַתְבֵּן, et

תִּבְנִי (prob. pro תְּבָנְיָה aedificatio Jeliovae) n. pr. m. 1 Reg. 16, 21. 22.

תַּבְנִית f. (a rad. בָּנָה) 1) *structura, aedificandi modus* Ps. 144, 12. — 2) *exemplar*, ad cuius normam aliquid exstruitur (Modell) Ex. 25, 9. 40. 2 Reg. 16, 10. — 3) *imago, simulacrum* rei Deut. 4, 16—18. Ez. 8, 10. Inde Ez. 8, 3: וַיִּשְׁלַח תַּבְנִית יָד *et extendit* quod *speciem manus* habebat, nostr. *etwas wie eine Hand*. 10, 8. Cf. דְּמוּת no. 3.

תַּבְעֵרָה (incendium) n. pr. loci in deserto Arabiae Num. 11, 3. Deut. 9, 22.

תֵּבֵץ (fort. splendor, a rad. inusit. יָבַץ q. v.) n. pr. oppidi prope Sichemum Iud. 9, 50. 2 Sam. 11, 21.

תְּבַר chald. i. q. hebr. שָׁבַר *fregit*. Part. pass. תְּבִיר fragilis Dan. 2, 42. Cf. תְּבוּר.

תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר n. pr. *Tiglathpileser*, rex Assyriae ab anno 753 usque ad a. 734 a. Chr. 2 Reg. 15, 29. 16, 10. Idem scribitur תִּגְלַת פִּלֶסֶר 2 Reg. 16, 7, תִּלְּגַת פִּלְנְאֶסֶר 1 Chr. 5, 6. 2 Chr. 28, 20, et תִּלְגַת פִּלְנֶסֶר 1 Chr. 5, 26. (Prior nominis pars idem valere videtur quod *Diglath* Tigris fluvius [v. חִדֶּקֶל] pr. acer, celer; posterior, quae etiam in nomine *Nabo-polasaris* comparet, pers. پالاسر magnus rex, cf. sanscr. *pâla* dominus, rex, a rad. *pâl* custodire, regere, nisi statuere mavis *Pilesar* et *Polasar* esse i. q. sanscr. *pura sara* antecedens, dux, v. Bopp glossar. p. 109. Integrum nomen transtulerim *dominus Tigridis*).

תַּגְמוּל m. (a rad. גָּמַל) *beneficium* i. q. גְּמוּל Ps. 116, 12.

תִּגְרָה f. (a rad. גָּרָה) *lis, contentio*. Ps. 39, 11: מִתִּגְרַת יָדְךָ אֲנִי כָלִיתִי *sub litibus manus tuae* i. e. plagis divinis *consumor*. (Chald. id.).

תֹּגַרְמָה Gen. 10, 3 et **תּוֹגַרְמָה** 1 Chr. 1, 6. Ez. 27, 14. 38, 6 n. pr. gentis et regionis septentrionalis a Gomer (Cimmeriis oriundae, quae equis mulisque abundabat. Intelligenda videtur *Armenia* equis feracissima (ἱππόβοτος σφόδρα Strab. XI, 13 §. 9, saltem pars eius: quae etiam ipsorum Armenorum, qui Torgomum Gomeri filium (LXX enim l. l. c. c. habent litteris transpositis Θοργαμά, Θεργαμά, Θυργαμά, adeoque nonnulli codd. hebr. תרגמה) suae gentis conditorem statuunt seque *domum Torgomi* appellant, vel traditio est vel opinio. Vide J. D. Michaëlis Spicileg. geogr. T. I, p. 67—78.

תִּדְהָר m. nomen arboris in Libano crescentis Jes. 41, 19. 60, 13. Vulg. *ulmus*. Chald. מוּרְנִין h. e. platani species, quae arab. ساج vocatur. Malim *robur, ilicem*, pr. enim *arborem firmam, duraturam* notat (cf. תְּדִירָא) a rad. דָּהַר no. 2.

Cf. Celsii Hierobot. T. II, p. 271, et comment. nost. ad Jes. 41, 19.

תְּדִירָא f. chald. *circuitus* (a rad. דּוּר), *perpetuitas* i. q. תָּמִיד. Adv. בִּתְדִירָא perpetuo Dan. 6, 17. 21.

תַּדְמֹר 1 Reg. 9, 18 Keri et 2 Chr. 8, 4 n. pr. urbis in deserti syriaci regione fertili Damascum inter et Euphratem a Salomone conditae, ab Arabibus et hodieque تَدْمُر sive تَدْمُر (i. e. locus palmarum ferax, v. Schultens. ind. ad vit. Saad.) appellatae, gr. *Palmyra* (ut vicissim Arabes Palmam, Hispaniae urbem تَدْمِيرَة appellabant). Idem est תָּמָר (palma) 1 Reg. l. c. Chethibh, quod minus usitatum fuisse videtur. In titulis aramaeis et graecis, qui magno numero in ruinis Palmyrae reperti sunt, hoc nomen vel תדמר vel תדמור scribitur, v. Swinton in Philos. Transactions, T. 48.

תִּדְעָל (*timor*, *veneratio*, a rad. sam. דעל = وَجِلَ timuit) n. pr. regis Gen. 14, 1.

תָּהָה rad. inusit., chald. תְּהָא *vastus*, *desertus fuit* (cogn. radici שָׁאָה), unde תֹּהוּ, תְּהוֹמָא vastus, desertus, arab. تِيهٌ vacuus. Inde

תֹּהוּ (pro תֹּהֶו forma segolata et penacuta) subst. 1) *vastitas*, concr. *vastum*, *vastatum* Gen. 1, 2. Iob. 26, 7, inde a) *desertum* Deut. 32, 10. Iob. 6, 18. 12, 24, b) *vastatio*. Jes. 24, 10: קִרְיַת תֹּהוּ *urbs vastata*. 34, 11. — 2) *inanitas*, et concr. *res inanis*, *inane* (syn. הֶבֶל) Jes. 41, 29. 44, 9. 49, 4. 59, 4. 1 Sam. 12, 21; *nihil* i. q. אַיִן Jes. 40, 17. 23. — 3) לְתֹהוּ Jes. 49, 4 et acc. תֹּהוּ adv. *frustra*. Jes. 45, 19.

תְּהוֹם pl. תְּהֹמוֹת comm., vc. poët. pr. aqua strepens, commota (a rad. הוּם), inde 1) *fluctus* (Welle, Woge). Ps. 42, 8: תְּהוֹם אֶל־תְּהוֹם קֹרֵא *fluctus fluctum vocat*, h. e. fluctus fluctum continuo excipit. Plur. Ex. 15, 5. 8. Ps. 33, 7. 78, 15. — 2) *magna vis aquarum* i. q. מַיִם Deut. 8, 7. Ez. 31, 4. תְּהוֹם רַבָּה *oceanus*, *mare* Gen. 7, 11. Ps. 36, 7. Am. 7, 4 et simpl. תְּהוֹם id Iob. 28, 14. 38, 16. 30. Inde 3) *abyssus*, adeo de voraginibus terrae Ps. 71, 20. (Syr. ܬܗܘܡܐ fluctus, abyssus).

תְּהִלָּה f. (a rad. הָלַל Pi.) 1) *laus* Ps. 22, 26. 48, 11. 51, 17, inde a) carmen laudem continens, *hymnus*. Ps. 22, 4. 66, 2. 145, 1, et pl. תְּהִלִּים, quomodo universae Psalmorum collectioni inscribitur. b) *is qui laudatur, celebratur*. Deut. 26, 19. Jer. 13, 11. 33, 9. Zeph. 3, 19. 20. — 2) *laus*, qua quis apud alios floret, *gloria*. Ps. 9, 15. Jes. 42, 8. Inde *is* (id) *quo quis glorietur*. Jer. 17, 14: תְּהִלָּתִי אָתָּה *tu* (Jehova) es *gloria mea*. Deut. 10, 21.

תָּהֳלָה f. ἅπ. λεγόμ. Iob. 4, 18, quod LXX reddunt: σκολιόν τι. Vulg. *pravum quid*. Targ. *iniquitas*. De etymo variae sunt interpretum opiniones: verum dudum viderunt Hebraei, in his Kimchius, quibus תָּהֳלָה est fem. a תָּהֵל sive תֹּהַל (a rad. הָלַל, ut תָּמֵס, תֵּבֵל, תֹּרֶן, a מָסַס, בָּלַל, רָנַן). Neque est, quod in ל litterâ Dagesch desideres, coll. מֶכֶס (a כָּסַס) f. מִכְסָה, v. Lgb. p. 503. Inde pr. est *stultitia* (v. הָלַל no. 4), inde *peccatum*, cf. נָבָל. Aliis rad. est وهل erravit, deliquit, unde وَهْلٌ error, et inde ducunt nomen תּוֹהֲלָה, תָּהֳלָה, ex quo ortum sit תָּהֳלָה, ut vicissim הֵילָלָה ex הֵלָלָה Iud. 6, 28, זֹעֲמָה ex זָעֲמָה Num. 23, 7.

תַּהֲלוּכָה f. (a rad. הָלַךְ) *processio, pompa* Neh. 12, 31.

תַּהְפּוּכָה f. (a rad. הָפַךְ) in pl. tantum תַּהְפֻּכוֹת 1) *perversitas, stultitia* Deut. 32, 20. — 2) *fallacia, fraudes.* Prov. 2, 12. 14. 6, 14. לְשׁוֹן תַּהְפֻּכוֹת lingua fallax 10, 31.

תָּו m. (pro תָּוֶה a rad. תָּוָה no. I) 1) *signum* Ez. 9, 4. (Arab. تَوِى, تَوَاءٌ signum crucis formâ equorum et camelorum femori collove inustum; unde nomen litterae ת, quae apud Phoenices et in nummis Maccabaeorum crucis formam refert. A Phoenicibus autem Graeci quoque et Romani Tau litterae et figuram et nomen acceperunt).

2) *signum* (cruciforme) libello actionis nominis loco subscriptum, inde *subscriptio* Iob. 31, 35. Etenim quod in synodo Chalcedonensi aliisque maxime Orientis synodis adeo episcopis accidisse perhibetur, ut scribendi artis ignari crucis signum pro nomine pingerent, quodque hodie in iudiciis a plebeiis fieri solet, id in illa artis scribendi infantia non potest non ita usitatum fuisse, ut in linguae usum reciperetur.

תּוֹא v. תְּאוֹ dorcas.

תּוּב fut. יְתוּב chald. i. q. hebr. שׁוּב *redire, reverti* Dan. 4, 31. 33.

Aph. הֲתִיב *reddidit.* Esr. 6, 5. הֲתִיב פִּתְגָם i. q. hebr. הֵשִׁיב דָּבָר respondit, sq. acc. pers. Esr. 5, 11. Dan. 3, 16 (de loco Dan. 2, 14, v. עֵטָא). ה׳ נִשְׁתְּוָנָא reddidit epistolam, respondit per litteras Esr. 5, 5.

תּוּבַל Ez. 27, 13. 38, 2. 3. Jes. 66, 19 et **תֻּבַל** Gen. 10, 2. Ez. 32, 26. 39, 1 n. pr. *Tibareni,* gens Asiae minoris ad pontum euxinum habitans, ab occidente Moschorum, v. מֶשֶׁךְ no. 3.

תּוּבַל קַיִן (fort. *scoriarum faber,* comp. ex arab. قَين faber, et pers. توبل metalli scoriae, genitivo praemisso, quod originem assyriam vel persicam sapit) n. pr., *Tubalkain,* Lamechi filius, rei ferrariae auctor Gen. 4, 22.

תּוּבֻנָה Iob. 26, 12 Chethibh pro תְּבוּנָה prudentia.

תּוּגָה f. (a rad. יָגָה) *aegritudo, moeror* Prov. 14, 13. 17, 21. Ps. 119, 28.

תּוֹגַרְמָה v. תֹּגַרְמָה.

תּוֹדָה f. (a rad. יָדָה Hiph.) 1) *confessio* Jos. 7, 19. Esr. 10, 11. — 2) *gratiarum actio* Ps. 26, 7. 42, 5. זָבַח תּוֹדָה gratias Deo (pro sacrificio) obtulit Ps. 50, 14. 23. 107, 22. 116, 17 (quae formula non de sacrificiis propriis accipienda est). זֶבַח תּוֹדָה Lev. 22, 29, זֶבַח תּוֹדַת הַשְּׁלָמִים 7, 13. 15, cf. 12, et ellipt. תּוֹדָה sacrificium eucharisticum Ps. 56, 13. — 3) *chorus* gratias agentium, Deum celebrantium Neh. 12, 31. 38. 40.

תְּוַהּ chald. (vic. תְּמַהּ) *obstupuit* Dan. 3, 24.

I. תָּוָה (cf. אָוָה no. III) in Kal inusit. i. q. תָּאָה no. I; *signavit, designavit.*

Pi. id. 1 Sam. 21, 14 de Davide insaniam simulante: וַיְתָו עַל־דַּלְתוֹת הַשַּׁעַר *signa* notasve *pinxit in valvis portae,* more puerorum petulantium.

Hiph. הִתְוָה תָו *signum fecit,* sq. עַל super aliqua re Ez. 9, 4.

Deriv. תָּו.

II. תָּוָה *poenituit* eum, *doluit.* (Syr. id.).

Hiph. causat. *dolere fecit, afflixit* (populus Deum) Ps. 78, 41.

III. תָּוָה rad. inusit. i. q. אָוָה no. I, et arab. ثَوَى *commoratus*

est, habitavit, unde תָּא conclave, q. v. pro תָּו.

תּוֹחַ n. pr. m. 1 Chr. 6, 19, pro quo V. 11 נַחַת et 1 Sam. 1, 1 תֹּחוּ.

תּוֹחֶלֶת f. (a rad. יָחַל) *exspectatio, spes* Ps. 39, 8. Prov. 10, 28.

תָּוַךְ rad. inusit., fort. i. q. تَكَّ secuit, dissecuit, unde

תָּוֶךְ cstr. תּוֹךְ, c. Suff. תּוֹכִי m. *medium* rei, a dividendo dictum (cf. חֲצִי). תּוֹךְ הַבַּיִת media pars aedium, impluvium. 2 Sam. 4, 6. Nomini in genit. postponitur Iud. 16, 29: עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ *columnae mediae*.

Cum praefixx. 1) בְּתוֹךְ a) *in media* (aliqua) *re*, ut בְּתוֹךְ הַבַּיִת in media domo 1 Reg. 11, 20, בְּתוֹךְ יְרוּשָׁלַיִם Zach. 8, 8 et post verba motus: בְּתוֹךְ הַיָּם in medium mare Ex. 14, 27. Passim non differt a בּ A, no. 1 *in* (aliquo loco) Gen. 9, 21. Am. 3, 9, *in* (aliquem locum) Ps. 57, 7. עָבַר בְּתוֹךְ transiit mediam per rem. Ez. 9, 4. Ex. 14, 29. b) ubi refertur ad plures: *inter* (pr. inter medios). בְּתוֹכְכֶם inter vos, in medio vestrum. Gen. 35, 2. Prov. 17, 2. Ez. 2, 5. Adeoque pro בֵּין, ubi discrimen exprimitur Gen. 1, 6: בְּתוֹךְ הַמָּיִם inter aquas (terrestres et coelestes). — 2) מִתּוֹךְ *ex media re*, et simpl. *ex* Jer. 51, 6. Ex. 33, 11. — 3) אֶל־תּוֹךְ *in mediam rem* Num. 17, 12. 19, 6. Cf. syn. קֶרֶב.

Deriv. תִּיכוֹן.

תּוֹךְ i. q. תֹּךְ vexatio q. v.

תּוֹכֵחָה f. (a rad. יָכַח) *castigatio, poena*, i. q. תּוֹכַחַת no. 4. Ps. 149, 7. Hos. 5, 9.

תּוֹכַחַת f. cum Suff. תּוֹכַחְתִּי, plur. תּוֹכָחוֹת (a rad. יָכַח) 1) arguendi actio, *demonstratio* et vindicatio *iuris* Iob. 13, 6. Plur. argumenta Iob. 23, 4. — 2) *redargutio, contradictio* Ps. 38, 15. Prov. 29, 1: אִישׁ תּוֹכָחוֹת *homo contradicens*, obloquendi amans, pervicax (al. ex signif. 3: qui saepe corripitur). — 3) *reprehensio, castigatio*, quae verbis fit. Prov. 1, 23. 25. 30. 3, 11. 5, 12. 27, 5. 29, 15. Plur. תּוֹכְחוֹת מוּסָר reprehensio cum castigatione coniuncta. Prov. 6, 23. Semel de *reprehensione* (Dei), *querimonia* Hab. 2, 1. — 4) *castigatio, poena* Ps. 73, 14. Pl. Ps. 39, 12. Ez. 5, 15: תּוֹכְחוֹת חֵמָה 25, 17.

תּוּכִּיִּים 2 Chr. 9, 21, v. תֻּכִּיִּים.

תּוֹלָד (genus, posteri) n. pr. oppidi Simeonitarum 1 Chron. 4, 29, it. אֶלְתּוֹלַד Jos. 15, 30. 19, 4.

תּוֹלֵדֹת f. pl. (a rad. יָלַד) 1) *generationes, familiae, gentes* Num. 1, 20 sqq. לְתוֹלְדֹתָם secundum genera eorum Gen. 10, 32. 25, 13. Ex. 6, 16. Inde סֵפֶר תּוֹלְדֹת genealogia, stemma Gen. 5, 1. A stemmatibus vero quum historia Orientalium antiquissima maximam partem profecta sit, est 2) *historia*, pr. familiarum. Gen. 6, 9: אֵלֶּה תּוֹלְדֹת נֹחַ *haec est historia Noachi*. 37, 2, et dein etiam de aliarum rerum *originibus* dr. Gen. 2, 4: *hae sunt origines coeli et terrae*. (Cf. יַחַשׂ et syr. ܫܪܒܬܐ familia, stemma, historia).

תּוֹלָל m. (a rad. יָלַל) *vexator* (pr. abstr. vexatio s. actus eius qui lamentari facit alios, lamentationes aliis extorquet, verbale Pi. rad. יָלַל, formae تَفْعَال, תִּפְאָרָה). Semel in pl. Ps. 137, 3: תּוֹלָלֵינוּ *vexatores nostri*. — LXX. ἀπαγαγόντες ἡμᾶς. Vulg. *abducentes nos*, Targ. *praedatores nostri*, תּוֹלָל accipientes pro שׁוֹלָל (mutatis litteris שׁ et ת), quod vero vim passivam habet.

תּוֹלָע m. **תּוֹלֵעָה, תּוֹלַעַת** f. pl. תּוֹלָעִים (a rad. תָּלַע) 1) *vermis*, spec. qui in putredine oritur Ex. 16, 20. Jes. 14, 11. 66, 24, plantas arrodit Jon. 4, 7. Deut. 28, 39.

Metaph. de homine infirmo et contemto Ps. 22, 7. Iob. 25, 6. — 2) impr. *coccum, color coccineus,* plenius תּוֹלַעַת שָׁנִי (v. שָׁנִי) it. *vestes coccineae* Thren. 4, 5. Jes. 1, 18. (Cf. תָּלַע Pu.). — 3) n. pr. a) filii Issachari natu maximi Gen. 46, 13. 1 Chr. 7, 1. b) iudicis Israëlitarum Iud. 10, 1. Patron. litt. a תּוֹלָעִי Num. 26, 23.

תּוּם. Nonnullae formae, quae huius radicis videri possint, v. sub rad. תָּמַם.

תּוֹמִים *gemelli,* v. תְּאֹם.

תומן (תּוֹמָן) Gen. 36, 15 Chethibh pro תֵּימָן.

תּוֹעֵבָה f. cstr. תּוֹעֲבַת (a rad. תָּעַב) *abominatio, res abominabilis.* Prov. 21, 27. 28, 9: תּוֹעֲבַת יְהוָֹה *res quae Jehovae est abominationi.* 3, 32. 11, 1. 20. Maxime dicitur de iis quae ex religionis decretis impura et illicita sunt. Gen. 43, 32: *nam res abominabilis est Aegyptiis* (edere cum Hebraeis). 46, 34. Deut. 14, 3, spec. de rebus ad idolorum cultum pertinentibus 1 Reg. 14, 24. 2 Reg. 16, 3. 21, 2. Esr. 9, 1. Ez. 16, 2, et de ipsis idolis 2 Reg. 23, 13. V. שֶׁקֶץ, שִׁקּוּץ.

תּוֹעָה f. (a rad. תָּעָה) 1) *error* in rebus sacris, *impietas,* v. rad. no. 3. Jes. 32, 6. — 2) *damnum, calamitas* Neh. 4, 2 (8).

תּוֹעָפוֹת pl. f. (a rad. יָעַף) 1) *cursus velox* Num. 23, 22. 24, 8: תּוֹעֲפוֹת רְאֵם *velocitas bubali.* — 2) *defatigatio, labor fatigans* (v. יָעַף no. 2), inde *opes* labore partae (cf. יְגִיעַ no. 3). Ps. 95, 4: תּוֹעֲפוֹת הָרִים *opes montium.* Iob. 22, 25: כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת *argentum thesaurorum* h. e. maxima argenti vis. Alii nonnulli intpp. hoc vc. ducunt a rad. arab. يفع ascendit, adolevit, IV. procerus fuit, unde Num. l. c.: proceritas bubali. Ps. 95, 4: altitudines montium. Iob. 22, 25: argentum acervorum, acervi argenti. Sed prius illud praefero utpote certo et explorato linguae hebraeae usu nixum, cf. rad. יָעַף.

תּוּף verbum inusit., chald. *exspuere,* arab. تفّ (onomatopoët.) exspuere, max. cum contemtu.

Deriv. תֹּפֶת.

תּוֹצָאוֹת f. pl. (a rad. יָצָא exiit) 1) *exitus,* metaph. exitus e periculo, *liberatio* Ps. 68, 21, cf. rad. Eccl. 7, 18. — 2) *locus ex quo* (quis, quid) *exit,* inde porta Ez. 48, 30, fons Prov. 4, 23: תּוֹצְאוֹת חַיִּים *fons vitae,* felicitatis; it. *locus ubi* (aliquid) *exit,* de exitu (fine) termini Num. 34, 4. 5. 8. 9. Ios. 15, 4.

תּוּר 1) *circuire* (arab. تار id., cf. radd. vic. s. v. דּוּר), sive a) negotiandi causa (cf. רָכַל, סָחַר), sive b) explorandi causa, inde *explorare* v. c. terram, sq. acc. Num. 13, 16. 17. 21. 14, 6 sq., it. *exquirere* aliquid Deut. 1, 33. Num. 10, 33. Ez. 20, 6. Metaph. *investigare,* sq. acc. Eccl. 7, 25, et sq. עַל Eccl. 1, 13, sq. gerundio (darauf denken, etwas zu thun, wie man etwas thue). 2, 3. — 2) sq. אַחֲרֵי *sequi, sectari.* Metaph. Num. 15, 39.

Hiph. fut. יָתֵר et more rabbin. יַתֵּר 2 Sam. 22, 33 1) *circumduxit* aliquem, spec. ad viam ei monstrandam in locis minus cognitis. (Chald. תַּיָּר conductor viae). Sq. accus. Prov. 12, 26: יָתֵר מֵרֵעֵהוּ צַדִּיק *viam monstrat amico suo probus.* Sq. dupl. acc. pers. et viae 2 Sam. l. c. וַיַּתֵּר תָּמִים דַּרְכּוֹ *et ducit* (Deus) *integrum viam suam,* monstrat homini integro viam, qua incedendum est. Ita nimirum expediendus est hic locus, de quo interpretando desperasse videntur intpp. ad Ps. 18, 33.

Derivv. יָתוּר, תּוֹר no. II.

I. תּוֹר m. *turtur* (vc. onomatopoët. et primit.) Gen. 15, 9. Lev. 12, 6, blande de amica Cant. 2, 12, de populo Israëlitico. Ps. 74, 19: תּוֹרְךָ *turtur tuus*, h. e. populus prae ceteris tibi gratus, nunc afflictus et timidus.

II. תּוֹר m. 1) *ordo*, max. qui in orbem it Esth. 2, 12. 15. — 2) *linea margaritarum*, vel globulorum ex auro et argento factorum (capitis ornatus) Cant. 1, 10. 11, a rad. תּוּר.

III. תּוֹר 1 Chr. 17, 17 i. q. תּוֹרָה in loco parallelo 2 Sam. 7, 19 *modus et ratio*. Modo genuina est scriptura, forma, orta videtur ex תּוֹרָה = תּוֹרָה.

תּוֹר chald. *bos*, i. q. hebr. שׁוֹר. Pl. תּוֹרִין boves Dan. 4, 22. 29. 30. 5, 21. Esr. 6, 9. 17.

תּוֹרָה f. (a rad. יָרָה Hiph. no. 4 docuit) 1) *institutio*, *doctrina* Iob. 22, 22, a) humana, velut parentum Prov. 1, 8. 3, 1. 4, 2. 7, 2. b) divina per prophetas Jes. 1, 10. 8, 16. 20. 42, 4. 21.

2) *lex*, a) humana i. q. modus et ratio, quam sequuntur homines 2 Sam. 7, 19. b) divina, sive una, sq. genit. obiecti v. c. *lex sacrificii* Lev. 6, 7. 7, 7, sive collect. *leges*. סֵפֶר הַתּוֹרָה liber legis Jos. 1, 8. 8, 34. 2 Reg. 22, 8. 11. Neh. 8, 3. Pl. תּוֹרוֹת leges Ex. 18, 20. Levit. 26, 46.

תּוֹשָׁב m. (a rad. יָשַׁב habitavit) *advena*, *colonus*, in peregrina regione degens, in qua civitatem non habet Lev. 22, 10. 25, 47. Ps. 39, 13. Pl. cstr. 1 Reg. 17, 1.

תּוּשִׁיָּה f. vc. mere poët., pr. *erectio*, *rectum* (a rad. יָשָׁה), inde 1) *auxilium* (cf. arab. وسى Conj. III. opitulatus, consolatus est, pr. erexit). Iob. 6, 13: תּוּשִׁיָּה נִדְּחָה מִמֶּנִּי *auxilium a me aufugit* (in altero membro עֶזְרָה. LXX. βοήθεια). Prov. 2, 7. (LXX. σωτηρία). Mich. 6, 9 (in compluribus certe Codd. et Verss.). Iob. 30, 22 Keri.

2) *consilium* (pr. erectio rei, quod quis *erigere s. constituere* vult). Iob. 5, 12: לֹא תַעֲשֶׂינָה יְדֵיהֶם תּוּשִׁיָּה *eorumque manus consilium non exsequuntur*. Vulg. quod coeperant.

3) *consilium* i. q. *sapientia*. Iob. 11, 6: כִּפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה *duplum sapientiae*. 12, 16: עֹז וְתוּשִׁיָּה *potentia et consilium*. 26, 3. Prov. 3, 21. 8, 14. 18, 1. Jes. 28, 29: הִפְלִא עֵצָה הִגְדִּיל תּוּשִׁיָּה *mirificum facit consilium et magnam intelligentiam*.

תּוֹתָח (a rad. יָתַח) m. *fustis*. Iob. 41, 21. LXX. σφῦρα. Vulg. *malleus*.

תָּזַז v. תִּיז.

תַּזְנוּת f. (a rad. זָנָה) *scortatio*, metaph. idolorum cultus. Ez. 16, 25. 26. 29. 23, 8. Pl. תַּזְנוּתִים Ez. 16, 15. 20. 22. 23, 7 sqq.

תַּחְבֻּלוֹת et תַּחְבּוּלוֹת (a rad. חָבַל no. 1 et pr. ductum a nomm. חֶבֶל funis, חֹבֵל nauta, gubernator) pl. f. 1) *gubernatio* Iob. 37, 12, max. reipublicae Prov. 11, 14. — 2) ars gubernandi, inde *consilium prudens*, in bonam partem Prov. 1, 5. 20, 18. 24, 6, *consilium callidum* in malam partem 12, 5.

תֹּחוּ v. תֹּחַ.

תְּחוֹת chald. praep. *sub*, i. q. hebr. תַּחַת Dan. 7, 27. Est pr. nomen plurale, inde c. Suff. תְּחוֹתוֹהִי sub eo Dan. 4, 9. 18.

תַּחְכְּמֹנִי patron. a n. pr. m. aliunde non cognito תַּחְכְּמֹן (sapientia) 2 Sam. 23, 8. Cf. חַכְמֹנִי.

תְּחִלָּה f. (a rad. חָלַל Hiph. incepit) *initium* Hos. 1, 2. Prov. 9, 10. בַּתְּחִלָּה initio h. e. antea. Gen. 13, 3. 41, 21. 43, 18. 20. Jes. 1, 26.

תַּחֲלוּא, tantum pl. תַּחֲלֻאִים m. (a

rad. חָלָא = חָלָה aegrotus fuit) *morbi.* Deut. 29, 21. Ps. 103, 3. Jer. 16, 4: מְמוֹתֵי תַחֲלוּאִים יָמוּתוּ *morbis morientur.* Concr. 14, 18: תַּחֲלוּאֵי־רָעָב *fame confecti.*

תַּחְמָס m. Lev. 11, 16. Deut. 14, 15, avis impura, a violentia et iniuria dicta (rad. חָמַס), Bocharto auctore (Hieroz. p. II p. 232) *struthio mas*, etiam apud Arabes ظليم impius appellatus a crudelitate in pullos, cf. Iob. 39, 17 sq. Thren. 4, 3. Vocabulum praecedens בַּת יַעֲנָה l. l. c. c. sensu angustiore de struthione femina intelligendum videtur. — LXX. et Vulg. *noctuam* reddunt, Jonath. *hirundinem.*

תַּחַן (pro תַּחֲנָה statio, castra) n. pr. m. 1) Num. 26, 35. 2) 1 Chr. 7, 25. A priori est patron. תַּחֲנִי Num. 26, 35. — Cf. תַּחֲנוֹת.

תְּחִנָּה f. (a rad. חָנַן) 1) *gratia, misericordia* Jos. 11, 20. Esr. 9, 8. — 2) *preces, supplicatio* (pr. misericordiae imploratio, a rad. in Hithp.) Ps. 6, 10. 55, 2. 119, 170. — 3) n. pr. m. 1 Chr. 4, 12.

תַּחֲנוּן, tantum pl. תַּחֲנוּנִים Ps. 28, 2. 6. 31, 23. 116, 1 et תַּחֲנוּנוֹת 86, 6 i. q. תְּחִנָּה no. 2 *preces, supplicatio.*

תַּחֲנוֹת m. pl. (a rad. חָנָה) locus, quo castra ponuntur. 2 Reg. 6, 8.

תַּחְפַּנְחֵס Ez. 30, 18 et תַּחְפַּנְחֵס Jer. 43, 7. 8. 9. 44, 1. 46, 14, it. 2, 16 Keri (ubi Cheth. habet תַּחְפְּנֵס) n. pr. urbis in Aegypto, quod LXX reddunt Τάφνη, Τάφναι. Haud dubie est *Daphne*, urbs munita prope Pelusium. Ac Jablonskius (Opuscc. p. I, 343) eius urbis nomen aegyptiace scriptum fuisse censet ⲦⲀⲪⲈ-ⲈⲚⲈⲌ h. e. *caput* vel *principium seculi*, quod nos diceremus initium mundi s. terrae (qs. orbis aegyptiaci). „Sic responderet urbi *Syenae* [v. supra סְוֵנֵה p. 706], quae Aegyptum claudit versus Aethiopiam . . . . ; quemadmodum Taphnae Aegyptum claudebant versus Syriam et Arabiam."

תַּחְפְּנֵיס (caput seculi, v. praec.) n. pr. reginae aegyptiacae 1 Reg. 11, 19. 20.

תַּחְרָא m. *lorica* (θώρηξ) eaque lintea Exod. 28, 32. 39, 23, pr. vestis militaris, armatura, a rad. חָרָה, syr. ܚܪܐ Ethpe. pugnavit, bellum gessit, Aph. ad pugnam paravit.

תַּחְרֵעַ v. תַּאְרֵעַ Tiph.

תַּחַשׁ m. vocabulum obscurum, ubique hoc nexu: עוֹר תַּחַשׁ pellis Tachasch Num. 4, 6 sq. Pl. עוֹרוֹת תְּחָשִׁים pelles T. Exod. 25, 5. 26, 14. 35, 23. 39, 34, et in eandem sententiam simpl. תַּחַשׁ Num. 4, 25. Ez. 16, 10 (ubi calcei mulierum inde confici dicuntur). Vett. interpretes (LXX. ὑακίνθινα. Aqu. Symm. ἰάνθινα. Chald. et Syr. *rubra*), quos sequitur Bochartus (Hieroz. I, p. 989 sqq.), corii colorem intelligunt, meram coniecturam secuti, neque ullum vel in etymo vel in linguis cognatis praesidium habentes: Talmudistae contra et Hebraei interpretes tantum non omnes תַּחַשׁ animal esse volunt, cuius pelles et tabernaculo sacro tegendo et calceis conficiendis adhibitae sint. Eique sententiae accedere et praeeunte R. Salomone ad Ez. l. c. cum Luthero vel *phocam* vel *taxum* s. *taxonem* (*melem* Varr. Plin.) intelligere, equidem non magnopere dubito. Praeter contextum, qui animal paene flagitat, haec sententia commendatur 1) Talmudistarum auctoritate qui (tract. Sabb. cap. 2 fol. 28) multis de hac bestia disputantes animal *viverrae* (תלא אילן) simile esse tradunt, quod in melem bene cadit; 2) linguarum consensu, cu

ius in animalium et plantarum nominibus permagna est auctoritas. Arabicum تُخَسٌ et دُخَسٌ *delphinum* quidem interpretantur Lexicographi, sed hoc nomen latius patuisse et *phocas* (meli in multis similes) etiam comprehendere in peninsula sinaitica frequentes (Strab. XVI p. 776) dudum observatum est (v. Beckm. ad Antig. Caryst. c. 60). Latinum autem *taxus* et *taxo* (unde in linguis recentioribus *taxo*, *taisson*, *Dachs*) ante Augustinum quidem non reperitur in scriptoribus lat., neque tamen propterea hoc vc. censendum est nove fictum, sed ex lingua vulgari receptum et peregrinae originis. 3) Etymo, quod lingua hebraea satis probabile offert. Namque תַּחַשׁ dictum esse potest pro תַּחְשָׁה a rad. חָשָׁה quievit, ita ut *taxus* dictus sit a somno ferme semestri, qui in proverbium fere abiit: neque minus somnolentae sunt *phocae*. 4) Et melis et phocarum pelles tum tabernaculo tegendo tum calceis elegantioribus adhiberi potuisse, nemo dubitabit: phocarum pelles hodieque calceis adhibentur. Ut dicam quod sentio, Hebraei hoc uno vc., quod apud Arabes et Occidentales deinde certis tantum speciebus tributum est, *phocam, melem* et similes bestias (quas minus accurate et noverant et distinguebant) simul designasse videntur.

תַּחַת 1) subst. *pars inferior, quod infra est.* (Arab. تَحْتٌ id., cf. aeth. አትሐተ: demisit, submisit, depressit, ተትሐተ: humiliatus, depressus est, ትሑት: humilis, ታሕተ: sub. Dubitari tamen potest, num ת finale primarium sit et radicale, an secundarium, quae posterior sententia commendatur arab. تاخ descendit et demersus est [digitus], unde תַּחַת ductum esse possit, sicut נַחַת a נוּחַ). Inde in acc. adverb. *infra* Gen. 49, 25. Deut. 33, 13, מִתַּחַת id. (cf. מִן no. 3, c) Exod. 20, 4. Jos. 2, 11. In statu cstr. (pro quo ~~semel~~ תַּחַת לְ Cant. 2, 6) et c. Suff. iisque plerumque plur. תַּחְתַּי, תַּחְתֶּיךָ, תַּחְתָּיו, תַּחְתֶּיהָ, תַּחְתֵּיהֶם, תַּחְתֵּיכֶם, תַּחְתָּם, תַּחְתֵּינוּ, raro singg. ut תַּחְתֵּנִי 2 Sam. 22, 37. 40. 48 (de quorum forma vide Gramm. hebr. §. 36 not.) Praep. it. 2 Chr.

sub, infra (ὑπό), arab. تَحْتَ. תַּחַת הַשָּׁמַיִם sub coelo Dan. 9, 12, תַּחַת הַשֶּׁמֶשׁ sub sole (v. שֶׁמֶשׁ), תַּחַת הָהָר infra montem, ad radices montis Ex. 24, 4. תַּחַת הַלָּשׁוֹן sub lingua Ps. 10, 7. 66, 17 et תַּחַת שְׂפָתַיִם sub labiis 140, 4 i. e. in ore. תַּחַת יַד פ׳ sub manu i. e. in potestate alic. 1 Sam. 21, 9. De muliere dicitur: scortatur, adulteratur sub marito Num. 5, 19. Ez. 23, 5 i. e. scortatur ista, quae mariti imperio parere debebat. Sed Hab. 3, 16 reddi potest: תַּחְתַּי אֶרְגָּז *in inferioribus meis tremo*, i. e. genua pedesque mihi tremunt. — Cum verbis *motûs* est: a) *sub*, *infra* aliquam rem. 2 Sam. 22, 37. 40. 48. Gen. 18, 4. Iud. 3, 30. b) *κατά*, *deorsum*, i. q. מַטָּה. Am. 2, 13: אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם pr. *ego vos deprimam deorsum.* Iob. 40, 12.

Cum Praeff.:

α) מִתַּחַת adv. *infra* (v. supra), praep. ὑπ᾽ ἐκ *unter* (etwas) *hervor*, *heraus*, *hinweg*, dicitur de iis qui (quae) fuerunt *sub* aliqua re et inde recedunt. Ez. 47, 1: *aquae exibant* מִתַּחַת הַמִּפְתָּן *sub limine.* Prov. 22, 27: *quare auferant tibi lectum* מִתַּחְתֶּיךָ quod *sub te* est? i. e. cui incumbis. Ex. 6, 6. Deut. 7, 24. Inde זָנָה מִתַּחַת פ׳ v. זָנָה. — Rarius pro מִתַּחַת לְ *infra* (aliquid). Iob. 26, 5. Ez. 42, 9. Aliud מִתַּחַת (e loco) v. no. 2.

β) מִתַּחַת לְ (opp. מִמַּעַל לְ) *infra* aliquam rem, velut מִתַּחַת לָרָקִיעַ infra firmamentum Gen. 1, 7. Exod. 30, 4, מִתַּחַת לְבֵית אֵל ad radices

Bethel (in monte siti) Gen. 35, 5 cf. 1 Sam. 7, 11.

γ) לְמִתַּחַת לְ i. q. praecedens, post verbum motûs 1 Reg. 7, 32.

δ) אֶל־תַּחַת *sub*, *subter*, c. acc. Jer. 3, 6. Zach. 3, 10, אֶל תַּחַת לְ Ez. 10, 2; c. abl. 1 Sam. 21, 4.

2) *quod sub aliquo est*, *locus*, in quo quis stat, constitutus est. Zach. 6, 12: מִתַּחְתָּיו יִצְמָח *e loco suo crescet*, cf. Ex. 10, 23. Inde a) in acc. *in loco*. Ex. 16, 29: שְׁבוּ אִישׁ תַּחְתָּיו *manete quisque suo loco*. Iud. 7, 21. 1 Sam. 14, 9. 2 Sam. 2, 23. 7, 10. 1 Chr. 17, 9. Iob. 36, 16: רַחַב לֹא מוּצָק תַּחְתֶּיהָ *spatium amplum*, *ubi* (pr. quo loco) *angustiae nullae*. — b) *loco*, *pro* (anstatt), de iis qui in alterius locum succedunt. Levit. 16, 32. Esth. 2, 17. Ps. 45, 17: תַּחַת אֲבֹתֶיךָ יִהְיוּ בָנֶיךָ *in locum patrum tuorum succedant filii tui*. Inde de rebus inter se permutatis, de pretio (*pro*) Gen. 30, 15. 1 Sam. 2, 20. 1 Reg. 21, 2, et post verba rependendi 1 Sam. 25, 21. תַּחַת מֶה pro quanam re? Jer. 5, 19.

Addita conj. relat. תַּחַת אֲשֶׁר 1) *loco* eius *quod* (anstatt daſs) Deut. 28, 62.

2) *eo quod* i. e. quia Deut. 21, 14. 2 Reg. 22, 17. תַּחַת כִּי id. Deut. 4, 37. Idem valet תַּחַת sq. inf. Jes. 60, 15, cf. Iob. 34, 26: תַּחַת רְשָׁעִים pro pleniore תַּחַת הֱיוֹתָם רְשָׁעִים *eo quod impii sunt*.

3) n. pr. (statio, locus) a) stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 26. b) m. *α*) 1 Par. 6, 9. 22. *β*) et *γ*) 7, 20.

תַּחַת chald. id. Dan. 4, 11: מִן תַּחְתוֹהִי i. q. hebr. מִתַּחְתָּיו. Usitatior forma est תְּחוֹת.

תַּחְתּוֹן m. **תַּחְתּוֹנָה** f. adj. *inferior*, *infimus*, *a* i. q. תַּחְתִּי Jos. 18, 13. 1 Reg. 6, 6.

תַּחְתִּי m. ־יָּה et ־ִית f. adj. *inferior*, *infimus*, *a*. Ps. 86, 13. Iob. 41, 16. Gen. 6, 16. אֶרֶץ־תַּחְתִּיּוֹת inferiora, infima terrae, orcus Jes. 44, 23, poët. de loco occulto (h. l. utero matris) Ps. 139, 15; idem est אֶרֶץ־תַּחְתִּיּוֹת Ez. 26, 20. 32, 18. 24, cf. בּוֹר תַּחְתִּיּוֹת fovea profundissima Ps. 88, 7. Thren. 3, 55.

תִּיז, arab. تاز pro تيز (pr. resecare), intrans. mori (resecari), تَيَّازٌ nanus (pr. decurtatus, curtus), unde hebr.

Hiph. הֵתַז (quasi a תָּזַז) in pausa הֵתָז *resecuit* pampinos Jes. 18, 5. Talmudistis הֵתִיז et הִתִּיז est: caput resecuit.

תִּיכוֹן m. **תִּיכֹנָה** f. adj. (a תָּוֶךְ) *medius*, *a*, *um* Ex. 26, 28. Ez. 42, 6.

תִּילוֹן (ex Simonis sententia pro נְתִילוֹן donum) n. pr. m. 1 Chr. 4, 20 Keri, Cheth. תּוֹלוֹן.

תֵּימָא Jes. 21, 14. Jer. 25, 23, et **תֵּמָא** Iob. 6, 19 (i. q. تَيْمَآءُ desertum, regio inculta) n. pr. regionis et gentis in Arabiae desertae parte septentrionali ad terminos deserti syriaci, a Thema, Ismaëlis filio (Gen. 25, 15), appellatae, hodieque arab. تَيْمَا. LXX ubique scribunt *Θαιμάν*, qs. idem sit quod תֵּימָן.

תֵּימָן m. (sed fem. Jes. 43, 6) pr. quicquid *ad dextram* situm est (cf. יָמִין, יָמַן), inde 1) *plaga australis* (opp. שְׂמֹאל q. v.) Iob. 9, 9. תֵּימָנָה austrum versus Ex. 26, 18. 35. 27, 9. Poët. pro *vento australi* (plene רוּחַ הַתֵּימָן) Ps. 78, 26. Cant. 4, 16. Cf. צָפוֹן.

2) n. pr. urbis, regionis gentisque ab oriente Idumaeae, quae a תֵּימָן Esavi nepote originem ducebat Gen. 36, 11. 15. Jer. 49, 7. 20. Ez. 25, 13. Hab. 3, 3. Obad. 9, et, ut reliqui Arabes (1 Reg. 5, 11), sapientiae laude florebat Jer. 49, 7. Obad. 9. Bar. 3, 22. 23, cf. Iob. 2,

11. 22, 1). Patron. תֵּימָנִי Iob. l. c. Gen. 36, 34. Differt autem תֵּימְנִי 1 Chron. 4, 6, ab oppido obscuro תֵּימָן.

תִּימָרָה f. *columna*, bis legitur hoc nexu: תִּימְרוֹת־עָשָׁן (al. codd. תִּמְרוֹת) *columnae fumi* Cant. 3, 6. Joël 3, 3, poët. pro vulgari עַמּוּד עָשָׁן Iud. 20, 40. Rad. תָּמַר q. v., cf. talmud. תמר columnae instar ascendit (fumus), תמור columna (solis vel lunae orientis).

תִּירוֹשׁ et **תִּירֹשׁ** m. *mustum* (ita dictum, quia inebriando cerebrum occupat, a rad. יָרַשׁ, cf. syr. ܡܪܘܫܐ id.) Gen. 27, 28. אֶרֶץ דָּגָן וְתִירֹשׁ terra frumento et musto abundans Deut. 33, 28. 2 Reg. 18, 32. Jes. 36, 17. De succo uvae Jes. 65, 8.

תִּירְיָא (metus, fort. a rad. יָרֵא) n. pr. m. 1 Chr. 4, 16.

תִּירָס m. Gen. 10, 2 n. pr. gentis septentrionalis a Japheto oriundae, auctoribus Josepho, Hieron., Jonath. et Targ. Hierosol. *Thracia*. V. Bocharti Phaleg II, 2.

תַּיִשׁ m. pl. תְּיָשִׁים *caper*, *hircus*. Prov. 30, 31. Gen. 30, 35. 32, 15. (Arab. تَيْسٌ caper, capreolus).

תֹּךְ m. *oppressio*, *vexatio* Ps. 10, 7. 55, 12, plene תּוֹךְ 72, 14, a rad. תָּכַךְ, q. v.

תָּכָה in Kal inusit., sec. Hebraeos adiunctus, coniunctus fuit, rectius *innixus fuit*, *procubuit*, coll. arab. تكا conj. VIII.

Pu. Deut. 33, 3: וְהֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ *et illi* (Israëlitae) *procubuerunt ad pedes tuos*, h. e. ad Sinai montis radices. Sunt, qui legere malint: תָּכוּ *manent* (a rad. תוך syr. manere).

I. **תְּכוּנָה** f. (a rad. כּוּן) *locus* Iob. 23, 3.

II. **תְּכוּנָה** f. (a rad. תָּכַן) 1) *dispositio*, *structura* Ez. 43, 11 i. q. תָּכְנִית V. 10. — 2) *apparatus pretiosus* Nah. 2, 10. Cf. תָּכְנִית no. 2.

תֻּכִּיִּים m. pl. 1 Reg. 10, 22, et **תּוּכִּיִּים** 2 Chr. 9, 21 auctoribus Targ. Syr. (cum Arabe) Hieron. et Hebraeis *pavones*. Congruit malabar. *togeï*, sanscr. *sikhi*. Ex hoc avis nomine domestico ortum etiam gr. ταώς, ταῶς, pr. ταFώς, Athen. IX. pag. 397 [unde arab. طاوس, chald. טוס], neque non *pavo* (t et p permutatis, cf. λαᾶς, *lapis*, λίθος). V. Bocharti Hieroz. T. II, p. 135 sqq., et quae nuper docte disputavit Ag. Benary in Annal. litt. Berol. 1831 no. 96.

תָּכַךְ rad. inusit., arab. تَكَّ secuit, resecuit, deinde *diripuit*, *spoliavit*, i. q. גָּזַל, עָשַׁק, cf. בָּצַע. Cogn. תּוּךְ. (Chald. damno affecit, multavit. Syr. ܬܟ i. q. hebr. גָּזַל).

Deriv. תֹּךְ et

תְּכָכִים m. pl. *vexationes*, max. pauperum. Prov. 29, 13: אִישׁ תְּכָכִים *vexator* (pauperum). LXX. δανειστής. Vulg. *creditor*. In loco simili 22, 2 est עָשִׁיר dives.

תִּכְלָה f. (a rad. כָּלָה) *absolutio*, *perfectio* Ps. 119, 96. Sed aliis est *spes*, *fiducia*, a rad. תָּכַל, ܬܟܠ speravit.

תַּכְלִית f. (a rad. כָּלָה) 1) *perfectio*, *consummatio*. Iob. 11, 7. Ps. 139, 22: תַּכְלִית שִׂנְאָה *odium perfectum*, *consummatum*. — 2) *extremitas*, *finis*. Neh. 3, 21. Iob. 26, 10: עַד־תַּכְלִית אוֹר עִם־חֹשֶׁךְ *eo usque*, *ubi lux in tenebras exit*. 28, 3: לְכָל־תַּכְלִית הוּא חוֹקֵר *usque ad omnes extremitates* (in terrae adyta profundissima) *scrutatur*.

תָּכַל verbum inusit. prob. i. q. שָׁחַל

decorticavit, *schälen*, unde שְׁחֵלֶת conchylium. Idem proprie valebat

תְּכֵלֶת *conchylium*, spec. *proprie dictum* (helix ianthina Linn.) i. e. conchae species in mari mediterraneo reperta, testa caerulea, ex qua *purpura caerulea* fit, rabbin. חִלָּזוֹן, inde *purpura caerulea*, et *vestes (lana, fila) hac purpurâ tinctae* Ex. 26, 4. 31. Num. 4, 6 sqq. Ez. 23, 6. 27, 7. 24. LXX. Vulg. bene ὑάκινθος, ὑακίνθινος, *hyacinthina*, male Aben Esra, R. Sal. Luth. *sericum flavum*. V. Bocharti Hieroz. II, 720 — 42. T. III, 655 — 86 ed. Lips. Braunium de vestitu sacerdot. p. 187 — 200.

תָּכַן 1) pr. *aequavit, complanavit* (vic. תָּקַן). V. Niph. — 2) *libravit, pependit* (ab aequilibrio lancium), metaph. *examinavit*. Prov. 16, 2: תֹּכֵן רוּחוֹת יְהוָה *Jehova examinat animos*. 21, 2. 24, 12.

Niph. pr. *complanata, aequa fuit* via, transl. *recta fuit* agendi ratio (cf. יָשַׁר). Ez. 18, 25. 29. 33, 17. 7. 20. 1 Sam. 2, 3. Cf. תֹּכֶן.

Pi. תִּכֵּן 1) *libravit* v. c. aquas Iob. 28, 25, deinde *examinavit* Jes. 40, 13. — 2) *mensus est*. 40, 12: *quis coelum spithamâ mensus est?* in altero membro שָׁקַל, מָדַד. — 3) *statuit*, ad libellam disposuit Ps. 75, 4. — *Pu.* part. *appensa est* (pecunia) 2 Reg. 12, 12.

Derivv. מַתְכֹּנֶת, תַּכְנִית, תֹּכֶן.

תֹּכֶן m. 1) *pensum* Exod. 5, 18. — 2) *mensura* Ez. 45, 11. — 3) n. pr. oppidi Simeonitarum 1 Chron. 4, 32.

תַּכְנִית f. 1) *mensura, structura, dispositio* Ez. 43, 10. — 2) *forma perfecta* Ez. 28, 12.

תַּכְרִיךְ m. *pallium, stola regia talaris* Esth. 8, 15. (Chald. id.). Rad. כָּרַךְ.

תֵּל m. c. Suff. תִּלּוֹ (a rad. תָּלַל) *collis* Jos. 11, 13, max. *acervus rudérum* Deut. 13, 17. Jos. 8, 28. Jer. 49, 2. Inde sunt haec urbium Babyloniarum nomina, a *collibus* vel aggeribus vicinis dicta (v. Assemani bibl. orient., ind. geogr. T. III, 2 p. 784, Burckhardti itin. Syriae I, 253 sqq.): 1) תֵּל אָבִיב (collis spicarum) Ez. 3, 15 in Mesopotamia ad Chaboram fluvium, fort. Thal - labba in d'Anvilleii tabula l'Euphrate et le Tigre. — 2) תֵּל חַרְשָׁא (collis silvae, v. חֹרֶשׁ) in Babylonia Esr. 2, 59. Neh. 7, 61. — 3) תֵּל מֶלַח (collis salis) ibid. Esr. 2, 59. Neh. 7, 61.

תָּלָא i. q. תָּלָה 1) *suspendit*, bis legitur in part. pass. Deut. 28, 66: *erit vita tua suspensa ante oculos tuos* h. e. in praesentissimo periculo semper versabitur. — 2) sq. לְ *adhaesit* alicui rei (nostr. anhängen, nachhängen). Hos. 11, 7: עַמִּי תְלוּאִים לִמְשׁוּבָתִי *populus meus adhaeret* i. e. indulget *defectioni a me*.

תְּלָאָה f. (a rad. לָאָה, ut תְּעָלָה a rad. עָלָה, pro תְּלָאָה, תְּלָאָה, v. Lgb. p. 509) *labores, molestia* Exod. 18, 8. Num. 20, 14. Neh. 9, 32.

תַּלְאוּבָה f. *sitis*, semel Hos. 13, 5: אֶרֶץ תַּלְאֻבוֹת *terra siticulosa* i. e. arida.

תְּלַאשָּׂר 2 Reg. 19, 12 et **תְּלַשָּׂר** Jes. 37, 12 n. pr. regionis in Assyria vel Mesopotamia, quod praeterea in Targ. Hieros. Gen. 14, 1. 9 legitur pro hebr. אֶלָּסָר et ibid. et apud Jon. Gen. 10, 12 pro hebr. רֶסֶן. (In syllaba תל latere videtur תֵּל collis v. h. v.).

תִּלְבֹּשֶׁת f. (a rad. לָבַשׁ) *vestis* Jes. 59, 17.

תְּלַג chald. *nix*, i. q. hebr. שֶׁלֶג Dan. 7, 9.

תִּלְגַּת פִּלְנֶסֶר v. תִּגְלַת פ׳.

תָּלָה *suspendit.* (Chald. et syr. id. Cf. gr. *τλάω* in librâ suspendo, unde *τάλαντον*). 2 Sam. 18, 10. Iob. 26, 7. תָּלָה פ׳ עַל הָעֵץ in patibulo aliquem suspendit, in crucem egit, supplicii genus apud Israëlitas Deut. 21, 22, Aegyptios Gen. 40, 19, Persas Esth. 7, 10. 5, 14.

Niph. pass. Thren. 5, 12.

Pi. i. q. Kal Ez. 27, 10. 11.

Deriv. תְּלִי.

תְּלֻנָּה f. plur. tantum (a rad. לוּן Niph.) *murmuratio*, *quiritatio* populi Ex. 16, 7 sqq. Num. 24, 27.

תָּלַח rad. inusit., aram. *fregit, rupit*, unde

תֶּלַח (fractura) n. pr. m. 1 Chron. 7, 25.

תְּלִי m. *ἅπ. λεγόμ.* Gen. 27, 3, sec. plurimos intpp. vett. *pharetra* (a suspendendo dicta), sed Onk. et Syr. *gladium* reddunt.

תְּלִיתַי chald. *tertius* Dan. 2, 39, a תְּלָת tres.

תָּלַל i. q. סָלַל 1) *aggessit, extulit.* Part. pass. תָּלוּל *aggestus, elatus* Ez. 17, 22.

2) *nutavit, vacillavit*, arab. تَلْتَلَ (v. סָלַל no. 2). Inde תַּלְתַּלִּים. — De forma הֵתַל v. s. הָתַל.

Deriv. no. 1 תֵּל.

תָּלַם rad. inusit., prob. i. q. تلم fregit, incidit. Inde

תֶּלֶם m. *sulcus* Iob. 31, 38. 39, 10. Ps. 65, 11. Arab. تَلْمٌ id.

תַּלְמַי (sulcis abundans) n. pr. 1) regis Geschuri, soceri Davidis 2 Sam. 3, 3. 13, 37. — 2) viri Enacitae Num. 13, 22. Jos. 15, 14. Iud. 1, 10.

תַּלְמִיד m. (a rad. לָמַד) *discipulus* 1 Chr. 25, 8. (Syr. et arab. id.).

תָּלַע in Kal inusit., arab. تلع longo collo praeditus, protensus fuit, unde תּוֹלָע vermis.

Pu. part. מְתֻלָּע (denom. a תּוֹלָע) *cocco indutus* Nah. 2, 4. — מְתַלְּעוֹת dentes v. s. litt. מ.

תָּלַף rad. inusit., arab. تَلِفَ periit, IV. perdidit, تَلَفٌ interitus, exitium, unde fort.

תַּלְפִּי adj. *exitialis*, et **תַּלְפִּיּוֹת** *exitialia*, poët. pro *armis*. Cant. 4, 4: *ut turris Davidis* בָּנוּי לְתַלְפִּיּוֹת *exstructa pro armis*, i. e. in qua arma suspendantur (cf. Ez. 27, 10. 11). Aliis in eandem fere sententiam תַּלְפִּיּוֹת compositum est ex תֵּל (a rad. תָּלָה pependit) et פִּיּוֹת ora h. e. acies (gladiorum, cf. Prov. 5, 4), arma, inde *armamentaria.* Possit תַּלְפִּיּוֹת etiam ad rad. לָפָה revocari, quae vero aptum etymon non offert.

תְּלַשַּׂר v. תְּלַאשַּׂר.

תְּלָת f., **תְּלָתָא**, **תְּלָתָה** m. chald. *tres*, i. q. hebr. שָׁלשׁ. יוֹם תְּלָתָה dies tertius Esr. 6, 15. Pl. תְּלָתִין *triginta* Dan. 6, 8. 13.

תַּלְת st. emphat. תַּלְתָּא abstr. *ordo tertius.* Dan. 5, 29: שַׁלִּיט תַּלְתָּא *princeps tertii ordinis* (cf. מִשְׁנֶה) et V. 16 per ellipsin תַּלְתָּא id.

תַּלְתִּי m. *tertius* Dan. 5, 7. Usitatius est תְּלִיתַי.

תַּלְתַּלִּים m. pl. *spathae palmarum pendulae*, quibuscum Cant. 5, 11 cincinni defluentes comparantur. LXX. *ἐλάται.* Vulg. *elathae palmarum.* Cf. סָלַל no. 2. Arab. تَلْتَلَةٌ corbis ex spathis texta, pr. (bene monente Schultensio, Opp. min. p. 246) ramus pendulus.

תָּם m. תַּמָּה f. adj. (a rad. תָּמַם) *integer*, ubique sensu ethico Iob. 1, 1. 8, 20. 9, 20. 21. 22. Singulare est Gen. 25, 27: וְיַעֲקֹב אִישׁ

תָּם יֹשֵׁב אֹהָלִים *Jacobus erat vir integer, in tentoriis degens*, ubi תָּם mitius et placidum Jacobi ingenium indicare videtur, opp. ferociori, quae Esavo erat, indoli. Neutr. abstr. *integritas* Ps. 37, 37. — Fem. תַּמָּתִי integra mea, blanda vox de puella amata Cant. 6, 9.

תַּם chald. adv. i. q. hebr. שָׁם *ibi*, ubique addito ה locali תַּמָּה Esr. 5, 17. 6, 6. 12.

תָּמִים m. pl. contr. pro תְּאֹמִים Ex. 26, 24. 36, 29 *gemini* (v. תְּאֹם).

תֹּם (semel תּוֹם Prov. 10, 9) sq. Makk. תָּם־, c. Suff. תֻּמִּי (a rad. תָּמַם) m. *integritas* 1) numeri et mensurae, *plenitudo*. Jes. 47, 9: כְּתֻמָּם *plenâ mensurâ*. — 2) fortunae, *incolumitas, prosperitas* i. q. שָׁלוֹם Iob. 21, 23: בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ *in ipsa prosperitate*. Ps. 41, 13. — 3) *integritas* animi, *innocentia*. תָּם־לֵבָב integritas animi Gen. 20, 5. 6. הָלַךְ בְּתֹם Prov. 10, 9 et בְּתֻמּוֹ Ps. 26, 1 integre vixit. De animi simplicitate, quae ab insidiis et pravo consilio aliena est, 1 Reg. 22, 34: *arcum tetendit* לְתֻמּוֹ *in simplicitate suâ*, animo ab insidiis alieno. 2 Sam. 15, 11: הֹלְכִים לְתֻמָּם *euntes* (cum eo) *animo simplici*, pravi consilii non conscii. — 4) pl. תֻּמִּים *veritas* (LXX. ἀλήθεια) v. אוּרִים no. 1, b.

תֵּמָא v. תֵּימָא.

תֻּמָּה f. i. q. masc. תֹּם *integritas, innocentia* Iob. 2, 3. 9. 27, 5. 31, 6.

תָּמַהּ *obstupuit, miratus est.* (Chald. תְּוַהּ id., litteris labialibus permutatis. De origine v. plura p. 252 A). Constr. absol. Jes. 29, 9, sq. עַל causae Eccl. 5, 7, praegn. Jes. 13, 8: אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ יִתְמָהוּ *stupentes se invicem intuentur*, cf. Gen. 43, 33. Passim gravius: timore et terrore perculsus est Ps. 48, 6. Jer. 4, 9. Eccl. 5, 7. Iob. 26, 11.

Hithp. id. Hab. 1, 5.
Deriv. תִּמָּהוֹן, et

תְּמַהּ chald. m. *res stupenda, miraculum*, pl. תִּמְהִין Dan. 3, 32. 33. 6, 28.

תִּמָּהוֹן m. *stupor, terror* Deut. 28, 28 (addito לֵבָב). Zach. 12, 4.

תַּמּוּז n. pr. numinis Syrorum, *Adonidis* (אָדוֹן) Graecorum, quod apud Hebraeos quoque mulieres quotannis mense quarto (תַּמּוּז dicto, inde a novilunio Iulii) planctu colere solebant Ez. 8, 14. De illo Syrorum festo v. Lucian. de dea Syra §. 7 sqq., adde Selden. de dîs Syris 2, 31 et Creuzeri Symbolik des Alterthums T. 2, 91 sqq. ed. 2. (De etymo nihil definio. Radice תמז linguae semiticae carent: possit autem תַּמּוּז esse pro תַּמְזוּז a rad. מָזַז et *pavorem*, concr. *pavidum* notare).

תְּמוֹל adv. *heri* i. q. אֶתְמוֹל, אִתְמוֹל (q. v.). Saepe copulatur cum שִׁלְשׁוֹם nudius tertius, q. v. Iob. 8, 9: תְּמוֹל אֲנַחְנוּ *nos hesterni sumus*, pro אַנְשֵׁי תְמוֹל. (Etymon obscurum. Plurimis תְּמוֹל est forma primaria, unde cum Aleph prosthetico אֶתְמוֹל, אִתְמוֹל; sed rad. תמל eiusque in linguis cognatis significationes nil lucis praebent, nisi forte *obvelandi, obtegendi* significatum ei tribuere vis, coll. שָׁמַל, ita ut tempus praeteritum tanquam obscurum cogitetur, cf. עוֹלָם a rad. עָלַם. Sed malim tamen fere formam primariam statuere אֶתְמוֹל 1 Sam. 10, 11, pro אֶת־מוֹל *antea*, unde per aphaeresin תְּמוֹל).

תְּמוּנָה f. (a rad. מִין, מוּן) 1) *species, forma* Num. 12, 8. Ps. 17, 15. Iob. 4, 16: תְּמוּנָה לְנֶגֶד עֵינָי *species* quaedam *ante oculos meos* versabatur.

תְּמוּרָה f. (a rad. מוּר Hiph. permutavit) 1) *permutatio*, max. in emendo et vendendo Ruth 4, 7. Iob. 15, 31.

Inde *quod permutatur.* 28, 17: וּתְמוּרָתָהּ כְּלִי פָז *eiusque permutatio* (non) sunt *vasa aurea* h. e. pro vasis aureis sapientia acquiri non potest. Lev. 27, 10. 33. — 2) *compensatio, retributio.* Iob. 15, 31. 20, 18: כְּחֵיל תְּמוּרָתוֹ וְלֹא יַעֲלֹס *sicut res reddenda, de qua non laetatur.*

תְּמוּתָה f. (a rad. מוּת) *mors,* non nisi in hac formulâ: בֶּן־תְּמוּתָה *filius mortis* h. e. ad supplicium damnatus Ps. 79, 11. 102, 21.

תֶּמַח (samarit. risus) n. pr. Esr. 2, 53. Neh. 7, 55.

תָּמִיד m. 1) subst. *perpetuitas, tempus perpetuum* (a procedendo dictum, rad. מוּד, cf. עַד a rad. עָדָה, דּוֹר et תְּדִירָא a דּוּר). In genit. aliis substantivis postpositum adiectivi vices tenet (cf. קֹדֶשׁ no. 1), ut אַנְשֵׁי תָמִיד *viri perpetui,* i. e. in perpetuum conducti Ez. 39, 14, עֹלַת הַתָּמִיד holocaustum perpetuum h. e. quotidianum, et matutinum et vespertinum Num. 28, 6. 10. 15. 23. 24. לֶחֶם הַתָּמִיד panis perpetuus, i. q. לֶחֶם פָּנִים Num. 4, 7. — 2) pro עֹלַת הַתָּמִיד fem. Dan. 8, 11. 12. 13. 11, 31. — 3) Adv. *perpetuo* Ps. 16, 8. 25, 15. 34, 2.

תָּמִים m. תְּמִימָה f. adj. (a rad. תָּמַם) 1) *perfectus, absolutus* Ps. 19, 8. Iob. 36, 4. 37, 16. — 2) *integer, totus* Lev. 3, 9. 25, 30. Jos. 10, 13. — 3) *integer* a) *labis expers,* de victimis Ex. 12, 5. Lev. 1, 3. b) *incolumis, salvus,* de hominibus Prov. 1, 12. c) *integer moribus, innocens, probus* Gen. 6, 9. 17, 1. תְּמִימֵי־דֶרֶךְ integri vitae Ps. 119, 1. תָּמִים עִם אֵל integer erga Deum, h. e. Deo plane deditus Deut. 18, 13. Ps. 18, 24. (2 Sam. 22, 24 sq. לְ). Cf. שָׁלֵם no. 3. Neutr. subst. *integritas* Jos. 24, 14. Iud. 9, 16. 19. Itaque הָלַךְ תָּמִים בְּתָמִים Ps. 84, 12 et Ps. 15, 2 integre vixit. 1 Sam. 14, 41: הָבָה תָמִים *cedo veritatem!*

תָּמַךְ fut. יִתְמֹךְ 1) *prehendit,* sq. acc. Gen. 48, 17, et בְּ Prov. 28, 17, 5, 5. — 2) *assecutus est, accepit,* v. c. honorem Prov. 11, 16. 29, 23. — 3) prehensum *tenuit,* sq. acc. Am. 1, 5. 8. Metaph. Prov. 4, 4. — 4) *sustentavit,* sq. בְּ Exod. 17, 12: *sustentarunt eius manus.* Saepius Deus dr. aliquem (aliquid) sustentare, sq. בְּ Ps. 41, 13. 63, 9. Jes. 42, 1, sq. acc. Ps. 16, 5. 17, 5. — 5) recipr. *tenuerunt se invicem, exceperunt se, cohaeserunt.* Iob. 36, 17: דִּין וּמִשְׁפָּט יִתְמֹכוּ *causa et iudicium se excipient.* Cf. אָחַז et לָכַד Hithp.

Niph. pass. no. 3. Prov. 5, 22.

תָּמַל v. תְּמוֹל.

תָּמַם fut. יִתֹּם, raro יִתּוֹם Ez. 47, 12, תַּתֹּם 24, 11, 1 pers. semel אֵיתָם pro אֵתַּם Ps. 19, 14, pl. יִתַּמּוּ Deut. 34, 8 1) *perfecit, absolvit* Ps. 64, 7, sq. לְ *desiit* Jos. 3, 17. 4, 1. 11. 5, 8, crebrius intrans. *perfectus, absolutus est* 1 Reg. 6, 22 7, 22. עַד תֻּמָּם usque ad absolutionem eorum, h. e. prorsus Deut. 31, 24. 30. (Arab. تَمَّ id. Origo, si quid video, est in *claudendo,* nostr. *abschliefsen, abgeschlossen seyn,* cf. radd. vicinas חָתַם, אָטַם, et eandem originem in syn. כָּלָה).

2) *peractus, finitus est,* max. de tempore Gen. 47, 18 (initio). Ps. 102, 28: שְׁנוֹתֶיךָ לֹא יִתָּמּוּ *anni tui finem non habent.* Ez. 47, 12: וְלֹא יִתּוֹם פִּרְיוֹ *cuius fructus nunquam cessabunt.*

3) *consumtus est* i. q. כָּלָה no. 3 Gen. 47, 18; *absumtus, exhaustus est.* Num. 32, 13: עַד־תֹּם כָּל־הַדּוֹר *donec absumta erit tota generatio.* Jos. 5, 6. Jer. 27, 8. עַד־תֻּמָּם 1 Reg. 14, 10, et עַד תֻּמָּם Deut. 2, 15. Jos. 8, 24 usque ad internecionem i. q. עַד־כַּלֵּה, v. כָּלָה no. 3.

4) *integer fuit* a) numero. 1 Sam. 16, 11: הֲתַמּוּ הַנְּעָרִים *num hi omnes sunt pueri?* Num. 17, 18. b) animo, *insons fuit* Ps. 19, 14. Cf. תָּם, תָּמִים.

Niph. tantum in fut. plur. יִתַּמּוּ *consumtus est* i. q. Kal no. 3. Num. 14, 35. Ps. 104, 35. Jer. 14, 15.

Hiph. הֵתֵם (semel inf. הֲתִימְךָ pro הֲתִמְּךָ Jes. 33, 1) fut. יָתֵם 1) i. q. Kal no. 1, sed causat. tantum, *perfecit*, v. c. carnes (i. e. *percoxit*) Ez. 24, 10, consilium 2 Sam. 20, 18. — 2) *finivit*, *desiit*. Jes. 33, 1: כַּהֲתִימְךָ שׁוֹדֵד *ubi desieris* esse *vastator*. Causat. *desinere fecit*, sq. מִן *removit* ab aliquo. Ez. 22, 15. — 3) *integrum fecit, complevit*, a) numerum. Dan. 8, 23: כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים *ubi peccatores compleverint* sc. peccatorum numerum. 9, 24 Keri, inde *persolvit* (pecuniam) i. q. שִׁלֵּם 2 Reg. 22, 4. b) vitae rationem, Iob. 22, 3: כִּי תַתֵּם דְּרָכֶיךָ *si integre vivis.*

Hithp. הִתַּמֵּם *integre egit* cum aliquo, sq. עִם Ps. 18, 26.

Derivv. תֹּם, תָּם, תָּמִים, מְתֹם.

תֵּמָן v. תֵּימָן.

תִּמְנָה (pars assignata) cum ה locali **תִּמְנָתָה** n. pr. oppidi antiqui Cananaeorum (Gen. 38, 12), primum Judaeorum tribui (Jos. 15, 10. 57), deinde Danitis tributi (Jos. 19, 43), quod diu tamen Philistaeis parebat (Iud. 14, 1. 2 Chr. 28, 18 cf. Jos. Arch. 5, 8 §. 5). Gent. תִּמְנִי Iud. 15, 6.

תֵּמָנִי v. תֵּימָן.

תִּמְנִי v. תִּמְנָה.

תִּמְנָע (cohibitio, concr. inclusa, a virorum consortio prohibita) n. pr. pellicis Eliphasi, filii Esavi (Gen. 36, 12. 22. 1 Chr. 1, 39), quae cognomini Edomitarum tribui nomen dedit Gen. 36, 40. 1 Chr. 1, 51.

תִּמְנָתָה v. תִּמְנָה.

תִּמְנַת חֶרֶס (pars solis) Iud. 2, 9, vel rectius תִּמְנַת־סֶרַח (pars abundans) Jos. 19, 50. 24, 30 n. pr. oppidi in montibus Ephraimi, Josuae imperatori in peculium traditi.

תֶּמֶס m. (a rad. מָסַס) *liquefactio* Ps. 58, 9. Cf. s. v. שַׁבְּלוּל.

תָּמַר rad. inusit., quae *erectionis, erectaeque staturae* vim habuisse videtur (fort. vic. אָמַר, nam verba פא״ et פת״ saepe, maxime in lingua arabica, eiusdem potestatis sunt). Arab. تمر Conj. XI. riguit hasta, membrum virile; تَمْر palma, تَامُور, et تَامُورَة turris. De usu Talmudistarum v. תִּימָרָה.

Derivv. תָּמָר — תִּמֹּרָה, תִּימָרָה, תַּמְרוּר no. II, cf. תַּדְמֹר.

תָּמָר m. 1) *palma*, Phoenix dactylifera (arab. تَمْر id.) Joël. 1, 12. Cant. 7, 9, pl. Ex. 15, 27. עִיר הַתְּמָרִים urbs palmarum, v. s. v. עִיר. — 2) n. pr. a) oppidi in australibus Palaestinae finibus Ez. 47, 19. 48, 28. b) i. q. תַּדְמֹר *Palmyra* (q. v.) 1 Reg. 9, 18 Cheth. c) f. *α*) nurus Judae Gen. 38, 6. *β*) filiae Davidis 2 Sam. 13, 1. *γ*) filiae Absalomi 2 Sam. 14, 27.

תֹּמֶר m. *palma*, inde *columna* (cf. תִּימָרָה). Jer. 10, 5.

תִּמֹּרָה pl. תִּמֹּרִים Ezech. 41, 18 et תִּמֹּרוֹת 1 Reg. 6, 29. 32. 35. Ez. 41, 18. 19 *palmae artefactae*, architecturae ornamentum.

תַּמְרוּק m. pl. תַּמְרֻקִים (a rad. מָרַק) 1) *mundationes, purgationes*, velut puellarum in gynaeceum regis Persiae admittendarum Esth. 2, 12, et meton. *unguenta pretiosa* his adhibita. Esth. 2, 3. 9. — 2) metaph. *remedium*, quo quis corrigitur et emendatur. Prov. 20, 30 Keri.

I. תַּמְרוּרִים m. pl. (a rad. מָרַר) *amaritudines*, v. c. בְּכִי תַמְרוּרִים fletus acerbus Jer. 31, 15. 6, 26. Adv. *acerbe* Hos. 12, 15.

II. תַּמְרוּרִים m. pl. *columnae erectae*, utpote itineris indices Jer. 31, 21. A rad. תָּמַר q. v.

תַּמְרִיק i. q. תַּמְרוּק Prov. 20, 30 Cheth.

תַּן vel **תָּן**, pl. tantum תַּנִּים et תַּנִּין m. bestia quaedam deserticola Jes. 13, 22. 43, 20. 34, 13 (unde מְעוֹן תַּנִּים מְקוֹם תַּנִּים Ps. 44, 20 et Jer. 9, 10. 10, 22. 49, 33 de deserto), pullos lactans Thren. 4, 3, sonum flebilem edens Iob. 30, 29. Mich. 1, 8. Bochartus (Hieroz. II, p. 429) intelligebat *serpentes magnos*, quasi idem sit quod תַּנִּין, sed iam ex Hebraeis R. Tanchum Hieros. vc. nostrum recte interpretatus est ابن آوى *thoem*, *canem ferum*, ab ululatu dictum (alibi hebr. אִי pl. אִיִּים), cf. arab. تِنَّان lupus, utrumque a rad. תָּנַן no. 2.

תָּנָא v. s. v. תָּנָה.

תָּנָה *porrexit*, *dedit*, *dona distribuit*, max. quibus conduceret homines. (Vicina sunt תָּנַן q. v., נָתַן, יָתַן). Hos. 8, 10: גַּם כִּי־יִתְנוּ בַגּוֹיִם *etiamsi dona distribuant* sive conducant *inter populos*, ubi alii legunt יִתְּנוּ a rad. נָתַן. (Laudandi notionem, quae est in Pi., habere possit etiam Prov. 31, 31: תְּנוּ לָהּ *celebrate eam;* cui in altero hemistichio respondet וִיהַלְלוּהָ).

Pi. laudavit, *celebravit*, sq. acc. Iud. 5, 11, sq. לְ 11, 40. (Aram. תַּנִּי, ܬܢܝ i. q. סִפֵּר narravit. Arab. ثنى IV. laude celebravit, pr. vocem edidit).

Hi. i. q. Kal. Hos. 8, 9: אֶפְרַיִם הִתְנוּ אֲהָבִים *Ephraim conducit amores.*

Derivv. אֶתְנָה, אֶתְנַן et nomm. pr. יִתְנִיאֵל, יִתְנָן.

תְּנָה chald. i. q. hebr. שָׁנָה *iteravit*, unde תִּנְיָנוּת, תִּנְיָן.

תַּנָּה tantum pl. תַּנּוֹת f. Mal. 1, 3, sec. LXX. Syr. *domicilia*. Idem valet arab. ثَنَاءَةٌ, a rad. ثَنَا commoratus est, habitavit, cuius tertia radicalis vero passim periit, unde تَانٍ habitator pro تَانِيٌ. Itaque תַּנּוֹת esse possit pro תַּנְאוֹת (Dag. forti euphon.), coll. מִכְלָה pro מִכְלְאָה et מִקְשָׁה pro מִקְשְׁאָה, nisi radici תָּנַן vim verbi תָּנָא vindicare malis. Aliis est i. q. תַּנִּים thoes.

תְּנוּאָה f. (a rad. נוּא) *abalienatio* (Dei ab hominibus), v. rad. no. 2. Num. 14, 34, inde *inimicitia*. Iob. 33, 10: הֵן תְּנוּאוֹת עָלַי יִמְצָא *ecce! inimicitias quaerit contra me.* Cf. arab. نَاءَ med. Vav. insurrexit hostiliter contra aliquem.

תְּנוּבָה f. (a rad. נוּב) *proventus* Deut. 32, 13. Jud. 9, 11. Thren. 4, 9.

תְּנוּךְ m. *extremitas* (a rad. תָּנַךְ), addito אֹזֶן *extrema auris*, *auricula* Ex. 29, 20. Lev. 8, 23. 24. 14, 14.

תְּנוּמָה f. (a rad. נוּם) *dormitatio*, *somnus* Iob. 33, 15, max. prae ignavia captus Prov. 6, 10. 24, 33. Ps. 132, 4.

תְּנוּפָה f. (a rad. נוּף) *agitatio*, a) manus (quod est minantis) Jes. 19, 16. b) sacrificiorum coram Jehova, certus quidam sacrificandi ritus, de quo v. הֵנִיף *no.* 1, d. חֲזֵה תְנוּפָה humerus agitationis i. e. agitatione rite peracta oblatus vel offerendus Ex. 29, 27. Lev. 7, 34. זְהַב הַתְּנוּפָה Ex. 38, 24. c) i. q. *tumultus*. Jes. 30, 32: מִלְחֲמוֹת תְּנוּפָה *bella agitationis*, tumultuosa.

תַּנּוּר m. (fem. fort. Hos. 7, 4) *fornax*, *furnus*, arab. تَنُّور, (confla-

tum ex inusit. תַּן fornax (a rad. תָּנַן no. II) et נוּר ignis Ex. 7, 28. Lev. 2, 4. 7, 9. 11, 35. Hos. l. c. De furnis Orientalium saepe magnae ollae formam referentibus v. Jahnii bibl. Archaeol. T. I, 1 p. 213 et 2 p. 182. Beckmanni Beiträge zur Geschichte der Erfindungen T. II, p. 419, cf. Schneideri et Passov. Lexx. v. κλίβανος.

תַּנְחוּמִים m. pl. (a rad. נָחַם) 1) *consolationes*, Jes. 66, 11. Jer. 16, 7. — 2) *misericordia* Ps. 94, 19.

תַּנְחוּמוֹת f. pl. *consolationes* Iob. 15, 11. 21, 2.

תַּנְחֻמֶת (solatium) n. pr. m. 2 Reg. 25, 23. Jer. 40, 8.

תַּנִּים sing. Ez. 29, 3 *serpens magnus*, bellua marina i. q. תַּנִּין (quod complures codd. habent), ex quo haec forma vel a scriptore vel a librariis, quibus pl. תַּנִּים obversabatur, neglecto etymo depravata est.

תַּנִּין pl. תַּנִּינִים m. arab. تِنِّين (a rad. תָּנַן no. I) 1) *bellua marina*, *piscis ingens*, gr. κῆτος Gen. 1, 21. Iob. 7, 12. Jes. 27, 1. — 2) *serpens* Ex. 7, 9 sqq. Deut. 32, 33. Ps. 91, 13, *draco* Jer. 51, 34, *crocodilus* Ez. 29, 3 (ubi תַּנִּים q. v. pro תַּנִּין), qui Aegypti imaginem refert. Jes. 51, 9. Ez. l. c. et 32, 2. (Ps. 74, 13. 14). Cf. תַּן.

תִּנְיָן chald. *secundus* Dan. 7, 5, a rad. תְּנָה iteravit. Cf. שְׁנַיִם. Inde

תִּנְיָנוּת adv. *iterum* Dan. 2, 7.

תָּנַךְ verbum inusit. Syr. Ethpe. *desiit*, *defecit*. Inde תְּנוּךְ.

I. תָּנַן verbum inusit., cuius nativa potestas ex derivatis radicibusque cognatis satis certo colligi potest, quaeque in linguis etiam indogerm. ramos egit. Est autem 1) pr. *extendit*, cf. ex semiticis aeth. ተነ: longitudo, נָתַן et תָּנָה dedit pr. manum extendit, porrexit (coll. יָד, יָדָה), יָתַן protendit se [tempus], perduravit, perennis fuit, ex indogerm. sanscr. *tan* gr. τείνω, τανύω, τιταίνω, lat. *tendo* (cf. dissert. Lugdd. II, 852), unde *tenuis*, [sanscr. *tanu*] goth. *thanjan*, nostr. *dehnen*, cum multis affinibus, ut germ. vet. sup. *Tanna* abies. Inde תַּנִּין piscis ingens (κῆτος), dictus a longitudine in quam protensus est, cf. ταινία (a τείνω) piscis longus, taenia. — 2) Transfertur ad *currendi contentionem*, ad cursum citatum, qui collo protenso fit, ut gr. τάνυμι, inde תַּן thos, a currendi celeritate.

II. תָּנַן syr. et chald. *fumavit*. Inde אַתּוּן pro אַתְנוּן fornax, et תַּנּוּר ex תַּן et נוּר.

תִּנְשֶׁמֶת f. 1) Lev. 11, 30 bestia impura, cum aliis lacertarum generibus coniuncta, Bocharto auctore (Hieroz. T. I, p. 1083) *Chamaeleon* (a rad. נָשַׁם spiravit), quippe quem solo aëre ducto vivere veteres censebant (Plin. VIII, 33). LXX. Vulg. *talpa*. Saad. *lacerta*. — 2) Lev. 11, 18. Deut. 14, 16 avis aquatica impura, LXX. πορφυρίων i. e. ardea purpurea. Vulg. *cygnus*.

תָּעַב in Kal inusit. (cf. תָּאַב no. II).

Pi. תִּעֵב 1) *abominatus est* Deut. 7, 26. Iob. 9, 31. 19, 19. Ps. 5, 7. Jes. 49, 7. — 2) causat. *fecit ut abominaretur*, *horrorem incussit* alicui. Jes. 49, 7: מְתַעֵב גּוֹי *horrorem incutiens populo*, qui abominationi est populo. — 3) *abominabile fecit* al. Ez. 16, 25, v. Hiph.

Hiph. abominabile, turpe fecit. Ps. 14, 1: הִתְעִיבוּ עֲלִילָה *turpe faciunt facinus*, turpiter agunt, deinde omisso עֲלִילָה id. 1 Reg. 21, 26. Ez. 16, 52. cf. הֵרַע, הִשְׁחִית.

Niph. pass. *abominationi fuit*,

detestabilis fuit 1 Chr. 21, 6. Iob. 15, 16.

Deriv. תּוֹעֵבָה.

תָּעָה fut. יִתְעֶה apoc. יֵתַע 1) *erravit, oberravit.* (Aram. ܛܥܐ arab. طغى id., rarissima videntur تغى transiit, et تغى periit). Ex. 23, 4. Iob. 38, 41, sq. בְּ loci Gen. 21, 14. 37, 15. Sq. acc. *pererravit,* metaph. de palmitibus Jes. 16, 8. Dicitur etiam a) de ebriis, qui potu graves oberrant. Jes. 28, 7: תָּעוּ מִן־הַשֵּׁכָר *oberrant potu graves,* et translatione facta ab ebriis 21, 4: תָּעָה לְבָבִי *cor meum vertigine corripitur*; b) de animo, qui a virtutis et pietatis semita aberrat Ps. 58, 4. Ez. 48, 11, cf. תֹּעֵי לֵבָב Ps. 95, 10, תֹּעֵי רוּחַ Jes. 29, 14; sq. מִן v. c. a praeceptis Dei Ps. 119, 110, cf. Prov. 21, 16, sq. מֵעַל יְהוָֹה Ez. 44, 10. 15, sq. מֵאַחֲרֵי יְהוָֹה a Deo colendo Ez. 14, 11. Cf. chald. טְעָה quod spec. est: idolorum cultui deditus fuit, syr. haereticus fuit. — 2) i. q. אָבַד *periit* Prov. 14, 22; cf. supra arab. تغى.

Niph. oberravit (pr. oberrare factus est) Jes. 19, 14. Metaph. *deceptus est, erravit,* sensu ethico Iob. 15, 31.

Hiph. fut. apoc. יַתַע 1) *errare fecit* Iob. 12, 24. Ps. 107, 40. Jer. 50, 6, ebrium Iob. 12, 25. Metaph. *aberrare fecit* populum a virtute et pietate ad impietatem Jes. 3, 12. 9, 15. et idolorum cultum 2 Reg. 21, 9, sq. מִן Jes. 63, 17. 2) intrans. *erravit* (pr. errorem aluit) Jer. 42, 20 Keri. Prov. 10, 17.

Derivv. תּוֹעָה et

תֹּעוּ (error) n. pr. regis Hamath s. Epiphaniae 1 Chr. 18, 9. 10, quod תֹּעִי scribitur 2 Sam. 8, 9. 10.

תְּעוּדָה f. (a rad. עוּד Hiph. no. 1, c) *lex* Jes. 8, 16. 20 (ubi copulatur cum תּוֹרָה), etiam pro *consuetudine* instar legis *observandae* Ruth. 4, 7. Cf. חֹק litt. d.

תֹּעִי v. תֹּעוּ.

תְּעָלָה f. st. constr. תְּעָלַת (a rad. עָלָה, ut תְּלָאָה q. v. a rad. לָאָה) 1) *canalis* 1 Reg. 18, 32, *aquae ductus* Jes. 7, 3. 36, 2. Ez. 31, 4. Poet. Iob. 38, 25: מִי־פִלַּג לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה *quis divisit imbri canales?* h. e. quis aquam pluvialem in omnes coeli partes derivavit?

2) *emplastrum, fascia* vulneri *imposita* Jer. 30, 13. 46, 11 (cf. אֲרֻכָה).

תַּעֲלוּלִים m. pl. 1) *petulantiae,* et poët. pro concr. *petulans, puer, puerulus* i. q. עוֹלָל Jes. 3, 4. Rad. עָלַל no. 2. — 2) *vexatio, fortuna adversa* Jes. 66, 4. V. rad. Po. no. 3.

תַּעֲלֻמָה f. (a rad. עָלַם) *absconditum* Iob. 28, 11. Pl. Iob. 11, 6. Ps. 44, 22.

תַּעֲנוּג Prov. 19, 10, pl. ־ים Cant. 7, 7 et וֹת Eccl. 2, 8 (a rad. עָנַג) *deliciae, vita delicata* Mich. 2, 9. Prov. 19, 20. Mich. 1, 16: בְּנֵי תַּעֲנוּגָיִךְ *filii, quibus delectaris*; spec. *voluptas, libido* (venerea) Cant. 7, 7. Eccles. 2, 8.

תַּעֲנִית f. afflictio sui ipsius, *ieiunium* Esr. 9, 5. V. עָנָה n. 3.

תַּעְנָךְ et

תַּעֲנָךְ (solum arenosum, a rad. עָנַךְ) n. pr. urbis regiae Cananaeorum Jos. 12, 21, in agro Issacharitarum sitae sed Manassitis assignatae. Jud. 1, 27. 5, 19. 1 Reg. 4, 12.

תָּעַע in Kal inusit.

Pil. תִּעְתַּע *irrisit, illusit* Gen. 27, 12, pr. balbutivit (cf. לָעַג), cf. arab. تَعْتَعَ I. II. balbutivit, titubavit linguâ in sermone, تَعْتَعَةٌ balbuties.

Hithpal. illusit, sq. בְּ 2 Chr. 36, 16.
Deriv. תַּעְתֻּעִים.

תַּעֲצֻמוֹת f. pl. *vires* Ps. 68, 36, a rad. עָצַם.

תַּעַר m. (f. Jes. 7, 20?) cum suff. תַּעְרִי pr. *nudatio*, *evacuatio* (pro תַּעְרָה a rad. עָרָה) 1) *novacula* (pr. lamina *nuda*, vel cutem *nudans*) Num. 6, 5. 8, 7. Jes. 7, 20. תַּעַר הַסֹּפֵר culter scribae, quo calamum acuit. Jer. 36, 23. — 2) *vagina* gladii (fort. ab evacuando dicta, v. rad. Pi. no. 3). 1 Sam. 17, 51. Ez. 21, 8. 10. 35. Jer. 47, 6.

תַּעֲרוּבָה f. *sponsio*, *vadimonium*, a rad. עָרַב no. I, 3. 2 Reg. 14, 14: בְּנֵי תַעֲרֻבָה obsides, qui spondent.

תַּעְתֻּעִים m. pl. *illusiones* (rad. תָּעַע) Jer. 10, 15. 51, 18, ubi idola dicuntur מַעֲשֵׂה תַעְתֻּעִים Hieron. *opus risu dignum*, rectius: opus illusionis.

תֹּף m. pl. תֻּפִּים (a rad. תָּפַף) 1) *tympanum* (arab. دُفّ, unde hispan. *adduffa*), in oriente a mulieribus saltantibus pulsatum, circulo ligneo constans membranâ obducto et crepitaculis aeneis instructo Ex. 15, 20. Jud. 11, 34. Jer. 31, 4 (cf. Ps. 68, 26). Cf. Niebuhrii Reise T. I. p. 181. — 2) Ez. 28, 13 *tympanum* gemmae, i. e. *pala*, cf. נֶקֶב.

תִּפְאָרָה f. crebrius absol. et cstr. **תִּפְאֶרֶת**, c. suff. תִּפְאַרְתּוֹ (a rad. פָּאַר) 1) *ornamentum*, *splendor*. Ex. 28, 2. 40. Jes. 3, 18. 52, 1: בִּגְדֵי תִפְאַרְתֵּךְ *vasa tua splendida*. Ez. 16, 17. Prov. 28, 12: בַּעֲלֹץ צַדִּיקִים רַבָּה תִפְאָרֶת *ubi exsultant iusti, magnus est splendor* h. e. vestibus splendidis ornati incedunt cives. — 2) *gloria* Jud. 4, 9. שֵׁם תִּפְאֶרֶת nomen gloriosum Jes. 63, 14, it. *gloriatio* Jes. 10, 12, eiusque obiectum 20, 5. 13, 19. Poët. de *arca foederis*, utpote divinae maiestatis sede Ps. 78, 61. Cf. עֹז no. 3.

תַּפּוּחַ m. *pomum* (a redolendo dictum, rad. נָפַח cf. Cant. 7, 9) 1) *malum* Cant. 7, 9. Prov. 25, 11, it. *malus arbor* Cant. 2, 3. 8, 5. (Arab. تُفَّاح malum idque non solum commune, sed etiam cydonium, citreum, Medicum). — 2) n. pr. (locus pomis ferax) *a*) oppidi in tribu Judae Jos. 12, 17. 15, 34. *b*) in confiniis Ephraimitarum et Manassitarum. Jos. 16, 8. *c*) m. 1 Chr. 2, 43.

תְּפוּצָה (a rad. פּוּץ) *dispersio* Jer. 25, 34 (modo ibi legitur תְּפוֹצוֹתֵיכֶם), v. פּוּץ Tiph. p. 815 A.

תֻּפִינִים m. pl. *coctiones*, *cocturae*, a rad. אָפָה وفى coxit, ad formam תּוּשִׁיָּה, תּוּגָה, cum Nun formativo, sicut קָצִין a קָצָה. Semel legitur loco vexatissimo Levit. 6, 14 (21) ubi de ferto: *frixum illud offeres* תֻּפִינֵי מִנְחַת פִּתִּים *coctiones ferti in frusta comminuti* h. e. coctum more ferti in frusta comminuti (cf. 2, 4. 7, 9), ex vulgari linguae idiomate, de quo vide Lgb. p. 810.

תָּפֵל rad. inusit. 1) arab. تَفَلَ *spuit*, *exspuit*, med. E. *insipidus*, *inconditus fuit* (cf. רִיר חַלָּמוּת Iob. 6, 6), chald. *insulsus fuit*. Inde תָּפֵל, תִּפְלָה. 2) *agglutinavit* (pr. sputo?), ut chald. טְפַל (cf. hebr. טָפַל). Inde תָּפֵל no. 2. calx tectoria, caementum.

תָּפֵל m. 1) *insulsum*, *inconditum* Iob. 6, 6, metaph. *insipidum*, *ineptum*, *falsum* Thren. 2, 14. V. תִּפְלָה. — 2) *calx* qua paries tegitur, *caementum*. Ez. 13, 10 seq. 22, 28, utroque loco contemtim, v. etymon. (Arab. طَفَال et طُفَال, chald. טְפֵיל id.).

תֹּפֶל (calx, caementum) n. pr. oppidi in deserto sinaitico Deut. 1, 1.

תִּפְלָה f. insulsitas, deinde *ineptum, stultum*, adeoque *impium* (cf. נְבָלָה). Iob. 1, 22. 24, 12. Jer. 23, 13.

תְּפִלָּה f. (a rad. פָּלַל Hithp.) 1) *intercessio, deprecatio* pro aliquo 2 Reg. 19, 4. Jes. 37, 4. Jer. 7, 16. 11, 14. — 2) *precatio, supplicatio, preces* Ps. 4, 2. 6. 10. 109, 4: וַאֲנִי תְפִלָּה poët. pro *sed ego precor* V. 7. הִתְפַּלֵּל תְּפִלָּה Neh. 1, 6 preces fudit. Precationis sensu תְּפִלָּה legitur etiam in titulis psalmorum 17. 86. 90. 102. 142, sed 3) ampliore *hymni, carminis sacri* significatione Hab. 3, 1 et Ps. 72, 20, quo loco psalmi 1—72 תְּפִלּוֹת דָּוִד appellantur. Similis usus est verbi הִתְפַּלֵּל 1 Sam. 2, 1.

תִּפְלֶצֶת f. (a rad. פָּלַץ Hithp.) *terror, metus.* Jer. 49, 16.

תִּפְסַח (transitus, a rad. פָּסַח) n. pr. *Thapsacus*, urbs magna et opulenta in occidentali Euphratis ripa, ad pontem sita quo Euphratem traiicere solebant (v. Xenoph. Anab. 1, 4. Arrian. exped. Alex. 2, 13. 3, 7. Strabo XVI p. 1082) 1 Reg. 5, 4 (4, 24), neque alia Thapsacus intelligenda 2 Reg. 15, 16.

תָּפַף *pulsavit*, spec. tympanum Ps. 68, 26. (Arab. دَفَّ. Eiusdem stirpis est *τύπτω* [*τύπ-ω*], sanscr. *tup* caedĕre, interficere, unde *τύμπανον* i. q. תֹּף).

Po. feriit (pectus), sq. עַל. Nah. 2, 8.

Deriv. תֹּף.

תָּפַר *consuit* Gen. 3, 7. Eccles. 3, 7. Iob. 16, 15.

Pi. id. Ez. 13, 18.

תָּפַשׂ fut. יִתְפֹּשׂ 1) *prehendit* aliquem, sq. acc. Gen. 39, 12 (addito בְּבִגְדוֹ veste). 1 Reg. 18, 40, בְּ Jes. 3, 6; aliquid sq. בְּ Deut. 9, 17. Inde bello *cepit* homines 2 Reg. 7, 12, oppida Jos. 8, 8. Deut. 20, 19. Translate dicitur תָּפַשׂ שֵׁם יְיָ Prov. 30, 9 manus intulit nomini divino i. e. Deum violavit eum abnegando et peierando, bene Luth. sich an dem Namen Gottes vergreifen (cf. כִּחֵשׁ in priori hemistichio). — 2) *tenuit*, ut urbem Jer. 40, 10, dein *gessit, tractavit*, velut falcem Jer. 50, 16, arcum Am. 2, 15. Jer. 46, 9, remum Ez. 27, 29, citharam Gen. 4, 21. Trop. tractavit legem (sacerdos) Jer. 2, 8. — 3) auro *inclusit* (in Gold *fassen*), *obduxit.* Part. pass. תָּפוּשׂ זָהָב auro obductus Hab. 2, 19. Cf. אָחַז no. 5. 6.

Niph. pass. Kal no. 1. *comprehensus est* Num. 5, 13, *captus est*, de hominibus Ps. 10, 2, urbibus Ez. 19, 4. 8. Jer. 50, 46.

Pi. ut Kal no. 1. *prehendit* Prov. 30, 28.

תֹּפֶת f. I) pr. *sputum* (a rad. תּוּף), inde *qui* (quod) *conspuitur*. Iob. 17, 6: תֹּפֶת לְפָנִים אֶהְיֶה *talis, cui in faciem inspuunt, factus sum* i. e. omnium mortalium vilissimus et contemtissimus, cf. *ῥακά* Matth. 5, 22 h. e. רֵקָא a rad. רָקַק exspuit.

II) c. art. הַתֹּפֶת n. pr. loci in valle filiorum Hinnom (v. p. 208 B) prope Hierosolyma sacrificiis humanis Molochi oblatis (a Josia demum abrogatis) famosus 2 Reg. 23, 10. Jer. 7, 32. 19, 6. 13. 14. בָּמוֹת הַתֹּפֶת Jerem. 7, 31 tumuli (artificiosi), in quibus ea sacrificia peragi solebant. — Quod ad etymon attinet, vulgo תֹּפֶת pr. locum conspuendum i. e. abominandum reddunt, sed apud omnes, etiam idololatras, hic locus id nominis gessisse videtur. Malim igitur (cum *Noldio* in vind. p. 948. Lorsbachio al.) תֹּפֶת nostrum esse i. q. תָּפְתֶּה q. v. et *locum combustio-*

nis (mortuorum) adeoque *sepulcretum* notare. —

תָּפְתֶּה Jes. 30, 33 *locus ustionis, bustum,* assyrio-persicae originis vc., coll. تافتن (lege toften), تفتن accendere, et gr. *θάπτειν*, plene *πυρὶ θάπτειν* comburere (cadaver), dein sepelire. Adeo forma vc. hebraei peregrinam originem prodit.

תִּפְתָּיֵא chald. pl. emphat. *iureconsulti* Dan. 3, 2. 3. (Arab. conj. IV. أفتى responsum dedit de iure, unde المفتى Mufti pr. sapiens, cuius responsum proximum a lege locum habet). Bertholdtus (ad Dan. p. 828) interpretabatur: provinciarum praefecti, a פְּתַי, פְּתָאָה regio plana. Theod. *οἱ ἐπ' ἐξουσιῶν*. Vulg. *praefecti*.

תָּקָא rad. inusit. arab. تقى timuit, cavit, v. n. pr. אֶלְתְּקָא.

תִּקְוָה f. 1) i. q. קַו *funis* Jos. 2, 18. 21, a rad. קָוָה no. 1.

2) *exspectatio, spes* (a קָוָה exspectavit) Ruth. 1, 12. Iob. 5, 16. 5, 6. Zach. 9, 12: אֲסִירֵי הַתִּקְוָה *captivi spem alentes*. De verbis Iob. 6, 8. v. ו not. p. 290 B.

3) n. pr. m. 2 Reg. 22, 14, pro quo loco parallelo 2 Chr. 34, 22 תָּקְהַת, Chet. תּוֹקְהַת (obedientia, a rad. יָקַה).

תְּקוּמָה f. *standi resistendique facultas* Lev. 26, 37, a rad. קוּם no. 2, a.

תְּקוֹמֵם m. i. q. מִתְקוֹמֵם *qui surgit, adversarius* Ps. 139, 21.

תְּקוֹעַ (fixio sc. tentoriorum) n. pr. oppidi muniti ad Euronotum Bethlehemi, in limitibus magni deserti (מִדְבַּר תְּקוֹעַ 2 Chr. 20, 20, cf. 1 Macc. 9, 33) 2 Sam. 14, 2. 1 Chr. 2, 24. Jer. 6, 1. Am. 1, 1, gr. *Θεκωέ* 1 Macc. 9, 33. Relandi Palaestina p. 1028. Ruinae ibi superstites hodieque nomen antiquum retinuerunt (Legh in Macmichael Journey p. 196).

תְּקוּפָה f. (ab קוּף i. q. נָקַף no. 3) *circuitus*, ut solis Ps. 19, 7, inde *decursus* temporis. 1 Sam. 1, 20. לִתְקוּפַת הַשָּׁנָה post decursum anni 2 Chr. 24, 23, cf. Ex. 34, 22, ubi לְ omissum.

תַּקִּיף m. adj. *fortis, validus* Eccles. 6, 10.

תַּקִּיף m. chald. 1) *durus* Dan. 2, 40. 42. — 2) *validus* 3, 33, a rad. תְּקַף.

תְּקַל chald. *pendit, ponderavit*, i. q. hebr. שָׁקַל. Part. pass. תְּקַל pro תְּקִיל pensus Dan. 5, 25. Praet. Peil pensus fuit 5, 27.

תָּקַן *rectus fuit, factus est* (vic. תָּכַן), recentioris Hebraismi vc., Chaldaeis et Talmudistis usitatum. Eccles. 1, 15.

Pi. rectum fecit Eccles. 7, 13, *recte disposuit* (parabolas) 12, 9.

תְּקַן chald. id. Hoph. (hebr. more flexum) *dispositus est, restitutus est* Dan. 4, 33 (36).

תָּקַע 1) *feriit, percussit*, spec. addito כַּף manus complosit, quod est *a*) laetantium Ps. 47, 2, max. de alterius calamitate sq. עַל Nah. 3, 19. *b*) spondentium Prov. 17, 18. 22, 26, sq. לְ pro aliquo Prov. 6, 1. Omisso כַּף id. Prov. 11, 15. — 2) *feriendo fixit* (einschlagen), veluti clavum Jud. 4, 21. Jes. 22, 23. 25, *affixit* rem clavo 1 Sam. 31, 10. 1 Chr. 10, 10. Jud. 16, 14 (unde תָּקַע אֹהֶל clavis in terram infixis collocavit tentorium Gen. 31, 25. Jer. 6, 3); *infixit, adegit* v. c. hastam, ensem Jud. 3, 21. 2 Sam. 18, 14; adeoque *iniecit* (in mare) Ex. 10, 19. — 3) תָּקַע בַּשּׁוֹפָר Num. 10, 3. 4. 8, et ת' שׁוֹפָר Ps. 81,

4. Jer. 4, 5. 6, 1. 51, 27. Num. 10, 6. 7 *tubam inflavit* (semel), tubâ signum dedit, (nostr. in die Trompete *stofsen*, arab. ضرب البوق) quod quomodo differat a הֵרִיעַ et תָּקַע תְּרוּעָה classicum cecinit, v. הֵרִיעַ p. 930.

Niph. 1) pass. Kal no. 1, b Iob. 17, 3: מִי־הוּא לְיָדִי יִתָּקֵעַ *quis est, qui cum manu mea complodat*, h. e. quis dextrâ datâ pro me spondeat? — 2) pass. no. 3. Jes. 27, 13. Am. 3, 6.

Inde n. pr. תְּקוֹעַ et

תֵּקַע m. Ps. 150, 3 *clangor* tubae.

תָּקַף *valide oppressit* aliquem, sq. acc. Iob. 14, 20. 15, 24, *adortus est* Eccles. 4, 12. (cf. chald. Arab. ثقف vicit, potitus est).

Derivv. תֹּקֶף, תַּקִּיף.

תְּקַף chald. *fortis*, *validus fuit* et *factus est* Dan. 4, 8. 19, in malam partem, de animo obfirmato 5, 20.

Pa. *firmavit*, *confirmavit* Dan. 6, 8.

Deriv. תַּקִּיף.

תֹּקֶף m. *robur*, *potentia* Esth. 9, 29. 10, 2. Dan. 11, 17.

תְּקֹף m. chald. st. emphat. תָּקְפָּא id. Dan. 2, 37. 4, 27.

תֹּר turtur, v. תּוֹר no. I.

תַּרְאֲלָה (fort. i. q. תַּרְעֵלָה titubatio) n. pr. oppidi Benjaminitarum Jos. 18, 27.

תַּרְבִּית f. (a rad. רָבָה) *fenus*, i. q. מַרְבִּית q. v. Levit. 25, 36. Prov. 28, 8. Ez. 18, 8 seq.

תִּרְגֵּל Tiph. denom. a רֶגֶל, רִגֵּל, ubi vide.

תִּרְגֵּם chald. *transtulit* ex una lingua in alteram, *interpretatus est*. Arab. et aeth. id. De origine huius quadrilitteri v. רָגַם no. 3. Part. pass. מְתֻרְגָּם *translatus* Esr. 4, 7.

תַּרְדֵּמָה f. (Zere impurum, a rad. רָדַם) *sopor* Gen. 2, 21. 15, 12. 1 Sam. 26, 12, de summa inertia Jes. 29, 10. Prov. 19, 15.

תִּרְהָקָה *Tirhaka*, n. pr. regis Aethiopiae et Thebaidis Jes. 37, 9. 2 Reg. 19, 9, *Τεάρκων* Strabonis (XV, 1 §. 6), *Τάρκος* al. *Ταρακός* Manethonis (ap. Syncellum, v. Routhii rell. sacrae II, p. 46, cf. Comment. nostr. ad Jes. 18, 1.) Nomen eius litteris hieroglyphico-phoneticis T-h-r-k scriptum in monumentis aegyptiacis reperisse sibi visus est Saltus, v. Rühle v. Lilienstern graphische Darstellungen aus der alten Geschichte I, 98.

תְּרוּמָה (a rad. רוּם) f. 1) *oblatio*, *donum*. Prov. 29, 4: אִישׁ תְּרוּמוֹת (iudex) *munera amans*; impr. templo et sacerdotibus oblatum Ex. 25, 2. 3. 30, 13. 14. Lev. 7, 32. 22, 12. Inde שְׂדֵי תְרוּמוֹת 2 Sam. 1, 21 agri oblationum i. e. agri fertilissimi, optimos quosque fructus producentes. Plenius dicitur תְּרוּמַת־יָד Deut. 12, 11. 17, et תְּרוּמַת־יְהוָֹה Ex. 30, 14. 15. V. הֵרִים no. 3. — 2) *sacrificium elevando consecratum* cf. תְּנוּפָה. Ex. 29, 27: שׁוֹק הַתְּרוּמָה humerus elevationis. Lev. 7, 34 all.

תְּרוּמִיָּה i. q. תְּרוּמָה no. 2. Ez. 48, 12.

תְּרוּעָה f. (a rad. רוּעַ) 1) pr. *tumultus*, spec. a) *laetus clamor*, *iubilum* Iob. 8, 21. הֵרִיעַ תְּרוּעָה 1 Sam. 4, 5. Esr. 3, 11. 13. תְּרוּעַת מֶלֶךְ laetae acclamationes quibus regem excipiunt cives et comites Num. 23, 21. b) *clamor bellicus* Am. 1, 14. Jer. 4, 19. 49, 2. הֵרִיעַ תְּרוּעָה clamorem bellicum sustulit Jos. 6, 5. 20. — 2) *clangor* tubae Levit. 25, 9. יוֹם תְּרוּעָה calendae mensis septimi (postea primi), qui clangore tubae annunciabatur Levit. 23, 24. Num. 29, 1—6. זִבְחֵי תְרוּעָה sacrificia

cum tubae clangore oblata Ps. 27, 6, cf. Num. 10, 10. Ps. 89, 16.

תְּרוּפָה f. *medicamentum*, Vulg. *medicina* LXX. ὑγίεια, cf. Apoc. 22, 2. θεραπεία. Pr., ut suspicor, *pulvis officinalis*, a rad. רוּק comminuit; alii huic rad. significationem sanandi tribuunt a רָפָא petitam. Ez. 47, 12.

תָּרַז verbum inusit., durus, siccus fuit, تُرُوز firmitas et durities. Inde

תִּרְזָה f. Jes. 44, 14 arboris species, a duritie dicta, fere ut lat. *robur*. Aqu. Theod. ἀγριοβάλανος. Vulg. *ilex*. V. Celsii Hierobot. T. II, p. 270.

תָּרַח rad. inusit, chald. *moratus est*, unde

תֶּרַח n. pr. a) stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 27. b) patris Abrahami Gen. 11, 24. Jos. 24, 2.

תִּרְחֲנָה n. pr. m. (dubiae significationis) 1 Chr. 2, 48.

תְּרֵין chald. cstr. תְּרֵי *duo*. Fem. תַּרְתֵּין *duae* Dan. 6, 1. Esr. 4, 24. De linguarum consensu v. hebr. שְׁנַיִם.

תַּרְמָה f. *fraus*, *astutia* Jud. 9, 31, a rad. רָמָה Pi. decepit.

תַּרְמִית f. *fraus* Jer. 8, 5. 23, 26. et 14, 14 (ubi in Chethibh est תַּרְמוּת).

תֹּרֶן m. *malus* Jes. 33, 23. Ez. 27, 5, it. i. q. נֵס *pertica* in montibus signi causa erecta. Jes. 30, 17. De origine diu dubitatum est, quum rad. תָּרַן ignorent linguae semiticae. Nobis non dubium est, quin תֹּרֶן sit a rad. רָנַן, (ut מֹרֶךְ a rad. רָכַךְ, תְּהִלָּה a rad. הָלַל), dictum a sono tremulo mali in aëre agitati et vibrati, et eandem originem esse subst. אֹרֶן q. v.

תְּרַע chald. i. q. שַׁעַר 1) *porta*, *ostium*, ut fornacis Dan. 3, 26. — 2) *porta regis* h. e. *aula regia*, quae multis palatiis continetur muro cinctis, ad quae per unam tantum portam aditus est Dan. 2, 49. cf. שַׁעַר Esth. 2, 19, arab. باب, turc. قپو *Kapu* de aula Chalifarum et imperatorum Turcicorum, αἱ θύραι de aula Persica Xenoph. Cyrop. I, 3 §. 2. VIII, 3 §. 2. 11 et 6 §. 7. (Syr. ܬܪܥܐ, arab. تُرْعَة ostium, ianua. Congruit sanscr. *dvâra* unde et gr. θύρα et lat. *fores*, pers. در).

תָּרָע chald. (utroque Kamez impuro pro תַּרָּע, ad formam מַלָּח, קַשָּׁת) *ianitor* Esr. 7, 24.

תַּרְעֵלָה f. (a rad. רָעַל) *titubatio*, *ebrietas*, unde יֵין תַּרְעֵלָה vinum titubationis (pr. *vinum*, quod *titubatio* est i. e. eam efficit) Ps. 60, 5 et כּוֹס הַתַּרְעֵלָה calix titubationis Jes. 51, 17. 22. V. de ea metaphora כּוֹס.

תִּרְעָתִי n. gent. a nomine oppidi alias ignoti תִּרְעָה (porta) 1 Chr. 2, 55.

תָּרַף rad. inusit., cui in lingua syr. *percontandi* vim tribuit Castellus (Lex. syr. h. v.), Bar Bahluli, quem secutus est, verba male et legens et transferens, ex quibus (v. ea accurate transscripta in praef. ad edit. 3 pag. XXI) hoc potius consequitur, B. Bahlulum *calumniandi* vim ei tribuere i. q. ܛܪܦ. Probabilius Hebraeis idem valebat quod arab. تَرِفَ commode vixit, unde تُرْفَة vita bonis commodisque abundans, cui congruit sanscr. *trip* oblectare, gr. τέρπομαι. Inde

תְּרָפִים m. pl. *dii domestici*, quasi *Penates* Hebraeorum (auctore Schultensio ad Haririi Cons. III

p. 155 i. q. בַּעֲלֵי תֶרֶף vitae commodioris praesides et largitores) Gen. 31, 19. 34. 1 Sam. 19, 13. 16, humanae figurae et staturae 1 Sam. l. c., a quibus oracula petebant (Ez. 21, 26. Zach. 10, 2). Iud. 17, 5. 18, 14 seq. 2 Reg. 23, 24. Hos. 3, 4. Constr. c. plur. Gen. l. c., sed 1 Sam. l. c. plurali (excellentiae?) תרפים una modo statua intelligenda videtur.

תִּרְצָה (amoenitas) n. pr. urbis Israëlitarum, in amoena regione sitae (Cant. 6, 4), quae a Jerobeamo usque ad Omriam sedes imperii erat. Jos. 12, 24. 1 Reg. 14, 17. 15, 21. 2 Reg. 15, 14.

תֶּרֶשׁ n. pr. pers. (ترش severus, austerus) eunuchi in aula Xerxis Esth. 2, 21. 6, 2.

תַּרְשִׁישׁ (fort. fractio, subactio i. e. regio subacta a rad. רָשַׁשׁ) n. pr. 1) *Tartessus* (gr. *Ταρτησσός*, rarius *Ταρσήϊον* Polyb. Steph. Byz.), urbs Hispaniae cum agro vicino inter utrumque Baetis fluvii (hodie Guadalquivir) ostium interiecta, coloniâ et emporio Phoenicum florentissima Gen. 10, 4. Ps. 72, 10. Jes. 23, 1. 6. 10. 66, 19. Jon. 1, 3. 4, 2. Ez. 38, 13, unde *argentum* (cf. Diod. Sic. V, 35—38. Strab. III, p. 148. Casaub.), ferrum, stannum et plumbum Tyrum transvehebant Jer. 10, 9. Ez. 27, 12. 25. V. Bochartum in Geogr. sacra lib. III. cap. VII. p. 165 sqq., I. D. Michaëlem, Spicileg. geogr. Hebr. exterae P. I, p. 82—103 et G. G. Bredovii disquisitt. histor. fasc. 2, p. 260-803. Cf. comment. nostr. ad Jes. 23, 1. אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ *naves Tartessiae*, partim proprie dicitur de navibus Tyriis Tartessum missis vel inde redeuntibus Jes. 23, 1. 4. 60, 9, partim generalius de navibus onerariis maioribus, quanquam alias regiones petentibus Jes. 2, 16. Ps. 48, 8, atque ita 1 Reg. 10, 22 (coll. 9, 28.) 22, 49 de navibus Ophiram petentibus, quanquam Paralipomenon scriptor hunc loquendi usum vel ignorasse vel non agnovisse videtur, v. 2 Chr. 9, 21. 20, 36. 37, cf. nostr. ling. hebr. hist. p. 42.

2) gemma, haud dubie a Tartesso dicta, sicut Ophir de auro ophiritico Ex. 28, 20. 39, 13. Ez. 1, 16. 10, 9. 28, 13. Cant. 5, 14. Dan. 10, 6. *Chrysolithum* h. e. *topazium* recentiorum (quem in Hispania nasci constat) auctoribus LXX. Josepho intelligit *Braunius* (de vestitu Sacerdot. II, 7). Alii malebant *electrum*, sed invito loco Ex. 28, 20. 39, 13.

3) n. pr. a) principis Persarum Esth. 1, 14. b) 1 Chr. 7, 10.

תִּרְשָׁתָא ubique addito art. הַתִּרְשָׁתָא (cf. pers. ترش *torsch* severus, austerus) titulus praefecti persici Judaeae (q. d. gestrenger Herr, Ew. Gestrengen, quo titulo olim in Germania ornari solebant urbium liberarum et imperialium consules). Esr. 2, 63. Neh. 7, 65. 70 (de Serubabele), et ita ut Nehemiae nomini postponatur Neh. 8, 9. 10, 2, coll. 12, 26 (ubi pro eo est הַפֶּחָה).

תַּרְתָּן Tartan, n. pr. praefecti militum Sargonis (Jes. 20, 1) et Sanheribi (2 Reg. 18, 17), Assyriae regum.

תַּרְתָּק n. pr. idoli Avvaeorum (עַוִּים) 2 Reg. 17, 31. (In lingua pehlv. tar-thakh esset *profunda caligo* aut *heros caliginis*).

תְּשׂוּמֶת f. (a rad. שׂוּם) addito gen. יָד: *depositum* Levit. 5, 21.

תְּשֻׁאוֹת f. pl. (a rad. שׁוֹא = שָׁאָה) *strepitus*, *tumultus* multitudinis Jes. 22, 2, *clamor* Iob. 39, 7, *fragor* Iob. 36, 29.

תִּשְׁבִּי m. *Thisbita* 1 Reg. 17, 1. 21, 17 (de Elia), n. gent. ab oppido Naphtalitarum תִּשְׁבֶּה sive תִּשְׁבָה

graec. Θισβή Tob. 1, 2. V. Relandi Palaestina p. 1035.

תַּשְׁבֵּץ *m.* (a rad. שָׁבַץ) *pannus tessellatus*, unde כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ tunica tessellata Ex. 28, 4.

תְּשׁוּבָה f. (a rad. שׁוּב) 1) *reditus* 1 Sam. 7, 17. 2 Sam. 11, 1. 1 Reg. 20, 22. 26. — 2) *responsum* Iob. 21, 34. 34, 36. Cf. הֵשִׁיב no. 2, b.

תְּשׁוּעָה f. (a. rad. שׁוּעַ no. 3) 1) *liberatio*, *auxilium*, *salus* Ps. 37, 39. 40, 11. 71, 15. — 2) *victoria* 2 Sam. 19, 3. 2 Reg. 5, 1. Cf. יְשׁוּעָה.

תְּשׁוּקָה f. (a rad. שׁוּק no. 2) *desiderium*, *libido* Gen. 3, 16. 4, 7. Cant. 7, 11.

תְּשׁוּרָה *donum*, *oblatio* 1 Sam. 9, 7 (et apud interpretem hebr. Dan. 2, 6. 5, 17 pro chald. נְבִזְבָּה). Rad. שׁוּר no. I, cf. max. Jes. 57, 9.

תְּשִׁיעִי m. ־ִית f. *nonus*, *a* (a תֵּשַׁע) Num. 7, 60.

תֵּשַׁע cstr. תְּשַׁע f. et **תִּשְׁעָה** cstr. תִּשְׁעַת m. *novem*, it. *nonus*, ubi dies numerantur, ut בְּתִשְׁעָה לַחֹדֶשׁ (die) nono mensis Levit. 23, 22. Pl. תִּשְׁעִים comm. nonaginta. Gen. 5, 9. 17. 30.

תַּתְּנַי n. pr. praefecti persici Esr. 5, 3. 6, 6. (fort. = دادنى donum).

ADDENDA.

P. 12 lin. 3 inf. pro אֲגַם pone אָגָם, ita enim in statu absol. legitur Jes. 35, 7, cstr. 41, 18.

P. 30 v. אָז. Eodem sensu, quo מֵאָז בֹּקֶר (a tempore matutino) Ruth 2, 7 dicitur etiam אָז מֵהַבֹּקֶר 2 Sam. 2, 27, quod nescio an traiectum sit cf. כִּי עַל כֵּן, לָמֶן. Caeterum sunt, qui אָז vicinum existiment pronomini זֶה, ut proprie vim *demonstrativam* habeat: non male.

P. 40 אַחַר pl. cstr. אַחֲרֵי etiam chald. (sed ex Hebraismo) Dan. 2, 29. 45. 7, 24. In puriore Chaldaismo utuntur praep. בָּתַר.

P. 41. Etymon vc. persici אֲחַשְׁדַּרְפַּן optime aperuit Silv. de Sacy (Memoires de l'institut, Cl. d'histoire et de litterature ancienne II, p. 229), id compositum esse censens ex zend. *Kschetr* imperium, provincia et *ban* (بان) custos, praefectus, dominus.

P. 43. אֵי *ubi?* abiecto Nun ortum videtur ex אַיִן (unde מֵאַיִן *unde?*); hoc autem idem vocabulum esse videtur quod אַיִן negandi vim habens, ut multa negandi vcc. postea ad interrogandi potestatem translata sunt (cf. lat. — *ne*, nostr. nicht wahr?). אַיִן igitur proprie valet: *non adest* (i. q. אֵינֶנּוּ, cf. Iob. 14, 10), interrogative: *nonne adest?* quod prope accedit ad *ubi est?* אַיִן no. I et II hunc in modum arctius iungenda sunt. Cf. gramm. hebr. §. 150.

P. 91 אֶצְבַּע etiam chald., pl. אֶצְבְּעָן de digitis manus Dan. 5, 5, pedis Dan. 2, 41. 42.

P. 104 אִשָּׁה emphat. de muliere perfecta, qualis esse debet (cf. יִשְׂרָאֵל no. 1. et notum illud Diogenis: quaero homines). C. art. collect. de sexu muliebri Eccl. 7, 26.

P. 108. Nomen proprium אַשְׁפְּנַז Roedigerus feliciter illustrat ex pers.

اسپ equus, et sanscr. *nâsâ* nasus, ut proprie valeat *equi nasum*.

P. 142 v. בַּיִת. Ad etymon propositum adde haec exempla litterae Nun in vocalem emollitae: כִּיס pro כִּנְס crumena, כּוֹס poculum pro כִּנְס, שַׁיִת spina pro שֶׁנֶת (pr. שַׁיִת pro שַׁנְתְּ), חוֹת ὄγκος, ἄγκος, *uncus* pro חֹנֶת a rad. חָנַת = חָנַךְ; חֵיךְ pro חֵנֶךְ, fort. כּוּשׁ (Aethiopia) i. q. כֶּנֶשׁ congregatio, confluxus = حبش, gr. εἷς (ἑνός) pro ἕνς lat. *unus*; εἰς praep. pro ἐνς (v. Car. Schmidt de praepositt. gr. p. 7), τυφθείς pro τυφθένς, ὀδούς pro ὀδόνς lat. *dens*.

P. 123. De ב initiali orto ex בֵּן (filius) v. sub בִּדְקַר, quod ipsum iam Syrus interpres reddidit: ܒܪ ܙܩܪ (filius transfossionis, transfossor).

P. 165. Ad בְּעֶשְׁתְּרָה Fäsius (in Annal. philol. I, 174) nuper contulit gr. ἐν Κροίσου, ἐν Διός (sc. οἴκῳ). Sed Jos. l. c. בְּעֶשְׁתְּרָה reddi non potest: *in Astartes* (sc. domo s. templo), sed est n. pr. loci in nominativo positum.

P. 243. Ad דִּי litt. B, 1 adde: דִּי הֵן Dan. 2, 9 = hebr. כִּי אִם. Bene Theod. ἐὰν οὖν.

P. 251 A. v. דָּמָה. Felicius, quam ab Hubigantio factum, vir doctus in Ephemerid. Jen. 1830, IV p. 373 pro כְּדָמָה coniicit מְדַמָּה. Sed etiam vulgaris scriptura ferri potest, modo praepositionem כְּ eo modo accipis, quem exposuimus v. כְּ no. 4, p. 459.

P. 319 pro חָגוֹר no. 1. *zonae cingulique* significatu pone חֲגוֹר (formae קְטוֹל), quod in statu absoluto legitur Prov. 31, 24 (non 2 Sam. 20, 8, ubi iungendum: חֲגוֹר חֶרֶב וגו').

P. 332 post חַטָּאָה adde: חַטָּאָה Esr. 6, 17 Keri, חַטָּיָה ibid. Chethibh chald. *peccatum*.

P. 336 v. חֵיק no. 2. formula: שָׁכַב בְּחֵיק est: cubuit in sinu coniugis 1 Reg. 1, 2. Mich. 7, 5, matris 1 Reg. 3, 20 (de infante, cf. Ruth 4, 16).

P. 348 post חֹמֶט adde: חֻמְטָה (locus lacertarum, vel i. q. syr. ܡܥܫܢܬܐ propugnaculum) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. 15, 34.

P. 404, ad rad. יָדַע. Ad primariam *videndi* significatum adde haec exempla Deut. 34, 10: אֲשֶׁר יְדָעוֹ יְיָ פָּנִים אֶל פָּנִים (eodem nexu alibi רָאָה Gen. 32, 31. Iud. 6, 22. 2 Reg. 14, 8. 11); Eccl. 6, 4; יָדַע לְשָׁלוֹם לְ Esth. 2, 11 i. q. רָאָה לְשׁ' לְ Gen. 37, 14. Passim יָדַע *vidit, oculis animadvertit* ei opponitur quod audimus s. oculis animadvertimus. Jes. 40, 21: הֲלוֹא תֵדְעוּ אִם לֹא תִשְׁמָעוּ *annon vidistis? nonne audivistis?* Comm. 28. 44, 18: לֹא יָדְעוּ וְלֹא יָבִינוּ *non vident, neque intelligunt, nam obliti sunt oculi eorum, ne videant, neve intelligant corda eorum*, ubi יָדַע tribuitur oculis, ut הִשְׂכִּיל cordi s. menti. — Ad no. 5 adde Eccl. 4, 17: *nesciunt* לַעֲשׂוֹת רָע *se male facere*, ut nostr. sie glauben nicht übel daran zu thun.

P. 465 ad rad. כָּבַשׁ adde Hiph. i. q. Kal no. 2 Jer. 34, 11 Chethibh.

P. 468 ad rad. כּוּן adde Pu. כּוֹנַן 1) *statutus, stabilitus est* (gressus) Ps. 37, 23. 2) *paratus est* Ez. 28, 13.

P. 472 כֹּחַ in malam partem de *violentia* dicitur Eccl. 4, 1.

P. 490 כֵּן *ita*, etiam in contextu chaldaeo Dan. 2, 24. 25.

P. 497 adde כְּפִיר 2) i. q. כָּפָר, כֹּפֶר *vicus* Neh. 6, 2.

P. 501 rad. כָּרָה no. I adde Niph. *effossus est* Ps. 94, 13.

P. 543 מְגִלָּה chald. i. q. hebr. Esr. 6, 2.

